

(2)


VII. TOMVS OPERVM
D·A·V·R·E·L·I·I
A·V·G·V·S·T·I·N·I·H·I·P·
P·O·N·E·N·S·I·S·E·P·I·S·C·O·P·I·,

CONTINENS RELIQVAM PAR-
tem τῆς πολεμικῆς, id est pugnas aduersus hærefes
Donatistarum & Pelagianorum:

HAC POSTREMA EDITIONE,
multis in locis emendatus.



PARISIIS,
Apud Gulielmum Merlin, in ponte Numulariorum,
ET
Sebastianum Niellium, sub Ciconiis, via Iacobæa.
1571.



(2)

VII. TOMVS OPERVM
D·A·V·R·E·L·I·I
A·V·G·V·S·T·I·N·I·H·I·P·
P·O·N·E·N·S·I·S·E·P·I·S·C·O·P·I·,

CONTINENS RELIQVAM PAR-

tem τῆς πολεμικῆς, id est pugnas aduersus hærefes
Donatistarum & Pelagianorum:

HAC POSTREMA EDITIONE,
multis in locis emendatus.



PARISIIS,

Apud Gulielmum Merlin, in ponte Numulariorum,

ET

Sebastianum Niellium, sub Ciconiis, via Iacobæa.

1571.

CATALOGVS OPERUM
huius tomi.

Diui Augustini contra partem Donati, Psalmus.	folio. 2. columna. 1.
Contra Epistolam Parmeniani, Lib. III.	3. colum. 1.
Contra literas Petiliani Cirthenfis Episcopi Donatista, Lib. I II.	17. col. 1.
Contra Cresconium Grammaticum, Lib. I III.	44. col. 2.
Contra Gaudentij Donatistarum Episcopi Epistolam, Lib. I I.	72. col. 4.
De baptismo, contra Donatistas, Lib. V I I.	79. col. 3.
De vnico baptismo, contra Petilianum, Lib. I.	105. col. 3.
De vnitae Ecclesiae, contra Petiliani Donatista Epistolam, Lib. I.	109. col. 1.
Opus breuiculi collationum cum Donatistis.	120. col. 1.
Post collationem, contra Donatistas, Lib. I.	127. col. 2.
Super gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo, sermo.	134. col. 4.
De gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo, Lib. I.	136. col. 1.
Contra Fulgentium Donatistam, Lib. I.	138. col. 1.
De peccatorum meritis & remissione, ad Marcellinum, Lib. I III.	140. col. 4.
De natura & gratia, contra Pelagianos, Lib. I.	157. col. 2.
De gratia Christi & peccato originali, contra Pelagium & Coelestium, Lib. I I.	165. col. 2.
De nuptiis & concupiscentia, ad Valerium Comitem, Lib. I I.	174. col. 4.
Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Lib. I III.	186. col. 1.
Contra Iulianum Pelagianum, Lib. V I.	202. col. 3.
De anima & eius origine, Lib. I I I I.	247. col. 1.
De praedestinatione & gratia, Lib. I.	261. col. 2.
Prosperi Epistola ad Augustinum de reliquijs Pelagianae haereseos.	264. col. 1.
Hilarij Epistola ad eundem de eadem materia.	265. col. 2.
De praedestinatione sanctorum, Lib. I.	266. col. 2.
De bono perseverantiae, Lib. I.	272. col. 2.
De praedestinatione dei, Lib. I.	280. col. 1.
De gratia & libero arbitrio ad Valentinum, Lib. I.	ibid. co. 1.
Ad eundem de correptione & gratia, Lib. I.	286. col. 3.
Ad articulos sibi falso impositos, Augustini responsio.	292. col. 1.
Contra Pelagianos Hypognosticon, Lib. V I.	294. col. 3.
De perfectione iustitiae contra Coelestium, Lib. I.	306. col. 1.
Liber tertius contra Gaudentium adiectus est ex editione Lypsijs, quamquam non tertius, sed secundus esse creditur, cum primus in duos sectus videatur,	310. col. 3.
Epistola ad Lampadium contra Mathematicos,	32.

A 23 DIVI AVRELII

AVGVSTINI HIPPONENSIS

Episcopi, contra partem Donati, Psalmus.

Hypopsal-
ma ad fir-
milas parti-
culas huius
psalmi.



Mnes qui gaudetis de pace, modo verū iudicate. Abundantia peccatorum solet fratres conturbare. Propter hoc dominus noster voluit nos pramonere, Comparas regnum caelorum reticulo misso in mare. Cōgregavit multos pisces, omne genus hinc & inde, Quos cū traxissent ad litus, tunc coperūt separare. Bonos in vasa miserūt, reliquos malos in mare. Quisquis recolit Euāgelium, recognoscat cum timore. Videt reticulum Ecclesiā, videt hoc seculum mare. Genus autem mixtum piscis, iustus est cum peccatore. Seculi finis est littus, tūc est tempus separare. Qui modo retia ruperunt, multum dilexerunt mare. Vasa sunt sedes sanctorū, quō

non possunt mali peruenire. Repetitio. Omnes qui gaudetis, vt supra. Bonus auditor fortasse quarit, qui ruperunt rete? Homines multum superbi, qui iustos se dicunt esse. Sic fecerunt scissuram, & altare contra altare. Diabolo se tradiderūt, cū pugnāt de traditione. Et crimē quod cōmiserunt, in alios volunt trāsferre. Ipsi tradiderunt libros, & nos audent accusare. Vt peius committant scelus quam commiserunt & antē. Quod possent causam librorum excusare de timore. Quod Petrus Christū negavit, dum terretur de morte. Modo quo pacto excusabunt factum altare cōtra altare. Et pace Christi conscissa spem ponunt in homine? Quod persecutor nō fecit, ipsi fecerunt in pace. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Custos noster deus magne, tu nos potes liberare. A pseudopropheta istis, qui nos quarunt deuorare. Maledictum cor lupinum contegunt ouina pelle. Nomen iusti ouina pellis, schisma est in lupino corde. Qui nouerunt scripturas, hos solent circumuenire. Audiunt enim traditores, & nesciunt quid gestū est antē. Qui bus si dicā probate, non habet quid respondere. Suis se dicunt credidisse, dico ego mentitos esse. Quia & nos credimus nostris, qui eos dicunt tradidisse. Vis nosse qui dicant falsum, qui nō sunt in vnitae? Olim iam causa finita est, quōd vos nō statis in pace. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Dixerunt maiores nostri, & libros fecerunt inde. Qui tunc causam cognouerunt, quod recens possent probare. Erant quidam traditores librorum de sancta lege. Episcopi de Numidia, & non quilibet de plebe. Cum Carthaginem venissent Episcopum ordinare, Inuenerunt Cæcilianum iam ordinatum in sua sede. Irati sunt, quia ipsi non potuerunt ordinare. Erant Botrus & Cælestius hostes Cæciliano valde. Impij, fures, superbi, de quibus longum est referre. Iunxerunt se simul omnes, crimen in illum confare. Dicunt ordinatorem eius sanctos libros tradidisse. Sic pacis retia ruperunt, & errāt modo per mare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Ecce quā bonū & iocundum fratres in vnū habitare. Audite vocem Prophete, vt sitis in vnitae. Crimen vobis quis probauit antiquum de traditione? Quis obiecit in iudicio, qui sederunt iudicare? Quibus testibus conuicit, quis ausus est affirmare?

Tomus septimus.

Sed hoc libenter finxerunt, quod se nouerat fecisse. D Quia fama iam loquebatur de librorum traditione. Sed qui fecerant latebant in illa perditione. Inde alios infamauerunt, vt seipos possent celare. Per illos ceteri errauerunt principes ex ipsa parte. Quia non credere collegis putauerunt turpe. Iam fratres, finitur error, & sumus in vnitae. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Fecerunt quod voluerūt tunc in illa cæcitate. Non iudices confederunt, nō sacerdotes de more, Quod solent in magnis causis cōgregati iudicare. Non accusator & reus steterunt in quæstione. Non testes, non documentum, quō possent crimen probare. Sed furor, dolus, tumultus, qui regnāt in falsitate. Proferatur nobis gesta, quæ in consilio solent esse. Vidēamus quæ res coëgit fieri altare contra altare. Si malus erat sacerdos, deponendus erat antē; Si non poterat deponi, tolerādus intra rete. Sicut modo toleratis tam multos malos aperte. Et qui fertis pro furore, feretis vnū pro pace. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Gaudium magnum esset nobis, si tunc nolletis errare. Si tunc nō visum est verū, vel nunc expertum videte. Multos nunc habetis prauos, qui vobis displicent valde. Nec tamen hos separatis à vestra cōmunione. Non dico de illis peccatis quæ potestis & negare. Fustes, ignes, mortes dico, quæ cōmittunt vestri in luce. Et tamen suffertis illos vel errore vel timore. Quantum erat, ferrent vnū patres vestri pro vnitae. Si tantus erat tumultus, vt nō possent degradare. Addo quōd innocēs erat, & nihil poterant probare. Sed ne crimen quæreretur vbi se videbant esse, Finxerunt se nimis iustos, cum totū vellet perturbare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

Honores vanos qui quarit, nō vult cum Christo regnare, Sicut princeps huius mali, de cuius vocantur parte. Nam Donatus cum volebat Africā totā obtinere, Tunc iudices trāsmarinos petiit ab imperatore. Sed hæc tam iniusta petitio non erat de charitate. Hoc ipsa veritas clamāt, quam volo modo referre. Nam consensit imperator, misit qui sederent Romæ Sacerdotes, qui tunc possent Cæcilianum cum illo audire. Dicta causa est, nihil probatum est, ausus est & appellare, Et post collegarum sedē, audire ab imperatore. Hic petitio illa probatur non esse de charitate. Deinde vbiq; victus, cœpit Christianos rebaptizare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Iustitiam sequi si vultis, totam causam cogitate. Quod postea fecit, factum quare non est antē? Dissentiebant sacerdotes in tota Africana parte. Sacerdotes trāsmarini possent inde iudicare. Quid curritis ad schisma, & altare contra altare? Vt quod postea iudicatum est, iam nō possitis audire. Et à iudicibus vestris cogere mini appellare, Dum vultis erroris regnum quōquo modo cōfirmare. Et nunc & vos totum noscitis, sed fingitis vos nescire. Et cum vos veritas vrget, patres dicitis errasse, Quasi vos aliquis veter iam recedere ab errore, Sed superbia vos ligauit, in cathedra psilientiae. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Charitatem Christi qui habet, pacē non potest odiisse. Vel vos iam populi audite, & nobiscum recordate: Qui non tenetis cathedram, pro qua pugnetis iniuste. Si modo Episcopi vestri ex vna aliqua regione. Haberent inter se litem, quā velletis iudicare: Nisi alterarū regionum, quoniam nō essent de ipsa lite. Sed cū discussissent causam, pronunciarēt pro vna parte: Nunquam cōmunicaretis, qui illis nolletis consentire. Nam & ipsi non

Gonsenserunt transmarinorū sententia, Qui pro nobis iudicant, nam nobis iunguntur hodie. Si iudex Christus hoc dicat, quid habetis respondere? Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Lumē cordis si est in vobis, verū potestis videre. Sunt preces Donati & acta, quibus quod dictū est probate. Quæ si credere nō vultis, vos huc aliqua proferte, quibus & si nōs non credimus, erit rixa sine fine. Amplectamur ergo pacē Christi, quid ad nos quod gestū est ante? Obiicitis traditionē: respondemus vos fecisse. Clamatis vos de Macario: & nos de Circumcellione. Illud nostrū iam tractum, vestri non cessant vsque hodie. Habeat paleas area vestra, vos hoc solum vultis esse. Vos enim non vultis pacē: illi minantur de fuste. Et vtiā minarentur, & non puderet quotidie. Hos si expellunt isti, vestri non habēt per quos possunt regnare. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Modum si excessit Macarius cōscriptum in Christiana lege, Vel legē regis referebat, vt pugnaret pro vnitāte. Non dico istum nihil peccasse, sed vestros peiores esse. Quis enim precepit illis, per Africā sic saviere? Non Christus, non imperator

Math. 26.

Hæc probatur permisisse. Fustes & ignes priuatos, & infantiā suæ lege. Quia scriptū est, Reconde gladium, scelus non putant in fuste. Non vt homo moriatur, sed vt cōquassetur valde, Et postea moriatur, inde iā cruciatus languore. Sed tamē si miserentur occidūt, & vno fuste. Fustes Israelis vocant, quod dixerunt cū honore. Vt plus vastent ipsum nomen quā corpus quod cadunt inde. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Nolite nobis iam fratres tempus Macarij imputare. Si crudeles erant illi, & nobis displicent valde.

Ezech. 9.

Si autem falsa de illis dicunt, deus potest iudicare. Nos amemus potestātē Christi, gaudeamus in vnitāte. Si qui mali sunt in Ecclesia, nihil nobis possunt nocere. Si non possunt vobiscū esse, excludantur salua pace. Si nō potuerunt excludi, excludantur vel de corde. Dixit Ezechiel sanct⁹ quosdā cōsignatos esse, Qui gemunt peccata fratrum, & non se separant inde. Sic nos propter malos fratres, non separemur à matre. Quod tunc impij fecerunt, extra leuantes altare.

Math. 3.

Vt peiores nūc haberēt, quā quod se fingunt fuisse. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Omnis qui scripturas legit, nouit quod volo aperire. Ioannes baptista dixit tunc ad Iudæos aperte, Quod illos tanquam aream suam Christus posset ventilare. Misit in messem operarios discipulos prædicare: Per quos area collecta est, & ventilata de cruce. Tunc iusti tanquam frumentum Ecclesiā impleuerunt caste. Videntes quæ possidebant, & mundo dicentes vale. Illi tanquam semen erant quod toto dispersum est orbe, Vt alia surgeret mesis, quæ ventilanda est in fine.

3. Reg. 19.

Roma. 11.

Hæc creuit inter zizania, quia sunt hæreses vbique. Huius palea sunt iniusti, qui non sunt in vnitāte, Ex quib⁹ si erat Macarius, nos quid vis rebaptizare? Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Pone in corde areas duas, vt possis quod dico in corde videre. Certe & priores habebant sanctos, sicut ostendunt scripturæ. Nam & septem milia virorū deus se dixit reliquisse. Et sacerdotes & reges, multi iusti sunt in lege. Ibi habes tatos Prophetas, habes multos & de plebe. Dic mihi quis tunc iustorum separauit sibi altare? Multa scelera admittebat iniquus populus ille. Idolis sacrificatum est, occisi sunt Prophetae, Et nemo tamen iustorum recessit ab vnitāte. Iusti iniustos sufferebant, venturo ventilatore. Vno templo miscebantur, sed

mixti non erant corde. Dicebant in illos tanta, & vnum habebant altare. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Quid vobis ad hæc videtur, secunda mesis Ecclesiæ, Quæ per totum orbē crescit, plura debet sustinere? Habet enim domini exemplum & in Iuda traditore. Hunc inter bonos ferebat, hunc misit & prædicare. Malus seruus prædicabat, sed Christ⁹ erat in fide. Quia qui iudici credebant, non curabant de præcone. Quando dedit sanctam cœnā, nec tunc illū exclusit inde: Et posset per illam tradi, etiam si inde exisset antē. Sed nobis exemplum datum est, malos fratres tolerare, Vt quando non possunt excludi, solo separētur corde. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c.

Rogo respondete nobis, quid vultis rebaptizare? Lapsos sacerdotes vestros pellitis à communione. Et nemo tamen post illos ausus est rebaptizare. Et quoscuque baptizarunt, vobis communicant hodie. Quid ab eis acceperunt, si non habebant quid dare? Legite quomodo adulteri puniantur in sancta lege. Non enim dicere possunt, quod peccarunt à timore.

Si sancti soli baptizāt, post istos rebaptizate. Quid calumniāmini nobis, quia sumus in vnitāte? Qui nōdum eramus nati in illa persecutione. Scriptum est, Peccata patrū ad filios non pertinere. Sed nemo dat fructū bonū, si præcisus est de vite. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Scitis catholica quid sit, & quid sit præcisum à vite. Si qui sunt inter vos cauti, veniant, vinant in radice. Antequam nimis arefcant, iam liberentur ab igne. Ideo non rebaptizamus, quod vnum signum est in fide. Non quia vos sanctos videmus, sed solam formā tenere. Quia ipsam formā habet samentum, quod præcisum est de vite. Sed quid illi prodest forma, si non viuunt de radice? Venite fratres, si vultis vt inseramini in vite. Dolor est cū vos videmus precifos ita iacere. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, Et in ordine illo patrū, quis cui successit videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superbe inferorum portæ. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c.

Talis si quis adueniat, plenus catholica fide, Quales illos sanctos viros omnes solemus audire. Et si tibi dicat, frater, quid me vis rebaptizare? Quid sit antē factum nescio: nūc autem sum in Christi fide. Si me maculat quod nescio, tu qualis sis nūc ostēde. Vultus tuos ecce attendo, ignoro quid sit in corde. Si me maculat quod nescio, tu me maculas fortasse. Et si credo esse sanctum, quibus cōmunicas vide. Si maculat quod nescimus, iam non potes sanctus esse, Quæ maculant tot peccata, quæ committūt vestri occulte. Si autem quod nescis non curas, nec ego quod factum est antē. Et tamē Christianum talem audes rebaptizare.

Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Væ qui pro cathedris vestris sic cōtenditis iniuste. Clamatis vos solos sanctos, aliud dicitis in corde. Quia videtis & vos multos malos abundare vbique. Nunquid dicere potestis, mixti sumus intra rete? Respondetur enim vobis, iam vos illum dirupisse. Neque dicere potestis, paleas vos sustinere. Iterum respondemus, hoc fecissetis & antē. Non enim peiores erant illo Iuda traditore, Cum quo Apostoli acceperunt primū sacramentum cœnæ. Cum tanti sceleris reum inter se iam cirent esse, Nec tamen hos inquinabant sordes in alieno corde. Et tamen Christianos fratres audeis rebaptizare. Repetio. Omnes qui gaudetis, &c. Audite fratres quod dico, & mihi irasci nolite, Quia non sunt falsa quæ auditis, potestis & cōsiderare. Quid si ipsa

A ipsa nunc Ecclesia vos alloquatur cum pace. Et dicat, O filij mei quid querimini de matre? Quare me deseruistis: iam volo à vobis audire. Accusatis fratres vestros, & ego laceror valde. Quando me premebant gentes, multa tuli cum dolore. Multi me deseruerūt, sed fecerūt in timore. Vos vero nullus coegit sic cōtra me rebellare. Dicitis mecum vos esse, sed falsum videtis esse. Ego catholica dicor, & vos de Donati parte. Iulsi me Apostolus pro regibus mundi orare: Vos inuidetis quod reges iam sunt in Christiana fide. Si filij estis, quid inuidetis, quia audita sunt preces meæ? Quando enim dona miserunt, noluitis acceptare. Et obliuiscitis Prophetas, qui illud prædixerūt antē. Quod getiū reges magni missuri essent dona Ecclesiæ. Quæ dona cum respuistis, ostendistis vos non esse. Et Macarium coegistis suum dolorē vindicare. Sed ego quid vobis feci, vestra mater in toto orbe? Expello malos quos possum, quos nō possum cogor ferre. Fero illos donec sanentur aut separentur in fine. Vos me quare dimisitistis, & crucior de vestra morte? Si multum malos odistis, quales habetis videte. Si & vos toleratis malos, quare non in vnitāte? Vbi nemo rebaptizat, nec altare contra altare. Malos tantos toleratis, sed nulla bona mercede, Quia quod debetis pro Christo, pro Donato vultis ferre. Cantamus vobis fratres pacem, si vultis audire. Venturus est iudex noster, nos damus, exigit ille.

FINIS.

AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, contra Epistolam Parmeniani, Liber primus.

Capit. 1.



De isto Ticonio videlicet de doctrina Christiana. 14. c. 30.

Multa quidē & alia aduersus Donatistas pro virib⁹, quas domin⁹ præbet, partim scribēdo, partim etiam tractādo disserui: nūc autē quoniā incidit in man⁹ nostras Parmeniani quondam Episcopi eorum quadam Epistola, quæ scribitur ad Ticonium, hominem quidē & acri ingenio præditum, & vberī eloquio, sed tamē Donatistam, cum eum arbitraretur in hoc errare, quod ille verum coactus est cōfiteri, placuit petētibus, immo iubentibus fratribus, vt huic cidē Parmeniani Epistolæ respōderem, propter quedā maxime quæ de scripturis testimoniā nō sicut accipiendū sunt, accipit. Ticonius enim omnibus sanctarum paginarum vocibus circūsus euigilauit, & vidit Ecclesiam dei toto orbe diffusam, sicut de illa tanto antē per corda & ora sanctorum præuisum atq; prædictum est. Quo percepto suscepit aduersus ipsos suos demonstrare & asserere, nullius hominis quāuis sceleratum & immane peccatum præscribere promissis dei, nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam cōstitutorum quamlibet impietatem, vt fides dei de Ecclesia futura & diffusa vique ad terminos orbis terræ, quæ in promissis patrū retenta & nunc exhibita est, euacuaretur. Hoc ergo Ticonius cum vehementer copiosēq; dissereret, & ora contra dicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum scripturarū testimoniis oppilaret, nō vidit Tomus septimus.

quod cōsequenter videndū fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto orbe diffusam, qui vtique non istis ab eiusdem orbis communione atque vnitāte se iungunt, sed ipsi orbi terrarū per cōmunionem connecterentur. Parmenianus autē ceteriq; Donatistæ viderunt hoc esse consequens, & maluerūt suscipere obstinatissimum animū aduersus apertissimam veritatem quam Ticonius assererat, quā ea concessa superari ab Africanis Ecclesiis, quæ illius vnitatis quā Ticonius assererat, cōmunionem gauderēt, vnde se isti separassent. Et Parmenianus quidē primō eum per Epistolam velut corrigendū putauit, postea vero ex concilio eorum perhibet damnatum. Epistola itaque Parmeniani, quam scripsit ad Ticonium, reprehēdens eum, quod Ecclesiam prædicaret toto orbe diffusam, & admonēs ne facere auderet, hoc opere statuimus respondere. Illud itaq; primū videamus, quale sit, quod Gallos & Hispanos & Italos & eorum socios, quos vtique totum orbem vult intelligi, traditoribus Africanis cōmercio scelerum & societate criminum dicit esse cōsimiles. Homini enim de scripturis sanctis proferētī tam multa & tam ingentia documenta, ipse sine documentis loquitur, & vult nihil probans credi sibi, inuitās eum videlicet ad imitationē sui, quia & ipse quibusdam cōpiscopis suis contra tot Ecclesias per tantam latitudinē terrarum omnium cōstitutās, non nisi loquētibus credidit. Quia credulitate quid magis temerarium reperiri potest? Dicit enim legatione fundos quosdam, sicut ipse asserit, fidelissimos testes ad easdē venisse prouincias, deinde geminato aduentu sanctissimorum, sicut ipse dicit, domini sacerdotum, dilucide plenus ac verius publicata esse quæ obiiciunt, homo putans sibi magis credi debere quā deo. Profert Ticonius diuini testamenti tonitrua, quod factū est in promissione Abraham, Isaac, & Iacob, quorum se deum testatur dicēs, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & Iacob, hoc nomen est mihi in aeternum. Et iste opponit narrationes cōsacerdotum suorū. Quid dictum est ad Abraham? In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quid dictum est ad Isaac? In semine tuo benedicentur omnes gentes terre, pro eo quod audiuit Abraham pater tuus vocē meam. Quid dictum est ad Iacob? Ego sum deus Abraham patris tui, & deus Isaac, ne timeas. Terram enim supra quā dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semē tuum sicut arena maris, & replebitur in mare & in Africam & in Aquilonem & in Orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ in semine tuo. Ne autem de Iudæis dictum putent, quid sit semē Abrahe, in quo dictum est benedicendas omnes gentes, exponit Apostolus: Abraham, inquit, dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo qui est Christus. In Christo ergo omnes gentes benedictionem habituras, tanta autoritate promissum est, tanta exhibitum veritate, & contradicunt quise Christianos dici volunt. Et cōtra hoc quid opponunt? Legatione, ait, fundi quidam fidelissimi testes ad easdem prouincias venerūt, de ingeminato aduentu sanctissimorum domini sacerdotum dilucide, plenus ac verius esse publicatum. Quid quæso te, quid per ipsos fideles testes, quos vultis deo esse fideliores, quid publicatū est? An quia per Afros traditores semē Abraham, quod est Christus, non est promissum peruenire vsque ad omnes gentes, & ibi exaruit quod perueniat? Dicite iam magis collegis vestris credendū esse quā testamentum dei. Et hoc dicentes ipsum testamen-

Iniciō Augustini in his tribus libris. Cap. 1. 1.

Allegatio Ticonij contra Donatistas. Exod. 3. Gene. 12. & 22. & 26. & 28.

Gala. 3.

G tum vos à flamma conseruasse gloriamini, quod lingua delere conamini. Sed eligat quisq; quod placet, & si cõtra cõlestia fulgura mēdacij terreni fumus aliquid praualet, dimisso cõlo euaneſcat in ventos. Si enim Parmenianus cathedrę suę non fateret, magis eligeret scripturę dei credere quàm collegis suis. Deus enim dicit ad Iacob, Non relinquam te donec faciam quę locutus sum tecum. Istos autem multò est utique credibilis, quia iam iusto iudicio fuerūt improbat, ad sociandam communionē in illis partibus, vbi iam deus complebat quod promiserat patribus, non esse admissos, & propterea de sanctis sacerdotibus dei, à quibus recipi non meruerant iactasse talia, quibus infirmos animos deceptarū à se plebium falsis rumoribus agitarēt, & temere credulas mētes superbia sui nominis irretitas, ab orbis terrarū pace dirumperēt. Quid hac stultitia, inò vero dementia reperitur insanius? In tot gētibus orbis terrarum & ex magna parte compleuit deus & adhuc cõplet, donec ad omnes omnino veniat, quod promisit qui dixit, Non relinquam te donec faciam quę locutus sum tecum. Et isti iam credunt nudantibus nō impleri quę promisit deus, & ideo ex partibus terrarū in quibus iam impletū erat perisse Abrahę semē, quod est Christus, & euacuatias promissiones dei, quia ipsi nō sunt admissi ad eorum communionē, apud quos hoc iam retinebat orbis impletum, & non eis dicitur solus deus verax, omnis autem homo mendax. De vestro ista dicitis, Quia qui loquitur mēdaciū, de suo loquitur: vos autem sicut homines mentimini, quia sicut homines irascimini. Non eis hoc dicitur, sed insuper creditur eis, de orbe terrarum, quem possidere iam cõperat perisse Christum. Et quia hoc credūt, cum impudenter dicant, Christiani sumus, audent dicere, nos soli sumus.

Gene. 28.

Psal. 115. Ioan. 8.

Caput III.

tal. postima

Origotatus schismatis & factionis Donatistarum.

cilianum sine vlla dilatione diligentioris inquisitionis, & nullo responſionis loco seruato, traditorem esse censuerūt: vt ei videlicet obessent absentis traditionis crimina tantummodo obiecta, cum sibi metipsis presentes confessa donauerint. Ita contra sedentem in cathedra, cui totus orbis Christianus in transmarinis & longe remotis terris, & in ipsis Africanis grauiorib; & aduersus eiusmodi fallacias robustioribus communicaret Ecclesiis, Episcopum alterum ordinauerunt, vt possent pro suo factio contradicere promissionibus dei, ne in femine Abrahę benedicerentur omnes gentes, vt eas etiam partes orbis terrarū à traditoribus Afris inquinatas dicerent, quę nec Cæciliani nomē audissent. Insuper etiā contra orbem terrarum dicētem, Quod ciuibus tuis obiectis, nec cognoscere potui, nec damnare incognitum debui. Aut certe quomodo se haberet eius vita: quam tamen isti de nullo crimine conuicerunt, ille tanquam innocens audisset, proferunt testimonium Apostoli dicentis, Non solum qui faciūt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Parū ne eis fuit tot & tantos Christianos populos damnare inauditos, nisi etiā contra Apostolum ipsum eius quidem verba, sed non eius intellectum depromere auderent? Si enim hoc est consentire male facientibus, esse cum eis in Ecclesia, consentiebat etiā ipse falsis fratribus, inter quos se periclitari contestabatur, & quos non caste, sed per inuidiam sine charitate prædicantes Euangelium, prædicare tamen permittit. Si autem nihil est aliud consentire male facientibus, nisi mala facta eorum approbare atque laudare, exemplo Apostoli orbis terrarum non consentiret criminibus Afrorum, etiam si ea cognita pro pace Ecclesię toleraret, quem tamen ea cognouisse isti non probant, etiā si vera fuisse probare potuissent. Frustra itaq; dicit Parmenianus damnatos in Africa traditores in consortiū damnationis acceptos à prouinciis transmarinis. Hoc enim est quod credere non debemus, ne temeritate sacrilega totum orbem terrarum in Christi vnitatem fundatum, ex istorum falsa criminatione damnemus potius quàm ex vera dei promissione diligam; Quid enim magis credendū est, quod dixit deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes: an quod isti dicunt, In femine traditorum Afrorum maledicentur omnes gentes: vt plus valeat quod commisit iniquitas, quàm quod pollicita est veritas? Cur ergo non potius credimus, quod illi qui recepti sunt in cõmunionem à prouinciis transmarinis, aut innocentes opprimi non potuerunt à calumniatoribus, quod multis documentis probabilibus persuaderi potest: aut certe cum conuicti non possent, etiam si mali fuerunt innocentes crediti, sine vlla suscipientium cõtaminatione suscepti sunt? Quid quod etiam si per malos fratres, quales Apostolus in Ecclesię vnitatem tolerauit, quales martyr Cyprianus in Epistola de lapsis gemit? Si ergo per tales fratres etiā in iudicium numero cõstitutos, aptū esset aliqua prauitate, vt traditores excludi, nec cõuinci possent, & Christianus orbis simulata eorum innocētia falleretur, nullo modo suam innocētiam perdidisset. Quod enim de Osio dicunt Cordubēsi quondam catholico Episcopo, flagitandum est vt probent non solum talem illum fuisse qualem dicunt, sed quod talis fuerit manifestum illis fuisse, quibus eum communicasse asserūt. Hoc enim nisi probauerint, frustra dicūt se scisse qualis fuerit, quia nescientibus obesse nō potuit, à quibus se isti innocētibus separādo, propter ipsam separationis sacrilegā iniquitatem innocētēs esse non possunt. Hoc enim magis credibile

A credibile est, si tamen Osius ab Hispanis damnatus, à Gallis est absolutus: sic fieri potuisse vt falsis criminationibus Hispani circumuenti, & callida insidiarū fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & postea pacifice in humilitate Christiana cederent sententię collegarum, quibus illius innocētia comprobata est, ne peruicaci & animosa peruersitate priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergreditur, cæcitate impietatis irruerent, sicut iusti miser fecerunt, & nec sero saltē torrens diuisi atque conscisi sentiunt quod fecerūt. Satis igitur satisq; declarāt vnde insanabiles facti sunt: videlicet ne sententias suas, quas in absentem Cæcilianum temere protulerunt, condemnare cogērēt, et si transmarino iudicio vbi à Cæciliano presente superati sunt, consideratione veritatis & pacis acquiescerent, maiorem reportaturi victoriam, si animositatem humanam saltem post iudicium, quasi hominē in ipso iudicio superarent. Nam illa victoria præcellor est, & triumpho B celliore plenior, quasi non solum de homine vno victo, sed de vniuersa subiugata ciuitate referatur, dicitur scriptura, Melior est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Illi ergo hominem vincere cupiebant, quos ira vincebat. Et quia hominem vincere nequiuērūt, & ab homine & ira superati sunt. Ab homine, quia in iudicio victi sunt: ab ira, quia nec victi quieuerunt, prauissimo corde vel audientes vel legentes Apostoli sententiam dicentis, Si enim quę destruxi, hæc iterum ædifico, prauaricatore me ipsum cõstituo. Quæ verba scilicet si tam sinistro animo ipse Apostolus intelligeret, nec Christianus, nec Apostolus fieret, nec prædicator ædificaret Ecclesiās, quas persecutor ante destruebat. Nusquam itaq; isti se tam aperte indicarūt, cur nec superati corrigi voluerunt, quàm cū detestantur Hispanos, quod post sententias suas aliter protelas, collegarū discussioni posterioriq; iudicio cesserunt. Quam enim hoc factum est de mansuetudine Christiana, tam illud de cõtentione diabolica: & ideo nō mirū quod ista humilitate pax custodita est, & illa elatione dirupta. Proinde illis recte redditur quod fecerunt. Docuerunt enim talia posteros suos. Nā & Maximiniani nō ob aliud in trecentorum & decem collegarum suorum, à C quibus Primianus, quem primo ipsi damnauerūt, innocens iudicatus est, iudicio confedere noluerūt, nisi pro dicta cõtumacia sententiam apostolicam imperitis opponendo & dicendo, Si enim quę destruxi, hæc eadem ædifico, prauaricatore me ipsum cõstituo. Destruerāt enim centum collega Primianum, & cum propterea cum trecentis rursus ædificare noluerunt. Ita cum se ca uere fingunt, ne hominem ædificent quem destruxerant, se ipsos malo schismatis sacrilegi destruxerūt. Sed tamen si viueret Parmenianus, non auderet iam reprehendere Hispanos, & eos appellare prauaricadores, quia sententia sua in collegarum sententiam defluxit; ne ipsi offenderent collegas suos, qui multi Primiano iam à se damnato in melius correcti ad trecentorum concilium transierunt, magis eligētes contra suas proprias venire sententias, quàm contra pacem vnitatis, etiam in parte Donati, & maxime Prætextato Asuritano, & Feliciano Musticano parceret Parmenianus, qui etiam damnati à trecētis & decem cõepiscopis suis, ad eosdem ipsos, à quibus damnati fuerant, studio concordie redierunt, & à suis damnatoribus eodem studio sine villo sui honoris detrimento, pro pace suscepti sunt, nec quisquam rebaptizandos putauit, qui fuerant Tomus septimus.

ab eis foris in schismate baptizati. An forte quia multū displicent Parmeniano, qui corrigunt sententiās suas, & eos, non intelligens Apostolum, prauaricadores vocat, detestaretur eos; quia intrò redire quàm foris remanere maluerūt, & adiunctis sibi nonnullis similibus lociis, etiam Parmenianistas crearet, sicut iam multa frustra de isto frusto per totam Africam facta sunt. Sic sic necesse est, vt minutatim secti cõscisci; dispereant, qui tumorem animositatis suę catholicę pacis sanctissimo vinculo pratulerunt. Neq; enim tam timenda sunt quę cõminatur Parmenianus, quàm intuenta quę confectur. Cum enim diceret per Osium Hispanum adiutorium præstitum Cæciliano, vt ad eorum cõmunionem sanctorum & illibatorum numerus cogeretur, & huic impietati fidem seruorum dei integram restituisse, vltro passus est suos ipsos adisse Constantinum, & arbitrio eius à iudicibus Episcopis causam cognitā, quibus præfuit Meltiades Romanę vrbis Episcopus. In quo iudicio sicut Ecclesiastica gesta testatur, quia victi sunt isti, & innocens Cæcilianus inuentus est, eundē Meltiadē crimine traditionis accusant. Quod quaro quomodo cognouerint? Si enim ante iudicium, non sibi præiudicare debuerunt, vt apud talem iudicē causam agere inciperēt: etiam ex præcepto imperatoris, quem ipsi adierant, tale subire iudicium. Si autem post dictā causam prolatamq; sententiā eum traditorem didicisse perhibent, vsque adeo demētes sunt homines, vt ducētos iudices, apud quos victi sunt, victis litigatoribus credāt esse postponēdos: Et tamen in his omnibus quāuis magna temeritate Italos, Gallos & Hispanos accusant, relictis ceteris tam multis prouinciis atq; gentibus, à quibus nefando sacrilegio separati sunt, quib; vtiq; obesse nō possent crimina Italorum Hispanorum atq; Gallorum, etiam si vera dicerentur, iam enim ceteras terras cõpore, vel potius furore arguunt, & eis irascuntur: quia cum duę partes essent in Africa, vna, inquit, traditorum, & altera innocentium, traditores sibi quàm innocentes adiungere maluerunt. Quæ vna comminatione breuissime atque iustissime ita refellit, quia cum duas partes audissent esse in Africa, vnam traditorum, alteram innocentium, eam innocentem esse crediderunt, quæ causam suam apud vicinos Ecclesiasticos iudices obtinuerat. Quapropter illi semper innocentes manserunt, qui nescientes quem admodum ista in Africa gesta sint, id tamen crediderunt, quod pacifice ac religiose credere debuerunt, à quibus innocētibus separatio nullo modo innocens esse potuit. Fatetur etiā Parmenianus ad Arelatenſe oppidum & Episcopos iudices & partes ex Africa conuenisse, Cæcilianum scilicet atque Donatistas, vbi omnia suis credidit, qui nihil victi potuerunt de iudicibus cõqueri: nec tamen negat rursus eos ad Constantinum venisse. Et quia ibi quoq; vltimo iudicio superati sunt, etiā ipsum gratia corruptū esse criminatur. Quibus omnibus consideratis, qui sine studio parriū iudicat, eligat quibus credat, vtrū iudicibus sententiās proferētibus, an litigatoribus cõtra quos prolata sunt, litem finire nolentibus. Certe orbis terrarum iudicibus credidit. Qui autem Donatistas cõsentiant, eosq; defendunt, fatētur se illius Ecclesię esse, quę causam suam, qualiscunq; illa fuerit, nō potuit tamen in transmarinis tot deſeptionibus obtinere: & eorum aduersus iudices murmura & crimina, credulā vanitate suscipiunt. Qua in re si innocentes se dicunt, & eos quos superatos scimus: quanto innocētiores sunt qui temere aliquid mali de ipsis iudicibus credere no-

Calu.

Caput V.

Donatistarum confutatio.

Caput VI.

G lunt, de quibus necesse est, vt qui victi fuerant conquerantur. Non solum enim qui bonam causam perdidit, de iniquo vel tardo vel negligentia iudice queritur, sed etiam qui iustissime victus est, ea cecitate de innocente iudice murmurat, qua cecitate cum innocente aduersario litigabat. Quapropter isti non ideo scelerati sunt, quia de omnibus victis nolunt temere aliquid credere: sed ideo quia se furore schismatis praeciderunt ab eis innocetibus qui multo rationabilius nolunt tale aliquid de ipsis iudicibus credere. Existat enim aliqua illarum partium in nomine Christi nobilissima Ecclesia, vel ex illis septem, etsi placet potissimum Philadelphia, quae de mystico nomine per linguam Graecam fraternam intimat charitatem. Audiamus igitur vocem eius, nec eius palea loquatur, sed frumentum. Si ergo dicat istis, Quid in me arguitis fratres, quid accusatis? quanto intervallo secundum terrenum locum ab Africa remota sum, partim nosse, partim audire potuistis. Quid ibi tunc siue traditores, siue traditorum vel accusatores vel damnatores, siue innocentium vel calumniatorum vel oppressores egerint, prorsus ignoro. Sed ille dominus noster, qui emit totum mundum precio sanguinis sui, cuius sancta commercia Propheta tanto ante cecinit, dicens, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: inter nos & vos non spacia constituit vacua & nuda Christianis, impleuit haec omnia sanctificatione nominis sui: in ipso quippe passio passionis, non solum quanti, sed etiam quantum emerit declaratum est: ibi enim paulo post dicitur, Reminiscetur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae, & adorabunt in conspectu eius vniuersae familiae gentium, quoniam ipse est regnum, & ipse dominabitur gentium. De causa itaque nostra tunc fortasse cogere iudicare, si vel vicina essem, vel ita remota, vt inter nos & vos non habitarent alij Christiani eodem nomine signati, eadem vnitatem pacati. Multae interiacent patriae gentium, simul mecum emptae illius sanguine, in cuius conspectu mecum pariter adorant. Per illas ad me transit fama de vobis, ipsae de vicinitate causam vestram examinare poterunt. Quod si non est factum, vos neglexistis. Neque enim neglecti a ceteris, non vsque ad nos etiam veniretis. Si autem aliquid iudicatum est, date veniam. Non audeo vobis superatis temere credere, & iudices vestros eade temeritate damnare. Accedit huc aliud quod me plurimum moueat, quia si vos innocentes oppressi essetis, nos saltem fratres, qui nihil vobis nocuimus, amaretis. Cum vero nos qui bene nobis conscius sumus, causam vestram vicinis vestris recto Ecclesiae iure commissam fuisse dicamus, qui coram deo sciunt quemadmodum iudicauerint, lacerare tamen maledictis, & acerbis odiis insectari, & quasi propter vos Christus apud nos hereditatem perdidit suam, etiam rebaptizare conamini, quid boni de illa vestra causa sentire poterimus? Qui enim longe remotissimos fratres temerariis suspitionibus damnare minime dubitatis, quam iuste a vicinis vestris damnati fueritis, ostenditis. Cur enim non credam recte damnari potuisse a vicino iudice auditum, qui me fratrem tam longe absentem damnare non dubitat inauditum, hoc mihi obiciens maximum crimen, quoniam qui praesens esse non potui, eis ad quos causa perducta est, iudicibus potius quam victis litigatoribus credidi? Quibus iudicibus si non potius credidissetem, etiam si illi qui victi sunt, innocentes essent, ego

innocens esse non possem. Magno enim delicto implicaremur, si cum corda humana non cerneremus, nec disciplinam Ecclesiasticam teneremus, cum eis nollemus iudicantibus credere, vltra quos non potuit causa transire, & per quos potuit ad nos fama percurrere. Ab istis innocentibus impia te dirptione discindis, & innocentem te dicis: quod utique si esses, cum videres in scripturis sanctis messem domini dei tui ante vltimam segregationem & ventilationem a zizaniis & palea non posse separari, eligeres potius fortis esse in tolerandis malis, quam impius in deserendis bonis. Cur enim Ecclesiarum per orbem longe remotarum, non putemus esse istas & quam iustissimas voces, quas in Philadelphia figurauit? Quinetiam audet conqueri Parmenianus, quod eos Constantinus ad campum, id est ad supplicium duci iussit: qui victi apud Ecclesiasticos iudices, nec apud ipsum quae dicebant probare potuerunt, & adhuc in sanctae Ecclesiae praecisionem sacrilego furore ferebantur: & hoc cum tanquam immaniter iussisse Hispano Ofio fuggerere criminatur, suspitionibus videlicet suis sicut semper damnando inauditos. Quasi vero non humanius ac probabilius alius credidit. Ofio tanquam Episcopo suggerente potius factum, vt in leniori coactione quauis immanissimi sceleris, id est, sacrilegi schismatis, sententiam flecteret imperator. Quid enim non isti iuste patiuntur, cum ex altissimo dei praesidentis, & ad auendum ignem aeternum flagellis talibus admonentis iudicio patiuntur, & merito criminum, & ordine potestatum? Prius enim probent se non esse haereticos vel schismaticos, tum demum de indignis poenis suis iudicium mittant vocem, tum demum sese audeant cum mali aliquid patiuntur, veritatis martyres dicere. Alioquin si quisquis ab imperatore vel a iudicibus ab eo missis poenas luit, continuo martyr est, omnes carceres martyribus pleni sunt, omnes catenae iudicariae martyres trahunt, in omnibus metallis martyres erummosi sunt, in omnes insulas martyres deportantur, in omnibus poenalibus locis iuridico gladio martyres feriuntur, ad omnes bestias martyres surriguntur, aut iussioibus iudicum viui ignibus concremantur. Si autem, sicut dicit Apostolus, non est potestas nisi a deo, & minister dei est, vindex in iram eius qui male agit, nec sine causa gladium portat: Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: bonus quicquid passus fuerit, laus illi prouenit ex potestate faciatis: malus vero qui merito patitur iniquitatis, non deputer sanxit potestatis. Et tamen quid tale isti patiuntur, quale faciunt, nisi quia hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis: Nam si sanguis exit de carne mortali, quisquis aspicit exhorrescit. Si pro pace Christi praecisa anima atque separata in haerese vel schismatis sacrilegio moriuntur, quia non videtur, non plangitur, imo vero mors terrior atque luctuosior, & vt plane dixerim, verior, iure consuetudinis deridetur: cum authores tatarum mortium publice insultant, & nec veritatis manifestandae causa sermone nobiscum conferre dignantur. Et si quid temporalis molestiae passus fuerint per certissimum atque rectissimum ordinem potestatum, cum ipsi priuatis furiosorum agminibus multo grauiora passim atque quotidie, nulla regia, nulla Ecclesiastica lege committat: nos corporum persecutores vocant, se animarum interfectores non vocant, cum priuata licentia nec corporibus parcant. Sed quia semper per mansuetudinem Christianam multo seuerius oculus iudicatur euulsus in lite, quam animus excecatus in schismate, & aduersum nos loquitur, & nobiscum

A & nobiscum loquuntur, & cum eos obmutescere compellat veritas, silere non permittit iniquitas. An forte de religione fas non est vt dicat imperator, vel quos miserit imperator? Cur ergo ad imperatorem vestri misere legati? Cur cum fecerunt causae suae iudicem, non secuturi quod ille iudicaret? Sed quorsum illa dicuntur: nunquidnam etiam si obtineat non pertinere ad Imperatorem aduersus eos aliquid statuere, qui praua in religione sectatur, & propterea si interfecerit eos, quos punierit martyres erunt? Hoc enim modo ista haereticis omnibus vox patebit, in quos ex occulto imperio dei, per manifestum hominum imperium multa quibus coercederetur, seuerissime constituta sunt, nec solum haereticis quoquo modo saltim Christiano nomine dealbatis, sed etiam ipsis Paganis. Nam utique & ipsi falsa religione sunt impij, quorum simulachra everti atque infringi iussa sunt recetibus legibus, inhiberi etiam sacrificia sub terrore capitali. Si quis ergo eorum damnatus in tali crimine fuerit, martyr continuo estimandus est, quia pro superstitione quam piam religionem putabat, poenas legibus luit? Nullus certe quoquo modo Christianus audet hoc dicere. Non ergo quisquis in aliqua religionis quaestione fuerit ab Imperatore punitus, martyr efficitur. Neque enim vident qui talia sentiunt, in eum locum se progredi, vt ipsos etiam daemones martyrum sibi gloriam dedicare posse contendant, quia istam patiuntur persecutionem per Imperatores Christianos, vt penes toto orbe terrarum eorum templa evertantur, idola comminuantur, sacrificia subtrahantur, qui eos honorant, si deprehensi fuerint puniantur. Quod si demertissimum est dicere, non ergo ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. Ideoque dominus, ne quisquam in hac re nebulas offunderet imperitis, & in suorum damnatione meritorum laudem quareret martyrum, non generaliter ait, Beati qui persecutionem patiuntur, sed addidit magnam differenciam, quae vera est sacrilegio pietas fecernatur. Ait enim, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nullo modo autem propter iustitiam, qui Christi Ecclesiam diuiserunt, & cum ea quasi simulata iustitia conantur ante tempus a palea separari, ac frumenta eius falsis criminationibus insectantur, dum ipsi ab ea potius tanquam leuissima palea, variis rumorum flatibus separati sunt. Sed inquit, No haec fecimus. Videant ergo ex hac quaestione se primitus liberari debere, & tunc audere si quid molestiarum siue poenarum a Christianis Imperatoribus patiuntur, vel deponere in quironiam, aut assumere in gloria. De qua re, id est, ipsius schismatis quaestione, si nihil aliud diceret, ea quae superius sunt dicta sufficeret. An forte dicent, Etiam si conuincuntur in sacrilega dissensione, vt pro ea demetia si quid passus fuerint martyres non sint: non tamen ad Imperatorum potestatem haec coercenda vel punienda pertinere debere. Qua in re quero, quid dicant, An quia de religione vitiosa vel falsa nihil curandum est talibus potestatibus? Sed multa iam etiam de Paganis diximus & de ipsis daemonibus, quod persecutiones ab Imperatoribus patiuntur. An & hoc displicet? Cur ergo ipsi vbi possunt templa subuertunt, & per furiosos Circumcellionum talia facere aut vindicare non cessant? An iustior est priuata violentia, quam regia diligentia? Sed haec omitto. Illud quero quod manifeste enumerat Apostolus dicens, Opera carnis, quae sunt, inquit, fornicationes, immunditia, contentiones, amulationes, animositates, dissensiones, haerese, iudicia, ebrietates, comestiones, & his similia. Quid istis videtur vt

crimen idololatriae putent iuste ab Imperatoribus vindicari? Aut si nec hoc volunt, cur in veneficos vigorem legum exerceri iuste fatetur: in haereticos autem atque schismaticos impias dissensiones nolunt fateri: cum in iisdem iniquitatis fructibus auctoritate Apostolica numerentur? An forte nec talia potestates istae humanae constitutionis permittuntur curare? Propter quid ergo gladium portat qui dictus est minister dei, vindex in iram eis qui male agunt, nisi forte quemadmodum nonnulli eorum sane imperitissimi hoc intelligere solent, de honoribus Ecclesiasticis dictum esse, vt gladius intelligatur vindicta spiritalis, qui excommunicationem operatur, cum prouidentissimus Apostolus consequenti contextione lectionis satis aperiat quid loquatur. Ille quippe addidit, Propter hoc enim & tributa praestatis. Ac deinde subiunxit, Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Hoc ergo iam restat, vt istis disputationibus suis prohibeat Christianos tributa persolvere, cum & dominus talia sentientibus Phariseis, quos imitatur isti, nummo inspecto responderit, Reddite, inquit, Caesari quod Caesaris est, & deo quod dei est. Hi vero in utroque inobedientes atque impij, nec deo reddunt Christianum amorem, neque regibus humanum timorem, ita ceci & insani, vt cum schismaticos suos Maximinianistas per potestates a catholicis Imperatoribus missos de basilicis excluderint, & vi magna iussio num & auxiliorum cedere sibi compulerint, arguant catholicam, si pro ea catholici principes tale aliquid fieri praecerint. Ipsi vero Maximinianistae antequam essent Maximinianistae, id est, cum adhuc vno simul Donatistarum consortio tenerentur, quae ab eis rogatus ille Maurus per regem barbarum Firmum, quam saeva & quam acerba perpeffus sit, recolat: & taceat, nec conqueri audeant si quid huiusmodi vel a Primianistis propter suum schisma, vel cum Primianistis propter Donatistas, non pro religione sacra, sed pro animositate sacrilega patiuntur. Fortassis enim dicunt grauiora se perpeffos a catholicis Imperatoribus, quam isti fecerunt per reges Barbarorum Rogatistas, vel per iudices catholicorum Imperatorum Maximinianistas, vel etiam faciunt per furorem Circumcellionum quibuscuque possunt: quasi vero inde quaestio sit, vtrum grauiora patiuntur quam faciunt. Quod quidem nullo modo coefferim. Multa enim eorum sequissima numerantur, imo numerari non possunt, quae si pauciora essent, vel eos in quos admittuntur minus affligeret, eo ipso essent certe grauiora, quod non ab ordinatis potestatibus iuberentur, sed extraordinariis furoribus admittuntur. Non enim tam multa sunt quae aduersus Maximinianistas per iudices humanae constitutionis egerunt, in eo genere actionum ponant si volunt, quam quae etiam ad persequendum Rogatum Maurum ab eis per Firmum barbarum gesta sunt, & si illum licet hostem immanissimum Romanorum in legitimis numerent. Sed haec non tam multa sunt, quam multa quotidie agunt per furiosos ebriosorum iuuenes greges, quibus principes constituunt, qui primum tantummodo sustinent, nunc etiam ferro se armare coeperunt, qui Circumcellionum notissimo nomine per totam Africam vagantur, & saeva contra omnem ordinem legum potestatumque committunt: quorum scelera cum ad eos deferuntur, fingunt se ignorare tale hominum genus, vel opinino ad se non pertinere, contra omnes homines ore impudentissimo affirmant, neque hanc saltem vocem totius orbis accipiunt, multo pro-

Apoca. 3.

Propheta. 11.

H

Psal. 21.

Nota de martyribus.

Mat. 5.

Enimvero.

Mat. 5.

Rom. 13.

Ibidem.

Mat. 22.

F

Nota qui sunt Circumcelliones.

Cebabilis veriusque dicentis, nescire se quid in Africa gestum sit, siue a parte, siue contra partem Donati, quam scilicet in ipsa Africa Donatistarum Episcopos, Circumcellionum vel facta nescire, vel dicta ad se non pertinere. Sed ut dicere coeperam, hoc non quaritur modo, vtrum patiantur grauiora quam faciant, sed vtrum aduersus haereticos & schismaticos tale aliquid fieri liceat. Si enim dicunt non licere, cur ipsi faciunt? Si autem licere fatentur, etiam sic ostendant, quod nullo modo possunt, grauiora se perpeti a catholicis Imperatoribus, quam ipsi per iudices eorum vel per reges Barbarorum schismaticis suis fecerunt, vel per insaniam Circumcellionum omni generi hominum faciunt. Neque hoc mirandum est, si plus possunt principes quam missi a principibus iudices, si plus possunt Romani Imperatores, quam Barbari reges. Et si merito grauiora legibus patitur latro, quam contra leges ipse committit: vnde merito constitutionibus iustis grauiora patiuntur Circumcellionum mancipis, quam faciunt Circumcelliones, & tamen tanta est mansuetudo Christianorum, ut poenas eorum incomparabiliter superent facinora eorum. Sed ecce damnauerunt in concilio suo Maximianistas, trecenti decem Episcopi Donatistae. Illi autem pertinacia peruersitatis suis basilicas cedere volebant. Additi sunt iudices, consilium eorum proconsularibus gestis inditum est. Deinde visum est, ut illi qui tanto Episcoporum numero damnati sunt, cederent locis, & facile cesserunt, nec multa passi sunt: qui autem resistere tetauerunt, quemadmodum afflicti sunt, quis ignorat? Sed tamen si tanta fuisset immanitas resistentium, ut ad iniurias iudicum perueniret, nonne multo acerbiora Romanis legibus paterentur? Sic & tunc cum post terminum causae, in qua se isti a catholica praeciderunt, consequenter agi coepisset ut basilicas non tenerent, & tenerent imperialibus resistendo iussionibus, ita ut vis illa notissima Circumcellionum praualeret, addendo insuper etiam, ut cum donis Ecclesiae, quos miserat Imperator per Africam euntes turbulentissimis & saeuissimis seditionibus agitant: tales in eos leges proferuntur, ut ne ipsas quidem basilicas quae non erant vnitatis, sed a separatis atque in suo schismate constitutis fuerat fabricatae, retinere sinerentur. Qua in re iam suas iniurias potestas regia vindicauit. Quid enim valent iuste possidere inimici iustitiae? Nec pro eis aliquid promulgasse quis inuenitur nisi apostata Iulianus, cui pax & vnitatis Christiana nimium displicebat: quandoquidem ipsa ei vnde impie ceciderat religio displicebat. Cui quidem isti Donatistae, sicut iudicum gesta testantur, quibus hi quod impetrauerant allegarunt, talibus verbis supplicauerunt, ut ei fortasse mitius ad idolorum cultum quidam timore consenserint, quam cum isti furiosi laudauerunt. Dixerunt enim quod apud eum solum iustitia locum haberet. Quid ergo aliud dixisse reperiuntur, nisi Christianam sanctitatem non esse iustitiam, quae apud illum nullum haberet locum: aut honorem demonum esse iustitiam: aliorum autem Imperatorum iustitiam legesque quae vehementes aduersus eos latae sunt, quis ignorat? In quibus vna generalis aduersus omnes qui Christianos se dici volunt, & Ecclesiae catholicae non communicant, sed in suis separatim conuentibus congregantur, id continet, ut vel ordinator clerici, vel ipse ordinatus denis libris auri mulctentur: locus vero ipse quo impia separatio congregatur, redigatur in fiscum. Sunt & aliae iussiones generales, quibus eis vel faciendi testamenta, vel per donationes alicui

Episcopi
dia.

Lex impe-
rialis contra
schismaticos.

conferendi facultas adimitur, vel ex donationibus aut testamentis aliquid capiendi. Nam in quadam causa cum homo nobilis Imperatoribus supplicasset, quod soror eius quae de parte Donati fuerat, cum defungeretur, nescio in quos communionis suae, & maxime in quendam Augustinum Episcopum eorum plurima contulisset, ex illa generali lege praecipitum est, ut omnia fratri restituerentur: vbi etiam Circumcellionum mentio facta est, si more suo violenter obliterent, quo genere auxiliorum & adimiculis repellerentur. Sic enim notum, sic multis preliis probati sunt, ut de his & supplicatio Imperatori fieret, & Imperator tacere non posset. Quae cum ita sint, cum & diuinis & humanis legibus ita damnentur: tanta est tamen mansuetudo Christiana, ut non solum teneant basilicas, quas iam praecisi edificauerunt, sed nec eas omnes reddiderint vnitati, quas ab exordio vnitatis tenuit. Et cum ipsi Maximianistas de basilicis ad partem Donati pertinentibus, per iudices a catholicis Imperatoribus missos instanter excluderint, tamen a multis locis, quos catholica ante vnitatis retinebat, nec ipsorum catholicorum Imperatorum legibus excluduntur. Postremo si quid forte aliquando inmoderatus in eos factum est, ut Christianam excederet lenitatem, displicet omnibus frumentis messis dominica, id est, in Christo laudabilibus Christianis, qui siue ceterario, siue sexagenario, siue tricenario fructu in catholica Ecclesia toto orbe succrescunt. Quapropter zizania vel paleam catholicae segetis nobiscum copiosissime acculent, sed nobiscum ferre patientissime non recusant. Noluit enim dominus ante tempus eradicare zizania, & a frumentorum permixtione separare. Sinit, inquit, vtraque crescere vsque ad messem. Et cum inuolucrum eiusdem similitudinis quarentibus discipulis explicaret, non ait, ager est Africa: sed ait, ager est hic mundus. Per totum ergo mundum seges ista seminata est, per totum superfeminata zizania, per totum crescit vtrunque vsque ad messem. Nunquid aut Donatus fuit maior messor, aut eo tempore quo se isti a terrarum orbe separarunt, tempus messis aduenerat: cum idem dominus ne alicui liceret interpretari quod vellet, aperitissime dixerit, Messis autem est finis seculi, messorum autem angeli sunt. Tales enim messorum errare non possunt, ut vel frumenta pro zizaniis colligant, vel pro frumentis zizania redigant. Isti autem cum quasi zizania gemitata fugiunt, seipsos esse zizania demonstrarunt, in manifestissimo sacrilegio contra sententiam domini praedicantes, ut cum ille dicat, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: isti per tam magnum agrum, id est, totum mundum zizania crescere, frumenta vero diminuta in sola Africa remansisse contendunt, Christo regi & principi nostro sacrilegam facientes iniuriam. Scriptum est enim, In lata gente gloria regis, in diminutione autem populi contritio principis. Sed iam tempus est quantum existimo ipsa testimonia scripturarum, quae male interpretata decipiunt imperitos, diligenter attendere, & quantum dominus donat, secundum intellectum catholicae veritatis aperire.

Libri primi finis.

AUGUSTINI HIPONENSIS
Episcopi, contra Parmenianum Liber Secundus.



Vae tandem vis nisi caecitas & vanitas animi cogit hominem clausis, ut dicitur, oculis, tanquam in alterum iacere, quod in eum qui iecerit, continuo redeat, eumque ictu reciproco affigat, in tacto illo quem vulnerare voluerat, sicut isti Donatistae de omnibus ferunt scripturarum testimoniis faciunt: Quae cum se aduersum nos praefere arbitrantur, velut admonere nos videntur quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Quid enim facit aliud quando vel pro se, vel contra nos Parmenianus putat esse quod scriptum est, Vae his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt id quod amarum est dulce, & dulce quod amarum: O stultissimam caecitatem, quid enim tam bonum & tam iocundum quam habitare fratres in vnum? Quid illi nequam dicunt & amarum ponunt, qui se ab omnibus fratribus separant, dum vanas suspensiones suas, ne dicam factiosas calumnias, vel non excitatae, vel excitatae tolerare noluerunt: Quod si veram paleam odissent, & ipsi palea non essent: non propterea se a dominico tritico per totum agrum, id est, mundum seminato & crescente seiuergere debuissent. Exclamet itaque si possunt: Vae his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Respondemus breuiter, verum est, & addimus aliud, Vae his qui perdiderunt sustententiam, dum ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Quid enim lucidius promissis dei, qui temporibus nostris exhibuit quod ante annorum milia praenunciavit in semine Abrahamae, quod est Christus, benedictione omnes gentes habituras: Et quid tenebrosius praesumptionibus hominum, qui propter temere obiecta & nunquam probata crimina traditorum, quae si vera essent, nunquam deo praedicerent quo minus quae promissis impleret, perisse dicunt Christianum nomen de tot gentibus in orbe terrarum, & in sola Africa remansisse: Et hanc praesumptionem suam lucem dicunt, promissa vero dei iam ipso effectu rerum illuminata mendaciorum tenebris operire contendunt. Insuper aduersum nos factis suis clamant dicentes, Vae his qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Ita ne lux erat Optatus, cum totum orbem tenebras appellauit? An eum potius esse tenebras tota Africa sentiebat, & isti eum lucem vocabant, qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem? Sed displicebat, inquit, Optatus in communionem nostram omnibus bonis. Non ergo eum lucem vocabitis, & tamen ei communicabitis. Eligite itaque quod velitis, aut non obesse in vna communionem tenebras luci, sed sufficere luci ut tenebras improbet, & eas pro vnitatis si expellere non potest toleret, atque ita non fuisse causam cur ab innocentibus fratribus, quos malos certe non potuissent ostendere, si vobis cognitos etiam fuisse dicatis, tenebroso schismatis sacrilegio disungeremini: aut si non sufficit luci ut improbet, quas expellere non potest tenebras, id est, si non sufficit bonis ut improbet malos, quos excludere vel emendare non possunt, facilius vnus Optatus partem Donati in vna Africa notissimus & apertissimus maculauit, quam quilibet Afer traditor tot gentes per orbem terrarum, & si non dicam falsis criminibus accusatus, tamen quod impudentissime nega-

Cap. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

Ep. 1.

tur, ignotus. Accipientes itaque peruerso corde scripturas, non eas faciunt obesse nobis, sed sibi: quando ad hoc putant esse scriptum, Vae his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: quo paleam frumenta inter se non tolerant ad usque tempus ventilationis, ut cum male intelligant. Vae his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: compleatur in eis, Vae his qui perdiderunt sustententiam. Si autem intelligant in eos hoc esse dictum, qui opinantes quod malum est bonum esse, malum committunt in eos qui talibus laudando atque approbando consentiunt: quae duo genera in vno loco scriptura commemorat, dicens, Quoniam laudatur peccator in desiderijs animae suae, & qui iniqua gerit, benedicitur: recte intelligunt nec turbabuntur, cum apud ipsos inuenientur mali, nisi quod eos pro parte Donati tolerant, quos pro Christi vnitatis tolerare debuerunt, & per hanc obstinationem animositatis suae cogunt miserari in schismate suo ferre, quos norunt ab orbe terrarum accusatos & damnatos esse. Quisquis ergo vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, aequitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, & ab isto maledictio immunitis quod scriptura dicit, Vae his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt quod amarum est dulce, & quod dulce est amarum: omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. Obiciunt iterum si mile huic solita caecitate. De vobis, inquit, dicit scriptura, Qui iudicat iustum iniustum, iniustum vero iustum, execrabilis est apud deum. Cur non execratio potius in illos cadit, qui vniuersum orbem terrarum Christianum damnare ausi sunt inauditum, in quo tam ingenti hominum numero sine vlla dubitatione fuerunt & sunt ab eorum criminibus innocentes? Hoc ergo modo quod iustum est iniustum iudicauerunt, cum Optatum Gildonianum decennalem totius Africae gemitum, tanquam sacerdotem atque collegam honorantes in communionem tenerunt. Aut si cum corde improbant, sed pro pace tolerabant, discant nullius pacifici patientiam malo non consentientem, ab vllis malis posse maculari, atque ita sentiant in qua perditione iaceat, qui propter falsa siue vera, non enim nunc quaeruntur crimina Afrorum, vnitatis spiritus in vinculo pacis non seruauit, cum orbem terrarum inauditum damnant. Quod si dicerent, nescimus an sint per tot gentes terrarum transmarinarum boni Christiani, impudentissime dicerent. Deus enim perhibet testimonium frumentis suis, qui per totum agrum seminatus, quauis cum zizaniis a diabolo superfeminatis, tamen vsque ad messem crescere mandauit. Vnde & si homines ipsos minus nouimus esse bonos, tamen eos deo nouimus, quia metiri deum non potuisse, fide certissima retinemus. Cum ergo sacrilega impudentia dicant, nescimus vtrum sint in cetero orbe terrarum boni Christiani, videant qua insania dicere audeant. Quotidie enim non dubitant dicere, scimus ibi non esse Christianos. Aliud est vti que, nescimus an sint: aliud, scimus quod non sunt. vtrunque & infidele & impium est. Sed si detestandum est qui dicit, nescio an vera dixerit deus: quis est ille qui dicit, scio quod non vera dixerit deus: Certe arbitror quod neminem istorum offendere debeo, si Donato deum praeposuero. Quantumlibet enim amet Donatum, plus timet deum. Postremo quantum ipsi ament Donatum, nos nouimus, quia solus deus verax est, om-

Ibidem.

Ecl. 2.

Psal. 9.

23. q. 4. ca.

quisquis vel

quod potest.

E

imitate supportat,

hic est pacificus,

& ab isto maledictio

immunitis quod scriptura dicit,

Vae his qui dicunt quod

nequam est bonum,

& quod bonum est nequam:

qui ponunt lucem tenebras,

& tenebras lucem:

qui ponunt quod amarum est dulce,

& quod dulce est amarum: omnino liber,

prorsus securus, penitus alienus.

Obiciunt iterum si

mile huic solita caecitate.

De vobis, inquit, dicit scriptura,

Qui iudicat iustum iniustum, iniustum vero iustum, execrabilis est apud deum.

Cur non execratio potius in illos cadit,

qui vniuersum orbem terrarum Christianum damnare ausi sunt inauditum,

in quo tam ingenti hominum numero sine vlla dubitatione fuerunt & sunt ab eorum criminibus innocentes?

Hoc ergo modo quod iustum est iniustum iudicauerunt,

cum Optatum Gildonianum decennalem totius Africae gemitum, tanquam sacerdotem atque collegam honorantes in communionem tenerunt.

Aut si cum corde improbant, sed pro pace tolerabant, discant nullius pacifici patientiam malo non consentientem,

ab vllis malis posse maculari, atque ita sentiant in qua perditione iaceat, qui propter falsa siue vera, non enim nunc quaeruntur crimina Afrorum, vnitatis spiritus in vinculo pacis non seruauit,

cum orbem terrarum inauditum damnant.

Quod si dicerent, nescimus an sint per tot gentes terrarum transmarinarum boni Christiani, impudentissime dicerent.

Deus enim perhibet testimonium frumentis suis,

qui per totum agrum seminatus, quauis cum zizaniis a diabolo superfeminatis, tamen vsque ad messem crescere mandauit.

Vnde & si homines ipsos minus nouimus esse bonos, tamen eos deo nouimus, quia metiri deum non potuisse, fide certissima retinemus.

Cum ergo sacrilega impudentia dicant, nescimus vtrum sint in cetero orbe terrarum boni Christiani, videant qua insania dicere audeant.

Quotidie enim non dubitant dicere, scimus ibi non esse Christianos.

Aliud est vti que, nescimus an sint: aliud, scimus quod non sunt.

vtrunque & infidele & impium est.

Sed si detestandum est qui dicit, nescio an vera dixerit deus: quis est ille qui dicit, scio quod non vera dixerit deus: Certe arbitror quod neminem istorum offendere debeo, si Donato deum praeposuero.

Quantumlibet enim amet Donatum, plus timet deum.

Postremo quantum ipsi ament Donatum, nos nouimus, quia solus deus verax est, om-

nis

quisquis vel quod potest.

E

imitate supportat,

hic est pacificus,

& ab isto maledictio immunitis quod scriptura dicit,

Vae his qui dicunt quod nequam est bonum,

& quod bonum est nequam:

qui ponunt lucem tenebras,

& tenebras lucem:

qui ponunt quod amarum est dulce,

& quod dulce est amarum: omnino liber,

prorsus securus, penitus alienus.

Obiciunt iterum si mile huic solita caecitate.

De vobis, inquit, dicit scriptura, Qui iudicat iustum iniustum, iniustum vero iustum, execrabilis est apud deum.

Cur non execratio potius in illos cadit, qui vniuersum orbem terrarum Christianum damnare ausi sunt inauditum, in quo tam ingenti hominum numero sine vlla dubitatione fuerunt & sunt ab eorum criminibus innocentes?

Hoc ergo modo quod iustum est iniustum iudicauerunt, cum Optatum Gildonianum decennalem totius Africae gemitum, tanquam sacerdotem atque collegam honorantes in communionem tenerunt.

Aut si cum corde improbant, sed pro pace tolerabant, discant nullius pacifici patientiam malo non consentientem, ab vllis malis posse maculari, atque ita sentiant in qua perditione iaceat, qui propter falsa siue vera, non enim nunc quaeruntur crimina Afrorum, vnitatis spiritus in vinculo pacis non seruauit, cum orbem terrarum inauditum damnant.

Quod si dicerent, nescimus an sint per tot gentes terrarum transmarinarum boni Christiani, impudentissime dicerent.

Deus enim perhibet testimonium frumentis suis, qui per totum agrum seminatus, quauis cum zizaniis a diabolo superfeminatis, tamen vsque ad messem crescere mandauit.

Vnde & si homines ipsos minus nouimus esse bonos, tamen eos deo nouimus, quia metiri deum non potuisse, fide certissima retinemus.

Cum ergo sacrilega impudentia dicant, nescimus vtrum sint in cetero orbe terrarum boni Christiani, videant qua insania dicere audeant.

Quotidie enim non dubitant dicere, scimus ibi non esse Christianos.

Aliud est vti que, nescimus an sint: aliud, scimus quod non sunt.

vtrunque & infidele & impium est.

Sed si detestandum est qui dicit, nescio an vera dixerit deus: quis est ille qui dicit, scio quod non vera dixerit deus: Certe arbitror quod neminem istorum offendere debeo, si Donato deum praeposuero.

Quantumlibet enim amet Donatum, plus timet deum.

Postremo quantum ipsi ament Donatum, nos nouimus, quia solus deus verax est, om-

Gnis autem homo mendax. Christus ergo qui super omnia deus est benedictus in secula, & qui verissime de se ipso dixit, Ego sum via, veritas & vita: cum serui eius ab eo quærerent, vtrum vellet eos ire & colligere zizania, Sinite, inquit, vtraque crescere vsq; ad messem. Donatus autem dicit zizania quidem creuisse, frumenta vero esse diminuta. Eligant isti cui credant. Christus, id est veritas, dicit, Ager est hic mundus. Donatus autem dicit agrum dei in sola Africa remansisse. Eligat cui credant. Christus, id est veritas, dicit, In tempore messis dicam messoribus, Colligite primū zizania, & exponit dicens, Messis est finis seculi. Donatus autē dicit per præcisionem partis suæ ante messem à frumētis zizania separari. Eligat cui credant. Christus, id est veritas, dicit, Messorēs sunt angeli. Donatus autem dicit se atq; collegas suos hoc fecisse ante messem, quod ille dixit angelos in messe facturos. Eligant cui credant. Certē Christianos se dicūt, Christum eis Donatumq; præponimus. Si verba dant Christo, cor suum, Christo ergo credāt dicenti, q̄ per totum mundum & filij regni crescant, & filij maligni, nō Donato dicenti, q̄ per totum mundū filij maligni tantummodo creuerint, filij autē boni vsque ad solam Africam diminuti sūt. Quōd si Christo credunt, nō iam dicimus, cum Ecclesiis orbis terrarum, sed cum ipso Euāgelio pacem habeant, quod ab igne se conseruasse iactitāt, quia factis non probant. Iam illud quō pertinet quod idē Parmenianus ex Propheta Esaiā nobis obiciendū putauit, Nunquid non valet manus domini saluos facere, aut aggrauauit aurem ne exaudiat? Sed delicta vestra distinguunt inter mediū vestrum & dei, & propter peccata vestra auertit faciem à vobis ne miseretur. Manus enim vestre sanguine coinquinatæ sunt, & digiti vestri in peccatis: labia autē vestra locuta sunt iniquitatē, & lingua vestra iniustitiam meditatur. Nemo loquitur iusta, non est iudicium verum. Confidunt in vanis, & loquūtur mala, quia parturient dolorem, & pariunt iniquitatem. Oua aspidum eruperunt, & telam aranæ texerunt: & qui erat de ouis illis manducaturus, conterēs inuenit olidum, & in ipso basiliscum. Tela ergo eorum non erit ad vestiēdum, neque se operient de operibus suis. Opera enim illorum opera iniquitatis, pedes autem eorum ad nequitiam currunt, veloces ad effundēdum sanguinem, & cogitationes eorū cogitationes insipientium. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Quos isto loco scriptura describit, vbi cū fuerint inter bonos, non obsunt bonis, sicut nō obest palea frumētis, donec veniat dominus area, ferens ventilabrum in manu sua vt mūdēt aream suā, frumēta recōdat in horreum suū, paleas vero cōburat igni inextinguibili. Sicut etiā non obsunt bonis tāta multitudo sceleratorum, qui per Ezechielem Prophetam dicti sunt, illis videlicet qui gēbant & mērebant facinora populi quæ se habent in medio eorum. Vnde quia eos corrigere nō poterant, nec ab vnitāte populi dei se vllō modo separare volebant, pro merito innocētissimæ toleratiōis suæ signari meruerunt, & in illorum perditōrum vastatione atque interitu liberari. Veruntamē isti qui hæc catholicis obiciūt: cur non sese respiciūt, quorum caterua gregum furiosorum huc atque illuc armata ferro ac fustibus volitat, & tam crebris vbi potuerint stragibus, nequaquam tamen tanta immanitate satiantur, vbi per busta ca daue-

rum eorum cum feminis, quæ cum illis passim cōmixta cōtra ordinem rerum diuinarum & humanarū diebus ac noctibus euagātur, tanta feruet ebrietas, vt inde insaniam quotidianam non solum alios infectādi, sed etiam se ipsos præcipitandi cōcipiant? Horum pedes ad sanguinem? Ab istis nō recedit iudicium, qui sibi etiam iniustissimas licentias inordinatæ potestatis vsurpant. Istis non fiunt lux tenebræ, dum non valēt sustinere lumē in falso martyrio? Nonne in media nocte ambulāt etiam per diem: quandoquidem dicit Apostolus, Qui inebriantur, nocte sunt ebrii? Nonne isti palpāt in meridie quasi in media nocte? Quod quidē omnium hæreticorum est, qui rem manifestissimam in lucem omnium gētium constitutam videre nō possunt, extra cuius vnitatem quicquid operantur, quāuis magna solertia & diligentia fieri videatur, tamen illis nihil prodest aduersus iram dei, quos nec araneam telē possunt defendere à frigore. Quid ergo de hoc propheticō capitulo ponūt, quod in ipsos retorqueri non possit, nisi forte de ouis aspidum quorum multo antē meminerat dictator illius sententiæ plenarij concilij trecentorum decem, qui cum vniuersis provinciis Africæ cōuenerunt? Hoc certē si videret Parmenianus non diceret, nec ex Esaiā Propheta poneret aduersum nos, Oua aspidum eruperunt. Respiceret enim adiūtum collegio suo Felicianū Musticanum & Prætextatū Assuritanum, quos ex numero damnatorum quasi bono pacis, non tamen Christi, sed Donati, velut integros denuo receperunt, qui & erant oua aspidum & eruperāt. Sic enim eos describunt trecenti decem plenarij concilij ore veridico, sicut eorum etiam procōsularibus gestis scripta allegata testantur. Hæc enim eorum certē verba cōcilij sunt. Licet enim viperæ seminis noxios part⁹ venenati vteri alius diu tēxerit, & cōcepti sceleris vda coagula in aspidum membra tardo se calore vaporauerint, tamē conceptum virus euanescente vmbaculo celari non poterit. nā & si sero publicum facinus & parricidium suum fota, factum scelerum pepererunt. Hæc oua aspidum eruperant, iamque horribilia & male olentia, cum venenolis foetibus erant ab eorum communione proiecta. Sed erat intus Optatus basiliscus qui nutu quodam regali, quo inter serpētēs excellere dicitur, etiam proiectas aspides reuocaret. Aut si hæc pro pace nō obsunt, quid catholicis obiciunt quos conuincere nequiuert, cum ipsi receperint quos ore proprio damnauerant? Si hæc, inquam, pro pace nō obsunt Christi, obsunt tamē pro pace Donati, cui multum fæuerit in iniuriam pacis Christi: pro quo sacrilegio quicquid corporalibus molestiis patiuntur, admonitio dei est cauedæ damnationis æternæ. Nam ipsi vere sanguinem non solum corporaliter per furias Circumcellionum, sed etiam spiritaliter fundunt, qui orbem terrarum si possunt rebaptizare conātur. Aut si solus ille sanguinē fundit, qui carnem mortalem vel vulnerat vel vulneratā perimit, ille autem nō fundit qui seductas animas sacrilegio schismatis occidit, quare in schismaticos suos Maximianistas per eandem plenarij concilij sui sententiā talia dixerunt, Veloces pedes eorum ad effundēdū sanguinem: cum ab eis constet corporaliter neminē occisum, neminem vulneratum? Insuper eos ab istis multa perpeffos, cum de basilicis per iudiciarias potestates excellerēt, qualia ante separationē Maximianistarum, cum in vnō pariter essent, multa fecerunt eis qui priora ex parte Donati schismata fecerant, Cui enim vnquam schismatico

A schismatico suo pepercunt, qui sibi ab orbe terrarum cuius ipsi schismatici sunt, nimis impudētē parci volunt, cum à sola ipsa vera vnitāte iustissime schismata puniantur, si eo modo ista puniendū sunt? Et illud quod scriptum est, Secundum principem populi, sic & ministri ipsius: & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes. Si intelligerent quō pertinet, nec nobis talia obicerent, nec ipsi vana iactantia superbirēt. Nos enim vt hominum spem quæ in solo deo tuta recteq; secura est, non in hominibus collocemus, quoniam scriptum meminimus, Maledictus qui spem suam ponit in homine: non intelligimus hoc loco principem populi & rectorem ciuitatis Episcopum significari. Non ideo quia non possumus innumerabiles sanctos in catholica fide Episcopos inueniri, sed ne cuiusquam, vt dixi, spes hominis collocetur in homine, & si forte ei cōingat in ea vivere ciuitate, vbi nō sit bonus Episcopus, arbitretur impune se malum fieri, vsurpans ad defensionē suam, tam peruerse istam scripturam quā peruerse ab istis intelligitur, & dicens ideo se bonum esse non posse, quia secundum principem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes. Contradicitur enim huic errori, veritatis ore dicentis, Quæ dicunt facite: quæ autē faciunt, nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Habētēs itaque plebes tales Episcopos, qui bona dicunt ex cathedra Moyfi, & ea quæ dicunt non faciunt ex pestilentia sua, si illi faciunt ea bona quæ dicūt, & non faciunt ea mala quæ faciunt, sicut præcepit dominus, nōne satis indicant non ita intelligendum esse principem populi & rectorē ciuitatis quomodo isti intelligunt? Possunt enim esse populi boni vbi fuerint Episcopi mali, sicut potuit esse populus malus, vbi fuit Moyses princeps & rector bonus. Errantes enim in verbis sanctarū scripturarum, & sicut dicit Apostolus, nō intelligētēs neque quæ loquuntur, neque de quibus asserunt, ipsi potius secundum peruersitatem intellectus sui magnas patiūtur angustias, cū eis dicitur, Ergo qualis fuit Optatus, talis fuit plebs Thamugadēsis, & si cōmunione sacramentorum, sicut dicitis, contaminantur & illi qui facta mala improbant, & illi qui etiam ea pro pace tolerant vnitatis: tales estis & vos omnes, qui & illi collegæ & illi plebi communicastis, cum illum tota Africa Gildonis satellitem manifesto gemitu declamarēt. Quem propterea sæpe nomino, quia ita manifestus apparuit, vt vbi cunq; fuerit nominatus, nullus se ignorare responderet. Nam ipsi respiciant & recorderentur, quā multos inter se similes habeāt, quorū par malicia est, sed impar notitia, & aliquando veniant ad veram sententiā istorum verborum, & intelligāt vnum principem dominum nostrū Iesum Christum, cuius ministri sunt boni, & ipsum rectorē ciuitatis illius Hierusalem, quæ est mater nostra in coelis æterna, cuius rectoris dignitati congruunt habitantes, nō ad equalitatem, sed pro modo suo, quia dictū est eis, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: secundum quādam scilicet imaginis similitudinem, in qua trāsformamur de gloria in gloriam tāquam ad domini spiritum, munere illius qui nos facit cōformes imaginis filij sui. Est & alterius mali populi diabolus princeps, & rector eius ciuitatis quæ mystice Babylonia dicitur, quæ principem & rectorē tenebrarū harum, id est peccatorū, ipsum, & angelos eius Apostolus appellat: & illius ministri similes ei sunt, qui trāsfigurant se in ministros iustitiæ, sicut ille in angelum lucis, & inhabitantes rectori pessimo in factis similibus cōgruunt. Sed istorum populorū atq; ciuitatū

tunc erit aperta separatio, cum ista messis fuerit veritata: quod donec fiat, omnia tolerat dilectio frumentorū, ne dum grana paleam præpropere fugiunt, à confortibus granis impie separentur. Quid igitur iam valet ad causam quod isti nobis obiciunt, quia de malis sacrificatoribus dominus per Esaiam Prophetā dicit, Facinorosus qui sacrificat mihi vitulū quasi qui canem occidat, & qui similitudinem quasi sanguinem porcini, & qui offert thus quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia multo cōgruentius de illis dicuntur, qui contra Ecclesiam dei toto sicut promissa est orbe diffusam, altare sui schismatis exerēt, quod eos sacrilegiū omnes inuoluit, & quilibet vbi libet offert sacrificiū tali corde vel factis hæc vt audire mereatur, perniciem sibi infert, nō illis bonis qui accipiunt ab eis sacramēta eadem, qui secundū Prophetam Ezechielem gemunt & mœret peccata quæ sūt in medio eorum, quāuis non se inde corporaliter separent. Vnicuiq; enim deus retribuit secundum cor suum. Nam si primis temporibus non obferūt mali sacerdotes vel collegis bonis, sicut fuit Zacharias: vel popularibus, sicut fuit Nathanaël, in quo dolus non erat: quāto magis nihil obest in vnitāte Christiana Episcopus malus vel cōepiscopis vel laicis bonis, cū Eiam ille sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech & pontifex noster, sedens ad dexterā patris, interpellat pro nobis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: Nec illud bonis obest, sed offerētibus malis, quod verissime dictum est, Dona iniquorū non probat altissimus. Nō enim dixit, Dona eorum qui pro pace iniquos tolerant nō probat altissimus: cū tamen nec isti ea quæ obicerūt probare potuerint eo tēpore, quo schisma fecerūt, alioquin illis exclusis, istos hæreditas Christi toto orbe diffusa in communionē catholica retineret. Sacrificia, inquit, impiorū execratio est domino. Etenim nō inique offerūt illa. Iam suprā respōsum est, quia nō est iniquus Christus, qui pro nobis seipsum obtulit, & noster in celo mediator est, quo suam Ecclesiam gubernante bonis mali nō oberunt, qui vel ignorantur vel pro pace tolerātur, donec ipse veniat ac separet præmissis messoribus à messe zizania, & ventilabro paleas à frumentis: quanquam isti, quod sæpe dicendum est, falsa crimina obicerint, quæ etiam si vera essent, bonorum charitati pro vnitāte in vnitāte omnia tolerantia nihil nocerent, si ea forte etiam cognita, iudicibus Ecclesiasticis persuaderi non possent. Sacrificia ergo impiorū eis ipsi oberunt qui offerunt impie. Nam vnum atq; idem sacrificiū propter nomē domini quod inuocatur, & semper sanctū est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiēdum accesserit. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit. Non ait aliis, sed sibi. Qui ergo māducat digne & bibit, gratiam sibi māducat & bibit. Illi ergo videāt vtrū digne manducant, qui inter tam multos parentes & filios, maritos & vxores: inter tam multos, quod est patentissimum, dei hæredes, & cōhæredes Christi toto orbe diffusos, nefario schismate diuiserunt, cū possent vtiq; si boni essent, & vere malos arguerent, fructuose tolerare pro pace Christi, quæ perniciose tolerant pro pace Donati. In Exodo, inquit, scriptum est, Sacerdotes qui accedūt ad dominum deum, sanctificentur, ne forte derelinquat eos dominus. Et iterum, Cum ministri ad altare accedunt, nō adducant in se delictum, ne moriantur. Et illud in Leuitico, Homo qui habuerit maculam & vitium, nō accedat dona offerre deo. Bene quidē de veteribus libris

*Psal. 115.
Rom. 9.
Ierem. 14.
Mat. 13.
Donatist. 4.
vñ cōstitutio*

Mat. 13.

*Cap. III.
Esai. 59.*

Mat. 3.

Ezech. 9.

*Cap. III.
Ezech. 10.*

Mat. 17.

Ezech. 10.

Mat. 23.

1. Tim. 7.

Gal. 4.

1. Pet. 19.

1. Cor. 3.

1. Tim. 4.

1. Pet. 4.

Cap. 7.

Esai. 66.

1. q. 1. ca. per

Esaiam.

Ezech. 9.

Mat. 23.

1. Joan. 1.

1. Pet. 109.

Roma. 8.

Roma. 4.

Eccel. 34.

Cap. VI.

Prover. 15.

Roma. 4.

1. Tim. 2.

Matth. 13.

Et 3.

1. Cor. 11.

1. al. parte

Cap. VII.

Exod. 19.

Et 30.

Leuit. 21.

Gista testimonia proponunt. Dicant ergo mihi, cui sancto secundum salutem spiritalem obfuerit, vel in sacerdotibus, vel inter populum constituto, malus aut maculatus sacerdos: Vbi erat Moyses & Aarō, ibi murmuratores sacrilegi, quos deus a facie sua semper perdere minabatur. Vbi erat Caiphas & ceteri tales, ibi Zacharias, ibi Symeō & ceteri boni: vbi Saūil, ibi Dauid: vbi Hieremias, vbi Esaias, vbi Daniel, vbi Ezechiel, ibi sacerdotes mali & populi mali: sed sarcinam suā vnusquisque portabat. Omitto dicere quā scelerata superbia dicat, neminem esse inter collegas suos vel seipsum cū aliqua macula & vitio, nō membrorū, sed quod peius est, morum. Quod vbi agere cū eis cōperimus, respondebunt, interesse qualis macula & quale vitium sit quæ sic scriptura discernerit quæ ait, Homo qui habuerit maculam aut vitium, nō accedat dona offerre deo. Nullamne maculam habuit & vitium, nō dico Optatus, sed ipse Parmenianus, aut ipse Donatus? Sed tanto isti amore hominum cæci sunt, & corde impudico adulteros mentis suæ, vni legitimo viro cōiungere nō dubitant, vt quod de solo domino Iesu Christo dici potuit, etiam in Donato perfectū fuisse cōtendant. Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum: Quis congruus huic sceleri gemitus concussio peccatore exprimetur? Sed iterum attendat, verum saltem Optatus habuerit aliquam maculam aut aliquod vitium? Non vsque adeo cæci sunt, vt istius vitam omnino immaculatā & omnino vitio carentem fuisse respōdeat. Cur ergo accedebat dona offerre deo, & ab eo ceteri coniunctis manibus accipiebant, quod maculosus & vitiosus obtulerat? Attēdat in ceteris collegis suis vtrum nulla sit macula ebrietas. Sed prius legant quibus sceleratis ebriosos adiunxerit Apostolus. Vtrum auaritia nulla sit macula, quam idem Apostolus sic detestatur, vt idolorum cōparet seruituti? Qui autem detestissime sapiūt, intelligūt quēlibet hominum, quāuis iam pro consortio societatis humanae non absurde dici possit iustissime viuere, nō tamen posse esse sine aliquo vitio, quādiu caro cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnē. Et qui natus est ex deo, non peccat. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. Quāuis enim inquātum ex deo nati sumus non peccemus: inest tamē adhuc etiam quōd ex Adam nati sumus, quia nondum absorpta est mors in victoriā, quod etiam in corporum resurrectione promittitur, vt omnino beati & immaculati & incorrupti simus, qui iam secundum fidem filij dei sumus, sed secundum speciem nondum apparuit quod erimus, Nondum enim res, sed spe salui facti sumus. Spes autē quæ videtur, nō est spes: quod enim videt quis, non sperat. Si autē quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quādiu autem expectamus per patientiam corporis nostri redemptionem, non audeamus dicere carere nos omnino vitio, ne ipsa superbia sit immanissimum vitium. Eui-gilemus igitur aliquando, atque videamus in sacerdotibus illius temporis, cum corporalia vitia vitabantur, illum præfigurari qui cum esset deus, factus est propter nos homo, solus verus agnus immaculatus & sacerdos sine vitio. Ideoq; & tunc sacerdos solus intrabat in sancta sanctorum, populus autem stabat foris: sicut nūc ille sacerdos post resurrectionē suā intravit in secreta cœlorum, vt ad dexteram patris interpellet pro nobis. Populus autem cuius ille sacerdos est, adhuc foris gemit. Nam cū Episcopus solus intus est, populus & orat cum illo, & quasi subscribens ad eius verba respondet,

amen. Vsque adeo tunc quando sine vlla macula & sine villo vitio, quia nō poterant animi sacerdotum, corpora quærebantur, solus ille pontifex noster præfigurabatur, non isti superbi & impij, qui fornicantem animam non zelant sponso, sed ei audent se ostentare pro sponso. In Evangelio, inquit, scriptum est, Deus peccatores non audit, sed si quis deum colit, & voluntatem eius facit, hunc audit. Et hæc absoluta responsio est. Si enim duo simul orent, vnus peccator, & alter qui deum colit & voluntatem eius facit, nimirum illum audit, & illum non audit. Quid ergo sibi vult hoc testimonium, vel quomodo pro se arbitrantur esse proferendum, vel cum his verbis maxime securi sūt inter malos boni, nec vlla causa corporalis separationis existat, vt nefario schismate homines etiam a domino per talē discordiam separentur, quandoquidem possunt & mali inter bonos exaudiri propter fidem suā: Deus enim qui cordis inspektor est, nō errat vt alium pro alio vel exaudiat vel repellat. An propterea dicunt hoc, vt intelligatur malus Episcopus non exaudiri cum pro populo rogat? Quod etiam ita esset, non ideo tamen populus si bonus atque fidelis est, sollicitus esse deberet. Securos enim illos facit illa scriptura quæ ait: Fratres, hoc scribo vobis vt non peccetis: Et si quis peccauerit, aduocātū habemus apud patrem Iesum Christū iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hoc quā veraci & pia humilitate dictum sit audiant, si habent aures vnde audiant. Ioannes enim dixit, Hoc scribo vobis vt non peccetis. Si itaque sequeretur, & diceret: Et si quis peccauerit, aduocātū habetis apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis vestris: seipsum a peccantibus quali segregasse videretur, vt iam nō ei opus esset propitiatione, quæ sit per mediatorem sedentem ad dexteram patris, & interpellantem pro nobis. Quod vtiq; non solum superbe, sed etiam falsū diceret. Si vero ita diceret, hoc scripsi vobis vt nō peccetis, & si quis peccauerit, mediatorem me habetis apud patrem, ego exoro pro peccatis vestris, sicut Parmenianus quodā loco mediatorem posuit Episcopum inter populum & deum: quis eum ferret honorū atq; fidelium Christianorum? Quis sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristū intueretur? Et tamē lacus detriti fumosam aquam istorum superbia ferunt, & spiritum sanctum continere nō possunt, vt seruent vnitatem spiritus in vinculo pacis, & in omnibus orationibus suis de vno mediatore securi sint. Homines enim omnes Christiani inuicē se commendant orationibus suis. Pro quo autē nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic vnus verusq; mediator est, cuius typus quoniā præfigurabatur in sacerdote veteris testamenti, nullus illic inuenitur orasse pro sacerdote. Paulus autem Apostolus quāquā sub capite præcipuum membrum, sed tamen quia membrum est corporis Christi, & nouerat nō per figuram in interiora veli ad sancta sanctorum, sed per expressam & firmā veritatem in interiora cœli ad sanctitatem, non imaginariam, sed æternam, pro nobis intrasse maximum & verissimū sacerdotem Ecclesie, se orationibus fidelium & ipse commendat. Nec mediatorem se facit inter populum & deum, sed rogat vt pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi, quoniā pro inuicem sollicita sunt membra, & si patitur vnus membrum, compatiuntur omnia membra: & si gloriatur vnus membrum, congaudent omnia membra: ac si oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, ascēdat ad caput quod præcessit in cœlum, in quo est pro-

A est propitiatio pro peccatis nostris. Nam si esset mediator Paulus, essent vtiq; & ceteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent, nec ipsius Paulo constaret ratio qua dixerat, Vnus enim deus, vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, in quo & nos vnū sumus, si seruemus vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ne propter malos bonos deseramus, sed propter bonos malos sufferamus, ne cum defendere volumus quod temeraria presumptione relinquimus, incognitos cogamur maiori scelere damnare inauditos, cum etiam certum sit, quia peccatores deus audit, quod quidem inuenitur in scripturis. Balaam Propheta nō de populo Israël, sed alienigena conductus ab inimico, vt populo dei malediceret, conuersus a domino ad benedicendum est: cuius verba omnia bene imprecantis audiuimus & legitimus, & cum aliud haberet in voto, verba tamen precantis & bona sunt; & pro populo exaudiuntur a domino. Vnde nō mirum est si verba bona quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si a malis dicantur Episcopis, & exaudiri tamen, non pro peruersitate præpositorum, sed pro deuotione populorum. Veruntamen quod scriptum est in Evangelio, Deus peccatores non audit, sed si quis deum colit, & voluntatem eius fecerit, ipsum exaudit: non a domino dictum est, sed ab illo qui oculos corporis iam quidem restitutos habebat, sed ei oculi cordis nondum patebāt, vnde ipsum dominum adhuc Prophetam putabat. Nā eum postea cognitum dei filium adorauit. Ipse autem dominus cum in vno templo orarent phariseus & publicanus, publicanum confitentem peccata sua magis iustificatum dicit, quā phariseum iactantem merita sua, cui similes isti sunt. Quāquam enim iustificatus destiterit esse peccator, tamē vt iustificaretur peccator orabat, & peccator confitebatur, & exaudit iustificatus est, vt desineret esse peccator. Non vtiq; desineret esse peccator, nisi prius exaudiretur peccator. Quā obrem nō quidem omnem peccatorem exaudiri, sed tamen non omnem peccatorem nō exaudiri veritas testis est. Obiiciunt & quod dicitur in Psalmo, Peccatori autem dixit deus, vt quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furē currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuū abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Sed aperiant aliquando aures cordis, & desinant esse non intelligentes, neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Attendant enim dictum peccatori, vt quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum: & non intelligūt ad hoc dictum, vt sciat sibi nihil prodesse verba quæ ore pronunciat, si quod dicat ipse non facit, veruntamen alijs prodesse, quæ etiā per malos audiunt, & faciunt, quod ipse dominus docet in Evangelio, dicens de phariseis, Super cathedram Moysi sedet, quæ dicunt facite, quæ autē faciunt, facere nolite: dicit enim & nō faciunt. Atq; vtiā vellent in his verbis quæ de Psalmo meminerunt, se tanquam in speculo intueri. Quomodo non proiciunt sermones dei retrorsum, qui populis pronunciant pacē, & non amant pacem? Quomodo non odio habent disciplinam, qui damnare audient orbem inauditum, & cum pro merito imō longe minus merito, pro tanti furoris audacia, secundum diuinam misericordie disciplinā temporales molestias patiuntur, non peccata sua puniri consentiunt, sed merita

coronari gloriantur? Eos sanē cū fure cucurrisse nō dico, quia fure peior est raptor, quod esse vndiq; clamabatur Optatus. An non cū mœchis particulā suā ponunt, qui greges ebrios sanctimonialiū suarum cum gregibus ebrijs Circumcellionum, die noctuq; permixtos vagari turpiter sinunt? An nō sedētes aduersus fratres suos detrahunt, qui propter quosdam, quos conuincere nō potuerunt, in hereditate Christi toto terrarum orbe diffusa contēdunt non esse Christianos? Atq; ita aduersus filium matris suæ id est, paruulū adhuc in fide & sacramentorum lacte nutriendum, perniciosissimū scandalum ponunt, dū nesciens adhuc sequi deū patrem, infirmus sequitur hominē, & simulata atq; adumbrata specie veritatis illectus, ab vnitatis cōpage, crudeli laceratione diuellitur. Sed si eis qui mala non faciunt, in eadē parte malefacta displicet ceterorū, nec obesse sibi aliena scelera credunt, quæ in medio sui feri gemit & moerent, cur in crimine sacrilegi schismatis perniciose tolerat, quos fructuose tolerare in vnitatis integritate potuerunt? Possunt enim dicere, si tamen iā ipsis rebus expurgati euigilant aliquando, possunt, inquam, dicere mala singulorum ceteris non obesse, qui nec approbat nec faciunt talia, non autē singulorum malū esse schismatis sacrilegiū, sed ad eos omnes pertinere, qui catholica nō cōmunicant vnitati, facillime possunt cōuincere, & si difficile cōfiteri. Quæ enim causa in eorū cōmunionem ad alios non pertinent crimina aliorū, ea causa schisma crimen est omnium, quia cum se inter ipsos suos aliorum sceleribus maculari non posse iam dicūt, simul fateantur necesse est non se habuisse causam cur ab vnitatis discederent, vbi eos nō possunt aliorū scelera maculare, & propterea scelere schismatis apertissimo tanquam vno mortifero vinculo pariter colligantur. At enim prophetauit Hieremias. Quid prophetauit Hieremias? Nō habere, inquit, verū baptisimum eos qui relinquūt deū. Ait enim, Expectauit cœlum super istud, & exhorruit: multo vehementius dicit dominus, quoniā duo nequā fecit populus iste: Me dereliquerūt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui nō possunt aquā portare. Et iterum, Facta est plebs mea mihi sicut aqua mendax, non habens fidē. Et illud quod scriptum est, Qui baptizatur a mortuo, & iterū tangit mortuū, quid prodest lauatio eius? Et illud in Psalmo, Oleū faciat peccatoris non impinguet caput meū. Et iterū alibi, Muscæ morituræ exterminat oleum suauitatis. Et alibi, Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Hæc omnia si eo modo intelligenda sunt, quō ab istis intelliguntur, nec nobis nec ipsis cōquadrat ratio veritatis. Si autē alio modo docero intelligenda, illi soli sua prauitate turbantur. Sed vt non turbentur, ad catholicū refugiat intellectum, quia non inueniūt exitum respōtionis, dū irretiantur crimine schismatis. Habet certē etiā ipsi, non dicā tales, sed quos vel fatetur, vel insanissime negant, derelinquentes deū qui est fons aquæ viuæ, hoc est inique viuentes. Neq; enim pedib; ac non corde relinquuntur deus. Habent & mēdaces, & non habentes fidem, aliud profitētes & aliter cōuersantes: habent etiam mortuos, si enim sexui delicatiori & infirmiori delitias non cōcedit Apostolus dicens, Vidua quæ in delitijs agit viuēs mortua est: querat vtrū nulli apud se viri, & quod amplius est, præpositi vel ministri viuāt in delitijs, atq; si ita audet, renūcient se non habere mortuos, & meliores esse q̄ illa Ecclesia, cuius angelo i figura præpositorū vel animarū dicitur, q̄ non viuat, sed mortuus sit, & ta-

Gala. 6.

Hiere. 9.

Gala. 5.

Ibidem.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

Respondet

facite quæ

sioni.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Roma. 8.

Hebr. 9.

Roma. 8.

1. Tim. 2.

Epist. 4.

Roma. 13.

1. Tim. 9.

1. Tim. 10.

Cap. 6.

Epist. 4.

Matth. 23.

1. Tim. 5.

Apoc. 2.

rectionem posse aliquid ecclesiastico iudicio vindicari. Dicimus enim in agnitione nomē domini esse cum eis qui eum metuunt, quāuis permixti sint turbis eorum qui eum non metuunt, vt illud quod Apostolus ait, Nō vit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniustitia omnis qui inuocat nomen domini. Si enim bono pacis, ne ante tempus cum zizania colliguntur, eradicetur simul & triticum, necessitate cogitur quisquam esse inter iniustos, recedat ab iniustitia, & securus inuocet nomen domini. Similiter enim & ab iniustis recedit, & ab eis exit, atque separatur interim corde, vt etiam corpore à talibus in sine separari mereatur. Et illud quod scriptum est, Non est speciosa laus in ore peccatoris. In ore quippe fidelium speciosa est. Sic autem vnicuique est os proprium, nec quisquam sine consensu cordis sui ex ore vulneratur alieno. Cum autem prædicatio peccatoris ore procedit, querendum est cuiusmodi peccatorem hoc loco scriptura significare voluit. Nam & Publicanus qui iustificatus est magis quā illi Pharisæus, vtique peccator erat. Si enim vera eius peccata non erant, falsa erat confessio peccatorū: si autem vera erat confessio propter quam iustificari etiam meruit, proculdubio vera erant peccata. Hæc etiam de oratione sancti Danielis verissime dixerim, qui profecto veraciter ait, Cum orarem & confiterer peccata mea & populi mei. In cuius ergo ore peccatoris laus speciosa nō est, nisi maxime mendacis & ficti, quem spiritus sanctus disciplina fugit? Quem igitur fugit, cum tamen loquitur veritatem, non in ore speciosa est, quia non ei tribuitur cuius particeps non est, sicut speciosa non erat prophetia in ore Caiaphæ pontificis sacerdotum, qui nesciuit quid dixit, sed cum esset pontifex prophetauit: sed tamen per ipsum speciosa laus est dei in auribus audientium, & corde credentium. Ex Apostoli enim sententia male usurpata velut insultare audet Parmenianus eis quos negat habere baptismum, & propterea dicit eos dare non posse. Quid enim, inquit, habes quod non accepisti? Quod vt omittam vnde & quare dicit Apostolus, quod ipsius epistolæ contextione declarat, si hoc de baptismo vult intelligi, & si ille dare non potest qui non habet: ille autem non habet quod non accepit, vt ei aliquo modo suffragetur quod scriptum est, Quid enim habes quod nō accepisti? querit vtum non habeat quod apud ipsos accepit: Si dixerit, habet, quare vtum amittat si ab eis recesserit: Si dicit, amittit: baptizandus iterum est si redierit, vt ei possit restitui quod amisit. Si autem hoc non fit, nec quisquam dicit esse faciendū, non ergo amiserat. Porro si accepit, & non eo caruit, habet vtique quod accepit. Et ideo non ei potest dici secundum istorum intellectum, quid habes quod non accepisti? Refer nunc animum ad ipsam originem schismatis, Qualem libet existiment Cæcilianum: quem nos credimus innocētē, proculdubio in vnitatem fidei baptizatus erat. Nondum enim facta erat ista diuisio, Ponas mus si ad illi voluit, quod ab vnitatem ipse recesserit, nō amisit vtique quod acceperat. Non enim si rediret baptizaretur iterum, vt reciperet quod amiserat. Porro si eo quod acceperat non caruerat, id vtique habebat. Si ergo nec ipsi dici potuit ex istorum prauo intellectu, Quid enim habes quod nō accepisti? multo minus hoc idem dici potest ei qui per Cæcilianum à domino accepit. Cur enim nō potuit homo qui nō coniunctus est vobis, id quod nō habebat accipere per eum qui non amisit, quando recessit à vobis? Quanto ergo imprudentius dicitur orbi

terrarum, Quid enim habes quod non accepisti? vnde & ipsius sacramenti connexio in Africam venit, qui per nullius traditoris facinus potuit amittere promissionem dei, aperta pollicitatione dicentis ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes: etiam si isti non impij calumniatores fratrum, sed veri examinatores criminum fuissent. Nam illud quod quidam eo quod quidem non amittit qui recedit ab Ecclesia, sed ius ta. dicitur, amen dandi amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. Vtrunque enim sacramentum est, & quodam consecratione vtrunque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur: ideoque in catholica vtrunque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiā præpositi pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt: & si visum est esse, vt eadem officia gererent quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi: sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra, quia in præcisione fuerat vitium, quod vnitatis pace correctum est, non in sacramentis quæ vbiunque sunt, ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur Ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrarent: non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Et si quando ignoranter fit, nec animose defenditur factum, sed corrigitur cognitum, venia facilius impetratur. Deus enim noster non est dissensionis deus, sed pacis: nec Ecclesiæ eius sacramenta in eis qui ab Ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt. Sicut autem habet in baptismo quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi, vtrunque quidem ad perniciem suam quādiu charitatem non habent vnitatis. Sed tamen aliud est prorsus non habere, aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere. Quicquid non habetur dandum est, cum opus est dari: quod vero perniciosè habetur, per correctionem depulsa pernicie agendū est vt salubriter habeatur: quāquam etsi laicus aliqua pereuntis dederit necessitate compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidit, nescio an pie quisquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alienum veris usurpatio est: si autem necessitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. Sed & si nulla necessitate usurpetur, & à quolibet cui libet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quāuis recte dici possit illicite datum. Illicitam ergo usurpationem corrigit reminiscens & penitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad pœnam usurpatoris quod datum est, vel eius qui illicite dedit, vel eius qui illicite accepit, non tamen pro non dato habebitur. Neque vilo modo per deuotum militem quod à priuatis usurpatum est, signum regale violabitur. Si enim aliqui furtim & extraordinarie, non in monetis publicis aurum vel argentum, sed æs percutiendo signauerint, cui fuerit deprehensum, nōne illis punitis, aut indulgentia liberatis, cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? Aut si quisquam est, siue desertor, siue qui nunquam omnino militauit, qui nota militari priuatum aliquem signet, nōne vbi fuerit deprehensus ille signatus, pro desertore punietur, & eo grauius quō probari potuerit nunquam omnino se militasse, simul

A simul secum punito, si eum prodiderit audacissimo signatore? Aut si forte illum militiæ characterem in corpore suo, non militans pauidus exhoruerit, & ad Clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa & impetrata iam venia militare cœperit, nunquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? An forte minus haberent sacramenta Christiana quā corporalis hæc nota, cum videamus nec apostatas carere baptismo, quibus vtique per penitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur? An ducenda de militia similitudo non fuit, cum & Apostolus de agnostificis certaminibus clamet & aperte dicat, Nemo militans deo, implicat se negociis secularibus: vt ei placeat cui se probant? Et hæc quidem alia quæstio est, vtrum & ab iis qui nunquam fuerunt Christiani, possit baptismus dari: nec aliquid temere inde affirmandum est sine autoritate tanti concilij quantum tantæ rei sufficit. De iis vero qui ab Ecclesiæ vnitatem separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant & dare possint, & quin perniciosè habeant, perniciosèq; tradant extra vinculum pacis. Hoc enim iam in ipsa totius orbis vnitatem discussum, consideratum, perfectum atque firmatum est. Sed si nos male facimus, ipsi explicant, quomodo sacramentum baptizati non possit amitti, & sacramentum ordinati possit amitti: quoniam dicunt, Recedens ab Ecclesia baptismum nō amittit, ius dandi tamen amittit. Si enim vtrunque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? Neutri sacramento iniuria facienda est. Si sancta malos fugiunt, vtrunque fugiat: si sancta in malis inuolubiliter manent, vtrunque maneat. Si dixerint, Baptismus in sola vera Ecclesia recte datur: Respondetur eis, Baptismus in sola vera Ecclesia recte habetur. Cur non potest dari vbi non recte datur, cum possit haberi vbi non recte habetur? An quia non habere aliud est, aliud non recte habere? Sic & non dare aliud est, aliud non recte dare. Sicut non recte habent qui ab vnitatem discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunt non redditur, sic etiam nō recte dat qui ab vnitatem discedit, sed tamen dat. Et ideo quod ab eo accepit, venienti ad vnitatem non iteratur: illi autem quod non recte datur, datum non esse contendunt. Quod si aliquid quod non recte habetur, haberi non posse contendat, nos vtrunque reclamamus & dicimus, habere quidem, sed non recte habere eum qui ab vnitatem discesserit. Si ergo volunt, vt audiat ille quod pariter reclamamus, ipsi nos audiant reclamantes, dare quidem, sed non recte dare eum qui ab vnitatem discedit. Quapropter sicut redeunt non redditur quod foris habebat, sic venienti non repetendum est, quod etiam foris accepit. Vnde consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corrigendam, sanctitatem autem sacramentorum in nullo peruerso esse violandam. Cōstat enim eam in peruersis & sceleratis hominibus, siue in eis qui intus fuerit, siue in eis qui foris sunt, impollutam atque inuolabilem permanere: & quia dicuntur ea mali pollueri, quantum in ipsis est dicuntur, cum illa impolluta permaneant, sed in bonis permanent ad premium, in malis permanent ad iudicium. Nam & de spiritu qui nullo modo potest extinguī, dictum est tamen, Spiritum nolite extinguere: id est, quantum in vobis est nolite sic agere, tanquam conemini spiritum extinguere, aut tanquam spiritum extinctum putetis, & nomen dei nullo modo pollui potest.

test, & tamen dictum est, filius & pater intrabant ad vnam puellam, vt polluerent nomen dei sui. Nec vilo modo isti expedire se possunt cum eis proponitur, cur sanctitas sacramenti & haberi & dari possit ab eo quem intus sceleratum iam deus damnauit, & tunc incipiat ab eo dari nō posse, cum ab hominibus damnatus fuerit, cum tamen nec tunc ea possit amittere. Postremò cur Felicianus quem cum Maximiano trecenti deceni damnauerunt, qui & diu foris in sacrilegio, sicut ipsi in concilio suo pronunciauerunt, schismaticus fuit, nō solum ipsum baptismum, sed etiam ius dandi non amisit? In honore quippe suo sicut exierat, ita receptus est cū his omnibus quos ipse foris positus baptizauit, nullo eorum rebaptizato: quia si aliquem eorum quos foris baptizauerat, rebaptizandum esse censerent, iudicaret eum amisisse ius dandi cum foris esset, & propterea consequens erat, vt ipsum quoque iterum ordinarent, si illos iterum rebaptizarent. Sed cum ad pacem Christi reuocantur, calumniatores sunt: cum paci Donati cōsulunt, dissimulatores sunt. Quid est hoc aliud, quā quod eorum Magister Ticonius de illis ait, Quod volumus sanctum est? Vt quid ergo Parmenianus inani iactantia exultat & dicit, Nūquam diuina legis censura patietur, vt viuificare quenquam mortuus possit, curare vulneratus, illuminare cæcus, vestire nudus, & mūdare pollutus? Dominus enim suscitatur mortuos, dominus curat vulneratos, dominus illuminat cæcos, dominus vestit nudos, dominus mūdatur pollutos. Quid sibi arrogat quæ hominis non sunt? Itane viui sunt apud eos qui non peccant, vt etiam viuificare posse dicantur, cum incrementum dare non possint? Ego, inquit Apostolus, plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quando dat vitam mortuo, qui incrementum dare non potest viuo? Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Itane apud illos sani sunt, vt possint etiam curare non sanos? Quid aliud isti quā se benedicendos pro domino opponunt? Sed ab eis nullo modo seducuntur, qui non in homine, sed in deo sperantes cantant, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Si omnes languores ipse sanat, nullum relinquit quem Parmenianus sanare debeat. Tante apud illos lumina sunt, vt illuminare etiam possint? Quod nec illi, quo in natis mulierum maior surrexit nemo, Ioanni Baptistæ Ioannes Euangelista concedit, de quo ait, Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si omnem hominem illud lumen illuminat, nullum relinquit quem Parmenianus illuminare se dicat: quia etsi sancti homines, vt Ioannes, secundum quendam modum dicuntur luminaria: aliud tamen sunt lumina illuminata, aliud lumen illuminans. Quod illud est de quo idē Ioannes Baptista dicit, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Nudos autem quis vestit, nisi qui dicit, Proferte illi stolam primam: & qui corruptibile hoc induet incorruptionē, & mortale hoc induet immortalitatem? Et hoc quisquam ditino indumento aliquem vestire dicitur, cui magnum est si vestiri ipse mereatur: iam porro emundare pollutum se audeat dicere, si prius audeat se dicere non esse pollutum. Mandati enim sumus per gratiam dei, sed

Amos. 2.

Hemisti.

E. chimm.

Cap. XIII.

1. Cor. 1.

Ioan. 3.

Psal. 102.

Matth. 17.

Ioan. 1.

Luc. 14.

1. Cor. 15.

G nec tunc quidem mundabimus aliquem, cum fuerit perfecta nostra mundatio: quanto minus modo, cum corpus quod corrumpitur aggrauat animam? Quis enim castum gloriatur se habere cor, aut quis gloriatur mundum se esse à peccato? Mundare quippe atque sanare in spiritalibus tebus tantundem valet. Sicut autem spe salui facti sumus, ita spe mundati sumus in perfecta salute & in perfecta munditia. Quomodo ergo sanare & mundare iam possumus, qui nec tunc poterimus, cum omnino salui & mundi fuerimus? Sed deus, inquit, hoc per hominem facit. Facit fatiè, sed fecit & per Iudam, quem ad Euangelium prædicandum cum cæteris misit. Fecit & per Phariseos in eis qui bona quæ per eos audiebant ipsi faciebant, cum illi non facerent quæ dicebant. Postremo cur iniqui & scelerati eorum, siue cum latent, siue cum pro pace Donati tolerantur, viuificant, curant, illuminant, mundant? An ipsi non sunt mortui, vulnerati, cæci, polluti? An ideo non apud eos cæci cæcos ducentes simul in foueam cadunt, quia non ipsos, sed deum quem prædicant illi audiendo & obtemperando sectantur? Ita sanè, sed tunc prædicant deum, si cum Christo colligunt. Quicumque vero cum illo non colligunt, spargunt: Donatum prædicando non deum, cæci cæcos sequendo simul in foueam cadunt. Sed de quaestione baptismi latius aliquid

Sapient. 9.
Prover. 20.
Roma. 8.
Matth. 10.
Matth. 15.
Lucæ. 1.
De baptismo cap. 1. in princip.
Cap. XV.
Ioan. 3.
† alias, nunquam.

domino adiuuante tractabimus, cum de omnibus testimoniis sanctarum scripturarum quæ nobis obicienda creditur, Parmeniano responderimus. Qui vere ipse adæquat proximos sibi euerfione iniquitatis, qui eis tam malum propinauit errorem, ut non pro pace, sed pro diuisione & discissione non solum loquatur ipse, sed etiam diuinos libros loqui persuadeat. Sed inter multa miror hominem, cum ageret non posse haberi baptismum nisi acceptum, nec posse accipi sine dante, interposuisse ex Euangelio testimonium, Non potest, inquit, accipere homo quicquam, nisi fuerit illi datum de cælo. Posset enim aliquis eorum verborum inscius, cum cœpisset iste dicere, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi: antequam dixisset de cælo, putare illum dicturum à Donato fuisse, aut à Parmeniano, aut ab aliquo de parte Donati, aut omnino ab ipsa parte Donati. Agnosco Euangelium, & illic scriptum esse recenseo, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de cælo. Sed nunquid Donatus est cælum? Nunquid Parmenianus est cælum? Nunquid pars ipsa Donati? Illa vero non est cælum, non est in cælo. Qui enim ait, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datum de cælo: nunquid diceret, nisi datum fuerit illi de sole, aut de luna, aut de stellis, quæ tamen in cælo sunt? Quanto minus diceret, nisi datum fuerit illi de parte Donati, quæ non solum non est cælum, nec est in cælo, sed nec in regno vult esse cælorum. Nec illud proculdubio diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de Ecclesia: ipsa enim Ecclesia de cælo accipit. Si autem diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei ab homine iusto, irruerent quidè iusti isti frontosi, & se iustos esse proclamarent, ut ab eis acciperet qui vellet accipere: nec nos quaestionem faceremus, vtrum iusti essent an non, sed inter eos esse vel latentes iniustos facile ostenderemus ex quibusdam proditiis & exclusis: nec tamen eos non improbaremus, nec diceremus non datum vel non acceptum, quod datum & acceptum esset à talibus. Sed & hoc falsò diceretur, Nò potest homo accipere quic-

quam nisi datum fuerit ei ab homine iusto. Ipse enim iustus à quo alter accipit, quæro à quo acceperit. Si & ipse à iusto homine, & de illo utique quæro, donec ab ipso capite ordinis humani ad aliquem perueniam, qui nò ab homine acceperit: atque ita falsum esse doceam, quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei ab homine datum. Quid autem agunt isti nescientes Euangelicum testimonium: nisi ut homines commoneantur simul ut aliquando euigilent, atque aduertant vere non homines esse attendendos, cum sanctum aliquid homo accipere desiderat: sed illum solum qui de cælo dat homini, quia nò potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cælo? Quid si dixerint, de cælo quidem accipit, non de homine, sed tamen per hominem, quæro per qualem. Si per iustum tantum: non habent illi qui apud eos ipsos per latentes iniquissimos acceperunt. Si & per iniustum: quæ causa ergo est ut aliquem rebaptizent? Si per iniustum non nisi latentem: non habent quos baptizauit manifestus satelles Gildonis Opratus. Si & per iniustum etiam manifestum, qui tamen nòdum damnatus, & ab Ecclesiæ communionem proiectus sit: non habent illi quos Felicianus Musticanus, cum ab eorum communionem foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit, quos tamen nunc cum illo regressos nemo rebaptizabat. Postremo si homo quantus de cælo, non tamen nisi per hominem potest accipere quicquam: quæro, ipse Ioannes Baptista, qui hæc dicebat, per quem hominem acceperat, quod utique de cælo acceperat, & nò inuenitur? Posset tamen hominem non interposito homine diuinitus aliquid accipere, atque ita à se testimoniis prolatis, mala cause conuincitur, quia & si dicat filius accepisse se à patre, & spiritum sanctum de suo accipere, non quasi gradatim, sed sicut ipse exposuit dicens, Quia omnia quæ habet pater, mea sunt, ideo dixi, de meo accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, & tot sancti antequam dei filius homo fieret, & posteaquam resurrexit & ascendit in cælum: centum viginti homines qui simul congregati erant, quos nullo homine in terra manum imponente, de cælo veniens spiritus sanctus impleuit, & constituto iam ordine ecclesiæ, Centurionem Cornelium ante ipsum baptismum, ante impositionem manus, cum eis qui secum erant eodem spiritu sancto repletum, Petrus ipse miratus est. Nemo ergo accipit sine dante, sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, M adest deus qui det, & homo qui accipiat, siue per seipsum donante deo, siue per angelum, siue per hominem sanctum, sicut per Petrum, siue per Ioannem, siue per hominem iniquum, sicut per tam multos vel latentes vel manifestos, quos ante tempus de messe colligere serui patrisfamilias prohibentur, & quos velut paleam frumenta dominica, vsque ad tempus ventilationis corde interim separati, non temeritate corporaliter deferunt, sed pietate spiritaliter ferunt. Qui, inquit, male credit, consequi non potest baptismi sacramentum, quia scriptum est, Peruersum nò potes adornare. Quid si ergo apud eos quispiam baptizatus fuerit, verbi gratia, qui putauerit Christum ex eo esse cœpisse, ex quo secundum carnem de virgine Maria natus est: postea veritatis sermone communitus, cum comperisset ipsum esse de quo Ioannes ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, de quo consequenter ait, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: faceretur eis suum pristinum errorem, atque in eo se fuisse cum baptizaretur sollicitus indicaret, iuberent

A iuberent eum denuo baptizari? Nunquam utique facerent, sed hominis imperitam simplicitatem carnali opinione prius deprauatam, veritatis ratione correctam gratularentur: aut si etiam talis peruersitas pertinaciter ei defendenda videretur, & diu reluctatus neque correctus, etiam de Ecclesia pelleretur, & postea cognita veritate remearat, pœnitentia utique curandum esse censerent, non iteratione baptismatis vulnerandum, quauis hoc in corde se habuisse fateretur illo tempore, quo apud ipsos fuerat baptizatus. Peruersum ergo non potes adornare, quia non ei ad ornatum valeret sacramentum quod acceperat, si in fide peruersa persisteret, sed potius ad supplicium: cum tamen ipsum sacramentum per se etiam in peruerso quem non ornabat, sed iudicabat, integrum permaneret: & ideo nullo modo esset illius sacramenti violanda sanctitas, etià cum esset illius hominis corrigenda peruersitas.

Cap. XVII.
Matth. 3.
Leuit. 19.
Matth. 11.

Audet etiam Parmenianus nobis exempla diuina proponere, quibus se arbitratur ostendere quaerendum esse hominem sanctum, à quo accipi debeat sacramentum. Ipse, inquit, dei filius, ipse dominus Iesus Christus, à quo principium spiritalis baptismi exortum est, cum secundum voluntatem patris baptizandus esset, vtrumne ad Phariseos perfidos atque profanos, an ad sanctissimum Ioannem venisse monstratur? At si hoc exemplo inuitamur ad accipiendum baptismum, inferiorem nobis à quo baptizemur debemus inquirere, quandoquidem dominus ab eo baptizatus est, qui se ab ipso domino baptizari debere prædixerat, & qui se indignum corrigiam calciamenti eius soluere testabatur. Quinimo ut intermittam inquirere diligentius, cur ipse saluator noster baptizari voluerit, quia certe aliqua causa voluit: propterea fortasse cum se posset tingere, qui etiam suum baptizandum poterat baptizare, voluit dominus à seruo, & ille per quem facta sunt omnia, ab illo qui factus est inter omnia, baptizari, ut & doceret humilitatem, & ostenderet nò interesse quis à quo baptizaretur, dum eo baptismo quo baptizandus est baptizetur. Nec à Phariseis dedignaretur ille baptizari, si haberet huiusmodi baptismum Pharisei, à quo ille certi sacramenti gratia voluit baptizari. Nam & cū circumcidendus esset, nunquid Ioannes quæsitus est? Hoc enim à Iudæis fieri iam solebat. Et cum pro illo esset offerendum legale sacrificium, nunquid deuitatum est illud templum quod ab eo vocatur spelunca latronum, quod certe & boni intrabant & mali? Nec bonis oberant mali, quoniam dominus qui ait, Sancti estote, quia ego sanctus sum: ita inuolabiliter facit sanctos suos versari inter malos, si custodiunt eam quam accipiunt sanctitatem: quemadmodum ipse dominus Iesus nulla contagione malignitatis in Iudæorum gente pollutus est, neque cum illa prima sacramenta secundum perfectam humilitatis viam factus sub lege suscepit, neque cum postea discipulis electis cum suo traditore vsque ad extremum osculum vixit. Eius enim exemplo, non solum non facientes mala, sed etiam non consentientes vlli malitiam, inter paleam frumenta secuta sunt, quia neque talia faciunt, neque consentiunt facientibus, etiam si in eadem segete vsque ad messem, in eadem area vsque ad ventilationem, intra eadem retia vsque ad separationem, quæ in littore futura est, boni tolerant malos. Sed isti sunt verè cæci duces cæcorum, qui & in numero suorum tam multos malos vident, & viam pacis non vident, & ut se non ad sustinendum inuicem propter vnitatis vinculum, sed

Tomus septimus.

ad diuidendum ab inuicem propter schismatis sacrilegium sequantur homines, persuadent. At enim dicunt, si peccatorem tu adiuuas, aut eum quem dominus odit tu diligis, propterea fuit super te ira domini. Quis enim vestrum dicit peccatorem adiuuandum, ad hoc utique in quo peccare vult, sicut ipse Achab quando adiuuit Iosaphat, cundo cum illo in prælium, cum ille Michæ Propheta veracia verba contemneret? Et tamen nec sic obfuit innocentiæ regis Iosaphat pessimum meritum regis Achab, quia illum dominus ad se clamantem à periculo bellico liberauit, illum autem sacrilegum contemptorem in manus hostium venire permisit. Et si quid Iosaphat periculi expertus est, quod ei Propheta indicat ab ira dei fuisse, non alieno meruerat peccato, sed suo, quia sicut ei dictum est, peccatorem adiuuabat, sed apud deum cetera eius bona facta præualuerunt. Sic enim dicitur ei, Peccatorem adiuuisti, & ei contra dominum amicus es, & in hoc super te ira à facie dei: Sermones dei boni in vniuersis sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendum deum. Qui autem versatur in Ecclesia dei, ubi sunt & illi qui sua querunt, nò quæ Iesu Christi, qui per inuidiam & contentionem Christum annunciant, non caste: & dicit, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudeo: impollutus inter eos atque integer permanet, quia non eis ad sua quaerenda consentit, cum hoc culper atque reprehendat: nec eos ad peccandum, sed ad hoc adiuuat, vnde Christus latius prædicetur, & ab his qui audiunt & faciunt, per eos qui quod dicunt non faciunt, Christo credatur, in Christo speretur, Christus diligatur. Talibus enim præcipit idem Apostolus dicens, Nolite iungi cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ communicatio est luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidelibus? Qui autem consensus templo dei cum simulachris? Vos enim templum dei vultis estis. Dicit enim, quia inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum dicit dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Quæ verba isti carnaliter sentientes, per tot diuisiones seiplos minutatim in ipsa vna Africa conciderunt. Non enim intelligunt neminem coniungi cum infidelibus, nisi qui facit peccatum Paganorum, vel talia facientibus fauet: nec quendam fieri participem iniquitatis, nisi qui iniqua vel agit vel approbat. Quis autem communicat tenebris, nisi qui per tenebras consensionis suæ dimisso Christo sequitur Belial? Quis ponit cum infidelibus partem suam, nisi qui eius infidelitatis sit particeps? Ita enim templum dei esse desinit, nec se aliter simulachris adiungit. Qui autem sunt templum dei viui, & in medio nationis tortuosa ac peruersa apparerit sicut luminaria in mundo verbum vitæ habentes, nihil eos quod pro vnitatem tolerant inficit, nec angustiantur, quia in illis habitat & deambulat deus, & exiit de medio malorum, atque separantur interim corde, ne forte cum id facere per seditionem schismatis volunt, prius à bonis spiritaliter, quam à malis corporaliter separantur.

Quod ergo scriptum est deum dixisse, Eos qui me clarificant clarificabo, & qui me spernit spernetur: ipsi maxime nolunt intueri. Quomodo enim clarificant

Ca. XVII.
2. Par. 19.
3. Reg. 2.
Philip. 2.
Philip. 1.
2. Cor. 6.
Leuit. 26.
Philip. 2.
Cap. XIX.
1. Reg. 2.

b iij

G deum, qui dicunt per orbem terrarum impleri nō posse eius promissa, quæ promisit patribus nostris, Abrahamæ, Isaac & Iacob, quæ per Prophetas tanto antè præ-nunciata exhibuit per vicum suum, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, vt in illo, id est in semine Abrahamæ benedicerentur omnes gentes, qui dicunt ipsum dei filium frustra dixisse, Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, quasi falsus fuerit, aut ipse fefellerit, cum sola zizania per mundum creuerint: frumenta verò præter partem Donati, in toto terrarum orbe defecerint: quomodo ista sentientes glorificant deum, cum scriptum sit, In latitudine gētis gloria regis, in diminutione autem populi contritio principis: Aut quomodo nō spernūt deū, qui baptismum eius in eis quorum causam non audierunt, & de quibus nullo modo iudicare potuerunt, incredibili temeritate impietatis exufflant, & sibi audēt arrogare quod dei est, à se damnatos in honoribus integris pro Donati pace recipiūt, & à se inauditos contra pacē domini detestantur, baptisma in illis terrarum partibus per Apostolos traditum perisse contendunt, & per Felicianum apud Maximilianistas traditum non perisse contendunt: Iam verò quomodo catholici non clarificant deū, qui promissa eius nullis hominum sceleribus quo minus implerentur, impediri posse cōfidunt? qui sacramenta eius tam debita veneratione prosequuntur, vt ea si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua peruersitate damnatis, illa intemerata sanctitate permanere demonstrantur? Iterum, inquit, scriptum est, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim sunt ab ipsis latenter, turpe est & dicere. Iam ipsa verba quemadmodum intelligenda sint diximus, quia non communicare, est non consentire: quod propter Ecclesiæ disciplinam parum est, nisi etiam redarguatur vt corrigi possint. Sed hæc salua pace faciendæ sunt, & quantum admittit officium conseruandæ vnitatis, ne simul eradicetur & triticum.

Iterum ad Timotheum idem Apostolus, Ne, inquit, communicaueris peccatis alienis, te ipsum castum custodi. Docuit ex sequenti, quemadmodum quod prius dixit intelligendum sit. qui enim seipsum castum custodit, non communicat peccatis alienis. Si enim communicat, consentit: si consentit, corrumpitur: si corrumpitur, castum se non seruat. Sed sanè tandem aliquando euigilauit Parmenianus, & attendit quid diceret Ticonius, sed frustra: statim quippe amore sententiæ suæ contra veritatem oculum clausit. Ait enim, Nunquid frater charissime, non pollunt alios aliena peccata? Et hoc est facinorosus non communicare, licet cum ipsis conuenias, eorum facta non facere: & tamen non totum dixit. Parum est enim eorum facta non facere, nisi displiceant: parum est vt displiceant, nisi redarguantur. Aliud enim est non facere, aliud non communicare, id est, non consentire faciētibus, aliud etiam redarguere. Cur ergo vbi videre cōperat, statim se avertit, & vsque in finem noluit peruenire, & vix trientem de toto posuit? An sicut de populo fecerunt, & sententiam veritatis præcidendam putauit? Nos dicimus quod qui non facit malum, nec facienti consentit, & facientem arguit, firmus atque integer inter iniquos tãquam frumentum inter palcas conuersatur. Ille autem tantummodo ait, eorum facta non facere: & tertiam tamen de tota sententiâ particulam quemadmodum refellat videamus. Quod contra legem est diuinam, inquit, nullus qui legem veneratur, ignorat. Adhuc ista

verba communiter dici possunt. Potest enim & alius dicere, quod secundum legem est diuinam, nullus qui legem veneratur ignorat: sed opus est probare, non dicere. Attendamus ergo quemadmodum probet. Quid enim prodest, inquit, innocentiam custodisse, si cum reis mixtus est & obnoxius? Sanè si ita est, innocentiam custodisse non prodest, sed innocentia custodita non est. Mixtus enim reis & obnoxius nisi per conscientie maculatam confessionem nullus recte dici potest. Qui verò implet quod scriptum est, Iusto nihil placet ini. Quum: vbi libet eum versari qualibet necessitas cogat, misceri iniquitatibus nō potest. Vel quomodo, inquit, incorruptus poteris permanere, si corruptis sociaris? Ita planè si sociatur quis malus: id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro si addat tertium, vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iniustus in misericordia & arguat, vel etiam si eam per sonam gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat vt ceteri timeant: remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa communione sacramentorum, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi, plenissimum officium non solum castissimæ innocentie, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cetera impediuntur, illa duo semper retenta, incorruptum castumq; custodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet factū. Sed tamen videamus vnde iste doceat quod affirmat, cum scriptum sit, Modicum fermentum totam massam corrumpit. Dixit hoc Parmenianus, atq; abiit. Nec ei nunc ostendi potest in parte Donati non solum modicum fermenti, sed multum veneni ex illis ouis aspidum ruptis & præualidis iam serpentibus pro Primiano damnatis, & ad Primianum tertium reuocatis. Sed correxi sunt, inquit, Deo gratias. Si verum est, non inuideo, atque vti nam id perfecte fiat. Si enim à Maximianistis redire ad partem Donati nonnullus correctionis est modus, quāto vterior perfectiorque correctio est, ab ipsa parte Donati ad vnitatem catholicam remeare? Et Ticonius quidem multa dixit, quæ illis temporibus, & sicut interior nouerat quàm non modico sed multo fermento totam suam massam nollent fateri corruptam, qui totum orbem terrarum peccatis Afrorum fermentatum esse criminarentur. Sed ego istos miror, si adhuc eis placet hæc Apostolica verba sic intelligere, ita eos Optatum Gildonianum velle defendere, vt nec modicum fermenti eum fuisse contendat. Quod si vel hoc concedunt, quàm magnam putant esse massam suam, vt non potuerit tota corrumpi? Aut si in eis solis tota corrupta est, quibus placet Optatus, experti discant intelligere quod legunt, quia inest tota massa ad quos pertinet quod dicitur totū, siue bonū siue malū, ad eos pertinet qui consentiunt: ad eos autē qui non consentiunt, omnino non pertinet, & ideo in disciplina ecclesiastica corrigendum est, ne ad multos persuadēdo perueniat: quod vbi fieri permittit ratio pacis, & non fit, ipsa negligentia culpam trahit, & in periculo cōsentienti est per desidiam corrigendi. Ex qua regula & illud in scriptum, Sit vobis legitimum æternum in progenies vestras diuidere in medio sanctorum & irreligiosorum, & in medio mundorum & immūdorū. Tanto enim quisque melius hoc facit, quāto magis in Ecclesia proficit. Cum enim creuisset herba & fructum fecisset, tūc apparuerunt

apparuerunt & zizania. Et quamuis inter vtrunque iam serui patrifamilias cognitione diuiderent atq; distinguerent, iubentur tamen ea sinere crescere, & hoc vsq; ad messem. Sed hæc hæc tenent. Ea enim quæ restant, aliquanto diligentius ab alio exordio consideranda atque tractanda sunt.

FINIS.

AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
episcopi, contra Parmenianum
Liber Tertius.



VM omnis pia ratio & modus ecclesiasticæ disciplinæ vnitatem spiritus in vinculo pacis maxime debeat intueri, quod Apostolus sufferendo inuicem præcipit custodi, & quo non custodito medicinæ vindicta non tantum superflua sed etiam perniciofa, & propterea iam nec medicina, esse conuincitur: illi filij mali qui non odio iniquitatum alienarum, sed studio contentionum suarum infirmas plebes iactantia sui nominis irretitas, vel totas trahere, vel certe diuidere affectant, superbia tumidi, pernicia vesani, calumniis insidiosi, seditionibus turbulenti, ne luce veritatis carere ostendantur, vmbra rigida seueritatis obtundunt, & quæ in scripturis sanctis salua dilectionis sinceritate & custodita pacis vnitatem, ad corrigēda fraterna vitia moderatiori curatione fieri præcepta sunt, ad sacrilegium schismatis, & ad occasionem præcisionis vsurpant, dicentes, Ecce ait Apostolus, Auferite malum ex vobis ipsis. Quod malum vti que si integris, inquit, non obesset, nec iuberetur auferri. Interim videamus ne forte non frustra nō dixerit Apostolus, Auferite malos à cōgregatione vestra: sed, auferite malū ex vobis ipsis: quia cum quisq; impeditur ab ecclesiæ cōgregatione malos homines separare, si ex seipso auferat malum, non eis corde miscetur, atque ita spiritaliter non solum coniungitur bonis, sed etiam separatur à malis. Sic enim in hoc loco ad Timotheum dixisset, Neque communicaueris peccatis alienis: tanquam ille diceret fieri posse vt aliquos malos ab Ecclesiæ cōgregatione separare non posset, & ideo tolerare cogere, tanquam consilium dans, quemadmodum peccatis eorum non communicaret, Te ipsum, inquit, castū custodi. Nam malis malus misceri potest, bonus autem nullo modo, quamuis cum eis in vna cōgregatione versetur. Ita & hic ad Corinthios cū dixisset, Quod enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt iudicatis? Ne forte turbaretur aliqua malorum numerositate, sic de permixtis frumentis, vt sine illorum vexatione colligi separariq; non possent, Auferre, inquit, malum ex vobis, vt si forte non possent auferre malos à cōgregatione sua, auferendo malū ex seipsis: id est, non cum eis peccando, nec eis ad peccandum consentiendo aut fauendo, integerrimi inter eos & incorruptissimi versarentur, quia per malum suum malis quisque consentit. Si autem ex seipso auferat malum, alieno malo non est vnde consentiat. Quapropter quisquis etiam contempserit Ecclesiæ dei disciplinā, vt malos cum quibus non peccat, & quibus non fauet, desistat monere, corrigere, arguere: si etiā talē gerit per Tomus septimus.

sonam, & pax Ecclesiæ patitur, vt etiam à sacramento- rum participatione quempiam possit separare, nō alieno malo peccat, sed suo. Ipsa quippe in tāta re negligentia graue malum est, & ideo sicut Apostolus admonet, si auferat malum à seipso, non solum auferet et audaciam committendi, aut pestilentiam cōsentienti, sed etiam pigritiam corrigēdi, & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia & obedientia in eō quod præcipit dominus, ne frumenta lædantur. Ea quippe interione quisquis inter triticum & zizania tolerauerit, auferendo à seipso malum, non eis communicat, & ea distinguit ac iudicat interim ad diem. Nō enim nouit quid cras futurum sit: & ideo dilectione seruata, non sine spe correctionis vindicandum est, quicquid corrigi vel vindicari necessaria seueritas postulat. Quod vt satis appareat, totum ipsius epistolæ Apostolicæ locum diligentius tractemus. Quid vultis, inquit? In virga veni ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Iam hic apparet eum loqui de vindicta, ad cuius significationem virgā nominauit. Nunquid tamen & virga sine charitate est, quia ita contexit. In virga veniam ad vos, an in charitate? Sed quod sequitur, Spiritu mansuetudinis: admonet intelligi, quia & virga charitatem habet. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis. Vena quidē charitas est, sed diuersa in diuersis operatur. Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec in gentibus, ita vt uxorem patris sui quis habeat. De tam immani facto videamus quemadmodum eos seuire præceperit. Et vos, inquit, inflati estis, & nō potius luctum habuistis vt tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit? Quare luctum potius & non iram, nisi quia si patitur vnum membrum, patiuntur omnia membra: & nō luctum quia tollebat, sed luctum, inquit, vt tolleretur: id est, vt lugētium dolor ad deum ascenderet, & ipse tolleret hoc opus de medio eorum, sicut ipse sciret, ne forte illi per humanā imperitiam eradicaret simul & triticum? Cum ergo ad talem vindictam necessitas cogit, humilitas lugētium debet impetrare misericordiā, quam repellit superbia, nec illius ipsius qui de medio fratrum tollitur debet negligi salus: sed ita agendū est, vt ei talis vindicta sit utilis, & agendum voto & precibus, si corrigi obiurgationibus non potest. Ideoque quod sequitur & dicit, Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit quasi præsens eū qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi Satanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die domini. Quid ergo agebat Apostolus, nisi vt per interitum carnis salutem spiritui cōsuleret, vt siue aliqua poena vel morte corporali, sicut Ananias & vxor eius ante pedes Apostoli Petri ceciderunt: siue per poenitentiam, quoniam Satanæ traditus erat, interimeret in se sceleratam carnis concupiscentiam? Quia ipse item dicit, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, inter quæ & fornicationem commemorat. Et iterum, Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis: non tamen supernam ab eo separat charitatē, quem de superna cōgregatione præcipit separari. Hoc enim apertius ad Thesalonicensis dicit, Si quis autem nō obaudit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commiscamini cum illo, vt erubescat. Et non inimicum eum astimetis, sed corripite vt fratrem. Audiant isti aliquando, & intelligāt quemadmodum satagat charitas apo-

G stolica, ut sufferentes inuicē studeamus conseruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam & hic cum dixisset, Et non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem: tanquam ostendens cur hoc dixerit, continuo subiunxit, Ipse autem deus pacis det vobis pacem semper in omni bono. Ita & de isto qui uxorem patris sui habuit, iustū potius indicit, & pacificam charitatem vbiq; commendat, sicut & de ipso ait, Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me deus, & luceā multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quā gesserūt. Et paulo post ait, Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus: quia si venero iterum, nō parcā. Ideo lugendo indicabat, ut dei misericordia sine corruptione vinculi pacis, vbi salus tota consistit, cōtereret peccantes atq; corrigeret, sicut de isto ipso qui cum patris uxore fuerat fornicatus, fecisse intelligitur. Nam non inuenitur de quo alio significet in secunda epistola ad eosdem Corinthios cum ait, Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis dilectionem quam habeo abundantius in vos. Si quis autē contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem vos. Sufficit ei hæc correctio quæ fit à multis, ita ut è contrario vos donetis & cōsolemini, ne quādo maiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in eum charitatem. Ad hoc enim scripsi, ut cognoscā probationem vestram, si in omnibus obaudietes estis. Si cui autem aliquid donaueritis, & ego: Nam & ego si cui donauī, propter vos in persona Christi, ut non possideamur à Satana. Non enim ignoramus mentes eius. Quid moderatius, quid diligentius, quid sollicitudine pia, & paterna ac materna charitate plenius fieri aut dici potest? Sicut peccanti adhibet damnationem, sic correcto atque contrementi atque humilianti in pœnitentia cor suum, vult reddere consolationem, ne maiori, inquit, tristitia absorbeat. Sed quid illud quo concludit istam sententiam, Ut non possideamur à Satana? Non enim, inquit, ignoramus mētes eius. Ipse est enim qui per imaginem quasi iusta seueritatis crudelem fauitiam persuadet, nihil aliud appetens venenosissima versutia sua, nisi ut corrumpat atque dirumpat vinculum pacis & charitatis, quo conseruato inter Christianos, vires eius omnes inualide sunt ad nocendum, & muscula insidiarum cōminuuntur, & consilia euersionis euanescent. Sed & si de aliquo alio in secunda ad Corinthios epistola locutus est Apostolus, & ibi tamen significauit quantā charitate in quemque debeat ecclesiastica vindicta procedere. Hoc est illud quod isti non intelligētes, inter calumnias suas solent habere præcipuum, Emendabit me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quia vero isti non in misericordia emendare nouerunt, & Cæciliani innocentiæ fauis suspitionibus insectati sunt, & Optati Gildonianī potentiam fallacis oleo adulationis vnixerunt. Nam si propter vinculum pacis iniquitatem Optati gementes lugentēque tolerarent, nō vtique pacem Christianam atque catholicam in orbe terrarum, sanctamque vnitatem dirumperent, aut certe à maioribus suis nefaria cæcitate diruptam ita dolerent, ut saltem apud se experti quā multos malos pro pace Donati ferrē cogantur, impacatas illorum calumnias pace suæ correctionis extinguerent. Sed & ad

illius primā ad Corinthios epistolā consequentia redeamus. Cum dixisset Apostolus, tradere huiusmodi Satana in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu: etiam atque etiam commendans humilitate lugentium hoc debere fieri non superbia sauentium, continuo subiicit, Non bona gloriatio vestra. Vel per exprobationem pronūciationis, Bona gloriatio vestra? Sic enim nonnulli & maxime Latini codices habent, tamen eadem in vtroque sententia teneatur. Non enim metuendum est, ne quis intelligat laudando eum dixisse, Bona gloriatio vestra: cum & superius dixerit, Inflatī estis, & non potius iustum habuistis? Et hic continuo subiungit, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Quid ad ipsam inanem gloriationis corruptionem congruentius referri potest? Superbia quippe velut ex vetustate primi hominis qui superbia lapsus est, quasi fermentata & corrupta mente facit elatos in vnam conspersionem, qui sibi met in eam simili iactantia vanitate consentiunt. Et gloriari quidem non de peccatis suis, sed super alterius peccata, tanquam ex comparatione innocentie suæ modicum videtur fermentum, quia de suis etiam iniquitatibus gloriari multum fermentum est. Sed & illud modicum totam massam corrumpit. Cadit enim superbus merito superbiæ suæ, & incipit etiam peccata sua defendendo velle gloriari. Quod præuidens idem Apostolus ait, Quapropter qui se putat stare, videat ne cadat. Et iterum, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quid est lex Christi, nisi, Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem? Quid est lex Christi, nisi, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: Quod ergo hic dixit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi: hoc alio loco ait, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam & in illo Phariseo modicum fermentum esse videbatur, quia peccatorem non solum non dolebat, sed super eius peccata de suis se meritis extollebat. Sed descendit ille confitens peccata sua, iustificatus magis quam ille Phariseus iactans merita sua: quoniam qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Sequitur ergo Apostolus & dicit, Expurgate versus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Quid est, ut sitis: & quid est, sicut estis: nisi quia erant ibi tales, erant ibi non tales, quos ut tales essent, exemplo talium commonebat? Tamen omnes in vno tanquam eosdem admonet, ne illi quia tales erant, desperarent de his quia nondum tales erant, & eos ad compagem sui corporis non pertinere arbitrarentur, tanquam eosdem admonet cum dicit, ut sitis sicut estis. Nouerant enim & illi qui iam sic erant: & admonente Apostolo magis magisque nosse debebant sufferre illos qui nondum sic erant, ut sufferendo inuicem in dilectione, seruaent vnitatem spiritus in vinculo pacis, & inuicem onera sua portantes, implerent vtique legem Christi, qua dominus noster Iesus Christus ad docendam humilitatis viam, vsque ad mortem crucis humiliari dignatus est, & tanquam medicus agrotantes, ita cum dilectione pertulit peccantes, de quibus dixerat, Non est opus sanis medicus, sed agrotantibus. Statimq; principale proposuit exemplum dicens, Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, ut

stus, ut tantæ humilitatis exemplo discerent expurgare vetus fermentum: id est, quicquid in eis superbiæ de veteri homine remansisset. Itaque, inquit, diem festum celebremus, non vtique vnam diem, sed totam vitam, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & malignitatis, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Malitia quippe est & malignitas, velut de alieno peccato gloriari: quasi tunc debeat de iustitia sua quisque gaudere, cum alium iustum esse non conspexerit. Sinceritas autem & veritas est & si proficit aliquis meminisse quid fuerit, & multo magis misereri lapsorum: quandoquidem ipse erectus est à lapsu suo per Christi misericordiam, qui sine villo suo peccato se pro peccatoribus humiliavit. Sed ne perniciose relinquatur, & quasi dissimulanter negligantur aliena peccata, quod non est minoris crudelitatis quam illud superbiæ, sequitur & dicit, Scripsi vobis in epistola, non commiseri fornicariis: non fornicariis huius mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alioquin deberetis de hoc mundo exiisse. Opus enim vestrum in hoc mundo illud est, ut peccatores Christo ad salutem lucremini. Quod fieri non poterit, si eorum colloquia conuictumque fugiatis. Nunc autem, inquit, scripsi vobis nō commiseri. Si quis frater nominatur, & est inter vos aut fornicator, aut idolis seruientis, aut avarus, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum quidem simul sumere. Quod enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis. Ecce quæ admodum ad hanc sententiam venit Apostolus, cuius vltimam particulam penedam credidit Parmenianus, dicens esse scriptum, Auferte malum ex vobis ipsis. Quod, inquit, vtique si bonis & integris non noceret, non iuberetur auferri. Quæ autē superius dicta sunt vnde ad hoc ventum est prætermisit, quibus vtique ad id quod persuadere cupiebat, separationem à malis fieri corporaliter oportere, poterat adiuuari dicente Apostolo, Cum huiusmodi nec cibum simul sumere. Cur ergo non commemorauit, quod eius intentionem maxime adiuuare posse videbatur? Cum enim vehementer instet ut à male viuētibz corporalē separationem faciendam esse persuadeat, cur non adhibet testimonium Apostoli dicentis, Si quis frater nominatur, & est fornicator, aut idolis seruientis, aut avarus, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum simul sumere: nisi quia vidit, si hoc diceret, posse sibi responderi, Itane vos & fornicatores & idolis seruientes aut non habetis, aut eos ignoratis? Nullumne avarum, aut maledicum, aut ebriofum, aut rapacem inter vos videtis & nostis? Cur ergo cum talibus contra præceptum Apostoli, non solum cibum mensæ vestræ sumitis, sed etiam cœnam mensæ dominicæ communicatis? Hoc ergo Parmenianus quantum arbitratur euitare conatus est, ne sibi responderetur, ut id nō poneret quod pro eius causa validissimè sonare videretur. Nam hoc epistolæ Apostolicæ cadit vltima parte poneret, Auferte malū ex vobis ipsis. Sed nunc quia hoc diximus, fortasse isti audebunt negare haberi inter se avaros, aut maledicos, aut ebriofos, aut rapaces, & ipsum Optatum qui vniuersæ Africæ notissimus fuit, quem tam diu pertulerunt quam diu timuerunt, fortasse defendere conabuntur. Dicant ergo si possunt, meliorem se atque purgatorem habere nūc Ecclesiam, quam erat ipsa vnitatis beatissimi Cypriani

temporibus, qui collegas suos, à quibus tamē nulla corporali disunctione separatus est, nullum eorum nominatum appellans, sed prudenter ac sobrie saluberrimam mordacitatis inserens medicinam, his verbis grauius arguit, Quia esurientibus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter vellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, vsuris multiplicantibus fœnus auerent. Et vt apertissime ostenderet de his se dicere, cum quibus in vniuersa Ecclesiæ communionē viuēbat, consequenter annexit, Quid nō perperit tales pro peccatis huiusmodi mereremur. Non enim ait, mereretur: sed, mereremur. Quod nullo modo dixisset, cum talis vtique ipse non esset, nisi manifestare vellent eorum facta gemere, qui ei non solum in Ecclesiæ vnitatem, sed etiam collegij consortio iungerentur, quanuis ab eis vita, moribus, corde, proposito discreparet. Dicant ergo isti meliorem nunc esse Ecclesiam suam, & non se habere tales, quales habuit in ipsa vnitatem Cyprianus. Credant eis qui volunt, & aduersus ea mala quæ de moribus eorum in faciem simulantium fuerint, oculos claudant: ego eos ad illa prioris vnitatis tempora reuocabo, & ab eis quaeram, vtrum quando ille vir tantus Episcopus Carthagenensis Ecclesiæ Cyprianus de tam malo collegio, testimonio liberæ vocis vsque ad ea scripta, quæ posteris etiam proderentur ingemuit, erat Ecclesia Christi, an non erat? Si erat, quero quemadmodum Cyprianus & ceteri similes eius, implebant quod præcepit Apostolus, Si quis frater nominatur, & est aut fornicator, aut avarus, aut idolis seruientis, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum simul sumere: quando cum his avaris & rapacibus, qui esurientibus in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter vellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, vsuris multiplicantibus fœnus auerent, panem domini manducabant & calicem bibebant? An forte parua sunt ista crimina & parui æstimanda? Solent enim isti etiam hoc dicere, penitentes ea non in statera æqua diuinarum scripturarum, sed in statera dolosa consuetudinum suarum. Quicquid enim sceleris & iniquitatis inebriat multitudinē, amittit examinis veritatem. Sed ideo sunt tanquam syncerissimum speculum proposita hominibus oracula cœlestiū paginarum, ut ibi quisque videat quod libet peccatum quātum sit, quod forte magnum est, & male viuētium cæco more contemnitur. Potuitne grauius diuinis eloquiis accusari auaritia, quam vt idololatriæ demonstraretur æqualis, & eius nomine appellaretur, dicente Apostolo, Et auaritia, quæ est idolorum seruitus? Potuitne maiori pœna digna iudicari, quam vt inter illa crimina poneretur, quibus obsessi regnum dei non possidebunt? Aperiantur oculi cordis, ne frustra pateant oculi corporis, & legat prædicatorem liberum veritatis in eadem ipsa prima ad Corinthios epistola scribentem, Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriofos, neque maledicos, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Quo modo ergo Cyprianus & alia frumeta dominica in illa tunc vnitatis Ecclesia cum avaris & rapacibus, cum his qui regnum dei nō possidebunt, non laicis vel quibuscunque clericis, sed & ipsis Episcopis panem domini manducabant, & calicem domini bibebant, cum idem Apostolus præcipiat nō eis commiseri, & clamet cum eiusmodi nec cibum sumere? An quia non poterat ab eis corporaliter separari, ne similiter eradicaret & triticū, sufficiebat eis à talibus corde se iungi, vita moribusq;

* alios, infulata fuerint.

E

1. Cor. 5.

F

Galat. 3.

Galat. 5.

1. Cor. 6.

Cyprianus in epistola de lapsis.

G distinguui, propter compensationem custodiendae pacis & unitatis, propter salutem infirmorum & tantam laetentium frumentorum, ne membra corporis Christi per sacrilega schismata laniarentur: Sed ecce ego non vrgeo quenquam illorum sic intelligere, ipsi explicent quemadmodum esse potuerit illa tunc Ecclesia gloriosa sine macula & ruga, ubi esurientibus in Ecclesia fratribus habere largiter argentum volebant, ubi fundos insidiosis fraudibus rapiebant, ubi usuris multiplicantibus fœnus augebant, ubi tantis erant inuoluti iniquitatibus, ut per illas regnum dei non possiderent. Quod si gloriosa Ecclesia sine macula aut ruga in eis solis computabatur, qui moriebant & gemebant illas iniquitates quae fiebant in medio eorum, imò etiam secundum sancti Ezechielis prophetiam, tales proprio signo signari meruerunt, ut à vastatione & perditione iniquorum tutissimi euaderent: desinant calumniari bonis non operantibus mala per morbidam cupiditatem, sed tolerantibus propter pacificam charitatem, quibus dictum est, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Nam propterea spiritus sanctus per memoratum Ezechielem prophetam tali verbo designauit malos quos in unitate tolerant boni, ut eos in medio bonorum diceret constitutos, quia nisi bonos diceret in medio malorum, illi quasi extrinsecus & forinsecus esse viderentur. Gemunt, inquit, & morerent iniquitates populi mei, quae sunt in medio eorum: ut illos iniquos non solum non exclusos, sed etiam inclusos cogitaremus. Si vero iam tunc non erat Ecclesia, quia Cyprianus & quicumque cum eo auaros illos rapacesque nouerat, quales ipsi non erant, quanuis eos grauissimis gemitibus & præclarissimis vocibus accusarent, vnam tamen cum eis intrantes Ecclesiam, & in vna congregatione paria sacramenta tractantes, per huiusmodi communionem pariter effecti sunt, quia non obtemperauerunt Apostolo iubenti, ut cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumerent: & Auferte malum ex vobis ipsis: quid adhuc laboramus? Quid se ipsi iactant quod habeant aliquam Ecclesiam, si iam illis temporibus esse destiterit? Dicant vnde natus est Maiorinus aut Donatus, ut per eos nasceretur Parmenianus atque Primianus. Quid enim eis prodest quod auaros & rapaces, cum quibus cibum sumi vetat Apostolus, modo se vel non habere in congregatione sua, vel incognitos sibi esse mentiuntur: quandoquidem fuerunt tales in illa unitatis Ecclesia, vnde isti exortos se sic iactant, ut eam in sua sola societate, id est, in communione Donati remansisse persuadere conentur? Si enim dicunt per talium communionem perire Ecclesiam, cur eam non dicunt iam Cypriani perisse temporibus? ac sic & per seipso vnde existerent non inuenientes, dicere desinant apud se Ecclesiam remansisse, quam totam prioribus perisse temporibus dicunt. Si autem in bonis quibus talia displicent semper mansit, & manet & manebit Ecclesia, discant isti aliquando non sic intelligere quod ait Apostolus, Auferte malum ex vobis ipsis: ut per schismata conantes colligere zizania, eradicent simul & triticum. Quae omnia ita disputamus, ut meminerint qui hæc legunt vel audiunt, non eos potuisse vnquam demonstrare, siue illo tempore cum recentissima hæresis erat, siue nunc cum multo firmiore innocetia conscientia sibi totus orbis in catholica Ecclesia Christiana pace connectitur, Cæcilianum vel eos qui ei concorditer inhærebant, fuisse zizania. Sed ut securus vnusquisque in sanctae Ecclesiae unitate permaneat, & eiusdem unitatis defensores ne cum eis peccat non sequatur, hoc dicimus, quia si fuissent illi zizania, tolerari potius vsque ad messem, quam perniciose schismatis eradicatis frumentis separari debuerunt. Sed dicit aliquis, Quo modo præcipienti Apostolo poterimus obedire, qui vetat cum eiusmodi cibum simul sumere? Si enim solam cordis separationem ab eis faciendam esse præciperet, non diceret, Scripsi vobis in epistola non commiseri fornicariis: non vti que fornicariis huius mundi, id est, eis qui Christiani non essent, de quibus postea dicit, Quod enim mihi de his qui foris sunt iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. Cum ergo de tali separatione præcipiat, quae non fit ab eis malis qui Christiani non sunt, sed ab eis qui Christiani sunt: cordis autem separatio ab omnibus malis faciendae est, ac per hoc & ab eis & ab aliis malis qui non sunt Christiani, oportet nos corde separari: quid restat nisi ut intelligamus nobis id per Apostolum iuberi, ut quibuslibet malis Christianis quales ipse designat, nec tali coniunctione misceamur, quali coniunctione panis in ipsius vitae humanae societate miscemur? Et ideo alio loco dicit, Si quis vos vocauerit ex infidelibus & volueritis ire, omnia quae apponuntur vobis manducate, nihil interrogantes: hic autem cum eiusmodi nec cibum quidem sumere permittit cum infidelibus: id est, cum eis qui nodum Christum crediderunt, dicit manducandum esse quae apposerint, de quibus quoniam foris sunt deus iudicabit: cum his autem qui intus sunt, id est, si quis frater nominatur, & est fornicator aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, vetat etiam sumere cibum. Persuadet ergo ante tempus messem à frumentis zizania separari. Quod si facere noluerimus, quoniam dominus prohibet, toleraturi ea sumus, & in sola cum eius voluntatis & cordis separatione perseueraturi: ac per hoc etiam cibum sumere cum talibus quidem prohibet Apostolus. In hac velut angustia quaestionis non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat Ecclesiae, ut cum quisque fratrum, id est, Christianorum intus in Ecclesiae societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullo est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit dicens, ut inimicum non cum existimetis, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, neque poenitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriam voluntatem ab Ecclesiae unitate dirimetur. Nam & ipse dominus cum seruis volentibus zizania colligere, dixit, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: præmissa causam dicens, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet: id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinae, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & unitatis, & sine læsione frumentorum fieri potest, cum congregationis Ecclesiae multitudo ab eo crimine quo anathematizatur, aliena est. Tunc enim adiuuat præpositum potius corripientem, quam criminiosum resistentem.

neat, & eiusdem unitatis defensores ne cum eis peccat non sequatur, hoc dicimus, quia si fuissent illi zizania, tolerari potius vsque ad messem, quam perniciose schismatis eradicatis frumentis separari debuerunt. Sed dicit aliquis, Quo modo præcipienti Apostolo poterimus obedire, qui vetat cum eiusmodi cibum simul sumere? Si enim solam cordis separationem ab eis faciendam esse præciperet, non diceret, Scripsi vobis in epistola non commiseri fornicariis: non vti que fornicariis huius mundi, id est, eis qui Christiani non essent, de quibus postea dicit, Quod enim mihi de his qui foris sunt iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. Cum ergo de tali separatione præcipiat, quae non fit ab eis malis qui Christiani non sunt, sed ab eis qui Christiani sunt: cordis autem separatio ab omnibus malis faciendae est, ac per hoc & ab eis & ab aliis malis qui non sunt Christiani, oportet nos corde separari: quid restat nisi ut intelligamus nobis id per Apostolum iuberi, ut quibuslibet malis Christianis quales ipse designat, nec tali coniunctione misceamur, quali coniunctione panis in ipsius vitae humanae societate miscemur? Et ideo alio loco dicit, Si quis vos vocauerit ex infidelibus & volueritis ire, omnia quae apponuntur vobis manducate, nihil interrogantes: hic autem cum eiusmodi nec cibum quidem sumere permittit cum infidelibus: id est, cum eis qui nodum Christum crediderunt, dicit manducandum esse quae apposerint, de quibus quoniam foris sunt deus iudicabit: cum his autem qui intus sunt, id est, si quis frater nominatur, & est fornicator aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, vetat etiam sumere cibum. Persuadet ergo ante tempus messem à frumentis zizania separari. Quod si facere noluerimus, quoniam dominus prohibet, toleraturi ea sumus, & in sola cum eius voluntatis & cordis separatione perseueraturi: ac per hoc etiam cibum sumere cum talibus quidem prohibet Apostolus. In hac velut angustia quaestionis non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat Ecclesiae, ut cum quisque fratrum, id est, Christianorum intus in Ecclesiae societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullo est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit dicens, ut inimicum non cum existimetis, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, neque poenitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriam voluntatem ab Ecclesiae unitate dirimetur. Nam & ipse dominus cum seruis volentibus zizania colligere, dixit, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: præmissa causam dicens, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet: id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinae, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & unitatis, & sine læsione frumentorum fieri potest, cum congregationis Ecclesiae multitudo ab eo crimine quo anathematizatur, aliena est. Tunc enim adiuuat præpositum potius corripientem, quam criminiosum resistentem.

Tunc

A Tunc se ab eius coniunctione salubriter cõtinet, ut nec cibum quisquam cum eoumat, non rabie inimica, sed coërcitione fraterna. Tunc etiam ille & timore percucitur, & pudore sanatur, cum ab vniuersa Ecclesia se anathematizatum videns, sociam turbam cum qua in delicto suo gaudeat, & bonis insultet, non potest inuenire. Ad hoc enim & ipse Apostolus ait, Si quis frater nominatur. In eo quippe quod ait, si quis: nihil aliud videtur significare voluisse, nisi eum posse tali modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos, quos peccatorum similium pestilentia non corrumpit. In eo vero quod ait, nominatur: hoc nimirum intelligi voluit, parum esse ut sit quisque talis, nisi etiam nominetur, id est famosus appareat, ut possit omnibus dignissima videri, quae in eum fuerit anathematis prolata sententia. Ita enim & salua pace corrigitur, & non interfectorie percucitur, & medicinaliter vitur. Propterea & de illo dixit quem tali medicina sanari voluerat, Satis huic est correptio quae fit à multis. Neque enim potest esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat quam dolor & gemitus, ut per illud signum quod Ezechielis sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum vastatione mereantur. Ad eum enim qui errare non potest clamant, Ne perdas cum impiis deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Ne cum voluerint colligere zizania, eradicet simul & triticum: nec per diligentiam segetem dominicam purgent, sed per temeritatem potius inter purgamenta numerentur. Ideoque idem Apostolus cum iam multos comperisset & immunda luxuria & fornicationibus inquinatos, ad eosdem Corinthios in secunda epistola scribens, nõ itidem præcipit ut cum talibus nec cibum sumerent. Multi enim erant, nec dici de his poterat, si quis frater nominatur fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut aliquid tale, cum eiusmodi nec cibum quidem simul sumere: sed ait, Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me deus, & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia & luxuria & fornicatione quam gesserunt: per luctum suum potius eos diuino flagello coërcedos minans, quam per illam correptionem, vel ceteri ab eorum coniunctione se contineant. Consequenter enim dicit, Ecce tertio hoc veniam ad vos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & nunc absens iis qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus: quia si venero iterum, non parcam, quia probationem quaritis eius qui in me loquitur Christus. Quid aliud dixit hic, non parcam: nisi quod superius ait, Et lugeam multos: ut luctus eius impetraret flagellum à domino quo illi corripentur, qui iam propter multitudinem non poterat ita corripi, ut ab eorum coniunctione se ceteri continerent, & eos erubescere facerent, sicut faciendum est, si quis frater in aliquo ceteris dissimili crimine nominatur: Et reuera si cõtagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinae seuera misericordia necessaria est: nam consilia separationis & inania sunt & perniciose atque sacrilega, quia & impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos. Sicut enim ille fidelissimus testis auaritia collegarum, cum ea mala tribulationum quae patiebatur illo tempore Ecclesia, censura diuinæ & disciplinae tribueret, commemoratis quos nouerat Episco-

porum pessimis moribus, qui esurientibus fratribus habere argentum largiter vellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus fœnus auerget, quid non, inquit, perpeti tales pro peccatis huiusmodi mereremur? Et deinde adhibet testimonium de Psalmis dicens, cum iam pridem monuerit & dixerit censura diuina, Si dereliquerint filij eius legem meam, & Psal. 88. in iudiciis meis nõ ambulauerint: si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint, Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest, quod autem non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atque lugeat, donec aut ille desuper emendet & corrigat, aut vsque ad messem differat eradicare zizania, & paleam ventilare: ut tamen securi de salute sua, bonae spei Christiani inter desperatos, quos corripere non valet, in unitate versentur, auferant malum à seipsis, id est, ut in ipsis non inueniatur quod in moribus aliorum eis displicet. Cum enim dixisset Apostolus, Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicatis? nõne de iis qui intus sunt vos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit: tanquam illi respondere, quid agimus, cum improborum multitudine premmur, ut iudicium nostrum in aliqua coërcitione nõ possimus exercere? Auferte, inquit, malum ex vobis ipsis: id est, si non potestis auferre malos ex medio vestrum, ipsum malum auferre ex vobis ipsis. Quod si quisquam velit sic intelligere quod dictum est, Auferte malum ex vobis ipsis: ut per correptionem separationis de congregatione fratrum malus quisque auferendus sit: studio tamen sanandi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit. Et quis adhibendus sit modus temporaque seruanda, ne pax Ecclesiae violeatur, in qua maxime tritico parcendum est, ne simul cum zizaniis eradicetur, quod in praesentia visum est necessarium, differuimus. Hoc qui diligenter cogitet, nec in coërsatione unitatis negligit disciplinae seueritatem, nec immoderatione coërcitionis dirumpit vinculum societatis. Nam hoc ipsum quod ait Apostolus, Cum eiusmodi nec cibum simul sumere: quam multi boni Christiani faciunt de iis de quibus familiariter curam gerunt, ut à quorum consortio se potuerint separare, quos tali correptione posse corrigi sentiunt, vel quos omnino corrigi posse desperant, ne alios colloquiorum malorum contagione corrumpant, non dubitant facere. Facit hoc bene, id est, humili charitate ac benigna seueritate, qui sic praestit fratribus, ut eorum seruum se esse meminerit, sicut sese habent ipsius domini & præceptum & exemplum. Tunc enim fit sine typho elationis in hominem, & cum luctu deprecationis ad deum. Sed quam facile de gradu clericorum quisque ab Episcopo, vel de numero pauperum quos pascit Ecclesia, vel de ipsa congregatione laicorum, siue ab Episcopo, siue à clerico vel quocumque præposito, cui est potestas, eximitur, ita ut cum eiusmodi à ceteris, quibus hoc præcipi potest, nec cibum sumatur: tam facile malorum multitudo in quolibet ordine Ecclesiae nõ potest à bonorum cõmixtione separari & expelli. Nam & in domibus suis quique boni fideles ita disciplinam suorum moderantur & regunt, ut ibi quoque obtemperet Apostolo præcipienti cum eiusmodi nec cibum sumere: cum & de filiis suis & de domo pacis hoc faciunt vel fieri iubent: cum eos videt ita viuere, ut hoc eis esse faciendum ipsa quam habet in eos charitas suggerat. Turba autem iniquorum cum facultate

Ephef. 5.

Ezech. 9.

Mat. 4.

Ezech. 9.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5. Non potest.

Ezech. 9.

Psal. 88.

1. Cor. 5.

1. Cor. 13. Dicitur.

1. Cor. 5. Non potest.

23. q. 4. ca. Non potest.

Gtas est in populis promedi sermonem, generali obiurgatione ferienda est, & maxime si occasionem atque opportunitatem praeberit aliquod domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. Tunc enim aures humiles praebet emendatis sermone calamitas auditorum, faciliusque in gemitum confitendi quam in murmura resistendi afflicta corda compellit, sicut tunc beatus Cyprianus de collegis suis fortasse illa non diceret, nisi eum desuper diuina seueritas adiuuaret. Eo quippe tempore illa dicebat tam molesto tam calamitoso atque luctuoso, ut illi non solum succedere non auderent, sed etiam vix a succensentibus veniam se posse impetrare sentirent: quanquam & si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, vtiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicut separata sauire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consuevit. Quamobrem & illud praecipuum Apostoli nullo modo negligendum est, cum sine periculo violandae pacis fieri potest: quia nec ipse aliter fieri voluit, ut a congregatione honorum separaretur malus: & eiusdem illud praecipue attendendum est, ut sufferentes inuicem studeamus seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Item domino in Euangelio dicenti, in illo obtemperare debemus, ubi ait, Si neque Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: & in illo ubi prohibuit colligi zizania, ne simul eradicetur & triticum. Potest enim vtrunque custodiri ab eis, quibus dictum est, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Sed iam caetera, quae Parmenianus posuit, testimonia studeamus videre. Inter omnia quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, quam in eo quod ausus est etiam illud Hieremiae Prophetae ponere, vnde persuaderet caeteris hominibus communionem Donatistarum, non solum Ecclesiam veram esse, sed etiam talem iam hoc tempore, qualis post vltimam ventilationem Ecclesia sancta futura est. Cui sacrilegae praesumptioni, & nefandae elationi quid addi possit ignoro. Et cum multis quidem locis sermonum suorum nihil aliud quam praesumere intelligantur, aliquando tamen verecundantur, cum eos veritas vrgere coeperit, quando interrogantur, vtrum non habeant, vel vtrum non sint ipsi peccatores: veruntamen in hoc prophético testimonio impiam vanitatem suam, & nimiam peruersitatem apertissime prodiderunt. Cum enim Hieremiae sanctus vellet ostendere bonis & malis, etiam si ad tempus sit congregationis vna societas, longe tamen disparia esse momenta morum, finemque meritorum: Quid paleis, inquit, ad triticum? Parmenianus autem cum vellet Ticonium refellere dicentem, malos a bonis in vnitatem interim pro pace tolerandos, & in fine vltimi iudicij separandos, posuit hoc Hieremiae testimonium, quo peruersus atque errans peruersos & errantes ad turbulentissimas & sceleratissimas seditiones inflammet, ut quisquis inflammata mente carnis suae videtur sibi aliquid esse, cum nihil sit: se ac similes sui tanquam grana purgatissima existimans, ad Ecclesiae congregationem, in qua necesse est, ut ij qui ad vitam aeternam pertinent, eos qui ad ignem aeternum pertinent, usque ad certum finem tanquam frumenta paleam suam tolerant, iam sibi accedendum esse non putent. Nullus alius flatus de area Christi leuissimam paleam ante tempus ventilationis excussit: nulla alia praesumptione sacrilega schismata quaecunque vbiunque sunt, fecit.

Ephes. 4.
Mat. 18.
Mat. 13.
Mat. 5.

Hiere. 23.

Galat. 6.

Cap. III.

Admonet, inquit, Hieremiae sanctissimus, infru-

ctuosas & steriles peccantium turbas ab honorata fruge iustorum discerni, dicens, Quid paleis ad triticum? O tuba furoris, & vox execrabilis pestilentiae, nunquid forte sic errat genus humanum, ut non agnoscat ventilatorem Parmenianum? An & ipse dat locum Donato, & ad purgatam per eum massam se venisse gloriatur? Nam ille ante se Maiorinum nescio vtrum dignetur agnoscere, an isti tres tanquam tria cornua cuiusdam ventilabri in manu domini fuerunt, per quos melis totius orbis mundaretur: & Africa electa est, vbi purgata massa consisteret, caeteram autem omnem terram palea separata vestiret. Vnde ergo tanti greges Circuncellionum? Vnde tanta turba conuiuiarum, ebrioforum, & inuuptarum, sed non incorruptarum, innumerabilia supra foeminarum? Vnde tanta turba raptorum, auarorum, foeneratorum? Vnde tam multi per suas quique regiones notissimi, tantumdem volentes, sed non tantum valentes Optati? Quid ad haec responderent? Non sunt ista? An & hoc triticum est? Vae impudentissima negationi, si apud se ista non esse: vae sceleratissima peruersitati, si frumenta se esse responderint. Postremo massam purgati tritici post tanta authoritatis trientem, id est, Maiorinum, Donatum, Parmenianum, etiam Primianus iterum ausus est ventilare, ut Maximinianistas de sua communione separaret. An forte frumenta proiecit? Quid est ergo ipse cum suis, quia talia proiecerunt? An ita ista frumenta purgata sunt, ut se inuicem non agnoscat, & se inuicem damnando ventilare conentur? Potuit ne palea baptizare frumenta? Si potuit, cur ergo dicunt, quid paleis ad triticum? Si autem non potuit, cur Felicianus cum inter paleas Maximinianistarum foras volasset, quotquot ille baptizauit, cum eo rursus ad massam illam purgatissimam redierunt, & omnes intus eos nunc habent, & sibi non dicunt, quid paleis ad triticum? Iam ergo euigilent aliquando, & intelligant quemadmodum Propheta dixerit, Quid paleis ad triticum? Vbi enim dicatur considerent, si eis inest qualiscunque sensus humanus. Nunquid in agro dici potest, quid paleis ad triticum, quando eadem radice portantur? Nunquid in area, vbi pariter triturantur? Sed utique in horreo, quid paleis ad triticum? Veniet ille paterfamilias ferens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam vero comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ouium nomine, & omnis palea haedorum nomine significatur, quae duorum pecorum genera interim permixta sub vno pastore pascuntur. Sed veniet, inquit, filius hominis cum angelis suis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oves ab haedis: & oves quidem ponet ad dexteram, haedos autem ad sinistram. Et dicit iis qui ad dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Illis autem qui ad sinistram sunt dicit, Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc ergo implebitur propheta, quid paleis ad triticum? quando haedis & ouibus non potest pascua esse communis. Si possunt pisces boni cum piscibus malis intra illam lagenam cui dixit dominus, Simile est regnum caelorum la- genae missae in mare, dicere, recedite a nobis, aut recedemus a vobis, donec omnes educantur ad litus, & per angelos boni mittantur in vasa, mali autem proiciantur foras: potest hoc tempore impleri quod dictum est, quid paleis ad triticum? Sed qui congregationem suam iam frumentum

A frumentum purgatum putat, a commixtione frumenti & paleae tanquam pura palea volauerunt: & qui se sub vno pastore non adhuc cum haedis pascere sentiunt, luporum insidiis de grege domini separati sunt: & qui cum malis piscibus se congregatos esse non putant, non solum mali pisces sunt, sed etiam vnitatis retia diruperunt. Quod si iam hoc tempore intelligamus fieri quod Hieremias ait, Quid paleis ad triticum? nihil aliud recte intelligere possumus, nisi quod in vna eadem congregatione sunt, donec in sine ventilationis etiam corporaliter separantur. Sed tamen tritici sursum cor est, paleae vero deorsum. Palea quippe sua quaerit, non quaesitum Christi: triticum autem thesaurizat thesaurum in caelo, quia vbi est thesaurus eius, ibi & cor eius est. Sic etiam verba Esaiiae intelligenda sunt, quae ille similiter non intelligens, ad eandem sui erroris sententiam detorque conatur. Quid enim ait Esaias? Recedite recedite, exite inde, & immundum nolite tangere: exite de medio eius, & separamini qui fertis vasa domini. Nunquid eadem toties repetenda sunt, quoties sit separatio cordis a malis? Immundum enim non tangit, qui ad peccatum nulli consentit. Exit autem inde ut salua sit eius causa apud deum, si etiam disciplinam corripendi & arguendi salua pace non negligat. Nam qui vult corporaliter quasi manifestos malos deferere, spiritaliter deserit latentes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dum separationem suam conatur defendere. Sed isti respondeant, Si mundus est Felicianus, cur exiit de medio eorum? Si vero immundus, cur modo tangit mundum? Quod si tunc immundus fuit cum foris esset, quos illic baptizauit immundi sunt, quia immundum tetigerunt. An omnes cum illo remeando mundati sunt? Possunt ergo isti mundati foris baptizare, quos in sua communione non baptizauerunt? Cur ergo alios rebaptizant? An a trecentis decem Bagaij confidentibus damnari aliqua forte meruerunt dignatione, & ideo de toto orbe quisquis ad eos venerit rebaptizatur, quia non meminit totus orbis istam dignationem ut Bagaiensi concilio damnaretur? Ergo a Maximiniano & a caeteris sociis eius ad Primiani communionem non redeuntibus quicumque baptizati fuerint, rebaptizantur. An parci- tur eis? Si rebaptizantur, violatur dignatio Bagaiensis. In ea quippe etiam istorum rebaptizatores damnati sunt. Si autem parciatur eis, rogandi sunt isti, ut rursus ad oppidum Bagaiense conueniant, & si forte ille numerus trecentorum decem iam consecratus est, totidem conueniant, & illic sententiam contra totum orbem proferant, sicut aduersus Maximinianistas protulerunt, ut cum voluerint aliquem rebaptizare ex aliqua parte orbis venientem, pari privilegio se defendant, asserentes sibi ita parci oportere, sicut ei parciunt quem Maximinianista baptizat, quia non solum Maximinianista, sed etiam totus orbis meruit concilio Bagaiensi damnari. Deinde seiplos a tam magna inuidia, a morte tam magna & tam mirabili liberabunt, vt cum ceperint iam non rebaptizare in Ecclesia baptizatos, quae per omnes terras est constituta, si quis eis mouerit quaestionem, cur iam non faciant quod ante faciebant, respondeant, Quando ista faciebamus, nondum Bagaiensi concilio totum orbem terrarum damnaueramus: nunc autem rogati misericorditer concessimus, vt eos tali concilio damnaueramus, quali Maximinianistas damnauimus, quorum baptismum non repetimus. Quid ergo magnum est, quid difficile praestare omni-

Hiere. 23.
Philip. 2.
Mat. 6.
Cap. III.
Mat. 5.

bus gentibus tantam dignationem damnationis? An D iterare baptismum orbis terrarum licet, & iterare damnationem orbis terrarum non licet? Etiam hinc securi sint, non inueniemus quo concilio tot gentes prouinciasque damnauerint. Quosdam paucos in Africa damnauerunt, a quibus totius orbis iudicio superati sunt, nec ausi sunt postea damnare iudices apud quos superati sunt. Quid enim esset impudentius, quid infan- tius? Multo minus damnare potuerunt etiam in caeteris terrarum partibus constitutos, qui magis talibus iudicibus ecclesiasticis credere, quam victis litigatoribus maluerunt, & tamen Maximinianistarum quos trecenti decem Donatista Bagaiensi concilio damnauerunt, baptismum agnoscitur, acceptatur, admittitur. Orbis autem terrarum per quem hereditas Christi sic exhibita est, vt promissa est, in qua & ipsi ante paucos annos fuerunt, quem nullo iure damnare potuerunt, & nulla saltem consilij peruersitate damnarunt, baptismum improbat, exuffatur, iteratur. O sancta damnatio, quam Maximinianista meruerunt, & laboriosa innocetia gentium, quae apud illos propterea Christianum nomen amisit, quia talem damnationis locum inuenire non potuit. Si autem illi soli a Maximinianistis venientes non rebaptizantur, qui cum suis baptizatoribus redeunt, sicut hi qui cum Pratexato & Feliciano redeunt, primo videatur quemadmodum eiusdem schismatis baptismum extra eorum communionem foris aequaliter datum in aliis confirmant, in aliis exufflent, in parte honorent, in parte violent. Ita enim vbi violent, rei sunt: vbi autem confirmant, reatus sui testes inueniuntur. Si enim postea sic confirmarent vt iam violare desineret, non discrepatio sed correctio diceretur. Cum autem in quibusdam improbant quod in aliis approbant, in his accusantur, in illis contra se testimonium dicunt: quare quare non baptizes eos quos Felicianus in Maximiniani schismate baptizauit? quia Christi baptismum acceperunt, an quia Feliciani? Si quia Feliciani, apud Maximinianistas eum dedit damnatus, foris extra communionem vestram dedit eum, hoc est, illud baptismum quod & Saluij Membrestani & aliorum talium. Si autem quia Christi, plus apud te valet pro baptismo Christi Felicianus in Multicanis, quam ipse Christus in omnibus terris: plus apud te valet pro baptismo Christi sedens ad latum tuum & damnatus a te, quam ille sedens ad dexteram patris & crucifixus pro te. Parciunt in paucissimis baptismo Christi, ne Felicianus offendatur: & non parciunt, ne ipse Christus in tot gentium milibus exuffletur? Sed incredibile est caecitas hominum, & omnino nescio quemadmodum credi posset esse in hominibus tanta peruersitas, nisi experimento verborum suorum factorumque patresceret usque adeo se clausos habere cordis oculos, vt commemorent sanctae scripturae testimonia, nec intueantur in factis Prophetarum, quemadmodum intelligenda sint verba Prophetarum. Dixit Hieremias, Quid paleis ad triticum? vt ipse recederet a paleis populi sui, in quas illa tanta & vera dicebat: Dixit Esaias, Recedite, recedite, exite inde, & immundum nolite tangere. Sed cur ipse in illo populo immunditiam quam grauer arguebat, in vna cum eis congregatione tangebat? Legant quanta in malos populi sui, & quam vehementer ac veraciter dixerit, a quibus se tamen nulla corporali direptione separauerit. Dixit David, Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis non introibo: Odio habui curiam nequissimorum, & cum

Ironia.

E

F

Hiere. 23.

Esaias. 52.

Psalm. 51.

G impiis non sedebō. Legāt quales in se temporibus suis in illo populo toleravit, qui vnctionis mystico sacramento tantum honorem detulit, vt id nec in scelertissimo Saule contemneret, immo tantum veneraretur, vt amplius omnino non posset. Nōne si eorum verba factis eorum obiecerimus, responderent nobis, nos planē cum talibus nullum habuimus in corde confortium, nec tangebamus immundum, vbi potest inquinari contactus: id est, consensione atque placito conscientiae recedebamus, & exhibamus ab eis, qui non solum talia non faciebamus, sed nec facientibus tacebamus. Isti autem seditiosi & insani, qui defensiones praecisionis suae quaerunt ex oraculis Prophetarum, superest vt impietate vana de verbis prophetis morerentur arguant Prophetarum. An hoc dictum quod illis temporibus recedere iustis a malo populo non licebat, istis vero temporibus licet? Quid dici peruersus potest, illo tempore nō potuisse bonos a malis corporaliter separari, quando multa sacramenta corporaliter obseruari videbantur: nunc autem necessariam esse corporalem separationem, quando iam illa spiritaliter obseruantur? Vae cecis ducentibus & cecis sequentibus. **Mat. 15.** Itānc non timent ista dicentes, ne forte per tantam latitudinem orbis terrarum qua fides Christi nomenque diffusum est: antequam se isti separarent, in aliqua parte terrarum ab Africanis regionibus remotissima iam hoc iusti fecerint, & adhuc isti in immunditia, quam illi fugerant, contagione vivebant? Quis enim eos cauet, quis eos securos facit, si huiusmodi a malis separatione faciendā est? An antequam ab istis fieret, nunquam factam fuisse tam longe, vt Africam omnino nescirent, sicut in extremis illarum partium terris pars Donati prorsus ignota est? Fortasse dicent obesse sibi non potuisse quod ignorabant. Sic ergo & illis terris obesse non potest quod gestum in Africa ignorat, etiam si vera isti dicerent, quae de Afrorum criminibus mentiuntur. Si autem dicunt latere se non potuisse si fieret, modo dicāt per omnes orbis terrae partes, quod schisma factum sit. Nimium est quod interrogo. In ipsa Africa dicant Donatistae Carthaginenses, vel quicunque sunt in ciuitate Carthaginis, quot partes per Numidiam & Mauritaniam facta sint de ipsa parte Donati, quarum omnium causas vtiq̄ nosse deberent, ne forte iusti aliqui in regionibus illis malorum suorum societatem congregationemque vitauerint, & exierint inde, ne immundum tangerent, ne cum facinorosis introirent, ne forte isti iam ante aliquot annos in aliquo angulo Numidiae vel Mauritaniae separantibus se frumentis palea remanserint, & nesciunt. Sed vnde securi sunt, nisi quia certum habent bonos esse non potuisse, qui se ab vnitate communionis Donati, quae per totam Africam diffunditur, segregarunt? Quia si malos aliquos in sua vicinitate patiebantur, quos ostendere ceteris non valebant, eos tolerare potius debuerunt, quam diuidere se a tot innocentibus, quibus persuaderi non poterant aliena peccata, etiam si ea ipsi optime nosset. Cur ergo haec innocentia non tribuitur orbi terrarum in tanta multitudine gentium, quacunque Christi hereditas patet, vt certa atque securā sit, eo quo se bonos dicunt, & se ab omni terrae vnitate se iungunt, eo ipso demonstrante quales sint? Sibi enim iusti videntur, & spernunt ceteros, & ideo nō cantant canticum nouum, quia de superbia veteris hominis extolluntur. Ab ea quippe communionē separantur cui dictum est, Cantate domino canticum nouum, **Psal. 159.**

cantate domino omnis terra. Qui si vere iusti essent, & humiles essent: Si autem humiles essent, etiam si vere malos in sua vicinitate congregatione paterentur, quos ab vnitate Christi expellere non valerent, charitate Christi tolerare diligerent. Quomodo autem possunt de iis ipsis, quos in sua vicinitate malos arguunt, iustum habere iudicium, cum temeraria cecitate tam longe a se positos ignotissimos criminantur? Vtrum enim vel ciues suos vel vicinos quos arguunt, malos esse nouerint, incertum est orbi terrarum. Quia vero ab eis quorum vitam longe positorum nosse non possunt, temeraria cecitate separantur, certum est orbi terrarum. Et quia cum laude patientiae mali tolerantur, ne ignoti boni damnentur, certum est orbi terrarum. Quapropter securus iudicat orbis terrarum bonos non esse, qui se diuidunt ab orbe terrarum in quacunque parte terrarum. Postremo si Prophetae posteros monuerunt vt se ante tempus vltimae ventilationis a paleis corporaliter separarent, & tali separatione cauerent tangere immundum, & cum facinorosis non introirent, cur hoc non fecit Apostolus Paulus? An palea non erant qui non ex veritate, sed ex inuidia Christum annuntiabant? An immundi non erant qui non caste Evangelium praedicabant? Hos in illis temporibus Ecclesia fuisse testatur, cuius excellentissimam charitatem omnia tolerantem, etiam posteriores imitati sunt. An immunditia, an etiam auaritia? Quam Cyprianus corde non tetigit, & tamen inter auaros collegas pacatissime vixit. Non enim obsiderat aduersus verba Psalmorum, vt sederet in conuenticulo vanitatis, & cum facinorosis introiret: odio nō haberet curiam malignorum, & cum impiis non sederet. An non erat conuenticulum vanitatis in eis, qui esurientibus in Ecclesia fratribus largissimo argento nitere cupiebant? An noierant facinorosi, qui fundos insidiosae fratribus rapiabant? An nequissimi & impij non erant, qui vlturis multiplicantibus foenus augebant? Ille vero lauabat manus suas cum innocentibus, & circumdabat altare domini. Ideo quippe tolerabat nocentes, ne desereret innocentes: cum quibus manus lauabat, quia diligebat speciem domus domini, quae species in vasis honorabilibus fuit. In magna autem domo non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Et illa quidem sunt in honorem, illa vero in contumeliam. Et mundabat semetipsum ab huiusmodi, vt esset etiam vas in honore, sanctificatum, vtile domino, ad omne opus bonum paratum, nec propter vasa quae erant in contumeliam, se a magna domo separabat, sed eos in vnitate illius domus arguens tolerabat, a quibus se non imitando seruabat. Sed nouit ponere Parmenianus verba Prophetae dicentis, Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis nō introibo; odio habui curiam malignorum. Lauabo cum innocentibus manus meas, & circumdabo altare domini, Vt audiam voces laudis, & enarrem omnia mirabilia tua. Domine dilexi speciem domus tuae, & locum tabernaculi claritatis tuae. Ne simul perdidideris cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est muneribus. Nouit hoc ponere Parmenianus, & nō curat aduertere quae admodum his verbis sine vilo diuisionis nefariae sacrilegio seruatiur. Species enim domus & locus tabernaculi claritatis dei in vasis est, vt dixi, nō in omnibus, quae tamē in vna domo magna sunt, sed iis quae sunt in honore, sanctificata, domino vtilia, ad omne opus bonū semper parata. In his

A In his quisquis dilexerit speciem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius, tolerat ea quae sunt in contumelia, nec propter hoc relinquit domum, ne fiat ipse non vas in contumeliam, quod tamē in domo toleratur, sed stercus quod de domo proiicitur, & propter ipsam temporalem cum malis in vna domo congregatiōnem orat dicēs, Ne simul perdidideris cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam: In quorum manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est muneribus. Hoc vtiq̄ orat, ne simul pereat cum iis cum quibus eum simul viuere charitas omnia tolerans hortatur, cuius sacrificium praemisit dicens, Domine dilexi speciem domus tuae, & locum tabernaculi claritatis tuae. Quia enim dilexi speciem domus tuae, & propter ipsam dilectionem tolero vasa quae sunt in contumeliam, quia charitas omnia tolerat, ne simul cum eis perdidideris animam meam. Nōne apparet in his verbis vox illorum, qui per Ezechielē prophetati sunt genere & morere ob iniquitates populi quae fiebant in medio eorum: Et quia erant vasa in honore, proprium signum accipere meruerunt: vt cum illi omnes inciperent vastari atque deleri, deus non perderet cum peccatoribus animas eorum. Isti autem sunt infelices, qui se ab omni malorum congregatione tāquam triticum a paleis purgatum esse praesumunt. Per istam enim vanitatem praedicauerunt sibi, vt in populis quibus praesunt iniquissimas & flagitiosissimas turbas nō audeant corripere vt corrigantur, ne per hoc cogantur confiteri quia mali sunt, & dicatur eis, Certe tritico purgato loquimini. Cur per has voces tantam commixturam esse fateamini? Et ideo quia iusti non sunt, non emendant & arguunt in misericordia, sed oleo adulationis impingunt capita eorum, quibus ipsi capita esse volunt, quoniam sub vno capite quod in caelo est, in vnitate corporis quod per totam terram est, esse nolunt, vt merito plebibus eorum dicatur, Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & conturbant semitas pedum vestrorum. Qui ergo non vult sedere in concilio vanitatis, non euanescat typho superbiae, quare cōuenticula iustorum totius orbis vnitate separata, quae non potest inuenire. Iusti autem sunt per vnuerſam ciuitatem, quae abscondi non potest, quia supra montem constituta est. Montem illum dico Daniels, in quo lapis ille praecisus sine manibus creuit, & impleuit vnuerſam terram. Per totam igitur istam ciuitatem toto orbe diffusam, iusti gemunt & morerent ob iniquitates quae sunt in medio eorum. Non ergo quarat quis separatos iustos, sed cum ipsis potius in malorum temporalium commixtione concorditer gemat. Non enim sedebit in conuenticulo vanitatis, quia ibi sedebit vbi conuersatur. Audiet autem dicentem Apostolum, Nostra autem conuersatio in caelis est. Ibi cum facinorosis non erit, ibi curiam nequissimorum non patietur, ibi cum impiis non sedebit. In tali spe habitabit, vt ad rem cuius habet spem, peruenire aliquando mereatur. Non enim iam resurreximus sicut Christus, aut iam cum illo sedemus in caelestibus, & tamē quia talem spem nobis dedit, & per ipsam spem iam quodammodo ibi conuersatur, dicit Apostolus, Si autē resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. In illa vita nostra quae abscondita est cum Christo in deo, non sedemus in conuenticulo vanitatis, quia sicut dicit Apostolus, Simul nos excitauit,

& simul nos sedere fecit in caelestibus, sed in spe, non dum in re. Spes autem quae videtur, non est spes. Quod enim quis videt, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Quam patientiam isti miseri perdididerunt, & festinantes se ante tempus velut a palea separare, se ipsos leuissimā paleam vento ablatam de area demonstrarunt. Quod ergo ait sapientia teneamus, Qui autem me audierit habitabit in spe, & silebit sine timore ab omni malignitate. Dum ergo habitamus in spe, cogitemus nō quod sumus, sed quod erimus: quia filij quidem dei sumus, sed nondum apparuit quod erimus: quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. In tali spe habitantes, quia haec habitatio non habet malos, nec conuenticula vanitatis, nec facinorosos, nec iniquos, nec impios patimur, & eos tamen non in spe quae non videtur, patimur in congregatiōne catholica toto orbe diffusa, donec transeat iniquitas, donec tempore messis zizania colligantur, donec vltimo ventilabro a frumeto palea separetur, donec pisces boni a piscibus malis, cum quibus intra eadem retia congregati sunt, in litore eligantur, donec hedi ab ouibus, cum quibus sub vno pastore in eisdem pascuis tandiu pauerunt, in vltimo ad sinistram segregentur. Nulla est igitur securitas vnitatis nisi ex promissis dei Ecclesia declarata, quae super montem, vt dictum est, constituta abscondi non potest: & ideo necesse est vt omnibus terrarum partibus nota sit. Inconcussum igitur firmumque teneamus nullos bonos ab ea se posse diuidere: id est, nullos bonos etiam si cognitos sibi malos patiantur, vbiunque versantur propter eos se a longe positos & incognitis bonis temerario schismatis sacrilegio separare, & in quacunque parte terrarum vel facta sunt ista, vel sunt, vel futura sunt, ceteris terrarum partibus longe positis, & vtrum facta sint, vel cur facta sint ignorantibus, & tamen cum orbe terrarum in vnitatis vinculo permanentibus, capta sit firma securitas, non hoc potuisse facere, nisi aut superbiae tumore furiosos, aut inuidiae liuore vafanos, aut seculari commoditate corruptos, aut carnali tumore peruersos. Quibus omnibus causis efficitur, vt vel boni falsis criminibus infamantur, vel temeritate de bonis falsa credantur, vel etiam mali qui pro vnitatis vinculo tolerati nihil obstant bonis, dirupta bonorum pace peruersissime fugiantur, cum vexationi frumentorum non pareant, vsurpantibus sibi hominibus ante messem, quod angeli in messe facturi sunt. Quae cum ita sint, audent sacrilega schismata vel haereses impias, si quando in flagello vt se corrigant admomentur, poenas furoris sui etiam inter martyria deputare. Quod existimans etiam Parmenianus, in fine epistolae suae exhortatur Ticonium, vt in parte Donati permaneat & persecutiones perferat, dicens non se debere voluntate coniungi eis quibus persecutione cogente non iuncti sunt, adhibens etiam testimoniū scripturae dicentis, Vae his qui perdididerunt sustentiam, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient cū inspicere ceperit eos dominus more suo cuncta de diuinis libris aduersus se ipsos proponentes? Qui enim sustentiam perdididerunt, nisi qui eos de criminibus quae obiciebant coniungere nequiverunt, quos pro pace Christi tolerare noluerunt, vt sero postea cogitantes, ipsam partem suam non esse per multas particulas diuidendam, etiam sibi manifestissimos sacrilegos quos ipsi damnauerunt, rursus receptos pro falsa Donati parte tolerarunt? Et nunc iam tandē aliquando cognoscant & corrigant

Reca. 8.

Proverb. 1.

1. Ioan. 3.

Mat. 13.

Mat. 13.

Mat. 25.

E

Mat. 5.

Cap. VI.

Ecclesi. 1.

se, qui se impie fecisse ex eo saltem quod à Maximiano passi sunt, didicerunt. Sed si licet erubescat manifestissimis rationibus corrigi, quia imperatorum iusionibus resistunt, ne illa quæ se cōqueruntur fuisse perpeffos, correcti perdidisse videantur, quasi nō melius perdunt illa quàm pereunt. Si enim habent aliquam vmbra, quanuis falsam atq; fallacem, tamen nonnullam imaginem fortitudinis, iubēti non cedere imperatori, cuius vel humanæ laudis illecebra est, apertissime contradicere veritati: cur clausis oculis tam multa de scripturis testimonia proferunt, quæ intellecta atq; prolata cōtra se repudiant? quæ si secundum eorum intellectum recipiuntur, nihilo minus eos de sua peruerfitate cōvincunt. Nōne scriptum est, Non cōtradicās vllō modo veritati: Cui autem nisi veritati contradicitur, cum etiā regi ex veritate aliquid iubēti resistitur? Sed rex homo qui minatur vel qui vindicat, ad tempus molestus est: nō sic ille rex qui etiam veritas dicitur, qui nunc quoq; illis per Prophetam clamat, Sine causa percussis filios vestros, disciplinam nō receperunt. Qui propterea per humanas potestates nunc misericorditer admonet, ne in fine sic videlicet vt* nō se posint superbi de sua damnatione iactare. Sub vindicta enim regum potest hominum pertinacia falso nomine virtutis velle laudari, æternis autem ignibus concremari, nec erit, nec vocabitur fortitudo. Nō enim erūt in die illa qui caput vngāt oleo adulationis, aut varia decepti fallacia coronatos somniant damnatos, dicētes, euge, euge: & iurantes per canos eorum, qui caput sanum non habuerunt, & per compages eorum qui viam pacis non agnouerunt. Quales turbas isti auertentes à Christi vnitae, & ad suum nomen conuertentes cupientes, interim temporalia supplicia schismatis sui conferre audēt passionibus martyrum, vt eis pœnarum suarum natalicia celebrentur magno cōuentu hominum furiosorum, quorum è numero illi sunt, qui etiam nullo persequēte seipfos vltro per montium abrupta præcipitant, vt malam vitam peiore morte consummēt. Non erunt in die illa stultæ plebes quibus dicant, Nos sumus iusti qui patimur persecutionem, & cæcis vedatur reprobis lapis pro gemma pretiosissima est, carnalis duritia pro spiritali patientia. Non erunt qui nomina principum furoris sui recitēt ad altaria, vel quæ ab vnitae Christi diuiserunt, vel quæ sub nomine Christi potestate & honestate seruata in sacrilegis multo mitius quàm Abitinēses nulla imperiali lege, nulla iudiciali iusione, in Membresitanū Saluuum vindicant. Quibus rebus consideratis, prius quid faciat, & postea quid patiantur aduertant, ne cum aduersus facta sua oculos claudunt, & ad pœnas oculos suos aperiant, & hic frustra temporalia patiātur, & in vltimo iudicio dei etiā pro hoc ipso quod frustra eos talibus molestiis vt emendaret admonuit, æterno supplicio puniantur. Nō vetera replico, vbi fallūt quos possunt: breuiter dico, præsentia ingero, digito ostēdo. Damnati Maximianistæ recipiuntur, ignota gentes arguuntur. Maximianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exuffatur. Ecce Afluritanī, ecce Musticani, ecce nō longē mortuus Prætextatus, ecce adhuc viuus Felicianus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagaiensī concilio gestis proconsularibus allegata, talibus recētibus & præsentibus factis, quales ab initio fuerint, satis indicant. Si quid pro huiusmodi aduersitatibus & iniquitatibus patiuntur, si nolunt corrigi, saltem non audeant gloriari.

tiqua crudelitas, qui mortua vitis, sed humana humanis corpora cōiungebant: canina vero humanis, & hæc episcopalis membris, nescio vtrum quisquā se vel audivisse vnquam vel legisse commemorat. Notū est omnibus nugaces & turpes saltationes ab Episcopis solere compesci. Quis vnquam meminit ab hominibus quos in auxilium Episcopi petierunt, cum Episcopis esse saltatum? An forte Saluius tunc non erat Episcopus, quādo damnatio eius in Bagaiensī consilij sententia recitata est? Quod si & ipse postea reconciliaretur Primiano, sicut ei reconciliatus est Felicianus, eiusdem plenarij cōcilij veridico ore damnatus, sicut ibi eorum verba recitantur, tunc esset Episcopus. An forte iam non admittetur, quia quasi sacrilegium schismatis quem cōiunauerit, potest mūdari, sicut Felicianus: quē verò canes mortui collo suspensi immundum fecerunt, non potest expiari? Vellem scire quid ad hæc dicat, tam manifesta, tam publica, tam recētia, qui nobis antiquas calumnias suas quasi crimina nostra obiciunt. Quisquis eorum arbitratur se falsa iactare, quid magnum est, quid difficile, vt animæ suæ curam gerens pergat Membresitam, quæ rat an facta sint ista, & defendat si potest? Si enim dicit ista recte schismatis causa fieri, quos trecenti & decem Donatistæ Episcopi damnauerunt, non murmurent quādo aliqua patiuntur, quāuis passi sint quos ab vnitae Christi schisma fecisse, non trecentorum & decem, sed totius orbis autoritate cōvincimus. Si autem dicit leuia esse quæ passus est Saluius, quæro vtrum si aliquem Donatistarum Episcoporum saltare cogeret Imperator, & nolenti facere, bestias ignēsque minaretur, non mallet illa perpeti quàm illud admittere: & cum passus esset, vtrum non eum isti inter martyres recitarent? Grauiora ergo passus est Saluius cum quo saltatum est, quàm si viuis arisset. Nam si cuiquam eorum hæc duo proponerentur, vtrum mallet non ipse saltare sed saltari secum, quàm viuum incendi, quid eum electurum esse respondeant? Si autem dicit nihil aliud impetrasse à proconsule Primianistæ, nisi vt per Abitinēses Saluius de basilica pelleretur, illos autem sua sponte fecisse quicquid ei postea crudeliter turpiterque fecerunt: cur non sibi dicit sic etiam posse catholicos nihil aliud ab imperatoribus petere, nisi vt isti de basilicis quas nomine sacrilego retinent, & excludantur? Illos autem sua sponte regia potestate & honestate seruata in sacrilegis multo mitius quàm Abitinēses nulla imperiali lege, nulla iudiciali iusione, in Membresitanū Saluuum vindicant. Quibus rebus consideratis, prius quid faciat, & postea quid patiantur aduertant, ne cum aduersus facta sua oculos claudunt, & ad pœnas oculos suos aperiant, & hic frustra temporalia patiātur, & in vltimo iudicio dei etiā pro hoc ipso quod frustra eos talibus molestiis vt emendaret admonuit, æterno supplicio puniantur. Nō vetera replico, vbi fallūt quos possunt: breuiter dico, præsentia ingero, digito ostēdo. Damnati Maximianistæ recipiuntur, ignota gentes arguuntur. Maximianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exuffatur. Ecce Afluritanī, ecce Musticani, ecce nō longē mortuus Prætextatus, ecce adhuc viuus Felicianus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagaiensī concilio gestis proconsularibus allegata, talibus recētibus & præsentibus factis, quales ab initio fuerint, satis indicant. Si quid pro huiusmodi aduersitatibus & iniquitatibus patiuntur, si nolunt corrigi, saltem non audeant gloriari.

FINIS.

DIVI

DIVI AVRELI

AVGVSTINI HIPPONENSIS
CONTRA LITERAS PETILIANI
Cirthenfis Episcopi Donatistæ,
Liber Primus.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS
ad nostræ dispensationis curam pertinentibus, Augustinus in domino Salutem.



NOSTIS nos sæpe voluisse Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorem in notitiam manifestam, non tam ex nostro, quàm ex ipsorum opere producere atque conuincere: Vnde factum est, vt ad nōnullos etiam primates eorū literas daremus, non quidem communitorias, quibus se iam in præteritum indignos à catholica Ecclesia dissentiendo fecerunt, nec tamen contumeliosas, sed pacificas, vt nobiscum quaestione discussa, quæ illos ab orbis terrarum sancta communione dirupit, cōsiderata veritate corrigi vellent: nec maiorum suorum animosam peruerfitate pertinacia stultiorum defenderent, sed ad fructum charitatis radici catholice redderentur. Sed quoniam scriptum est, Cum his qui oderūt pacem, eram pacificus, ita illi respuerūt literas meas, sicut ipsam pacē, cui per eas consulebatur, oderunt. Nunc vero cum essem in Ecclesia Constantiniensi, Absentio præsentē & collega meo Fortunato eius Episcopo, obtulerunt mihi fratres epistolam, quam ad suos presbyteros schismatis eiusdem Episcopum dedisse dicebant, sicut earundem quoque literarum prætendebat inscriptio. Quam cum legissem, ita miratus sum, quod primis verbis suis totam partis suæ communionem radiciter amputauit, vt nollem credere illius hominis esse literas, quem solet fama prædicare, quod inter eos doctrina atque facundia maxime præcellat. Sed quia me legente aderant quidam qui eius sermonis cultum ornatūque cognoscerent, mihi persuadere ceperunt omnino illud esse eius eloquium. Ego tamen cuiuslibet esset, resellendum putavi, ne quisquis ea scripsit, aliquid sibi apud imperitis aduersus catholicā scripsisse videretur. Hoc ergo ille primum in epistola sua posuit, dicēs, quod eis obiciamus bis baptismum, qui sub nomine baptismi animas nostras reo lauacro polluimus. Quid autem prodest omnia eius contumeliosa verba retexere? Nam quoniam aliud est documēta firmare, aliud maledicta resellendo tractare: illud potius attendamus, quo pacto demonstrare voluerit nos baptismum non habere, & ideo se non repetere quod iam erat, sed dare quod non erat. Ait enim, Conscientia nante dantis attenditur, qui abluat accipientis. Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit? Quomodo poterit accipientis abluere conscientiam, si, quemadmodum dicit, conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis? Si enim dixerit ad accipientem [non] pertinere quicquid mali latuerit in conscientia dantis, ad hoc valebit fortasse illa ignorantia, vt de conscientia baptizatoris sui non possit nesciens maculari. Sufficiat ergo vt alterius cōscientia maculosa cum ignoratur nō maculet, nunquid autem etiam abluere potest? Vnde Tomus septimus.

igitur abluendus est qui accipit baptismum, cum dātis D polluta cōscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignoret, præsertim cum addat & dicat; Nam qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum? Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat, quid cum accepturum esse arbitraus, vtrum fidem, an reatum? Si dixeris fidem, concedes posse fieri, vt à perfido quisque fidem percipiat; non reatum: & falsum erit illud quod dictum est, Qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Inuenimus enim fieri posse, vt etiam à perfido fidem quis percipiat, si perfidiam dantis ignoret. Non enim ait, Qui fidem à perfido manifesto vel cognito sumpserit: sed, qui fidem, inquit, à perfido sumpserit, nō fidem percipit, sed reatum: quod vti que falsum est, quando quis à latente perfido baptizatur. Si autem dixerit, etiam cum baptizator perfidus latet, non ab eo fidem percipit, sed reatum: rebaptizent ergo illos, quos ab eis baptizatos esse constiterit, qui diu apud ipsos cum scelerati latuerunt, & postea proditi conuicti, damnati sunt. Eo quippe tempore quo latebant quoscunque baptizauerunt, non eis potuerunt fidem tradere, sed reatum, si quisquis fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum: Ergo baptizentur à bonis, vt possint fidem percipere, non reatum. Sed quomodo & de istis securi erunt, si conscientia dantis attenditur quæ latet oculos accepturi? Ita secundum eorum sententiam fit salus illa spiritalis incerta, dum contra scripturas sanctas, quæ dicunt, Bonum est confidere in domino, Psalm. 117. quàm confidere in homine: Et maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: spem baptizatorum auferunt à domino deo, & in homine ponendam esse persuadent: Vnde fit omnino vt non incerta, sed profus nulla sit salus, quia domini est salus: & vana salus hominis. Ita que quisquis in homine spem posuerit, etiam quem iustum & innocentem nouit, maledictus est. Vnde & Apostolus Paulus, eos qui dicebant se Pauli esse, obiurgat & dicit, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quapropter si errant illi, & nisi corrigerentur perirent, qui volebāt esse Pauli, quæ tandē spes eorum qui quarunt esse Donati? Id enim agunt isti, vt origo, radix & caput baptizati non nisi ille sit à quo baptizatur: ita fit, vt quoniam plerumque qualis sit baptizator, incertum est, incerta origine, incerta radice, incerto capite, spes etiam hominis incerta sit. Et cum fieri possit, ita esse conscientiam dantis, vt scelerata atque maculosa sit, & hoc ignoret accepturus, consequenter fit, vt scelerata origine, scelerata radice, scelerato capite, spes quoque baptizati vana & inanis existat. Quippe cum iste in epistola sua ponat & dicat, Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est. Cumque originem & radicem & caput baptizati; hominem à quo baptizatur velit intelligi, quid prodest misero baptizato, quod ignorat quàm malus sit baptizator eius? Ignorat enim se malū habere caput, aut omnino se esse sine capite. Tamen quæ spes est illi cui siue scienti siue nescienti, caput pessimum aut nullum est? Nunquid ipsa ignorantia fit ei caput, cui suus baptizator vel malū caput vel nullum est? At hoc quisquis putauerit, vni sine capite est. Nos ergo querimus: quia dixit iste, Qui fidem à perfido sumpserit, nō fidem percipit, sed reatum: statimque connexuit, dicens, Omnis enim res origine & radice consistit, & si caput non habet aliquid, nihil est: Querimus itaque nos, cum ille baptizator

Eccl. 4.

Hier. 2.

* al. vt post sint de sua superbi damnatione d. nari.

Vergilius 3. Aeneid.

Capit. 1.

Capit. III.

Psalm. 117. Hierem. 17.

Psalm. 31. 39.

1. Cor. 1. Cap. III.

F

Capit. 1.

G perfidus latet, & si tunc ille quem baptizat fidem percipit non reatum, si tunc ei non est baptizator eius origo & radix & caput, quis est à quo accipit fidem? Vbi est origo de qua orit, vbi radix vnde germinat, vbi caput vnde incipit? An forte cum baptizantem perfidum ille qui baptizatur ignorat, tunc Christus dat fidem, tunc Christus est origo & radix & caput? O humana temeritas & superbia: Cur non sinis potius vt semper Christus det fidem, Christianum dando facturum? Cur non sinis vt semper sit Christus origo Christiani, in Christo radicem Christianus figat, Christus Christiani sit caput? Neque enim etiam cum per sanctum & fidelem dispensatorem gratia spiritalis credentibus impertitur, dispensator ipse iustificat, ac non ille vnus de quo dictum est quod iustificat impium. Aut vero Apostolus Paulus caput est & origo eorum quos plantauerat: aut Apollo radix est eorum quos rigauerat, ac non ille qui eis in credendo fidem dederat: cū idē dicat, Ego plantavi, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit: Itaq; neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Nec radix eorū erat ipse, sed potius ille qui ait, Ego sum vitis, vos estis sarmenta. Caput etiam eorum quomodo esse poterat, cum dicat nos multos vnū esse corpus in Christo, ipsūq; Christum caput esse vniuersi corporis, plurib; locis apertissime prādicet? Quapropter siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit, ne sit maledictus qui spem suam ponit in homine: alioquin si talis quisq; in gratia spiritali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cū manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputq; nascentis est: cum autem latet perfidus baptizator, tunc quisque à Christo percipit fidem, tunc à Christo ducit originem, tunc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: laborandum est omnibus qui baptizantur, vt baptizatores perfidos habeant & ignorent eos. Quālibet tamē bonos habuerint, Christus est vtique incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Quod si dementissimū est credere, semper enim Christus iustificat impiū, faciendo ex impio Christianum, semper à Christo percipitur fides, semper est origo regenerantium & caput Ecclesiae. Quid habent ponderis illa verba quae vani lectores non attendunt quid intus habeant, sed tātum quemadmodum sonent? Qui autem non aure sola excipit voces, sed & mente sententias inquietur, cum audierit, Conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis: respondebit. Sepe mihi ignota est humana conscientia, sed certus sum de Crīsti misericordia. Cum audierit, Qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatū: respondebit, Non est perfidus Christus, à quo fidem percipio, non reatum. Cum audierit, Omnis res enim origine & radice consistit: & si caput nō habet aliquid, nihil est: respōdebit, Origo mea Christus est, radix mea Christus est, caput meum Christus est. Cum audierit, Nec quicquam bene regenerat, nisi bono semine regeneretur: respondebit, Semen quo regeneror verbū dei est, quod obaudienter audire sum monitus, etiam si ille per quē audio, quā mihi dicit ipse non facit, dicente domino, & me securum faciēte, Quae dicunt, facite: quae faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Cū audierit, Quae potest esse peruersitas, vt qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem: respondebit, Me innocentem nō facit, nisi qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē

nostram: Non enim in ministrum per quem baptizor K credo, sed in cum qui iustificat impium, vt detur mihi M. fides ad iustitiam. Cum audierit, Arbor bona, bonos fructus facit: arbor mala, malos fructus facit: Nutri- M. quid colligunt de spinis uuas? Et omnis bonus homo de thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de thesauro cordis sui profert mala: respōdebit, Hoc ergo bonus fructus est, vt arbor bona sum, hoc est bonus homo, vt praebeam fructum bonum, hoc est opera bona. Hoc autem non qui plantat & qui rigat mihi dabit, sed C. qui incrementum dat deus. Nam si arbor bona bonus baptizator est, vt fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit: quisquis ab homine malo etiam non manifestus fuerit baptizatus, bonus esse non poterit: De mala quippe arbore exortus est. Aliud est enim arbor bona, aliud arbor occulta, sed tamen mala. Aut si cum occulta est arbor mala, quicumque nascitur ab illa baptizatus, non de illa, sed de Christo nascitur, sanctius iustificatur qui baptizantur ab occultis malis, quā qui baptizantur à manifestis bonis. Item cum audierit, Qui Eccl. baptizatur à mortuo, nō ei prodest lauatio eius: respō- Cap. debet, Viuit Christus, iam non moritur, & mors ei vlt- L rra non dominabitur: de quo dictum est, Ipse est qui Rom. baptizat in spiritu sancto. Baptizatur autem à mortuis, Man. qui baptizantur in idolorum templis. Non enim & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem quam putant, sed à diis. Qui quoniam homines fuerunt, ita modo sunt, vt neque super terras, neq; in requie caeli sint, vere ipsi à mortuis baptizantur, & si quo alio modo ista sanctae scripturae verba veraciter quari, ac salubriter discuti & intelligi possunt. Nam si hoc loco mortuum intellexero peccatorem baptizatorem, eadem illa consequetur absurditas, vt quisquis etiam à latente impio fuerit baptizatus, tāquam à mortuo baptizatus inaniter lotus sit: Non enim ait, Qui baptizatur à mortuo manifesto: sed absolute dicit, à mortuo. Ac si mortuum quemque tunc putant, cum eum peccatorem sciunt: viuere autem, etiam si sceleratus in eorum communione astutissime lateat: primò execrabili superbia sibi plus arrogat quāam deo tribuunt, vt cum eis peccator notus est, mortuus appelletur: cum autem deo notus est, viuus existimetur. Deinde si peccator ille dicendus est mortuus, qui est hominibus cognitus, de Optato quid responsuri sunt, quem sceleratum longo tempore sibi notum damnare timuerunt? Cur qui ab illo baptizati sunt, non dicuntur à mortuo baptizati? An ideo viuebat, quod fides illi comes erat? Quod facite & eleganter à nescio quo primario * col- * dicit- lega suo dictum solēt etiam ipsi iactare atque laudare, man. non intelligentes exitum Goliae superbissimi, suo sibi a Reg. gladio caput auferri. Postremo si neque occultum Cap. sceleratum neque manifestum, qui tamen ab eis non- Eccl. dum damnatus sit, volunt appellare mortuum, sed & manifestum & damnatum, vt quisquis ab eo baptizatur, ipse à mortuo baptizetur, & nihil ei proest lauacrum eius: quid dicituri sunt de iis quos plenarij consilij sui ore veridico cum Maximiniano & ceteris eius ordinatibus damnauerunt, Felicianum dico Musticanum, & Prætextatum Assuritanum, de quibus iterim loquor, qui numerantur inter duodecim Maximiniani ordinatores, & erectores altaris contra eorum altare, cui Primianus assisit: Isti certe ab eis inter mortuos deputantur. Testis est illius concilij, eorum videlicet praeclara sententia, quae quondam quando apud eos decernēda recitata est, ore latissimo acclamauerunt: nūc autem si forte

A si forte eis à nobis recitata fuerit, obmutescūt, cum potius deberent primò gaudere disertam, ne postea plangerent diffamata. Ibi quippe de Maximinianistis à consortio suae communionis exclusis ita dicūt, quod veridica vnda in asperos scopulos nonnullorum naufraga proiecta sunt membra, & Aegyptiorum ad modū exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est poena, quod post extorta aquis vltimicibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturam. Ita quidem isti insultāt schismaticis suis, vt eos & mortuos & insepultos vocēt: sed certe optare debuerāt vt sepe- lantur, ne de multitudine iacentium in littore cadauerum insepultorum Gildonianus Optatus incedēs cū agmine militari, tanquā rapidus fluctus vltra profiliēs, Felicianū & Prætextatum introrsus postea resorberet. A quibus quaro, vtrum ad eorum pelagus cōmeando reuixerunt, an adhuc ibi mortui manēt? Si enim nihilominus cadauera sunt, nec aliquo modo prodest eis lauacrum, qui ab istis mortuis baptizantur. Si autem reuixerunt, quomodo prodest lauacrum illis, quos cum exanimis iacerent, foris antea baptizarent, si eo modo quo putant intelligēdum est, Qui baptizatur à mortuo quid ei prodest lauacrum eius? Eos enim quos Prætextatus & Felicianus, cum adhuc Maximiniano cōmunicarent, baptizauerunt, nunc secum nō rebaptizatos cum eisdem baptizatoribus suis, hoc est Feliciano & Prætextato intus habēt permixtos communioni suae, cuius facti occasione, si non suae pertinacia principatum fauerent, * sed spiritalis suae salutis tam certum exitum cogitarent, euigilare vtique deberēt, & animi sanitate recepta, in pace catholica respirare, si tumore superbiē posito, & pertinacia furore superato, vellēt attere quā immāni sacrilegio transmarinarum Ecclesiarum, quas primarias sitas ex sanctis libris accepimus, baptismus exerceatur, & Maximinianistarū, quos ore proprio dānauerunt, baptismus recipiatur. Ipsi vero fratres nostri memoratarum Ecclesiarum filij, quid ante tot annos in Africa gestū sit, & tunc nescierunt & modo nesciunt, vnde illos crimina quae ab eorum parte Afris obiecta sunt, etiam si vera essent ignorantes, contaminare non possent: isti autem palam separati atque diuisi, cum Primiani ordinationi etiam interfuisse dicātur, Primianum damnauerunt, alium Episcopum cōtra Primianum ordinauerunt, extra Primianū baptizauerūt, post Primianum rebaptizauerunt. Cumq; suis foris à se baptizatis, & intus à nullo rebaptizatis, ad Primianum redierunt: si tanta Maximinianistarum cōiunctio Donatistas non maculat, ecquo modo Afrorum fama potuit maculare peregrinos? Si in pacis osculo sine crimine coeunt labia quae se inuicem damnauerūt, cur in Ecclesiis valde eorum iudicio remotissimis trans mare ab eis quisq; damnatus, nō vt fidelis catholicus osculatur, sed vt Paganus impius exufflatur? Quod si pacem receptis Maximinianistis pro sua vnitare fecerunt, ecce nō reprehendimus, nisi quod suo se iudicio ingulāt, vt cū pro vnitare concisionis suae à se rursus concisa recolligant, ipsam concisionē suam verae vnitati resarcire cō- Cap. temnant. Si pro vnitare partis Donati in nefario schismate baptizatos nemo rebaptizat, & rei tanti sceleris, vt eos in cōcilio suo antiqui illis authorib; schismatis, quos viuos terra abforbuit, compararent, aut separati non puniuntur, aut damnati in integrum restituantur, cur nō pro vnitare Christi, quae toto terrarum orbe diffusa est, de quo prādictum est quod dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminum septimus.

nos orbis terrarum: & quod prādictum est, videtur ac prō- D batur impleri: cur ergo nō pro ista vnitare vera & plenaria pax illius hereditatis agnoscat, quae de communibus codicibus personat: Dabo tibi gentes hereditatē Psal. tuam, & possessionem tuam terminos terrae: Pro Donati vnitare non cogūtur reuocare quod disperferūt, sed admonentur exaudire quod clamāt scripturae: Cur nō intelligūt id secum actum misericordia dei, vt quoniā catholicam Ecclesiam falsis criminibus accūlabant, quorum quasi contagione nimia sanctitatem suam contaminare nolebant, vera & maxima crimina plenarij consilij sui veridico, sicut dicūt, ore dānata, rursus recipere per Optati Gildoniani regnum, & sibi sociare cogētur: iam tandem sentiant quemadmodum veris suorum sceleribus impleantur, qui in fratres suos falsa cōfingunt, quae si etiā vera dixissent, iam tandem sentire deberent, quāta sint pro pace tolerāda, & pro pace Christi redire ad Ecclesiam quae non damnauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare damnata. Itaque Cap. XII. nobis fratres hoc vnū quod de Maximinianistis apud eos factum est, ad eos admonendos corrigendosq; sufficiat: non vetera arcana discutimus, nō antiqua armaria ventilamus, non ad lōginquas terras nostram probationem transmittimus, sed sequesramus omnia nostrorum documenta maiorum, deferimus testimonia toto terrarum orbe clamantia. Ecce Musticana & Cap. XVI. Assuritana ciuitates super sunt aliis adhuc in hac vita & in hac prouincia, qui se disunxerunt & à quibus disuncti sunt, qui altare exererunt, & contra quos exererunt, qui damnauerūt & qui damnati sunt, qui receperunt & qui recepti sunt, qui foris baptizati sunt, & intus rebaptizati non sunt: si haec pro vnitare maculant, maculati compriment vocem: si haec pro vnitare non maculant, correcti auferant litem. Iam verba epistolae suae ille Cap. XVI. ipse qui scripsit irrideat, qui vsurpato indoste ac mēdacer testimonio, quo scriptum commemorat, Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio eius? Conatur nobis ostēdere, quatenus traditor vita mortuus habeatur. Et adiūgit dicēs, Mortuus est ille qui baptismo vero nasci non meruit: Mortuus est ille similiter, qui iuxta baptismum genitus mixtus est traditori. Si ergo Maximinianistae mortui non sunt, cur in plenario concilio suo dicunt, quod Aegyptiorum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora? Si autē mortui sunt, vnde viuit baptismus quod dederunt? Deinde si Maximinianus mortuus nō est, quare post illū rebaptizatur? Si autē mortuus est, quare cum illo non est mortuus Felicianus Musticanus ordinator eius, & cū nescio quo traditore Afro collega mori potuit transmarinis, aut si & ipse mortuus est, vnde cum illo apud te viuunt intus nō rebaptizati, qui ab illo mortuo foris sunt baptizati? Deinde subiunxit, Ambo vitam baptismi nō habent, Cap. XVII. & qui nunquam penitus habuit, & qui habuit & amisit. Nunquam ergo habuit, quem Maximinianista Felicianus aut Prætextatus foris baptizauerūt, ipsi autē quod habuerunt amiserunt. Quādo ergo isti cum suis recepti sunt, quis dedit eis quos baptizarunt quod non habebant: & quis ipsis reddidit quod amiserant? Si autem formam baptismi secum abstulerunt, ipsam autem virtutem baptismi per malum schisma non amiserunt, cur ipsam formam quae semper & vbique sancta est, exufflas in catholicis quos non audisti, & in Maximinianistis amplecteris quos punisti: Quicquid autē de Iuda traditore criminoso sibi dicere visus est, ad nos quid pertinet, qui neq; ab eis probamur traditores, neq; si aliquorum c ij

G ante nos in nostra cōmuniene defunctorum traditio probaretur, nec ipsa nos improbata & displicens nobis aliqua ex parte macularet. Si enim ipsi dānatis à se criminibus & receptis nō maculantur, qua uto minus nos auditis & improbatis maculari poterimus? Quantūlibet ergo in traditores inuehatur, cotidē verbis eos & à me deputet accusari. Sed sanē distingo, quia ille apud me arguit eum, quē iam olim defunctum mea cognitio non iudicauit, ego eius lateri cohāretem ostendo, quē à se damnatum vel certe sacrilego schismate separarū, sine vlla honoris eius diminutione suscepit. Nequissimus, inquit, traditor nobis legem seruantibus persecutor & carnifex exititisi. Si legem seruauerunt Maximiniani, cum à te separati sunt, sic & tu seruator legis, cū ab Ecclesia, qua in toto orbe diffusa est, separatus es. Quod si de nostris agis, cito respōdeo: si aliquid iniquē passi estis, non pertinere ad eos qui talia facientes quāuis improbant, pro pace tamē vnitatis laudabiliter tolerant. Quapropter non habes quōd obiicias frumentis dominicis paleam vsque ad ventilationem vltimā sustinentibus, à quibus tu nunquam recessisses, nisi leuior palea vento tentationis, & ante aduentum ventilatoris auolasses. Sed vt ab hoc vno exemplo, quod ad istorū ora claudenda, & eos si sapiant corrigēdos, si autem in peruersitate mancant, confundendos, in eorum facies refudit dominus, nō recedam. Si iustiores sunt qui patiuntur persecutionem, quā illi qui faciūt, iidem Maximiniani iustiores sunt, quorum & basilica funditus euersa est, & militari Optati comitatu grauius agitati sunt, & iustiones proconsulis ad omnes eos de basilicis excludendos, à Primianistis impetrata manifesta sunt. Quapropter si imperatoribus eorū communionē detestantibus ad persequendos Maximinianistas tanta sunt ausi, quid facerēt si eis per regum communionē aliquid efficere liceret? Si autem vt prauos corrigerēt ista fecerunt, & quid mirantur si catholici imperatores maiore potestate vrgendos corrigēdosq; decernūt eos qui totum orbem Christianum rebaptizare conantur, cū causam dissentiendi non habeant: quandoquidem malos etiā si vera crimina obiicerent, pro pace tamen tolerādos etiā ipsi testantur: quando eos quos dānauerunt, cū suis honoribus, & cum foris dato baptismo receperūt, cōsiderent aliquando quid digni sint pati à Christianis potestatis, orbis terrarū hostes Christiane vnitatis diffusā toto orbe terrarū. Iam igitur si correctio pigra est, saltem alsit pudor, ne iidem ipsi eum ea qua scribūt legere cōperint, risus eos vincat, dū in se non agnoscunt quod videri volūt in aliis, & in se agnoscunt quod aliis obiiciunt. Quid igitur sibi vult quod iste in epistola sua posuit dicentem dominum Iudais, Ideoq; mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigētis, & flagellabitis? Nā si seipso intelligi volunt sapientes & scribas & Prophetas, nos autem tāquam persecutores sapientium & Prophetarū, quare nobiscum loqui nolunt, cum ad nos missi sint? Deniq; iste qui illam scripsit epistolam, cui modo respondemus, si vrgatur à nobis, vt ei propria manu subscribens suam esse fateatur, forte non faciat: vsque adeo timent ne vlla eorum verba teneamus. Nā cum eiusdem epistolae posteriores partē aliquo modo vellemus accipere, quia totam describere à quibus nobis data est nequiuērunt, nullū à quo petita est eam dare voluit, postea quā cognouerunt nos ei parti ad quam peruenimus respōdere. Itaque cum legant quemadmodum dominus Propheta dicat, Exclama vehementer, non est quod parcas,

& scribe stylo meo peccata eorū: isti Propheta veri qui missi sunt ad nos, nihil sic timent, sed cauēt ne à nobis eorū clamor audiat: quod vtique si vera de nobis dicerent, nō timerent: nō immerito sicut in Psalmo scriptum est, Oppilatum est os loquētium iniqua. Si enim propterea baptismum nostrum nō suscipiunt, quia nos sumus progenies viperarū, sicut iste in Epistola sua posuit: cur Maximinianensium susceperunt, de quibus concilium eorum sic loquitur, quod viperei feminis noxios partus venenati vteri alius diu texerit, & concepti sceleris vda coagula in aspidum membra tardo se calore vaporarunt. Nōne de ipsis etiā in eodem concilio consequenter dictum est, quod venenū aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenus est, veloces pedes eorum ad effundēdum sanguinē, cōtritiō & infelicitas in vis eorum, & viam pacis nō cognouerūt, & tamē & ipsos in honore integro, & ab eis foris baptizatos intus nunc habēt. Quapropter hac omnia de progenie viperarū, & de veneno aspidum sub labiis eorum, & aliā qua dicta sunt in eos qui viam pacis non cognouerunt, si verē isti vellent dicere, ipsi potius sunt, quando eorum baptismum in quo per concilij sententiam ista dixerunt, propter pacem Donati receperunt, & baptismum Ecclesiae Christi toto orbe diffusa, vnde in Africa ipsa pax venit, ad sacrilegam iniuriam pacis Christi repudiant. Qui ergo sunt potius pseudoprophetae, qui veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces: vtrum ij qui vel nesciūt in catholica malos, & eis innocenter cōmunicant: vel eos quos de area dominica priusquam ventilator adueniat segregare non possunt, pro pace tolerant vnitatis? An ij qui ea qua in catholica reprehendūt, in schismate faciūt, & qui in vanitate toleranda ea qua incerta fugere se fingunt, in sua praedicatione manifesta & à seipsis damnata recipiunt? Denique ita dictum est, & hoc etiam ipse commemorauit, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo fructus cōsideremus quos obiicis, traditionē hanc ipsam multo probabilius eis ipsis obiicimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantinensi ciuitate Syllanum Episcopum maiores vestri in ipso exordio sui schismatis ordinauerūt. Iste cū adhuc esset subdiaconus, manifestissimus traditor municipalibus gestis expressus est. Sed & vos aduersus maiores nostros aliqua documenta profertis: aqua conditio postulat, vt aut vtraque vera, aut falsa esse credamus. Si vtraque vera sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui crimina nos fugere in totius orbis cōmuniōne sinxistis, qua in ipsa particula nostrae concisionis habebatis. Si autem vtraque falsa sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui propter falsa crimina traditorum immani separationis crimine maculamini. Quod si à nobis aliqua & à vobis nulla, vel à nobis vera & à vobis falsa proferuntur, non est discutiendum quin penitus vestra ora claudantur. Quod si vos vera & sancta Christi Ecclesia conuinceret atque superaret, etiam si nos nulla vel falsa, vos autem aliqua & vera traditionis documenta teneretis, quid iam vobis restet, nisi vt si vultis pacem diligatis: si autem non vultis, saltem obmutescatis: etenim quacūque modo proferetis, facillime & verissime dicere, tunc Ecclesia plenaria & catholica vnitati iam per tot gentes diffusa atque firmata vos ea firmare debuisset, vt vos intus essetis, illi autem quos conuinceretis pellerentur foras. Quod si conati estis facere, proculdubio probare nō potuissetis, & victi vel irati vos ab innocētibus qui damnare incerta non possent,

A sent, immani sacrilegio separastis. Si autem nec conati estis id agere, nimis execrabili & impia cecitate vos à frumentis Christi qua per totum agrum, id est, totum mundum vsque ad finem crescunt, paucis in Africa zizanitis offensi concidistis. Postremo testamentum à quibusdam persecutionis tempore flammis traditum perhibetur, nūc vnde cūque prolatum est, recitetur. Certe in exordio promissionum testatoris id inuenitur Abraham dictum, In semine tuo benedicentur omnes gentes. & hoc quid sit, verax interpretatur Apostolus, In semine, inquit, tuo, quod est Christus. Nullius traditio fidem dei euacuauit: Communicate omnibus gentibus, & tūc vos testamentum à pernicie flammarū cōseruasse gloriamini. Si autem non vultis, quae pars potius credēda est, quod testamento insisterit exurendo, nisi quae non vult consentire prolatore? Quanto enim certius sine aliqua temeritate sacrilega ille traditoribus successisse iudicatur, qui nūc lingua testamentum persecutorum, quod illi flamma persecuti perhibentur: Obiicis persecutionem: respondent vobis frumenta dominica, aut iuste factum est, aut palea vestra fecit. Quid ad haec dicitis? Obiicis quod baptismum non habeamus: respondent vobis eadem frumenta dominica, formam sacramenti etiam intus quibusdam nihil prodesse, sicut Simoni Magi baptizato nō proderat, multo magis nihil prodesse iis qui foris sunt: inesse illis decedentibus hinc probatur, quod redeuntibus non restituitur. Nunquam igitur nisi impudentissime poteris aduersus ista frumeta clamare & dicere pseudoprophetas vestitos pellibus ouium, intus autem lupos rapaces, quando quidem malos in vnitatem catholica vel nō nouerunt, vel pro vnitatem tolerant quos nouerunt. Vestros autem fructus si consideremus, omitto tyrannicas in ciuitatibus, & maxime in fundis alienis dominationes, omitto furorem Circumcellionum, & praecipitorū vltro cadauerum cultus sacrilegos, & prophanas bacchationes ebrietatum, & sub vno Optato Gildoniano decennalem totius Africae gemitum: omitto ista, quia sunt in vobis quidam qui haec sibi displicere ac semper displicuissent, pelamāt, sed ea se dicunt quia comprimere non possunt, pro pace tolerare: vbi se iudicio suo cōdemnant, quia si amarent pacem, non discinderent vnitatem. Nam quae tanta dementia est, pacem in ipsa pace velle relinquere, & eam in dissensione velle retinere? Itaque propter eos qui mala eiusdem partis Donati qua omnes vident & reprehendunt, fingunt se non videre, vsque adeo vt etiam de ipso Optato dicant, Quid fecit? Quis eum accusauit? Quis conuicit? Ego nescio, non vidi, nō audiui. Propter hos ergo qui se manifesta ignorare constringunt, exorti sunt Maximiniani, in quibus eis oculi pateāt & ora claudantur, aperte se separant, aperte altare contra altare erigunt, aperte in concilio sacrilegi & viperarū, & veloces ad effundendum sanguinem, & Dathan & Abiron & Core comparandi appellantur, & asperis verbis detestati damnantur, aperte recipiuntur rursus in honoribus suis cum baptizatis suis. Hi sunt fructus eorum pro Donati pace ista facientium, vt pelle ouina se contegāt, & Christi pacem in toto orbe terrarum recusant, vt intus sint lupi rapaces. Nihil me praetermississe arbitror eorum qua iste in Epistola sua posuit dūtaxat qua in ea parte ad quam peruenimus potui reperire: prodant etiam reliquam partem, ne forte ibi sit aliquid quod reselli non possit. Haec autem qua domino adiuuante respondimus, admoneo charitatem vestram, vt non solum petentibus detis, sed etiam non petentibus Tomus septimus.

ingeratis. Respondeant si quid volūt: & si nobis nolūt, D salte ad suos literas mittant, quae tamen nobis occultari non iubeant. Quod si faciunt, apertissime fructus suos prodūt, quibus lupi rapaces induti pellibus ouium demontrentur, qui occulte insidiantur ouibus nostris, & aperte pastoribus respondere formidat. Nos eis tantūmodo schismatis crimē obiicimus, quo penitus omnes inuoluti sunt, nō quorundā eorū crimina qua sibi quidam eorum displicere respondent. Ipsi vero si nobis aliena crimina non obiiciant, nō habent quod obiiciat: & ideo se ab scelere schismatis defendere omnino nō possunt, quia sine propter falsa & à se conficta, siue etiā propter vera, sed tamē palea crimina se ab area dominica & ab innocētia frumentorum toto orbe cōsecrētium, nefaria dirēptione separarunt. Nisi forte expeccatis à me vt etiā de Manichaeo qua interposuit resellantur: Qua in re nobis non displicet, nisi quia pestilentiosissimum & perniciosissimum errorē, id est, Manichaeorum haesim, omnino leuissimā & prope nulla reprehensione culpauit: quem veritas fortissimis documentis catholica expugnat. Hereditas enim Christi in omnibus gentibus constituta, aduersus omnes exhaere datae haereses tuta est: sed sicut ait dominus, Quomodo potest satanas satanam eiicere? sicut Manichaeorum errorem quomodo potest Donatistarum error euertere? Quapropter charissimi, quanquā multis modis conuictus error iste superetur, nec vlla quacūque ratione, sed sola impudentia pertinaci resistere audeat veritati, tamen ne memoriam vestram documentorum oneret multitudo, hoc vnum Maximinianistarum factum tenete, hoc in eorū frōtem configite, hoc eis ad comprimendas dolosas linguas & ora coarctate, hoc tanquā tridentis telo velut tricripitem bestiam eorum calumniae trucidate: traditionē obiiciunt, persecutionē obiiciunt, falsum baptismum obiiciunt, de solis Maximinianistis ad omnia respondere. Quod enim maiores eorū tradiderunt sanctos codices flammis, occultum esse arbitrantur: sed cum sacrilegio schismatis inquinatos in suis honoribus receperunt, hoc certe occultare nō possunt. Item persecutiones violentissimas, quas quibuslibet vbi potuerint faciūt, occultas esse arbitrantur: sed cū spiritalis persecutio persecutionē superet corporale, Maximinianistas quos ipsi corporaliter persecuti sunt, & de quibus ipsi dixerūt, Veloces pedes eorum ad effundēdū sanguinē, in suis honoribus receperūt: hoc certe occultare nō possunt. Postremo baptismi quaestione, qua miseris fallūt, occultā esse arbitrantur: sed cū dicant baptismum nō habere quotquot praeter communionē vnius Ecclesiae baptizantur, Maximinianistas cum eis quos extra istorum communionē in schismate baptizarunt, in suis honoribus receperunt: hoc certe occultare nō possunt. At haec, inquit, pro pace non maculat, & bonū est rigorē seueritatis ad misericordiā flectere, vt denuo rami fracti inserantur. Ita ergo tota causa concluditur victa in illis, inuicta pro nobis: quia si nomē pacis ad tolerandos in schismate malos in quacūque vmbra defensionis assumitur, proculdubio cum horrendo scelere & sine vlla defensione per vnitatem orbis terrarum vera pax ipsa violatur. Haec fratres cum im-pigra mansuetudine agenda & praedicanda retinete: diligite homines, interficite errores: sine superbia de veritate presumite, sine sauitia pro veritate certate: Orate pro eis quos redarguitis atque conuincitis. Pro talibus enim Propheta deum deprecatur, dicēs, Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuū domine.

Cap. XIX. Math. 23.

Es. 58.

Math. 13.

Ca. XXIII.

Gen. 22.

Gal. 3.

Ps. 119.

Cap. XX.

Math. 3.

Math. 7.

Math. 7.

Ca. XXIII.

Cap. XXII.

Math. 7.

Math. 7.

Math. 7.

Math. 16.

Math. 7.

Cap. XXV.

Ca. XXVI.

Math. 3.

Ca. XXVII.

Math. 7.

Ps. 13.

Cap. XXIII.

Rom. 11.

Ca. XXIX.

Ps. 82.

G Quod quidem iam fecit dominus, ut eorum facies ignominia Maximiniani aperiens impleret, superest ut norint salubriter erubescere: ita enim nomen domini querere poterunt, a quo perniciosissime auersi sunt, dum pro eo suum nomen extollunt. Viuatis & perseueretis in Christo, & multiplicemini, atque abundetis in charitate dei & in inuicem & in omnes dilectissimi fratres.

Diui Augustini Episcopi contra Petilianum
& partem Epistolae illius primam,
Liber primus finitus.

DIVI AVRELII

AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, contra totam Epistolam ipsius
Petiliani, Liber secundus.



D R I M I S partibus Epistolae Petilianae, quas tantummodo inueneram, satis nos respondisse meminerunt qui ea legere vel audire potuerunt. Sed quia postea tota est a fratribus inuenta atque descripta, misitque nobis ut vniuersae respondeamus, non erat defugiendum hoc officium styli nostri, non quia ille nouum aliquid dicit, cui non iam multis modis & saepe responsum est: sed propter cardiores fratres qui ea quae alicubi legerunt, ad omnia paria referre non possunt: ita morem geram eis qui me omnino ad singula respondere compellunt, ut quasi alter nis sermonibus in praesentia disseramus, verba ex Epistola eius ponam sub eius nomine, & responsione reddam sub meo nomine, tanquam eum ageremus, a notariis excepta sint. Ita nemo erit qui me aliquid praetermississe, aut propter indiscretas personas se non potuisse intelligere conqueratur: simul etiam ut iidem ipsi Donatistae, qui coram nobiscum differere nolunt, per literas quas suis ediderunt, ita non effugiant respondentem sibi ad singula veritatem, tanquam nobiscum facie ad faciem colloquantur. Ab ipso exordio Epistolae suae PETILIANVS dixit, Petilianus Episcopus, dilectissimis fratribus, compresbyteris & diaconis ministris per diocesim nobiscum constitutis in sancto Euangelio: Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. A V G. respondit, Agnosco Apostolicam salutationem, videris quid dicas, vnde tamen didiceris quod dicis aduerte. Sic salutatur Paulus Romanos, sic Corinthios, sic Galatas, sic Ephesios, Colossenses, Philippenses, Thessalonicenses. Quae igitur dementia est cum his Ecclesiam nolle communicare pacis salutem, in quarum Epistolis didicisti pacificam salutationem? Petilianus dixit, Bis baptismus nobis obiciunt hi qui sub nomine baptismi animas suas reo lauacro polluerunt, quibus equidem obsecris sordes cunctae mundiores sunt, quos peruersa mendicia aqua contigit inquinari. A V G. respondit, Nec aqua nostra inquinatur, nec vestra mundatur: sed aqua baptismi in nomine patris & filii & spiritus sancti cum datur alicui, nec nostra nec vestra est, sed illius de quo Ioanni dictum est, Super quem videris spiritum sicut columbam descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.

Petilianus dixit, Conscientia namque dantis attenditur, qui abluat accipientis. A V G. respondit, De conscientia ergo Christi securi sumus. Nam si quemlibet ho-

minem ponas, incerta erit accipientis mundatio, quia incerta conscientia est abluentis. Petilianus dixit, Nam qui fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. A V G. respondit, Non est perfidus Christus, a quo fidelis homo fidem percipit, non reatum. Credit quippe in eum qui iustificat impium, ut deputetur fides eius ad iustitiam. Petilianus dixit, Omnis enim res origine & radice consistit, & si caput non habet aliquid, nihil est: nec quicquam bene regenerat nisi bono semine regeneretur. A V G. respondit, Quid te pro Christo vis opponere, sub quo te non vis ponere? Ille est origo & radix caputque nascentis, de quo non timemus sicut de homine quolibet, ne forte sit fictus & pessimus, & de origine pessima oriamur, de pessima radice surgam, pessimo capiti conformemur. Quis enim homo de homine securus sit, cum scriptum sit, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine? Semet autem quo regeretur, verbum dei est: id est Euangelium. Vnde Apostolus dicit, In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui. Qui tamen etiam non caste annunciantes, Euangelium annunciare permittit, & in hoc gaudet: quia & si non caste annunciant, sua quarentes, non quae Iesu Christi, castum tamen erat quod annuntiabant. Et dixerat dominus de quibusdam talibus, Quae dicunt facite: quae autem faciunt, facere nolite: Dicunt enim & non faciunt. Si ergo caste annunciat quod castum est, etiam ipse annunciator quia verbo consociatur, creditem tamen sit quod annunciat, nascitur credens non ex ministris sterilitate, sed ex veritate fecunditate. Petilianus dixit, Quae cum ita sint fratres, quae potest esse peruersitas, ut qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem, dicente domino Iesu Christo, Arbor bona fructus bonos facit: arbor mala, malos fructus facit: nunc quid colligunt de spinis vvas? Et iterum, Omnis homo bonus, de thesauro cordis sui profert bona: & omnis homo malus, de thesauro cordis sui profert mala. A V G. respondit, Omnis homo etiam si non sit suis criminibus reus, alterum non facit innocentem, quia non est deus. alioquin si ex innocentia baptizatis expectatur ut fiat innocentia baptizati, tanto erit quisque innocentior, quanto innocentior a quo baptizetur inueniatur: & tanto ipse minus erit innocens, quanto & ille a quo baptizatur. Et si forte contra aliquem tenet odium qui baptizat, hoc & illi qui baptizatur, imputabitur. Ut quid ergo miser currit ad baptismum? ut ei dimittantur peccata sua? An ut imponantur aliena? An sicut naui mercatoris alia ponat, alia suscipiat? Arborem autem bonam & fructum eius bonum, & arborem malam & fructum eius malum, homines solemus intelligere, & opera eorum, sicut consequenter ostenditur in verbis quae tu quoque commemorasti, Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus homo, de malo thesauro cordis sui profert mala. Cum autem dei verbum praedicat, dei sacramentum ministrat, non de suo si malus est praedicat aut ministrat, sed deputabitur in eis de quibus dictum est, Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite: Dicunt enim quae dei sunt, faciunt autem quae sua sunt. Nam si ita est ut dicis: id est, fructus baptizantium ipsi baptizato aestimantur, magnum malum Africae denunciat, si tot Optati pullulauerunt, quotquot baptizauit Optatus. Petilianus dixit, Et iterum qui baptizatur a mortuo, non ei prodest lauatio eius: non mortuum corpus exanime, nec hominis funus porrectum asseruit esse baptismum, sed dei non habentem spiritum qui

A mortuo comparatur, sicut alio loco discipulo manifestat Euangelio protestate, ait discipulus eius, Domine permittite mihi sepelire patrem meum. Ait illi Iesus, Sequere me, sine mortuos ut mortuos suos sepeliat. Pater discipuli non erat baptizatus, Paganum Paganis addixit, nisi hoc de infidelibus dixerit, mortuus mortuum non potest sepelire. Mortuus igitur quidem non aliqua morte, sed vita sua percussus: nam qui sic uiuit ut reus sit, vita mortua cruciatur. A mortuo igitur baptizari, hoc est mortem sumpsisse, non vitam: agendum nobis & dicendum est, quatenus traditor vita mortuo habeatur. mortuus est ille qui baptismum vero nasci non meruit. mortuus est ille similiter qui iuxta baptismum genitus mixtus est traditori: ambo vitam baptismi non habet, & qui nunquam penitus habuit, & qui habuit & amisit. Dicit enim dominus Iesus Christus, Adueni in eum septem spiritus nequiores, & erit homo ille deterior priore.

A V G. respondit, Diligentius quaere quomodo dictum, & quomodo intelligendum sit testimonium quod de scriptura posuisti: Nam quia mortui solent mystice appellari omnes iniqui, manifestum est: sed Christus cuius est baptismus verum, quod propter hominis vitia dicitur falsum, uiuit sedens ad dexteram patris, & nec ipsa carnis infirmitate iam morietur, & mors ei ultra non dominabitur, cuius baptismum qui baptizatur, non a mortuo baptizatur, & si forte ministri operarii diaboli sua quarentes, non quae Iesu Christi, & Euangelium non caste annunciantes, & Christum per contentionem & inuidiam praedicantes, propter iniquitates suas mortui sunt appellandi, sacramentum tamen dei uiui nec in mortuo moritur. Mortuus enim erat Simon ille a Philippo in Samaria baptizatus, qui donum dei volebat pecunia comparare, sed uiuebat ad eius penam baptismum quod habeat. Quam sit autem falsum quod dicis, ambo vitam baptismi non habent, & qui nunquam penitus habuit, & qui habuit & amisit, hinc licet aduertat: quod qui baptizati apostatant, & per penitentiam redeunt, non eis redditur baptismus, quem si amitterent, redderetur. Mortui sane vestri quomodo baptizant secundum sensum vestrum? An mortui non sunt, ut cetera taceam, & dicam quod omnibus notum atque quotidianum est, ebriosis, quod de uida dicat Apostolus, Quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est: Deinde in illo concilio vestro C quo Maximinianum cum suis authoribus vel suis ministris damnastis, excidit tibi quam eloquenter dixeritis Aegyptiorum ad modum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est poena quam post extortam aquis vlticibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturam: & tamen vnus eorum Felicianus vtrum reuixerit, vos videritis. Secum tamen apud vos intus habet, quos foris mortuus baptizauit. Sicut ergo a viuo baptizatur, qui uiui Christi baptismum induit, sic a mortuo baptizatur qui mortui Saturni vel cuiuslibet alterius baptismum inuoluitur, ut interim cito dicamus quomodo verba quae posuisti sine cuiusquam nostrum angustia possint intelligi. nam sicut accipiuntur a vobis, non vos explicare, sed nos nobiscum implicare contenditis. Petilianus dixit, Agendum, inquam, nobis dicendumque est, quatenus perfidus traditor vita mortuus habeatur. Iudas Apostolus fuit cum traderet Christum: idemque honore Apostoli perditio spiritualiter mortuus est, suo postea laqueo moriturus, sicut scriptum est, Penitet me, inquit, quia tradidi sanguinem iustum, & abiit & laqueo se suspedit. Laqueo traditor perit, laqueo talibus dereliquit: De quo dominus Iesus clausit

Tomus septimus.

mauit ad patrem, Pater quos dedisti mihi, omnes serua. Dui, & ex illis nullus perit nisi filius perditionis, ut impleretur scriptura. Olim namque Dauid sic in eum sententiam dixerat qui esset Christum perfidus traditurus, Episcopatum eius accipiat alter: sit vxor eius vidua, & filii eius orphani. Ecce quatus est spiritus prophetarum ut cuncta futura pro praesentibus viderit, ut ante plurima secula nasciturus traditor damnaretur. Denique ut dicta sententia compleretur, Episcopatum eius Apostolus perditio sanctus Matthias accepit, nemo hinc stolidus nemo perfidus disputet, triumphum Matthias, non iniuriam retulit, qui de domini Christi victoria spoliū retulit proditoris. Hoc igitur factum Episcopatum tibi quid vendicas haeres nequioris traditoris? Iudas Christum carnalem tradidit, tu spiritalem, furens Euangelium sanctum flammis sacrilegis tradidisti. Iudas legislatorem tradidit perfidus, tu quasi eius reliquias legem dei pendendam hominibus tradidisti: qui si legem diligeres, ut iuuenes Maccabaei, pro dei legibus necareris. Si nec hominum dici potest quos moriendo pro domino perficere immortales, quorum vnus scilicet fratrum tyrannus sacrolego hac fidei voce respondit, Tu quidem scelerate & impie de praesenti vita nos perdis: rex autem mundi qui regnat in aeternum, & regni eius non erit finis, mortuos nos pro suis sanctis legibus, in aeternae vitae conseruationem resuscitabit. Si hominis mortui testamentum flammis incenderes, nonne falsarius puneris? Quid de te ergo futurum est qui sanctissimam legem dei iudicis incedisti? Iudam facti vel in morte poenituit: te non modo non poenitet, verum etiam nequissimus traditor nobis legem seruantibus persecutor & carnifex existis. A V G. respondit, Vide quid intersit inter vestras maledicas voces & nostras veridicas assertiones. Attende paululum. Ecce exaggerasti crimen traditionis, & inuidiosissimis verbis velut captiosus inuictor, Iuda nos proditori comparasti. Ad hoc tibi ego tamen breuissime respondeo: Non feci quod dicis, non tradidi, falsa obiciis, nunquam id probabis. Nonne omnis iste verborum ingentium fumus repente dilabitur? An forte probare conaberis: Hoc ergo prius faceres, & deinde in nos tanquam in conuictos quo velles cumulo inuentionis insurgeres. Ecce vna vanitas, audi alteram. Tu ipse cum de praedicta Iudae datione loquereris, dixisti, Ecce quantus est spiritus Prophetarum, ut cuncta futura pro praesentibus viderit, ut ante plurima secula nasciturus traditor damnaretur: & non vidisti in eadem prophetia stabili & certa & inconcussa veritate qua praedictum est quod vnus discipulus traditurus esset Christum, praedictum etiam quod totus mundus esset crediturus in Christum. Cur attendisti in prophetia hominem qui tradidit Christum, & non ibi attendisti orbem pro quo est traditus Christus? Quis tradidit Christum? Iudas. Quibus eum tradidit? Iudaeis. Quid ei fecerunt Iudaei? Foderunt, inquit, manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quantum sit ergo quod tanto precio emptum est, in Psalmo ipso paulo post lege, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae: Et adorabunt in conspectu eius vniuersae patriae gentium: Quonia domini est regnum, & ipse dominabitur cetera de orbe credituro innumerabilia prophetica documenta sufficere: Sed tu laudas prophetiam, quia vides in ea

G hominem qui vendidit Christum: nec in ea vides possessionem, quā emit venditus Christus. Ecce altera vanitas. Audi tertiam. Inter multa tuæ inuentionis verba dixisti, Si hominis mortui testamentum flammis incēderes, nōne falsarius puniretur? Quid de te ergo futurū est qui sanctissimam legem dei iudicis incendiisti? Hac dicens non attendisti, quod te vtiq; mouere deberet, quomodo fieri posset vt nos testamentum incendere-mus, & in hereditate cōsisteremus quā illo testamento conscripta est: vos autem mirum est testamentum seruasse, & hereditatem perdidisse. Nōne in eo testamēto scriptum est, Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Huic hereditati communica, & obice mihi de testamento quod velis. Nam quā demētia est ideo testamētū tradere te voluisse flammis, vt cōtra verba litiges testatoris? Nos autem cum habeamus in manibus gesta Ecclesiastica & municipalia in quibus legamus* eos qui contra Cæcilianum alterum Episcopum ordinauerunt, & potius fuisse diuinorum codicū traditores, non tamen insultamus, non inuehimur in vos, nōc sanctarum paginarū cineres in vestris manibus plāgimus, nec Macabæorum fragrantia tormenta sacrilegio vestri tororis opponimus, dicētes, vestra poti⁹ membra quā dei eloquia ignibus traderetis. Nolumus enim esse vani, vt alienis cōmissis, quæ aut ignoratis aut improbatis, vobis in anem strepitum concitemus. Quod autem vos à totius orbis communionē separatos videm⁹, quod scelus & maximum & manifestum, & omnium vestrum est, si exaggerare velim, tēpus me citi⁹ quā verba deficiēt. Et hoc tu si defendere velis, ea es obiecturus obi terrarum, quæ si obiciēda sunt, admones vnde ampli⁹ accuseris. si obiciēda non sunt, nō defendetis. Vt quid ergo istarū aduersus me de traditione, quæ nec mea est nec tuā? Si manet illud pactum, vobis obicim⁹ aliena: si autem non manet, tua potius est quā mea: quanquā & manente illo pacto arbitror me iustissime dicere, vt ille iudicetur socius eius qui tradidit Christum, qui cū toto orbe se nō tradidit Christo. Ergo, iquit Apostol⁹, Abrahæ semen estis, secundū promissionem heredes. Et iterum dicit, Haeredes quidē dei, cohæredes autē Christi. Idemq; semen Abrahæ ad omnes gentes pertinere demonstrat ex illo quod Abrahæ dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gētes. Quapropter puto iustū esse quod postulo, vt testamentum dei quod iam olim apertum est, aliquantum aduertamus, & quem non inuenerimus traditi cohæredem, ipsum iudicemus traditoris hæredem: Ille pertinet ad Christi veditorē, qui Christum negat orbis redemptorem. Nempe quādo se post resurrectionem discipulis demonstrauit, & palpāda membra dubitantibus præbuit, hoc illis ait, Quoniā sic scriptū est, & sic oportebat Christū pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Ecce à qua hereditate vos alienatis: ecce cui heredi resistitis. Itane vero pareeret Christo in terra ambulanti, qui contradicit in cælo sedenti? Adhuc nō intelligitis, quoniam quicquid nobis obicitis, sermonis eius obicitis? Promittitur Christi orbis, & creditur, impletur, & cōtradicitur. Cogitate obsecro quid pati pro tāta impietate debuistis, & tamen si quid pati estis nescio, nō vidi, nō feci: tu hodie qui nō pateris vim persecutionis meæ, redde mihi rationē separationis tuæ. Sed iterum ac saepe dicitur es, quæ si nō probas, ad neminem pertinent: si autem probas, ad me

non pertinent. Petilianus dixit, His ergo criminibus septus, esse verus Episcopus nō potes. A V G. re- spondit, Quibus criminibus? Quid docuisti, quid ostendisti? Et si ostendisses crimina nescio quorum, quid hoc ad semen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes? Petilianus dixit, Si Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? A V G. respondit, Post sem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui tamen tradidit Apostol⁹ hominem in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. Itemq; alios, de quibus dicit, Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. Et dominus Christus flagellatos expulit de tēplo improbos mercatores, vbi etiam connexum est testimoniū scripturæ dicentis, Zelus domus tuæ comedit me. Ecce inuenimus Apostolum traditorem, Christū persecutorem. Possē ista dicere, & te in non paruos actus mittere, vt non querelas eorum qui patiuntur, sed animum eorum qui faciūt querere cogeres: Sed hinc noli laborare, nō ea dico, sed dico ad semen Abrahæ, quod est in omnibus gētib⁹, nō pertinere, si quid nō recte vobis factum est fortasse à palea dominicæ segetis, quæ nihilominus est in omnibus gētib⁹. Vos ergo reddite rationem separationis vestræ: Sed prius attendite quales habeatis quos vobis obici non vultis, & videte quā inique faciatis, cum aliena facta nobis obicitis, & si ea quæ dicitis probaretis. Ita nulla erit ratio separationis vestræ. Petilianus dixit, At enim aliqui dicent, Filij non sumus traditoris: Ei⁹ est aliquis filius cui⁹ facta sectatur. Hi enim certissimi filij sunt, iidēque parentibus similes, quos non ista caro nec sanguis, sed mores & facta parentib⁹ cōsimiles genuerunt. A V G. respondit, Pauloante nihil contra nos dicebas, nunc etiam cepisti dicere & pro nobis. Hac enim propositio tua in eo te tenet, vt si nos hodie cum quibus agis, non conuiceris traditores & homicidas, etiā quid aliud criminaris, quicquid tale ostenderis in eis qui non tempore præcesserunt, omnino nobis obesse nō possit. Quorum enim dissimilia facta habemus, eorum filij esse nō possumus. Et vide quod te commiseris: si aliquem forte etiam nostræ ætatis hominem, & nobiscum viuētē, de aliquo tali reatu forte conuiceris, nullo modo præiudicat omnibus gētib⁹ quæ in semine Abrahæ benedicuntur, à quibus tu te separando sacrilegus inueniris: ita quod fieri nō potest, nisi omnes qui vbiq; sunt noueris, omniumq; mores & facta nō solū didiceris, sed etiā demonstraueris, & tā mala esse quā dicis, nō habes cur obicias orbi terrarum, qui est in sanctis, nescio quos parentes quibus eos probas esse cōsimiles. Nec te aliquid adiuuabit, si etiā demonstrare potueris eos qui tales nō sunt, cum eis qui tales sunt sumere sacramēta communia. Primò quia vos ipsos respicere debetis, cū quibus ea celebretis, quibus detis, à quibus sumatis, & vobis eos obici nō litis. Deinde si filij sunt Iudæ, qui diabolus inter Apostolos fuit, quicquid facta eius imitantur: cur nō filios Apostolorū dicamus, qui non facta sua cū talibus, sed domini sacramēta cōmunicant sicut Apostoli dominicam cenam cum illo traditore sumperunt: ideo nobis iōgē dissimiles, q̄ hominibus vnitate seruantibus, hoc obicitis, quod cōscissa vnitate vos facitis? Petilianus dixit, De seipso Iudæis dicit dominus Christus, Si nō facio facta patris mei, nolite mihi credere. A V G. respondit, Iam supra respondi, hoc & verum est, & pro nobis contra vos est. Petilianus dixit, Falsidicos & mendaces sic identidem obiurgat, Filij diaboli estis, & ab initio

A enim ille accusator fuit, & in veritate non stetit. A V G. respondit, Non solemus legere, ille accusator fuit: sed, ille homicida fuit. Querimus autem vnde fuerit diabolus homicida ab initio, & inuenimus, quod primum hominem occiderit, nō gladium stringendo, aut aliquam vim corporaliter infligendo, sed persuadēdo peccatum, & à paradisi felicitate deiiciendo. Quod tūc paradisi, hoc nūc Ecclesia. Diaboli ergo filij sunt, qui homines ab Ecclesia seducēdo interficiūt. Sicut autem per verba dei nouimus vbi sit plātatus paradisi, sic per verba Christi vbi sit Ecclesia, didicimus. Per omnes, inquit, gentes incipiens ab Hierusalem. Ab isto vniverso ad partem quamlibet quisquis separat hominem, ille diaboli filius & homicida conuincitur. Sed & verbum quod ipse posuisti, vt de diabolo diceres, ille accusator fuit, & in veritate non stetit, vide in quos cōueniat: Accusatus enim orbem terrarū criminibus aliorum, quos etiam ipsos accusare potius quā cōinucere potuisti, & in veritate Christi nō stetit. Ille enim dicit Ecclesiam per omnes gentes incipientem ab Hierusalem: vos autem, in parte Donati. Petilianus dixit, Tertio quoque similiter persecutorum dementia hoc nomine appellat, Progenies viperarum, quomodo fugietis iudicium gehennæ? deoque mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & flagellabit in synagogis vestris, donec veniat super vos omnis sanguis iustus, quem effudit in terram à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz, quem occidistis inter templum & altare. Nunquid vere carnales sunt filij viperarum, ac nō magis mente serpentes, & lingua malicia, taquā mortifero & spiritu veneni flagellantes? Vere viperæ facti sunt, qui insontibus populis mortes moribus vomuerunt. A V G. respondit, Hac si dicam de talibus esse dicta, quales vos estis, respondetis, proba: Quid enim tu probasti? Aut si eo putas probari quo dicuntur, non op⁹ est eadem repetere. Recita illa ipsa tibi, & à vobis in vos: Ecce & ego probauit, si hoc est probare, & tamen discite quid sit probare: Neque enim extrinsecus quaro documenta, vt vos viperas probem. Ecce id ipsum vipereum est, non habere in ore firmamētum veritatis, sed venenum maledictionis, sicut scriptum est, Venenum aspidum sub labijs eorum. Et hoc quia passim à quolibet in quemlibet dici potest, quasi quereretur, quorum: cōtinuo subiecit, Quorum os maledictione & amaritudine plenus est. Cum ergo talia dicitis in homines per totum mūdum dispersos, & quos omnino ignoratis, quorum etiam multi nec Cæciliani nec Donati nomen audierunt, nec auditis, in silentio respondentes, Non ad nos pertinet quicquid dicitis, non vidimus, non fecimus, quid loquamini penit⁹ ignoramus. Vos qui nihil aliud vultis quā dicere quod probare omnino nō potestis, quid aliud quā os vestrum maledictione & amaritudine plenum est: Iam videte vtrum vos possitis ostendere non esse viperas, nisi ostenderit omnes Christianos omniū gentium traditores esse, & homicidas, & nō esse Christianos. Imò vero etiam si potestis singulorum hominum per totum orbem diffusorum: vitas & facta nosse & ostendere: tamen antequam id faciatis, & tēmere ista iactatis, os vestrum vipereum est: os vestrum maledictione & amaritudine plenum est. Ostendite iam si potestis, quem Prophetam, quem sapientem, quem scribam occiderimus & crucifixerimus, & flagellauerimus in synagogis nostris. Attendite quāto labore impensō, nullo modo probastis, quod Donatus & Marcul⁹ Pro-

pheta fuerunt, aut sapientes scribæ, quia non fuerunt. D Quod et si potestis, quid faciatis vt ostendatis à nobis occisos, quos nec nos ipsi nouimus, quanto minus orbis terrarum, cui venenoso ore maledicitis? Aut vnde potestis ostendere animum nos habere cōsimilem interfecto eorum, quos nec saltem ab aliquibus interfectos potestis ostendere? Attendite hæc omnia, videte vtrum aliquid horum vel de orbe terrarū probare possitis: cui tamen maledicere non quiescitis: In vobis vera ostenditis, quæ de illo falsa iactatis. Porro si nos velimus probare vos esse interfectores Prophetarum, nimis longum sit vt per loca singula colligamus, quas furiosus principis Circumcellionum, & ipsa caterua vinolentorum atque infanorum inuenū ediderint ab initio schismatis vestri, sed & omnino edere non desistant strages de proximo agro. Proferantur eloquia diuina quæ versantur in manibus & nostris & vestris, eos teneamus interfectores Prophetarum, quos contradictores inuenimus linguis Prophetarum. Quid doctius dici potest, quid citius ostendi potest? Mitius ageretur traiciendo ferrum per viscera Prophetarū, quā quod lingua interficere conamini verba Prophetarū. Dicit Propheta, Commemorabuntur & cōuertētur ad dominum vniversi fines terræ. Ecce agitur, ecce impletur. Vos autem non solū contra id quod dicitur, aures incredulas clauditis, sed etiam contra id quod iam geritur, linguas furiosas exeritis. Audiuit Abraham dictum, In semine tuo benedicentur omnes gentes: & credidit, & reputatum est ad iustitiam. Vos videtis factum, & reclamatis: & nō vultis deputari vobis ad iustitiam, quod rectē deputaretur, etiam si nondum factum, sed tantummodo dictum non crederetis: Imò non solum non vultis vobis deputari ad iustitiam, sed etiam si quid pro hac impietate patimini, deputari vultis vobis ad iustitiam. Aut si non sunt istæ persecutiones Prophetarum, quia non sunt ferro, sed verbo: quæ fuit causa, vt diuinitus diceretur, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus: Sed quando colligam Prophetis omnibus omnia testimonia Ecclesie toto orbe diffusa, quæ omnia contradicendo interficere & extinguere conamini? Sed ligati estis, quia in omni terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Veruntamen vnū illud commemorabo ex ore domini, qui testis est testium. Oportebat, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me. Quæ sint hæc, ipse indicet. Tunc aperuit illis sensum, inquit, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce quid scriptum est in lege & Prophetis & Psalmis de domino. Ecce quid de se, & de Ecclesia ipse dominus aperuit, se ostēdens, illam promittens. Vos autem instanter manifestis testimoniis resistentes, & ea quia delere non potestis, deprauare conantes: quid faceretis, si inueniretis membra Prophetarum, qui sic scruitis in eloquia Prophetarum, vt nec dominum audiat implerorē, manifestatorem, expositorem Prophetarum? Nam quantum potestis, etiam ipsum cæditis, quando ipsi non creditis. Petilianus dixit, De vobis quoque David persecutoribus hæc dicit, Sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum, Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum san-

Psalm. 2.

** al. ligamus.*

Matth. 27.

Galat. 3.

Roma. 8.

Gene. 22.

Luc. 24.

Luc. 24.

Cap. XIII.

Matth. 23.

Psalm. 139.

Luc. 24.

Cap. XV.

Psalm. 5.

Luc. 13.

Guineim. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscet omnes qui operatur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, sicut cibum panis?

Sapient. 1. A V G. respondit, Sepulchrum patens est guttur eorum: vnde mendaciorum mortes exhalat. Os enim quod metitur, occidit animam. Si autem nihil est verius quam id quod dixit Christus, Ecclesiam suam per omnes gentes incipientem ab Hierusalē: nihil est mendacius quam id quod dicitis, in parte Donati. Linguae autem dolose sunt eorum, qui cum facta sua nouerint, non solum iustos se dicunt esse homines, sed etiam iustificatores hominum, quod de vno dictum est, Qui iustificat impium: & quod sit iustus & iustificans. Nam de veneno aspidum, & oris maledictione & amaritudine pleno, satis diximus. Veloces pedes autem ad effundendum sanguinem, etiam Maximinianistas habere dixistis, testis est plenarius vestri concilij sententia, totiens gestis proconsularibus & municipalibus allegata. Illi autem neminem quantum audimus, corporaliter occiderunt. Intellexistis ergo etiam spiritali caede animarum sanguinem fundi gladio schismatis, quod in Maximiniano danastis? Videte ergo si non sunt pedes vestri veloces ad effundendum sanguinem, cum praedixistis homines ab unitate orbis terrarum, si & hoc in Maximinianistis recte dixistis, quia praedixerunt aliquos a parte Donati. Itane nos viam pacis non cognouimus, qui studemus seruare unitatem spiritus in vinculo pacis? Et vos eam nostis, qui sermone quem Christus habuit post resurrectionem cum discipulis suis, tam pacifico, ut inde inciperet dicens, Pax vobis: tamen ita resistitis, ut nihil aliud quam hoc ei dicere conuincamini, Tu quod dixisti de unitate omnium gentium, falsum est: nos quod dicimus de crimine omnium gentium, verum est. Qui dixerit ista, si esset timor dei ante oculos eorum? Videte itaque si non ista quotidie dicendo, plebem dei diffusam toto orbe terrarum, tanquam cibum panis dentibus finire conamini. Petilianus dixit, Monet etiam dominus Christus, Cauete a pseudopropheta, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Luc. 24. A V G. respondit, Si abs te queram, quibus nos fructibus lupos esse rapaces cognoscatis, diciturus es crimina aliena, nec in eis quorum esse dicuntur vnquam probata. Si autem tu a me quaras, quibus fructibus vos potius esse lupos rapaces cognoscam, obicio schismatis crimen, quod tu negabis, ego autem statim probabo: Neque enim communicas omnibus gentibus, & illis Ecclesiis Apostolico labore fundatis. Hic diciturus es, Non communico traditoribus & homicidis. Respondet tibi semen Abraham, Hec sunt illa crimina, vel non vestra, vel non mea. Sed hec interim sepono, tu ostende Ecclesiam. Iam vox illa mihi sonabit, qua in pseudopropheta vitanda dominus monuit ostendebis partes, & ab vniverso alienare conantibus: Ecce hic est Christus, ecce illic, sed vsque adeo putas veras oues Christi cor non habere, quibus dictum est, Nolite credere: ut lupus audiatur dicentem, Ecce hic est Christus: & pastorem non audiant dicentem, Per omnes gentes incipientibus ab Hierusalē. Petilianus dixit, Sic sic improbe persecutor, quocumque te velamine bonitatis obtexeris, quocumque nomine pacis bellum osculis geras, quolibet unitatis vocabulo hominum genus illicias, qui haec tenent fallis ac decipis, vere diaboli filius es, dum moribus indicas patrem.

Cap. XVI. A V G. respondit, Hec a nobis in vos dicta esse reputa, & vt noueris in quos potius conueniant, qua superius

dixi commemora. Petilianus dixit, Nec adeo mirum quod tibi nomen Episcopi illicite assumis: Hec est vera causa diaboli consuetudo, ita demum decipere, si sibi met vendicet vocabulum sanctitatis, Apostolo praedicante, Nec mirum est, inquit, quoniam ipse satanas transfiguratus velut angelum lucis, & ministros suos quasi ministros iustitiae. Nec mirum est ergo quod te falso Episcopum vocas: Nam & illi angeli perdit, amatores virginum mandanarum, qui carnem corrumpendo corrupti sunt, licet diuini exuti virtutibus angeli esse deserint, nomen tamen retinent angelorum, seque semen per angelos putant, qui diuina soluti militia in exercitu diaboli similes transierunt, deo magno clamante, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum, quonia caro sunt. Quibus reis ac vobis dicit dominus Christus, Ite in ignem aeternum, que parauit pater meus diabolo & angelis eius. Si angeli mali non essent, diabolus angelos non haberet, quos & sanctus Apostolus in iudicio resurgendi a sanctis hominibus dicit esse damnandos: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Si veri angeli essent, iudicium in angelos dei homines non haberet. Sic quoque Apostoli sexaginta, qui cum domino Christo duodecim derelictis a fide apostata recesserunt, in tantum hominibus miseris adhuc putantur Apostoli, vt ex his Manichaeus & ceteri multis diabolicis sectis multas animas implicent, quas vt caperet perdidit. Nam profecto perditus Manichaeus, si tamen non in illis sexaginta fuit, ponendus est, si nomen eius inter duodecim Apostolos continetur, aut in locum Iudae traditoris subrogato Matthia, voce Christi ordinatus est tertiusdecimus Paulus, qui sese Apostolum nouissimum memorat, ne quisquis esset posterior, Apostolus crederetur. Sic enim dixit, Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Nec hic vobis blandiamini, Iudaeus haec fecerat, licet & vos nobis perniciem vt Pagani faciatis: bellum namque illicite gerimus, quibus non licet repugnare. Vos enim cupitis viuere nobis occisis, nobis vero victoria est fugere vel occidi. A V G. respondit, Videris quemadmodum testimonia scripturarum posueris, vel quomodo intellexeris, nihil ad rem de qua nunc agitur. Ad hoc enim certe ista omnia dixisti, vt probares esse falsos Episcopos sicut falsi sunt angeli & falsi Apostoli. Nouimus & nos esse falsos angelos & falsos Apostolos & falsos Episcopos, & sicut dicit verus Apostolus, falsos fratres. Sed cum ab vtriusque aduersus inuicem possint ista iactari, probare aliquid opus est, non inaniter loqui. In quos tamen conueniat crimen fallaciarum, recole quae supra diximus, & inuenies, ne tadio sumus legentibus eadem sapius repetendo. Et tamen quid hoc ad Ecclesiam toto orbe terrarum diffusam, siue quod de palea eius, quae cum illa per totum mundum est, potueris dicere, siue quod de Manichaeo dixisti, vel de ceteris diabolicis sectis: Si enim ad triticum non pertinet quicquid etiam de palea dicitur, quae adhuc cum illo est, quanto minus pertinet ad membra Christi toto orbe diffusa, tam olim & tam aperte separata portenta? Petilianus dixit, Iubet nobis dominus Christus, Cum vos persecuti fuerint homines in ciuitate ista, fugite in alteram. Quod si in ea vos persequuntur, fugite in aliam: Amen dico vobis: non consummabitur ciuitates Israel donec veniat filius hominis. Si de Iudaeis & Paganis nobis praemonet, tu qui Christianam te memoras, dira facta gentium non debet imitari. An sic deo seruitis, vt vestris manibus occidamur? Erratis erratis si hoc creditis miser:

A feri: Nam non habet deus carnifices sacerdotes. A V G. respondit, Fugere de ciuitate in ciuitatem a facie persecutionis, non haereticis vel schismaticis praecceptum siue permissum est, quod estis vos: sed praedicatoribus Euangelij, cui resistitis vos. Quod & facile probamus: nunc certe in ciuitatibus nostris estis, & nemo vos persequitur. Proeundum ergo vobis est, & reddenda ratio separationis vestrae. Neque enim sicut excusatur in firmis carnis quando cedit violentiae persecutionis, sic debet & veritas cedere falsitati. Proinde si persecutionem patimini, quare non dimittitis ciuitates in quibus estis, vt impleatis quod de Euangelio commemoratis? Si autem non patimini persecutionem, quare nobis respondere non vultis? Aut si timetis forte ne cum responderitis persecutionem patiamini, quomodo ergo imitami eos praedicatoribus, quibus dictum est, Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum? Quibus item dictum est, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Et quomodo non facitis contra praecceptum Petri Apostoli, qui ait, Parati semper ad oppositionem omni posceti vos de fide & spe vestra. Potestremo quare per violentissimas turbas etiam vltro improbi estis Ecclesiis catholicis, vbi poteritis aduertere quod innumerabilibus exemplis res ipsa idcat? Sed dicitis vos loca vestra defendere, & resistitis fistibus & cadibus quibuscunque potueritis. Quare ibi non audistis vocem domini dicentis, Ego autem dico vobis non resistere malo. Aut si fieri potest, vt aliquando recte per vim corporalem resistatur violentiae, nec ideo praecceptum violetur, quod audimus a domino, Ego autem dico vobis non resistere malo. Cur non etiam hoc fieri potest, vt per ordinatas & legitimas potestates de sedibus quae illicite usurpantur, vel ad iniuriam dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo persecutione passus sunt pseudoprophetae ab Helia, quomodo ipse Helias a rege nequissimo. Aut quia flagellatus est dominus a persecutoribus, propterea passionibus eius comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo vt nihil aliud requirendum esse fateamini, nisi vtrum iuste an impie vos separaueritis a communione orbis terrarum: Nam si hoc inuentum fuerit, quod impie feceritis, non miremini si non desunt ministri deo per quos flagellamini: quia persecutione patimini, non a nobis, sed sicut scriptum est, ab ipsis factis vestris. Petilianus dixit, Clamat rursus de caelo dominus Christus ad Paulum, Saule Saul quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Saulus tunc dictus est, vt ei postmodum baptisma componeret nomen. Vobis ergo non durum est Christum totiens persequi, qui in sacerdotibus suis domino ipso clamante, Ne tetigeritis Christos meos, sanctorum computate tot funera, & viuacem Christum totiens occidistis. Postremo si sacrilegus non sis, sanctus esse non potes homicida. A V G. respondit, Defendite vos ipsos a persecutione quam passi sunt a vestris, qui cum Maximiniano se a vobis separauerunt, & illic inuenietis defensionem nostram. Si enim dicitis non vos fecisse, gesta proconsularia & municipalia recitamus. Si dicitis recte vos illis fecisse, cur ipsi talia pati non vultis? Si dicitis, sed nos schisma non fecimus: hoc ergo queratur, & antequam constet an ita sit, nemo persecutores accuset. Si etiam dicitis, schismaticos persecutionem pati non debuisset quare vtrum & de basilicis in quibus insidiantur ad seducendos infirmos, expelli per ordinatas potestates non debeant? Si dicitis, nec hoc debere:

reddite prius Maximinianistis basilicas, & sic nobiscum agite. Si dicitis debere, quaerite iam quid pati debeant a potestatibus ordinatis, qui eis resistendo dei ordinationi resistunt. Vnde aperte Apostolus dicit, Non enim sine causa gladium portat, vindex est enim in iram ei qui male agit. Quod si omnino diligenter veritate tractata hoc inuentum fuerit, vt nec per iudicia publica schismatici aliquid pati debeant, nec de locis insidiarum & fallaciarum suarum pelli, & dixeritis vobis displicere quod Maximinianista a quibusdam vestris ista perpessi sunt, cur non liberius de toto agro domini, id est, de toto mundo clamant frumeta dominica, nec ad nos pertinet quod zizania, vel quod palea nostra committit, quia displicet nobis? Si vobis sufficere ad purgationem fateamini, quoniam quicquid mali sit a vestris, displicet vobis: quare vos ergo separastis? Hic enim vos accusat ipsa vestra defensio. Si enim propterea vos ab iniquis partibus Donati non separatis, quia vnusquisque sarcinam suam portat: cur ab iniquis orbis terrarum quos putatis aut fugitis, vos separastis? An vt sarcinam schismatis omnes pariter portaretis? Et cum quaerimus a vobis, quos vestri a nostris probetis occisos, nullam quidem legem ab imperatoribus datam vt occideremini recolo. Illi autem de quibus maximam inuidiam facere soletis, Marculus & Donatus, vt moderatus dixerim, incertum est vtrum se ipsi praecipitauerint, sicut vestra doctrina non cessat quotidianis exemplis: an vero alicuius potestatis iussu praecipitati sint. Si enim incredibile est magistros Circumcellionum solitas mortes sibi met intulisse, quanto incredibilius potestates Romanas solita supplicia iubere potuisse? Itaque de hac re quam nimis inuidiosam putatis, si verum est quod dicitis, quid hoc pertinet ad dominicum triticum? Palea quae foras volauit, paleam quae intus remansit accuset: Non enim tota poterit nisi vtilitabro vltimo separari. Si autem falsum est, quid mirum si palea tanquam leui flatu diffensionis ablata, etiam dominicum triticum falsis infectetur criminationibus? Quapropter de omnibus talibus inuidiosis criminibus hoc vobis frumentum Christi, quod per agrum, id est, per totum mundum cum zizaniis crescere iussum est, libera & secura voce respondet, Si non probatis quod dicitis, ad neminem pertinet: si autem probatis, ad me non pertinet. Ex quo fit vt quicumque se ab ista unitate frumenti propter zizaniarum vel paleae crimina separauit propter ipsum diffensionis & schismatis malum, nec ab ipso crimine homicidij se possit defendere, dicite scriptura, Qui odit fratrem suum, homicida est. Petilianus dixit, Ergo, vt diximus, dominus Christus clamauit ad Paulum, Saule Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Dixit autem Paulus, Quis es domine? Et quod responsum est, Ego Christus Nazarenus, quem tu persequeris. Et ille tremens ac stupens dixit, Domine quid me vis facere? Et dominus ad illum, Surge & intra in ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Et interpositis, Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. O vltix furoris caecitas, oculorum persequentiis lumen obnubilas, solo baptismo recessura. Videamus ergo in ciuitate quid gessit. Introit, inquit, Ananias ad Saulum, & cum imposuisset ei manus, ait, Saule Saule, dominus misit me Iesus qui visus est tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamae, & visum recepit, & surgens baptizatus est. Cum igitur Paulus a crimine persequendi baptismo liberatus, oculos sumperit

G innocentes, cur nō vis persecutor & traditor cæcus falso baptisinate ab iis quos insequeris baptizari? A V G. respondit, Nec persecutorem nec traditorē probas, quē vis denuo baptizare. Et si probas aliquem, nō est tamen denuo baptizandus persecutor & traditor, si iam Christi baptisimo baptizatus est. Paulum quippe propterea baptizari oportuit, quia nūquam tali baptisimo tinctus fuit. Itaque nihil habet simile ad causam quā nobiscum agitis, quod de Paulo interponere voluisti. Sed si hoc non interposuisses, puerili declamati oni locum nō inuenisses, vbi diceret, O vtrix furoris cæcitas, solo baptisimo recessura. Quanto enim fortius in vos exclamandum est, O vtrix furoris cæcitas: quā nō Paulo comparata sed Simonī, nec accepto baptisimo recedit à vobis? Nā si persecutores ab eis quos, persequuntur baptizandi sunt, Primianus à Maximinianistis baptizetur, quos instantissime persecutus est. Petilianus dixit, At enim constanter opponitis, dixit Apostolis Christus, Qui semel lotus est, nō habet causam nisi pedes lauandi, sed est mūdus totus. Si verba ista plene discutias, subsequētibus obtineris: Sic nanque locutus est, dicēs, Qui semel lotus est, nō habet causam nisi pedes lauandi, sed est mūdus totus: Et vos mūdi estis, sed nō omnes. Hoc autem dixit propter Iudā qui eum fuerat traditurus. Quisquis ergo traditor factus es, baptisimo in perdidisti. Denique postquam ipse damnatus est traditor Christi, Apostolos vndecim sic plenius confirmauit, iam vos mundi estis, propter sermonem quē locutus sum vobis. manete in me, & ego in vobis. Et iterum his vndecim dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Cum hæc ergo damnato, vt dixim⁹, traditore, Apostolis vndecim dicta sunt, vos quoque traditores similiter pacem & baptisimum non habetis. A V G. respondit, Si ergo perdidit baptisimum traditor, quisquis à vobis baptizatus postea traditor factus fuerit, si ad vos redire voluerit, denuo baptizetur: quod si non facitis, satis vobis iudicatis falsum esse quod dictum est, Si quis ergo traditor factus es, baptisimum perdidisti. Si enim perdidit, redeat & recipiat: si autem redit & nō recipit, nō perdidit. Deinde si propterea dictum est Apostolis, iam vos mundi estis: & Pacem meam do vobis: quia iam inde discesserat traditor: non erat ergo munda & pacifica cœna illa tanti sacramēti, quoniam priusquam ille exiret omnibus dedit. Quod si clausis oculis dicere audetis, quid faciamus nisi potius nunc exclamemus, O vtrix furoris cæcitas eorum qui volūt esse legis doctores, sicut dicit Apostolus, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant: Nisi tamen pertinacia cæcitas impediret, nō erat difficilis intellectus, vt videres non dixisse dominū præsentem Iudā, nō dum mundi estis: sed, iam mundi estis vos: addidit autē, non omnes: quia ibi erat qui mundus non erat, qui tamen si præsentia sua cæteros pollueret, non eis diceretur, iam vos mundi estis: sed diceretur vt dixi, nondum mundi estis. Postquam vero ille discessit, dixit eis, iam vos mūdi estis: nec addidit, sed nō omnes: quia iam discesserat, quo etiam præsentē, sicut eis dictum est, mūdi erāt, sed non omnes, quia erat illic vnus immūdus. Quapropter his verbis magis dominus declarauit in vno cœtu hominum eadem sacramenta fumentium, aliorum immundiciam mundis obesse nō posse. Certe si tantis apud nos esse similes Iudæ, hæc verba nobis dicite, Mūdi estis, sed non omnes. Non autem hoc dicitis, sed dicitis propter quosdam immundos, immundi estis omnes. Hoc discipulis dominus Iudæ præsentē non dixit:

& ideo qui hoc dicit, nō didicit à bono magistro quod R dicit. Petilianus dixit, Quod si nos bis baptisimum facere dicitis, imō vos facitis qui occiditis baptizatos: nō quia baptizatis hoc dicimus, sed quia vnūquemque dum occiditis, sanguine suo facitis baptizari. Etenim baptisimū aquæ vel spiritus extorto sanguine martyris quasi factum est geminum. Si autem ipse quoque saluator baptizatus primitus à Ioanne, baptizandum sese professus est iterum, non iam aqua nec spiritu, sed sanguinis baptisimo, cruce passionis: sicut scriptū est, Accesserunt ad eum duo discipuli filij Zebedæi dicētes, Domine cum veneris in regnum tuum, fac nos sedere vnum ad dexteram tuam, & alterum ad sinistram tuam. Respondit eis Iesus, Difficilem rem petitis. Nūquid calicem quem ego bibiturus sum, potestis bibere: & baptisimo quo ego baptizor baptizari? Dixerunt illi, Possumus. Et ait illis, Calicem quidem quem ego bibiturus sum, bibere potestis, & baptisimo quo ego baptizor baptizabimini: & cætera. Si hæc duo sunt baptisimata, vestra nos laudatis inuidia, profitemur: Cum enim nostra corpora occiditis, bis baptisimum facimus, sed baptisimo nostro & sanguine baptizamur, vt Christus. Erubescite erubescite, persecutores, similes Christo martyres facitis, quos post aquam veri baptisimi sanguis baptisima perfundit.

A V G. respondit, Primò cito respondemus, quia nō vos occidimus, sed ipsi vosmetipsos vera morte occiditis, cum vos ab vnitatis vna radice præciditis. Deinde si omnes qui occiduntur, sanguine suo baptizantur: omnes latrones, iniqui, impij, scelerati qui damnati ferriuntur, martyres habendi sunt, quia suo sanguine baptizantur. Si autem non baptizantur sanguine suo nisi qui occiduntur propter iusticiā, quia ipsorum est regnū cælorum: vidistis prius esse quærendum propter quid patimini, & postea quid patiamini. Quid ergo burca inflantur antequam facta defendantur? Quid perstræpit lingua antequam probetur vita? Si schisma fecisti, impius es: si impius es, vt sacrilegus morieris, cum pro impietate puniris. si vt sacrilegus morieris, quomodo tuo sanguine baptizaris? An dicis, Nō feci schisma: Hoc ergo quaramus. Quid autē clamas quā probas? An dicis, & si sacrilegus sum, à te occidi nō debeo. Alia questio est de atrocitate facti mei, quod nūquam veraciter demōstras, alia de baptisimo sanguinis tui vnde te mēdaciter iactas. Nam neque occidi te, nec probas te ab alio occidi: nec si probes, ad me pertinet. Quicumque te occiderit, siue secundum potestatem legitime à domino datam iuste fecerit, siue sicut messis dominicæ palea cupiditate aliqua mala scelus admiserit, sicut ad te non pertinet, qui recentibus temporibus cum intolerabili potentatu etiam militibus sibi comitantibus, non quia timebat aliquem, sed vt ab omnibus timeretur viduas oppressit, pupillos euerit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia separauit, res vendēdas inno-centum procurauit, venditarum precia cum dominis plaudentibus diuisit. Ex me ista dicere videar, si non cito nomine agnoscat de quo dicā. Quæ si vera sunt, sicut ad vos ista non pertinent: ita nec quicquid dicitis, ad nos, etiam si vera diceretis. Si autem falsa fama de illo collega vero, iusto & innocente mentita est, nullo modo etiam fama credendum est, quæ de innocentibus tanquam de traditoribus codicum, vel tanquam de interfectores hominum seminata est. Huc accedit, quia ego illum commemoro, qui vobiscum vixit, cui⁹ natalitia tāta celebratione frequētabatis, cui pacis osculum inter sacramenta copulabatis, in cuius manibus eucharistiam

A ristiam ponebatis, cui vicissim dāti manus porrigebatis, cuius aures inter tantos Africa gemitus surdas libera voce offendere timebatis, quem nescio quis vestrum quia vel ex obliquo vrbaniissime tetigit, vt ei diceret quod comitem haberet deum, ingenti laude ferebatur: Tu autem illos nobis obiciis, cum quibus non viximus, quorum faciem non vidimus, quorum ætate vel pueri vel fortasse nondum nati eramus. Quæ est ista tāta iniquitas, aut quæ peruersitas, velle nobis imponere sarcinas ignotorū, cum vos portare nolitis amicorum? Clamat scriptura diuina, Videbas furē, & currebas cum eo. Site non contaminauit quem vidisti, cur mihi obiciis videre quem non potui? An dicis non cum eo eōcurri, quia facta eius displicebant mihi. Sed nempe ad altare accedebas cū eo. Age iam vt te defendas, discerne ista, & dic aliud esse concurrere in peccatum, sicut cōcurrunt duo seniores castitati. Susanna insidiantes: aliud cum fure accipere domini sacramētum, sicut Apostoli cum Iuda etiam primā illam cœnam acceperunt. Faueo defensionī. Sed cur non attēdis quanto facilius in hac tua defensione absolueris gētes & terminos terræ, qua hereditas Christi diffunditur? Si enim potuistis furem videre, & cum fure viso sacramento communicare, tamen peccatum non comunicare, quāto minus poterunt remotissimæ nationes cum Afris traditoribus vel persecutoribus, etiam si vera diceretis, & ostendere-tis, malefacta habere communia, quanuis cum eis tenerent sacramenta communia? An dicis, Ego vidi illum Episcopum, furem vero illum non vidi. Dic quod vis, etiā huic fauce defensionī, & in hac absolutus est à vestris criminationibus orbis terrarum. Si enim vobis licuit cogniti hominis ignorare vitam, cur toti mundo ignotos ignorare non sinitur? nisi forte Donatistis licet nescire quod scire nolūt, gentibus nō licet nescire quod scire nō possunt. An dicis, aliud est furtum, aliud traditio vel persecutio: Cōcedo aliud esse, nec modo laborandum est quid intersit ostendere. Attēde compēdium. Si te ille non fecit furem, quia tibi nō placet furtū: quis potest facere traditores aut homicidas eos quibus displicet siue traditio siue homicidium? Pri⁹ igitur consistere te esse quicquid mali fuit Optatus quē noueras: & vel sic mihi obice quicquid mali fuerunt, quos ego nō noueram. Nolo mihi dicas, illa magna sunt, ista parua. Prius enim oportet fatearis ipsa parua de te, non vt ego quoque fatear, sed vt vel sinam te dicere nescio quæ magna de me. Optatus quē noueras, fecit te furem, quia collega tuus fuit, an non fecit? Respōde vnum de duobus. Si dicis, non fecit: quare cur nō fecit, quia nec ipse fur fuit? an quia nescis: an quia tibi displicuit? Si quæ nec ipse fuit, multo magis illos de quibus nos arguistis tales fuisse, quales dicis, credere nō debem⁹. Si enim de Optato non est credendum quod & Christiani & Pagani & Iudæi, postremo & nostri & vestri dicunt, quanto minus credendum est quod vos de aliquo dicitis: Si quia nescis, respondenti tibi omnes gētes, multo magis nos nescimus quicquid de illis obiciis nobis. Si quia tibi displicuit, eadē tibi voce respōdent, quanuis nunquam probaueris, talia tamē displicent nobis. Si autem dicis, ecce me furem fecit Optatus ille quē nouerā, quia collega meus fuit, & cum illo ad altare accedere solebam cum ista committeret, sed nō curo, quia leue est peccatum: te autem illi traditorem homicidamque fecerunt: Respondeo, non me cōcedere vt ego quoque traditor & homicida fact⁹ sim peccatis alienis, quia tu te alieno peccato furem factū esse confessus es: neque enim iudi-

cio nostro, sed ore tuo fur factus es. Nos enim dicimus D vnumquemque sarcinam suam portare, sicut Apostolus Galat. 6. testis est: tu vero non quia furtū fecisti, vel furto cōsensisti, sed quia id quod alius fecit ad te pertinere existimasti, sub sarcina Optati vltro tuos humeros subdidisti. Nam sicut Apostolus ait cum de cibis loqueretur, Scio Roma. 14. & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, sed ei qui existimat aliquid cōmune esse, illi commune est: eadē regula dici potest aliena peccata ad eos nō pertinere quibus displicent: sed si quis existimat ad se pertinere, pertinent ad eum. Quapropter tu nos non tenes traditores nec homicidas, etiā si aliquid tale probes de iis qui nobiscum sacramenta cōmunicant: te autem etiā si tibi displiceat quicquid fecit Optatus, furem tamen tenemus, non per calumniam nostram, sed per sententiam tuam. Et ne putes hoc leue esse, Apostolum lege dicentem, Neque fures regnū dei possidebūt. Qui i. Cor. 6. autem regnum dei non possidebunt, non erunt vti que ad dexteram inter illos quibus dicitur, Venite benedi. Matth. 25. cti patris mei, percipite regnum quod vobis paratū est ab origine mundi. Si ibi non erunt, vbi erunt nisi ad sinistram? Inter illos ergo quibus dicitur, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Frustra ergo te securum facis, leue putando peccatum, quod à E regno dei separat, & in ignem mittit æternum. Quāto melius ad veram confessionē confugies & dices, Vniuers. Galat. 6. quisque nostrum propriū onus portabit, & à tritico paleam ventilabrum vltimum separabit: Sed videlicet times ne statim tibi dicatur: Cur ergo dum aliis aliena onera conamini imponere, ausi vos estis ante vltimum ventilabrum à totius mundi dominica segete separare? Itaque vos quibus displicent facta vestrorum, dum cauetis ne vobis obiciatur schisma quod omnes fecistis, etiam peccatis vos implicatis quæ vos non fecistis: & dum timet disertus Petilianus, ne mihi liceat dicere nō me esse talem, qualem fuisse putat Cæcilianum, ipse cogitur dicere esse se talem qualem fuisse nouit Optatum. An tu non es talis, qualem illum fuisse Africa tota conclamat? Nec nos ergo tales sumus quales illos quos nobis obiciis, vel error vester suspicatur, vel furor infamat, vel veritas probat: multo minus talia sunt per omnes gentes frumenta dominica, qua istorum nec nomen audierunt. Nulla igitur causa est, cur tanto scelere separationis & sacrilegio schismatis pereatis, & tamen si quid pro hac tanta impietate diuino iudicio pgramini, etiam baptizari vos vestro sanguine dicitis: vt parum sit, quod dimissi non compungimini, nisi etiam puniti gloriemini. Petilianus dixit, At enim in eodē Ioan. 13. pedes lauādi. Semel est quod habet authorē, semel est quod veritas firmat. A V G. respondit, Baptisimus in nomine patris & filij & spiritus sancti Christum habet authorem, non quemlibet hominem: & Christus est veritas, non quilibet homo. Petilianus dixit, Nam quod reus falsa committas, bis baptisima ego non facio, quod semel ipse non facis. A V G. respondit, Nec reos nos probas, & si reus baptisimo falso baptizat, non habent verum baptisimum quotquot ab eis baptizantur, qui apud vos non solum manifesti, sed etiam occulti iam rei sunt. Si enim rem dei dat qui baptisimum dat, cum iam deo reus est, quomodo rem dei dat si reus verum baptisimum nō dat? Sed enim expectatis, vt & vobis reus sit, quasi quod daturus est vestrum sit. Petilianus dixit, Nam si veris falsa permisceas, iisdem sæpe vestigijs verum falsitas imitatur. Sic sic hominē simulat

Cap. XXII. Ioan. 13.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

1. Tim. 1.

1. 4. 1. cap. Dominus.

Ca. 21.

Matth. 23.

Matth. 25.

Matth. 23.

Ca. XXIII.

Ioan. 13.

Ioan. 14.

Cap. XXV.

Ca. XXVI.

ristiam

G natura pictura verum, quæ colorib⁹ exprimit falsas facies veritatis: Sic sic speculi nitor vultum rapit, vt reuocet oculos inuentis: Sic sic offert proprios venientibus vultus, vt ipsa sibi met inuicem facies venientis occurrat: tantumque valet immunda fallacia, vt ipsi se, qui prævident oculi, quasi in altero sese cognoscant: Ipsa quoque umbra cū steterit, imagines geminat, magna ex parte mendacio diuidens vnitatem. Nunquid ideo verum est, quia figura mentitur? Sed aliud est hominem pingere, aliud generare. Nam quis patri filios exoptanti falsos fingit infantes, aut quis picturam mendacio veros heredem expectet? Profecto dementis est animi, dimisso eo quod verum est amare picturam.

A V G. respondit, Itane non erubescis etiam si in homine fallacissimo fuerit, baptismum Christi falsitatem vocare? Absit quidem vt dominicum frumentum quod per totum agrum, id est, hunc mundum vsque in messem, id est, in finem seculi inter zizania crescere iustum est, vestris maledictis interiisse credatur. Veruntamen & in ipsis zizaniis quæ vsque in finem non colligi, sed tolerari præcepta sunt: & in ipsa palea quæ non nisi vltimo ventilabro tota separabitur: audeat quisque dicere falsum esse baptismum, quod in nomine patris & filij & spiritus sancti datur & sumitur: Quos testimonio grauidarum feminarum conuictos vel collegas vel presbyteros vestros ab honore deponitis, quandoquidem ista exempla vbique non desunt, quæro antequam convincerentur, vtrum fallaces fuerint, an veraces: Respondetis vti que fallaces. Cur ergo verum baptismum & habebant & dabant? Cur in eis diuinam veritatem non corrumpebat humana fallacia? Nonne verissime scriptum est, Sanctus enim spiritus disciplina effugiet fictum? Fictos ergo istos cum spiritus sanctus fugeret, cur apud eos baptismi veritas erat, nisi quia spiritus sanctus hominis fallaciam non veritatem sacramenti fugiebat? Porro si & fallaces habent baptismum verum, [qui] hoc habet quod veraces habent. Vnde te oportet advertere sermonem tuum potius esse pigmetis puerilibus coloratum: & ideo qui neglecto verbo vero fucibus talibus delectatur, ipse amat pro veritate picturam.

Sapient. 1.

Ca. XXVII
Ephes. 4.

A V G. respondit, In nos ista dicitis, sed insanendo nescitis. Illi enim dicunt duo baptismata. qui aliud existimant habere iustos, & aliud iniquos, cū neque istorum, neque illorum sit, sed sit Christi in vtrisque vnum, quauis ipsi non sint vnum, sed id quod est vnum, isti habent ad salutem, illi ad perniciem.

Ca. XXVIII

Petilianus dixit, Verum vt aliquid comparem, solem geminum videri furiosis, licet nubes cœrulea sæpe concurrat, eiusque decolor facies splendore repercussa, dum radij solis ab eadem redeunt, quasi proprios radios emittere videatur: sic sic in fide baptismatis aliud est querere imagines, aliud agnoscere veritatem. A V G. respondit, Quid loqueris quæso, quando nubes cœrulea radios solis percussa repercutit, nunquid furiosis quasi duo soles apparent, ac nō omnibus qui intuentur? Cum autem furiosis ita videtur, solis ipsis videtur. Sed si molestum non est, quod admonero, vide potius ne forte talia dicere, & sic loqui furiosum sit. Nepe cum hoc dicere voluisti, iustos habere veritatem baptismi, iniustos autem imaginem: si ita est, audeo dicere imaginem fuisse in illo vestro: cui non deus, sed quidam comes erat deus: veritatem autem vel in te vel in illo, qui hoc in eū eleganter emisit, quæ-

do ei dixit, Cui comes est deus. Et discernite illos, quos R vterque baptizauit, & in aliis approbate baptismum verum, ab aliis autem excludite imaginem, & introduce veritatem. Petilianus dixit, Sed vt hæc minor a discernat: Ca. XXVI. Nunquid ius dicit, qui non est curie magistratus, aut id quod dixerat ius est, cum priuati persona iura publica perturbet: an nō magis reus non modò nō prodest, sed cum eo quod conficit fallarius obtinet? A V G. respondit, Quid si iste priuatus arque fallarius legem imperatoris alicui det, nonne ille cui cōtulerit, cum his qui hæc habent, & ipsam esse inuenit, nō attēdit à quo acceperit sed quid acceperit? Fallarius quippe quādo ex sua fallitate dat aliquid, falsum est: quādo autē alienū verum ab aliquo datur, etiā si à fallario det, quāuis ille verax nō sit, verum est tamen quod datur. Petilianus dixit, Aut si quisquam carmina sacerdotis memoriter teneat, nūquid inde sacerdos est, quod ore sacrilego carmine publicat sacerdotis? A V G. respondit, Ita istud dicis, quasi modo quæramus quis sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptismum. Vt enim sit quisque verus sacerdos, oportet vt nō solo sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autē solo sacramento sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas persecutor vnus & verissimus sacerdos, quāuis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si non det suum sed dei: sicut de ipso Caipha dictum est, Hoc autem non à se dixit, sed cum esset pontifex prophetauit. Et tamen vt eo quoque simili vtar, quod ipse posuisti, si audias ab aliquo vel prophano precem sacerdotis verbis & mysteriis euangelicis confirmatam, nunquid ei potes dicere, non est vera, quauis ipse nō solum verus non sit, sed etiam nullus sacerdos sit, cum Apostolus Paulus quoddam testimonium verum esse dixerit Cretenfis cuiusdam prophete, qui inter prophetas dei non computabatur: ait enim, Dixit quidam ex ipsis propriis eorum propheta, Cretenfes semper mēdaces, mala bestia, ventres pigri: testimonium hoc verum est. Si ergo Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonio, quia verum cōperit, etiā ipse attestatus est, cur nos apud quemlibet inuenimus quod Christi est, & verū est, etiam si ille apud quē inuenitur peruersus & fallax est, nō discernimus vitium quod homo habet, & veritatem quam non suam sed dei habet, & dicimus, sacramentum hoc verum esse: sicut ille ait, testimonium hoc verum est: Nūquid ideo dicimus etiam ipse homo verax est, quia dicimus sacramentum hoc verum esse? Sicut & Apostolus nunquid ideo prophetam illum inter prophetas dei computauit, quia quod in eo verum inuenit, verum esse firmavit? Similiter idem Apostolus cum apud Athenas esset, inter aras demonum animaduertit aram quandam in qua scriptum erat, Ignoro deo. Et hoc testimonium ad illos in Christo ædificandos assumpsit, ita vt hoc commemoraret in sermone suo atque subiungeret, Quem vos ignorantes colitis, hunc vobis nos annunciamus. Nunquid quia vel inter idolorum aras vel à sacrilegis erectam aram illam reperit, propterea quod in ea verum erat damnauit aut respuit: aut propter verū quod in ea legerat, etiam sacrilegia paganorum sectanda esse persuasit? Consequenter etiam cum ipsum etiam dominum illis ignotum, sibi autem notum, etiam illorum notitia, sicut cōgruere iudicabat in iuuare vellet, ait inter cætera, Et quidem non longè positum ab vno quoque nostrum: In illo enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam secundum vos dixerunt. Nunquid etiam hic, quia inuenit apud sacrilegos testimonium

ania veritatis, aut propter ista illos adprobauit, aut propter illos ista damnauit? Vos autem necesse est vt semper erretis, quādiu propter hominum vitia dei sacramenta violatis, aut nos propter dei sacramenta, quæ in nobis violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Petilianus dixit, Omnis enim potestas ex deo est, non in homine potestatis: sicut Pōtio Pilato respondit dominus Iesus Christus, Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi desuper data. Et iterum dicente Ioanne, Non potest homo facere quicquam, nisi ei fuerit datum de cœlo. Docegitur traditor simulandi mysteria quādo acceperis potestatem. A V G. respondit, Tu doce potius, vniuersos orbis terrarū quod diffusa est hereditas Christi, & illa tot gentium multitudo, vbi Apostoli Ecclesias fundauerunt, quādo baptizandi amiserit potestatem: Nūquam doceris. Non solum quia eos calumniaris, non doces traditores: sed quia etiam si docueris, non potest quorumlibet malorum scelus, siue ignotorum, siue fallacium, siue vt zizania vel palea toleradorum, euertere promissa dei, vt non in semine Abraham benedicatur omnes gentes, à quibus promissis vos alienos facitis, qui cum omnibus gentibus cōmunionem vnitatis habere nō vultis. Petilianus dixit, Licet enim vnum sit baptismum, tribus est tamen gradibus consecratum. Dedit aquam Ioannes sine nomine trinitatis, sicut ipse professus est, dicens, Ego vos baptizo in aqua pœnitentiæ, alius veniet qui fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizat in spiritu sancto & igne. Dedit spiritum sanctum Christus, sicut scriptum est, Sibilauit in faciem eorum, & dixit, Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c. Ipseque ignis paracletus crepitatibus flammis ardescens in Apostolos superuenit. O vera diuinitas, quæ accedente visa est, non arde, sicut scriptum est, Factus est subito de cœlo sonus tāquam vi magna spiritus ferretur, & repleuit totam domum vbi erant Apostoli sedentes: Et visa sunt distributa lingue tanquam ignis, sedit autem super vnumquēque eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui variis linguis, sicut spiritus sanctus dabat eloquiū eis. Tu vero persecutor vel aquā pœnitentiæ non habes, qui non Ioannis occisi sed occisoris Herodis retines potestatem. Tu igitur traditor spiritum sanctum Christi non habes, etenim morti Christus est traditus, nō ad mortem tradidit Christus. Tibi ignis in spiritu apud inferos viua est, qui ieiunis apicibus æstuans, membra tua per seculum afflare valeat, non finire, sicut scriptum est de reorū in inferno supplicio, Ignis eorum non extinguetur. A V G. respondit, Tu es ille maledicus conuiciator, non veridicus disputator. Nōne aliquando defines talia dicere, quæ si non probas, ad meminem pertinēt: si autem probas, ad vnitatem orbis terrarum, quæ in sanctis tanquam in frumentis est, omnino non pertinent: Si placeat & vobis pro maledictis maledicta respondere, possumus & nos diserte forte conuiciari, possumus & nos dicere, crepitantibus flammis: sed nullo modo mihi sonat diserte quod dicitur inepte. Possumus & nos dicere ieiunis apicibus æstuans, sed scriptorum nostrorū apices nolumus cum ab aliquo sano legatur, à succo grauitatis ieiunus iudicari, & spiritum in eis dum nullis sententiis vtilibus pascitur, superuacaneo laborare ieiunio. Ecce dico Circumcelliones vestros, non crepitatibus sed præcipitantibus flammis furoris ardere. Si responderis, quid ad nos: cur & tu cum obiceris quos volueris, non vicissim audies, & nos nesci-

mus: Si responderis, non probatis: cur nō tibi orbis terrarū respondeat vicissim, nec vos probatis? Pacificamur ergo si placet, vt nec tu nobis malos obicias, quos putas nostros, nec vobis ego vestros: Ita videbis hoc pacto tam iusto placito atque firmato, nihil te habere quod obicias semini Abraham in omnibus gentibus, atque tibi ego planè inuenio magnum quod obiciam, cur vos ergo impie separastis à semine Abraham, quod est in omnibus gentibus? Hoc certe quemadmodū defendas nō habes. Purgamus enim nos vtrique à criminibus alienis. Hoc autem quod omnibus gentibus quæ in semine Abraham benedicuntur, non communicatis, & magnum crimen est, nō quorundam vestrum sed omnium. Et cum nosti & cōmemoras spiritum sanctum ita venisse, vt illi quos tunc impleuerat, linguis omnibus loqueretur, quid sibi volebat illud signum atque prodigium? Cur nō ita datur spiritus sanctus, vt nemo cui datur linguis omnibus loqui possit, nisi quia omnes gentes credituras, ac sic in omnibus linguis futurum Euangelium, illud tūc miraculum portendebat, quod & in Psalmo tanto ante prædictum est, Non sunt loquele neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: Hoc propter eos dictum est qui spiritu sancto accepto linguis erant omnibus locuturi. Sed quia id ipsum in omnibus gentibus & linguis futurum Euangelium & corpus Christi per totum orbem terrarum linguis omnibus personaturum significabat, secutus ait, In omnem terram exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Hinc fit, vt Ecclesia vera neminem lateat. Vnde est illud quod in Euangelio ipse dicit, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Ideoque in eodem Psalmo cōceditur, In sole posuit tabernaculum suum: id est, in manifestatione: sicut in regnorū libris legimus dictum, Quod tu in occulto fecisti, patieris in sole. Et ipse tanquam spūs procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius: ecce habes aduentum domini in carne. Et occursum eius vsque ad summū eius: ecce habes resurrectionem & ascensionem. Nec est qui se abscondat à calore eius: ecce habes aduentum spiritus sancti, quem in linguis igneis misit, vt feruorem charitatis ostenderet, quam profecto nō habet, qui cum ecclesia qua in omnibus linguis est, nō seruat vnitatem spiritus in vinculo pacis. Iam vero quod vnum quidem baptismum esse dixisti, sed tamē tribus gradibus consecratum, ipsaq; tria sic personis singulis dispersit es, vt aquam Ioanni, spiritum sanctum domino Iesu Christo, & ignem tertium paracleto desuper misso tribueris, quantus error sit, parumper aduerte. Eo quippe ductus es vt ita sentires, quia Ioannes ait, Ego quidem baptizo in aqua, qui autem post me venit maior me est, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Nec considerare voluisti, non tria tribus singillatim esse coaptata, aquam Ioanni, spiritum Christo, ignem paracleto, sed tria hæc ad duos potius pertinere, vnū ad Ioannem, & duo cætera ad dominum. Neque enim dictum est, Ego quidem vos baptizo in aqua, qui autem post me venit maior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizat in spiritu sancto, qui autem post illum venturus est paracletus, ipse vos baptizat in igne: sed, ego quidem, inquit, in aqua, qui autem post me venit, in spiritu sancto & igni: vnum sibi tribuit, illi duo. Vides ergo quemadmodum te sefellit numerus. Adhuc attende, vnum dixisti baptismum tribus gradibus consecratum, aqua, spiritu sancto & igni, & tres personas per singula posuisti, Ioannem ad aquam, Christum ad

Psalm. 118.

Matth. 3.

Psalm. 118.

2. Reg. 12.

Acto. 4.

Ephes. 4.

Matth. 3.

G spiritum, paraclctum ad ignem. Si ergo aqua Ioanis ad eundem pertinet, cuius vnitas commendatur, non debuerunt baptizari iubente Paulo Apostolo, quos compererat baptizatos à Ioanne. Iam enim habebant aquam ad eundem, sicut dicis, baptismum pertinentem: restabat vt spiritum & ignem acciperent, quia defuerat Ioanni, vt completeretur baptismus tribus, vt asseris, gradibus consecratus. Cum vero autoritate apostolica iussi sunt baptizari, satis declaratum est aquam illam Ioanis non pertinere ad baptismum Christi, sed pro necessario tempore alterius dispensationis fuisse. Postremo quid tibi visum est cum probare voluisses spiritum sanctum à Christo datum, & adhibuisses ex Euangelio testimonium, quod resurgens à mortuis, insufflauit in faciem discipulorum dicens, Accipite spiritum sanctum: ad illud vltimum ignem, qui cum baptismo nominatus est in linguis igneis, quæ paraclcto veniente demonstratæ sunt, velles ostendere? Dixisti enim, Ipseque ignis paraclctus crepitantibus flammis ardescens in Apostolos superuenit: quasi alius sit spiritus sanctus, quæ dedit insufflâdo in facie discipulorum, & alius qui post eius ascensum in Apostolos superuenit. Nunquid ergo duo sunt spiritus sancti? Quis hoc nisi demetissimus dixerit? Ipse itaque Christus eundem spiritum sanctum dedit, siue insufflâdo in facies discipulorum, siue desuper eum die pentecostes citra sacramenti commendationem mittendo. Proinde non Christus spiritum sanctum dedit & ignem paraclctus, vt quasi completeretur quod dictum erat, in spiritu sancto & igni, sed idem ipse Christus spiritum sanctum dedit, quem in terra postius suo flatu, in cælo autem positus linguis igneis demonstrauit. Nanq; vt noueris non tunc impletum esse quod dictum est, ipse vos baptizat in spiritu sancto: quando eis sufflauit in faciem, vt iam non in spiritu, sed in igne baptizandi vëturo paraclcto viderentur: reminiscere apertissimam scripturam, & vide quid eis dixerit quando ipse dominus ascendit in cælum, Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, quæ recepturi estis non post multos hos dies ad pentecosten. Quid hoc testimonio clarius? Secundum autem sensum tuum dicere debuit Christus, Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizati estis spiritu sancto quâdo vobis in faciem sufflauit, & deinde baptizabimini in igne, quem I accepturi estis non post multos hos dies: vt videlicet completeretur illi tres gradus, quibus dicis vnum baptismum cōsecratum. Ita sit, vt adhuc nescias quid sibi velit quod dictum est, ipse vos baptizat in spiritu sancto & igni, & temere velis docere quod nescis. Petilianus dixit, Sed vt plene discutiam baptismum Trinitatis, dixit Apostolis suis dominus Christus, Ite baptizate gētes in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eas seruare omnia quæcunque mando vobis. Quem doces traditor, quem condemnas? Quem doces traditor, quem occidis? Postremo quem doces? An quem feceris homicidam? Quo modo igitur baptizas in nomine trinitatis? Patrem deum dicere non potes. nam cum dixerit dominus Christus, Beati pacifici, quia ipsi filij dei vocabuntur: tu qui pacem animi non habes, deum non habes patrem. Quomodo autē in nomine filij baptizas, qui tradis ipsum, quem filiū dei non vllis passionibus nec crucibus imitaris? Quomodo autem baptizas in nomine spiritus sancti, cum spiritus sanctus in illos Apostolos venerit, qui non fuerat traditor? Cum igitur vobis deus genitor non sit, nec aqua baptismatis vere nascimini, nemo vestrum penitus nat⁹ est, nec pa-

trem habetis impij, nec matrē. Vos ergo huiusmodi dico non baptizare, etsi vt carnem Iudæi quasi baptizant milies vos lauetis. A V G. respondit, Certe proposueras plene discutere baptismum Trinitatis, & intentos nos multum feceras, sed scilicet, quod vobis facillimum est, quâ cito te ad solita maledicta vertisti: Hoc reuera copiose facis. Proponis enim tibi quos vis, in quos iueharis quâto vis, in qua magna sermonis latitudine vno breuissimo verbo, quod dicitur, proba, in arctissimas coarctaris angustias. Hoc enim tibi dicit semen Abrahe, in quo cum omnes gentes benedicuntur, non curât cū à te maledicuntur. Sed tamē quia de baptismo agis, quem tunc putas esse verum, cum in homine iusto est, falsum autem cum in homine iniquo est: Ecce & ego secundum tuam regulam si discutiam baptismum Trinitatis, copiosus vt arbitror potero dicere, quod non habeat deum patrem, cui comes est deus: nec Christum suum credat, nisi pro quo passus est: nec spiritum sanctum habeat, qui longe vario modo linguis igneis miserabilem Africam incendit. quomodo ergo habent baptismum, aut quomodo dant in nomine patris & filij & spiritus sancti? Certe iam aduertis posse in homine iniquo esse, vel ab homine iniquo dari baptismum, non iniquum sed iustum & verum, non quia illius est, sed quia dei est. Et ego tibi de isto nihil calumnior, quod tu de nescio quibus orbis terrarum facere non cessas, & quod est intolerabilius, nec de ipsis aliquid pbas. Illud vero nescio quomodo tolerari possit, quod non solum hominibus sanctis de hominibus iniquis calūniamini, sed etiâ ipsi sancto baptismati, quod in quolibet iniquo necesse est vt sanctum sit, crimē ex cōtagione peccatorum hominum comparatis, vt tale dicatis esse baptismum, qualis est ille à quo habetur vel datur vel sumit. Porro si talis sit homo, qualis fuerat ille, cū quo accedit ad sancta, & talia sunt ipsa sacramēta, quales fuerint homines in quibus sunt, sufficit sanctis hominibus ad solatium cū sancto baptismum communiter à vobis falsum crimē audire: vos tātum videte quemadmodum vestro ore damnemini, si & sobrii vestri ex cōtagione ebriosorum vestrorū ebrosi sunt, & misericordes vestri ex raptorum contagione raptores sunt, & quicquid apud vos in malis hominibus inuenitur, hoc cogitur esse qui non sunt, & ipse baptismus in omnibus immūdis vestris immūdus est, & pro ipsius immūditate diuersitate diuersus est, si talis esse cogitur, qualis est ille à quo habetur & datur. Hæc vtiq; falsa sunt, & ideo nobis nihil obstant, cum ea dicitis in nos, nec respicitis vos: vobis autē obstant, quia cum ea falsa dicitis, in nos non cadunt, sed quia ea vera putatis, in vos recidunt. Petilianus dixit, Nam si illos Apostolis licuit baptizare, quos penitentia baptismum Ioannes abluerat, in his* vos baptizare sacrilegos non licebit. A V G. respondit, Vbi est ergo quod supra dixeras, non alium baptismum fuisse Ioanis, alium Christi, sed vnum baptismum tribus gradibus consecratum, quorum trium graduum aquam Ioannes, spiritum Christum, ignem paraclct⁹ dedit: Cur ergo aquam repetuerunt Apostoli in eis, quibus iam Ioannes aquam dederat pertinentem ad vnum baptismum tribus gradibus cōsecratum? Cernis certe quâm sit necessarium, vt sciat quisque quod loquitur. Petilianus dixit, Neque enim spiritus sanctus in quemquam manus impositione pontificis poterit inseri, nisi aqua puræ conscientie præcelferit generatrix. A V G. respondit, In his paucis verbis tuis duo sunt errores. Et vnus quidem ad questionem quæ inter nos discutitur, non valde pertinet, sed te

imperitiæ coarguit. Nam in centum viginti homines sine cuiusquam manus impositione, in Cornelium vero Centurionem & eos qui cum illo erant, etiam priusquam baptizarentur spiritus sanctus aduenit. Alter autē error in his verbis tuis totam causam vestram penitus perimit. Dicis enim aquam puræ conscientie præcedere oportere genitricem, vt spiritus sanctus cōsequatur. Proinde aut omnis aqua in nomine patris & filij & spiritus sancti consecrata puræ conscientie est, non propter eos à quibus ministratur, vel à quib⁹ accipitur, sed propter illum qui hunc baptismum immaculatus instituit. aut si aquam puræ conscientie non facit nisi pura conscientia & ministrantis hominis, & sumentis: quid agitis de iis quos inuenitis ab eis baptizatos, qui nondum proditi conscientiam maculosam gerebant: præsertim si inter istos baptizatos aliquis existat, qui se fateatur malam cum baptizaretur habuisse conscientiam, quod per illam forte occasione ad aliquod flagitium peruenire voluisset? Cum ergo vobis fuerit manifestatum, nec illum qui ministravit, nec illum qui accepit baptismum, puram habuisse conscientiam, denuo baptizandum esse censebitis? Nequaquam hoc dicitur, nequaquam facturus es. Baptismi ergo puritas à puritate vel immunditia conscientie siue dantis siue accipientis omnino distincta est. Aude ergo iam dicere puræ conscientie fuisse fraudatorem, raptorem, pupilulorum & viduarum oppressorem, coniugiorum separatorem, patrimoniorum alienorum proditorem, veditorem, diuiforem. Aude etiam dicere puræ conscientie fuisse illos, quos talibus temporibus defuisse difficile est, si qui forte non propter Christum, nec propter vitam æternam, sed propter amicitias terrenas conciliandas, & cupiditates terrenas satandas, ab illo vt baptizarentur ambierunt. Porro si hos puræ conscientie fuisse non audes dicere, si quos ex eo numero repereris baptizatos, da eis quam non acceperunt aquam puræ conscientie: quod si non facis, desine aduersus nos iactare quod non nosti, ne cogaris aduersus nos respondere quod nosti. Petilianus dixit. Qui vtiq; spiritus sanctus in vos venire non potuit, quos non vel penitentia baptismus abluat, sed penitenda, quod verum est, aqua polluit traditoris. A V G. respondit, Traditores quidem non solū nos non probatis, sed nec patres vestri patres nostros probare potuerunt, qui nisi probati essent, non vtiq; patres nostri essent secundum tuam superiorem assertionem, quorum non essemus facta sectati: nec tamen propter eos à consortio diuelleremur vnitate, & à semine Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes. Veruntamen si alia est aqua Christi, & alia est aqua traditoris, quia non fuit traditor Christus: cur non alia sit aqua Christi, & alia sit aqua raptoris, quia nec raptor vtiq; fuit Christus? Baptiza ergo tu post raptorem tuum, & baptizabo ego post traditorem nec meum nec tuum: aut si chartis prolatis credendum est, & meum & tuum: si autem communioni orbis terrarum magis quàm parti Donati, non meum, sed tuum. Meliore vero & saniore sententia, quia secundum Apostolicam vocē, vnusquisq; nostrū propriū onus portabit: nec ille raptor vester est quotquot non estis raptores, nec quisquā traditor aut noster aut vester est, quotquot non sumus traditores: & ideo nos sumus catholici, qui secundū istā sententiā non deserimus vnitate: vos verò heretici, qui propter quorūdā hominū crimina seu vera seu falsa non vultis tenere cū Abrahæ semine charitate. Petilianus dixit, Sed vt hæc ab Apostolis facta præ-

luceat, eorū actibus edocemur, sicut scriptū est, Factum est autē dum Apollo esset Corinthi, Paulus perambulatis superioribus partibus venit Ephesum. Et cum inuenisset quosdam discipulos, dixit illis, Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt, Sed neque si est spiritus sanctus audiimus. Dixitq; Paulus, In quo ergo baptizati estis? Et responderunt dicentes, Ioannis baptismum. Ait autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismum penitentie, plebi dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum Christum dominum nostrum. Quo audito baptizati sunt in nomine domini Iesu Christi. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super illos, loquebantur autem variis linguis & prophetabant; Et erant omnes viri ferē duodecim. Si igitur illi sunt baptizati vt spiritum sanctum reciperent, cur non vos, si sanctum vultis spiritum sumere, post vestra mendacia veram percipitis nouitatem? Qui si male hoc facimus, quare nos queritis: aut certe si crimen est, Paulum primitus condemnate. Qui vtiq; Paulus quod iam fuerat abluat, nos autem in vobis quod nondum est baptizamus: Non enim vos, vt sæpe iam diximus, vero baptismate tingitis, sed inani vocabulo falsi baptismatis infamatis. A V G. E respondit, Paulum non accusamus qui dedit hominibus baptismum Christi, quia non habebat baptismum Christi, sed baptismum Ioannis, secundum ipsorum responsionē. Qui interrogati, in quo baptizati essent, responderūt, baptismum Ioannis, qui ad baptismum Christi non pertinet, nec eius pars vlla vel gradus est: alioquin aut tunc iterabatur aqua baptismi Christi, aut si baptismus Christi tunc per duas aquas perficiebatur, minus perfectus est modo, quia non datur illa quæ per Ioannem dabatur. Quodlibet autem horum impium & sacrilegū est opinari. Dedit ergo Paul⁹ baptismum Christi eis qui non baptismum Christi habebant, sed Ioannis. Cur autem illo tempore necessarius fuit baptismus Ioannis, qui nunc iam necessarius non est, & alibi diximus, & nunc ad rem quæ inter nos agitur non pertinet, nisi tantummodo vt videatur quod Ioannis baptismus alius fuit, Christi autem alius: sicut alius fuit ille baptismus, in quo patres nostros dicit Apostolus baptizatos in nube & in mari, quando per Moysen rubrum mare transierunt. Lex enim & Prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam sacramenta habebant prænunciata rem futuram, nostri vero temporis sacramenta venisse cōtestantur, quod illa venturum esse prædicabāt. Ioannes itaq; omnium præcedentium Christi annunciator fuit. Et quia omnes superiorum temporum iusti & Prophetæ cupiebant videre completum, quod reuelante spiritu futurum esse cernebāt, vnde & ipse dominus dicit, Quoniam multi iusti & Prophetæ cupierunt videre quæ videtis & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt: propterea Ioannes amplius quàm Propheta dictus est, & in natis miserū non habuisse maiorem, quia prioribus iustis prænunciare tantū Christū cōcessum est: huic autē prænunciare absente & videre presentē, vt huic inueniatur patuisse quod illi cupierūt. Et ideo sacramētū baptismi eius adhuc ad prænunciationē Christi pertinet, sed planē nouissimam: quoniam vsque ad illum fuerunt prænunciationes primi aduentus domini, cuius aduentus modo annunciationes sunt, iā non prænunciationes. Sed dominus humilitatis viam docēs, sacramēta quæ hic inuenit prænunciationis suæ suscipere dignatus est, non ad suæ purgationis adiutorium, sed ad nostræ pietatis exemplum, vt scilicet ostenderet nobis

Ioan. 10.

Acto. 1.

C. XXXIII.

Math. 28.

Math. 5.

Acto. 2.

Acto. 19.

1. Cor. 10.

Luc. 16.

Mat. 13.

Mat. 11.

Gal. 6.

Acto. 17.

Guanta deuotione suscipere debemus ea quæ illum iam uenisse testantur, quando ipse suscipere non dedignatus est quæ illum uenturum figurabant. Et Ioannes ergo quauis proximus, & infra unum annum coætaneus, tamen cum baptizaret, uenienti præibat Christo. propter hoc de illo dictum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Et ipse prædicabat dicens, Venit fortior me post me. Sic ergo circuncisio octauæ diei, quæ patribus data est, prænu-
Malac. 3. ciabat iustificationem nostram, ut expoliationem carnalium concupiscentiarum per resurrectionem domini, quæ post septimum, id est, sabbati diem, octauo die, id est, dominico facta est, qui dies tertius post sepulturam eius occurrit. Eandem tamen prænu-
Lucæ. 2. ciacionem carnis infans Christus accepit. Et quem-
Exod. 12. admოდum pascha quod à Iudæis celebrabatur in occi-
 sione agni, prænu-
Matth. 26. ciabat domini passionem & transitum de hoc mundo ad patrem, & ipsum tamè pascha quod erat in eadem prænu-
Matth. 3. ciacione, idem dominus cum discipulis suis celebravit, quando ei suggererunt dicen-
Gene. 17. tes, Vbi vis paremus tibi pascha? sic & baptismum Ioannis, qui erat in proxima eius prænu-
Exod. 12. ciacione, etiam ipse suscepit. Sed sicut aliud est carnis circuncisio Iudæorum, aliud autem quod octauo die baptizatorum nos celebramus, & aliud est pascha quod adhuc illi de oue celebrant: aliud autem quod nos in corpore & sanguine domini accipimus: sic alius fuit baptismus Ioannis, alius est baptismus Christi. Illis enim uetura ista prænu-
Acto. 19. ciabantur: istis completa illa prædicantur. Et quauis illa Christus accepit, nobis tamen necessaria non sunt, quia ipsum qui per hæc annunciabatur accepimus. Recenti autem aduentu domini quisquis illa accepisset, opus ei erat, ut etiã his imbueretur: quisquis uero his imbutus esset, non opus erat ut retrorsus in illa cogere-
Matth. 21. tur. Quapropter nolite de Ioannis baptismum caliginem facere, cuius causa & ratio siue ista sit quam exposui, siue alia melior certiorque reddatur, illud tamen manifestum est, alium fuisse baptismum Ioannis, alium Christi: & illum Ioannis baptismum appellatum, quod & istorum quos commemorasti responsio declarat, & sermo ipsius domini, ubi ait Iudæis, Baptismus Ioannis de celo est, an ex hominibus: iste autem baptismus non dicitur Cæciliani nec Donati nec Augustini nec Petiliani, sed baptismus Christi. Nam si impudentes nos putas: quia post nos neminè uolumus baptizari, cum uideamus post Ioannem fuisse homines baptizatos, qui utique incomparabiliter maior est nobis, nunquid forte Ioannes & Optatus æquales sunt? Ridiculum uidetur, & tamen puto quod non eos æquales, sed maiorem creditis Optatum. Post Ioannem quippe Apostolus baptizauit, vos baptizare post Optatum neminem audetis. An quia Optatus in uinitate uestra fuit? Iam hoc quibus præcordiis sustineri possit ignoro, si amicus comitis, cui comes erat deus, in uinitate dicitur fuisse, & amicus sponsi præter uinitatem. Quod si Ioannes maxime in uinitate fuit, & non solum Optato, sed omnibus nobis & omnibus uobis longe excellentior & maior fuit, & tamen post eum Paulus Apostolus baptizauit, quare uos post Optatum non baptizatis, nisi forte in has angustias uos coarctat cæcitas uestra, ut dicatis Optatum dare potuisse spiritum sanctum, Ioannem non potuisse? Quod si non dicitis, ne ab ipsis etiam insanis uestra rideatur infamia, quid responsuri estis, cur post Ioannem baptizandi fuerint homines, post Optatum autem nemo baptizandus sit, nisi quia illi baptismum Ioan-

nis fuerant baptizati: quicumque autem Christi baptismo baptizantur, siue per Paulum baptizentur, siue per Optatum, nihil distare inter istorum & illorum baptismum, cum tantum distet inter Paulum & Optatum: Redite ergo præuaricatores ad cor, & nolite ex hominum moribus & factis diuina sacramenta pensare. Illa enim per eum facta sunt, cuius sunt: sed digne tractata afferunt præmium, indigne autem tractata iudicium. Et quauis unum non sint, qui dat sacramentum digne, & qui indigne tractauit: unum est tamen illud siue digne siue indigne tractetur, nõ ut ipsum melius uel deterius fiat, sed ad uitam mortemue tractantium. Illud sanè quod dixisti, quia in illis quos baptizauit post Ioannem Paulus, quod iam fuerat abluit, profecto non diceret si aliquantum considerares quid diceret. Si enim abluendus fuit baptismus Ioannis, proculdubio sordidus fuit. Quid ergo iam te uergeam, recole aut lege & uide unde hoc Ioannes accepit, reperies in quem effuderis istam blasphemiam: quod cum repereris, saltem peccatus tundatur, si lingua non frenatur. Iam uero quod eleganter uobis dicere uidemini, si male hoc facimus, quare nos quaritis? Nonne aliquando recordamini, quia non quaruntur nisi qui perierunt? An & hoc uidere, ad ipsam perditionem pertinet? Posset enim & illa ouis tam absurde pastori dicere, si male facio quod à grege aberro, quare me quaritis? non intelligens quare se putat non esse querendam, hanc esse unam causam quare queratur. Quis autem nos querit, siue per scripturas suas, siue per linguas catholicas & pacificas, siue per flagella temporalium tribulationum, nisi ille qui istam misericordiam nobis dispensat in omnibus? Querimus ergo uos ut inueniamus: tantum enim uos diligimus ut uiuatis, quatum uestrum errorem odimus ut intereat qui uos perdit. Atque utinam sic uos quaramus ut etiam inueniamus, & de uinoquo uestrum gaudent dicamus, Mortuus erat & reuiuixit, perierat & inuentus est. Petilianus dixit, Si uos tenere catholicam dicitis, catholicon illud est quod Græce dicitur unicum siue totum. Ecce in toto nõ estis, quia in partem celsistis. A V G. respondit, Et ego quidem Græce linguæ perparum assecutus sum, & propè nihil: non tamen impudenter me dico esse unum, non esse unum, sed totum, & ἕν ὅλον secundum totum, unde de catholica nomen accepit, dicente ipso domino, Nõ est uestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariam, & usque in totam terram. Ecce unde catholica uocatur. Sed ita clausis oculis offenditis in montem, qui ex paruo lapide, secundum Prophetiam Danielis, creuit, & impleuit uniuersam terram, ut nobis dicatis, quod in partem celsierimus, & in toto non sumus, quorum communio uniuerso orbi diffunditur. Sed quemadmodum si mihi diceret quod ego sim Petilianus, non inuenirem quemadmodum te refellerem, nisi ut aut iocantem riderem, aut insanientem dolerem: hoc mihi nunc faciendum esse uideo: sed quia iocari te non credo, uides quid refest.

Petilianus dixit, Sed non est pars tenebrarum contra lucem, nec pars amaritudinis cum melle: non est pars uitæ cum morte, non est pars innocentiæ cum reatu: nõ est pars aquæ cum sanguine, nec amurca cum oleo pars, licet sit seculenta cognatio, sed cuncta reprobæ defluent. Ipsa est sentina uitiatorum, dicente Ioanne, Ex nobis exierunt, sed non sunt de nobis. Nam si essent de nobis

A nobis, permansissent utique nobiscum. Non est aurum cum sordibus suis, omnia preciosa purgatur. Scriptum est nãque, Sicut aurum probat fornax, ita & iustos uexatio tribulationis. Non est pars crudelitas mansuetudinis, nec religio sacrilegij, nec pars Macarij penitus potest esse nostra, quia ritus nostri similitudinem maculat. Acies nanque inimica non pars est, quæ implet nomen hostile, quæ si uere pars dicitur, sententiam congruam Salomonis incurret, Pereat pars eorum de terra. A V G. respondit, Hæc uerba iactare & nihil probare, quid est nisi delirare? Attendis zizania per mundum, & triticum non attendis, cum per totum utraque iussa sint crescere. Attendis semen maligni quod tempore messis separabitur, & non attendis semen Abraham: in quo benedicuntur omnes gentes. Quasi uero uos iam sitis massa purgata, & mel syncerum, & eliquatum oleum, & aurum purum, nec ipsa species dealbati parietis. Ut enim de uitiis cæteris taceam, nunquid ebriosi partem faciunt sobriorum, aut deputantur auari in parte sapientum? Si mansueti homines lucis uocabulum tenent, furor Circumcellionum ubi nisi in tenebris deputabitur? Cur ergo per tales baptismus datus apud uos ualeat, & per quoslibet in orbe terrarum idem Christi baptismus non ualeat? Cernis nempe ad illud uos esse ab orbis terrarum communione separatos, ut non quidem sitis omnes ebriosi, nec omnes auari, nec omnes uolenti, sed omnes hæretici, ac per hoc omnes impij, & omnes sacrilegi. Quod autem uniuersum orbem terrarum Christiana societas gaudentem, Macarij partem uocatis, quis hoc sano cerebro diceret? Sed quia uos de parte Donati esse dicimus, quaritis hominem, de cuius parte nos esse dicatis: & in magnis angustiis nominatis nescio quem si forte in Africâ cognitum, in aliis autem orbis partibus ignotum. Quapropter ecce respondet uobis uniuersum semen Abraham: de uniuersa terra. Macarium istum de cuius parte nos dicitis, omnino non nouimus. Respondete uicissim non uos nosse Donatum: sed & si partem Optati uos esse dicamus, quis uestrum potest dicere nescire se Optatum, nisi forte facie, sicut nec Donatum? Sed gaudetis uidelicet de nomine Donati, nunquid & de nomine Optati? Quid ergo uobis prodest Donatus, cum uos omnes coinquauerit Optatus? Quid uobis prodest sobrietas Donati, cum Circumcellionum ebrietate polluamini? Quid uobis prodest secundum uestram opinionem innocentia Donati, cum Optati rapacitate maculemini? Hic enim est error uester, ut amplius putetis ualere iniquitatem hominis ad alium contaminandum, quam iustitiam hominis ad alium purificandum. Itaque si duo pariter diuina sacramenta communicent, unus iustus, alius iniquus, sed ita ut nec iste illius iniquitatem, nec ille huius imitetur iustitiam: nõ dicitis ex hoc fieri ambos iustos, sed ambos iniquos, ita ut & illud sanctum quod pariter sumunt, immundum fiat, & amittat propriam sanctitatem. Vbi sibi inuenit tales aduocatos iniquitas, quibus delirantibus ita uictrix putetur? Ut quid ergo uobis plauditis de nomine Donati in tanto peruersitate errore, ubi nõ Petilianus quidem esse meretur quod Donatus, sed ipse Donatus esse cogitur quod Optatus? Dicat autem domus Israël, Pars mea dominus, dicat semen Abraham in omnibus gentibus, Dominus pars hæreditatis meæ. Nouit enim quomodo dicat in Euangelio gloriæ beati dei. Nam & uos per sacramentum quod in uobis est, sicut Caiphas domini persecutor, nescientes pro-

Tomus septimus.

phetatis. Quod enim Græce μακροχρος, Latine beatus est. Ita plane de parte Macarij sumus. Quid enim est Christo beatus, cuius sumus, ad quem commemoratur & conuertuntur uniuersi fines terræ, & in cuius conspectu adorant uniuersa patriæ gentium? Itaque maledictionem tuam ultimam in peruersum de Salomone usurpatam, non timet pars huius Macarij, id est, huius beati, ne pereat de terra. Quod enim dictum est de impijs, hoc uos ad Christi hæreditatem conuertere conamini, & hoc esse factum nephanda impietate cõtenditis. Cui enim de impijs ille loqueretur, ait, Pereat pars eorum de terra. Cui autem uos dicitis illud quod scriptum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terrarum: istam promissionem perisse de terra, in Christi hæreditatem retorquere uultis, quod de sorte prædictum est impiorum: sed manente atque crescente Christi hæreditate, cum ista dicitis, uos peritis. Non enim ubique per sacramentum dei prophetatis, quandoquidem his per uestram insaniam male optatis. Sed plus ualeat prædictio Prophetarum, quam maledictio Pseudopphetarum. Petilianus dixit, Paulus quoque Apostolus clamat, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luminis cum tenebris? Quæ autem conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli? A V G. respondit, Verba Apostoli agnosco, sed quid te adiuuent omnino non uideo. Quis enim nostrum dicit esse participationem iustitiæ cum iniquitate, etiam si iustus & iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sacramenta comunicent? Ex una quippe re sancta Iudas sibi sumebat iudicium, Petrus salutem: sicut tu si dissimilis eras cum Optato sacramentum sumebas, & raptor sicut ille non eras. An rapina iniquitas non est? Quis ita insanit ut hoc dicat? Quæ ergo participatio iustitiæ tuæ cum illius iniquitate, quando ad unum accedebatis altare? Petilianus dixit, Et iterum docuit ne schismata nascerentur, Dico autem uobis, quod unusquisque uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cepha, ego autem Christus: Nunquid diuinus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? A V G. respondit, Memerote qui hæc legitis, Petilianus ex Apostolo ista commemorat. quando enim crederetis sic eum pro nobis contra se dicere? Petilianus dixit, Si rudis es, si iustus Paulus hæc dixit, ego uobis iniustus hæc dico, Nunquid diuinus est Christus, ut uos ab ecclesia scinderetis? A V G. respondit, Vereor ne quisquam in hoc opere nostro scriptorem arbitretur errasse, & illic fecisse, Petilianus dixit: ubi debuit facere, Aug. respondit: sed uideo quid egeris, quasi præoccupare uoluisti ne nos ista diceremus. Sed quid fecisti nisi ut bis dicantur? Si ergo sic te delectat audire quæ sunt aduersus uos ut ea dicatur, audi illa peto à me Petiliane: Nunquid diuinus est Christus, ut uos ab ecclesia scinderetis? Petilianus dixit, Nunquid pro uobis Iudas traditor Iaqueo suo mortuus est, aut eius uos moribus tingitis, cuius hæc facta sectantes raptis thesauris Ecclesiæ nos Christi hæredes potestatis seculi uenudatis? A V G. respondit, Nõ pro nobis Iudas, sed Christus mortuus est. Cui dicit Ecclesia toto orbe diffusa, Respondetis exprobrantibus mihi uerbum, quoniam in uerba tua supersperavi. Cum ergo audiam uerba domini dicentis, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in totam Iudæam & Samariam, & usque in totam terram: Et per Prophetam, In

Psal. 113. Omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum: malorum commixtio corporalis me nulla perturbat, sed noui dicere: Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi. Non ergo curo vanum calumniatorem; quia idoneū teneo promissorē. Si autem de rebus vel locis ecclesiasticis quos tenebatis & non tenetis querimini, possunt & Iudaei se iustos dicere, & iniquitatem nobis obicere, quia locū in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum si ea quae tenebant haeretici, secundum parem domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa vox domini valet, Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti iustitiam. An frustra scriptum est, Labores impiorum iusti edent? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amisistis. Sed neque hoc miremini, paulatim enim cadit paries dealbarus. Respicite tamen Maximinianas, quae loca tenebant, & quibus inde agentibus & expugnantibus pulsi sint. Et si hoc pati iustitia est, & facere illi passus sunt: deinde quia secundum regulam iustitiae huius tu inferior inueniris. Illi enim per iudices a catholicis imperatoribus expulsi sunt ex locis antiquis, tu autem nec per ipsum Imperatorum iussa de basilicis expelleris vnitatis. Vnde? nisi quia minoris meriti es non solum ceteris collegis tuis, sed etiam istis ipsis, quos certe ut sacrilegos plenarij concilij vestri ore damnastis.

Capit. XLIII. Galat. 3. Petilianus dixit, Nos enim, ut scriptum est, baptismo nostro Christum induimus traditum, vos vestro contagio Iudam induitis traditorem. A V G. respondit, Possem & ego dicere, Vos vestro contagio Operatum induitis proditorem, raptorem, oppressorē, separatorem: sed absit ut cupiditas reddendi maledicti me prouocet ad aliquam falsitatem: nec vos enim illum induitis, nec nos istum. Itaque si quis ad nos veniens in nomine Operati se baptizatum esse respondeat, & baptizetur in nomine Christi, & vos quotquot a nobis venientes baptizastis, si in nomine traditoris se baptizatos dixerant, non reprehendimus quod fecistis. si autem in Christi nomine baptizati erant, non videtis quanto errore arbitremini varietate humanorum vitorum diuina sacramenta variari, aut in te cuiusquam sordibus pollui? Petilianus dixit, Sed si istae sunt partes, nihil nobis praeducant nomina cum paucis. Duae naeque viae sunt, vna angusta, qua pergimus: alia est impia, qua peribunt, & tamen longe discernitur vocabuli aequalitas, ne via iustitiae consortio nominis maculetur. A V G. respondit, Timuisti comparatam multitudini vestrae multitudinem orbis terrarum, & ad paucitatis laudem per angustam viam gradientem te conferre voluisti. Vtinam non ad eius laudem, sed ad ipsam viam te contulisses, profecto conspiceres eandem paucitatem in Ecclesia esse omnium gentium, sed paucos dici iustos in comparatione multorum iniquorum: sicut in comparatione paleae possunt pauca grana dici vberimae segetis, quae tamen per seipsa in massam redacta implent horreum. Nam sicut in tribulationibus amissorum locorum, sic etiam in paucitate, si in his putas esse iustitiam, te ipsi Maximiniana superabunt. Petilianus dixit, Primo Psalmo David beatos & impios separat, non partes scilicet faciens, sed ab omnibus impiis separans sanctitatem. Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum, & in via pec-

catorum non stetit. Ad viam iustitiae redeat, qui errauerat ut periret. Et super cathedram pestilentiae non sedit, cum ita commoneat, o miseri quid sedetis? Sed in lege domini voluntas eius, & in lege domini meditabitur die ac nocte. Et erit velut lignum quod plantatum est circa decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non decidet, & omnia quaecumque fecerit prospera procedent. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proicit ventus a facie terrae, implet oculos, ut excæcet. Propterea non exurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Quoniam scit dominus vias iustorum, & iter impiorum peribit. A V G. respondit, Quis non in scripturis discernat haec duo genera hominum? sed vos maledicti paleae crimina etiā frumentis obicitis, & cum sola palea sitis, solum frumentum vos esse iactatis. Prophetæ autem veridici vtrunq; hoc genus ante ventilationem quae in die iudicij futura est, permixtum esse dicunt per totum mundum: id est, per totum agrum domini. Veruntamen admeo vti istum primum Psalmum Grace legas, ita non audebis pro crimine obicere orbi terrarum partem Macarij, quia forte intelligeres cuius Macarij sit pars in omnibus sanctis, quae per omnes gentes benedicuntur in semine. Abrahæ. Quod enim scriptum est Latine, Beatus vir, Grace habet *μακαρεος ἀνθρ*. Ille autē Macarius qui vobis displicet, si malus fuit, nec in hac sorte est, nec huic sorti obest. Si autem bonus, opus suum probet, ut in se ipso habeat gloriam, & non in altero. Petilianus dixit, Nostrum autem baptismatis laudes idem psalmo graphus decantauit, Dominus pacificus me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam couertit. Deduxit me super semitas iustitiae propter nomen suum: Nam & si ambulauero in medio vmbrae mortis, si me inquit, persecutor occidat, non timebo mala, quoniam tu mecum es, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Inde vicit Goliath oleo chrisimatis loricata. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti oleo caput meum, & calix tuus inebrians perquam optimus, Et misericordia tua subsequetur me omnes dies vitae meae. Ut inhabitem in domo domini in longitudine dierum. A V G. respondit, Iste Psalmus de his loquitur, qui bene suscipiunt baptismum, & sancto sancte viuunt. Non enim haec verba ista etiam ad Simonem magum pertinent, qui tamen eundem sanctum baptismum accepit: & quia eo sancte vti noluit, non ideo illum inquinauit, aut repetendum talibus docuit. Sed quia Goliath commemorationem fecisti, attende illum de ipso Goliath Psalmum, & vide quia in canticum nouo depictus est: tibi enim dicitur, Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decem chordarum psallam tibi. Et vide vtrum ad hoc canticum pertineat, qui orbi terrarum communicat. Alibi enim dicitur, Cantate domino canticum nouum, canticum deo cantate domino omnis terra. Omnis ergo terra, in cuius vnitatem non estis, cantat canticum nouum, & omnis terra sunt quoque verba ista, Dominus pacificus me, & nihil mihi deerit &c. Non sunt haec verba zizaniorum, quauis vsque ad messem in vna segete toleretur. Non sunt verba paleae sed tritici, quauis eadem pluuia simulque nutriantur, eadem area simulque triturentur, donec ultimo ventillabro abinuicem segregentur. Quae duo vtrique communiter vnum habent baptismum, quauis non sint vnum. Sed & si pars vestra esset Ecclesia dei,

A dei, certe fatereris istum Psalmum non ibi pertinere ad furiosas cateruas Circumcellionum. Aut si & ipsi per semitas iustitiae deducuntur, quare negatis eos comites vestros esse, cum vobis obiciuntur, quauis plerumque paucitate concisionis vestrae, non virga & baculus dei, sed fustes eorum consolentur, quibus vos & aduersus leges Romanas tutos esse arbitramini: in quas incurrere quid est aliud quam ambulare in medio vmbrae mortis? Sed non timet mala, cum quo dominus est. Certe tamen non audebis dicere etiam istorum furiosorum esse verba, quae in hoc Psalmo cantantur, & tamen habere eos baptismum, non solum confitemini, sed etiam profiteri. Non dicunt ergo ista nisi qui aqua sancta reficiuntur, sicut omnes iusti dei, non qui ea male vtendo subuertuntur, sicut magus ille a Philippo baptizatus, & tamen ipsa in vtrisque vna & sancta est. Non dicunt ista nisi qui ad dexteram pertinebunt, sed tamen eadē pascua sub vno pastore & oues & hirci pascuntur, donec ut debita recipiant, segregentur. Nō dicunt ista nisi qui de mensa domini vitam sumunt sicut Petrus, non iudicium sicut Iudas: & tamen ipsa vtrique fuit vna, sed non vtrique valuit ad vnum, quia ipsi non erant vnum. Non dicunt ista nisi qui oleo sancto etiam in spiritu beatificantur, sicut David: non qui in solo corpore cōsecrantur, sicut Saül: & tamen cum ambo vnum sumpsissent, non eis impar sacramentum, sed impar meritum fuit. Non dicunt ista nisi qui calicē domini in vitam aeternam mutata mente suscipiunt, non qui iudicium sibi manducant & bibunt, sicut Apostolus ait, & tamen vtrisque non vnus calix ille vnus est, inebrians ad capeffenda caelestia martyres, non ad fundenda praecipitia Circumcelliones. Memento ergo sacramentis dei nihil obesse mores malorum hominum, quod illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint, sed ipsis malis hominibus ut haec habeant ad testimonium damnationis, non ad adiutorium sanitationis. Saltem quippe ipsa verba vltima Psalms huius considerare debuisti, & propter eos qui baptismum accepto apostatant, intelligere, non ab omnibus qui sanctum baptismum accipiunt posse dici, Ut inhabitem in domo domini in longitudine dierum: & tamen siue permanentibus siue lapsis, cum ipsi non sint vnum, baptismus vnus est: & cum ipsi non vtrique sancti sint, baptismus in vtrisque sanctus est: quia & apostatae si redeant, non quasi eum amiserint baptizantur, sed quod in se permanenti iniuriam fecerint humiliantur. Petilianus dixit, At ne vos sanctos esse dicatis, primum id assero, quia qui non fuerit innocens, non habet sanctitatem. A V G. respondit, Ostende nobis tribunal vbi sedisti, ut ante te staret orbis terrarum, & quibus oculis, non dico conscientias omnium, sed vel actus inspexisti & discussisti, ut eum perdidisse innocentiam iudicares. Ille qui raptus est vsque in tertium caelum, dicit, Sed neque ego meipsum diiudico, & tu de vniuersa terra qua haereditas Christi dilatatur, audes ferre sententiam? Deinde si satis absolutum tibi videtur quod dixisti, Qui non fuerit innocens, non habet sanctitatem: quaro si non habebat Saül sacramenti sanctitatem, quid in eo David venerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequeretur? Nam eum propter sacrosanctam vntionem & honorauit vinum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculum ex eius veste praecidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saül non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vitae, sed vntionis: nā hoc sine innocentia nemo potest, Tomus septimus.

sed sacramenti dei, quod & in malis hominibus sanctum est. D Petilianus dixit, Nam si legem perdidisti, sine iniuria ipsius legis haec dixerim, haec & diabolus nouit. Nanque domino deo in causa Iob dixi quasi iustus ita de lege respondit, sicut scriptum est, Dixit dominus diabolo, Respexisti in puerum meum Iob, quia non est similis illi in terra, homo sine malitia, verus dei cultor, abstinens se ab omni malo, perseverans in simplicitate, tu autem petisti ut omnem rem illius perderes sine causa. Et respondit diabolus & dixit domino, Corium pro corio, & omne quodcunque habuerit homo pro anima sua dabit. Ecce legaliter loquitur, qui nititur contra legem. Et iterum dominum Christum sermonibus suis sic ausus est attentare, sicut scriptum est, Assumpsit diabolus Iesum in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit ei, Mitte te deorsum: scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, ut manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait Iesus, Iterum scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum. Nostis, inquam, sicut diabolus, legem, qui in suis conatibus vincitur, & in actibus erubescit. A V G. respondit, Possem quidem querere abs te, in qua lege scripta sunt verba quae diabolus dixit, cum sanctum virum Iob apud deum criminaretur, si hoc mihi esset propositum, demonstrare, legem, quam dicit diabolus nosse, te ipsum non nosse: sed quia non inde inter nos quaestio est, hoc praetermitto. Sic autem conatus es ostendere diabolus legisperitum, quasi nos dicamus omnes qui verba legis nouerunt, iustos esse. Quid ergo te adiuet quod de diabolo commemorare voluisti, non video, nisi forte ut nobis veniret in mentem, quomodo ipsum diabolus vos imitami. Sicut enim ille contra laudem legis proferebat verba legis, sic & vos ex verbis legis accusatis homines, quos ignoratis, ut dei promissis quae in ipsa lege scripta sunt resistatis. Deinde velle mihi dicere, Cōfessores illi vestri quādo seipfos praecipitāt, cui dicat martyriū, vtrū Christo, qui talia Christo faciēda suggessit? Duae sunt maxime viles atque vnitatae mortes eorum qui seipfos interimunt, laqueus, & praecipitium. Tu certe dixisti in primis partibus huius epistolae, Laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit. hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum eos qui sibi collum ligauerunt. Quanto autem nos probabilis in vos dicimus, magister traditoris diabolus praecipitium Christo suadere voluit, & repulsus est: Quid ergo dicēdi sunt, quibus hoc suasis & auditus est? Quid enim, nisi inimici Christi, amici autem diaboli, discipuli seductoris, condiscipuli traditoris? Spōtaneas enim mortes ab vno magistro vtriusque didicerunt, ille laqueum, isti praecipitium. Petilianus dixit, Sed ut vestra singula destruas, si sacerdotes vos dicitis, sic a domino deo dictum est per Prophetam, Vltio domini super falsos sacerdotes. A V G. respondit, Quare potius quid verum dicas, non vnde maledicas, & quid doceas, nō quid obicias. Petilianus dixit, Si cathedram vobis miseri vendicatis, ut superius diximus, habetis illam profecto quam David Propheta psalmographus pestilentiae cathedram pronunciauit. vobis enim iuste relicta est, quia in ea sancti sedere non possunt. A V G. respondit, Et haec non vides non aliqua esse documenta, sed vana conuicia? Hoc enim est illud quod paulo ante dixi, Verba legis dicitis, sed in quos dicitis non attenditis: sicut diabolus verba legis dicebat, sed cui diceret non d iij

G agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascensurum, deorsum volebat deicere: vos autem corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exigua partem vultis redigere. Certe ipse paulo ante dixisti, nos legem nosse & legaliter loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem ista nihil probans, sed & si de aliquibus probares, de his ceteris non prescriberes. Veritamen si omnes per totum orbem tales essent, quales vanissime criminariis, cathedra tibi quid fecit Ecclesiae Romanae, in qua Petrus sedet, & in qua hodie Anastasius sedet: vel Ecclesiae Hierosolymitanae, in qua Iacobus sedet, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica unitate connectimur, & a quibus vos nephario furore separastis? Quare appellas cathedram pestilentiae cathedram apostolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui & non facere, nunquid dominus Iesus Christus propter Phariseos, de quibus ait, Dicunt enim & non faciunt, cathedrae in qua sedebant, vllam fecit iniuriam? Nonne illam cathedram Moysi commendavit, & illos seruat cathedrae honore redarguit? Ait enim, Cathedram Moysi sedent, quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite: dicit enim & non faciunt. Haec si cogitaretis, non propter homines quos infamatis, blasphemaretis cathedram Apostolicam cui non communicatis. Sed quid est aliud quam nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere? Petilianus dixit, Si sacrificia vos facere iudicatis, de vobis quippe nequissimis deus ipse sic dicit, Facinorosus, inquit, qui sacrificat mihi vitulum, quasi canem occidat, & qui ponit similitudinem, quasi sanguinem porcinum fundat. Scitote vestrum sacrificium, qui sanguinem humanum iam fudistis. Et iterum, Sacrificia eorum quasi panis luctus: omnis qui manducabit ex illo, inquinabitur. A V G. respondit, Nos dicimus tale cuius sacrificium fieri, qualis accedit ut offerat, & qualis accedit ut sumat, & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi sunt. Itaque si offerat deo malus, & accipiat inde bonus, tale cuique esse qualis quisque fuerit, quia & illud scriptum est, Omnia munda mundis. Per hanc sententiam veridicam & catholicam etiam vos Optati sacrificio non estis polluti, si facta eius displicebant vobis. Nam utique panis illius panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat: sed panis luctus omnibus vobis communem esse, omnium vestrum malum schismaticis facit. Nam secundum concilij vestri sententiam Felicianus Musticam humanum sanguinem fudit. Dixistis enim cum eos damnaretis, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Vide ergo quale sacrificium offerat, quem sacerdoteum habetis, cum eum sacrilegum damnaueritis: & si hoc vobis nihil obesse arbitrari, rogo vos, vanitas calumniarum vestrarum quid oberit orbi terrarum? Petilianus dixit, Si precem domino facitis, aut funditis orationem, nihil vobis penitus prodest. Vestras enim debiles preces cruenta vestra conscientia vacuat, quia dominus deus puram magis conscientiam quam preces exaudit, domino Christo dicente, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed is qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est. Voluntas dei utique bona est, nam ideo in sacra oratione sic petimus, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra: ut quia bona eius voluntas est, nobis quae bona sunt largiatur. Vos ergo voluntatem dei non facitis, quia mala quotidie perpetratis. A V G. respondit, Ista omnia si & nos in vos dicamus, nonne qui nos au-

dierit, insanos potius litigatores quam Christianos disputatores, si ipse sanus est, iudicabit? Non ergo reddimus maledictum pro maledicto. Seruum enim dominum non oportet litigare, sed esse mitem ad omnes, docibilem, in modestia corripientem diuersa sentientes. Si ergo vobis obiciamus eos qui mala apud vos quotidie perpetrant, inepte litigamus, alios ex aliis accusantes. Si autem vos admonemus, ut sicut illa vobis non vultis obici, sic nobis non obiciatis aliena, in modestia vos corripimus, si qui aliquando respiscatis. Petilianus dixit, Si vero forte, quod nescio, demonia pellitis, nec id vobis proderit: quia nec fidei vestrae, nec meritis cedunt ipsa demonia, sed in nomine domini Iesu Christi pelluntur. A V G. respondit, Gratias deo, quia tandem confessus es posse inuocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiam si a peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum salutem aliena peccata. Nos autem quomodo inuocemus nomen Christi, non tuo iudicio nobis opus est, sed ipsius qui inuocatur a nobis. Solus enim potest nosse quo corde inuocetur. Ex eius tamen verbis certi sumus ab omnibus gentibus eum salubriter inuocari, quae benedicuntur in semine Abraham. Petilianus dixit, Et si prorsus virtutes & mirabilia faciatis, propter vestram nequitiam nec sic vos dominus nouit, domino ipso dicente, Multi dicent mihi in die illo, Domine domine, in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus. Tunc dicam illis, quoniam non noui vos. Discite ad me operari iniquitatis. A V G. respondit, Agnoscamus verba domini. Hinc & Apostolus ait, Si fidem habeamus, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Hic ergo querendum est quis habeat charitatem: inuenies non esse nisi eos qui diligunt vnitatem, Nam de exclusione demonum, & de potentia miraculorum, quoniam plerique talia non faciunt, & tamen ad regnum dei pertinent: plerique autem faciunt, & non pertinent: nec nostri nec vestri debent gloriari, si qui forte ista possunt: quandoquidem nec Apostolos qui vere ista salubriter atque vtiliter poterant, voluit dominus gaudere de talibus quando eis ait, Nolite in hoc gaudere quod demonia vobis subiecta sunt: gaudeate autem quod nomina vestra scripta sunt in caelo. M Quapropter ista quae ex Evangelio posuisti, & ego tibi possem dicere, si te viderem signorum virtutes operantem: & tu mihi, si me talia facientem videres. Non ergo vobis dicamus quae possunt & ex alia parte dici, & remotis ambagibus: quoniam vbi sit ecclesia Christi querimus: ipsum qui eam suo sanguine redemit, audiamus dicentem, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudaeam & Samariam, & vsque in totam terram. Huic ecclesiae quae per totam terram diffunditur, quis non communicat, cui non communicet vides, si cuius verba ista sint audis. Quid est autem demens quam sacramentum domini communicare, & verbis domini non communicare? Hi utique dicturi sunt, In nomine tuo manducauimus & bibimus: & audituri, Non noui vos: qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibunt, & membra eius toto orbe diffusa in Evangelio non agnoscunt, & ideo cum eis in iudicio non computantur. Petilianus dixit, Quoniam & si ut ipsi putatis, domini legem pure sequimini, de ipsa lege sanctissima legaliter disputemus. Dicit Apostolus Paulus, Bona est lex si quis ea legitime

vtatur. Lex ergo quid dicit? Non occides. Quod semel fecit Cain parricida, vos fratres sapius occidistis. A V G. respondit, Similes vobis esse nolumus; nam non desunt quae dicantur, sicut & tu ista dicis: & quae sciuntur, nam ista tu nescis: & quae ostendantur, nam tu ista non ostendis. Petilianus dixit, Dicitur est, Non moechaberis: vnusquisque vestrum si carnaliter castus sit, spiritaliter moechus est, quia adulterat sanctitatem. A V G. respondit, Possunt haec in quosdam veraciter dici & nostros & vestros: qui si vtriusque nostrum displicent, nec nostri nec vestri sunt. Sed tu quod in quosdam dicis, & nec in ipsis probas, pro eo vis accipi ac si probaueris, non in aliquibus qui degenerant a femine Abraham, sed in omnibus gentibus quae benedicuntur in semine Abraham. Petilianus dixit, Dicitur est, Falsum testimonium non reddes. Cum regibus seculi vos vestra tenere mentimini, nonne falsa constatis? A V G. respondit, Si non sunt vestra quae tenetis, nec illa erant vestra quae a Maximiniano istis receperitis. Quod si propterea illa vestra erant, quia illi sacrilegum schisma fecerunt, non communicando parti Donati: attende quae loca teneatis, & cuius hereditati non communicetis, & cogitate non regibus seculi, sed regi Christo quid respondere possitis. De illo dicitur est, Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Quo utique flumine, nisi vbi baptizatus est, & vbi super eum columba descendit magnum charitatis & vnitatis indicium. Vos autem huic vnitati non communicatis, & adhuc loca vnitatis tenetis, & inuidiam nobis de regibus seculi facitis, cum per iusta proconsulum de locis partis Donati schismaticos vestros expuleritis. Non sunt haec verba per inane voluntaria, homines viuunt, ciuitates testantur, gesta proconsularia & municipalia recitantur. Sileat aliquando vox calumnia obiciens reges seculi vniuersae terrae, per quorum proconsules non potuit parere concisa concisa. Cum ergo dicimus quod nostra teneatis, non ostendimur falsum testimonium dicere, nisi nos ostendatis in ecclesia Christi non esse: quod quidem dicere non cessatis, sed ostendere nunquam valebitis. Immo vero cum hoc dicitis, non iam nobis, sed ipsi Christo falsi testimonij crimen obicitis. Nos quippe in ecclesia sumus quae ipsius testimonio praenunciata est, & vbi suis testibus attestatus est, dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudaeam & Samariam, & vsque in totam terram. Vos autem falsos testes non solum hinc ostendimus, quia huic veritati resistitis, sed etiam in ipso iudicio quo cum Maximiniano schismate conflixistis. Si enim secundum legem Christi agebatis, quanto congruentius secundum eam constituunt aliqui Christiani Imperatores, si possunt secundum eam iudicare Paganos proconsules? Si autem in adiutorium etiam terreni imperij leges assumendas putastis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum aduersus iniuriosos tuum Romanum se esse testatus est. Sed quaro quibus terrenis legibus sit statutum, ut Maximiniano ista locis pellatur: nullas omnino reperies, sed videlicet legibus quae aduersus haereticos, atque inter eos etiam aduersus vos ipsos late sunt, illos expellere voluistis: aduersus infirmos tanquam potentiores praeualuistis. Vnde illi quia nihil potuerunt, innocentes se dicunt tanquam sub leone lupus, tamē legibus aduersus vos latis profecto aduersus alios, nisi per falsum testimonium non vtemini. Si enim veraces sunt illae leges, cedite etiam vos locis quos tenetis, si autem fallaces sunt, cur per eas alios exclusistis?

quid quod & veraces sunt, & vos per illas alios nisi fallaciter non possitis expellere? Ut enim eis seruirent iudices, haereticos expellere voluerunt, vnde vos priores expellere debuerunt: sed vos catholicos esse dixistis, ut vobis parceret leges, per quas alios premebatis. Videritis quid vobis apud vosmetipsos videamini; illis tamē legibus non estis catholici. Cur ergo aut eas veraces falso testimonio fecellistis, aut eas fallaces ad opprimendos alios vsurpatis? Petilianus dixit, Dicitur est, Non concupisces rem proximi tui: vos nostra diripitis, ut pro vestris habeatis. A V G. respondit, Et quaecumque vnitatis possidebat, non nisi nostra sunt; qui non secundum calumnias hominum, sed secundum verba Christi, in quo benedicuntur omnes gentes vnuerse segete terre, in vnitatem consistimus, nec propter malos quos a frumentis dominicis ante iudicij ventilationem separare non possumus, vos a societate tritici separamus. Et si qua iam concili possidere coepistis, quia vobis ablata nobis dominus dedit, non ideo concupisimus aliena, quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: vos enim his vtebamini ad praecisionem, nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo dei possent illi obicere aliena rei concupiscentiam; qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea terra male vtebantur, expulsi sunt, & ipsi Iudaei a quibus ablatum est regnum, secundum verba domini, & datum est genti facienti iustitiam, possunt obicere aliena rei concupiscentiam, quia Ecclesia Christi possidet vbi persecutores Christi regnabat. Et post omnia, cum vobis ipsius dictum fuerit, res alienas concupiscitis, quia Maximiniano istas de basilicis eiecistis, quid respondeatis non inuenitis. Petilianus dixit, Quae igitur lege vos Christianos ostenditis, cum legi contraria faciatis? A V G. respondit, Litigare vis, non disputare. Petilianus dixit, Dicit autem dominus Christus, Qui fecerit & sic docuerit, maximus vocabitur in regno caelorum: sic autem vos miseris dānat, Qui resolverit vnum ex his mandatis, minimus vocabitur in regno caelorum. A V G. respondit, Vbi forte aliter dicis testimonia scripturarum quam sese habent, & ad rem quae inter nos agitur non pertinet, non nimis curo. Vbi autem impediunt quod tractamus, nisi veraciter proferantur, non te arbitror succensere debere, si quemadmodum scriptum sit commemoro. Ecce hoc quod modo posuisti, non ita scriptum est, sed ita potius, Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic, minimus vocabitur in regno caelorum: Qui autem fecerit & sic docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum. Et continuo secutus ait, Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Alibi enim Phariseos ostendit & arguit, quoniam dicunt & non faciunt: Hos ergo & hic significauit, cum diceret, Qui soluerit & sic docuerit, id est docuerit verbis, quod soluerit factis. Super quos abundare praecipit iustitiam nostram, ut faciamus & sic doceamus, & tamen nec propter illos Phariseos, quibus nos non per prudentiam, sed per malevolentiam comparatis, praecipit dominus deserere cathedram Moysi, in qua utique figurabat suam, dicens quippe illos super cathedram Moysi sedentes, dicere & non facere: monet tamen populos facere quae dicunt, & non facere quae faciunt, ne cathedra sanctitas deseratur, & propter pastores malos gregis vnitatis diuidatur. Petilianus dixit, Et iterum, Omne peccatum quod peccauerit homo, extra corpus est: i. Corin. 6.

Cap. LIX; Exod. 20; Gen. 22; 23 q. 7. cap. Si de reb. Math. 23; Cap. LX; Cap. LXI; Math. 5; Math. 15; Math. 23; Cap. LXII; i. Corin. 6.

Petrus pontifex Romanus. Math. 23. Cap. LII. Esai. 66. Ofec. 9. 1. q. 1. c. Dominus. Titim. 1. Psal. 13. Cap. LIII. Math. 7. Math. 6.

Exod. 20. Gen. 4. Cap. LII. Exod. 20. C. LIII. Exod. 20. Psal. 71. Math. 5. 1. q. 1. c. Dominus. Titim. 1. Psal. 13. Cap. LIII. Exod. 20. Gen. 4. Cap. LII. Exod. 20. C. LIII. Exod. 20. Psal. 71. Math. 5.

G Qui autem peccauerit in spiritu sancto, non ei remittetur nec in hoc seculo nec in futuro. **A V G.** respondit, Et hoc non ita scriptum est, & videt quantum se fecerit. Apostolus ad Corinthios scribens, ait, Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. hoc autem aliud est, & aliud illud quod dominus in Evangelio dixit, Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus: qui autem peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei nec in hoc seculo neque in futuro. Tu autem cepisti ex Apostolo sententiam, & eam tanquam vna sit ex Evangelio terminasti, quod te non credo fraude sed errore fecisse. Neutra enim ad rem pertinet, & cur hac dixeris, & quoquo modo dixeris omnino non video: nisi forte quia cum superius dixisses, danatos esse a domino qui resoluunt vnum ex mandatis, considerasti quam multos habeatis non vnum sed multa mandata soluentes: & ne tibi obiceretur, voluisti per transitum subinducere differentiam peccatorum, aliud esse solvere aliquod mandatum, vnde venia facilis possit accipi: Aliud autem peccare in spiritum sanctum, quod non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro. Timens itaque contagia peccatorum, hoc tacere voluisti: & rursus timens profunditatem questionis excedentem vires tuas, hoc rursus perstringere voluisti, tanta repudatione, vt quemadmodum solent aliqua perturbatio festinat peruerse se vestire aut calcare, nolueris attendere vel quid ad quod pertineat, vel vbi & quemadmodum scriptum sit. Quale sit autem illud peccatum, quod non dimittitur neque in hoc seculo neque in futuro: vnde deo nescitis, vt cum in ipso nos esse credatis, remissionem tamen eius per vestrum nobis baptismum promittatis. Quod vnde fieri potest si tale peccatum est vt non dimittatur, neque in hoc seculo neque in futuro?

Ca. LXIII. Petilianus dixit, Diuina ergo mandata, quibus rebus impleris: dicit dominus Iesus, Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum caelorum: vos persequendi malitia, furoris diuitias exhalatis. **A V G.** respondit, Dicite ista potius Circūcellionibus vestris.

Ca. LXIII. Petilianus dixit, Beati mansueti, quoniam ipsi possidebunt terram: Vos igitur immanes cælum & terram pariter perdidistis. **A V G.** respondit, Iterum atque iterum audite dominum dicentem, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samaritaniam & vsque in totam terram. Cur ergo illi non perdidit terram & cælum, qui vt non communicent vniuersæ terræ, contemnunt verba sedentis in caelo? Nam de vestra mansuetudine non tuæ voces, sed Circūcellionum fustes interrogentur. Dicitur enim, Quid ad nos pertinet, quasi nos ista dicamus, nisi vt hoc respondeatis? Ideo enim ad vos pertinet schisma vestrum, quia pertinere ad vos peccatum non vultis alienum: nec tamen, ob aliud vos a nobis separatis, nisi dum nobis obicitis crimen alienum.

Cap. LXV. Petilianus dixit, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur vos nostri carnifices lugentes facitis, non lugentis. **A V G.** respondit, Considerate paululum quam multum & quantum iustum dederint deo laudes amatorum vestrorum. Dicite iterum quid ad nos, & ego iterum dicam, & tu quod dicis, quid ad nos: quid ad orbem terrarum, quid ad eos qui laudant nomen domini a solis ortu vsque ad occasum, quid ad omnem terram que cantat canticum nouum, quid ad semen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes: Ergo ideo ad vos pertinet sacrilegium schismatis, quia ad nos non pertinet facta mala vestrorum: & hinc intelligitis, nec ad orbem ter-

rarum pertinere, etiam si ea probaretis facta eorum propter quos inde vos separatis. Petilianus dixit, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: vobis hæc iustitia est, vt nostrum sanguinem sitiatis. **A V G.** respondit, Quid tibi dicam tu homo, nisi quia calumniosus es? Esurit quidem & sitit vnitatem Christi: quæ vtinam vos absorbeat, hæretici non eritis.

Petilianus dixit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: Vos quando misericordiam nequissimam dum animas inquinatis? **A V G.** respondit, Nec vos iustos probatis, nec nos penas ingerere vel iniustus: & tamen sicut est plerumque crudelis fallax aduatio, sic semper misericors iusta correctio. Nam vnde est illud quod non intelligitis, Emen dabit me iustus in misericordia & arguet me? Hoc enim cum de asperitate misericordis correptionis dixisset, continuo subiūxit de lenitate perniciosæ adulationis, & ait, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Tu ergo attende quod voceris & vnde uoceris: Nam vnde nosti, quo in te animo sit quem sanuum putas? sed quomodo libet sit, vnusquisque sarcinam suam portat & apud nos & apud vos: sed sarcinam schismatis quam omnes portatis, abiicite, vt sarcinas vestras bonas in vnitatem portetis, & eos qui malas portant, si possitis misericorditer emendatis: si non possitis, pacifice toleretis. Petilianus dixit, Beati qui puro sunt corde, quoniam ipsi deum videbunt: Quando deum videbitis, qui immunda malitia cordis geritis cæcitate? **A V G.** respondit, Quare hoc dicis? An forte nos ignorata quæ homines dicunt obicitis omnibus gentibus, & manifesta intelligere nolumus, quæ deus prædixit de omnibus gentibus? Hæc est magna cæcitas cordis: & si nec ipsam in vobis agnoscitis, hæc est maior cæcitas cordis. Petilianus dixit, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur: Vos pacem scelere fingitis, & bello queritis vnitatem. **A V G.** respondit, Non pacem scelere fingimus: sed pacem ex Evangelio prædicamus, cum quo si pacem habueritis, & nobiscum habebitis. Dominus resurgens, & se non solum oculis intuentium, sed etiam contrectandam manibus discipulorum præbens, inde cepit, Pax vobiscum, inquit. Et quomodo esset tenenda pax ista, sequentibus verbis aperuit. Ibi enim, Aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Cum his verbis pacem habete, & a nobis non dissentietis: Nam si bello querimus vnitatem, non potuit laudari præclarior bellum nostrum, quando quidem scriptum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et iterum scriptum est, Nemo vnquam carnem suam odio habuit: & tamen caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quod si nemo carnem suam odio habet, & tamen aduersus carnem suam concupiscit: ecce bello vnitatem queritur, vt corpus castigatum seruituti subiciatur. Quod autem spiritus facit aduersus carnem, non odio sed dilectione belligerans, hoc spirituales faciunt aduersus carnales, vt quod agunt erga se, agant & erga illos, quia diligunt proximos tanquam proximos, sed bellum spirituum est illa in charitate correptio, gladius eorum sermo dei est. Ad tale bellum tuba Apostolica cõitantur cum magno impetu personante, Prædica vniuersum, in

stantia opportune importune, argue, hortare, increpa in omni loganimitate & doctrina. Ecce non agimus ferro, sed verbo, vos autem nec respondetis vera, & aculeatis falsa: non corrigitis vestra, obicitis aliena. Dicit Christus verum testimonium de orbe terrarum, dicitis vos aduersus Christum falsum testimonium contra orbem terrarum. Nos autem si vobis potius quam Christo crederemus, pacifici essemus: quia Christo potius quam vobis credimus, pacem scelere fingimus. Et hæc cum dicatis atque faciatis, audetis insuper commemorare, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Petilianus dixit, Cum dicat Apostolus Paulus, Obsecro vos fratres ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia sustinentes inimicem in charitate, sollicite agentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis. **A V G.** respondit, Hæc si non tantum diceretis, sed & audiretis, etiam cognita mala propter pacem sustineretis, non propter disensionem incognita fingeretis: vel quia postea didicistis propter vnitatem Donati sustinere mala notissima & famosissima Optati.

B Quæ ista dementia est? Tolerantur cogniti ne concisio iterum concidatur, & infamantur incogniti, ne in ipsa integritate maneat. Petilianus dixit, Vobis dicit Propheta, Pax pax, & vbi est pax? **A V G.** respondit, Tu nobis hoc dicis, non Propheta: Tibi ergo respondeamus, Si quaeris vbi sit pax, aperi oculos & vide de quo dictum sit, Auferes bella vsque ad finem terræ. Si quaeris vbi sit pax, aperi oculos ad illam ciuitatem, quæ non potest abscondi super montem constituta. Aperi oculos & ad ipsius montem, & eum tibi Daniel demonstrat ex paruo lapide crescentem & implentem vniuersam terram. Tibi autem cum dixit Propheta, Pax pax, & non est pax: quid demonstrabis, an partem Donati ignotam innumerabilibus gentibus quibus notus est Christus? Non est ipsa quæ non potest abscondi, & vnde nisi quia non est super illum montem constituta? Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, non Donatus, qui fecit de vno duo. Petilianus dixit, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum: Vos beati non estis, sed beatos martyres facitis, quorum scilicet animabus caeli repleti sunt, corporumque memoria terræ floruerunt. Vos ergo non colitis, sed facitis quos colamus. **A V G V S T I N V S** respondit, Planè si non dictum esset, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, sed dictum esset, Beati qui seipsos præcipitant, implerent caelum martyres vestri. sanè de corporibus eorum multos terrarum flores videmus, sed sicut solet dici, flos cinis. Petilianus dixit, Cum ergo falsando mandata beati non sitis, vos diuini sententis Christus dominus condemnat, vae autem vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia clauditis regnum caelorum ante homines, vos enim non intratis, neque introeuntes sinitis. Vae vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplicius quam vos. Vae vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui detrimatis mentham & anethum & cuminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicii & misericordiam & fidem. Hæc autem oportebat facere, & illa non omittite: Duces cæci, liquantes culicem, camelum autem glutientes. Vae vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia similes estis monumentis dealbatis, quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt osibus mortuorum & omni spurci-

tia: Sic & vos a foris quidem apparetis hominibus iusti, Diuinus autem pleni estis hypocritæ & iniquitate. **A V G V S T I N V S** respondit, Dic mihi vtrum aliquid dixeris quod in vos vicissim ore maledico & contumelioso similiter dici non possit? Sed ex superioribus quæ a me dicta sunt, inueniet qui voluerit hæc in vos non per vana conuicia, sed per vera testimonia posse dici. Verum tamen quia ex occasione præmittendum non est: certe antiquus populus dei, circumcisionem pro baptismo habebat: Quæro ergo si quem fecissent isti, in quos tanta dicuntur, Pharisei profelytum, qui si eos imitaretur, sicut dictum est, filius gehennæ fuisset duplo quam illi: vtrum si corrigeretur, & vellet imitari Simeonem, Zachariam, Nathanaëlem, iterum ab eis circuncidendus iudicaretur? Quod si ridiculum est dicere, quantum more atque ore vaniloquo talibus nos cõparetis, quare post nos baptizatis: Quod si vos tales estis, quanto nos verius & melius post vos non baptizamus: sicut nec illi quos nominavi, post pessimos Phariseos circūcidi debebat: Deinde cum tales sederint super cathedram Moysi, cui dominus honorẽ seruauit, quare vos propter eos quos isti siue iuste siue iniuste comparatis, cathedrã Apostolicam blasphematis? Petilianus dixit, Sed nos Christianos ista non terrent. quod enim estis malefactorum, a Christo domino habemus antè mandatum, Mitto, inquit, vos sicut oues in medio luporum. Lupinam rabie vos impletis, qui non aliter Ecclesiis insidias facitis aut paratis, quam lupi ouilibus inhiantes, pernicie semper atque impetu, suffectis sanguine faucibus iram anhelantem suspirant. **A V G.** respondit, Vellem in vos dicere istam sententiam, sed nollem istis verbis: nimis inepta vel potius insana sunt. Illud autem opus erat, vt certis aliquibus documētis, non vanissimis maledictis nos lupos esse ostenderetis, vos autem oues. Nã cum & ego dixerem, nos sumus oues, vos autem lupi, id eone putes interesse aliquid, quia tu illa verbis turgidis dicis: sed attende vt ego probem quod dico: Nepe dominus, quod velis nolis nosti, ait in Evangelio, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Multæ sunt de diuersis rebus voces domini: verum exempli gratia, si quispiã dubitaret, vtrum in corpore idem dominus resurrexerit, & recitarentur eius verba dicentis: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere: si & his auditis ad credendum resuscitatum corpus eius nollet acquiescere, non vtique inter oues domini deputaretur, quia vocem eius auditã non sequebatur: Sic & nunc quoniam quæstio est inter nos vbi sit Ecclesia, cum ex ipso Euangelij loco, vbi post resurrectionem suam corpus etiam palpandum dubitantibus præbuit, disputantibus consequentia verba recitamus, vbi futuram ecclesiæ latitudinem demonstrauit, dicens, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnibus gentibus vbi hæc cõpleta sunt communicare non vultis. Quomodo estis oues huius pastoris cuius auditis vocibus non solum non obsequimini, verum etiam repugnatis? Et oues quidem vos non esse hinc dicemus: esse autem lupos audite vnde doceamus. Iam enim vbi sit Ecclesia, verbis ipsius apparet, manifestum est vbi sit ouile Christi. Ab hoc igitur ouile certissimis verbis domini demonstrato & expresso, quicumque, non dico per falsa, sed quod manifestum est, per incerta hominum crimina oues segregant, & ab vnitatis atque charitatis vita

Greptas & alienatas necat, nonne ipsi sunt lupi rapaces? At enim & ipsi dominum Christum laudant & predicant. Hi sunt ergo de quibus ipse ait, Induti pellibus ovium, intus autem sunt lupi rapaces: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ovina pellis est in Christi laudibus, lupinus fructus in maledicis dentibus. Petilianus dixit, O miseri traditores, impleri quidem scripturam sic decuit, sed in vobis hoc doleo quod partes malitiae vos implere meruistis. A V G. respondit, Possem ego magis dicere, O miseri traditores, si mihi placeret, imo si iustitia suaderet, omnibus vobis obicerem quorundam facta vestrorum. Quod ergo ad omnes vos pertinet, o miseri haeretici, cetera iam verba tua ego dixerim, scriptum est enim, Oportet & haereses esse, ut probati manifesti fiant inter vos. Impleri ergo scripturam sic oportuit: sed in vobis hoc doleo, quod partes malitiae implere vos meruistis. Petilianus dixit, Nobis autem dominus Christus contra vestra feralia patientiam simpliciter innocentiamque mandavit. Quid enim dicit: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos: In hoc enim sciatis quia mei discipuli estis, si dilectionem invicem habueritis. A V G. respondit, Nisi haec verba longe a vestris moribus aliena in sermonis vestri superficie transferretis, quomodo vos ovina pelle tegetis? Petilianus dixit, Paulus quoque Apostolus cum persecutiones immensas ab omnibus gentibus pateretur, a falsis fratribus pertulit graviores, sicut de se ipse testatur frequenter afflictus: Periculis ex gentibus, periculis ex genere, periculis a falsis fratribus. Quae iterum dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Cum igitur nos falsos fratres appellatis, Pauli magistri patientiam sub nostris periculis imitatur. A V G. respondit, Certe isti sunt falsi fratres, de quibus alio loco idem Apostolus ita conqueritur Timotheo praedicans germanam sinceritatem. Neminem, inquit, habeo unanimem qui germane de vobis sollicitus sit, omnes enim sua querunt, non quae Iesu Christi. Vtique de his loquebatur qui tunc quando illam scribebat epistolam, cum illo erat: Non enim omnes qui erant vbi cumque Christiani sua querebant, non quae Iesu Christi. De his ergo, ut dixi, haec ingemuit quos eo tempore cum ista scriberet secum habebat. Quos enim vel alios tangit, cum alibi dicit, Foris pugnae, intus timores: nisi eos quos tanto vehementius, quanto interius metuebat? Si ergo velles imitari Paulum, intus esses falsorum fratrum tolerator, non foris innocentium calumniator. Petilianus dixit, Nam qualis fides in vobis est quae non habet charitatem? Paulo ipso dicente, Si linguis hominum loquar, & angelorum scientiam habeam, charitatem autem non habeam, ita sum tanquam amentum tinniens, aut cymbalum concrepans. Aut si habuero prophetiam, & nouerim omnia sacramenta & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut motes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. A V G. respondit, Hoc est quod paulo ante dixi, pelle te ovina contegi velle; ut si fieri potest, prius te ovium mordentem sentiar, quam praesentiam venientem. Nonne ista est charitatis laus, quae vestram calumniam solet lucidissima veritate conuincere? An ideo arma ista nostra non erunt, quia vos ea praecipue conamini? Prorsus haec iacula via sunt, vnde cumque iactentur, agnoscuntur quos perirant. Si a nobis missa fuerint, in nobis haerebunt: si a

vobis mittuntur, in vos retorquentur. His enim nos a K postolicis verbis commendantibus eminentiam charitatis vobis solemus ostendere, quomodo non profici hominibus, quantum in eis sint vel sacramenta vel fides, vbi charitas non est: ut cum ad catholicam unitatem venitis, intelligatis quid vobis conferatur, & quantum sit quod minus habebatis. Charitas enim Christiana nisi in unitate ecclesiae non potest custodiri: atque ita videatis sine illa nihil vos esse, etiam baptismum & fidem teneatis, & per illam etiam montes transferre possitis. Quod si haec & vestra sententia est, non in nobis detestemur & exulsemus vel dei sacramenta quae nouimus, vel ipsam fidem, sed teneamus charitatem sine qua & cum sacramentis & cum fide nihil sumus. Teneamus autem charitatem si amplectimur unitatem. Amplectimur autem unitatem si eam non per verba nostra in parte confirmamus, sed per verba Christi in unitate cognoscimus. Petilianus dixit, Et iterum, Charitas enim magnanima est & benigna, charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quarit quae sua sunt: vos autem quae ritis aliena: Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: Omnia tolerat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Hoc est breuiter dicere, non persequitur charitas, non aduersum ceteras animas imperatores inflamat, non aliena diripit, non etiam homines quos spoliabat occidit. A V G. respondit, Quoties tibi dicturus sum, haec si non probatis, ad neminem pertinet. Si autem probatis, ad nos non pertinent, sicut nec ad vos, quae vestri quotidie committunt per scelera furiosorum, per luxurias violentorum, per caritatem praecipitatorum, per tyrannidem raptorum: quis non videat verum esse quod clamo: Sed nunc si esset in te charitas, congauderet veritati. Quam enim eleganter sub pelle ovina dicitur, charitas omnia tolerat, omnia sustinet: vbi autem ventum fuerit ad examen, lupini dentes operiri non possunt. Cum enim charitas te propter id quod dictum est, Sustinentes invicem in dilectione, studentes seruire unitati spiritus in vinculo pacis: etiam si qua mala intus nosse, cogeret non eis quidem consentire, sed tamen ea si prohibere non poterat, sustinere, ne propter malos ventum labro ultimo separandos, nunc a bonorum societate pacis vinculum abrumperes: foras vento leuitatis excussus, paleae crimen obicitis tritico, & quae fingis de malis, per contagionem valere & in bonis affirmas. Et cum dominus dixerit, Ager est hic mundus, messis autem est finis seculi, cum de frumentis & zizaniis dixisset, Si nite utraq; crescere vsque ad messem: tu laboras verbis tuis, ut frumenta iam per totum agrum defecisse, & ad exiguam particulam vestram remanuisse credantur, dum vis ut habeatur Christus mendax, tu autem verax: & loqueris quidem contra conscientiam tuam. Neque enim vere quisquam quoquo modo intuens Euangelium, audeat in animo suo dicere, per tot gentes in quibus penes respondetur vna voce amen, & caratur halloioia, non esse Christianos: & tamen ne pars Donati, quae orbi terrarum non communicat, errare videatur, si quis tibi angelus de caelo qui posset intueri universum orbem terrarum, diceret extra communionem vestram nusquam esse innocentes & bonos, proculdubio gauderet super iniquitate generis humani, & vera te dixisse antequam cognosceres gloriareris. Quomodo est ergo in te charitas, quae non gaudet super iniquitate? Sed noli falli: Sunt per agrum, id est, per mundum vsque ad finem seculi crescentia frumenta dominica. Christus hoc dixit,

A dixit, Christus est veritas: Sit in te charitas, & congaudeat veritati. Contra Euangelium & si angelus de caelo euangelizauerit, anathema sit. Petilianus dixit, Postremo qua est ratio persequendi vos miseri interrogare, si putatis forsitan vos aliqua legis autoritate peccare? A V G. respondit, Qui peccat, non peccat legis autoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas quae sit ratio persequendi, vicissim te interrogo, cuius sit vox in Psalmo dicentis, Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequerebar? Quare itaque persecutionis vel causam vel modum, & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutores reprehendere. Petilianus dixit, Ego vero econtra respondeo, Iesum Christum neminem persecutum, & cum aliqua sece Apostolis eadem suggerentibus displicerent (ita enim fides venerat facere ut non cogeret homines, sed potius inuitaret) dicit illi Apostoli, Multi in nomine tuo manus imponunt, & nobiscum non sunt. Dixit Iesus, Dimittite illos, si contra vos non sunt, pro vobis sunt. A V G. respondit, Veru dicis, multo vberius te prolatum de tuo, quae in scripturis non inueniuntur. Si enim de scripturis sanctis velis testimonia proferre, nunc quid ea quae non inuenieris proferas? vestra autem mendacia quam multa sunt, in vestra potestate est. Vbi enim scriptum est quod posuisti, vel quado aut a domino illud suggestum est, aut a domino illud responsum est, Multi in nomine tuo manus imponunt, & nobiscum non sunt: Numquam filio dei quisquam discipulorum dixit, vnde nec illud ab eo responderi potuit, Dimittite illos, si contra vos non sunt, pro vobis sunt: sed est quoddam simile quod reuera in Euangelio legimus de quodam suggestum esse domino, qui daemones in eius nomine eiecit, & cum discipulis eum non sequebatur, vbi dominus ait, Nolite prohibere, qui contra vos non est, pro vobis est. Hoc autem ad sectas demonstrandas quibus pepercisse dominus videatur, omnino non pertinet, sed si te nonnulla fessellit similitudo sententiae, non est mendacium, error humanus est. Si autem imperitis scripturarum sanctarum nebulas fallitatis iniicere voluisti, compungaris & confundaris & corrigaris. Est tamen quod de hoc ipso, de quo domino suggestum est nos agam? Quomodo enim tunc praeter communionem discipulorum valebat tamen plurimum sanctitas nominis Christi: sic praeter ecclesiae communionem valet sanctitas sacramenti. Neque enim baptismus consecratur nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quis autem infansissimus dixerit, etiam praeter ecclesiae communionem nomen filij valere? Quid enim potest valere in homine sanando, non autem valere in baptismo consecrando? Sed plane praeter ecclesiae communionem & unitatis sanctissimum vinculum, & charitatis supereminetissimum donum, nec ille a quo daemones eiecit, nec ille qui baptizatur, eternam vitam consequitur, sicut nec illi qui per communionem sacramentorum intus videntur, & per iniquitatem morum foris intelliguntur. Quod autem Christus etiam corporaliter fuerit persecutus eos quos de templo expulit flagellando, iam supra diximus. Petilianus dixit, Sanctus vero Apostolus Paulus haec dicit, Quoquo autem modo, inquit, Christus annuncietur. A V G. respondit, Contra te loqueris, sed tamen quia per veritatem loqueris, si ea dilexeris, pro te fit quod loqueris. Quare enim abs te, de quibus hoc dixerit Apostolus Paulus: Recolamus hoc paululum si placet. Quidam, inquit, per inuidiam & contumeliam, quidam vero per bonam voluntatem Christum annunciant, qui-

dam ex charitate: scientes quia in defensione Euangelij positus sum. quidam vero & per contumaciam Christum annunciant non caste, existimantes tribulationem suscipiari vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue occasione siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Videmus istos rem quidem sanctam & castam & veram, non tamen caste annunciasse, sed per inuidiam & contumeliam, sine charitate, sine castitate. Certe paulo ante laudes charitatis aduersus nos dicere videbaris ex Apostoli testimonio, quia vbi charitas non est, quicquid fuerit nihil prodest. Ecce in istis charitas non est, & tamen erat Christi praedicatione, de qua se gaudere sic dicit Apostolus. Neque enim malo istorum gaudet, sed bono nominis Christi. In ipso quippe charitas erat, quae non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Inuidia porro, quae in illis erat, diabolicum malum est: haec enim & cecidit & deiecit. Hi ergo tam mali quos sic arguit Apostolus, in quibus erat tantum bonum, de quo gaudet Apostolus, vbi erat, intus a foris: Elige quod volueris. Si intus, ecce nouerat eos Paulus, & eum tamen non polluebant: sic vos non polluerent in unitate orbis terrarum, de quibus nescio quae seu vera dicitis, seu falsa confingitis. Quare ergo vos separastis? quare sacrilegio scelerati schismatis permixistis? Si autem foris erant, ecce & in eis qui foris sunt utique ad vitam aeternam, quia charitatem non habent, & unitatem non tenent, pertinere non possunt: inest tamen sanctitas nominis Christi, quorum praedicationem Apostolus propter ipsam nominis sanctitatem, quamuis illos detestetur, gaudentem confirmat. Recte ergo ipsi nomini non facimus iniuriam, cum ad nos veniunt qui foris erant, sed ipsos corrigimus, illud honoramus. Vos itaque videte quam nefarie in eis quorum facta sicut videtur arguitis, etiam sacramentum nominis Christi, quod in eis sanctum est, exufflati. Et tu quidem istos, quos commemorauit Apostolus, sicut verba tua indicat, foris ab Ecclesia fuisse arbitraris. Ita cum times a catholicis pati persecutionem, de qua nobis loquendo facis inuidiam, confirmasti in haeretico Christi nomen, cui baptizando facis iniuriam. Petilianus dixit, Si igitur tanta potentia fidei non est aliquibus aduersata, qua tu ratione persequeris, ut cogas homines inquinari? A V G. respondit, Nec persequimur vos nisi quemadmodum persequitur veritas fallitatem: nec ad nos pertinet si quis vos aliter persecutus est, sicut nec ad vos quicquid nostri similiter faciunt, nec vos cogimus inquinari si suademus sanari. Petilianus dixit, Quod si cogi per legem aliquem vel ad bona licuisset, vos ipsi miseri a nobis ad fidem purissimam cogi debuistis. Sed absit absit a nostra conscientia, ut ad nostram fidem aliquem compellamus. A V G. respondit, Ad fidem quidem nullus est cogendus inuitus, sed per seueritatem, imo & per misericordiam dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen male viuendi vltima disciplina praeposita est, nisi cum praecedes bene viuendi doctrina coterminetur. Si quae igitur aduersus vos leges constitutae sunt, non eis benefacere cogimini, sed male facere prohibemini. Nam bene facere nemo potest nisi elegerit, nisi amauerit, quod est in libera voluntate: Timor autem poenam & si nondum habet delectationem bonae conscientiae, saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Qui tamen aduersas leges constituerunt, quibus vestra comprimatur audacia, nonne hi de-

Mat. 7.

Ca. lxxiiij.

1. Cor. 11.

Ca. lxxv.

10. ad. 13.

Ca. lxxvi.

2. Cor. 11.

1. Cor. 4.

Philip. 2.

2. Cor. 7.

Ca. lxxvij.

1. Cor. 13.

Gal. 1.

Ca. lxxv.

Ps. 100.

Ca. lxxv.

10. ad.

Mat. 9.

10. ad.

Ca. lxxv.

Philip. 2.

10. ad.

1. Cor. 13.

Ca. lxxvij.

23. q. 4. c. ap. qui peccat.

Ca. lxxvij.

23. q. 5. c. ap. ad fidem.

G odistis, & tanquam aures dexterarum perdidistis, Christum sedentem ad patris dexteram non audistis. Sed quibus loquar, aut quando eis loquar, quibus nec horam inuenio, vinum etiam mane ructuantibus, siue iam ebriis, siue adhuc. * Quinimo & minantur, non solum illi, sed de illis etiam Episcopi ipsorum parati negare ad se pertinere quod fecerint. Donet nobis dominus canticum graduum, quo dicere possimus, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis debellabam me gratis. Dicit enim hoc corpus Christi quod per totam terram, ab aliis hic, ab aliis alibi, & ab omnibus aliis atque aliis vbicunq; sunt haereticis oppugnatur.

Psal. 119. Petilianus dixit, Ergo, inquam, mortem pro fide subeundam constituit, quae cuiq; pro communione facienda. Christianitas enim moribus proficit: Nam nemo fidelissimus viueret, si mors a fidelibus timeretur. Dicit enim dominus Christus, Si granum tritici cadet in terram non moriatur, solum manet: si autem moriatur, multum fructum facit. A V G. respondit, Velle scire quis primo de parte vestra se praecipitauerit. Valde quippe illud granum fertile fuit, vnde tanta semina praecipitatorum cadauerum pullulauit. Sanè cum verborum domini memineritis, quia se dixit granum moriturum, & multum fructum facturum: quare ipsi fructui, quod per totum mundum veracissimum prouenerit inuidetis, & ei zizaniorum vel palæa crimina vel quae audistis vel quae finxistis obiecit? Petilianus dixit, Sed vos spinas atque zizania, non semina spargitis, cum quibus vos in summo iudicio deceat concremari. Non maledicimus, sed omnis spinosa conscientia, dei sententia sic tenetur. A V G. respondit, Saltem commemoratione zizaniorum simul tibi & triticum veniret in mentem, quia vtraque per agrum iussa sunt crescere vsque ad messem: vos autem oculum malevolentiae in zizaniis acriter figitis, & contra sententiam Christi ea sola per orbem terrarum, excepta Africa, creuisse contenditis. Petilianus dixit, Vbi est quod dicit dominus Christus, Si acceperis alapam, praepara & aliam maxillam? Vbi est illud quod sputa a facie passus est, qui sputo suo sanctissimo caeci oculos patefecit? Vbi est quod dicit Apostolus Paulus, Si quis vos in faciem caedit? Vbi est quod iterum dicit, In plagis supra modum, in mortibus frequentibus, in carceribus abundantibus? Quae perulit memorat, non quae fecit: suffecerat fidei Christianae a Iudeis haec fieri. Cur haec miseri perpetratis?

A V G. respondit, Itane vero vos accepta alapa praebetis alteram maxillam? Non istam vobis famam furiosa vestra agmina per totam Africam cum terribili turpitudine passim vagantia compararunt. Vtinam vobiscum paciscerentur homines, vt saltem secundum veterem legem, oculum pro oculo, dentem pro dente peteretis, non pro auditis verbis sustes erigeretis.

Exod. 21. Petilianus dixit, Quid autem vobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Quod vt breuiter doceam, Maccabaeos fratres rex persecutus est. Rex quoque tres pueros, cum ipse sacrilegus esset, flammis nescius religiosus addixit. Rex quæsiuit animam pueri Saluatoris. Rex iustissimum Danieli feris morsibus, vt putabat, obiecit. Ipsumq; dominum Christum iudex nequissimus regis occidit. Inde est quod Apostolus clamat, Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam non huius seculi, neque principum huius mundi quae euacuatur, sed loquimur dei sapientiam in sacramento, quae fuit abscondita, quam constituit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum

huius seculi cognouit: Si enim cognouissent, non utiq; dominum maiestatis crucifixissent. Sed de pristinis regibus paganis hoc dictum sit. Vos autem huius seculi imperatores, quia Christiani esse desiderant, non permittitis esse Christianos, cum fumo & nebula vestri mendacij eosdem bona mente credentes, ad iniquitatem vestram prorsus adducitis, vt armis suis contra hostes reipublicae praeparatis, in Christianos incurrant, putentq; se suasionibus vestris deo officium facere, si nos quos odistis occidant, dicente domino Christo, Veniet, inquit, tempus, vt qui vos occiderit, putet se deo officium facere. Nihil igitur interest vobis male docetibus, vtrū reges orbis terrarum, pagani quod absit, an Christiani esse desiderent, cum eisdem contra Christi familiam non cessatis armare. Nescitis autem, aut potius non legistis, quod crimine hominem occidetis, manus crimine suae foris. Iezabel in mortem hominis iusti vel pauperis, maritum suum excitauerat regem, pari tamen supplicio vir & vxor ambo perierunt. Neque enim vos aliter reges impellit, quam vt saepe subtilis suade la feminea reges impulit in reatum. Etenim per filiam vxorem Herodis impetrauit ac meruit in disco ad mensam caput Ioannis afferri. Pontium Pilatum Iudaei sic coegerunt, vt Christum dominum cruci suspiceret, cuius sanguinem vindicem super se semper ac suos manere voluerunt. Ita vos igitur sanguine nostro peccantes obruitis: Non enim & si iudex percussit, non vestra nos potius calumnia ferierunt. Dicit enim Propheta David ex domini Christi persona, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius: Dirampanum vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat in caelis, iridebit eos, & dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praecipuum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pater a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Reges eos in virga ferrea, & taquam vas figuli eos comminues. Ipsosq; id est reges, ne quasi ignari vel nescij persequi cuperet Christianos, his praecipis admonuit ne perirent, quae illos praecipia quia nesciunt, vtinam nos doceremus: aut certe vos illis sine dubio ostenderetis si velletis vt viueret: vel certe quod tertium est, ipsos sibi met legere vestra malitia permisisset. primus Davidicus Psalmus illis omnino suaderet, vt Christiani viuerent & regnarent, quos quidem male decepistis, dum vobis sese committunt. Vos nanque illis quae mala sunt fingitis, & quae bona sunt occultatis. Hoc tandem legant vel ferius quod olim legere debuerunt. Quid enim dicit? Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & percat de via iusta: Cum exarserit quam cito ira ipsius super vos: beati omnes qui confidunt in eo. Imperatores, inquam, suasionibus premitis vt Pilatum, quem, vt diximus, Iudaei presserunt, licet ipse clamauerit lauans publice manus, Liber sum a sanguine huius iusti, tamen quomodo potuit a crimine mundus esse qui fecit? Sed vt vetera taceam, in vestris exemplis aduertite imperatores quam plures ac iudices vestros persecutionem nobis faciendo perisse, vt relinquam Neronem, qui primus est persecutus Christianos. Domitianum similiter

A Neronis maximam partem, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianum: perit etiam Maximianus, qui dum thura praedicarent, incensis codicibus dominicis primus Marcellinus Episcopus Romanorum qui fuit, sed & Carthaginiensis Mensurius, & Caecilianus ex ipsis sacrilegis flammis, vt fauilla vel cineres remanserunt. thuris enim conscientia omnes implicuit qui Mensurio consensistis. Perit Macarius, perit Ursacius, cuiusque comites vestri dei pariter vindicta perierunt. Ursacium namque Barbarica pugna prostratum, suis vnguibus alites, canumque auidi dentes morsibus disceperunt. Nonne idem vestro impulsu percussor est, qui vt rex Achab, quae diximus a muliere persuasum, iustum pauperem occidit? Ita vos quoque iustos & pauperes, circa opem dixerim mundanam, nam gratia dei in nobis non est pauper, non definitis iugulare. Non enim si cum manu non facitis, non lingua carnifice hominem iugulatis. Scriptum est enim, Mors & vita in manibus linguae. Omnes ergo qui occisi sunt, tu qui suator es occidisti. Neque enim manus carnificis nisi lingua tua feruefecit, & ille dirus pectoris calor in alienum sanguinem verbis tuis accenditur, sanguinem iustum sui vindicem diffusoris. A V G. respondit, Huic loco tam copiose a te exaggerato atque digesto, vbi de regibus seculi aduersus nos inuidiosae loquimini, si debite dignetis: respondeam, vereor ne me quoque criminis regum iracundiam in vos concitare voluisse: Quamquam cum more vestro vniuersaliter in omnes catholicos huius inuectionis impetu feraris, nec me utique praetermittis. Curabo tamen ostendere si potuerit te potius hoc fecisse talia dicendo, quam me talibus respondendo. Ac primum vide quemadmodum tibi tuipse aduerseris. Ecce istum locum sic exorsus es, Quid autem vobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit: His verbis prohibes utique nos ad reges seculi accedere. Et paulo post dicitis, Ipsosq; id est reges, ne quasi ignari vel nescij persequi cuperent Christianos, his praecipis admonuit ne perirent, quae illos praecipia quia nesciunt, vtinam nos doceremus: aut certe vos illis sine dubio ostenderetis si velletis vt viueret. Quomodo igitur nos regum vis esse doctores? Et nostri quidem si qua eis amicitia est cum regibus Christianis, si ea bene vtuntur, nihil peccant: si qui vero inde extoluntur, multo leuius quam vos peccant. Vobis enim qui sic nos arguitis, quid fuit cum rege pagano, & quod est grauius, apostata & Christiani nominis hoste Iuliano, a quo vobis basilicas quasi vestras reddi deprecantes, hoc in eius laude posuistis, quod apud eum sola iustitia locum haberet? Quibus verbis, credo enim, vos Latine intelligere, & idololatria Iuliani, & apostasia iustitia est appellata. Tenetur petitio, quam vestri maiores dederunt Constantio, quam impetrauerunt gesta vbi allegauerunt, Eugilate & attendite inimico Christi, apostate, aduersario Christianorum, seruo demoniorum: talibus verbis ille ille vester ille Pontius supplicauit. Ite nunc & nobis dicitis, quid vobis est cum regibus seculi, vt surdi surdis populis legatis, quod cum ipsis audire non vultis, Stipulam in oculo fratris tui vides, trahem in oculo tuo non vides. Quid inquit vobis est cum regibus seculi quos nunquam Christianitas nisi inuidios sensit? Hoc cum dixisset, enumerare conatus es, quos reges iusti senserint inimicos, nec considerasti quod plures enumerari possint quos habuerint amicos. Pater Abraham a rege diuinitus admonito ne attamaret eius vxorem, & amicissime habitus est, & munus

accepit. Isaac filius eius regem similiter amicissimum expertus est. Iacob in Aegyptum a rege honorabiliter exceptus, eum etiam benedixit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem, quo velut igne sicut aurum castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus: iurabat etiam per Pharaonis salutem, non tanquam typho elatus, sed benevolentiae non ingratus. Regis filia Moysen adoptauit. Dauid ad alienigenam regis Israel compulsus iniquitate confugit. Helias ante currum pessimi regis, non illius imperio, sed suo cucurrit obsequio. Heliasus hospita mulieri si quid sibi forte a rege per eius intercessionem praestari vellet, etiam vltro offerendum putauit. Sed ad ipsa iam tempora veniam, quando captiuus dei populus habebatur: vbi vt mitius loquar, mira tibi irrepsit obliuio. Volens enim probare quod reges nunquam Christianitas nisi inuidios sensit, commemorasti tres pueros & Danielem, quae passi sunt a persecutoribus regibus: nec rebus modo vicinis, sed plane ipsis admoneri potuisti, qualis ipse rex post innocentium flammarum miraculum, siue in deo laudando atque praedicando, siue in ipsis pueris honorandis extiterit, qualem rex habuerit Danielem, & non recusantem quibus muneribus exornauerit, cum ille honorem debitum reddens regiae potestati, quod satis in verbis eius apparet, donum dei quo praeditus erat indicando, interpretando eius somnium non subtraxit. Vnde cum ab inuidis sancto viro sacrilega vesania calumniatibus, inuitus cum rex in lacum leonum mittere cogeretur, quaquam tristis id fecerit: praesumpsit eum tamen per auxilium domini sui saluum futurum. Itaque cum ille refrenata diuinitus leonum rabie vixisset illaesus, sollicita & amica voce regis ipsius sibi praemissa, & ipse cum benedictione de lacu respondit, Rex in seculum viue. Cur istas regum cum sanctis amicitias, eum sermo tuus ibidem versaretur, cum istorum sanctorum exemplis, vel non vidisti vel videre noluit, vel quod nescio quemadmodum excuses, visa notaq; tacuisti: Quod si te sicut causae pessimae defensorem studium falsitatis astruere non impediret, & te nolentem vel nescientem a luce veritatis auerteret, profecto reges quosdam bonos, quosdam autem malos, & alios sanctorum amicos, alios inimicos, siue vlla difficultate recoleret. Et miramur quod se Circucliones vestri sic praecipiant. Quis post te currebat obsecro: te quis Macarius, quis miles insequabatur? Nepe in abruptum falsitatis huius nullas nostrum te impulit. Cur ergo clausis oculis sic isti praecipis, vt cum dixisset, quid autem vobis est cum regibus seculi: non adiungeres, quos saepe Christianitas inuidios sensit: sed non dubitares dicere, quos nunquam Christianitas nisi inuidios sensit: itane vero nec ipse cogitasti, nec eos qui scripta tua legeret, cogitatos putasti tot regum exempla tibi reclamantia, Nescit quid loquatur. An quia illi quos commemorauit, veterum temporum fuerunt, ideo tibi eos nihil aduersari arbitraris, quia non dixisti, quos nunquam iustitia nisi inuidios sensit: sed dixisti, quos nunquam Christianitas nisi inuidios sensit: ex illo fortassis tempore volens eos intelligi iustis inuidere, ex quo Christiani appellari coeperunt. Quid ergo tibi volunt exempla veterum temporum, quibus quod imprudenter dixisti, imprudenter docere voluisti? Numquid enim Machabei vel tres pueri vel Daniel, non antequam Christus in terra nasceretur, vel egerunt illa vel pertulerunt? Deinde cur, vt paulo ante commemorauit, Iuliano Christianitatis inuido supplicasti? cur ab eo basilicas petisti? cur apud eum solam

G iustitiam locum habere dixistis? Si Christianitatis inuidus hæc audit, quid sunt à quibus hæc audit? At vero Constantinus nequaquam Christiani nominis inuidus, sed plane Christiano nomine gloriosus, memor spei quam gerebat in Christo, pro eius vnitatem iustissime iudicis, acceptari à vobis nec ad se appellatibus meruit, ambo iam Christianis temporibus, sed non fuerunt ambo Christiani. Quod si ambo Christianitatis inuidi, cur ad vnum eorum sic appellastis, alteri eorum sic supplicastis? Si autem quod verum est petentibus tum maioribus vestris episcopale iudicium dederat Constantinus, & apud Romam & apud Arelatum, quorum primum apud cum accusastis, ab altero ad eum appellastis? Si ergo quod verum est, vnus eorum in Christum crediderat, alter à Christo apostatauerat, cur Christianus consulens vnitati contemnitur, & apostata fauens diuisioni laudatur? Constantinus vobis basilicas iussit auferri, Iulianus restitui. Quid horum Christiane paci conueniat vultis nosse? Illud fecit qui crediderat in Christum, hoc fecit qui diuiserat Christum. O quam velles dicere, male factum est vt Iuliano ita supplicaretur, sed hoc quid

H ad nos pertinet? Quod si diceret, & in his quidem verbis tuis catholica vinceret fides, ad cuius sanctos toto orbe diffusos multo minus pertinet quicquid dicitis de quibus vultis sicut vultis. Sed non potest dicere male factum vt Iuliano ita supplicaretur. oppilat fauces, premit linguam domestica autoritas, Pontius fecit, Pontius supplicauit. Pontius apostatam iustissimum dixit, Pontius apud apostatam solam iustitiam locum habere prædicauit. His verbis sibi Pontium supplicasse in eodem rescripto suo nominatim sine ambage ipse Iulianus expressit. Extant allegationes vestrae, non hæc incerta fama, sed publica monimeta testantur. An forte quia contra vnitatem Christi, petitioni vestrae aliquid concessit apostata, verum putas esse quod dictum est, apud eum solum locum habere iustitiam? Quia vero imperatores Christiani quod valere arbitrantur ad Christi vnitatem, contra vestram statuant voluntatem, Christianitatis inuidi appellantur? Sic desipiant hæretici omnes, & respiciant vt non sint hæretici. Et vbi, inquit, impletum est quod dominus ait, Veniet tempus vt qui vos occiderit, putet se deo officium facere? Neque enim hoc de Paganis dici potuit, qui non propter deum, sed propter idola Christianos persequerentur. Non videris si hoc de his imperatoribus dictum esset qui gaudent de nomine Christiano, hoc eos utique præcipue esse iusturos vt occiderentur: quod nunquam omnino iusserunt. Sed vestri hostili more legibus repugnando, poenas debitas luunt, & voluntarias mortes suas dum nobis inuidiosas putant, sibi perniciosas non putant. Quod si de regibus nomine Christi honorantibus illud à domino dictum esse arbitrantur, quarant quid catholica in Oriente perpessa sit, quando Valens imperabat Arrianus. Ecce habere quod intelligerem impletum esse quod dominus ait, Veniet tempus vt qui vos occiderit, putet se officium deo facere: ne sibi ad famam gloriam assumerent hæretici, si quid aduersus eorum errorem imperatores catholici præcepissent. Verum tamen tempus illud post ascensionem domini completum esse reminiscimur. sancta scriptura huius rei testis omnibus nota est, Iudæi putabant se officium deo facere, cum Apostolos occidebant. Inter hos qui officium deo arbitrabantur se exhibere, etiam Saulus noster, nondum noster, fuit: ita vt hoc inter laudes suas præteritas & obliuiscendas enumeret. Hebraeus, inquit, ex

Ioan. 16.

Philip. 3.

lacionem persequens Ecclesiam. Ecce qui putabat officium se deo facere, cum faciebat quod mox ipse perperus est: Nam quadraginta Iudæi contirauerat vt interficerent eum, quando fecit hoc tribuno innotescere, vt eorum insidias armato milite septus euaderet, sed nondum erat qui ei diceret, Quid tibi est, non cum regibus, sed cum tribunis armisque regalibus? Non erat qui ei diceret, Audes per milites quærere tuitionem, cum dominus tuus per eos ductus sit ad passionem? Nondum erant ista deliramenta, sed contra hæc futura iam tunc illa parabantur exempla. Quinetiam terribiliter proponere ausus es & dicere, Sed vt cætera taceam, in vestris exemplis aduertite Imperatores quamplures ac iudices vestros persecutionem nobis faciendo perisse. Hoc in epistola tua cum legissem, intentissime expectabam quid diciturus & quos enumeraturus esses, cum ecce mihi quasi relinquendo cœpisti commemorare Neronem, Domitianum, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianum, Maximianum. Fateor plures esse, sed tu prorsus contra quos loquaris oblitus es. Nonne isti omnes Pagani erant, & vniuersaliter Christianum nomen pro suis idolis persecuti sunt? Euigila ergo, nam isti communionis nostræ non fuerunt, vnitatem ipsam vel vnde nos sicut vos putatis, vel vnde vos sicut Christus docet existitis totam persequerentur. Tu autem proposueras ostendere nostros imperatores ac iudices persecutionem vobis faciendo perisse, ac nos tu exigis vt istos computemus, quia relinquens eos commemorasti dicens, Vt relinquam Neronem: & sub ista relictione per ceteros cucurristi. Quid opus fuit ergo vt commemorarentur ad rem non pertinentes? Sed quid ad me? Iam istos tecum relinquo: nunc saltem procedant illi quos promissisti quamplures. Nisi forte propterea non inueniuntur, quia eos perisse dixisti. Sequeris enim iam, & Episcopos nominas, quos de traditione codicum soletis arguere. De quibus & nos solemus responderè, aut non probatis, & ad neminem pertinet: aut probatis, & ad nos non pertinet. Suam enim sarcinam portauerunt, vel bonam vel malam. Et bonam quidem credimus, sed qualemlibet, tamen suam: sicut vestri mali, nec ipsi vestram, nec vos ipsorum, sed vestrum omnium communis pessima sarcina schisma est. Hoc sæpe iam diximus. Exhibetur non Episcoporum nomina, sed imperatorum ac iudicum nostrorum, qui vos persequendo perierunt. Hoc enim proposueras, hoc promiseras, ad hoc nos intentissimos feceras. Audi, inquit, perit Macarius, perit Vrsacius, cumque comites vestri, dei pariter vindicta perierunt. Duos solos commemorasti, quorum neuter imperator fuit. Cui hoc placeat quæso te tibi ipsi nonne displices? Promittis quamplures imperatores ac iudices nostros te commemoraturum, qui vos persequendo perierunt, & tacitis imperatoribus nominas duos vel iudices vel comites. Illud enim quod adiungis, Cunctique comites vestri, dei pariter vindicta perierunt: ad rem non pertinet. Hoc quippe modo iam dudum locum istum finire potuisti, vt omnino neminem nominares. Cur ergo imperatores nostros, id est, nostræ communionis non commemorasti? An timuisti ne reus maiestatis accusareris? Vbi est Circumcellionica fortitudo? Deinde quid ais de illis quos tot superius nominasti, qui rectius tibi possunt dicere, Quid nos quarebas? Causam enim tuam nihil adiuuerunt, & tamen nominati sunt. Deinde qualis es qui eos quos perisse commemoras nominare formidas? Saltem ipsos iudices vel comites quos videris non timuisse, plures nominares. Remanisti autem

A autem ad Macarium & Vrsacium. Itane quam plures illi, duo isti sunt? An quod pueri didicimus sapis? Si enim quæras ex me, duo quos numerus sit, singularis an pluralis: quid esse respondeam nisi pluralem: sed adhuc etiam non desit quod dicam, è duobus video Macarium. Neque enim dixisti, quomodo perierit. An forte quisquis vos persequitur, nisi in hac terra fuerit immortalis, quando mortuus fuerit, propter vos mortuus existit? Quid si non in tam longo imperio Constantinus, & tam longa felicitate vixisset, qui primus aduersus vestrum errorem multa constituit: & quid si non Iulianus tam cito abreptus esset è vita, qui vobis basilicas dedit, quando ista garriedi finem faceretis, cum & modo tacere nolitis? Nec tamè dicimus nos ideo citò mortuum Iulianum, quia vobis basilicas dedit. Possumus enim esse in his pariter copiosi, sed nolumus esse pariter vani. Proinde vt dicere cœperam, ex illis duobus cerno Macarium. Cum enim duos proposuisses, ipsum & Vrsacium, repetisti nomen Vrsacij, vt nobis ostenderes quam mortem meruerit, & dixisti, Vrsacium nanque barbarica pugna prostratum, sæuis vnguibus alites canumque auidi dentes moribus discerperunt. Vnde satis apparet cum de Macario maiorem inuidiam facere soleatis, ita vt nos Macarianos, non Vrsacianos appelletis, multo maxime te de illo fuisse dicturum, si de morte eius aliquid tale dicere potuisses. Ex his itaque duobus vbi pluralem numerum posuisti seiuncto Macario, remanet Vrsacius nomen proprium numeri singularis. Vbi est igitur quam plurimum illorum tam minax & tremenda promissio? Iam illud quam ridiculum sit, qui quoquo modo loqui nouerunt, quantum opinor intelligunt, quod cum dixisses, Perit Macarius, perit Vrsacius, cunctique comites vestri, dei pariter vindicta perierunt: tanquam exigetibus vt probares, quia reuera nihil aliud vel auditor vel lector exigeret, statim conexuisti magnum documentum, quo probares cunctos comites nostros dei vindicta pariter corruisse. Vrsacium nanque barbarica, inquit, pugna prostratum, sæuis vnguibus alites, canumque auidi dentes moribus discerperunt. Hoc modo potest alius similiter nesciens quid loquatur dicere, omnes Episcopos vestros dei vindicta in carcere defecisse. Et cum ab eo fuerit flagitatum, vnde hoc probet, adiuget statim, Optatus nanque de satellitio Gildonis accusatus, tali genere mortis extinctus est. Has nugas audire & discutere & refellere cogimur: tantum timemus infirmis ne tardior intelledu in vestros laqueos celeriter currant. Istum autem Vrsacium si forte bene vixit, & vere ita mortuus est, consolabitur promissio dei dicentis, Sanguinem animarum vestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum. Quod autem nobis calumniamini, dicentes, à nobis in vos ad iracundiam reges seculi cõitari, dum eos non docemus diuinam scripturam, sed potius malignitatem nostram suggerimus: non puto vos vsque adeo surdos esse aduersus ipsa sanctorum codicum eloquia vt non potius timeatis ne nouerint ea, sed velitis nolit, intrant Ecclesiam, & si nos taceamus, lectoribus admouet aures: atque vt de cætera taceam, istum ipsum plerumque Psalmum quem tu commemorasti, intentissime accipiunt. Dixisti enim quod eos non doceamus, nec eos volentes sinamus vt nouerint quod scriptum est, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus &c. Credite & ista cantari, & illos audire: sed

Cen. 9.

Phil. 4.

Tomus septimus.

vtique audiunt & illud superius in eodem Psalmo, quod Dominus, nisi fallor, propterea præterire voluisti, ne timuisse intelligeris. Audiunt ergo & illud, Dominus dixit ad me, & filius meus es tu, ego hodie genui te: Pete à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quo audito vtique mirantur esse aliquos, qui huic hereditati Christi contradicunt, & eam ad exiguam partem terræ redigere conantur, miranturque fortasse quærunt propter id quod in sequentibus audiunt, Seruite domino in timore: in quo illi seruire possint in quantum reges sunt. Omnes enim homines seruire deo debent, aliter communi conditione qua homines sunt: aliter diuersis donis, quod ille aliud agit in rebus humanis, ille aliud. Non enim auferenda idola de terra, quod tanto antè futurum prædictum est, posset quisquam iubere priuatus. Habent ergo reges excepta generis humani societate, eo ipso quo reges sunt, vnde sic domino seruiant, quomodo non possunt qui reges non sunt. Ista ergo cum cogitat, audiunt & illud quod de tribus pueris ipse commemorasti, & audiunt solennitate mirabili. Tunc enim eadem scriptura maxime in Ecclesia cantatur, quando ipsa festiuitas feruentiores facit etiam eos qui cætero anno pigriores sunt. Quid ergo putatis animi habere Christianos imperatores, cum audiunt tres pueros missos in caminum ignis ardentis, quia regi ad iniquitatem adorandi simulachra consentire noluerunt: nisi vt cogitent piam libertatem sanctorum nec regia potestate, nec poenæ immanitate posse superari, gaudeantque se non esse ex numero talium regum, qui contemptores idolorum quasi sacrilegos puniebant: Porro autem cum in sequentibus audiunt eundem regem, non solum puerorum, sed & flammarum deo seruientium tanto miraculo territum, etiam ipsum cœpisse deo seruire in timore, & exultare cum tremore, & apprehendere disciplinam: nonne intelligunt ideo ista esse conscripta, & tanta celebritate recitari, vt & seruis dei ne ad sacrilegium regibus cedat, & ipsis regibus vt ad religionem deo credant, proponantur exempla? Volentes ergo & isti ex ipsius admonitione Psalmi, quem tu quoque inseruisti scripturis tuis, intelligere & erudiri, & seruire domino in timore, & exultare cum tremore, & apprehendere disciplinam, quam intente audiunt quid ille rex postea dixerit! Dixit enim propositurum se decretum omnibus populis quibus imperabat, vt quicumque dixissent blasphemiam in deum Sidrac & Abdenago, interirent, & domus eorum dispergerentur. Et si hoc eum decreuisse cognoscunt, ne blasphemaretur deus temperator ignium, & liberator trium puerorum, profecto cogitat quid decernere debeant in regno suo, ne in suis fidelibus idem ipse deus exisset remissor peccatorum, & liberator iam totius orbis terrarum. Vide itaque cum aduersus vos aliquid pro vnitatem catholica reges Christiani constituunt, ne forte in labiis vestris tanquam scripturarum diuinarum imperitos eos arguatis, in corde autem vestro satis doctos esse doceatis. Quis enim ferat istam vestram sacrilegam odiosamque fallaciam in ipso vno Daniele regem accusare, quia in lacum leonum missus est: & regem non laudare, quia sublimiter honoratus est, cum etiam quando missus est, magis eum saluum futurum, quam moriturum ipse rex crederet, & de illo sollicitus non cerneret? Deinde audetis dicere Christianis, quid vobis est cum regibus seculi, quia Daniel à rege persecutionem passus est: & non respicere ipsum Danielem somnia regibus fideliter in-

Daniel. 3.

Daniel. 6.

Daniel. 2.

G terpretantem; dominum regem appellan-
tem, munera & honores accipientem? Item que in eisdem tribus pueris, quod recusantes adorare statuas in flammis missi sunt, inuidie flammis de regibus excitare: quod autem a rege sic predicati & sic honorati sunt tacere & abscondere? Ecce rex fuerat persecutor, cum obiecit leonibus Danieli: quid cum eo saluo recepto gaudens & gratulans inimicos eius dilaniandos & consumendos eisdem leonibus misit, fuit persecutor, an non fuit? Volo respondeas. Si enim fuit, cur ei Daniel ipse non restitit, cum praesertim tanta familiaritate facillime potuisset: & nobis dicitis ut reges ab hominum persecutione reuocemus? Si autem propterea persecutor non fuit, quia scelus in sanctum virum commissum iustissime vindicauit, quomodo vindicandum est a regibus, quod Christi sacramenta exuffantur, si Prophetarum membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt? Item concedo & manifestum est persecutorem fuisse regem, cum tres pueros quod simulachrum adorare noluerunt, misit in flammam: sed quero vtrum fuerit persecutor, cum illud decretum proposuit ut interiret, & domus eorum vastarentur, qui blasphemarent vnum deum verum? Si enim persecutor fuit, cur ad verba persecutoris respondetis, amen? Si autem non fuit, cur eos persecutores dicitis qui vos a blasphemia furore deterrent? Si enim cogunt vos supplicare idolo, illi sunt similes pio regi, vos tribus pueris. Si autem prohibent repugnare Christo, vos estis impij, si hoc facitis. Quid sint autem illi si terribiliter hoc vetant, ego non dico: tu inueni aliud quod dicas, si pios imperatores non vis dicere, si haec exempla de Daniele & tribus pueris ego commemorassem, fortasse resisteres, & in hac nostra tempora ex illis temporibus sumi non debuisset clamares. Deo gratias, quia ea ipse posuisti ad id quidem quod volebas, sed vides ea potius valuisse ad id quod nolebas. An non est ista vestra fallacia, sed error humanus est? Vtinam ita sit: emenda ergo, ne timeas, non inde eris minor: imo vero maioris ingenij est animositatis flammam confitendo extinguere, quam fallitatis nebulas intelligendo vitare. Petilianus dixit, Vbi lex dei, vbi Christianitas vestra est, si caedes & mortes facitis ac iuberis? A V G. respondit, Ad hoc vide quid dicant cohæredes Christi per totum orbem terrarum, Caedes & mortes nec facimus nec iubemus, & ista facientibus multo sceleratius fauimus, qui haec in hominum mentibus contra vitam aeternam committitis. Petilianus dixit, Si amicos nos vultis, quare inuitos attrahitis. Si autem inimicos fingitis, cur occiditis inimicos? A V G. respondit, Nec inuitos attrahimus, nec occidimus inimicos, sed quaecumque vobiscum agimus, quanquam vobis agamus inuitis, ex charitate tamen agimus, ut volentes vos corrigatis, correctique viuatis. nam nemo viuuit inuitus: & tamen puer ut hoc volens discat, inuitus vapulat, & hoc plerumque ab homine charissimo. Et haec quidem vobis reges dicerent si ferirent. Aliter enim eorum potestas diuinitus ordinata est: sed cum & isti non feriant, vos clamatis. Petilianus dixit, Quare autem ratio est, quare inconstantia vanitatis, quod cum nos falso vocabulo dicatis haereticos, communionem nostram magnopere cupiatis? A V G. respondit, Si haereticorum communionem magnopere cuperemus, corrigi vos ab haeretico errore nollemus: cum autem hoc vobiscum agamus ne sitis haeretici, quomodo haereticorum communionem magnopere cupimus? Dissensio quippe vos & diuisio

facit haereticos: pax vero & vnitas facit catholicos. R. Cui ergo inde huc venitis, desinitis esse quod odimus, & incipitis esse quod amamus. Petilianus dixit, Eli. Ca. XLVII. gite tandem de duobus alterum, quid dicatis: Si innocentia vobis est, cur nos ferro sectamini? aut si reos nos dicitis, quid nos queritis innocentes? A V G. respondit, O acutissimam complexionem, an potius ineptissimam loquacitatem. Nonne ibi proponi solet ut eligatur alterum de duobus quid respondeatur, vbi vtrunque non potest eligi? Nam si mihi proponeres ut eligerem alterum de duobus, quid dicerem, vtrum innocentes an nocentes sumus, vel rursus ex aliis duobus, siue ex istis, non possem nisi vnum eligere quod dicerem: Nunc proponis haec duo, vtrum nos innocentes sumus, an vos rei sitis, & vis ut vnum ex his duobus eligam ut respondeam. At ego nolo vnum dicere, quia vtrunque dico, & nos innocentes, & vos reos. Nos esse innocentes dicimus a falsis & calumniosis criminacionibus vestris, quicunque in catholica possumus salua conscientia dicere, nec sanctos codices nos tradidisse, nec idolorum supplicationibus consensisse, nec quencumque occidisse, vel si quid aliud mali soletis obicere, nec eos qui forte, quod quidem nec de ipsis probastis, ista fecerunt, contra nos regnum caelorum, sed contra seipsos clausisse: quia vnusquisque nostrum farcinam suam portat. Ecce habes vnum. Et vos omnes nocentes & sceleratos esse, non alios aliorum criminibus que apud vos a quibusdam committuntur, & a quibusdam reprehenduntur, sed crimine schismatis, a quo immanissimo sacrilegio nemo vestrum se potest dicere immunem, quando non communicat vnitati omnium gentium, nisi cogatur dicere de Ecclesia, qua per omnes gentes diffunditur, incipiens ab Hierusalem, Christum fuisse mentitum. Ecce habes alterum. Ecce reddidi tibi duo, quorum tu volebas vt vnum dicerem tibi. Vtque attendere debuisti vtrunque a nobis posse dici, saltem si hoc volebas rogare nos, vt vnum diceremus, cum videres quia vtrunque possemus. Sed si innocentia vobis est, inquis, cur nos ferro sectamini? Aut si reos nos, inquis, dicitis, quid nos queritis innocentes? Respicite paululum cateruas vestras, quae non antiquo more parentum suorum solis fustibus armantur, sed & secures & lanceas & gladios addiderunt: & agnoscite quorum potius vox esse debeat, quid nos ferro sectamini, aut si reos nos, inquis, dicitis, quid nos queritis innocentes? Hic breuiter respondeo, Ideo quarimini rei ab innocentibus, vt desinatis esse rei, & incipiat esse innocentes. Ecce vtrunque elegi nostrum, & ad vestrum vtrunque respondi: modo tu elige vnum de duobus, Innocentes estis, an nocentes? Neque potes vtrunque dicere, sed dic vtrunque si hoc placet. Certe enim non potestis in eadem causa esse innocentes in qua estis nocentes. Si ergo innocentes estis, nolite mirari quod ad pacem querimini a fratribus: si autem nocentes, nolite mirari quod ad poenam querimini a regibus. Sed quia horum duorum alterum vobis vsurpatis, alterum a nobis auditis: vsurpatis enim vobis innocentiam, a nobis autem auditis quod impie viuatis, accipite iterum de vtroque quid dicam, Si innocentes estis, quare Christi testimonio contradicitis? Si autem nocentes, quare ad eius misericordiam non confugitis? Nam & testimonium eius est de orbis vnitate, & eius misericordia in fraterna charitate. Petilianus dixit, Postremo vt saepe iam diximus, qualis est vestra praesumptio vt de regibus praesumatis, dicente David, Bonum est sperare

A sperare in domino, quam sperare in homine: Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus? A V G. respondit, Nos non speramus in homine, sed quantum possumus homines admonemus vt in domino sperent: nec speramus in principibus, sed quantum possumus principes admonemus vt in domino sperent: & si aliquid a principibus pro vtilitate Ecclesiae petimus, non in eis tamen speramus. Neque enim & Apostolus in illo tribuno sperauit tanquam in principe, a quo sibi egit vt deductores darentur armati: aut in ipsis armatis tanquam in hominibus, quorum multitudinem septus euasit insidias perditorum. Sed nec vos ipsos, quod ab Imperatore basilicæ vobis vt redderentur petistis, arguimus, tanquam de Christi testimonio desperaueritis: sed arguimus, quod de Christi testimonio desperaueritis, a cuius vnitate ipsas basilicas separastis: eas enim iubete inimico Christi accepistis, in quibus iussa Christi contemneretis, dum validum & verum vobis videtur quod Iulianum constituit, dicens, Hoc quoque supplicanti Rogatiano, Pontio, Casiano, & ceteris Episcopis, sed & clericis, accedit ad cumulum, vt aboleretur quæ aduersus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. inuoluntatem autem & falsum quod Christus constituit, dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudaeam & Samariam, & vsque in totam terram. Obsecramus vos, corrigimini, redite ad hanc euidentissimam totius orbis vnitatem, vt non verbis apostatae Iuliani, sed verbis saluatoris Christi in antiquum statum cuncta reuocentur. Miseremini animæ vestrae, non iam Constantinum & Iulianum comparamus, vt quam sint impares demonstramus: non dicimus, si vos non sperastis in homine & in principe, cum homini imperatori Pagano & apostatae dixistis, quod apud eum sola iustitia locum haberet, quibus precibus & rescripto, sicut ibi scriptum est, sicut allegationis gesta testantur, pars Donati vniversaliter vsa est: multo minus nos criminari a vobis debemus, tanquam speremus in homine & in principe, si quid a Constantino vel a ceteris Christianis imperatoribus nulla sacrilega adulatione petiuimus, aut si quid ipsi non petentibus nobis, memores rationis qua domino reddiduri sunt, sub cuius verbis tremunt cum audiunt quæ ipse commemorasti, Et nunc reges intelligite, &c. & alia multa, vltro pro Ecclesia catholica vnitate constitunt. Sed taceo de Constantino, Christum & Iulianum vobis opponimus: parum dico, deum & hominem, filium dei & filium gehennae, Saluatorem animarum nostrarum, & interfectorem animæ suæ. Cur in basilicis possidendis Iuliani rescriptum tenetis, & in Ecclesiae pace amplectenda Christi Euangelium non tenetis? Clamamus & nos, quæ perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. Antiquius est Euangelium Christi quam rescriptum Iuliani. Antiquior est vnitas Christi, quam pars Donati. Antiquiores sunt Ecclesiae preces ad dominum pro vnitate Christi, quam Rogatiani & Pontij & Casiani ad Iulianum pro parte Donati. An perperam geritur cum reges prohibent diuisionem, & non perperam geritur cum Episcopi diuidunt vnitatem? Perperam geritur cum ad defendendam Ecclesiam Christi testimonio reges seruiunt, & non perperam geritur cum ad negandam Ecclesiam Christi testimonio Episcopi contradicunt? Obsecramus ergo vt non contra Euangelium, sed secundum Euangelium etiam verba ipsius Iuliani cui sic supplicastis audiantur, & ea quæ Tomus septimus.

perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. Petilianus dixit, Vos vos miseros appello, qui persecutionum metu perterriti, dum vestras diuitias non animas queritis, non tam fidem perfidam traditorum diligitis, quam contra ipsorum malitiam, quorum vobis patrocinia comparastis: non aliter quam vt naufragi in fluctibus fluctus subeunt ruituros, sic in magno vite periculo appetunt quod timeatur: velut tyrannicus furor vt neminem metuat, vult cum suo periculo vel timeri: sic sic ad arcem malitiae confugitis, innocentium damna vel poenas sine vestra formidine spectaturi. Si hoc est vitare periculum, fugere sub ruinam: nec non etiam damnabilis fides est, fidem latroni seruare. Postremo dementis lucri commercium est, vestras animas perdere ne diuitias amittatis. Dicit enim dominus Christus, Si omnem mundum lucrificas, & animam tuam perdas, quam dabis commutationem pro anima tua? A V G. respondit, Vtilis esset ista exhortatio, fateor, si ea quisquam in bona causa vteretur. Omnino bene deterruisti homines diuitias praeparare animæ suæ. Sed vos qui haec audistis, & nos paululum audite: hoc enim & nos dicimus. Sed attendite quemadmodum si vobis minantur reges aufferre diuitias, quia Iudaei secundum carnem non estis, aut quia idola vel daemona non colitis, aut quia in nullas haereses transferimini: sed in vnitate catholica permanetis, eligite potius perire diuitias vestras, ne ipsi pereatis, sed nec aliud quicquam, nec ipsam temporalem vitam salutem aeternam qua in Christo est praefertis. Si autem reges vobis propterea, damna vel damnationem minantur, quia estis haeretici, terrent vos illi non crudeliter sed misericorditer: vos autem non fortiter sed pertinaciter non timetis. Audite ergo Petrum dicentem, Quæ autem gloria est si peccantes poenas patimini, vt neque hic habeatis terrena solatia, nec in futuro seculo vitam aeternam, sed & hic angustias infelicium, & ibi gehennas haereticorum? Vides ergo tu frater, cum quo mihi nunc res est, prius te debere ostendere vtrum teneas veritatem, & tunc exhortari homines, vt pro ea tenenda parati sint carere omnibus quæ temporaliter tenent: cum hoc non ostendas, quia non potes, non quia ingenium deest, sed quia mala causa est, cur festinas exhortationibus tuis facere homines & mendaces & imperitos & egentes & errantes & pannosos & contentiosos & famelicos & haereticos, & in hoc seculo bona temporalia perdentes, & in Christi iudicio mala aeterna inuenientes? Cautus autem filius, qui timendo flagellum patris recedit a cubili serpenti, nec vapulat nec perit. Qui autem dolores disciplinae pro sua perniciose voluntate contemnit, & vapulat & perit. Iam non intelligis vir diserte, quoniam qui pro pace Christi omnibus terrenis caruerit, deum habet: qui autem pro parte Donati vel paucos nummos perdiderit, cur non habet? Petilianus dixit, Nos autem pauperes spiritu, non diuitias amamus, sed diuitias formidamus. Nos nihil habetis & omnia possidentes, censum animam credimus, nostris que poenis & sanguine aeternas diuitias caeli mercamur, sicut idem dominus dicit, Qui perdiderit substantiam suam, centruplum recipiet eam. A V G. respondit, Et hoc ad rem pertinet commonere quemadmodum scriptum est. Nam vbi nihil impedit intentionem meam, si quid in scripturis fallis aut falleris, nihil curo. Non ergo ira scriptum est, Qui perdiderit substantiam suam: sed, qui perdiderit animam suam propter me. De substan-

Daniel. 3.

Daniel. 6.

Ca. XCIII.

Ca. XCIII.

† alias, ad hoc.

Ca. XCVI.

Capit. XCIII.

Matth. 16.

Petri 2.

F

Ca. XCIX.

Matth. 5.

2. Corin. 6.

Matth. 19.

Gtia vero non scriptum est, Qui perdidit: sed, qui dimiserit: nec solum substantiam pecuniae: sed & multa alia. Tu autem interim non perdidisti substantiam tuam: vtrumvero dimiseris quod sic de paupertate gloriaris, nescio si forte scit hoc collega meus Fortunatus, quia in eadem ciuitate estis: nunquam mihi indicauit, quia nunquam quaesieram. Verum tamen etiam si hoc fecisti, tu ipse contra te in hac ipsa tua epistola commemorasti apostolicum testimonium, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Si enim haberetis charitatem, non obiceretis ignaro & incognito vobis orbi terrarum nec ipsa saltem probata crimina fratrum. Si haberetis charitatem, non in vestris calumniis fingeretis, sed in verbis domini manifestissime expressam vsq; in totam terram cognosceretis vnitatem. Si autem hoc non fecisti, quid gloriaris quasi feceris? Itane vero diuitias formidatis, vt nihil habentes omnia possideatis? Dic ista collegae tuo Crispino, qui modo iuxta Hipponem nostram comparauit fundum, vbi mergeret homines in profundum. Vnde hoc & ego nimis moui, tu forte nescis, & ideo securus clamas, Diuitias formidamus. Vnde miror quod ista vox tua ad nos perueniret, ipsum transiit. Inter Constantinam quippe vbi tu es, & Hipponem vbi ego sum, Chalama vbi ille est, vicinior quidem nobis, sed tamen interposita est. Miror ergo quomodo ille non prior excepit hanc vocem, & repercussit ne transiret ad nos, & aduersus te diuitiarum laudes multo copiosius recitauit. Non solum enim non formidat ille diuitias, sed & amat, & certe de cetero priusquam edas, recita illi talia, si non emendauerit, respondemus. tu autem si verum est quod pauper sis, ibi habes fratrem meum Fortunatum, facilius inde placere poteris illi collegae meo quam huic tuo. Petilianus dixit, Nos timore dei quo viuimus, poenas & mortes quas gladio facitis, non timemus, sed id solum denique fugimus, quod comunione nequissima animas iugulatis, domino ipso dicente, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam enim occidere non possunt, sed timete potius eum qui habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam ignis. A V G. respondit, Quod dicitis vos facitis, non gladio visibili, sed illo de quo dictum est, Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Hoc enim gladio criminatore & calumniatore orbis incogniti imperitorum animas trucidatis. Si autem comunione nequissimam accusas, ecce ore non meo sed tuo ascendas, descendas, intres, verberis, tergiverberis, talis es qualis Optatus. Si autem redis ad cor, & inuenies te non esse talem, non quia tecum sacramenta non communicauit, sed quia tibi displicuit: absolues orbem terrarum criminibus alienis, & inuenies vos implicatos crimine schismatis. Petilianus dixit, Vos ergo qui falsissimo baptismo vultis lauare quod nasci, non solum vestra delicta non ponitis, verum animas vestras reorum criminibus oneratis. Vt enim aqua nocentium a sancto spiritu vacuata est, ita plane referta est criminibus traditorum. Quicumque igitur miser ab huiusmodi baptizaris, si medacio carere volueris, perfunderis falsitate. Si delicta carnis volebas excludere, reorum accedente conscientia percipies & reatum. Si auaritia flammam volebas extinguere, perfunderis fraude, perfunderis scelere, perfunderis & furore. Postremo si credis quia accipientis & dantis est fides, ab eo qui interficit hominem, sanguine perfunderis fratris. Ita agitur, vt qui ad baptismum innocens veneras, a baptismo redeas

parricida. A V G. respondit, Vellem cum eis sermocinari, qui verbis istis lectis vel auditis acclamauerunt. Tales enim non habent aures in corde, sed cor in auribus. Legant tamen iterum & iterum, & cogitent, & sentiant ea non quid sonent, sed quid sapiant. Primo vt hoc vltimum excutiam, Ita ergo fit, inquis, vt qui ad baptismum innocens veneras, a baptismo redeas parricida. Respondit prius, quis ad baptismum innocens venerat excepto illo qui non ideo venit baptizari, vt eius ablueretur iniquitas, sed vt nobis humilitatis praeretur auctoritas? Quid enim dimittitur innocenti? Aut vero ita es eloquens vt ostendas nobis quandam innocentiam peccatricem. Nonne audis dicentem scripturam, Nemo mundus a peccato in conspectu tuo, nec infans cuius est diei vnius vitae super terram? Nam vnde ad remissionem peccatorum & cum infantibus curritur? Nonne audis aliam, Ego in iniquitate conceptus sum? Deinde si propterea redit parricida qui sine parricidio venerat, quia eum parricida baptizauit, quotquot ab Optato baptizati redierunt, Optati facti sunt. Itane nunc & nobis obicit, quod in vos regum iracundiam concitemus. Non metuitis ne a vobis tot Gildonis satellites inquirantur, quot homines ab Optato baptizari potuerunt? Videtis ne tandem quemadmodum ista tua non sententia sed vesica, non solum inani sono, sed etiam in capite vestro crepauerit? Iam caetera superiora quae nunc refellenda proposuimus, talia sunt vt omnino talis quisque baptizatus redire dicatur, qualis fuerit a quo baptizatur. Sed absit vt quod delirans ista dicitis, tam delirum a te redeant quos baptizatis: & quod bene tibi sonuit quod dixisti, Perfunderis fraude, perfunderis scelere, perfunderis & furore. Tu vero nisi furore non perfusus, sed repletus es, ista non effunderes. Itane, vt alia taceam, quicumque non auari ad auaros collegas tuos vel presbyteros vestros baptizandi veniunt, auari redeunt: & quicumque sobrii ad illas vini voragines currunt vt baptizentur, ebrios reuertuntur? Ista sentientes & ista suadentes, auditis etiam tanquam aduersus nos commemorare, quod paulo ante posuisti superius, Bonum est sperare in domino quam sperare in homine, Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus. Quid aliud docetis quod solum non in domino sed in homine sperare, quando talem fieri dicitis baptizatum, qualis fuerit baptizator? Et quia istum vobis baptizandi assumitis principatum, credant vobis homines: & qui erant in domino speraturi, sperent in principibus. Immo vero non audiant vos, sed illa potius testimonia quae posuisti contra nos, & aliquid etiam terribilius, quia non solum bonum est sperare in domino quod sperare in homine, sed etiam maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Petilianus dixit, Imitamini saltem Prophetas, qui suas animas sacras falso baptismo decipi timuerunt. Dixit namque Hieremias, apud impios homines aqua esse medacem. Aqua, inquit, mendax non habet fidem. A V G. respondit, Qui scripturarum ignarus haec audit, nec te credit aut sic errantem vt nescias quid loquaris, aut sic fallentem vt quae sefellis nesciat quid loquatur, putat Hieremiam Prophetam cum baptizari vellet praecauisse ne ab hominibus impiis baptizaretur, & sic ista dixisse. Quod enim pertinet quod antequam hoc testimonium poneret dixisti, Imitamini saltem Prophetas, qui suas animas sacras falso baptismo decipi timuerunt: quasi Hieremias temporibus quicumque sacramento baptismi ablueretur, nisi quod se ipsos illis lauacris quae dominus redarguit, Pharisei per omnia momenta tingebat, & lectos & calices & paropsides, sicut in Euangelio legitur. Quomodo ergo potuit

A potuit Hieremias tanquam baptismum desiderans & ab impiis baptizari deuotans ita dixisse? Hoc ergo dixit cum de populo infideli quereretur, cuius pessimis moribus tribulabatur, non se commiscens factis eorum, qui tamen corporaliter non se ab illo populo segregauit, nec alia sacramenta quesuit, quam ille populus secundum legis ordinem illi temporis congrua sumebat. Hunc ergo populum male viuentem dixit plagam, quae cor iusti grauiter cadebatur, siue hoc de seipso diceret, siue in seipso figuraret quae futura cernebat. Sic enim ait, Domine memores mei, & visita me, & innocentem me fac ab insectantibus me, non in longanimitate, scito quomodo acceperim de te improperium ab his qui spernunt sermones tuos. Consumma illos, & erit verbum tuum mihi in iocunditatem & gaudium cordis mei, quoniam uocatus est nomen tuum in me, domine omnipotens. Non sedi in concilio eorum laudantium, sed timebam a facie manus tuae: singulariter sedebam, quoniam amaritudine repletus sum. Vt quid qui me contristat, praevalet in me? Plaga mea valida est, vnde sanabor? Facta est mihi vitae mendax, quae non habet fidem. In his omnibus videtur quid propheta intelligi voluerit, sed videtur ab eis qui non ad causam suam peruersam volunt peruerrere quod legitur. Plaga enim suam dixit Hieremias factam sibi aquam mendacem quae non habet fidem: eos autem voluit intelligi plagam suam, qui eum contristabant male viuendo, vnde dicit & Apostolus, Foris pugnae, intus timores. Et iterum, Quis infirmatur & ego non infirmor? & quis scandalizatur & ego non vror? Et quia desperabat eos posse corrigi, propterea dixit, Vnde sanabor? tanquam semper habiturus dolorem quamdiu illi tales essent inter quos viuere cogere. Populum autem nomine aquae solere significari in Apocalypsi manifestatur, vbi aquas multas populos multos, non coeetura vestra, sed illic enodata interpretatione cognoscimus. Noli ergo per prauum intellectum vel potius errorem blasphemare sacramentum baptismi, etiam si in homine perditissimo fuerit, quia nec in Simone mendace aqua mendax erat baptismus quod acceperat. Nec tot medaces vestri aquam mendacem dant cum baptizant in nomine trinitatis. Neque enim tunc incipiunt esse mendaces, quando proditi atque conuicti facinora sua confitentur, sed tunc potius erant mendaces, quando cum essent adulteri & scelerati, castos & innocentes se esse fingebant. Petilianus dixit, Dixit quoque David, Oleum peccatoris non vnget caput meum. Quem igitur asserit peccatoris? Me, qui tua scelera patior, an te qui persequeris innocentem? A V G. respondit, Ex persona corporis Christi quae est Ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis, toto orbe terrarum diffusa propter Euangelium quod praedicatur, sicut dicit Apostolus, In omni creatura quae sub caelo est: Ex persona orbis terrae, de quo dicit David, cuius verba non intelligitis, dicit, Confirmauit orbem terrae qui non commouebitur: quae tu peccatis alienis non commotum esse, sed omnino periisse contedis. Ex illius ergo persona respondeo ego, non persequor innocentem. David autem oleum peccatoris dixit, non dixit traditoris, non thurificatoris, non persecutoris, sed peccatoris. Quid ergo facturus es secundum intellectum tuum? Vide primum, vtrum non sis ipse peccator. Nolo mihi dicas, non sum traditor, non sum thurificator, non sum persecutor. Nec ego quidem, si domino placeat, aliquid horum sum, nec orbis terrae qui non commouebitur. Sed dic si audes, non sum peccator. Ille quippe ait oleum peccatoris. Quicquid enim in te vel leuis pec-

cati fuerit inuentum, vnde non ostendis pertinere ad id quod dictum est, oleum peccatoris? Quare enim, vtrum ores oratione dominica? Si enim non oras ea oratione quam dominus orare discipulos docuit, vnde aliam didicisti pro maioribus meritis tuis excedentem merita Apostolorum? Si autem sic oras, vt ille magister docere dignatus est, quomodo dicitis, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Neque enim de his peccatis hoc petimus quae nobis in baptismo iam dimissa sunt. Ergo ista verba orationis aut te non permittunt esse dei deprecatoris, aut aperiant peccatoris. Eant nunc & osculentur tibi caput qui abs te baptizati sunt, quorum capita oleo tuo perierunt: sed tu vide quid sis, vel quid de te sentias. Itane vero Opratus quem Paganus, Iudaeus, Christianus, nostri, vestri per Africam totam, furem, raptorem, proditorem, oppressorem, separatorem, & illius quem quidam vestrum eius dixit commitem deum, non amicum, non clientem, non satellitem clamant, non fuit vel qualiscumque peccator? Quid ergo faciet quibus vnxit capita reus criminis capitalis? Nonne & ipsi vobis capita osculatur, de quorum capitibus per hunc intellectum male iudicatis? Saltem prodite illos & admonete vt sanentur. An vobis potius caput sanandum est ita delirantibus? Quid ergo, inquis, dixit David? Quid me interrogas? Ipsum interroga. Superiori versu tibi respondet, Emendabit, inquit, me iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguit caput meum. Quid planius? Quid apertius? Malim, inquit, me misericordiae obiurgatione sanari, quam blanda adulatione tanquam mihi caput vngatur, decipi atque perueri. Sub aliis verbis ipsa sententia est alibi scripturam, Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Petilianus dixit, Vnguentum vero concordiae sic in fratribus laudat, Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vno. Tanquam vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion, quoniam ibi mandauit dominus benedictionem, & vitam vsq; in seculum. Sic, inquit, vngitur vnitatis, sicut vncti sunt sacerdotes. A V G. respondit, Verum dicitis. Nam illud sacerdotium in figura corporis Christi habebat vnitatem, quod vnitatis compage fit saluum. Nam & ipse Christus a chrismate appellatur, id est, ab vnctione. Hunc Hebraei dicunt Messiam, quod verbum Punice linguae consonum est, sicut alia Hebraea permulta & penae omnia. Quid est ergo in illo sacerdotio caput, quid barba, quid ora vestimenti? Quatum donat dominus vt intelligam, Caput est ipse saluator corporis, de quo Apostolus ait, Et ipse est caput corporis Ecclesiae. Per barbam non incongrue fortitudo intelligitur. Ergo ad eos qui sunt fortes in Ecclesia eius, & adherent orae eius, vt sine timore praedicent veritatem, ab ipso Christo tanquam a capite sanctum descendit vnguentum, id est, sanctificatio spiritualis. Ora vestimenti haec datur intelligi quae in capite vestimenti est, quae vestimenti caput ingreditur: per haec significatur perfecti fideles in Ecclesia. In ora namque perfectio est, & vtiq; meministi esse dictum cuidam diuiti, Si vis esse perfectus, vade vende omnia quae possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me. Tristis quidem ille discessit, neglector perfectionis, & elector defectionis. Sed nunquid ideo defuerunt in quos vnitatis vnguentum tali rerum terrenarum dimissione perfectus, tanquam in oram vestimenti a capite descenderet? Nam exceptis Apostolis, & qui cum eis erat praepositis atque

1. Corin. 13.

2. Corin. 6.

11

Capit. C.

Matth. 10.

Psal. 56.

Cap. Cl.

Hieremias.

1. Cor. 7.

1. Corin. 11.

Apoc. 17.

1. Tim. 3.

Colof. 1.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Matth. 6.

Psal. 140.

1. Tim. 27.

Ca. CIII.

Psal. 132.

Punica lingua affinis Hebraeae.

Colof. 1.

Matth. 19.

Acto. 4. G doctoribus, quos eminentiores & fortiores in barba intelligimus, lege in Actibus Apostolorum, & vide qui rerum suarum venditarum precia ad pedes Apostolorum ponebant, & nemo dicebat aliquid proprium, sed erant eis omnia communia, & distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat, & erat illis anima una & cor unum in deum. Nempe ita scriptum esse cognoscis. Agnosce ergo bonum & iocundum, fratres habitates in unum, Agnosce barbam Aaron, Agnosce oram vestimenti spiritualis. Interroga ipsam scripturam ubi ceperunt ista fieri, inuenies in Hierusalem. De hac ora vestis per omnes gentes vnitas tota coetexitur. Hac intravit caput in vestem, vt intraretur Christus varietate orbis terrarum, quia in hac ora vestimenti apparuit varietas ipsa linguarum. Cur ergo ipsi capiti vnde illud vnitatis descendit vnguentum id est, amoris fragrantia spiritualis, cur, inquam, ipsi capiti resistit testanti & dicenti, Praedicabitur in nomine eius penitentia & remissio peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: Et in hoc vnguento sacramentum chrismatis vult interpretari, quod quidem in genere visibilitatis signaculorum sacrosanctum est sicut ipse baptisimus, sed potest esse & in hominibus peccatis, in operibus carnis vitam consumentibus, & regnum caelorum non possessuris, & ideo nec ad barbam Aaron, nec ad oram vestimenti eius, nec ad ullam contextionem vestis sacerdotalis pertinentibus. Vbi enim positurus es quem Apostolus enumerat manifesta opera carnis, quae sunt, inquit, fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, hereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia: quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt: Sequestro fornicationes quae latenter admittuntur: immunditias interpretare vt volueris, sequestro & ipsas: illic ponamus & veneficia, quia nemo est palam confessor daturque venenorum: sequestro & haereses, quia & hoc vultis: idolorum seruitutem nescio vtrum debeam sequestrare, quando quidem Apostolus ibi ponit auaritiam, quae publice insanit. His ergo sequestratis, nulli ne apud vos luxuriosi, nulli auari, nulli pertinaciter inimicitias exercentes, nulli contentiosi, aemuli, animosi, dissensionibus studetes, inuidi, ebriosi, comestationibus vacantes: Nulli ne apud vos tales vnguntur, & in his intus noti manifesti: moriuntur? Si nullos dicis, quoniam studio contentionis aperte metiris, vide ne de talibus ipse sis. Si autem ab huiusmodi remotus es, non corporis separatione, sed vitae dissimilitudine, & tales turbas circum altaria vestra gemens conspicis, quid dicemus quia oleo sancto vncti sunt, & sicut Apostolus liquida veritate confirmat, regnum dei non possidebunt: nunquid barbam Aaron & oram vestimenti eius sacrilega iniuria facienda est, vt ibi eos ponendos arbitremur? Absit. discerne ergo visibile sanctum sacramentum, quod esse & in bonis & in malis potest, illis ad praemium, illis ad iudicium, ab inuisibili vnctione charitatis, quae propria bonorum est. Discerne ista, discerne, discernat te deus a parte Donati, & in catholicam reuocet, vnde te illi catechumenum abreptum mortiferi honoris vinculo ligauerunt. Iam ros Hermon super montes Sion quomodo dolibet abs te accipiarum, non estis in montibus Sion, quia non estis in ciuitate super montem constituta, quae certum signum hoc habet, quod abscondi non potest. Nota est ergo omnibus gentibus, pars autem Donati ignota est pluribus gentibus, non est ergo ipsa. Petilianus dixit, Vt igitur vobis qui violando quod sanctum est rescinditis vnitatem, Propheta dicente, Si peccauerit

rit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem peccauerit sacerdos, quis orabit pro eo? A V G. respondit, Et videbar paulo ante cum de oleo peccatoris disputarem vngere tibi frontem, vt diceres, si auderes, vtrum ipse peccator non esses. Ecce dixisti illud, o scelus, o monstrum. Quia enim te sacerdotem asseris, quid aliud per hoc propheticum testimonium, nisi te omnino sine peccato esse dixisti? Na si habes peccatum, quis pro te orabit secundum intellectum tuum? Ita enim vos miseris plebibus veditatis commemoratis ex Propheta, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? vt vos sine peccato esse credat, & peccata sua vestris orationibus purganda committat. Magni homines vos, excelsi, coelestes, diuini, non iam homines sed angeli, qui pro plebibus oratis, & pro vobis plebes orare non vultis. Tu ne iustior Paulo, tu praefertor tanto Apostolo, qui eorum quos docebat orationibus se commedabat: Orationi, inquit, instate, vigilantes in illa, in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi, propter quod & vnctus sum vt manifeste illud, ita vt oportet me loqui. Ecce oratur p Paulo Apostolo, quod fieri non vis pro Episcopo. Videtne quae ista diabolica superbia? Oratur pro Apostolo vt manifestet mysterium Christi sicut oportet loqui. Proinde si pius plebes haberetis, hortari debuisti vt pro te oraret ne loquereris sicut non oportet. Tu iustior Ioane Euangelista, qui ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: Tu postremo iustior Daniele quem tu ipse in hac tua epistola ita commemorasti vt diceres, Rex iustissimum Daniēle ferinis moribus vt putabat obiecit: quod ille non putauerat, quando quidem amicissimo animo, sicut lectionis circūstantia probat, dixit ipsi Daniēli, Deus tuus cui deseruis assidue, ipse deus eripiet te. Sed hinc iam multa diximus: nunc quod agitur. Nepe iustissimus erat Daniēl: non testimonio tuo, quamquam hoc mihi ad causam quam tecum ago sufficiat, sed testimonio spiritus dei loquentis etiam per Ezechielem, vbi tres eminentissimae iustitiae nominauit, Noe, Daniēle & Iob, quos dixit solos a quadam vehemensissima ira dei, quae ceteris impederet, posse liberari. Vir ergo iustissimus, vnus ex tribus memorabilibus orat & dicit, Cum orarem & cōfiterer peccata mea & peccata populi mei in conspectu domini dei mei. Et tu te dicis esse sine peccato, quia videlicet sacerdos es, & si peccauerit populus, oras pro eo: si autem tu peccas, quis pro te orabit? Vere quia impietate tantae arrogantiae indignum te prebes pro quo sacerdos ille interpellat, quem Propheta his verbis quae non intelligis voluit intelligi. Iam enim ne quis inquirat cur hoc dictum sit, quantum dominus donat expediat. Preparabat deus animas hominum per Prophetam, vt talem consideraret sacerdotem pro quo nullus posset orare. Ipse figurabatur temporibus primi populi & primi templi, vbi omnia figurae nostrae fuerunt. Ideo solus summus sacerdos intrabat in sancta sanctorum vt oraret pro populo, qui cum sacerdote in ipsa interiora sancta non introibat, sicut ille sacerdos intravit in secreta caelorum in illa veriora sancta sanctorum, adhuc nobis hic positus per quibus interpellat. Ideo dixit Propheta, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Quasi diceret, tale desiderate sacerdotem qui peccare non possit, ne indigeat orari pro se. Et ideo pro Apostolis oratur a populo: pro illo autem sacerdote Apostolorum magistro & domino non oratur. Audi hoc Ioannem fatentem & dicentem, Fratres, inquit, haec scribo

A scribo vobis vt non peccetis: & si quis peccauerit, ad uocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, ipse exoratio est pro peccatis nostris. Habemus dixit, peccatis nostris dixit. Disce humilitatem ne cadas, imo vt aliquando surgas. Neque enim ista dixisses nisi cecidisses. Petilianus dixit, At ne se vindicet a delicto qui laicus est, hoc interdico tenetur, Ne comunices peccatis alienis. A V G. respondit, Erras, vt dicitur, toto caelo per superbiam, dum non vis comunicare orbi terrae per humilitatem. Nam neque hoc laico dictum est, & nescis quem admodum dictum sit. Ad Timotheum Apostolum cum scriberet, hoc monebat eundem ipsum Timotheum, cui alio loco dicit, Noli contemnere gratiam quae in te est, quae tibi data est per impositionem manuum presbyteri. Et multis aliis documentis ostenditur quod non erat laicus. Quod autem ait, Ne comunices peccatis alienis: con sensu & placito intelligi voluit. Vnde statim subiiciens quomodo id agat, Te ipsum, inquit, castum custodi. Neque enim & ipse Paulus comunicabat peccatis alienis, quia falsos fratres de quibus gemit, in vnitate corporali tolerabat: aut comunicauerunt furto & sceleri ludam praedecessores eius Apostoli, quia cum eo iam domini venditore & a domino demonstrato, sacrosanctam cenam comunicauerunt? Petilianus dixit, Hac iterum sententia ipse Apostolus comparat & qui consentiunt talia facientibus, digni sunt morte. A V G. respondit, Quomodo libet ea dixeris non curo, vera sunt haec: & hoc est quod catholica docet, multum interesse inter consentientes quibus haec placet, & tolerantibus quibus haec displicent. Illi enim palea sunt dum palea sequitur sterilitatem, illi triticum dum expectant vt sequeantur per Christum ventilatorem. Petilianus dixit, Venite ergo ad Ecclesiam populi, & auergete traditores, si cum illis perire non vultis. Nam vt facile cognoscatis, quod ipsi sint rei de fide nostra, optime iudicent: ego illorum infectos baptizo, illi meos, quod absit, recipiunt baptizatos, quae omnino non faceret si in baptismo nostro culpas aliquas agnouissent. Videte ergo quod damus, quod sit sanctum, quod destruere metuit sacrilegus inimicus. A V G. respondit, Contra istum quidem errorem multa iam diximus & in hoc opere & alibi. Sed quia ita magnum firmamentum vanitatis vestrae in hac sententia esse arbitramini, vt ad hoc tibi terminandam putares epistolam, quo quasi recentius in animis legentium remaneret, breuiter respondeo, Sic approbamus in haereticis baptismum, non haereticorum sed Christi, sicut in fornicatoribus, immundis, luxuriosis, idololatriis, veneficiis, inimiciorum retentoribus, contentiosis, aemulis, animosis, dissensionum studiosis, inuidis, ebriosis, comestatoribus, & his similibus approbamus baptismum, non eorum, sed Christi. Omnes enim isti inter quos & haeretici positi sunt, sicut dicit Apostolus, regnum dei non possidebunt, & ideo ad sinistram partem cum diabolo pertinent. Nec ideo putandi sunt esse in Christi corpore quod est Ecclesia, quia sacramentorum eius corporaliter participes sunt. Illa enim & in talibus sancta sunt, & eis indigne tractantibus & sumentibus ad maius iudicium valebunt. Ipsi autem non sunt in illa Ecclesia Christi compage, quae in membris Christi per connexum & contactum crescit in incrementum dei. Illa quippe Ecclesia in petra est, sicut dominus dicit, Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Illi autem in arena aedificant, sicut idem dominus dicit, Qui audit verba mea & non facit ea, similibo eum viro stulto qui aedificat domum

suam super arenam. Sed ne putetis Ecclesiam quae in petra est, in vna parte esse terrarum, & non diffundi usque ad fines terrae, audi eius vocem de Psalmo gemetis inter mala peregrinationis suae. Ait enim, A finibus terrae ad te clamauit, dum angeretur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Videte quemadmodum a finibus terrae clamat. Non est ergo in sola Africa, vel solis Afris Episcopum Romam paucis montibus, & in Hispaniam domui vnus mulieris ex Africa mittentibus. Videte quemadmodum in petra exaltetur. Non ergo in ea depulsi sunt omnes qui aedificant in arena: id est, qui audiunt verba Christi & non faciunt, qui tamen & apud nos & apud vos habent & tradunt baptismi sacramentum. Videte quemadmodum spes eius deus sit pater & filius & spiritus sanctus, non Petrus, non Paulus, quanto minus Donatus aut Petilianus? Non ergo vestrum est quod destruere metuemus, sed Christi: quod & in sacrilegis perse sanctum est. Nam venientes a vobis recipere non possumus, nisi quod vestrum est destruamus: destruimus enim perfidiam desertoris, non destruimus characterem imperatoris. Proinde tu ipse considera & destrue quod dixisti, Ego, inquis, infectos illorum baptizo, illi meos, quod absit, recipiunt baptizatos. Tu enim non infectos baptizas, sed vt tui erroris fraude inficias, rebaptizas. Nos autem non tuos recipimus baptizatos, sed destruis errorem tuum vnde sunt tui, & suscipimus Christi baptismum vnde sunt baptizati. Itaque oportune in medio abs te positum est, quod absit. Dixisti enim, illi meos, quod absit, recipiunt baptizatos. Nam cum tu velles intelligi quod absit recipiunt, times ne tuos recipiamus, ego nescientem dixisse accipio meos, quod absit. Reuera enim absit vt tui sint qui iam ad Catholicam transeunt, nec sic transeunt vt baptizati nostri sint, sed vt socij nostri sint: baptizati autem Christi nobiscum sint.

Libri secundi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI CONTRA VVNVCTA ipsius Petilianii scripta pueria, Liber Tertius



REGI Petiliane literas tuas quando legere potui, quibus te satis indicasti aduersus catholicam Ecclesiam pro parte Donati nec aliquid valuisse dicere idoneum, nec tacere permillum. Quos artus passus es, quanta cordis tepestate fluctuasti, cum legisses ea quibus parti epistolae tuae quae in manus meas tunc venerat, quanta potui breuitate ac perspicuitate respondi? Vidisti enim tanta firmitate roborata, tanta luce illustrata, quam tenemus & defendimus veritatem, vt quid contra eam dicendum esset quo conuicta reselleretur, inuenire non posses. Attendisti etiam multorum qui ea legerant expectationem in te esse conuersam, scire cupientium quid diceres, quid ageres, quae euaderes, quod ex tantis angustiis, quibus te dei verbum circumuallarat, erumperes. Hic tu qui debueras contempra opinione vanorum pergere in veram sanamque sententiam, fecisti quod de talibus scriptura praedixit, Dilixisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui equitatem. Proinde si & ego tibi vellem pro maledictis maledicta percedere, quid aliud quam duo maledictis essemus, vt ij qui nos legerent, alij detestatos abiicerent sana grauitate, alij suauiter haurirent maleuola voluntate: Ego quando cuique

Cap. CV. 1. Reg. 2.

1. Tim. 4. 1. Tim. 5. 2. Corin. 11. 1. Tim. 5. 2. Corin. 11. 1. Tim. 5. 2. Corin. 11. 1. Tim. 5. 2. Corin. 11.

G vel dicēdo vel scribēdo respondeo etiā contumeliosis
 criminationibus lacessitus, quātū mihi domin⁹ donat,
 frenat⁹ atq; coērcitis vanē indignationis aculeis, audi-
 tori lectori ve consulens, nō ago vt efficiar homini cō-
 uiciando superior, sed errorem conuincēdo salubrior.
 Si enim qualecunq; cor habent qui ea quę scripsisti cō-
 siderant, quid tibi profuit ad causam quā inter nos de
 communione catholica, vel de parte Donati agitur, qd
 relicto negotio quodā modo publico, priuata quadā
 similitate hominis vnus vitā, maledicis opprobriis in-
 sectatus es, quasi homo ille sit causa quā inquiritur? Tā
 male existimasti, non dicam de Christianis, sed de ipso
 humano genere, vt nō crederes posse tua scripta in ma-
 nus aliquorū venire prudentiū, qui se a personis nostris
 tollerent, & quēstionē potius quā inter nos vertitur in-
 quirerēt, nec qui vel quales essemus, sed quid pro veri-
 tate vel cōtra errorem diceremus attenderent? Et horū
 iudiciū tibi reuerendū fuit, quorum reprehensio pre-
 cauēda, ne te arbitrarētur nihil inuenisse quod diceres,
 nisi tu proponeres cui quoquo modo malediceres. Sed
 videlicet quorundam leuitate atq; vanitate qui libet
 audiunt lites cogantium disertorū, vt cum attendūt q̄
 eloquenter conuicieris, simul nō intueantur q̄ veraciter
 conuincaris. Simul & illud opinor egisti, vt occupatus
 in ea defensione susceptam causam etiam ipse desererē,
 atq; ita hominibus nō ad disputantium, sed ad litiganti-
 ū verba cōuersis obscuraretur veritas quā diluocellere
 atq; innotescere formidatis. Ego itaq; contra tale con-
 silium quid agam? nisi mea potius defensione neglecta
 rem teneam, de qua intentionē meam nullus meus cri-
 minator excutiat, domū dei mei, cuius decorem dilexi,
 praconio seruiētis vocis extollam, me vero humiliabo
 & abiciam. Elegi enim abiectus esse in domo dei mei,
 magis q̄ habitare in tabernaculis hāreticorū. A te ergo
 Petiliane sermonē parumper auertam, & ad eos cōuer-
 tā quos a me maledictis tuis es conatus auertere, quasi
 hoc ego moliar vt homines ad me cōuertantur, & non
 potius mecum ad deum. Audite ergo quicūq; maledicta
 legisistis quā in me irator quā considerator Peti-
 lian⁹ euomuit: Prius vos apostolicis verbis alloquor,
 quā certe qualiscunq; ipse sim vera sunt: Sic nos existi-
 met homo quasi ministros Christi, & dispensatores my-
 steriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores vt
 fidelis quis inueniatur. Mihi autē minimum est vt a vo-
 bis diiudicetur aut ab humano die, sed neq; ego me ipsum
 iudico. Iā quod sequitur, & si mihi nō audeo coaptare,
 vt dicā, Nihil enim mihi conscius sum: fideliter tamen
 in cōspectu dei dico, nihil eorū quibus Petilianus tem-
 pus vitæ meæ posteaquā in Christo baptizatus sum cri-
 minatus est, mihi cōsciū sum, nec tamen in hoc iustifi-
 catus sum. Qui autem diiudicat me, dominus est. Itaq;
 nolite ante tēpus quēquam iudicare, donec veniat do-
 minus, & illuminet abscondita tenebrarū, & manifesta-
 bit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; a deo:
 Hęc autē fratres transfigurauit in me, ne supra q̄ scriptū
 est vnus pro altero infletur aduersus alterū. Itaq; nemo
 gloriatur in homine. Omnia enim vestra sunt, vos autē
 Christi, Christ⁹ vero dei. Iterū repeto, Nemo gloriatur
 in homine, quid in nobis laudabile aduertitis, ad illi⁹
 laudem referre, a quo est omne datum optimū, & omne
 donū perfectum. desursum est enim, descendēs a patre
 luminum, apud quem nō est immutatio, nec momenti
 obumbratio. Quid enim habemus quod nō accepimus?
 Si autē accepimus, non gloriemur quasi non acceperim⁹.
 Et in his omnibus quęcumq; in nobis bona nostis,

imitatores nostri estote, sicut nos Christi. si autē aliqua R
 mala in nobis suspicamini vel creditis vel videtis, reti-
 nete illud dominicū, quo securi eius Ecclesiā non pro-
 pter mala hominum deseratis, Quę dicimus facite, quę
 autem mala nos facere putatis aut nostis, nolite facere,
 Non enim tempus est purgandi me vobis, cū mea causa
 neglecta rem vobis salubrem commēdare susceperim, vt
 nemo gloriatur in homine. Maledictus enim omnis
 qui spem suā ponit in homine. Hoc præcepto domini-
 co & apostolico retento atq; seruato, etiam me in mea
 causa, sicut inimicus existimari cupit, deficiente & op-
 presso, victrix erit causa cui seruiō. Si enim firmissime
 tenueritis quod exhortor & satago, maledictū esse om-
 nem qui spem suā ponit in homine, vt nemo gloriatur
 in homine, aream dominicā propter paleam quā nunc
 vel vento superbię percussa volat, vel vltima vētilatio-
 ne separabitur, nullo modo deseretis, nec donum ma-
 gnā propter vasa facta in cōtumeliā refugietis, nec pro-
 pter malos pisces in littore separados per dirupta retia
 exhibitis, nec propter hādos pastore diuisuro ad sinistra
 ponēdos, bona vnitatis pascua relinquētis, nec propter
 cōmixta zizania vos a tritici societate, cui caput est gra-
 num illud mortificatum & multiplicatum, & quę per l-
 mundū simul vsq; ad messem crescit, nefaria decisione
 separabitis. Ager est enim mundus, non Africa: Melsis
 finis seculi, nō tempus Donati. Has certe similitudi-
 nes euangelicas recognoscitis, ad quid aliud datas nisi
 vt nemo gloriatur in homine, & ne quis pro altero in-
 flatus aduersus alterū diuidatur, dicens, Ego sum Pauli
 vtiq; nō Paul⁹ crucifix⁹ sit pro vobis, nec in nomine
 Pauli, quanto minus in nomine Cęciliani vel cuiusquā
 nostrum baptizati sitis, vt discatis quandiu palea cū fru-
 mento tritatur, quandiu pisces mali cum bonis intra
 retia dominica natāt, ante tēpus ventilatiōnis tolerare
 potius propter bonos cōmixtionē malorū, quā viola-
 re propter malos charitatē bonorum: Hęc quippe com-
 mixtio non aeterna sed tēporalis, nec spiritalis sed cor-
 poralis est. In qua non errabunt angeli quādo colligēt
 malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum
 ignis ardentis. Nouit enim dominus qui sunt eius. Et si
 ab iniquis ad tēpus corporaliter non potest, recedat ta-
 men ab ipsa iniquitate omnis qui nominat nomen do-
 mini. Licet enim a malis interim, vita, moribus, corde
 ac voluntate separari atq; discedere, quę separatio sem-
 per oportet custodiatur. Corporalis autē separatio ad
 seculi finem, fidēter, patienter, fortiter expectetur, pro-
 pter quam expectatiōne dictum est, Sustine dominum,
 viriliter age, cōfortetur cor tuum, & sustine dominum.
 Maxima quippe palma toleratię est inter subintrodu-
 ctos falsos fratres, sua quarentes nō quā Iesu Christi,
 lectiōnem nō sua quarentiū, sed quā Iesu Christi, nulla
 turbulēta & temeraria dissensionē turbare, nec vnitatē
 saganā dominicā ex omni genere pisciū cōgregantis,
 dum ad litus, id est, ad finē seculi ducitur, superbe ne-
 faria cōtentione dirumpere, cū se putat quisq; aliquid
 esse cū nihil sit, atq; ita seipsum seducit, & sufficere vult
 ad populorum Christianorū separationē, suum vel eo-
 rum iudiciū, qui malos quosdam cōmunionē sacra-
 mentorum Christianā religionis indignos se apertis-
 sime nosse dicunt, de quibus tamē quicquid nosse de-
 cunt, vniuersā Ecclesiā quę per omnes gentes sicut est
 prædicta diffunditur, persuadere non possunt. Et cum
 istorū quasi quos noverūt, refugiant cōmunionē, illius
 charitas omnia sufferens, ne se a bonis diuiderent quos
 in omnibus

A in omnibus gentibus aliena mala docere non poterāt,
 ipsi in vna gente tolerare quod noverant. Vnde etiam
 non discussa causa in qua documentis grauisimis con-
 vincuntur calumniati innocētibus, probabilibus credū-
 tur traditionis crimina falsa finxisse, qui non dubitauerunt
 longē sceleratius crimē nefarię diuisionis admit-
 tere: quia & si verū esset quicquid de traditione iacta-
 uerunt, tamen cōfortium Christianorum quos vsque
 ad extremā terrā diuina scriptura commēdat, propter
 hoc quod ipsi scierunt, illi autem nescierūt, relinquere
 nullo modo debuerunt. Neque hoc ideo dixerim vt
 negligatur ecclesiastica disciplina, & permittatur quic-
 que facere quod velit sine vlla cōreptione, & quadam
 medicinali vindicta, & terribili lenitate, & charitatis
 seueritate. Nā vbi erit illud Apostoli, Corripite inque-
 tos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patien-
 tes estote ad omnes: videte ne quis malū pro malo red-
 dat alicui? Satis ostendit non esse mali pro malo red-
 ditiōne corripere inquietos, quāuis pro culpa inque-
 tudinis reddatur pœna correptionis. Non ergo malum
 est correptionis pœna, cum sit malum culpa. Neq; enim
 ferrū est inimici vulnerantis, sed medici seccantis. Friunt
 ista in Ecclesiā, & ille spiritus interior lenitatis ardet
 zelo dei, ne virgo casta vni viro desponsata Christo, in
 aliquibus membris, sicut Eua seducta serpentis astutia,
 corrumpatur a castitate quę est in Christo. Verū tamē
 absit a seruis patrisfamilias, vt immemores sint præcep-
 ti domini sui: sic aduersus zizaniorū multitudinem
 flagrantia sanctę indignationis ignescant, vt cū ea vo-
 lūt ante tempus colligere, simul eradicetur & triticium.
 Cuius peccati isti rei tenētur, etiam si vtra crimina tra-
 ditoribus quos insimulabant se obieciisse monstrarent,
 quoniā simul nō solum ab iniquis, quorum societatem
 velut euitabant, sed etiam a bonis fidelibus in omnibus
 gentibus cōstitutis, quibus ea quę se nosse dicebāt, pro-
 bare non poterant, impia præsumptione separati sunt,
 secumq; multos apud quos aliqua auctoritate præuale-
 bāt, & qui minus intelligere poterant, vnitatē Ecclesię
 toto orbe diffusa, pro alienis peccatis nullo modo esse
 deserendam, traxerunt in eadem perniciem: vt etiam si
 ipsi scirent vera crimina quibusdam se obieciere, eo mo-
 do periret infirmus in eorū scientia, propter quē Chris-
 tus mortuus est, dū offensus malis alienis, interimēbat
 in se bonum pacis quod habebat cum fratribus bonis,
 qui partim talia non audierant, partim non discussa &
 non probata temere credere formidauerant, partim iu-
 dicibus ecclesiasticis ad quos trās mare tōta causa per-
 ducta est, quātacunq; illa essent, pacifica humilitate re-
 liquerāt. Vos ergo sancta germina vnicę matris cat-
 holicę, huiusmodi sceleris & erroris exemplam, subdi-
 ti domino, quātā potestis vigilantia præcaute, quanta-
 libet doctrima ac famę luce præfulgeat, lapidēq; se esse
 iacet preciosum, quisquis vos trahere vouerit post se-
 ipsum, memento quod illa mulier fortis & vna vni a-
 mabilis viro suo, quā in vltimo Prouerbiorum sancta
 scriptura describit, preciosior est lapidibus preciosis.
 Nemo dicat, illum sequar, quoniā ipse me Christianum
 fecit: aut illum sequar, quoniā me baptizauit. Neq; qui
 plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum
 dat deus. Et deus charitas est, & qui manet in charitate
 in deo manet, & deus in illo manet. Nullus etiam præ-
 dicans nomen Christi, & gestans ac ministrans sacra-
 mentum Christi, sequendus est contra vnitatem Chri-
 sti. Opus suum probet vnusquisq;: & tunc in seipso tan-
 tum gloriā habebit & non in altero. Vnusquisq; enim

proprium onus portabit, onus videlicet reddēde ratio-
 nis, quia vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet.
 Non vtiq; amplius inuicem iudicemus. Nam quantum
 attinet ad onera mutue charitatis, inuicē onera vestra
 portate, & sic adimplebitis legē Christi. Qui enim pu-
 tat se esse aliquid cum nihil sit, seipsum seducit. Suffera-
 mus ergo inuicem in dilectione, satagētes seruare vni-
 tatē spiritus in vinculo pacis: extra quam quisquis col-
 ligit, non cū Christo colligit, quisquis autem non cum
 Christo colligit, spargit. Proinde siue de Christo, siue
 de eius Ecclesiā, siue de quacunque alia re quę pertinet
 ad fidem vitamq; nostram, nō dicam nos, nequaquam
 comparandi ei qui dixit, Licet si nos, sed omnino quod
 secutus adiecit, Si angelus de cœlo vobis annūciauerit
 præterquam quod in scripturis legalibus & Euāgolicis
 accepistis, anathema sit: Hęc vobiscum & cū omnibus
 quos Christo lucrari cupimus ac tētes, atque interve-
 terā sanctam Ecclesiā quam in dei literis promissam
 legimus, & sicut promissa est in omnibus gentibus red-
 di cernimus, prædicantes, ab iis quos ad eius pacificum
 gremium attrahi cupimus, pro actione gratiarum flā-
 mas meruimus odiorum, quasi nos eos in ea parte ligā-
 uerimus, pro qua non inueniunt quid loquantur, aut
 nos mandauerimus tanto ante Prophetis & Apostolis,
 vt in libris suis nulla testimonia ponerent, quibus pars
 Donati Ecclesiā Christi esse doceretur. Et nos quidem,
 charissimi, cum falsa crimina audimus ab eis quos of-
 fendimus prædicando eloquia veritatis, & erroris vanilo-
 quia conuincendo, habemus sicut hostis abundantis-
 simam consolationē. Nam si in eis quibus me crimi-
 nantur, testimonium conscientię meę non stat contra
 me in conspectu dei, quod nullus oculus mortalis inten-
 ditur, non solum contritari nō debeo, verum etiā gaudi-
 dere & exultare, quia merces mea multa est in cœlis.
 Neq; enim intueendum est quā sit amarum, sed quā
 salum quod audio, & quā verax pro cuius nomine
 hæc audio, & cui dicitur, Vnguentū effusum est nomen
 tuū. Et merito fragrat in omnibus gentibus, cuius odo-
 rem isti qui nobis maledicunt, in vna Africa particula
 conantur includere. Cur itaque feramus indignē quod
 nos infamāt, qui gloria Christi sic detrahunt, quorum
 parti contentioniq; inimicū est, quod de illius ad cœ-
 los ascensionē, & de nominis eius tanquam vnguenti
 effusione, tātō ante prædictum est, Exaltare super cœlos
 deus, & super omnem terram gloria tua? Hęc & ta-
 lia testimonia diuina nos aduersus humana vaniloquia
 proferētes, ab inimicis glorię Christi acerba opprobria
 sustinemus. Dicant quod volunt, dum ille nos exhor-
 tetur dicens, Beati qui persecutionem patiuntur propter
 iustitiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Beati erit
 is cum vos persecuti fuerint homines, & maledixerint
 vobis, & dixerint omne malum aduersum vos menti-
 tes propter me. Quod ait superius propter iustitiā: hoc
 repetiuit quod ait postea, propter me: quia factus est no-
 bis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt
 quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domi-
 no gloriatur. Qui cum dicat, Gaudete & exultate, mer-
 ces enim vestra multa est in cœlis, si quod dictum est,
 propter iustitiam & propter me, in bona cōscientia te-
 neo, quisquis volens detrahit famā meā, nolens addit
 mercedi meę. Neq; enim me ille suo verbo tantum mo-
 do docuit, nō etiam suo firmavit exemplo. Sequere san-
 ctarum scripturarum fidem, inuenies Christū, resurre-
 xisse a mortuis, ascendisse in cœlum, sedere ad dexteram
 patris. Sequere estimationes inimicorum, iam putabis

Psal. 25.

Psal. 83.

Cap. 11.

1. Corint. 4.

1. Corint. 3.

Iacobi 1.

1. Corint. 4.

Ca. III.

1. Thess. 5.

1. Cor. 11.

Mat. 13.

1. Cor. 8.

Cap. 11.

Primer. 16.

1. Cor. 3.

1. Iam. 4.

Gal. 6.

Mat. 14.

Galat. 6.

Eph. 4.

Mat. 12.

Cap. 11.

Galat. 1.

Galat. 1.

Mat. 5.

1. Cor. 11.

Psal. 56.

Cap. 11.

Mat. 5.

1. Cor. 1.

Mat. 5.

Mat. 16.

Mat. 28.

Geum de sepulchro furatum esse à discipulis. Quid ergo nos quantum ipse donat, defendetes donū eius, ab inimicis eius aliud sperare debem? Si patrefamilias Beelzebub vocauerunt: quāto magis domesticos eius? Si ergo toleramus, & cōregnabimus. Si autē non aurem solum percucit iracundia criminātis, verum etiā conscientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodest si me cōtinuis laudibus totus mūdus attollat? Ita nec malam conscientiam sanat praeconium laudantis, nec bonam vulnerat cōuiciātis opprobrium. Nec sic tamen decipitur spes vestra quae in domino est, etiam si forte in occulto tales simus, quales nos putari cupit inimic⁹, quia non eā posuistis in nobis, nec vñquā hoc audistis à nobis. Securi ergo estis qualescūque nos simus, qui dicere didicistis, In domino sperās non infirmabor: & In domino sperābo, nō timebo quid faciat mihi homo. Et eis qui vos ad hominū superborū terrenas altitudines seducere molitur, respondere nōtis, In domino cōfido, quomodo dicitis animae meae, transmigra in montē sicut passer? Nec tantū vos quibus in nobis ipsa Christi veritas placet, quātumcunque per nos & vbi cūq; praedicatur, & quia eam quātulocunque nostrā linguā ministerio libenter auditis, etiā de nobis bene benignēq; sentitis, securi estis qualescūque nos simus, quia in illo spes vestra est, quae vobis ex illi⁹ super vos misericordia praedicamus, verum etiā quicūque nostrā dispensatione etiam sacramentum sancti baptismi percipistis, eadem securitate gaude: quoniā non in nobis, sed in Christo baptizati estis. Non itaq; nos, sed Christū induistis, nec vos interrogavi, vtrum ad me conuerteremini, sed ad deū viuum: nec vtrū in me credideritis, sed in patrē & filium & spiritū sanctū. Quod si veraci animo respondistis, saluos vos fecit, nō carnis depositio sordium, sed cōscientiā bonae interrogatio: nō conseruus, sed dominus: nō praeco, sed iudex. Neq; enim uero sicut Petilian⁹ in cōsiderate dixit, conscientia dantis, vel quod addidit, cōscientia sancte dātis attenditur, quae abluat accipiētis. Cum enim hoc datur quod dei est sanctum, dat etiā non sancta conscientia, quae certe siue sit sancta siue nō sancta, ab accipiēte inspici nō potest, sed planē illud quod datur potest, quod cognitū ei qui semper est sanct⁹, per quēlibet ministrū accipiatur, securissime accipitur. Nisi enim sancta verba essent ex cathedra Moysi, nō diceret veritas, Quae dicunt facite. Si autē ipsi qui vera sancta dabāt sancti essent, nō diceret, Quae faciūt, facere nolite: dicunt enim & nō faciunt. Nullo quippe modo legitur vna de spinis, quia nunquam de spinarū radicibus oritur, sed cū se spinosis sepibus palmes vitis implicuit, nō ideo fructus qui illic pēndet horretur, sed spina cauetur, vna decerpitur. Itaq; vt saepe dixi & vhemēter inculco, qualescūq; nos simus, securi estis qui deum patrem, & eius Ecclesiā matrem habetis. Quāuis enim simul hādi cum quibus pascantur, nō stabunt ad dexterā. Quāuis simul palea cū tritico tritoretur, non intrabit in horreum. Quāuis simul pisces mali cū bonis intraretia dominica natāt, non mittuntur in vascula. Nemo gloriatur nec in homine bono, nemo bona dei fugiat nec in homine malo. Hāc vobis Christiani catholici fratres mei charissimi pro negotio praesenti suffecerint: quae si catholica dilectione retinetis, cum sitis vnus grex de vno pastore securus, nō nimis curō quod mihi vel congregati vestro vel certe cani vestro cōuiciatur quilibet inimicus, dummodo me magis pro vestra quā pro mea defensione latrare cōpellat, qua tamē si opus esset ad causam, breuissima facillimāq; vterer, to-

tum scilicet vitā meā tempus antequā perciperē baptismū Christi, quātū ad meas cupiditates errorēq; attinet, cū omnibus improbanis & detestans, ne in eius tēporis defensione meā gloriā querere viderer, nō illius qui me per gratiā suā & à me ipso liberauit. Vnde illam vitam meā cum vituperari audio, quolibet animo id faciat qui hoc facit, nō vsque adeo sum ingratus vt doleam quantumcunque ille accusat vitium meum: tantū ego laudo medicum meū. Quid ergo iā de illis praeritis atq; abolitis malis meis defendēdis laborē, de quibus Petilian⁹ multa quidē falsa dixit, sed plura vera nō dixit? De tēpore autē vitē meae quod est post baptismū, vobis quicūq; me nōtis, superfluo loquor ex iis quae nota esse hominibus possunt: Hi vero qui me nō nouerunt, nō ita iniqui esse debēt in me, vt magis de me credant Petiliano quā vobis. Nā si laudanti amico credendū non est, nec inimico detrahēti, restāt ea quae occulta sunt hominis, vbi sola cōscientia talis est, quae testis esse apud homines nō potest. In his me Petilianus Manichaeum esse dicit, loquēs de aliena cōscientia: hoc ego me nō esse dico, loquēs de mea conscientia. Eligite cui credatis. Verūtā me quoniā nec ista breui ac facili mea defensione opus est, vbi quaestio nō de qualiscūq; vnius hominis merito, sed de sancta Ecclesiē vnitae veritate, ad vos etiā mihi plura dicenda sunt, quicūque in parte Donati, Petiliani quae in me scripsit maledicta legistis, quae ab illo nō audirem, si vestra perditionem contemnerem, si charitatis Christianae viscera non haberem.

Quid ergo mirū, si cum grana de area dominica excussa, simul cum terra & palea introrsum traho, iniuriā resiliētis pulueris suffero? Vel cū domini mei oues perditas diligēter inquirō, spinosarū linguarum vepribus laceror? Obsecro vos deponite paululū studia partium, atq; inter me & Petilianū cum aliqua equitate iudicate. Ego Ecclesiē causam volo vt noueritis, ille vt meā. Ad quid aliud, nisi quia testibus meis quos i causa Ecclesiē constanter adhibeo, non audeat dicere ne credatis? Prophetae sunt enī & Apostoli, & ipse Prophetarū ac Apostolorum dominus Christus: de me autem quicquid dicere liberit homini aduersus hominē, & vestro aduersus alienū, facile creditis? Et si quos vitā meae testes adhibuero, quid magnū est vt dicat, nō eis esse credendū? Et hoc vobis cito persuadeat, praesertim quādo quisquis pro me vllū verbum fecerit, inimicus parti Donati, ac per hoc vester, cōtinuo deputabitur. Regnat itaq; Petilianus, quando in me quolibet cōuicia iaculatur, ei omnes acclāmatīs & plauditis. Hāc igitur sibi inuenit vincibilem causam, sed iudicibus vobis nec testē nec argumētū requiret, cui hoc solū probare est quod dicit, quia ei quem maxime odistis, copiosissime maledicit. Nam quoniā diuinę scripturę testimonia cū pro Ecclesiā catholica tam densa & tam clara recitātur, vobis dolētib⁹ remanet mutus, elegit materiā vbi vobis fauētib⁹ loquatur, & victus verum simulās statim, talia vel etiā sceleratiora dicat in me, Mihi sat est ad rem quam nūc ago, quod qualiscūque in ea sim, tamē Ecclesiā pro qua loquor iniūcta est. Homo sum enim de area Christi, palea si malus, granū si bonus. Non est huius areae ventilabrum lingua Petiliani, ac per hoc quicquid in eius paleam mali etiam vere dixerit, nullo modo frumentis eius prauidicat. Quicquid autē in ipsa si umenta maledictorū calumniarūque iactauerit, fides eorū exercetur in terris, merces augetur in caelis. Sanctis enim dei seruis sancteq; deo militantibus, non aduersus Petilianum, atque huiusmodi carnē & sanguinē, sed aduersus principatus

A principatus & potestates rectores taliū tenebrarū, quales sunt omnes aduersarij veritatis, quib⁹ vtiā dicamus, Falsitas aliquando tenebrę, nunc autē lux in domino. Hāc ergo militiā militantibus seruis dei quaeūque ab inimicis cōuicia criminosa dicuntur, quae apud maleuolos & temere credulos famam malā faciunt, arma sinistra sunt. Etiam diabolus his expugnatur. Cū enim per bonam famam probamur vtrum nos in superbiam nō extollamus, & per malam famam probamur vtrum inimicos eosipos à quibus nobis cōfigitur, diligamus, per arma iustitię à dextra & à sinistra diabolum vincimus. Quae cum Apostolus cōmemorasset dicens, Per arma iustitię à dextra & à sinistra: continuo tanquam exponens quid dixerit, Per gloriam, inquit, & ignobilitatem, per infamiam & bonā famam, & cetera talia: gloriā scilicet & bonam famā numerans in armis dextris, in sinistris autē ignobilitatem & infamiam. Si ergo sum dei seruis & miles non reprob⁹, quamlibet disertus cōuiciator in me Petilianus existat, nūquid moleste ferre debeo, quod mihi armorum sinistrorum faber solertissimus paratus est? Opus est vt his in adiutorio domini mei peritissime dimicem, & eis illū feriam, contra quē inuisibiliter pugno, qui peruersissima & antiquissima astutia callide intendit & agit, vt propter hāc Petilianum oderim, ac sic praecipit Christi quod ait, Diligite inimicos vestros: implere nō possim, quod à me auertat eius misericordia qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me, vt pendens in cruce diceret, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt: meq; de Petiliano & talibus inimicis meis dicere doceret. Domine ignosce illis, quia nesciunt quid loquuntur. Proinde si ipetrauero à vobis sicut intēdi, vt remoto ab animis vestris omni studio partiū, inter me & Petilianum equi iudices sitis, ostendā vobis non eum respondisse scriptis meis, vt intelligatis quia veritatis inopia coact⁹ sit causam relinquere, & in hominem qui eā sic egit vt respondere ille nō posset, quae potuit maledicta iactare. Quāquam tanta manifestatione clarent quae dicturus sum, vt etiā si studio partium & odio mei, vestrae mētēs à me alienentur, tantummodo si vtraque veritatis, certe apud vosmetipsos in eordibus vestris verū me dixisse fateamini. Ego enim respondens primę parti scriptorū eius, quae tūc in manus meas venerat, praetermissio cōuiciofo & sacrilego multiloquio, vbi ait, Bis baptismā nobis obiciūt ij qui sub nomine baptismi animas suas reo lauacro polluerūt, quibus equidē obscenīs sordes cūctae mundiōres sunt: quos peruersa mūditiā aqua sua cōtingit inquinari: illud quod sequitur tenui discutiedum & resellendū quod ait, Conscientia nanq; dantis attenditur, quae abluat accipiētis. Et quāsi, vnde abluēdus sit qui accipit baptismū, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat? Legite nūc eius copiosissima maledicta quae in me inflatus & iratus effudit, & videte vtrū quareti mihi responderit, vnde sit abluendus qui accipit baptismū, cum dātis polluta conscientia est, & hoc ignorat accipiēs. Obsecro vos quarete attēte, omnes excutite paginas, omnes dinumerate versiculos, omnia verba veritate, omnes syllabas enucleate, & dicite mihi si inueneritis, vbi responderit, cum dantis conscientia polluta est, vnde sit eius abluēda, qui hoc accepturus ignorat? Quid enim ad rē pertinet, qui a verbū addidit quod à me diceret fuisse subtractum, atq; ita se scripsisse contēdit, Conscientia nāque sancte dantis attenditur, quae abluat accipientis. Nam vt noueritis à me nō fuisse subtractum, nihil inquisitionē meam im-

pedit additū, nihil eius subleuat defectiōnem. Ad ipsa enim verba rursus interrogo, & vtrū responderit quero, Si conscientia sancte dantis attenditur, quae abluat accipiētis: vnde abluatur accipiētis conscientia, quādo dātis maculosa conscientia est, & hoc accepturus ignorat? Ad hoc respondere flagitate, neminē relicta causa conuiciose alienari permittite, si conscientia sancte dantis attenditur, videte quia nō dixi, conscientia dātis: sed addidi, sancte dātis. Si conscientia, inquam, sancte dantis attenditur, quae abluat accipientis, vnde igitur abluendus est qui accipit baptismum cum dātis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat? Eat nūc & anhelis pulmonibus, ac turgidis faucibus me tanquam dialecticū criminetur, immo nō me, sed ipsam dialecticam veluti mentiendi artificē in populare iudiciū ream deuocet, & in eā quamlibet fragosissimo strepitu aduocati forensis ora distēdat, dicat quicquid vult apud imperitos, vnde stomachetur docti, illudatur indocti, me propter rhetoricā Tertullii oratoris, à quo accusatus est Paulus, vocabulo denotet sibi propter aduocationē in qua potētiam quōdam suā iactat, paracliti nomen imponat, atque ob hoc se cognominale spiritus sancti nō esse sed fuisse deliret. Manichaeorū immunditias libentissime exaggeret, eāq; in me latrādo detorquere conetur. Ignororū mihi & notorū gesta recitet damnatorū, & quod ibi amicus quondam meus magis ad defensionē suā me nominauit absentem, in calumniā prauidicati criminis, nescio quo nouo & suo iure conuertit: titulos epistolarū mearum à se vel à suis sicut eis placuit inscriptos legat, & tanquam me in eis cōprehendisse se gestiat cōstētē eulogias panis simpliciter & hilariter datas, ridiculo nomine & venenose turpitudinis ac furoris isfamet, & de nostro corde tā male sentiat, vt amatoria maleficia data mulieri, marito nō solum conscio, verum etiā * credi sibi posse praesumat, quod de me ad huc presbytero scripsit iratus, ordinator futurus episcopus mei velite valere aduersus me: quod autē à sancto cōcilio de hoc quod in nos ita peccauit, veniā petiuit & meruit: nolit valere pro me ita Christiana māuetudinis, & praecipit euangelici vel nescius vel oblitus, vt etiam quod fratri vt sibi ignosceretur humiliter postulati clemētē ignotum est criminetur. Pergat etiam sermone multiloquo, sed planē vaniloquo in ea quae prorsus ignorat, vel in quib⁹ potius abutitur ignoratiā plurimorū, & ex confessione cuiusdā foemine, quod catechumenā se dixerit Manichaeorū, quae sanctimonialis catholica fuerit, quod ei placet de illorū baptismō dicat, & scribat nesciēs, aut nescire se fingens, nō illicite appellari catechumenos, tanquā eis baptismus quandoque debeat, sed eos hoc vocari qui etiā auditores vocātur, quod videlicet tāquā meliora & maiora praecpta obseruare nō possint, quae obseruātur ab eis quos electorum nomine discernēdos & honorandos putāt. Me etiā presbyterum fuisse Manichaeorū, vel falsus vel fallēs miserabili temeritate cōtendat: verba tertij libri cōfessionū mearum, quae per se ipsa & de multis antē & postea dictis manifestissima sunt legentibus, sub quo ei videtur intellectu proponat atq; arguat: Furam me deniq; verborum suorum quod duo subtraxerim tāquam eis repositis victor exultet. In his certe omnib⁹, sicut legēdo cognoscere poteritis, impetum quidem linguae suae quo libuit ambitu iactationis exercuit. Nusquā tamen dixit, vnde abluatur accipientis conscientia, cū maculosam dātis ignorat. At ego inter strepitum eius grādem, vel post strepitū & nimis vt putat ipse terribilem,

Mat. 10.
2. Tim. 2.
Psal. 25.
Psal. 117.
Psal. 10.
Cap. viij.
Galat. 3.
1. Petri. 3.
Mat. 23.
Mat. 7.
Cap. ix.
Mat. 25.
Mat. 13.
Cap. x.

Epist. 6.
Epist. 5.
1. Cor. 6.
Ca. xij.
1. Tim. 6.
Galat. 2.
1. Tim. 23.
Ca. xij.
Ca. 27.

Ca. xij.
Act. 24.
Fauente, simile verbum videtur deesse, Cap. xij.

G lentè*, vt dicitur, & bene, hoc ipsum repeto, & vt respō
 *al. leniter. deatis expofco. Si conscientia fancte dantis attēditur,
 quæ abluat accipiētis, vnde est abluendus qui maculo-
 fam conscientia dātis ignorat: & per totam eius episto-
 lam ad hoc non inuenio aliquid dictum. Nam for-
 tasse dicit mihi aliquis veſtrū: Hæc omnia quæ dixit in
 te, ad hoc valere voluit vt te deformaret, ac per te illos
 quibus cōmunicas, ne vltius alicuius momenti eſſe te
 exiſtiment vel ipſi vel ij quos ad veſtrā cōmunionem
 traducere niteris. Cæterum ex loco quo propoſuit ver-
 ba epistolæ tuæ, ex illo conſiderandum eſt, vtrum nihil
 ad illa reſpōderis. Ita ergo faciamus, Ex ipſo prorsus lo-
 co ſcripta eius cōſiderem⁹. Excepto ergo proœmio quo
 volui animū preparare lectōris, & pauca ei⁹ verba præ-
 uia cōtumeloſa magis quàm ad rem pertinētia præte-
 rere, ait inquam, Conſciētia nāque dantis attenditur,
 quæ abluat accipiētis. Quid ſi lateat dantis conſciētia,
 & forteſſe maculoſa ſit, quomodo poterit accipientis
 abluere conſcientiam, ſi quæadmodum dicit, conſcien-
 tia dantis attēditur, quæ abluat accipiētis: Si enim dixe-
 rit ad accipientem, quæ abluat quicquid male latuerit
 H in conſciētia dantis, ad hoc valebit forteſſe illa ignorā-
 tia, vt de conſciētia baptizatoris ſui non poſſit neſciēs
 maculari. Sufficiat ergo, vt alterius cōſciētia maculoſa
 cum ignoratur nō maculet: nunquid autē etiam abluere
 poteſt? Vnde igitur abluēd⁹ eſt qui accipit baptiſmū,
 cum dantis polluta conſciētia eſt, & hoc ille qui eſt ac-
 cepturus ignorat, præfertim cum addat & dicat, Nā qui
 fidē à perfido ſumpſerit, nō fidem percipit ſed reatum?
 Hæc omnia verba Petilianus ex literis meis reſellēda
 propoſuit: Videam⁹ ergo vtrum reſellerit, vtrū om-
 nino reſpōderit: Addo enim verba quæ me ſubtraxiſſe
 calumniatur, & eadem ipſa ſic repeto, vt etiam breuius.
 Addēdo enim hæc duo verba etiam ad breuitatē pro-
 poſitionis huius me plurimū adiuuit. Si conſciētia fan-
 cte dantis attenditur, quæ abluat accipientis, & qui fidē
 ſciēs à perfido ſumpſerit, nō fidem percipit ſed reatum:
 vnde abluatur accipientis conſcientia cum maculoſam
 dantis ignorat, & cum fidē neſciens ſumit à perfido, ro-
 go vnde abluatur: Dicat nobis, non eat in aliud, nō ob-
 tēdat nebulas imperitis. Poſtremo ſaltem multis & an-
 fractuoſis circuitibus interpoſitis & peractis, tandē ali-
 quādo dicat nobis, vnde abluatur accipētis conſcien-
 tia quando maculoſa perfidi baptizantis occulta eſt, ſi
 conſciētia fancte dantis attēditur, quæ abluat accipien-
 tis: & qui fidem ſciēs à perfido ſumpſerit, non fidē per-
 cipit ſed reatum: Neſciens enim ſumit à perfido nō ha-
 bere conſcientiam fancte dantis, ſed maculoſam & oc-
 cultam: vnde ergo abluatur, vnde ergo percipit fidē? Si
 enim nec tūc abluatur, nec tūc percipit fidem, cū bapti-
 zator perfidus & maculoſus & occultus eſt: cur eo poſt-
 ea prodiſto atq; dānato, nō denūo baptizatur, vt abluat
 fidemq; percipiat? Si autē illo perfido, maculoſo &
 occulto iſte abluatur & percipit fidē: vnde abluatur, vn-
 de percipit vbi non eſt conſcientia fancte dantis, quæ
 abluat accipientis? Hoc dicat, ad hoc reſpondeat, vnde
 abluatur, vnde percipit ſi conſciētia fancte dantis attē-
 ditur, quæ abluat accipiētis: Et hoc ibi non eſt quando
 baptizator maculoſus & perfidus latuit. Nihil ad hoc
 reſpondendum eſt omnino. Sed ecce anguſtiatus in
 cauſa, ruſum in me impetū facit nebulolum atque vēto-
 ſum, vt veritatis ſerenitas obſcuretur, & ſit ſumma
 inopia copioſus, nō vera dicēdo, ſed maledicta inania
 non emēdando. Tenete ſanē intentiſſime atque fortiſ-
 ſime quid debeatis reſpōdere: id eſt, vnde abluatur ac-

cipiētis conſciētia cum maculoſa dantis occulta eſt, ne
 forte hoc vobis ē manibus eius ſtatus excutiat, vōſq; ipſi
 ſermonis turbidi caliginofa tēpeſtate rapiamini, vt vel
 diſceſſum vel quæ redeūdū ſit omnino neſciatis. Et vi-
 dete hominē vagari quā poteſt, dū pro negotio quod
 ſuſcepit, ſtare nō poteſt. Videte quā multa dicat non
 habendo quod dicat. Dicit me labi lubricū, ſed teneri:
 nec deſtruere, nec cōfirmare quod obiicio, icerta p cer-
 tis excogitare, nō permittere legētes quæ verū ſuū cre-
 dere, ſed facere vt altius dubia ſuſpicierur: dicit me Aca-
 demici damnable ingeniu habere Carneadis: conatur
 etiam inſinuare quid Academici ſentiāt de falſitate vel
 fallacia ſenſus humani, etiā in his omnino quid loqua-
 tur ignorās. Dicit ab eis aſſerit nigras niues eſſe cū abſ-
 ſint, nigrum argentū, turrē rotundam vel teretem vi-
 deri cū anguloſa ſit, remū in aqua fractū cum ſit inte-
 ger. Et hoc totū propterea, quoniā cū dixiſſet, conſci-
 ētia dantis vel fancte dantis attenditur, quæ abluat acci-
 piētis: contra ego dixi, quid ſi lateat dantis conſcientia,
 & forteſſe maculoſa ſit: At ſunt niues nigræ, & argētū
 nigrū, & turris rotūda pro anguloſa, & remus in aqua
 fractus: peridē quali ego rem dixerim quæ putari poſſit
 & eſſe nō poſſit, vt lateat dātis cōſciētia, & forteſſe ma-
 culofa ſit. Et ſequit ſe & clamat, Quid eſt, quid ſi: quid
 eſt, forteſſis: nihi incerta & incōſtans heſitatio dubitan-
 tis, de qua ille tunc ait, Quid ſi nunc redeo ad illos qui
 aiunt, Quid ſi nunc cælum ruat: hoc cine eſt quod dixi,
 Quid ſi lateat dātis conſciētia, & forteſſis maculoſa ſit:
 tale eſt ac ſi dixerim, Quid ſi nūc cælum ruat: diſtū eſt
 vtiq; quid ſi, quia fieri poteſt vt lateat, fieri poteſt vt nō
 lateat. Nā quando ignoratur quid cogitet aut quid ad-
 miſerit, latet vtiq; accipientē dantis conſciētia: quādo
 autē peccatum eius manifeſtatur, nō latet. Dictū eſt, &
 forteſſe maculoſa ſit, quia fieri poteſt vt lateat & mūda
 ſit, & ruſum fieri poteſt vt lateat & maculoſa ſit. Ideo
 quid ſi, ideo forteſſe, nūquid huic ſimile eſt, Quid ſi nūc
 cælū ruat: O quotiēs & cōiūcti & cōſeſi ſunt homines
 ſe maculoſas & adulterinas habuiſſe conſciētias, cū ab
 eis baptizaretur ignari, poſteaquam manifeſtato ſcelere
 degradati ſunt, & tamē cælum non ruit. Quid facit Pi-
 lus & Furius, qui contra iuſtitiā iniuſtitiā defenderunt?
 Quid hic facit Atheus Diagoras, qui eſſe deū negauit,
 vt de illo videatur prædixiſſe Propheta, Dixit ſtultus in
 corde ſuo, non eſt deus: Quid hic iſti faciunt: vt quid
 nominati ſunt, niſi vt interuenirent pro homine non
 habente quid dicat, vt dum de his ſaltem aliquid ſine
 cauſa dicitur, agi cauſa videatur, & ad quod nō reſpon-
 ſum eſt, reſponſum eſſe credatur. Poſtremo ſi duo vel
 tria verba iſta, quid ſi & forteſſe, vſque adeo ſunt into-
 lerabilia, vt propter illa excitarētur olim dormiētes Aca-
 demici, & Carneades, & Pilus, & Furius, & Diagoras,
 & niues nigræ, & ruina cæli, & cætera ſimiliter inſana
 & abſurda, remoueantur de medio. Neque enim reuera
 ſine his nō poteſt dici quod volum⁹. Ecce ſufficit quod
 paulopoſt ita poſitū eſt, & ab ipſo ex meis literis inter-
 poſitum, Vnde igitur abluendus eſt qui accipit bap-
 tiſmum, cum dantis polluta conſciētia eſt, & hoc ille qui
 eſt accepturus ignorat: Nepe hic non eſt, quid ſi, & for-
 taſſe. Reſpondeatur ergo, attendite ne forte in eo quod
 ſequitur ad hoc reſpondeat. Sed ego te, inquit, cauillā-
 tem ad fidem credendū conſtringo ne vltius euage-
 ris. Quid argumentis ſtultitiæ auertis erroribus vitant
 Quid fidei rationem de rebuſ irrationabilibus turbas?
 Hoc vno verbo te teneo & cōiunco. Hæc Petilian⁹ di-
 xit, nō ego. Iſta ex Epistoſta Petiliani ſunt, ſed tantū ver-
 ba iam

A ba iam duo illa quæ me abſtulſiſſe inſumular addidi, &
 nihilominus oſtendi inſuſtitionis meæ, cui nō reſpon-
 det, multo breuius & enoſtius fixam ſtare ſentētiā.
 Certe hæc illa duo ſunt, fancte & ſciens, vt nō ſit vide-
 licet conſcientia dantis, ſed conſcientia fancte dantis:
 & non ſit, qui fidem à perfido ſumpſerit: ſed, qui fidem
 ſciens à perfido ſumpſerit. Quæ quidem verba nō ſub-
 traxeram, ſed in codice qui mihi datus erat nō inueneram.
 Fieri autem poteſt vt mēdoſus fuerit. Neque enim
 & hoc incredibile eſt, vt etiam hinc mihi Academica
 excitetur inuidia, & tale aſſeratur eſſe quod dixi, codi-
 cem fuiſſe mendofum, quale ſi dicerem niues nigras. Vt
 quid enim ei rependo temerariam ſuſpicionem, vt di-
 cam quod ipſe poſt addiderat qui me ſubtraxiſſe con-
 ſinxit, cum poſſit iſtam mendofitatis notam ſine mea
 maledica temeritate codex qui non irāſcitur ſuſtinere?
 Et illud quidem primum, id eſt, fancte dantis, omni-
 no non impedit inſuſtitionem meam, qua ille vehe-
 menter vrgetur, vtrum ita dicam, ſi conſcientia dantis
 attenditur: an vero ita, ſi conſcientia fancte dantis at-
 tenditur, quæ abluat accipientis. Vnde igitur abluēdus
 B eſt qui accipit baptiſmum ſi dantis polluta eſt conſci-
 ētia, & hoc ille qui accepturus eſt ignorat: Illud autem
 alterum quod additur, ſciens: vt non dicatur, qui fidem
 à perfido ſumpſerit: ſed, qui fidem ſciens à perfido ſum-
 pſerit, nō fidem percipit ſed reatum: fateor tāquam de-
 eſſe me nonnulla dixiſſe, quorum iacturam facile pa-
 tior, quoniam magis moram meæ facilitati afferbant
 quàm adiutorium facultati. Quanto enim expeditius,
 quanto planius & breuius ſic interrogo, Si conſcientia
 fancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: & qui
 fidem ſciens à perfido ſumpſerit, nō fidem percipit ſed
 reatum: vnde abluatur quem latet nō fancte dantis ma-
 culofa cōſciētia, & vnde veram percipit fidem qui ne-
 ſciens baptizatur à perfido: Dicatur vnde, & ibi omnis
 cauſa baptiſmi patebit, ibi totum quod queritur eluce-
 bit, ſed ſi dicatur, non ſi tempus maledicendo finiatur.
 Quicquid ergo de duobus iſtis verbis vel detrahit
 calūniatur, vel additis gloriatur, nihil interrogationē
 meam impedire perſpiciſtis, cui quid reſpōdeat ille nō
 inueniens, ne tamen taceat irruit identidem in perſo-
 nam meam, dicerem recedens à cauſa, ſi omnino acceſ-
 ſiſſet ad cauſam. Quippe quaſi de me agatur, & non de
 C Eccleſia vel baptiſmi veritate, ideo me dicit ſubtra-
 ctis illis duobus verbis argumentatum, vt quaſi conſciētia
 meæ non obſt quod inquinatoſis, vt dicit, mei ſacrile-
 gam ignorauit conſcientiam. Quod ſi ita eſſet, verbum
 illud quod poſitū eſt, ſciēs, additū mihi potius prodeſ-
 ſet, & obſeſt ablatum. Si enim me ita defendi potius
 voluiſſem, vt baptizatoris mei putarer ignorare con-
 ſcientiam, pro me locutum acciperē Petilianum: quan-
 do nō vtcunq; ait, Qui fidem à perfido ſumpſerit: ſed,
 qui fidem ſciens à perfido ſumpſerit, nō fidem percipit
 ſed reatum: vt hinc ego non me reatum ſed fidem per-
 cepiſſe iactarem, quando dicerem, nō ego ſciens à per-
 fido accepi, ſed homo conſcientiā dantis hominis igno-
 rari. Videte ita que & numerate ſi poteſtis, quāta ſuper-
 ſua loquatur ad vnum. Ignorauit quod me proponit
 dixiſſe, cum hoc omnino non dixerim, quia nec de me
 agebatur vt dicerem, nec aliquid criminis in eo qui me
 baptizauit apparuit, vt eius me ignorare cōſciētia, pro
 mea deſenſione cogere dicerem. Et tamen iſte ne re-
 ſpondeat ad ea quæ dixi, proponit ſibi quod non dixi,
 & auocat homines ab intentione debiti ſui, ne id quod
 reſponſum eſt exigatur, interponit ſæpe, ignorari, in-

quam: & reſpondet, ſed ſi eū ignorares, & quaſi conuin-
 dit: ne mihi liceat dicere, ignorari. Cōmemorat Mēſu-
 rium, Cæcilianum, Macarium, Taurinū, Romanum, &
 eos cōtra Eccleſiā dei feciſſe affirmat, quæ ignorare nō
 poſſem, eo quod Afer ſum, & atate penē iam ſenex, cum
 ſicut audio, Mēſarius in cōmunionis vnitate deſun-
 ctus ſit antequam ſe ſcinderet pars Donati: cauſam ve-
 ro Cæciliani legerim, quod ad Cōſtantinū ipſi detule-
 rint, & ab Episcopis quos ille imperator iudices dederat,
 & ſemel & iterū ab ipſo rege illic ad eum appellan-
 tibus, etiā tertio ſuit abſolutus. Macarius vero & Tauri-
 nus & Roman⁹, quicquid vel iudiciaria vel executoria
 poteſtate aduerſus eorū obſtinatum furorē pro vnitate
 fecerunt, ſecundum leges eos feciſſe conſtat: quas iudem
 ipſi cauſam Cæciliani ad imperatoris iudiciū deferēdo,
 contra ſe ferri exeriq; cōegerunt. Inter multa etiam
 prorsus ad rem non pertinentia dicit, Meſiani pro-
 cōſulis ſententia me fuiſſe percuſſum vt ex Africa fuge-
 rem, & propter hoc falſum, quod ſi non ipſe conſinxit,
 certe maleuolis ſingentibus maleuole credidit, quā
 multa alia falſa conſequenter non vtcunq; dicere, ſed
 etiam ſcribere mira temeritate non timuit, cum ego E
 Mediolanum ante Bautonem Conſulem venerim, eiq;
 conſuli kalendis Ianuariis laudem in tanto conuentu
 conſpectuq; hominū pro mea tūc rhetorica profeſſio-
 ne recitauerim, & ex illa peregrinatione iā poſt Maxi-
 mi tyrāni mortē Africam repetiuerim, Manicheos autē
 Meſianus pro cōſul audierit, poſt conſulatum Bauton-
 nis, ſicut dies geſtorum ab eodē Petiliano inſertus oſtē-
 ditur. Quæ ſi dubitantibus vel cōtradictibus probare
 neceſſe eſſet, multos poſſem claros in ſeculo viros teſtes
 locupletiſſimos adhibere toti⁹ illius tēporis vita meq;
 Sed quid iſta requirimus: quid & patimur ſuperſuas
 moras & facimus: Nunquid hinc inuētur ſumus vnde
 ſit accipientis abluēda conſciētia, qui maculoſam dan-
 tis ignorat: fidemq; vnde percipiat, qui neſciens bap-
 tizatur à perfido: Quod Petilianus cum ex Epistoſta mea
 tanquam ad reſpondendum propoſuiſſet: quicquid vo-
 luit aliud locutus eſt quā id quod cauſa poſcebat. Quo-
 tiēs dixit, ſi ignorares: quaſi ego dixerim, quod nunquā
 dixi, mei baptizatoris me ignorare cōſciētiam. Et aliud
 nihil egiſſe viſus eſt ore maledico, qv̄t me malitiā eorū
 apud quos baptizatus, & quorum cōmunioni ſocia-
 tus ſum, non ignorare conuincere videretur; ſatis vti-
 que intelligens quia ignorantia me non faceret reum.
 Ecce ergo ſi ignorarem, ſicut totiens repetiuit, procul-
 dubio ab eis omnibus malis innocēs eſſem. Vnde ergo
 abluerit, qui conſcientiam non fancte dantis ignorās
 criminibus eius impediri minime poſſem? Vnde per-
 cipere fidem qui neſciens à perfido baptizaret: Non
 enim fruſtra, ſi ignorares, totiens repetiuit, niſi vt me pu-
 tari ſineret innocentem, proculdubio iudicans quod
 nullius innocētia violatur ſi neſciens fidē ſumit à per-
 fido, & maculoſam conſcientiā non fancte dātis igno-
 rat. Dicat ergo vnde tales abluantur, vnde fidem per-
 cipiant nō reatum: Sed non nos fallat. Dicat, non multa
 dicendo nil dicat, aut nil dicendo potius multa dicat.
 Deinde, quod in mentem venit, & prætereundum non
 eſt, ſi ego propterea reus ſum, quia non ignorauit, vt ſe-
 cundum ipſum loquar, ideo autem non ignorauit, quia
 & Afer ſum, & atate penē iam ſenex, ſaltem pueri cæ-
 terarum toto orbe terrarum non ſunt rei, qui nec gente
 nec atate iſta noſtra obiecta ſeu vera ſeu falſa noſſe po-
 tuerunt, qui tamē ſi in vos incidērint, ſine villo reſpectu
 rebaptizantur. Sed nunc iſta nō quarimus, illud po-

Li. 6. c. 6. f. 6.

Ca. xxxij.

Ca. xxxij.

Gtius respondeat quod ne respondere cogatur copiosissime altercatur, Vnde abluatur accipientis conscientia, qui maculosam dantis ignorat, si conscientia sancte dantis attenditur, quae abluat accipientis? Et vnde percipit fidem qui nesciens baptizatur a perfido, si quisquis fidem sciens a perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum? Omnis ergo eius maledictis quae in me sine vlla sana consideratione iactavit, adhuc atredamus ne forte hoc quod exposuimus in consequentibus dicat. Libet autem intueri quam garrulus ea proposuerit quasi facillime conuulsurus & euersurus. Sed ad illud, inquit, tui pharasma argumentum, quo quemcumque baptizas, verbis tibi pingere visus es, redeamus. Imaginari enim te verisimilia decuit, qui non vides veritatem. Haec verba sua prolocutus est Petilianus, verba mea propositurus. Deinde subiit, Ecce inquis stat perfidus baptizaturus: at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat. Non totam dixit propositionem atque interrogationem meam, & mox ipse interrogare me cepit, dicens, Quis est iste, aut vnde profiliuit quem proponis? Cur tibi videris videre quem simulat, ne videas eum quem videre ac discutere diligentissime debeas & probare? Sed quia intelligo te ignorare ordinem sacramenti, hoc tibi breuiter dico, & tu baptista discutere, & ab eo discuti debuisti.

A V G. Quid est quod expectabamus? Ut diceret, vnde abluatur accipientis conscientia, qui maculosam non sancte dantis ignorat, & vnde fidem non reatum percipiat, qui baptismum nesciens a perfido sumpserit. Ecce audiuius baptista debere diligentissime discuti ab eo qui vult fidem percipere non reatum, ut inueniat conscientiam sancte dantis qui abluat accipientis: Nam qui non discussit, & nesciens a perfido acceperit, coipso quod non discussit, maculosamque dantis ignorauit conscientiam, non fuit vnde fidem percipere sed reatum. Quid ergo adiuuit, quod pro magno addidit, sciens, quod me subtraxisse calumniatus est? Cum enim voluit ita dici, Qui fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum: videtur aliquam spem reliquisse nescienti. Nunc vero cum interrogatur vnde percipiat fidem qui nesciens baptizatur a perfido, respondit eum discutere debuisse baptista. Proculdubio miserum, nec ignorare permittit, non inueniendo vnde fidem posset accipere, nisi spem suam in homine baptizando posuerit. Hoc est quod exhorremus in vobis, hoc est quod diuina damnat sententia, veracissime & manifestissime clamans, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Hoc est quod apertissime prohibet sancta humilitas & charitas Apostolica clamante Paulo, Nemo gloriatur in homine. hoc est quod in nos inaniam calumniarum & acerrimorum maledictorum crebre fecit impetus, ut quasi euerso homine nulla spes remaneat eorum quibus verbum dei & sacramentum pro dispensatione nobis credita ministramus. Respondemus eis, Quousque hoc aponeitis super hominem? Respondet eis catholica veneranda societas, Nonne deo subiicietur anima mea? ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse est deus meus, susceptor meus, non emigrabo. Nam quae alia causa fuit istis emigrandi de domo dei, nisi quia vasa facta in contumeliam, sine quibus illa vsque ad diem iudicii non erit, sinxerunt se ferre non posse, cum tamen hoc magis ipsi fuisse, & aliis calumniose obiecis. Gestis atque co-scriptis tunc rebus appareant: de quibus in contumeliam factis ne propter illa de domo dei magna, quae magno patrifamilias vna est, perturbat emigret: dicit dei seruus & bonus fidelis, vel fidem in baptismo percepturus, quod

paulo autem commemoravi, Nonne deo subiicietur anima mea? Deo utique non homini, ab ipso enim salutare meum non ab homine. Iste autem non saltem tunc deo daret abluendum mundandumque hominem, quando maculosa conscientia non sancte dantis occulta est, & fidem nesciens quisquis sumit a perfido. Hoc, inquit, tibi breuiter dico, & tu baptista discutere, & ab eo discuti debuisti. Obsecro vos hic aduertite, ego quero, vnde abluatur accipientis conscientia, cum maculosam non sancte dantis ignorat, si conscientia sancte dantis attenditur quae abluat accipientis, & vnde accipiat fidem qui nesciens a perfido baptizatur, si quisquis fidem sciens a perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum: & ille mihi respondet, discutiendum esse & baptizandum & baptizandum. Et ad hoc probandum, vnde quaestio nulla est, adhibet exemplum Ioannis, quod eum discussit qui ab eo quaesierunt quem se esse diceret: quod ipse quoque discussit eos quibus ait, Generatio viperarum quis vobis ostendit fugere ab ira vetera? Quid hoc ad rem, & quid hoc ad causam? Deus Ioanni perhibuerat testimonium excellentissimae sanctitatis prophetia praclarissima praecedente & quando conceptus & quando natus est. Querebant autem illi iam credentes esse sanctum, quem nam se diceret esse sanctorum, vel utrum ipse esset sanctus sanctorum, quod est Christus Iesus. Tanta quippe gratia illi habebatur, ut continuo crederetur quicquid de se ipse dixisset. Si autem hoc exemplo asseritur quilibet nunc discutendus esse baptista, quicquid de se quisque dixerit, credendus erit. Quis est autem fictus quem fugit utique, sicut scriptum est, spiritus sanctus, qui de se optime credi velit, atque id agat quibus verbis potuerit? Ita ergo cum fuerit interrogatus quisnam sit, & responderit se esse dei fidelem dispensatorem, nec cuiusquam criminis macula polluta habere conscientiam, haec erit tota discussio, an etiam mores eius & vita diligentius intuenda est? Ita sane non hoc scriptum est fecisse illos qui Ioannem in deserto locum dantis interrogauerunt quis esset: Vnde hoc exemplum dantis rem de qua agitur omnino non pertinet, magis Apostolica illa sententia satis haec inuenit curam ubi ait, Probenitur primum, & sic ministrat nullum crimine habentes. Quod cum sollicite ac de more utrobique penes ab omnibus fiat, vnde tam multi reprobi post tempus gestae dispensationis huius inuenti sunt, nisi quia & humana diligentia plerumque fallitur, & nonnulli primum boni in deterius commutantur? Quae cuncta crebro accidunt, ut discimus simulare ac obliuisci neminem sinat, quid est quod contumeliose nos docet Petilianus breuiter a baptizando discutendum esse baptista, quonia quarimus vnde sit accipientis abluenda conscientia, cum maculosa non sancte dantis occulta est, si conscientia sancte dantis attenditur qui abluat accipientis. Quia intelligo te, inquit, ignorare ordinem sacramenti, hoc tibi breuiter dico, & tu baptista discutere, & ab eo discuti debuisti. O mihi responde, circumstant enim in tanta locis tanta hominum multitudo quae baptizata est ab eis, qui cum prius iusti & casti viderentur, postea nudatis criminibus conuicti atque deiectioni sunt: & se putat euadere huius interrogationis violentiam, qua quarimus, vnde abluatur accipientis conscientia, quando maculosam non sancte dantis ignorat, si conscientia sancte dantis attenditur quae abluat accipientis, quia breuiter discutiendus esset baptista. Nihil infelicis quod non consentire veritati, qua ita quisque cohereditur, ut exitu inuenire non possit. Quarimus a quo accipiat fidem qui nesciens a perfido baptizatur? Respondetur, discutere debuit baptizatorem suum. Ergo quia non discutit

cutit eum & fidem nesciens sumit a perfido, non fidem percipit sed reatum: Cur ita que non denuo baptizantur, quos a proditis atque conuictis, cum adhuc laterent, baptizatos esse constiterit? Et ubi est, inquit, quod addidisti sciens, ut non dicerem, qui fidem a perfido sumpserit, sed, qui fidem sciens a perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum? Percipit ergo fidem non reatum, qui nesciens sumpserit a perfido, & ideo quero vnde perceperit. Vbi coarctatus respondet, Discutere debuit. Esto, debuit, non fecit aut non valuit: Quid de illo censetis? Ablutus est an non? Si ablutus est, quero vnde? Non enim eum maculosa, non sancte dantis conscientia quam nesciuit abluere potuit. Si autem non est ablutus, iubet ut abluatur. Non iubetis, ergo ablutus est. Dicite vnde? dicite saltem vos quod ille non dixit. Eadem quippe verba propono, quibus respondere non potuit. Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat, quid eum accepturum esse arbitramini, utrum fidem an reatum? Sufficiunt adhuc proposita, respondete aut quaerite diligenter quid ille responderit: Inuenietis etiam conuicta conuicta. Culpat enim me quasi deridens, quod verisimilia proponam qui non videam veritatem. Repetitis etiam verbis meis & dimidiata sententia, dicit, inquit, Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius ignorat. Deinde subiungit, Quis est iste aut vnde profiliuit? Quasi vnus sit aut duo, & non talibus utrobique plena sint omnia. Quid ex me querit quisnam sit iste, aut vnde profiliuit, ac non potius circumspicit & videt raras esse Ecclesias vel in urbibus vel in riuibus, quae non habeant in criminibus detectos, & a clericatu deiectionis homines eum lateret, bonosque se videri vellent cum mali essent, & castos putari cum essent adulteri. Nempe ficti erant, nempe spiritus sanctus eos, sicut scriptum est, fugiebat. Ex istorum ergo adhuc latitantium turba profiliuit ille perfidus quem proposui, quid ex me querit vnde profiliuit, claudens oculos aduersus tantam turbam, vnde si soli considerentur qui conuicti deiectione potuerunt, sonitus eorum sufficit caecis. Quid quod etiam ipse posuit in Epistola sua, quod vult de duobus adulteris apud nos conuictum & abiectum a nostris esse susceptum? Quid ergo sine huius prauidicio dixerim qui causam suam bonam vel probauit vel persuasit? Tales apud vos non eum deiectioni cum baptizant, quid ab eis accipitur, fides an reatus? Non utique fides, quia non habent conscientiam sancte dantis, quae abluat accipientis. Sed nec reatus propter illud additum verbum: Nam qui fidem sciens a perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum. Ab istis autem cum baptizarentur homines, quales fuissent utique nescierunt. Proinde non ab eis accipiendo fidem, quia non habebant conscientiam sancte dantis, non accipiendo etiam reatum, quia non scientes sed nescientes eorum crimina, baptizati sunt, sine fide & sine reatu remanserunt. Non sunt ergo in numero talium flagitiosorum, sed nec in numero possunt esse fidelium: Quia sicut nec reatum, ita nec fidem ab eis accipere potuerunt. At eos in numero fidelium a vobis certum deputari, nec censere quenquam vestrum ut baptizetur, sed reatum habere quod baptizati sunt. Acceperunt itaque fidem, nec tamen ab eis acceperunt, qui non habent conscientiam sancte dantis quae abluet accipientis: Vnde ergo acceperunt? Hinc stat quoque, hoc vrgenter interrogo, hoc ut respondeatur vehementissime flagito. Inspicite nunc Petilianum ne hoc respondeat, vel ne hoc respondere non potuisse deprehensus appareat,

per nostras contumelias inaniter euagari criminatam & nihil probatam, & ubi forte conatur pro causa quasi pugnantiter resistere, ubique facillime superari. Ad hoc tamen vnum omnino nihil respondere quod querimus, si conscientia sancte dantis attenditur quae abluat accipientis, vnde abluendus sit qui accipiebat baptismum, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat. His enim verbis ex Epistola mea commemoratis, proposuit me interrogatam, & se ostendit nihil respondentem. Cum enim dixisset ea quae iam recolui, & in quibus eum ostendi ad id quod interrogauimus non respondisse: cumque magnis angustiis coarctatus, coactus esset dicere, discutiendum esse baptista a baptizando, baptizandum a baptista, cumque id exemplo Ioannis si forte inueniret negligentissimos vel imperitissimos auditores astruere tetauisset, adhibuit alia testimonia de scripturis ad rem non pertinentia, quae Philippo dixerit Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? quia sciebat, inquit, perditos prohiberi, & quod Philippus eum baptizari non vetuit, quia eum legentem probauerat quomodo crederet Christum: Quasi prohibuerit Simonem Magum, & quod Propheta falso baptismate decipi timuerit: Et ideo dixerit Esaias, Aqua mendax non habet fidem: velut ostendens apud perfidos homines aquam esse mendacem, cum hoc non Esaias sed Hieremias de hominibus mendacibus dixerit, figurate aquam populam appellans, quod in Apocalypsi manifestissime demonstratur: Et quod Dauid dixerit, Oleum peccatoris non vngat caput meum: cum ille hoc dixerit de adulatione assentatoris fallaci laude decipientis, vnde laudati caput in superbiam crescat. Quem intellectum aperit verba in eodem Psalmo praemissa superius: Sic enim ait, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid hac sententia clarius, quid euidentius: Mauiit enim se aspera emendatione iusti argui misericorditer ut sanetur, quam lenibus blanditiis vngi ut infletur. Commemoratur Petilianus & Apostolum Ioannem monuisse, ne omni spiritui credatur, sed probentur spiritus si ex deo sunt: quasi ad hoc adhibeatur ista diligentia, ut nunc ante tempus frumentum a palea separaretur, ac non potius ne frumentum a palea decipiatur. Aut vero etiam spiritus mendax si aliquid vere dixerit, ideo negandum est, quia hoc detestatus spiritus dixit. Quod quisquis arbitratur tam demens est, ut forte contendat Petrum non debuisse dicere, Tu es Christus filius dei viui: quia tale iam aliquid daemones dixerant. Cum ergo baptismus Christi siue per iniquum siue per iustum ministratus, nihil aliud sit, quam baptismus Christi, ab homine cauto bono fidelis iniquitas hominis est vitanda, non dei sacramenta damnanda. In his certe omnibus non respondet Petilianus: Si conscientia sancte dantis attenditur, quae abluat accipientis, vnde sit abluendus qui accipit baptismum, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat? Collega eius a Thubur Sicubure quidam Cyprianus, cum turpissima femina in lupanari deprehensus, & Primiano Carthagine oblatus atque damnatus est: iste quanquam baptizabat antequam detectus & abiectus esset, non utique habebat conscientiam sancte dantis, quae abluet accipientis, vnde igitur abluti sunt qui hodie illo damnato non utique rursus abluantur? Non erat necesse ut hominem nominarem, nisi Petilianus iterum diceret, Quis est iste aut vnde profiliuit? Cur istum baptista nostri non discussit, sicut Ioannes Petiliano ita sentiente discussus est? An & discussit quantulum homines ho-

Ca. xxxvij.
Hier. 17.
1. Cor. 3.
Psal. 61.
2. Tim. 2.

Ioan. 4.
Act. 8.
E. ibidem.
Hier. 23.
Apoc. 17.
Psal. 149.
Ca. xxxvij.
1. Ioan. 4.
Mat. 13.
Mat. 16.
Marci. 14.

Ca. xxxvij.

Supra li. 1. cap. 5. G minis, nisi hominem à quo baptizaretur, subieci ego & dixi. Quærimus itaque nos cum ille baptizator perfidus latet, si tunc ille quem baptizat fidem percipit non reatum, si tunc ei non est baptizator eius origo & radix & caput, quis est à quo accipit fidem? ubi est origo de qua oritur, ubi radix vnde germinat, ubi caput vnde incipit? An forte eum baptizantem perfidum ille qui baptizatur ignorat, tunc Christus dat fidem, tunc Christus est origo & radix & caput? Hoc ergo & nunc dico & exclamatione, sicut etiam illic exclamaui, O humana temeritas & superbia, cur non finis potius ut semper Christus det fidem, Christianum dando faciat? Cur non finis ut semper sit Christus origo Christiani, in Christo radicem Christianus infigat, Christus Christiani sit caput? Neque enim etiã cum per sanctum & fidelem dispensatorem gratia spiritalis credentibus impartitur, dispensator ipse iustificat, ac non ille vnus de quo dictum est, quod iustificat impiũ. Aut vero Apostolus Paulus erat caput & origo eorum quos plantauerat, aut Apollo radix eorum quos rigauerat, ac non ille qui eis incrementum dederat, cum idẽ dicat, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit, itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus? Nec radix eorum erat ipse, sed ille potius qui ait, Ego sum vitis, vos estis sarmenra. Caput etiã eorum quomodo esse poterat, cum dicat nos multos vnum esse corpus in Christo, ipsumque Christum caput esse vniuersi corporis, pluribusque locis apertissime prædicet? Quapropter siue à fidele siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit, ne sit maledictus omninis qui spem suam ponit in homine. Hoc ego in Epistola priore cum Petiliano responderẽ, putõ quia & dilucide & veraciter posui. Hoc etiã nunc commemorauit, illud insinuans atque commendans, ut omnino spes nostra non sit in homine, deumque Christum mundatorem, iustificatorem hominum esse credamus credentium in eum qui iustificat impiũ, ut deputetur fides eorum ad iustitiã, siue ille homo sit sanctus qui ministrat baptismum, siue impius & fictus quem fugiat spiritus sanctus. Tunc deinde subdidit, si aliter esset, quãta consequeretur absurditas, & dixi quod & nunc dico. Alioquin si talis quisque in gratia spiritali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cum manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputque nascens est: cum autem latet perfidus baptizator, tunc quisque à Christo percipit fidem, tunc à Christo ducit originem, tunc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: optandum est ab omnibus qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeant, & ignoret eos. Quilibet enim bonos habuerint, Christus est utique incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Item tanquam ego sensissem, sanctius iustificari eos qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis, cum hæc mirabilis insania ideo à me commemorata sit, quod illos necessario sequitur qui cum Petiliano sentiunt, sic esse hominem baptizatum ad baptizatorẽ suũ, quemadmodum est fructus ad arborem de qua nascitur, bonus de bona, malus de mala, quibus cum dixerimus ut respondeat eum arbitrentur fructum esse hominem baptizatum quãdo ab occulto malo baptizatur, quoniã non audent eum rebaptizare, coguntur respondere, tunc eum non esse fructum occulti illius mali, sed esse fructum Christi: ac per hoc sequitur eos quod volunt, & quod sentire demeritis est, quia si homo tunc est fructus hominis baptizatoris sui, quãdo à manifesto bono baptizatur, cum vero baptizatur ab occulto homine malo, tunc non ipsius fructus, sed Christi est: sanctius iustificatur qui baptizatur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis. Quod cum mihi Petilianus tribuens, tanquam hoc ego senserim, satis in me grauiter ac vehementer inuehitur, ipse utique demonstrat ea ipsa grauissima inuectione sua, quãtum nefas sit ista sentire, ac per hoc quicquid propter istam sententiam in me dixisse videri voluit, in seipsum dixisse inuenitur, quia talia sentire cõuincitur. Ibi enim ostendit quãta vi veritatis superatus sit, ubi alium exitum non inuenit, nisi ut me sensisse fingeret, quod ipse sentit, quẽadmodum si illi quos Apostolus arguit, quia dicebant non esse resurrectionem mortuorum, eundem Apostolum accusare

bus verbis Petilianus satis apertissime ostendit, tanquam arborem accipiendũ eum hominem qui baptizat, & tanquam fructum eum qui baptizatur. Ad hæc ego responderẽ, Si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit: quisquis ab homine malo etiã non manifesto fuerit baptizatus, bonus esse non poterit, de mala quippe arbore exortus est. Aliud est enim arbor bona, aliud arbor occulta, sed tamen mala. Quid aliud his verbis intelligi volui, nisi quod paulo superius posueram arborẽ & fructum eius, non eum qui baptizat & eum qui baptizatur, sed hominẽ arborẽ, fructum vero eius opus & vitam eius accipi debere, quã semper habet bonam bonus, & malam malus, ne illa sequatur absurditas, ut malus sit homo etiã ab occulto malo homine baptizatus, tãquam fructus arboris, quãuis occulta, sed tamen mala: Cõtra quod ille nihil omnino respondit. Sed ne diceret siue ille siue aliquis vestrus, cum quis occultus malus est qui baptizat, tunc non esse fructum eius illũ quẽ baptizat, sed fructum Christi: continuo subieci, quãuis velanus error etiã istã sententiam consequatur, & repetiui illud, licet aliis verbis, quod paulo ante dixerã, Si cum occulta est arbor mala, quicunq; ab illa fuerit baptizatus, non de illa, sed de Christo nascitur, sanctius iustificatur qui baptizatur ab occultis malis, quã qui baptizatur à manifestis bonis. Petilianus ergo his tam vehementibus coarctatus angustiis, tacuit superiora ex quibus ista pẽdebant, & hæc absurda quæ illius consequuntur errorẽ, ita commemorauit in responsione sua, quali hæc ego ex mea sententiã dixerim, quã ideo dicta sunt ut attenderet quantum mali sequeretur eius sententiam, & eam mutare cogere. Hanc ergo fraudem audientibus vel legentibus faciens, & omnino desperãs legi posse quã scripsimus, cepit in me grauiter & petulãter inuehi, tanquam ego sensissem optandum esse omnibus qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeant, ignorent eos, quoniã quilibet bonos habuerint, Christus est incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Item tanquam ego sensissem, sanctius iustificari eos qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis, cum hæc mirabilis insania ideo à me commemorata sit, quod illos necessario sequitur qui cum Petiliano sentiunt, sic esse hominem baptizatum ad baptizatorẽ suũ, quemadmodum est fructus ad arborem de qua nascitur, bonus de bona, malus de mala, quibus cum dixerimus ut respondeat eum arbitrentur fructum esse hominem baptizatum quãdo ab occulto malo baptizatur, quoniã non audent eum rebaptizare, coguntur respondere, tunc eum non esse fructum occulti illius mali, sed esse fructum Christi: ac per hoc sequitur eos quod volunt, & quod sentire demeritis est, quia si homo tunc est fructus hominis baptizatoris sui, quãdo à manifesto bono baptizatur, cum vero baptizatur ab occulto homine malo, tunc non ipsius fructus, sed Christi est: sanctius iustificatur qui baptizatur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis. Quod cum mihi Petilianus tribuens, tanquam hoc ego senserim, satis in me grauiter ac vehementer inuehitur, ipse utique demonstrat ea ipsa grauissima inuectione sua, quãtum nefas sit ista sentire, ac per hoc quicquid propter istam sententiam in me dixisse videri voluit, in seipsum dixisse inuenitur, quia talia sentire cõuincitur. Ibi enim ostendit quãta vi veritatis superatus sit, ubi alium exitum non inuenit, nisi ut me sensisse fingeret, quod ipse sentit, quẽadmodum si illi quos Apostolus arguit, quia dicebant non esse resurrectionem mortuorum, eundem Apostolum accusare

culpare vellent, quoniam dixit, Neque Christus resurrexit, & inanem esse prædicationem Apostolorum, inanẽ etiam fidem credentium, falsosque inueniri testes aduersus deum, qui dixissent quod suscitauerit Christum. Hoc mihi Petilianus facere voluit, desperans legi posse quã scripsi, quibus respondere non potuit, & putari se respondisse magnopere cõcupiuit. Sed quemadmodum si quisquam illud fecisset Apostolo, recitato vniuerso ipso loco ex eius Epistola, redditisque superioribus verbis ex quibus ista pendere quisquis legit intelligit, omnis illa calumniosa reprehensio in frontem reprehendentium relideretur: sic redditis ex Epistola mea superioribus, dum me Petilianus accusat, in eius faciem, vnde illa conatus est remouere, maiore impetu retorquentur. Apostolus enim redarguens eos qui negabant resurrectionem mortuorum, ista absurditate corrigit quã inuitos sequitur talia sentientes, ut dum exhorrent quod nefas est dicere, corrigan quod ausi sunt credere. Proinde ita dicit, Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit: si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatione nostra, vana est & fides vestra: Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum, quia suscitauit Christum, quem non suscitauit: dum timeant dicere Christum non resurrexisse, & cetera mala ac nefaria quã sequuntur, corrigant quod stulte infideliterque dixerunt non esse resurrectionem mortuorum. Si ergo tollas quod in capite ratiocinationis huius est positum: Si resurrectio mortuorum non est: male cetera dicta sunt, & Apostolo tribuenda. Si autem reddas vnde pendunt, & in exordio constituas, Resurrectio mortuorum non est: recte consequentur, Neque Christus resurrexit, & inanis est prædicatione nostra, inanis est & fides vestra, & cetera quã connexa sunt. Et hæc omnia ab Apostolo bene & prudenter dicta sunt, quoniam quicquid mali habent, illis imputandum est qui negabant resurrectionem mortuorum. Sic etiam in Epistola mea tolle quod positum est: Si talis quisque in gratia spiritali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cum manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputque nascens est: cum autem latet perfidus baptizator, tunc quisque à Christo percipit fidem, tunc à Christo ducit originem, tunc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: tolle ista vnde pedit quod sequitur, & valde pessime dictum, mihique tribuendum est: Optandum est omnibus qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeant & ignoret eos: Quilibet enim bonos habuerint, Christus est utique incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Reddatur autem illa quã vos dicitis, tunc iam hoc quod inde pedit & religatum sequitur, non à me sentiri inuenitur, & quicquid mali habent, in vestram sententiam retorquetur. Item tolle quod positum est, Si arbor bona, bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit: & si cum occulta est arbor mala, quicunq; ab illa fuerit baptizatus, non de illa, sed de Christo nascitur, tolle ista quã cogimini & ex vestra secta & ex Petiliani Epistola confiteri, & meum erit ac mihi imputandum illud insanum quod sequitur, Sanctius iustificatur qui baptizatur ab occultis malis, quã qui baptizatur à manifestis bonis. Redde autem illa ex quibus hoc pendet, cõtinuo videbis & me hoc ad eos corrigendos recte posuisse, & totũ quod vobis in hac sententia merito displicet, in vestram faciem recidisse. Proinde quemadmodum illi qui resurrectionem mortuorum negabant, nullo modo se defenderent à tantis malis quã ad eos redarguendos connexuit Apostolus, dicens, Neque Christus resurrexit, & nefanda similiter cetera nisi mutarent sententiã, & faterentur esse resurrectionem mortuorum: sic etiam vos si non vultis vobis imputari quod ad vos conuincendos & corrigendos dicimus: Sanctius iustificari eos qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifeste bonis: mutate sententiã, & eorum spem qui baptizantur, nolite in hominẽ ponere: Nã si ponitis, videte quid dicã, ne hoc aliquis iterum supprimat, & dicat me sensisse quod ad vos redarguendos corrigendosque cõmemoro. Videte quid dicã, vnde pedit quod dicturus sum: Si eorum spem qui baptizati sunt, in hominẽ à quo baptizantur ponitis: Si baptizatores hominẽ sicut scripsit Petilianus, originem & radicem & caput eius qui baptizatur constituitis: Si arborẽ bonam, bonum hominem baptizantẽ, fructum autem eius bonũ, eum qui fuerit ab ipso baptizatus accipitis, admonetis ut queramus à vobis, qua origine oriatur, qua radice pullulet, cui capiti subnectatur, de qua arbore nascatur quem malus baptizat occultus. Ad hæc quippe inquisitionem pertinet etiam illud cui non respondisse Petilianum sepius cõmendauit: Vnde abluitur qui accipit baptismum cum maculosam conscientiam non sancte dantis ignorat, hanc etiã cõscientiam dantis vel sancte dantis vult esse originem, radicem, caput, semẽ, arborẽ: vnde existat, vnde propagetur, vnde incipiat, vnde germinet, vnde nascatur sanctificatio baptizati. Cum ergo querimus vnde abluitur si que in vestra cõmunionem non rebaptizatis, etiam cum eum cõstituerit ab aliquo baptizatum qui propter occultam nequitiam iam sancte dantis conscientiam non habebat, quid responduri estis nisi à Christo, aut à deo, quãuis & Christus deus super omnia sit benedictus in secula, aut à spiritu sancto, cum & ipse sit deus, quia hæc Trinitas vnus deus: Vnde Petrus cum dixisset homini, Ausus es mentiri spiritui sancto: cõtinuo secutus adiunxit quid esset spiritus sanctus, & ait, Non es meritis hominibus, sed deo. Postremo etiã si dicatis eum ab angelo ablui atque mundaari, quando pollutã conscientiam non sancte dantis ignorat, videte quia sancti homines cum in æternam vitam resurrexerint, tunc de illis dictum est, quod erunt æquales angelis dei. Quisquis ergo & ab angelo abluitur, sanctius abluitur quã si abluitur ab hominis qualicunq; conscientia. Cur ergo non vultis ut dicatur vobis, si tunc abluit homo quando manifestus bonus est, cum autem occultus homo malus est, quoniã non habet conscientiam sancte dantis, non iam ipse, sed deus aut angelus abluit, sanctius iustificatur qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis: Quẽ sententiã si vobis displicet, quoniã reuera omnibus displicere debet, illa tollite vnde nascitur, illa corrigite vnde religatur: Illa enim non præcedant, & ista non sequitur. Nolite itaque dicere, conscientiam sancte dantis attenditur, quã abluit accipientis, ne dicatur vobis, quãdo latet dantis conscientia pollutã, quis abluit accipientem conscientiam: Et cõ respondetis, vel deus vel angelus, quoniam quid respondeatis aliud non habetis, sequatur vos vnde confundamini: Sanctius iustificatur qui baptizantur ab occultis malis, ut vel à deo vel ab angelo abluitur, quã qui baptizantur à manifestis bonis, qui deo vel angelis non cõparantur. Sed dicite quod dicit veritas & catholica Ecclesia, quia non solũ cum malus est minister baptismi, verũ etiã cum sanctus & bonus est, non est in homine spes ponenda, sed in illo qui iustificat impiũ, in quẽ credentibus fides ad iustitiã de

tuorum negabant, nullo modo se defenderent à tantis malis quã ad eos redarguendos connexuit Apostolus, dicens, Neque Christus resurrexit, & nefanda similiter cetera nisi mutarent sententiã, & faterentur esse resurrectionem mortuorum: sic etiam vos si non vultis vobis imputari quod ad vos conuincendos & corrigendos dicimus: Sanctius iustificari eos qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifeste bonis: mutate sententiã, & eorum spem qui baptizantur, nolite in hominẽ ponere: Nã si ponitis, videte quid dicã, ne hoc aliquis iterum supprimat, & dicat me sensisse quod ad vos redarguendos corrigendosque cõmemoro. Videte quid dicã, vnde pedit quod dicturus sum: Si eorum spem qui baptizati sunt, in hominẽ à quo baptizantur ponitis: Si baptizatores hominẽ sicut scripsit Petilianus, originem & radicem & caput eius qui baptizatur constituitis: Si arborẽ bonam, bonum hominem baptizantẽ, fructum autem eius bonũ, eum qui fuerit ab ipso baptizatus accipitis, admonetis ut queramus à vobis, qua origine oriatur, qua radice pullulet, cui capiti subnectatur, de qua arbore nascatur quem malus baptizat occultus. Ad hæc quippe inquisitionem pertinet etiam illud cui non respondisse Petilianum sepius cõmendauit: Vnde abluitur qui accipit baptismum cum maculosam conscientiam non sancte dantis ignorat, hanc etiã cõscientiam dantis vel sancte dantis vult esse originem, radicem, caput, semẽ, arborẽ: vnde existat, vnde propagetur, vnde incipiat, vnde germinet, vnde nascatur sanctificatio baptizati. Cum ergo querimus vnde abluitur si que in vestra cõmunionem non rebaptizatis, etiam cum eum cõstituerit ab aliquo baptizatum qui propter occultam nequitiam iam sancte dantis conscientiam non habebat, quid responduri estis nisi à Christo, aut à deo, quãuis & Christus deus super omnia sit benedictus in secula, aut à spiritu sancto, cum & ipse sit deus, quia hæc Trinitas vnus deus: Vnde Petrus cum dixisset homini, Ausus es mentiri spiritui sancto: cõtinuo secutus adiunxit quid esset spiritus sanctus, & ait, Non es meritis hominibus, sed deo. Postremo etiã si dicatis eum ab angelo ablui atque mundaari, quando pollutã conscientiam non sancte dantis ignorat, videte quia sancti homines cum in æternam vitam resurrexerint, tunc de illis dictum est, quod erunt æquales angelis dei. Quisquis ergo & ab angelo abluitur, sanctius abluitur quã si abluitur ab hominis qualicunq; conscientia. Cur ergo non vultis ut dicatur vobis, si tunc abluit homo quando manifestus bonus est, cum autem occultus homo malus est, quoniã non habet conscientiam sancte dantis, non iam ipse, sed deus aut angelus abluit, sanctius iustificatur qui baptizantur ab occultis malis, quã qui baptizantur à manifestis bonis: Quẽ sententiã si vobis displicet, quoniã reuera omnibus displicere debet, illa tollite vnde nascitur, illa corrigite vnde religatur: Illa enim non præcedant, & ista non sequitur. Nolite itaque dicere, conscientiam sancte dantis attenditur, quã abluit accipientis, ne dicatur vobis, quãdo latet dantis conscientia pollutã, quis abluit accipientem conscientiam: Et cõ respondetis, vel deus vel angelus, quoniam quid respondeatis aliud non habetis, sequatur vos vnde confundamini: Sanctius iustificatur qui baptizantur ab occultis malis, ut vel à deo vel ab angelo abluitur, quã qui baptizantur à manifestis bonis, qui deo vel angelis non cõparantur. Sed dicite quod dicit veritas & catholica Ecclesia, quia non solũ cum malus est minister baptismi, verũ etiã cum sanctus & bonus est, non est in homine spes ponenda, sed in illo qui iustificat impiũ, in quẽ credentibus fides ad iustitiã de

G putatur. Cum enim dicimus, Christus baptizat, non visibili ministerio dicimus, sicut putat vel putari cupit nos dicere Petilianus, sed occulta gratia, occulta potentia in spiritu sancto: sicut dictum est de illo à Ioanne Baptistista: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nec sicut Petilianus dicit, iam baptizare cessavit, sed adhuc a gratia non ministerio corporis, sed invisibili opere maiestatis. Quod enim dicimus, ipse baptizat, non dicimus ipse tenet & in aqua corpus credentis tingit, sed ipse invisibiliter mundat, & hoc universam prorsus Ecclesiam. Neque enim Apostolo Paulo non est credendum, qui de illo dixit, Viri diligite uxores vestras sicut Christus Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lavacro aquae in verbo vitae. Ecce quia Christus sanctificat, ecce quia Christus ipso lavacro aquae in verbo ubi minister videtur corporaliter operari, ipse abluit, ipse mundat. Nemo ergo sibi arroget quod dei est, si certa spes hominum cum illo figitur qui fallere non potest, quoniam maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: & Beatus cuius est dominus deus spes ipsius. Nam dispensator fidelis mercedem accipiet vitam aeternam. dispensator autem infidelis cum cibaria dominica distribuit conferuis, absit ut per suam infidelitatem cibaria inutilia faciat: Quoniam quae dicitur, inquit, facite, quae autem faciunt facere nolite. Quod ideo contra malos dispensatores praecipuum est, ut bona dei per ipsos accipiantur, mala autem ipsorum vita ex dissimilitudine caueatur. Si autem ad ista prima verba Epistolae meae Petilianum non respondisse manifestum est, & ubi respondere conatus est, magis ostendit quod non potuerit respondere, quid de illis partibus meorum scriptorum loquar, quibus nec respondere tentavit quae omnino non attigit, quae tamen qualia sunt si recensere quisque voluerit, qui & mea & ipsius habet scripta, puto quod intelligat quanta firmitate roborata sint. Quod ut vobis breviter ostendam, ipsa testimonia de scripturis sanctis prolata, recolite vel legendo recense, quae posuit vel aduersus nos, & in mea responsione quae posui etiam ego aduersus vos, & videte quemadmodum ego illa quae posuit, ostendi non nobis, sed potius vobis esse contraria: ipse autem illa quae posui maxime necessaria, omnino non attigit, & in illo vno Apostoli quod tanquam pro se pertractare conatus est, videbitis quam nullum exitum inuenierit. Pars eum Epistolae quam scripsit ad suos à capite vsque ad eum locum ubi dicit, Hoc nobis dominus imperat, Cum vos persecuti fuerint homines in ciuitate ista, fugite in aliam, quod si & in ea vos persequuntur, fugite in aliam: primum venit in manus nostras, huic respondimus. quae nostra responsio cum etiam in illius venisset manus, scripsit hanc contra, quae nunc refellimus, & eum nostrae non respondisse monstramus. In illa ergo prima parte scriptorum eius quibus primum respondimus, haec sunt testimonia scripturarum quae nobis putauit aduersa: Arbor bona, bonos si uult facit, & arbor mala malos fructus facit: Nunquid colligunt de spinis uuas? Et iterum, Omnis homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona, & omnis homo malus de thesauro cordis sui profert mala. Et iterum, Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest lauatio eius. His testimoniis uolens ostendere talem fieri eum qui baptizatur, qualis fuerit à quo baptizatur. Ego contra quemadmodum accipienda essent haec testimonia, & quod eius intentionem nihil adiuuarent ostendi. Caetera uero quae posuit dicta in malos & sceleratos homines, non

esse aduersus frumenta dominica, sicut praedicta & promissa sunt toto orbe diffusa, & potius à nobis contra vos posse dici satis edocui: Recensete & inuenietis. At uero ego quae posui pro Ecclesia catholicae assertionis, ista sunt, quod ad baptismum attinet, ne id quod gratia dei regeneramur, mundamur, iustificamur, danti homini tribuatur. Bonum est confidere in domino, quam credere in homine. Et, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: Et quia Domini est salus, Et, Vana salus hominis: Et quia neque qui platur est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: Et quia ille in quo creditur iustificat impium, ut deputetur fides eius ad iustitiam. Propter ipsius uero Ecclesiae unitatem quae in omnibus gentibus dilatur, cui vos non communicatis, haec testimonia posui de Christo esse praedicta, Qui dominus dilatur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Et, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Et quod testamentum dei factum ad Abraham pro nostra, hoc est, catholicae communionis recitatur, ubi scriptum est, In seculum tuo benedicentur omnes gentes. Quod semen in te interpretatur Apostolus dicens, Et semini tuo quod est Christus. Unde apparet in Christo non solum Afros, aut Africam, sed omnes gentes habituras benedictionem per quas catholica dilatur Ecclesia tanto antè promissa: & quae palea cum frumentis sit usque ad viciniam uentilationem, ne quisquam per calumnias criminum alienorum sacrilegii sua separationis excuset, quae reliquerit vel deseruerit omnium gentium communionem. Et ne propter malos dispensatores, hoc est praeposteros, societas Christiana diuidatur, etiam illud testimonium posui, Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite: dicitur enim & non faciunt. Haec ille testimonia de scripturis sanctis à me posita, nec ostendit quemadmodum aliter accipi deberent, ut non ea pro nobis, neque contra nos esse ostenderet, nec omnino attingere uoluit, imò id egit tumultu conuictorum, ut si fieri posset, haec à me dicta nulli omnino ueniret in mentem, qui post epistolam meam lectam etiam ipsius legere uoluisset. Quod uero Epistolae Pauli scriptis à me posuitum pro se tractare conatus est, quale sit parumper attēdit. Dixisti enim, inquit, Apostolus Paulus eos qui dicebant se Apostoli esse, Pauli, obiurgat & dicit, Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quapropter si errabat illi, & nisi corrigeretur perirent, qui uolebant esse Pauli, quae eadem spes eorum est qui uoluerunt esse Donati? Id enim agunt isti ut origo & caput & radix baptizati, non nisi ille sit à quo baptizatur. Haec uerba & hoc Apostoli testimonium, ex epistola mea commemorauit, & sibi proposuit refellendum. Proinde uideat si ad propositum respondit. Ait enim, Inane hoc dictum est, inflatum & puerile & insipiens, & quod longe sit penitus à fidei nostrae ratione: Tunc enim recte hoc diceret, si nos diceremus, in nomine Donati baptizati sumus: aut, Donatus crucifixus est pro nobis: aut, in nostro nomine baptizati sumus. At cum haec à nobis nec dicta sunt nec dicantur, quia formam diuinam sequimur trinitatis, qui nobis talia obiciunt, certum est te insanire. Aut si putas quia in Donati uel in nostro nomine baptizati sumus, falleris perdit, simulque de nobis sacrilege cōfiteris, quia uos in nomine Caeciliani miseris inquinatis. Haec Petilianus contra illa mea respondit, non intendens, uel potius ne ab aliquo intendatur, obstrepes omnino nihil se respondisse, quod ad rem de qua agitur pertineret. Quis enim non uideat ideo magis à nobis recte positum hoc Apostoli testimonium,

A testimonium, quia non uos dicitis in Donati nomine baptizatos, neque Donatum crucifixum esse pro uobis: & tamen propter partem Donati uos ab Ecclesia catholicae communionis separatis: sicut etiam illi quos Paulus arguebat, non utique dicebant in nomine Pauli se fuisse baptizatos, aut Paulum pro se esse crucifixum, & tamen de Pauli nomine schisma faciebant. Sicut ergo illis pro quibus Christus non Paulus crucifixus est, & qui in nomine Christi, non in nomine Pauli fuerunt baptizati, & tamen dicebant, Ego sum Pauli, propter hoc rectus dicitur, Nūquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis, ut haereant ei qui pro ipsis crucifixus est, & i cuius nomine baptizati sunt, & non ad nomen Pauli diuidantur: sic & uobis multo magis, quia non dicitis, in nomine Donati baptizati sumus, & tamen uultis esse de parte Donati, congruenter dicitur, Nunquid Donatus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Donati baptizati estis: Scitis enim Christum pro uobis esse crucifixum, & in nomine Christi uos baptizatos, & tamen propter nomen & partem Donati unitati Christi qui pro uobis crucifixus est, & in cuius nomine baptizati estis, tanta pertinacia repugnatis.

Quia uero id egit Petilianus scriptis suis, ut origo & radix & caput baptizati non nisi ille, sit à quo baptizatur, & hoc à me non inaniter nec pueriliter nec insipienter dictum est, primordia epistolae ipsius quibus tunc respondi, recensete, & uidebitis, imò uero me commemorante diligenter aduertite. Conscientia, inquit, sancte dantis attenditur, quae abluat accipientis. Nam qui fidem sciens à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Et tanquam diceretur ei, unde hoc probas? Omnis res enim origine, inquit, & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est: nec quicquam bene regenerari nisi bono semine regeneretur. Quae cum ita sint fratres, quae potest esse peruersitas, ut qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem, dicente domino Iesu Christo, Arbor bona, bonos fructus facit: Nūquid colligunt de spinis uuas? Et iterum, Omnis homo bonus de thesauro cordis sui profert bona, & omnis homo malus de thesauro cordis sui profert mala. Et iterum, Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest lauatio eius. Haec omnia quod pertineant uidetis, ut scilicet sancte dantis conscientia, ne quisquam fidem sumens à perfido, non fidem percipiat, sed reatum: ipsa sit origo & radix & caput & semen baptizati. Volens enim probare conscientiam sancte dantis attendi, quae abluat accipientis, & non fidem percipere, sed reatum, qui fidem sciens sumit à perfido, continuo subiecit, Omnis res enim origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est: nec quicquam bene regenerari nisi bono semine regeneretur. Et ne quisquam tam tardus esset, ut adhuc non intelligeret de illo eum dicere à quo quisque baptizatur, explanat hoc subsequenter, & dicit, Quae cum ita sint fratres, quae potest esse peruersitas, ut qui suis criminibus est reus, alium faciat innocentem, dicente domino Iesu Christo, Arbor bona, bonos fructus facit: Nunquid colligunt de spinis uuas? Et ne adhuc incredibili obtusitate cordis caecus auditor uel lector non uideat de homine baptizante dicere: adiungit aliud, ubi & hominem nominat. Et iterum, inquit, Omnis homo bonus de thesauro cordis sui profert bona, & omnis homo malus de thesauro cordis sui profert mala. Et iterum, Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest lauatio eius. Certe iam manifestum est, certe iam non indiget interprete nec disputatore aut demō-

stratore id agere istos ut origo & radix & caput baptizati non nisi ille sit à quo baptizatur, & tamen ueritatis oppressus, & quasi quae dixit oblitus, cōcedit mihi postea Petilianus, ut Christus sit origo & radix re-generatorum & caput Ecclesiae, non quicumque homo dispensator ministerque baptismatis. Cum enim dixisset, quia in nomine Christi baptizabant Apostoli, ut Christum fundamentum ponebant, ut facerent Christianos, & hoc scripturarum sanctarum testimonio & exemplis, tanquam nos hoc negaremus probaret: Ubi est nunc, inquit, illa uox qua minutis & crebris quaestiuiculis crepitans, multa inuoluta de Christo & pro Christo & in Christo, contra humanam temeritatem & superbiam inuidiose & elate dixit: Ecce Christus est origo Christiani, Christus est radix, Christus est caput. His ergo auditis quid nisi Christo gratias agam, qui coegit hominem confiteri? Falsa ergo sunt illa quae in Epistola sua dixit exordio, cum uellet persuadere conscientiam sancte dantis attendi, quae abluat accipientis, & cum quis sciens fidem à perfido sumpserit, non fidem percipiat, sed reatum. Hoc enim uolens uelut ostendere, quantum sit in homine baptizante, tanquam magna documenta subiecerat dicens, Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est. Postea uero cum dicit quod & nos dicimus, Ecce Christus est origo Christiani, Christus est caput, Christus est radix: dolet quod antea dixerat, quia conscientia sancte dantis est origo & radix & caput accipientis. Vicit ergo ueritas, ut homo qui baptismum Christi desiderat, non in homine ministro spem ponat, sed ad ipsum Christum tanquam ad originem quae non mutatur, ad radicem quae non euellitur, ad caput quod non deicitur securus accedat. Iam illud quis non aduertat, de qua inflata uena ueniat, quod cum Apostoli sententiam uelut exponeret, ait, qui dixit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit: quid aliud dixit, nisi ego hominem in Christo catechumenum feci, Apollo baptizauit, deus quod fecimus confirmauit: Quare ergo non addidit Petilianus quod Apostolus addidit, & ego maxime commendauit, ut etiam hoc nobis exponeret, Neque qui platur est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus? Quod si uelit exponere secundum ea quae supra posuit, sine dubio sequitur, ut neque qui baptizatur aliquid sit, sed deus qui incrementum dat, Quid enim ad rem nunc pertinet quomodo dictum sit, Ego plantaui, Apollo rigauit: utrum reuera ita accipiendum sit tanquam dixerit, Ego catechumenum feci, Apollo baptizauit: an sit alius uerior & congruentior intellectus: Ecce interim secundum ipsius expositionem, neque qui catechumenum facit, neque qui baptizatur est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Multum autem interest inter confirmare quod alius facit, & facere. Qui enim dat incrementum, non arborem uel uitam confirmat, sed creat. Illo quippe incremento fit, ut etiam lignum plantatum radicem producat & figat: illo incremento fit ut seminum germinem emittat. Sed quid hinc diutius differamus? Sufficit quod secundum ipsum nec qui catechumenum facit, neque qui baptizatur aliquid est, sed qui incrementum dat deus. Quando autem hoc diceret Petilianus ut eum dicere intelligeremus, neque Donatus Carthagine est aliquid, neque Ianuarius, neque Petilianus, quando hoc tumor ille pateatur, quo se putat homo aliquid esse cum nihil sit, & seipsum seducit? Denique etiam paulo post cum institueret & intenderet tanquam ea uerba Apostoli, quae nos obieceramus, iterum

Galat. 6. Cap. LIII.

1. Cor. 3. retractare, noluit hæc ponere quæ dixeram ego, sed alia in quibus posset utcumque humana inflatio respirare. Nam vt eius, inquit, Apostoli dicta quæ nobis obieceras, iterum replicem, dixit, Quid est enim Apollo, quidve Paulus: Ministri eius cui credidistis. Quid aliud verbi gratia, dicit omnibus nostris, nisi quid est Donatus Carthaginis, quid Ianuarius, quid Petilianus nisi ministri ei? cui credidistis? Hoc ego Apostoli testimonium non posui, sed illud quod commemorare noluit, posui, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Iste autem ea verba Apostoli inserere voluit, ubi interrogat quid sit Paulus, vel quid sit Apollo. Et respondet, Ministri eius cui credidistis, hoc aliquo modo ferre potuit torus ceruicis hæreticæ: illud autem ubi non interrogauit, & respondit quid esset, sed dixit non esse aliquid, ferre omnino non potuit. Sed iam nolo querere, utrum non sit aliquid minister Christi? Quis hoc dixerit? Quomodo ergo verum est, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, nisi quia ad aliud aliquid est, ad aliud non est aliquid? Ad ministrandum & dispensandum verbum ac sacramentum aliquid est: ad mundandum autem & iustificandum non est aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine nisi per quem creatus est totus homo, & qui deus manens factus est homo, ille scilicet de quo dictum est, Fide mundans corda eorum, & credenti in eum qui iustificat impium. Quod testimonium in verbis meis Petilianus ponere voluit, in suis autem nec tractauit, nec attigit. Minister ergo, id est, dispensator verbi & sacramenti Euangelici, si bonus est, confocius sit Euangelij: si autem malus est, non ideo dispensator non est Euangelij. Si enim bonus est, volens hoc facit: si autem malus, hoc est sua quærens non quæ Iesu Christi, inuitus hoc facit propter alia quæ requirit. Vide tamè quid idem Apostolus dixerit, Si ergo volēs hoc facio, inquit, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. tanquæ diceret, si bonus bonum annuncio, etiam ipse peruenio: si autem malus bonum annuncio, nunquid enim dixit, si inuitus facio, dispensator non ero? Annunciauit Petrus & ceteri boni, inuitus Iudas, tamen cum ipsis missus annunciauit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est: Qui autem omnibus illis annunciantibus Euangelium perceperunt, non à platore vel rigatore, sed ab eo qui incrementum dat, mundari & iustificari potuerunt. Neque enim dicturi sumus Iudam non baptizasse, cum adhuc inter discipulos fuerit, quando sebat quod scriptum est, ipse non baptizabat, sed discipuli eius. An quia nondum Christum tradiderat qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur auferebat, qui pecunia custos innocens esse non potuit, dispensator tamen gratia sine accipientium damno fuit? Aut si non baptizauit, certe fatemini quia euangelizauit. Quod si hoc minimum & leue dicitis, videte quid de ipso Paulo Apostolo sentiat, qui dixit, Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Huc accedit, quia incipit esse potior Apollo, qui baptizando rigauit, quam Paulus qui euangelizando plantauit, cum sibi officium patris erga Corinthios ob hoc vendicet, nec eis qui post illum ad eos venerant, hoc nomen eoccedat. Aut enim, Si decem milia pedagagos habeatis in Christo, sed non multos patres in Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui. Eis dicit, Ego vos genui: quib? alio loco dicit, Gratias deo quod neminem vestrum baptizauit nisi Crispum & Ganum & Stephanam domum. Genuerat itaque illos,

non per se, sed per Euangelium. Qui etiam si sua quæreret non quæ Iesu Christi, & inuitus hoc faceret, sine sua mercede tamè pecuniam dominicam dispensaret, quamlibet malus; non malam nec inutilem bene accipientibus faceret. Et si hoc de Euangelio recte dicitur, quanto magis de baptismo dicendum est, quod ita pertinet ad Euangelium, vt sine illo quidem ad regnum cælorum nemo perueniat, sed si accedat sacramento iustitia? Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cælorum: idem ipse dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Forma sacramenti datur per baptismum, forma iustitiæ per Euangelium. Alterum sine altero non perducit ad regnum cælorum. Veritatem perfecte baptizare etiam minus docti possunt, perfecte etiam euangelizare multo difficilius & rarioris est operis. Ideo doctor gentium plurimis excellentior euangelizare missus est, non baptizare: quoniam hoc per multos fieri poterat, illud per paucos, inter quos eminebat. Et cum legimus eum aliquibus locis dixisse, Euangelium meum, baptismum autem meum nunquam dixit, sed nec cuiusquam per quem ministratus est. Nā solus ille baptismum quem dedit Ioānes, dictus est baptisimus Ioannis. Hoc præcipuum vir ille dispensationis suæ munus accepit, vt lauacri præcursorum sacramentum etiam illius diceretur per quem dispensabatur: baptismum autem quem ministrauerunt discipuli Christi, nullius eorum dictus est, vt illius esse intelligeretur de quo dictum est, Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo. Si ergo Euangelium quod ita Christi est, vt possit & minister propter munus dispensationis dicere suum, potest homo etiam per malum dispensatorem sine periculo accipere faciens quod dicit, quod autem facit non facies, quanto magis baptismum Christi quem nemo Apostolorum ita ministravit vt aueret dicere suum, potest quisque sine contagione mali ministri percipere, qui bona fide accedit ad Christum. Proinde si Petilianus, cum ego quæ posuit de scripturis testimonia quam contra nos non essent, non prætermiserim demonstrare, ipse quæ posui, partim omnino non attigerit, partim quæ tractare voluit, nihil aliud se quam exire inde non potuisse monstravit, non diu hortandi estis vel admonendi, vt videatis quid tenere quid cauere debeatis. Sed forte in sanctarum scripturarum testimoniis talis apparuit, in his vero documentis quæ iter homines de ipso schismate gesta sunt aliquid valuit, imò vero & in his quam post diuinā testimonia superfluo requirantur, quid commemorauit aut quid probauit? Qui cum fuisset grauitè in traditores inuictus, & multa in eos etiā de sanctis libris testimonia proclamasset, nihil tamen dixit vnde eos ostēderet traditores. Ego autem commemoravi Siluanum Cirtensem, cui quibusdam interpositis etiam ipse succēssit, cum adhuc esset subdiaconus, gestis municipalibus expressum esse traditorem. Contra hoc ille mutare nil ausus est. Et profecto videtis, quanta eum necessitudo compellebat ad respondendum, vt videlicet prædecessorem suum, & non solum confocium suum, sed vt ita dicam, etiam concaethræneum innocentem à crimine traditionis ostēderet, præsertim eum totam causam vestram ibi constitutis, vt traditores appelleret eos quos traditoribus communionis tramite successisse vel fugitis, vel putatis:

A tatis. Qui ergo ipsius causæ vestræ necessitate etiā Rufadientem vel Calamentem, vel cuiuslibet alterius ciuitatis aliquæ de parte vestra gestis municipalibus defendere cogeret, de suo prædecessore cōtuit. Vnde nisi quia hic non inuenit quam caliginem offunderet, vnde saltem homines mente tardissimos & somnolentissimos falleret? Quid enim diceret nisi falsa de Siluanum ista iactari? Sed recitamus gesta, & quando factum sit, & quando etiam Zenophilo cōsulari allegatum sit. Quibus quomodo ille resisteret sept? vndique optima causa catholica, vestra autem pessima: Vnde ista verba commemoro ex illa epistola mea, cui per hanc quam nunc refello, videri voluit respondisse. Vtique vt videatis quam inuictè positum sit, contra quod ille nihil tunc inuenire potuit quam silentium. Cum enim ex Euangelio velut contra nos testimonium posuisset ubi dominus ait, Veniet ad vos in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: ego respondi & dixi, Ergo fructus cōsideremus: tamen continuo subiecti & adiuncti, Obiicitis traditionem, hanc ipsam multo probabilius nos vobis obiicimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantinensi ciuitate Siluanum Episcopum maiores vestri in ipso exordio schismatis sui ordinauerunt. Iste cū adhuc esset subdiaconus, manifestissimus traditor municipalibus gestis expressus est. Sed & vos aduersus maiores nostros aliqua documenta profertis, aqua conditio postulat, vt vtraque vera vel vtraque falsa credamus. Si vtraque vera sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui crimina vos fugere in totius orbis communionem finxistis, quæ in ipsa particula vestræ concisionis habebatis. Sin autem vtraque falsa sunt, vos estis sine dubio schismatis rei, qui propter falsa crimina traditorum immani separationis crimine maculamini. Quod si à nobis aliqua, & à vobis nulla, vel à nobis vera & à vobis falsa proferuntur, non est discutendum quoniā penitus vestra ora clauduntur*. Quid si vos vera & sancta Ecclesia Christi cōuinceret atque superaret: etiā si non nulla vel falsa, vos autem aliqua & vera traditionis documenta teneretis, quid iam vobis restet, nisi vt si vultis pacem diligatis: si autem non vultis, saltem obmutescatis: Etenim quæcunque modo proferetis, facillime & verissime dicerem tunc Ecclesiæ plenariæ & catholice vnitati iam per tot gentes diffusæ atque firmate vos ea probare debuisset, vt vos intus essetis: illi autē quos conuinceretis, pellerentur foras. Quod si conati estis facere, proculdubio probare non potuistis, & victi vel irati, vos ab innocentibus qui damnare incerta non possent, immani sacrilegio separastis. Si autem nec conati estis id agere, nimis execrabili & impia cæcitate vos à frumentis Christi, quæ per totum agrum, id est, mundum vsque ad finem crescunt, paucis in Africa zizaniis offensi præcidistis. Ad hæc quæ ex illa mea priorē epistola commemoravi, Petilianus nihil respondit omnino. Et vtique videtis his paucis verbis totam causam quæ inter nos agitur contineri. Quid enim dicere conaretur, ubi quicquid eligeret vinceretur? Cum enim de traditoribus & à nobis cōtra vestros, & à vobis contra nostros documenta proferuntur: si tamen & à nobis aliqua proferuntur, quæ vsque ad hunc diem omnino nescimus: neque enim ea Petilianus suis literis inferere prætermitteret, qui tam diligenter contra me partes gestorum, quæ ad causam pertinent commemorandas inferendasque curauit. Veruntamen vt iam Tomus septimus.

dicere cœperam, si & à nobis & à vobis talia proferuntur, quæ vsque ad hunc diem omnino nescimus, profecto aut vtraque vera sunt, aut vtraque falsa, aut nostra vera & vestra falsa, aut nostra falsa & vestra vera, plus quid dicatur, non inuenitur. At in omnibus his quatuor sententiis veritas pro communiōne catholica est, quia si vtraque vera sunt, propter homines, quales & vos habebatis, communionem orbis terrarum deserere minimè debebatis. Si vtraque falsa sunt; propter nulla crimina traditionis cauendum erat crimen atrocissimū diuisionis. Si nostra vera & vestra falsa sunt, olim quid diceretis non habetis. Si vestra vera & nostra falsa sunt, falli potuimus cū orbe terrarum de hominū iniquitate, non fidei veritate. Non enim debuit attendere semen Abraham in omni gente diffusum, quod vos nosse diceretis, sed quid iudicibus probaretis. Vnde sciimus quid egerint, quos vestri maiores accusauerunt, etiam si vera eis obiecerentur, vel vt cognitoribus causæ vel certe Ecclesiæ vbique diffusæ, quæ non nisi cognitorum sententias debebat attendere, non illa vera, sed falsa putarentur? Non ideo deus absoluit, si quid hominum sceleris vt homines nosse non possint. Neminem tamen recte iudicari puto nocentem, qui hominem non cōnuictum crediderit innocētē. Vnde ergo nocēs orbis terrarum, si nosse non potuit etiam verum fortasse crimen Afrorum, & hoc aut ideo nosse non potuit, quia nemo ad eum detulit, aut ideo quia in eo quod delatum est cognitoribus potius iudicantibus, quam victis murmurantibus credidit? Hinc ergo laudandus est Petilianus, quæ cum hoc omnino inuictissimū cerneret, silentio prætermisit. Nō planè laudandus quod cetera similiter inuicta, quæ tamen putauit posse obscurari, verborum nebulis operire conatus est, & quod me fecit causam, cum defecisset in causa. De me quoque ipse nihil dicens, nisi quod aut omnino falsum esset, aut culpandum non esset, aut ad me iam non pertineret. Sed interea vos, quos inter me & illum iudices posui, sapitis ne aliquid inter verum falsumve discernere, inter inflatum & solidum, inter turbidum & tranquillum, inter tumidum & sanum, inter diuina prædicta & humana præsumpta, inter probationes & criminationes, inter documenta & figmenta, inter causæ actionem & causæ auersionem? Si sapitis, bene & recte: si autem non sapitis, nos vestri curam gessisse non penitebit: quia & si cor vestrum ad pacem non conuertitur, pax nostra tamen ad nos reuertetur.

Libri tertij finis.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, contra Cresconium Grammaticum Liber primus,



VANDO ad te Cresconi mea scripta peruenire possent ignoras, quatenus peruentura tamen minime desperari, quia ad me tua quanuis longe postea quam scripsisti, tamen quandoque peruenire potuerunt, quæ tibi visum est aduersus ea scribere debere, quæ Petiliano Cirtheni Episcopo vestro iterationem baptismi asserere molienti, & communionem nostram non documentis
f iiii

G torum pōdere vrgenti, sed maledictorum leuitate criminanti, vt potui breuiter pro parte respondi. Non enim tota eius epistola in manus meas tunc venerat, sed parua pars prior. Quod cur acciderit, quid opus est querere, quandoquidem cum ad nos postea vniuersa peruenit, vniuersa respondere non piguit: His ergo literis tuis, quas ad me dedisti, si nō rescriberem, fortasse contumeliosum putares. Quod autem rescribo, rursus vereor ne contentiosum putes. Sed si tu inuentis literis meis, non ad te datis tantum quæ Episcopum partis Donati, vel ipsam partem Donati redarguere videbatur, ad officium tuum pertinere arbitratus es, cum tibi essem aliquid conscius facultatis, suscipere atque exere contradiotionem, quia eius communionis es, quāuis nulla functione clericatui astrictus, quanto minus mihi licuit pro munere sarcinæ meæ, vel cōtra Petilianum vel cōtra te ipsum tacere, cum ille oppugnaret Ecclesiam pro qua milito: tu autem in simili opere etiam nominatim ad me institueres, promeres, cōscribere sc̄q; sermonem, in cuius primis partibus laborasti, vt suspecta hominibus eloquētia videretur. Nam velut laudās genus dicēdi meum, & rursus velut timens ne hoc genere te vel quēquam falsa persuadendo deciperem, in accusationem totius ipsius eloquentiæ perexisti, adhibens etiam testimonium qua aduersus eā de scripturis sanctis, vbi dictum putas, Ex multa eloquentia nō effugies peccatum: cum dictum non sit, ex multa eloquētia: sed, ex multiloquio. Multiloquium autem est superflua locutio, vitium scilicet loquendi amore cōtractum. Plerunque autem loqui amant, etiam qui nesciūt quid loquantur, vel quomodo loquantur, siue ad sanitatē sententiarum, siue ad ipsum qui arte Grammatica discitur integrum sonum ordinemq; verborū. Eloquētia vero facultas dicendi est, congruenter explicans quæ sentimus: qua tunc vtendum est, cū recta sentimus. Hoc modo ea non vsi sunt hæretici. Nam vtique si recta sensissent, nō solum nihil mali, verum & boni aliquid esset, quod eloquēter explicare potuissent. Frustra igitur istorum exemplorum commemoratione accusasti eloquētiā. Neque enim propterea pro patria non est miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt. Aut ideo vti non debent boni doctiq; medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessimiq; abutuntur. Quis enim nescit, sicuti vtilia vel inutilia fuerint ea quæ queruntur: ita eloquentiam, hoc est, peritiā facultatēq; dicendi sic esse vtilem vel inutilem, vt fuerint vtilia vel non vtilia quæ dicuntur? Quod nec te arbitror ignorare. Sed credo cum me videres a nonnullis putari eloquētem, vt à me lectoris auditorisve studium detereres, accusandam existimasti eloquētiā, vt iam quid dicerem non attenderet, quisquis abs te perterritus tāquam eloquenter me dicentem eo ipso iam cauendum fugiēdūq; censeret. Vide ergo ne hoc quod fecisti sit artis illius malā, quam sicut de Platone cōmemorasti, nonnulli recte iudicauerūt de ciuitate ac de humani generis societate pellendam. Hæc non est eloquētia, quæ vti mihi ad explicanda ea quæ sentio pro desiderio puenisset, sed sophistica & maligna professio, quæ sibi proponit, non ex animo, sed ex contentione vel cōmodo pro omnibus & cōtra omnia dicere. De hac ait sancta scriptura, Qui sophistice loquitur, odibilis est. Ab hac mihi videtur Paulus Apostolus inuētutem Timothei prohibere, vbi ait, Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientiū. Et

ne à facultate recte dicēdi eum prohibuisse putaretur, K cōtinuo subiicit, Satis age te ipsum probabilem operarium exhibendo, non erubescens, verbum veritatis recte tractātem. Nimirū itaq; tibi hæc animi subrepsit affectio, quod contradicēdi studio, nō quod ita sentires, sed quod à nobis intentionem discere volētium auerteres, perhibuisti nos eloquentes, & vituperasti eloquentiam. Nam quomodo te hoc ex animo fecisse credam, cum sciam quemadmodum prædicare soleatis eloquentiam Donati, Parmeniani, aliorūq; vestrorum, qua quid esset vtilius, si tam largo flumine pro pace Christi, pro vnitāte, veritate, charitate proflueret? Sed quid de aliis loquar: tu de teipso nōne comperisti, quā non ex animo, sed ex contentione vituperator fueris eloquentia: cum & cætera quæ scripsisti per eloquentiam, eloquenter accusare conatus es? Nā quod te dicis & arte dicēdi imparem nobis, & exemplis legis Christianæ penitus non instructum, quod pertinet obsecro? Nunquid nam te compuli contra mea scripta rescribere? Et ideo recusantis & excusantis hæc vox est. Si ergo penitus nō instructus es, cur nō potius taces, aut ita loqueris, vt inuiti te desideres? Instare me dicis & puocare semper, vt ad dignoscendam veri quæstionē mecum vestri discerpt, sed vestros prudentius ac patientius facere, qui in Ecclesia tantum qua in lege mandata sunt populōs docent, nec nobis respōdere curant, scientes quia si lex diuina, & tot documenta legalium scripturarū nobis quid sit melius, quid verius, suadere non possunt, nunquam humana queat authoritas nō disculsi erroribus ad veritatis regulā reuocare. Quid tibi ergo visum est, vt aduersus nos illis tacētibus tu loquaris? Nam si bene faciunt, cur nō imitaris? si male, cur laudas? Dicis quod intoleranda arrogantia credam me solum terminare posse, quod aliis velut inexplicabile visum, atque ideo iudici deo dimissum est: cū paulo superius dixeris, hoc me velle finire post tot annos, post tot iudices atque arbitros, quod apud principes tot disceptantibus literatis ab vtriusque partis Episcopis finire nō potuit. Certe solus hinc fatago, certe solus quæstionem istam finire disceptādo desidero. Puto enim si solos nostros id conatos culpāre voluisses, nō etiā vestros in eo conatos fuisse fatereris. Quia ergo illum conatum, illam voluntatē & instantiam saltem propter vestros reprehēdere iam nō potes, nolo esse à tam bono opere alienus. Quid arguis? quid reprehendis? An inuides? Nō hoc de te temere credendum est. Restat ergo vt studio contentionis hoc in me culpes, quod etiam in vestris laudare cōpelleris. At enim quod inter tot actales finitum nō est, intolerabilis arrogantia est: per se solū finire posse præsumere. Ne quæso mihi soli hoc tribuendum putes, plurimi sumus qui hoc vt finitur, immo iam vt finitū esse innotescat, instamus. Illi enim dixerunt non esse finitū, qui eidem fini consentire noluerunt: eūq; vobis occultauerūt, vt etiam vos eorum autoritate decepti finitū non esse credatis. Nostri autem ex quo finitum est, nullo prorsus tēpore vt ipse finis innotesceret cessauerunt, quomodo id publice priuatq; agere poruerūt, ne quicquam in perniciosissimo errore persistens, de segnitia circa se ministrorum dei in vltimo iudicio quereretur. Non ergo nos olim finitā causam de integro volumus retractare, sed quemadmodum finita sit demonstrare, propter eos maxime qui hoc nesciunt: vt cum defensores cōuincuntur erroris, aut etiam ipsi correcti liberentur, aut certe ipsis confutatis, & in aperta pertinacia remanentibus, hi qui cupidiores sunt veritatis quā cō-

attentionis, videant quid sequantur. Neque hoc sit sine fructu, vt existimas. Nā si posses videre quā longē lateq; Africam error iste peruaserit, & quā pauca eius remanserint quæ nondum in pacem catholicam correctā transierunt, nullo modo assertorum Christianæ pacis & vnitatis infructuosam & inanem arbitraris instantiam: quanuis etiam si cui diligentia medicina huius impensa non prodest, sufficit ad rationē deo reddendam quod non cessauit impendi. Sicut enim malignus suator peccati, etiā si non persuaserit, merito pœnam deceptoris incurrit, ita fidelis iustitiæ prædicator etiam si ab hominibus respuatur, absit vt apud deū sui officij mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertum. Incertum autem dico, non præmium facientis, sed animum audientis. Incertum est enim nobis vtum asensurus sit cui veritas prædicatur, sed certum est etiam talibus veritatem prædicari oportere, & certum est fideliter eam prædicantes retributionē manere, siue suscipiantur, siue spernantur, siue etiam propterea quælibet temporaliter aduersa patiantur. Dominus dicit in Euāgelio, Cum ingressi fueritis dicite, Pax huic domui: si digni fuerit qui ibi sunt, requiescet super eos pax vestra: si quo minus, ad vos reuertetur. Nūquid eos certos fecit quod essent eorum pacem susceperunt quibus eam prædicarent? Certos tamen fecit vt eā sine contentione prædicarent. Apostolus etiam Paulus, Seruum, inquit, domini litigare non oportet, sed esse mitem ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientē diuersa sentientes, ne forte det illis deus pœnitentiā ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntate. Intēde quomodo quem noluit litigare, voluit tamen in modestia corripere diuersa sentientes, ne dei seruum prohibitionē petulantia, occasionem putaret esse pigritiæ. Verū quia multi & ipsam correptionem quæ modestie fit, vel peccatis suis auerentes, vel quid respondeant non inuenientes, nec tamen veritati acquiescentes, onerose ac moleste ferunt eos qui secum sedulo agunt, nec ab eorum conuincendo errore dissimulant, litigiosos & contentiosos vocāt. Falsitas enim quæ nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomine quæ veritas dānat, diligentiam veritatis accusat. Nunquid ideo tamen ab hac instantia desistendum est? Vide quemadmodū Timotheum idem astringat Apostolus, ne propter homines quibus insuauis est prædicatio veritatis, aliqua ei segnitia prædicandi subreperet. Testificor, inquit, coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per manifestationem & regnum eius, prædica verbum, in ista opportune importune, argue, hortare, increpa, in omni longanimitate & doctrina. Quis hæc audiens, si deo fideliter seruit, si dolosus operarius non est, ab hac diligentia & instantia conuiescat? Quis sub tanta testificatione segnis esse audeat? Nō itaque nobis obstrepat in hac causa faciundia tua: prædicamus omnino in a diu torio domini dei nostri Christianæ vnitatis vtilitatē, sanctitatem, pietatem: prædicamus volentibus opportune, renitentibus importune, & quantis valemus viribus istam inter nos partemque Donati quæstionem, & quod possumus, olim finitā esse mōstramus. Agnoscent in se contentiosæ animositatis nomen & crimen, qui vel peruicaci astutia præbent patrocinium falsitati, vel inuidia iactantia ministrant præconium veritati. Vtrunque hoc contentiosorum genus Apostolus Paulus expresit. Illud primum in Alexandro, de quo ait, Alexander ararius multa mala mihi ostendit, reddet illi

dominus secundum opera eius, quem & tu deuita, valde enim restitit nostris sermonibus. Hoc vero alterum in eis de quibus ait, Quidam quidem ex inuidia & cōtentione Christum annunciant, non caste, existimantes tribulationē suscitari vinculis meis. Nā illi proculdubio id ipsum annunciant quod Paulus, non tam eo animo, non ea voluntate, non ex charitate, sed ex inuidia, sicut dixit, & ex cōtentione, volentes superbo sensu in eadem ipsa annunciatione præcellere, & Apostolo Paulo anteponi. Quod ille non moleste ferens, immo etiam gaudes quod ab eis illud videbat prædicari, quod latius innotescere cupiebat, Quid enim, inquit, dū omni modo, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur? Neque enim cordis sui veritate, quia non synchēra intentione, sed amula cōtentione, veritatem tamen annunciant. Tu igitur cum iudex interiorum cordis nostri esse nō possis, tātūmodo vtū veritati restitit, an eos qui veritati restitūt reuincere cupiam? aduertē: Nā proculdubio si veritatē suademus, errorēq; resellim⁹, etiā si nō veritate proprię intencionis, sed emulōnētū seculi huius humanamq; gloriā querentes id agam⁹, gaudere debēt dilectores veritatis, quia & hæc occasione veritas annuncietur, sicut Apostolus qui dicit, & in hoc gaudebo. Si autē quod deo maxime notum est, & quod tibi etiā ipsi quātum est facultatis humanæ si nobiscū viueres, notū esse potuisset, qua sollicitudine charitatis in huius discussionis labore versamur, puto nequaquā iuste reprehendi ministerium nostrū, si contra quoslibet aduersarios veritatis feruenti spiritu pro veritate certemus. Nam si contentiosus habetur à vobis vel animosus, paratōrque rixarum, quisque cuiquam sermonis altercationem vel inferre vel referre curauerit, videte quid de ipso domino Iesu Christo, eiusque seruis Prophetis & Apostolis sentiat. Nepe enim dominus ipse filius dei, nunquid cum solis discipulis vel turbis qui in eum crediderunt, an non etiam cum inimicis tentantibus, obtreçantibus, maledicentibus habuit de veritate sermonem? Nunquid eum etiam cum vna muliere de quæstione orationis cōtra opinionem vel heresim Samaritanorum piguit disputare? Sed illā, inquis, crediturā esse præciebat. Quid toties aduersus Iudæos, Phariseos, Sadduceos, nō solum minime credituros, verum etiam maxime contradicētos & persecuturos, in os eorū quā multa locutus est? Nōne ab eis vltro cum voluit quod voluit quæsiuit, vt eorū illos quarentibus, cum redarguti obmutescerent, sine vlla ambiguitate respondit? Quod cū faceret, nullus ex his legitur ad eum sequendum fuisse conuersus. Et vtique nouerat, quia præsciis erat, nihil ad eorum salutem cū hæc ad eos vel in eos vel aduersus eos diceret, profuturum. Sed nos fortasse suo firmavit exemplo, qui futurā fidem per fidiamve hominum prænoscere nō valemus; ne si quando nimium nimiumque perueris sine fructu salutis eorum locuti fuerimus, deficiamus & desistam⁹ ab instantia prædicandi, cum inaniter piguerit laborare. Quid quod etiam ipsum diabolū, quem iā non solum de⁹, sed ne homines quidē dubitare possunt nullo modo ad instantiam conuersum iri, filius dei tamen inuidiose tentantem, & de scripturis sanctis quæstionē laqueos opponentem, de scripturis sanctis respondendo conuicit, nec iudicauit indignum cum Satana Christo de diuinis eloquiis habere colloquiū? Quid vtiq; prouidēs, nisi quod Iudæis & diabolo nihil proderat, credituris gentibus profuturū? Prophetas etiam legimus

Prouer. 10.

Caput II.

Eccle. 37.

2. Tim. 2.

Imper. p. de anti. v. n. cap. 27.

Matth. 10.

Ca. 17. 2. Tim. 2.

1. Cor. 13.

1. Tim. 4.

Quinta dicitur in Imper. cap. 17.

2. Tim. 2.

Philip. 1.

Enon au. diuis pre. dicandū. Cap. VIII.

Matth. 4.

G missos ad homines tam inobedientes, vt deus ipse qui Prophetas mittebat, de his ad quos mittebat prædiceret, quod verbis eorū obtemperaturi nō essent. Omitto quod prophético spiritu quo futura cernebat, etiā hoc vtiq; nosse potuissent, quod eorum verba contempturi fuerant, quibus ea tamen vehementi instantia non tacebant. Apertissime domin⁹ ad Ezechielem Prophetā dicit, Vade & intra in domum Israël, & loquere verba mea ad ipsos, quia nō ad populū ignotæ linguæ tu miteris ad domum Israël, nec ad multos diuersis aut grauius linguis loquentes, quorum verba non possis audire: & si ad tales misissem te, forsitan audissent: domus autem Israël nō audiet te, quia nolunt audire me. Omnis enim domus Israël iniquo & duro corde est. Ego autem dedi faciem tuam fortem aduersus faciem eorū, & certamen tuum confortabo aduersus certamen eorum. Ecce mittitur dei seruus, & eis loqui iubetur, qui cum non erant audituri, eo ipso domino qui mittebat & loqui iubebat, prædicente q̄ non erāt audituri. Quia causa, cui bono, quo fructū, quōve effectu mittitur ad certamen prædicandæ veritatis aduersus certarios & nō obedituros? Num quisquam dicere audebit sanctos dei Prophetas incidisse in opprobrium abs te mihi obiectum, cum diceres, Si tu scis re de qua agitur a te finiri nō posse, cur in cassum laborem sumis: cur inanē impendis operam: cur superuacue ac sine fructu contēdis? An non magnus error est, velle quod nō valeas explicare, cum & lex moneat dicens, Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: Et iterum, Homo animosus parat lites, & vir iracundus exaggerat peccatum: Ezechieli certe ista non diceret, qui cū verbo dei mittitur inferre certamen hominibus non obedituris, contraferens, contradicturis. Nam si diceret, responderet tibi fortasse, quod eisdem Iudæis Apostoli responderūt, Cui obedire oportet, deo magis an hominibus: Hoc tibi etiam ipse responderim. Hic si tu flagitaueris, vt ostendam vbi etiam mihi deus præceperit id agere quod tu prohibes, memēto apostolicas epistolas nō eis tantum scriptas qui tempore illo quo scribebantur audiebant, sed etiam nobis. nō enim ob aliud in Ecclesia recitatur. Attende etiā illud quod Apostolus ait, Vultis experimentū eius accipere qui in me loquitur Christus? & recole iam non quid Paulus, sed quid per eum Christus locutus sit, quod paulo ante commemorauit, Prædica verbum, in sta opportune importune: &c. Attēde etiam quod quemadmodum ad Titum cum explicaret qualis esse Episcopus debeat, etiam perferatē dixit esse oportere iuxta doctrinam fidelis verbi, vt potens sit, inquit, & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. Sunt enim multi non subditi, vaniloqui, & mentis seductores, maxime qui ex circuncisione sunt, quos oportet refelli. Non ergo solos qui ex circuncisione sunt, sed eos maxime tales esse ait, oportere tamen in doctrina sana redargui refelliq; ab Episcopo vaniloquos & mentis seductores indubitata præceptione firmavit. Vnde hoc etiā mihi iustum esse cognosco: hoc pro viribus ago, huic operi quantum ipse qui iussit adiuvat, perseueranter insisto. Quid obstat, quid obstrepis, cur prohibes, cur reprehendis? Tibi ne obedire oportet, an deo? Nisi forte ista: quæ a me de scripturis sanctis documenta prolata sunt, sic accipienda arbitraris, vt quod vestros facitare laudasti, in Ecclesia tantum quæ in lege mandata sunt populi doceantur. Ibi enim forsitan putas corripandos & cōuincēdos esse diuersa sentientes, vt vnusquisq; doctor suorū

tantummodo disputando & prædicando emendet errorem. Si quid autem tale cum eis qui foris sunt agere insiterit, tunc animosus, tunc contentiosus vel litigiosus habedus sit, quia & ipse Ezechiel, inquit, & alij Prophetæ cum verbis dei ad suum populū mittebantur, Israëlita scilicet ad Israëlitas. Ad hæc quoque tibi respondeo, iam quidem supra commemorauit, dominū ipsum Iesum qui se imitandum discipulis præbuit, non solum Iudæis, verum etiam Phariseis & Sadduceis, & Samaritanis, & ipsi diabolo principi omnium fallaciarum & errorum asserere veritatem & de lege respondere nō dedignatum. Sed ne hoc domino licuisse, feruis autem eius existimes non licere, accipe quid in Actibus Apostolorum legatur. Iudæus autē quidā Apollō nomine, Alexandrinus genere, deuenit Ephesum, potens in scripturis, hic catechizatus erat viam domini, & feruens spiritu loquebatur & docebat verissime quæ iuxta Iesum, sciens solum baptismum Ioannis. Hic etiā cepit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audissent Aquila & Priscilla, assumpserunt eum, & certius illi exposuerunt viam domini. Volēte autē illo ire in Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis vt eum reciperent. Qui cum venisset, multum cōtulit his qui ibi crediderunt, vehementer enim Iudæos reuincēbat, publice ostendens per scripturas esse Iesum Christū. Quid de isto dicis: quid sentis? Nonne fortasse eum contentiosum & animosum concitatorēq; rixarum criminaremini, nisi tanta libri sancti autoritate premeremini? An quia Iudæus in Christum crediderat, propterea ea Iudæos Christiana fidei resistentes, & Iesum negantes esse Christum, publice reuincere debebat: nos autē quia partis Donati nūquā fuimus, propterea parte Donati resistentem Christiana vnitate reuincere non debemus? Nunquid Paulus Apostolus aliquando fuit cultor idolorum, aut aliquando fuit in hæresi Epicureorū vel Stoicorum, cum quibus tamē eum nec pudit nec piguit de quæstione dei viui & veri habere sermonem? Accipe quid de hac re in eodē libro scriptum sit. Paulus autem cum illos Athenis expectaret, irritabatur spiritu sancto itra se vidēs circa idola esse ciuitatē. Disputabat igitur cum Iudæis in synagoga, & gentibus & colentibus, & in foro per omnē diem ad eos qui aderant. Quidam vero Epicureorū & Stoicorum philosophorum conferebant cum illo, & quidam dixerunt, Quid nam velit seminator verborum hic dicere? Alij vero, Peregrinorum dæmoniorum videtur annūciator esse. Ecce Apostolus Paulus Stoicos & Epicureos diuerso non solum ab illo, verum etiam inter se, aduersusq; hæreses secum conferre non respuit, nō tantum extra ecclesiam, sed etiam extra synagogam disputans cum eis, nec eorum cōuiciis exterritus velut lites contētiōnēq; declinans a prædicandā Christiana veritate cessauit. Nā vide quid consequēter sancta scriptura testatur, Apprehensumq; eum, inquit, in Areopagum duxerunt, dicentes, Possumus scire quæ sint hæc quæ a te dicuntur? Insueta enim quædā affers in aures nostras. volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. Athenienses autē & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabāt, quā dicere noui aliquid & audire. Stans vero Paulus in medio Areopago dixit, Viri Athenienses, per omnia superstitiosos vos video, perambulans enim & considerans simulachra vestra, inueni etiā aram in qua erat scriptū, ignoto deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annūcio vobis: & cætera quæ cōmemorare omnia longū est: quod tamen ad quæstionem quam nunc discutimus sufficit, attende

Ezech. 3.

Eccle. 3. Prover. 16.

Acto. 5.

Episcopi officium. Cap. IX.

2. Corin. 13.

2. Tim. 4.

Titum. 1.

Obiectio. Caput X.

Philip. 3.

2. Tim. 2. De off. at.

Dialectica. C. 1. C. 2. C. 3. C. 4. C. 5. C. 6. C. 7. C. 8. C. 9. C. 10. C. 11. C. 12. C. 13. C. 14. C. 15. C. 16. C. 17. C. 18. C. 19. C. 20. C. 21. C. 22. C. 23. C. 24. C. 25. C. 26. C. 27. C. 28. C. 29. C. 30. C. 31. C. 32. C. 33. C. 34. C. 35. C. 36. C. 37. C. 38. C. 39. C. 40. C. 41. C. 42. C. 43. C. 44. C. 45. C. 46. C. 47. C. 48. C. 49. C. 50. C. 51. C. 52. C. 53. C. 54. C. 55. C. 56. C. 57. C. 58. C. 59. C. 60. C. 61. C. 62. C. 63. C. 64. C. 65. C. 66. C. 67. C. 68. C. 69. C. 70. C. 71. C. 72. C. 73. C. 74. C. 75. C. 76. C. 77. C. 78. C. 79. C. 80. C. 81. C. 82. C. 83. C. 84. C. 85. C. 86. C. 87. C. 88. C. 89. C. 90. C. 91. C. 92. C. 93. C. 94. C. 95. C. 96. C. 97. C. 98. C. 99. C. 100.

Paulus dicit. C. 1. C. 2. C. 3. C. 4. C. 5. C. 6. C. 7. C. 8. C. 9. C. 10. C. 11. C. 12. C. 13. C. 14. C. 15. C. 16. C. 17. C. 18. C. 19. C. 20. C. 21. C. 22. C. 23. C. 24. C. 25. C. 26. C. 27. C. 28. C. 29. C. 30. C. 31. C. 32. C. 33. C. 34. C. 35. C. 36. C. 37. C. 38. C. 39. C. 40. C. 41. C. 42. C. 43. C. 44. C. 45. C. 46. C. 47. C. 48. C. 49. C. 50. C. 51. C. 52. C. 53. C. 54. C. 55. C. 56. C. 57. C. 58. C. 59. C. 60. C. 61. C. 62. C. 63. C. 64. C. 65. C. 66. C. 67. C. 68. C. 69. C. 70. C. 71. C. 72. C. 73. C. 74. C. 75. C. 76. C. 77. C. 78. C. 79. C. 80. C. 81. C. 82. C. 83. C. 84. C. 85. C. 86. C. 87. C. 88. C. 89. C. 90. C. 91. C. 92. C. 93. C. 94. C. 95. C. 96. C. 97. C. 98. C. 99. C. 100.

A attende obsecro te, Hebraum ex Hebrais Apostolum Christi stantem ac sermoneinantem, non in synagoga Iudæorum, neq; in ecclesia Christianorū, sed in Areopago Atheniensium, hoc est, contentiosorum maxime, impiorūque Græcorum. Ibi enim loquacissima philosophorum hæreses extiterunt, quarum non nullæ, sicut ipsi qui hîc commemorati sunt Stoici, magis de verborum quā de rerum aduersitate confligūt, quod Apostolus prohibuit Timotheum, dicens ad nihil esse vtile nisi ad subuersionem audientium. Nam de his, vt nosti, Tullius ait, Verbi enim cōtrouersia iam diu torquet homines Græculos, cōtentiois cupidiores quā veritatis. Hos tamen Paulus noster alloquendos corrigēdoq; suscepit, nec ipsius loci nomine exterrit⁹ quod ex Marte inditum resonat, quem deum dicunt esse beliorum. ibi pacifica credituris itrepidus loquebatur, ibi spiritualibus accinct⁹ armis perniciosos expugnabat errores, nec cōtentiosos tanquā mitissimus, nec dialecticos tanquā simplicissimus formidabat. Nosti enim quā maxime apud Stoicos viguisse dialecticā, quamuis & ipsi Epicurei quos imperitia liberalium disciplinarum, non solum non pudebat, verum etiam delectabat, quādam disputandi regulas quibus quisq; vsus minime falleretur, se potius & tenere & docere iactabant. Quid est enim aliud dialecticā quā peritia disputandi? Quod ideo aperiendū putauit quia etiam ipsam mihi obicere voluisti, quasi Christiana non congruat veritati, & ideo me doctores vestri velut hominē dialecticum, merito fugiendum potius & cauedū quā refellendum reuincendūq; censuerunt. Quod cū tibi non persuaserint, nam te aduersus nos etiam scribēdo disputare non piguit, tu tamen in me dialecticā criminatus es, quo falleres imperitos, illosq; laudares qui disputando mecum congredi noluerāt. Sed tu videlicet non dialecticā vteris cum cōtra nos scribis, vt quid te ergo in tantum disputandi periculum proiecisti, cum disputare non noueris? Aut si nosti, cur dialecticus dialecticam criminaris: ita vel temerarius vel ingratus, vt aut imperitiam qua vinceres non refranes, aut doctrinam qua iuuaris accuses? Inspicio sermonem tuum, istū ipsum quem ad me scripsisti, video te quādam copiose ornateq; explicare, hoc est eloquēter, quā dā vero subtiliter argutēq; disserere, hoc est dialecticē, & tamen eloquentiā dialecticāq; reprehēdere. Si noxia sunt, quare hoc facis: si non sunt, cur arguis? Sed ne etiā nos verbi cōtrouersia torqueat, cum res ipsa intelligatur, minus laborandum est quid hominibus eam vocare placuerit. Proinde si eloquens ille appelladus est, qui non solum copiose & ornate, sed etiam veraciter dicit, itēq; si dialecticus ille appellandus est, qui non solum subtiliter sed veraciter etiam disserit, nec eloquens es nec dialecticus, nō quia ieiunia & inordinata est dicitio tua, nec quia obtusa & crassa est disputatio tua, sed quia ipsa facundia atq; solertia ad defensionem abuteris falsitatis. Si autem non in sola veritate, sed etiam cum mala causa disseritur, vel verbose agitur, nec te potest eloquentia vel dialectica nominari, & eloquens es & dialecticus, quia & facundē dicis vana, & acutē disputas falsa. sed de te videro. Stoici certe maxime dialectici fuerunt. Cur Apostolus Paulus ne conferebat cum illo, nō eos cautissime deuicit, & vestros Episcopos laudat q̄ nobiscum velut cum dialecticis nolint habere sermonem? Aut si Paulus dialecticus erat, & ideo cōferre eum Stoicis non timebat, quia non solum acutē disputabat sicut & illi, sed etiam veraciter, quod nō illi, iam caue

ne cuiquā dialecticam pro crimine obieceris, quā vsos Apostolos confiteris. Neq; enim cum hoc mihi obicis, imperitia te falli puto, sed fallere astutiā. Nomē quippe Græcum est dialectica, quæ si vsus admitteret, fortasse Latine disputatoria vocaretur, sicut grammatice Græce, literaturā Latine, viri doctissimi appellauerunt. Sicut enim a literis denominata est grammatica, quoniā Græce grammata literæ dicuntur, sic a disputatiōne dialectica nomē accepit, quoniā disputatiō Græce dialōge vel dialēxis appellatur. Sicut autem grammaticeus a veterib⁹ Latine dicit⁹ est literator: ita Græce dialecticus multo vsitatus & tolerabilius Latine dicitur disputator. Puto iam quod Apostolū disputatōrē non neges, etiam si dialecticum neges. Improbare ergo in vocabulo Græco quod approbare cogēris in Latino, quid est aliud quā indoctis prætentare fallaciam, doctis facere iniuriam? Aut si & disputatōrē Apostolum negas, qui tam assidue, tā egregie disputabat, nec Græce nosti nec Latine, vel quod est credibilius, & in verbo Græco fallis eos qui Græce nesciunt, & in Latino qui nec Latine sciunt. Quid enim est, non dico imperitius, neq; enim tu ista non nosti, sed omnino fallacius, quā cum audias & legas tā multos multiplicēsq; sermones Apostoli asserentes veritatem, conuincentes falsitatem, negare quod solet disputare, cum hoc fieri nisi disputando non possit? Quod si hoc ab illo factitatum fateris, quia fateri eius literis cogēris, non tamen has disputatiōnes, sed sermones vel epistolas appelladas esse contendis. Quid ergo tecum sic diutius agam, vt qui hæc ignorant, quem volunt vestrum approbent vel improbet, de ipsis diuinis literis quibus necesse est cedere, hoc doceo, ipsa prorsus verba, ipsa rerum vocabula profero. Habes in hoc eodem testimonio quod de Actibus Apostolorum cōmemorauit de ipso Paulo ita positum. Disputabat igitur cū Iudæis in synagoga & gentibus & colentibus in foro. Habes in alio loco, quāuis cū populo Christiano ageret cōgregatis in ecclesia fratribus ita scriptum, Sedens vero quidam adolecēs nomine Eutychus in fenestra deduct⁹ somno graui disputate Paulo. Habes etiam in libro Psalmorū, Suauis sit eis disputatio mea. Habes & apud Esaiam Prophetam, Venite disputemus, dicit domin⁹. Et multis aliis diuinarum scripturarum locis lege vbi inueneris hoc verbū, & inspicere codices Græcos in eisdem testimoniis sanctarum scripturarum, & videbis vnde sit appellata dialectica, ne quod omnes iusti etiam cum deo faciunt, quibus dicit⁹ est, Venite disputemus dicit domin⁹, non imiteris sapiētiā pietate, sed insulsa temeritate crimineris. Qui enim disputat, verum discernit a falso. Quod qui non possunt, & tamen dialectici videri volunt, per insidias interrogatiōnes captant incautorum assensiones, vt ex eorum responsionibus concludant vnde illos vel in aperta falsitate deceptos rideant, vel occultam falsitatem deceptis persuadeant, quā plerumque etiam ipsi existimant veritatem. Qui autem verus disputator est, id est, veritatis a falsitate discretor, primo id apud seipsum agit, ne non recte discernēs ipse fallatur, quod nisi diuinitus adiutus peragere non potest: deinde cum id quod apud se egit, ad alios docendos profert, intuetur primitus quid iam certi nouerint, vt ex his eos adducat ad ea quæ non nouerant vel credere nolēbant, ostendēse consequentia his quæ vel scientia vel fide retinebant, vt per ea vera de quibus se perpiciunt cōsentire, cogatur alia vera quæ negauerāt approbare, & sic verum quod falsum antea putabatur, discernatur a

Literatus

Acto. 17.

Acto. 20.

Disputare quid. Caput XV.

G falso, cum inuenitur consentaneum illi vero quod iam
Rhetor & dialecticus antea tenebatur falsum. Hoc ille verus disputator
 si late diffuseq; faciat, eloquenter facit, alioque tunc ce-
 setur augeturq; vocabulo, vt dictor poti⁹ quam disputa-
 tor vocetur, sicut illum locum Apostolus copiose di-
 latat atque diffundit. In omnibus, inquit, commendan-
 tes nosmetipsos vt dei ministros, in multa patientia, in
 tribulationibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in
 seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in cas-
 sitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in be-
 nignitate, in spiritu sancto, in charitate no[n] ficta, in ver-
 bo veritatis, in virtute dei, per arma iustitie dextra & si-
 nistra, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam &
 bonam famam, vt seductores & veraces, vt qui ignora-
 mur & cognoscimur, quasi morientes & ecce viuimus,
 vt coerciti & no[n] mortificati, vt tristes semper, autē gau-
 detes, sicut egeni, multos autem ditantes, tanquam nihil
 habentes, & omnia possidentes. Quid enim hoc stylo
 apostolico vberius & ornatus, id est, eloquentius inue-
 neris? Si autem precise atque constructe, magis eum dis-
 putatorem quam dictorem appellare consueuerunt, qua-
 liter ait idem Apostolus de circuncisione & praputio
 paris Abraham, vel distinctione legis & gratia. Quod
 quidam non intelligentes, immo vero calumniantes,
 criminati sunt eum dicere, Faciamus mala vt eueniant
 bona. Siue autem sit dictor siue disputator, nec dictio
 sine disputatione est, cum & in ipsa eloquentia latitu-
 dine veritas a falsitate discernitur, nec disputatio po-
 test esse sine dictione, quando utique verbis & lingua
 ipsa restrictio sermonis exprimitur, siue illo vtatur
 perpetuo, siue interrogando eum cum quo agit, cogat
 respondere quod verum est, & ex hoc ad aliud verum
 quod querebatur adducat, vbi maxime regnare diale-
 ctica dicitur. Cum enim quisque suis responsioni-
 bus vincitur, & si male respondit, non habet quod im-
 putet disputatori, sed sibi: & si bene respondit, erubescit
 vltius resistere non iam disputatori, sed sibi. In quo
 genere dominus cum aduersus Iudaeos crebro ageret,
 eosque illorum responsione captos conclusosq; conuin-
 ceret, non vos audierat, nec a vobis conuiciari dice-
 rant. Nam libentius & inuidiosius eu[m] fortasse dialecticu[m]
 quam Samaritanu[m] appellarent. Quomodo enim putas
 eos contortos atq; confusos, cum volentes eum capere
 in verbo, priores interrogauerunt, vtru[m] liceret tributum
 reddere Caesari, bicipiti videlicet complexione insidi-
 antes, vt quodlibet eligens caperetur? Si licere respon-
 deret, tanquam reus esset aduersus populum dei: si autē
 diceret non licere, tanquam Caesaris aduersarius peri-
 meretur: vbi ille nummum sibi poposcit ostendi, & in-
 terrogauit cuius haberet imaginem & inscriptionem:
 At illi cum respondissent Caesaris, aperta enim veritas
 hoc eos respondere cogebat, continuo dominus eoru[m]
 responsione colligatos ac captos trahens, Reddite, in-
 quit, Caesari quae Caesaris sunt, & deo quae dei sunt. Ob-
 scuro te, illine fuerunt dialectici qui praetentis interro-
 gationis insidiis decipiendi superare moliti sunt? An
 ille potius, qui ex hoc ipso quod interrogauerunt, veram
 eorum responsionem prudentia interrogationis elicias,
 illud verum quod ab eo putabant periculosè dici, ipsos
 compulsi confiteri? Si illos dixeris fuisse dialecti-
 cos, quia dolose, quia calumniose, quia malitiose inter-
 rogando in verbo capere cupiebant: tales enim etiam
 nos vultis videtur, eis tamē dominus respondit, cur
 eos vltique ad veritatis confessionē reddita ratione per-
 duxit? Cur eis dixit, Quid me tentatis hypocritae & no[n]

addidit, dialectici? Cur sibi nummum demonstrari fla-
 gitauit, vt sententiam suam veracem exprimeret etiam
 de ore fallaciū, ac no[n] potius ait, Abscedite, neque enim
 loquendum est vobiscum qui captiosas interrogationes
 proponitis, qui dialectice mecū agere vultis: Nihil tale
 dixit, nec aduersus captiosos interrogatores, & verborum
 nostroru[m] callidos captatores exemplū tale nobis
 proposuit, sed vt eos potius etiā veritatis inimicos vi-
 gilanti interrogatione & inuicta ratione testimonium
 veritati perhibere cogamus. Hoc nobis faciāt vestri, si
 nos malitiosi & dialectici sumus. An se timere indicat,
 ne hoc eis nos potius faciamus? Si autem Christum di-
 xeris dialecticum, laudabis dialecticam quā mihi pro
 crimine obieceras. Quod ne facias, video quod for-
 tasse dicitur sis, nec illos nec illum in ea sermocina-
 tione aliquid egisse dialectice. Si ergo nec illi qui ca-
 ptiosae atque insidiosae sermocinantur vt in verbo deci-
 piant eos cum quibus agunt, nec illi qui tales eoru[m] re-
 spōsione conuincunt, dialectice agunt, dic nobis tandē
 quid sit dialectica, & quantum tibi habeat, quantum no-
 ceat, quam fugienda sit doce. Cuius nomen inuidiose
 subiicis ignorantibus, crimen ostende querentibus. No[n]
 vis fateri quod dialectice agat, qui homines auersos
 vero, perite rectēque interrogans, responsionibus eoru[m]
 adducit ad verum, ne dialectice cum Iudaeis etiā Chri-
 stum egisse fatearis. Item non vis illos agere dialectice
 qui captiosas interrogationibus insidiantes responde-
 tem decipere moliantur, ne & ibi ostendatur ita cum
 Christo egisse Iudaeos, quos tamen ille non declinauit
 tacendo, sed potius loquendo superauit, ac sic cogaris
 fateri no[n] recte Episcopos vestros, quos doctos atque sa-
 pientes putas, etiam cum dialecticis nolle habere ser-
 monem, quo inuictam doceant veritatem. Video, ma-
 gnos astus pateris quomodo definias dialecticum, vt
 nec peritus disputator sit, ne quod vituperasti laudare
 cogaris: nec insidiosus verboru[m] captator, ne tibi dica-
 tur, sicut egit cū talibus Christus, sic agat cum Christia-
 nis. Proinde si placet ista cura liberari, eum defini esse
 dialecticu[m], cū quo legisperiti de parte Donati nolūt ha-
 bere colloquium. Quid enim tibi aliud suggerendum
 est homini obuiicenti nobis dialecticam, & ideo prae-
 dicit Episcopos suos quod nobiscum nolint habere ser-
 monem? Sed de Iudaeis fortasse iuenis quid dicas, qua-
 uis callide atque versute dolos interrogationum prae-
 derunt, non eos fuisse dialecticos. De Stoicis certe dici
 potest nihil, qui no[n] solum dialectici fuerunt, sed etiam
 ceteras philosophorum sectas in hac vel arte vel facul-
 tate vicerūt. Stoicus quippe, vt mecum recolis, fuit ille
 Chrysiptus, de quo Academicus Carneades hanc ha-
 bebat sententiam, vt quando eum illo sibi esset disputa-
 dum, elaboro purgadam cor esse censeret: ceteros au-
 tem vel pransus facile superaret. Si ergo nos libri Stoic-
 eorum dialectice disputare docuerunt, doctrinā Pauli
 contra nos proferat Episcopi vestri, secum tamen nos
 conferre patiatur, sicut ipsos tunc Stoicos scilicet Pau-
 lus, ille, non repulit. Hanc enim artem quam diale-
 cticam vocant, quā nihil aliud docet quam consequē-
 tia demonstrare, seu vera veris, vel falsa falsis, nūquam
 doctrina Christiana formidat, sicut eam in Stoicis no[n]
 formidabat Apostolus, quos secū volentes conferre no[n]
 respuit. Et ipsa etiam fatetur & verum est, meminem
 disputando ad conclusionem falsam consequenter im-
 pelli, nisi prius consentierit falsis, quibus eadē conclusio
 velit nōlit efficitur: ac per hoc qui cauet ne se loquente
 consequantur falsa, quae non vult, volēs falsa caueat quae
 praecedunt.

A praecedunt. Si autem praecedentibus verbis inhaerit,
 quaecunque consequentia perspexerit quae falsa existi-
 mabat, vel de quibus dubitabat, admonitus amplectatur,
 si veritati esse pacatissimae amicum, quam contentio-
 sistimae vanitati. Parum egerim, nisi hoc quod di-
 co, in hac eadem quae inter nos vertitur nostra sermo-
 cinatione monstrauero. Ecce in ea ipsa quaestione de bap-
 tismo tu proposuisti a me requirens, vbi te baptizari
 conueniat, vtrum apud nos, an in parte Donati. Et quia
 intentio tua est in parte Donati hominem potius bap-
 tizari oportere, hanc intentionem hinc probare conatus
 es, quod etiam nos esse illic baptismum non negamus.
 Vides certe id te agere voluisse, vt ex eo quod concedi-
 mus, ad id quod non concedebamus attrahamur, id est
 vt quia concedimus esse illic baptismum, etiam illic esse
 hominem baptizandum concedere compellamur.
 Considera diligenter si est hoc consequens, & tibi
 ipse responde. Puto enim iam hoc ante oculos consti-
 tuto, cernis pro ingenij tui viuacitate, quam non con-
 sequentia pro consequentibus colligas. Nam reuera di-
 cimus baptismum & illic esse, sed non dicimus & pro-
 desse, immo vero dicimus & obesse. Cum autem queri-
 tur vbi quisq; debeat baptizari, credo ppter illud qua-
 ri quod dominus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua
 & spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Quia ergo
 propter hanc vtilitatem accipiendus est baptismus, cum
 queritur vbi accipiendus sit, non queritur vbi sit, sed vbi
 ad regnum caelorum adipiscendum vtilis sit. Sequere-
 tur autem etiam illic accipiendum esse vbi cunq; eum
 tacendo esse, si omnes qui habet aliquid boni, etiam bo-
 no suo habere docerentur. Cum vero tam multi tam
 multa bona habeant malo suo, quis non videat cū que-
 ritur vbi aliquid accipiendum sit, non queri vbi sit, sed
 vbi prosit: Quomodo enim tibi mihi concederes bonum
 esse aurū, concederes etiam latrones quoque habere
 aurū, non opinor velles vt ex his duobus concessis co-
 cluderem, eum qui habere aurum vellet, in latronum so-
 cietate esse oportere. ita cū & ego concedo bonum esse
 baptismum, concedo etiam Donatistas quoque habere
 baptismum, non debet ex his duobus concessis quali se-
 quatur concludere, eum qui habere baptismum vellet, in
 societate Donatistarum esse debere. Iam ex hoc et-
 iam tibi ipsi occurrere multa non dubito, quae quanuis
 bona sint & ad vile aliquid instituta, non omnibus ta-
 men habentibus sint vtilia, sed tantūmodo bene vtē-
 tibus. Nam cum eadem luce & sani oculi perfunduntur
 & faucij, istis adiumentum est, illis tormentum. Idem medicamē-
 tum hos curat, illos debilitat. Eadem arma alios mu-
 niunt, alios impediunt. Eadem vestis aliis tegumento
 est, aliis implicamento. Sic & baptismus aliis valet ad
 regnum, aliis ad iudicium. Hic video quid te possit
 mouere. Fortasse enim dicis, quod in his omnib[us] nihil
 sacra-
 menti commemoraui: baptismus autem san-
 ctum sacramentum est, & ideo non esse consequens, vt
 si de auro, de luce, de alimentis, armamentis, indumen-
 tis probari potuit, quod aliis habentibus apta sint, aliis
 inconuenientia, quāuis sint bona & ad vile aliquid in-
 stituta, cōtinuo etiam baptismus aliis prosit, aliis obest
 habentibus. Restat ergo adhuc requirere vtrum etiam
 illa bona quae ad legem dei pertinent, omnia omnibus
 habentibus prosint. Hac quaestione proposita, intentio
 nostra est, quod nec ipsa omnia omnibus habentibus
 prosint. Hanc intentionem nostram vide quemadmo-
 dum probemus ex confessionibus vestris. Conceditis

enim in omnibus credendum esse Apostolo Paulo. Te-
 neo vnum. Conceditis etiam eundem Apostolum dixisse, Bona est lex. His duobus cōfiscitur, bonam esse legem, sed legitime vtentibus. Si ergo non legitime vtis
 quis fuerit, non ipsa erit mala, sed certe oberit malis.
 Fortasse dices, neminem posse & in lege esse, & lege male vti. Hoc ipso enim quod contra legem viuunt, non esse in lege monstratur. Contra ego dico fieri posse, vt quis & in lege sit, & non legitime vtatur. Quod item vestris concessionibus probō. Cōceditis enim memoratum Apostolum testimoniū posuisse de Psalmis aduersus eos qui gloriabantur in lege, & viuebant contra legem, Sicut scriptū est, inquit, quia non est iustus quisquam, non est intelligens, no[n] est inquirens deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, vt veloces pedes eoru[m] ad effundendum sanguinem, contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Et ne putaret haec in eos dicta qui non erant in lege, continuo subiecit, Scimus etiam autē, quoniam quaecunque lex dicit, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo. Item alio loco dicit, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Item paulo post, Peccatum, inquit, accepta occasione per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Ita que lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum esse mors? Absit: sed peccatū vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Attendis quemadmodū lege laudata, eos qui in lege sunt arguit, quod ea male vtendo per bonum habebat malum. Item ipse Apostolus scientiam quamdam ex lege quam & se habere dicebat & alios, sine charitate tamen inutilem dicit & noxiam. De sacrificiis, inquit, idolorum scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero aedificat. Proinde & ista scientia quāuis ad legem dei pertineat, si in aliquo sine charitate fuerit, inflat & nocet. Quid de ipso corpore & sanguine domini vnico sacrificio pro salute nostra, quāuis ipse dominus dicat, Nisi quis manducauerit carnem meā & biberit sanguinē meum, non habebit in se vitam? Nonne idē Apostolus docet etiam hoc perniciosum male vtē- tibus fieri? ait enim, Quicumque manducauerit panem & biberit calicē domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Ecce quemadmodum obfunt diuina & sancta male vtentibus, cur non hoc modo & baptismus? Cur non ita in bono baptismo no[n] sunt boni? Cur non ita in bona lege non sunt boni Iudei? lam certe probaui concedētib[us] vobis, quādoquidē Paulo vos credere, & testimonia quae de scripturis posui, Paulum dixisse conceditis. lam ergo probaui cōcessionibus vestris quaedā etiam bona legitima obesse, tamen non legitime habentibus & vtentibus. Cur non ita & baptismus quāuis bonus & legitimus, non tamē omnibus habentibus prodest? Tu tanquam certissimū & consequētissimū concludebas in parte Donati esse hominem baptizandum, quia nos etiam ibi esse concedimus baptismum, nec attendebas posse nos dicere

*Christi dia-
lecticus.
Cap. XVII.

Ioan. 8.

Matth. 22.

Dolosa dia-
lectica.
Cap. XVII*

*Exemplum
Cap. XXI.

Calliditas
Cap. XXII.

Iam.

Non talis
conclusio
proponit.
Cap. XXIII.

Nec sacra-
menti pro-
ferunt
baptismus
Cap. XXIII.*

*1. Tim. 1.
Cap. XXV.
Roma. 3.
Psalm. 13.
Roma. 7.
Exod. 20.
1. Corin. 8.
Ioan. 6.
Eucharisti-
ca lectio.
1. Corin. 11.
Cap. XXVI.*

Falsitas falsitatem trahit. C. XXVII.

G esse ibi quidem bapcismum Christi iustum, sanctum & bonum, sed penalem contrarium, perniciosum inimicis corporis Christi quod est ecclesia, que secundum promissa diuina in omnibus gentibus dilatatur. Nunquid hic quid dicas inuenies, nisi no in eis bonis ad legem dei pertinentibus deputandum esse bapcismum, que possunt homines & habere & mali esse & boni no esse, sed ipsam quidem legem & scientiam & sacrificiu corporis & sanguinis Christi talia bona esse que possunt homines & habere & mali esse: bapcismu vero tale bonum esse, quod quisquis habuerit, necessario bono fit? Quod si dicere volueritis, falsum dicetis, & ideo quid aliud falsum consequatur attende. Quod no ideo commemorabo vt ex illo tuo falso ad alia falsa te adducam, sed vt hoc consequens cum falsum esse cognoueris, ab hoc te liberares, illud quod precedit emendes. Quid ergo precedit ex vobis omnes qui habent bonu bapcismum bonos esse, quod est falsum evidens. Quid consequitur: bonos fuisse scilicet illos qui schismata faciebant dicentes, Ego quidem sum Pauli, ego autem Cepha, ego autem Christi. Quos arguens Apostolus ait, Diuisus est Christus? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed falsum est quod isti boni erant, exceptis eis qui dicebant, ego autem Christi, & tamen baptizati erant bapcismo Christi. Hoc itaque falsum quare secutum est: Quia falsum precessit, omnes habentes bonum bapcismum bonos esse. Vtrunque ergo respuatur, vtraque sententia corrigatur, vt quoniam manifestum est istos qui schismata faciebant bonos non fuisse, & tamen bono bapcismo baptizatos fuisse, illud etiam manifestum sit, non omnes qui bonum habent bapcismum bonos esse, ac per hoc non ideo tenemus vt in parte Donati baptizandum esse aliquem concedamus, quia & partem Donati quam malam dicimus, bonum bapcismum habere concedamus.

C. XXVIII. Ephes. 4.

Rursus vt ex ea confessione me ad id quod consentio detineres, posuisti scriptum esse: Vnus deus, vna fides, vnum bapcisma, vna incorrupta & vera catholica ecclesia. Quae omnia concedo, & si aliquando aliter scripta sunt. Sed quid ad rem, cum omnia sicut dixisti ista concedam? Verum quod ex his conaris efficere non efficitur, videlicet vt qui non sunt in vna Ecclesia, non possint habere vnum bapcismum, quod omnino falsissimum est: & melius, quia & ipse posuisti vnde te possum commemorare quo d volo. Certe enim ista proposuisti in concessionibus meis ex quibus me adducas ad intentionem tuam, vnum deum esse, vnam fidem, vnum bapcismum, vnam incorruptam & catholicam ecclesiam. Quae cum inter nos conueniant, putas ex his illud quod non conuenit posse monstrari, apud eos qui non sunt in hac vna ecclesia, hoc vnum bapcisma esse non posse. Ego autem dico posse, si non mutatur, si hoc idem obseruatur: nec ideo fieri vt non sit vnum bapcisma, quia est apud illos qui in vna non sunt ecclesia. Hoc autem probo ex his que in eadem sententia posuisti de vno deo & vna fide: inuenimus enim eundem deum extra ecclesiam ab ignorantibus coli, & nec ideo fieri vt no ipse sit deus: & fidem qua creditur Christum esse filium dei viui, inuenimus etiam eos qui non pertinent ad membra ecclesiae consistere, nec ideo fieri vt no sit vna fides. Sic etiam cum inuenimus eundem bapcismum ab eis qui sunt contra ecclesiam in baptizandis hominibus obseruari, non ideo non esse ipsum bapcismum existimare debemus. Fortasse ad hoc dicas, fieri non posse vt extra ecclesiam idem ipse vnus deus colatur, aut eadem

Non alius bapcismus sed idem huic utilis, illi inutilis. C. XXIX.

fides qua confitemur Christum filium dei, vnde Petrus & beatus est appellatus, etiam in eis qui non sunt in ecclesia, reperitur. Hoc ergo restat vt probem. Habes in hoc ipso beati Pauli sermone quem supra ex Actibus Apostolorum commemoravi, cum de deo loqueretur, quia inscriptum in ara inuenerat, ignoto deo, quem vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis. Quid eis predicare cupiebat, nisi vt eundem deum quem preter ecclesiam ignoranter atque inutiliter colebant, in ecclesia sapienter & salubriter colerent? Ita vobis & nos dicimus, quem bapcismum vos ignorantes obseruatis, eius potestatem vobis nos annunciamus, no vt cum ad nos veneritis alterum accipiat, sed vt eum qui iam apud vos erat vtiliter habeatis. De fide etiam Iacobus Apostolus cum loqueretur aduersus eos qui sibi quod crediderant sufficere arbitrabantur, & bene operati nolebant, Tu credis, inquit, quoniam vnus deus est? bene facis, & daemones credunt & contremiscunt. Nemp in vnitatem ecclesiae daemones non sunt, nec ideo tamen possumus dicere aliud esse quod creditur, cum & domino Iesu Christo dixerint, quid nobis & tibi est fili dei? Vnde Paulus Apostolus, Si habeam, inquit, omnem fidem ita vt motus transferam, charitatem non habeam, nihil sum. Non I autem existimo quinquam ita desipere vt credat ad Ecclesiam pertinere vnitatem eum qui non habet charitatem. Sicut ergo deus vnus colitur ignoranter etiam extra Ecclesiam, nec ideo non est ipse, & fides vna habetur sine charitate etiam extra ecclesiam, nec ideo non est ipsa. Vnus enim deus, vna fides, vnum bapcisma, vna incorrupta catholica ecclesia, non in qua sola vnus deus colitur, sed in qua sola vnus deus pie colitur: nec in qua sola vna fides retinetur, sed in qua sola vna fides cum charitate retinetur. Nec in qua sola vnus bapcismus habetur, sed in qua sola vnus bapcismus salubriter habetur. Proinde vnum deum, vnam fidem, vnum bapcisma, vnam incorruptam & catholicam Ecclesiam nobis commendentibus tu proposuisti, sed non solum ex his id quod volebas non effecisti, verum etiam vt ex his quod volebamus te admoneremus, nos multum adiuuisti. Vide ergo nos quam probabilem rationem sequamur, quia quae schismatici vel haeretici corruerunt, cum ad nos inde veniunt corrigimus: quae vero sicut acceperunt tenuerunt, agnoscimus & probamus, ne commoti humanis vitis ultra iustitiam faciamus vllam diuinis rebus iniuriam, cum Apostolum videamus etiam in ara gentilitium a quibus idola colebantur, dei nomen inuicem confirmasse potius quam negasse. Neque enim propterea immutandus vel improbandus est regius character in homine, si erroris sui veniam & militandi ordinem a rege impetrauerit, quia eundem characterem quo sibi satellites congregaret, defertor infixit: aut propterea signa mutanda sunt ouibus, cum dominico gregi sociantur, quia eis dominicu signum fugitiuus seruus impresit. Quod si haec tanquam decipientia formidatis, quia non sunt ecclesiastica exempla, quanquam & de ouibus & de militibus datas esse in scripturis similitudines noueritis prophetarum scripturarum, quae dicuntur veteris testamenti libris, nec a nobis nec a vobis rei huius inuenitur exemplum, circuncisionem certe praeputij in figura futuri bapcismi Christi ab antiquis obseruatam esse negare, vt arbitror, non audeatis. Nunquid apud Samaritanos circuncisus, si fieri tunc vellet Iudeus, posset iterum circuncidi? Nonne illius hominis error corrigeretur, signaculum autem fidei agnitum probaretur? Et nuc sunt quidam haeretici qui se Nazarenos

vocant, a nonnullis autem Symmachiani appellantur, & circuncisionem habent Iudeorum, & bapcismu Christianorum: ac per hoc quemadmodum si quis eorum ad Iudeos venerit, non debet iterum baptizari. Adhuc dicturi estis, aliud est circuncisio Iudeorum, aliud bapcismus Christianorum: sed cum illa vmbra fuerint huius veritatis, cur illa circuncisio & apud haeticos Iudeorum esse potuit, iste autem bapcismus apud haeticos Christianorum no potest esse? Profer certe aliquem de scripturis canonicis, quarum nobis est communis auctoritas, ab haeticis venientem denuo baptizatum: Nam quod insulerunt Apostoli quosdam post Ioannis bapcismum in Christo baptizari, longe alia causa est. Neque enim Ioannes haeticus fuit, amicus ille spoli, quo nemo surrexit maior in natis mulierum. Longe ergo alia causa est, alioquin si Paulus post Ioanem baptizauit, cum ambo in vnitatem Christi fuerint, quanto magis debent Episcopi vestri qui se in vnitatem Christi esse dicunt, baptizare post collegas suos, in quibus collegis mores aliquos recte reprehendunt, cum hoc fecerit Paulus, qui nihil potuit in Ioanne reprehendere? Ergo illa alia causa est, alia ratio, de qua nunc disserere longum est, & in aliis opusculis nostris hinc multa iam diximus. Ab haeticis ergo venientem probare in scripturis canonicis denuo baptizatum. Nam & nos proferimus Petro dictum, Qui lotus est semel, non opus habet iterum lauari. Sed etiam vos dicitis, Petrus no fuerat apud haeticos baptizatus. Proinde quia nec vos potestis proferre de scripturis, quarum nobis est communis auctoritas, ab haeticis venientem denuo baptizatum, nec nos ita susceptum: quantum ad hanc rem attinet, pax nobis causa est. Verum nos multa ostendimus etiam ad legem dei pertinentia esse apud eos qui non sunt in Ecclesia, quae nemo vestrum audeat negare: sed cur tale aliquid nolitis esse & bapcismum, omnino no video, nec posse demonstrari confido. Sequimur sane nos in hac re etiam canonicarum auctoritate certissimam scripturarum. Neque enim parui momenti quod inter Episcopos anterioris aetatis quae inciperet pars Donati, ista quaestio fluctuaret, & varias haberet inter se collegarum salua vnitatem sententias, hoc per vniuersam catholicam quae toto orbe diffunditur, obseruari placuit quod tenemus. Nam & vos profertis concilium Cypriani, quod aut non est factum, aut a caeteris vnitatis membris, a quibus ille non diuisus est, merito superatum. Neque enim propterea diuisus Episcopo Cypriano meliores, si tum centum haeticos denuo baptizari, quia nos hoc recte non facimus, sicut nec Petro Apostolo meliores sumus, quia non cogimus gentes Iudaizare, quod ille fecisse Paulo Apostolo attestante & corrigente monstratur, cum similiter inter Apostolos de circuncisione quaestio, sicut postea de bapcismo inter Episcopos no parua difficultate nutaret. Proinde quauis huius rei certe de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod vniuersae iam placuit Ecclesiae, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere no potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quaestionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Si autem dubitas quod Ecclesia quae per omnes gentes numerositate copiosissima dilatatur, haec sancta scriptura commendat, neque enim si non dubitares, adhuc esses in parte Do-

nati, multis & manifestissimis testimoniis ex eadem auctoritate prolatis onerabo, vt ex tuis concessionibus, si nimum perucias esse nolueris, ad hoc etiam perducaris, cum prius ostendero etiam epistola mea, cui respondere a contrario voluisti, nihil te quod ad veritatem pertineat, respondere potuisse. Hoc interim satis sit quod propter nimiam obstinationem hominum multa dicenda arbitratus sum aduersus eos qui cum habeant principalem causam malam, ab ea praescriptione volunt auertere iudices, cum dicunt nullo modo sibi loquendum esse nobiscum. Probauimus enim & de scripturis sanctis, & qua potui ratione perspicua, nec eloquentiam quantalibet, nec dialecticam qualemlibet metuentiam esse assertoribus veritatis, quo minus assertores fallitatis disputando cum eis, & eos refellendo conuincant. Vbi etiam demonstraui & illud quo te praeter epistolam meam dixi per motum, quam non sit consequens, vt si concedimus esse bapcismum in parte Donati, simul etiam concedamus in eadem societate quemquam baptizari oportere, quia sicut bonam legem potuit habere reprobus populus Iudeorum: sic bonum sacramentum potest habere reproba societas haeticorum. Quid autem proprie detur in Ecclesia quod praeter illam omnino non datur, suo loco sine difficultate monstrabitur. Neque enim recte ageremus cum haeticis quos habere bapcismum confitemur, vt omni modo ad Ecclesiam catholicam veniant, nisi veniendo acciperent aliquid quod nec alibi possint accipere: & quod nisi acceperint, frustra & perniciose habeant quaecumque alia, quauis bona & ad legem dei pertinentia, vbi libet accipere potuerunt. Hoc enim quicquid est quod secundum scripturas certissimamque rationem inueniri potuerit non nisi in sancta ecclesia vel dari vel accipi posse, hoc pertinebit ad fontem signatum, puteum aquae viuae, paradysum cum fructu pomorum, cuius vt potuisti mentionem fecisti. Sed quid illud sit non te intellexisse ostendisti, quando quidem hoc de visibili bapcismo dictum esse arbitraris: quod licet sanctum sit, neque vlllo modo praetermittendum, quoniam sacratissima significatione prepollet, quae multi cum tamen accipiant, non solum boni qui secundum propositum vocati sunt conformes imaginis filij dei: sed etiam hi qui regnum dei non possidebunt, in quibus sicut dicit Apostolus, & ebriosi & auari numerantur: puto quod si pertinacia deposita cogitaueris, verum me dicere tibi ipse facile respondebis, vt non queras fontem signatum & puteum aquae viuae, nisi quo hi qui displicent deo, diuinitus no permittuntur accedere. Ceterum, lege. Libri primi finis.

Epilogus. Caput XXXIII.

DIVI AVRELI AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, CONTRA CRESCONIVM GRAMMATICVM, LIBER SECVNDVS.



Superioris voluminis tam prolixo sermone puto quod tandem aliquando persuasissimus, non esse in hoc laudandos vestros Episcopos neque approbandos, quod de causa dissensionis quae nostram communionem dirimit, nolunt nobiscum habere colloquium. Hac enim quasi praescriptione se in causa pessima putat acutissimos, quam, nisi fallor, & veris certisque rationibus, & maxime diuinarum scripturarum exemplis penitus amputaui, quibus dilucidissime docui, a sanctis praedicatoribus atque assertoribus

Repetit an idem differt. Caput I.

G mutatis, quomodo tales vos suscipimus quales eratis? Vnde inaniter tam multa locutus es, & cum sis ingenio tam acuro, consuetudine audiendę vanitatis obtunderis, vt videatur tibi quod cum ad nos a vobis transeut, tales eos quales erant suscipimus, quia in eis traditionem Christianorum, quam nec alienati alienauerant, nec peruersi peruerterant approbamus, quę sacramenta etiam tu, quanuis non talis qualis nos sumus, nō potuisti tamen nisi talia, nec sic talia quasi alia similia sed omnino eadem confiteri. Obsecro te dic mihi, quomodo talis est qualis fuit qui veneratur Ecclesiam quam blasphemabat, qui tenet vnitatem quam non tenebat, qui habet charitatem quam non habebat, qui accipit pacem quam respuebat, qui approbat sacramentum quod exustabat? An vero ita sunt omnia falsis vera preposterata, vt non dicantur mutati, in quibus ea quę diuersa fuerant veritate corriguntur: & mutati dicantur, in quibus ea quę similia vna eademque fuerāt, vanitate iterantur? Noli ergo vltius in hac re non tantum carnaliter, verumetiam pueriliter sapere, vt tales quales erant vestros a nobis suscipi existimes, qui **H** conuersione voluntatis ab errore ad veritatem, a diuisione ad vnitatem, a dissensione ad pacem, ab inimicitia ad charitatem, ab humana presumptione ad diuinarum scripturarū authoritatem, non ante incipiunt esse nostri quam esse destiterint vestri. Hac conuersio voluntatis repente mutauit non solum in teloneo peccatorem, verumetiam in cruce latronem. Nisi putas quod Christus in paradiso secum esse voluisset cruentum sceleratumque hominem, si non cordis illa conuersio continuo faceret innocentem, vt eo die, ex eo loco, ex eo ligno transiret ad immortale fidei pręmium, in quo exceperat mortis pro iniquitate supplicium. Siue enim ad malum siue ad bonum, paruo momento animus commutatur, sed non ideo paruum est quod meretur. In ipsis corporalibus & temporalibus pennis & beneficiis diu nutritam quamlibet etatem vnus ictus interimit, & decem & octo annorum ægitudine mox vt dominus dignatus est iubere, sanauit. Crede certe rebus, non verbis inanibus. Mutati ad nos vestri transeunt, abii vt ipsi sint qui fuerunt. Quod vnitatem & tu **I** facias, & quam verum sit in te, tibi credas.

De eodem. Caput IX.

Matth. 9. Luca 23.

Luc 13.

Cap. X. Sacramenta communia orthodoxis & hereticis

Magnum aliquid tibi dicere visus es nominando Candidum Villaregiensem, & Donatum Macomadiensem, qui ex vestris Episcopis etiam apud nos Episcopi fuerunt, & probata vita ad honorabilis senilis ætatis meritum peruenerunt: quasi sacramenta & innocatio nominis dei, quę sit apud vos, ipsa inimica sit nobis, cum & in eis qui extra Ecclesiam sunt, non sit omnino nisi ecclesię. In qua quęstione si meis verbis laborarem, tuis adiuuarem. Nam si extra ecclesiam nihil ecclesiasticum posse esse sentire, nō ipse dixisset nobis & vobis vnā esse religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Quibus verbis tuis non in totum consentio, Christiana quippe ecclesię caretis, Christianam charitatem non habetis. Christiana sanē in vobis sacramenta cognosco, & in his illud quoq; diuersum improbo ac respuo, quod cum eadem etiam in schismate habeatis, eadem in catholicis exultatis. Prorsus agnoscit in vobis ecclesię cūcta quę sua sunt, nec ideo non sunt eius, quia & apud vos inueniuntur. Apud vos quippe aliena sunt, sed cum vos correctos recipit, cuius sunt, sunt etiam salubriter vestra quę perniciosę habebatis aliena. Discordia vos possidet sub titulo pacis. Ergo discordia pellatur, pax ia-

roducat. Quid causa est vt titulus deponatur? Episcopus est, inquis, Episcopum recipis, presbyter presbyterum. Posses & mihi hoc dicere, homo est, hominem recipis. Tam quippe in illo sacramenta Christiana quā membra humana cognosco, nec curo per quę fuerint seminata, sed a quo creata: Quibus si male vti voluerit, eo ipso malus fit quod creatorē de bonis eius offendit. Si autem bene vti voluerit, se corriget, non illa mutabit. Et de Episcopis quidem vel clerici. **C**is recipiendis alia quęstio est. Quanuis enim cum a- pud vos ordinantur, non super eos inuocetur nomen Episcopi Donati sed dei: tamen ita suscipiuntur vt videtur paci & vtilitati ecclesię conuenire. Neque enim Episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus verbum & sacramentum dominicum ministramus, ac per hoc vtorum sine scandalo gubernadorum sese necessitas tulerit, ita vel esse vel non esse debemus, quod non propter nos sed propter alios sumus. Denique nōnulli sancta humilitate præditi viri, propter quādam in se ostendicula, quibus pie religiosequē inoueantur, Episcopatus officium non solum sine culpa, verumetiam cum laude posuerunt. Nunquid sic etiam Christianum nomen & fidem laudabiliter, ac non potius damnabiliter Lponerent? Sicut in accipiendis his rebus possunt esse iustę causę cur excuset quisque fieri Episcopus: nec tamē similiter potest vlla causa esse iusta cur quis excuset fieri Christianus. Quid ita, nisi quia sine Episcopatu vel clericatu salui esse possumus, sine Christiana vero religione non possumus? Proinde vestri Episcopi seu quilibet clerici, quantum ad ipsa ecclesiastica officia pertinet, sic in catholicam suscepti sunt vnitatem, quemadmodum expedire videbatur iis quorum salutem per eorum consulebatur officium vel exercendum vel omittendum. Veruntamen etiam de ipsis qui & apud nos eosdem administrauerunt honores: nunquid sicut dicere potuisti: Episcopus est, Episcopum recipis: ita poteris dicere, hereticus est, hereticū recipis: aut schismaticus est, schismaticum recipis: aut Donatianus est, Donatianum recipis? His enim nominibus nō gradus honoris a plebeia dignitate, sed crimen erroris a catholica veritate distinguitur. Proinde illa tanquam ecclesiastica munera etiam in alienis inuenta, qui vos reslinquendo & ad nos transeundo nostri sunt, pro vilitate populorum quibus hac dispensatione seruimus, suscipiuntur: illa vero vitiosa & proprie vestra, sanantur, corriguntur, mutantur, dum tamen ea sacramenta sine quibus homo non potest fieri Christianus, etiam in hereticis sic tractentur, vt cum ad ecclesiā veniunt, quod defuerit addatur, quod agnitū fuerit approbetur: ne dum nimis offendimur eis malis quę cōtra ecclesiam pepererunt, persequamur etiam bona quę de ecclesiā dilectōdo traxerunt. Nam etiam sic ramus fractus, si rursus, sicut ait Apostolus, inserendus sit, radix ei redditur, nō forma mutatur. At enim nostros, inquis, hereticos & sacrilegos vocas, quod nefariū & inexpiabile crimē est: nunquid talibus sine aliqua expiatione ignosci debet aut potest? Cur ergo, inquis, non emaculas venientem? cur non primo abluis & emundas, & sic tibi comunices? Quid quod ex his verbis tuis multo conuenientius alius dixerit, talibus tamen ignosci nec debere nec posse, teq; tibi ipsi contraria locutum esse monstrauerit, vt ideo diceres cum aliqua expiatione talibus ignoscēdū, quia id quod obicitur inexpiabile est: Quomodo ergo expiatur quod inexpiabile est? Quomodo sperem te auditurum esse quod dico, qui tam in proximo non audis

audis ipse quod dicis, cū tibi continuo contradicis cēsendo expiandū quod expiabile dixeris: Nos autem ita vestri dicimus hereticū & sacrilegum errorem, vt tamen inexpiabilem nō dicamus. Alioquin frustra vobiscum vt eo relicto correcti ad ecclesiā catholicā trāscatis, quibus modis possimus, agēdum esse censuimus: nec nostro sicut scribis verbo te vti arbitreris, quasi hoc malū sine venia, & sine medico esse dicamus, quod omnino non dicimus, quia & veniam meretur quos huius mali pœniterit, & omnipotēs est medicus qui per Prophetam dicit, Si conuersus fueris & ingemueris, tunc saluus eris. Quapropter si in aliquem forte incidisti vel minus in his rebus instructū, vel minus quid loqueretur inuentem, quāuis esse communionis catholice videretur qui hoc tibi diceret, ipse potius huius inconsiderati verbi veniam mereatur, sicut tu, qui cum sis tam liberaliter eruditus, & in arte verborum nō mediocriter doctus, minus tamē quid loquaris atēdēns, expiandum censēs quod inexpiabile dixeris, & quod est mōstrosius, ideo expiandum quia inexpiabile. Non est catholice eos hortari, vt errore correcto salui fiant, quos **B** inexpiabiliter atque insanabiliter asserimus errare. Sed ideo vobis nō videntur mundari, cum ad nos a vobis transeunt, quia nō denuo baptizatur, quasi solo baptismo quem repeti non oportet, cū idem atque vnus est, homines ab errore mundantur. Mundantur & verbo veritatis ab illo qui ait, Iam vos mundi estis, propter verbum quod locutus sum vobis. Mundantur & sacrificio contriti cordis ab illo de quo dictum est: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritū & humilium deus non spernit. Mūdantur & elemosynis ab illo qui ait: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Mūdantur ipsa quę supereminet omnibus charitate ab illo qui per Apostolum Petrum dixit, Caritas cooperit multitudinem peccatorum: quę vna si asit, omnia illa rectē fiunt: si autem desit illa, omnia frustra sunt. Hęc vero vnde sit, audi docentē Apostolum: Caritas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vnde merito creduntur qui extra ecclesiam baptismum ecclesię perceperunt, non habere spiritum sanctum, nisi cum ipsi ecclesię in vinculo pacis per connexionem charitatis adhaereant. Iam enim locus est vt ostendam quod in primo libro distuleramus, quid in ecclesiā quę sanctū corpus est Christi, proprie possit accipi, quod præter illam non potest accipi. De his enim qui schismatici faciebant, idem Apostolus dicit: Animalis autem homo non percipit ea quę sunt spiritus dei. Primā ad Corinthios epistolam lege, & inuenies. Baptismus igitur sacramentum est nouę vitę ac salutis aternę, quem multi habent non ad vitam aternam, sed ad pœnam aternam, non bene vtentes tanto bono. Charitatem vero sanctam quę est vinculum perfectionis, nemo potest habere non bonus, nemo qui habet potest esse vel schismaticus vel hereticus. Cum ergo quisque ad ecclesiā veniens vnitatem cū eius membris veraciter copulatur, accipiat spiritum sanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, eademque charitas cooperiat multitudinē peccatorum, vt baptismū quem primum habebat ad iudicium, habere iam mereatur ad pręmium. Quomodo enim mundari negas, nisi quia omnino quę sit mundatio spiritualis ignoras? Non igitur sicut conuiciaris, tanquam in asylo Romuli vestros nocentes recipimus, quos ciuitas dei recipiendo efficit innocentes, cum ad eandem veraci corde tran-

1. Jo. 1. 4. 1. Jo. 4. 1. Jo. 7. 1. Jo. 13. 1. Jo. 14. 1. Jo. 15. 1. Jo. 16. 1. Jo. 17. 1. Jo. 18. 1. Jo. 19. 1. Jo. 20. 1. Jo. 21. 1. Jo. 22. 1. Jo. 23. 1. Jo. 24. 1. Jo. 25. 1. Jo. 26. 1. Jo. 27. 1. Jo. 28. 1. Jo. 29. 1. Jo. 30. 1. Jo. 31. 1. Jo. 32. 1. Jo. 33. 1. Jo. 34. 1. Jo. 35. 1. Jo. 36. 1. Jo. 37. 1. Jo. 38. 1. Jo. 39. 1. Jo. 40. 1. Jo. 41. 1. Jo. 42. 1. Jo. 43. 1. Jo. 44. 1. Jo. 45. 1. Jo. 46. 1. Jo. 47. 1. Jo. 48. 1. Jo. 49. 1. Jo. 50. 1. Jo. 51. 1. Jo. 52. 1. Jo. 53. 1. Jo. 54. 1. Jo. 55. 1. Jo. 56. 1. Jo. 57. 1. Jo. 58. 1. Jo. 59. 1. Jo. 60. 1. Jo. 61. 1. Jo. 62. 1. Jo. 63. 1. Jo. 64. 1. Jo. 65. 1. Jo. 66. 1. Jo. 67. 1. Jo. 68. 1. Jo. 69. 1. Jo. 70. 1. Jo. 71. 1. Jo. 72. 1. Jo. 73. 1. Jo. 74. 1. Jo. 75. 1. Jo. 76. 1. Jo. 77. 1. Jo. 78. 1. Jo. 79. 1. Jo. 80. 1. Jo. 81. 1. Jo. 82. 1. Jo. 83. 1. Jo. 84. 1. Jo. 85. 1. Jo. 86. 1. Jo. 87. 1. Jo. 88. 1. Jo. 89. 1. Jo. 90. 1. Jo. 91. 1. Jo. 92. 1. Jo. 93. 1. Jo. 94. 1. Jo. 95. 1. Jo. 96. 1. Jo. 97. 1. Jo. 98. 1. Jo. 99. 1. Jo. 100. 1. Jo. 101. 1. Jo. 102. 1. Jo. 103. 1. Jo. 104. 1. Jo. 105. 1. Jo. 106. 1. Jo. 107. 1. Jo. 108. 1. Jo. 109. 1. Jo. 110. 1. Jo. 111. 1. Jo. 112. 1. Jo. 113. 1. Jo. 114. 1. Jo. 115. 1. Jo. 116. 1. Jo. 117. 1. Jo. 118. 1. Jo. 119. 1. Jo. 120. 1. Jo. 121. 1. Jo. 122. 1. Jo. 123. 1. Jo. 124. 1. Jo. 125. 1. Jo. 126. 1. Jo. 127. 1. Jo. 128. 1. Jo. 129. 1. Jo. 130. 1. Jo. 131. 1. Jo. 132. 1. Jo. 133. 1. Jo. 134. 1. Jo. 135. 1. Jo. 136. 1. Jo. 137. 1. Jo. 138. 1. Jo. 139. 1. Jo. 140. 1. Jo. 141. 1. Jo. 142. 1. Jo. 143. 1. Jo. 144. 1. Jo. 145. 1. Jo. 146. 1. Jo. 147. 1. Jo. 148. 1. Jo. 149. 1. Jo. 150. 1. Jo. 151. 1. Jo. 152. 1. Jo. 153. 1. Jo. 154. 1. Jo. 155. 1. Jo. 156. 1. Jo. 157. 1. Jo. 158. 1. Jo. 159. 1. Jo. 160. 1. Jo. 161. 1. Jo. 162. 1. Jo. 163. 1. Jo. 164. 1. Jo. 165. 1. Jo. 166. 1. Jo. 167. 1. Jo. 168. 1. Jo. 169. 1. Jo. 170. 1. Jo. 171. 1. Jo. 172. 1. Jo. 173. 1. Jo. 174. 1. Jo. 175. 1. Jo. 176. 1. Jo. 177. 1. Jo. 178. 1. Jo. 179. 1. Jo. 180. 1. Jo. 181. 1. Jo. 182. 1. Jo. 183. 1. Jo. 184. 1. Jo. 185. 1. Jo. 186. 1. Jo. 187. 1. Jo. 188. 1. Jo. 189. 1. Jo. 190. 1. Jo. 191. 1. Jo. 192. 1. Jo. 193. 1. Jo. 194. 1. Jo. 195. 1. Jo. 196. 1. Jo. 197. 1. Jo. 198. 1. Jo. 199. 1. Jo. 200. 1. Jo. 201. 1. Jo. 202. 1. Jo. 203. 1. Jo. 204. 1. Jo. 205. 1. Jo. 206. 1. Jo. 207. 1. Jo. 208. 1. Jo. 209. 1. Jo. 210. 1. Jo. 211. 1. Jo. 212. 1. Jo. 213. 1. Jo. 214. 1. Jo. 215. 1. Jo. 216. 1. Jo. 217. 1. Jo. 218. 1. Jo. 219. 1. Jo. 220. 1. Jo. 221. 1. Jo. 222. 1. Jo. 223. 1. Jo. 224. 1. Jo. 225. 1. Jo. 226. 1. Jo. 227. 1. Jo. 228. 1. Jo. 229. 1. Jo. 230. 1. Jo. 231. 1. Jo. 232. 1. Jo. 233. 1. Jo. 234. 1. Jo. 235. 1. Jo. 236. 1. Jo. 237. 1. Jo. 238. 1. Jo. 239. 1. Jo. 240. 1. Jo. 241. 1. Jo. 242. 1. Jo. 243. 1. Jo. 244. 1. Jo. 245. 1. Jo. 246. 1. Jo. 247. 1. Jo. 248. 1. Jo. 249. 1. Jo. 250. 1. Jo. 251. 1. Jo. 252. 1. Jo. 253. 1. Jo. 254. 1. Jo. 255. 1. Jo. 256. 1. Jo. 257. 1. Jo. 258. 1. Jo. 259. 1. Jo. 260. 1. Jo. 261. 1. Jo. 262. 1. Jo. 263. 1. Jo. 264. 1. Jo. 265. 1. Jo. 266. 1. Jo. 267. 1. Jo. 268. 1. Jo. 269. 1. Jo. 270. 1. Jo. 271. 1. Jo. 272. 1. Jo. 273. 1. Jo. 274. 1. Jo. 275. 1. Jo. 276. 1. Jo. 277. 1. Jo. 278. 1. Jo. 279. 1. Jo. 280. 1. Jo. 281. 1. Jo. 282. 1. Jo. 283. 1. Jo. 284. 1. Jo. 285. 1. Jo. 286. 1. Jo. 287. 1. Jo. 288. 1. Jo. 289. 1. Jo. 290. 1. Jo. 291. 1. Jo. 292. 1. Jo. 293. 1. Jo. 294. 1. Jo. 295. 1. Jo. 296. 1. Jo. 297. 1. Jo. 298. 1. Jo. 299. 1. Jo. 300. 1. Jo. 301. 1. Jo. 302. 1. Jo. 303. 1. Jo. 304. 1. Jo. 305. 1. Jo. 306. 1. Jo. 307. 1. Jo. 308. 1. Jo. 309. 1. Jo. 310. 1. Jo. 311. 1. Jo. 312. 1. Jo. 313. 1. Jo. 314. 1. Jo. 315. 1. Jo. 316. 1. Jo. 317. 1. Jo. 318. 1. Jo. 319. 1. Jo. 320. 1. Jo. 321. 1. Jo. 322. 1. Jo. 323. 1. Jo. 324. 1. Jo. 325. 1. Jo. 326. 1. Jo. 327. 1. Jo. 328. 1. Jo. 329. 1. Jo. 330. 1. Jo. 331. 1. Jo. 332. 1. Jo. 333. 1. Jo. 334. 1. Jo. 335. 1. Jo. 336. 1. Jo. 337. 1. Jo. 338. 1. Jo. 339. 1. Jo. 340. 1. Jo. 341. 1. Jo. 342. 1. Jo. 343. 1. Jo. 344. 1. Jo. 345. 1. Jo. 346. 1. Jo. 347. 1. Jo. 348. 1. Jo. 349. 1. Jo. 350. 1. Jo. 351. 1. Jo. 352. 1. Jo. 353. 1. Jo. 354. 1. Jo. 355. 1. Jo. 356. 1. Jo. 357. 1. Jo. 358. 1. Jo. 359. 1. Jo. 360. 1. Jo. 361. 1. Jo. 362. 1. Jo. 363. 1. Jo. 364. 1. Jo. 365. 1. Jo. 366. 1. Jo. 367. 1. Jo. 368. 1. Jo. 369. 1. Jo. 370. 1. Jo. 371. 1. Jo. 372. 1. Jo. 373. 1. Jo. 374. 1. Jo. 375. 1. Jo. 376. 1. Jo. 377. 1. Jo. 378. 1. Jo. 379. 1. Jo. 380. 1. Jo. 381. 1. Jo. 382. 1. Jo. 383. 1. Jo. 384. 1. Jo. 385. 1. Jo. 386. 1. Jo. 387. 1. Jo. 388. 1. Jo. 389. 1. Jo. 390. 1. Jo. 391. 1. Jo. 392. 1. Jo. 393. 1. Jo. 394. 1. Jo. 395. 1. Jo. 396. 1. Jo. 397. 1. Jo. 398. 1. Jo. 399. 1. Jo. 400. 1. Jo. 401. 1. Jo. 402. 1. Jo. 403. 1. Jo. 404. 1. Jo. 405. 1. Jo. 406. 1. Jo. 407. 1. Jo. 408. 1. Jo. 409. 1. Jo. 410. 1. Jo. 411. 1. Jo. 412. 1. Jo. 413. 1. Jo. 414. 1. Jo. 415. 1. Jo. 416. 1. Jo. 417. 1. Jo. 418. 1. Jo. 419. 1. Jo. 420. 1. Jo. 421. 1. Jo. 422. 1. Jo. 423. 1. Jo. 424. 1. Jo. 425. 1. Jo. 426. 1. Jo. 427. 1. Jo. 428. 1. Jo. 429. 1. Jo. 430. 1. Jo. 431. 1. Jo. 432. 1. Jo. 433. 1. Jo. 434. 1. Jo. 435. 1. Jo. 436. 1. Jo. 437. 1. Jo. 438. 1. Jo. 439. 1. Jo. 440. 1. Jo. 441. 1. Jo. 442. 1. Jo. 443. 1. Jo. 444. 1. Jo. 445. 1. Jo. 446. 1. Jo. 447. 1. Jo. 448. 1. Jo. 449. 1. Jo. 450. 1. Jo. 451. 1. Jo. 452. 1. Jo. 453. 1. Jo. 454. 1. Jo. 455. 1. Jo. 456. 1. Jo. 457. 1. Jo. 458. 1. Jo. 459. 1. Jo. 460. 1. Jo. 461. 1. Jo. 462. 1. Jo. 463. 1. Jo. 464. 1. Jo. 465. 1. Jo. 466. 1. Jo. 467. 1. Jo. 468. 1. Jo. 469. 1. Jo. 470. 1. Jo. 471. 1. Jo. 472. 1. Jo. 473. 1. Jo. 474. 1. Jo. 475. 1. Jo. 476. 1. Jo. 477. 1. Jo. 478. 1. Jo. 479. 1. Jo. 480. 1. Jo. 481. 1. Jo. 482. 1. Jo. 483. 1. Jo. 484. 1. Jo. 485. 1. Jo. 486. 1. Jo. 487. 1. Jo. 488. 1. Jo. 489. 1. Jo. 490. 1. Jo. 491. 1. Jo. 492. 1. Jo. 493. 1. Jo. 494. 1. Jo. 495. 1. Jo. 496. 1. Jo. 497. 1. Jo. 498. 1. Jo. 499. 1. Jo. 500. 1. Jo. 501. 1. Jo. 502. 1. Jo. 503. 1. Jo. 504. 1. Jo. 505. 1. Jo. 506. 1. Jo. 507. 1. Jo. 508. 1. Jo. 509. 1. Jo. 510. 1. Jo. 511. 1. Jo. 512. 1. Jo. 513. 1. Jo. 514. 1. Jo. 515. 1. Jo. 516. 1. Jo. 517. 1. Jo. 518. 1. Jo. 519. 1. Jo. 520. 1. Jo. 521. 1. Jo. 522. 1. Jo. 523. 1. Jo. 524. 1. Jo. 525. 1. Jo. 526. 1. Jo. 527. 1. Jo. 528. 1. Jo. 529. 1. Jo. 530. 1. Jo. 531. 1. Jo. 532. 1. Jo. 533. 1. Jo. 534. 1. Jo. 535. 1. Jo. 536. 1. Jo. 537. 1. Jo. 538. 1. Jo. 539. 1. Jo. 540. 1. Jo. 541. 1. Jo. 542. 1. Jo. 543. 1. Jo. 544. 1. Jo. 545. 1. Jo. 546. 1. Jo. 547. 1. Jo. 548. 1. Jo. 549. 1. Jo. 550. 1. Jo. 551. 1. Jo. 552. 1. Jo. 553. 1. Jo. 554. 1. Jo. 555. 1. Jo. 556. 1. Jo. 557. 1. Jo. 558. 1. Jo. 559. 1. Jo. 560. 1. Jo. 561. 1. Jo. 562. 1. Jo. 563. 1. Jo. 564. 1. Jo. 565. 1. Jo. 566. 1. Jo. 567. 1. Jo. 568. 1. Jo. 569. 1. Jo. 570. 1. Jo. 571. 1. Jo. 572. 1. Jo. 573. 1. Jo. 574. 1. Jo. 575. 1. Jo. 576. 1. Jo. 577. 1. Jo. 578. 1. Jo. 579. 1. Jo. 580. 1. Jo. 581. 1. Jo. 582. 1. Jo. 583. 1. Jo. 584. 1. Jo. 585. 1. Jo. 586. 1. Jo. 587. 1. Jo. 588. 1. Jo. 589. 1. Jo. 590. 1. Jo. 591. 1. Jo. 592. 1. Jo. 593. 1. Jo. 594. 1. Jo. 595. 1. Jo. 596. 1. Jo. 597. 1. Jo. 598. 1. Jo. 599. 1. Jo. 600. 1. Jo. 601. 1. Jo. 602. 1. Jo. 603. 1. Jo. 604. 1. Jo. 605. 1. Jo. 606. 1. Jo. 607. 1. Jo. 608. 1. Jo. 609. 1. Jo. 610. 1. Jo. 611. 1. Jo. 612. 1. Jo. 613. 1. Jo. 614. 1. Jo. 615. 1. Jo. 616. 1. Jo. 617. 1. Jo. 618. 1. Jo. 619. 1. Jo. 620. 1. Jo. 621. 1. Jo. 622. 1. Jo. 623. 1. Jo. 624. 1. Jo. 625. 1. Jo. 626. 1. Jo. 627. 1. Jo. 628. 1. Jo. 629. 1. Jo. 630. 1. Jo. 631. 1. Jo. 632. 1. Jo. 633. 1. Jo. 634. 1. Jo. 635. 1. Jo. 636. 1. Jo. 637. 1. Jo. 638. 1. Jo. 639. 1. Jo. 640. 1. Jo. 641. 1. Jo. 642. 1. Jo. 643. 1. Jo. 644. 1. Jo. 645. 1. Jo. 646. 1. Jo. 647. 1. Jo. 648. 1. Jo. 649. 1. Jo. 650. 1. Jo. 651. 1. Jo. 652. 1. Jo. 653. 1. Jo. 654. 1. Jo. 655. 1. Jo. 656. 1. Jo. 657. 1. Jo. 658. 1. Jo. 659. 1. Jo. 660. 1. Jo. 661. 1. Jo. 662. 1. Jo. 663. 1. Jo. 664. 1. Jo. 665. 1. Jo. 666. 1. Jo. 667. 1. Jo. 668. 1. Jo. 669. 1. Jo. 670. 1. Jo. 671. 1. Jo. 672. 1. Jo. 673. 1. Jo. 674. 1. Jo. 675. 1. Jo. 676. 1. Jo. 677. 1. Jo. 678. 1. Jo. 679. 1. Jo. 680. 1. Jo. 681. 1. Jo. 682. 1. Jo. 683. 1. Jo. 684. 1. Jo. 685. 1. Jo. 686. 1. Jo. 687. 1. Jo. 688. 1. Jo. 689. 1. Jo. 690. 1. Jo. 691. 1. Jo. 692. 1. Jo. 693. 1. Jo. 694. 1. Jo. 695. 1. Jo. 696. 1. Jo. 697. 1. Jo. 698. 1. Jo. 699. 1. Jo. 700. 1. Jo. 701. 1. Jo. 702. 1. Jo. 703. 1. Jo. 704. 1. Jo. 705. 1. Jo. 706. 1. Jo. 707. 1. Jo. 708. 1. Jo. 709. 1. Jo. 710. 1. Jo. 711. 1. Jo. 712. 1. Jo. 713. 1. Jo. 714. 1. Jo. 715. 1. Jo. 716. 1. Jo. 717. 1. Jo. 718. 1. Jo. 719. 1. Jo. 720. 1. Jo. 721. 1. Jo. 722. 1. Jo. 723. 1. Jo. 724. 1. Jo. 725. 1. Jo. 726. 1. Jo. 727. 1. Jo. 728. 1. Jo. 729. 1. Jo. 730. 1. Jo. 731. 1. Jo. 732. 1. Jo. 733. 1. Jo. 734. 1. Jo. 735. 1. Jo. 736. 1. Jo. 737. 1. Jo. 738. 1. Jo. 739. 1. Jo. 740. 1. Jo. 741. 1. Jo. 742. 1. Jo. 743. 1. Jo. 744. 1. Jo. 745. 1. Jo. 746. 1. Jo. 747. 1. Jo. 748. 1. Jo. 749. 1. Jo. 750. 1. Jo. 751. 1. Jo. 752. 1. Jo. 753. 1. Jo. 754. 1. Jo. 755. 1. Jo. 756. 1. Jo. 757. 1. Jo. 758. 1. Jo. 759. 1. Jo. 760. 1. Jo. 761. 1. Jo. 762. 1. Jo. 763. 1. Jo. 764. 1. Jo. 765. 1. Jo. 766. 1. Jo. 767. 1. Jo. 768. 1. Jo. 769. 1. Jo. 770. 1. Jo. 771. 1. Jo. 772. 1. Jo. 773. 1. Jo. 774. 1. Jo. 775. 1. Jo. 776. 1. Jo. 777. 1. Jo. 778. 1. Jo. 779. 1. Jo. 780. 1. Jo. 781. 1. Jo. 782. 1. Jo. 783. 1. Jo. 784. 1. Jo. 785. 1. Jo. 786. 1. Jo. 787. 1. Jo. 788. 1. Jo. 789. 1. Jo. 790. 1. Jo. 791. 1. Jo. 792. 1. Jo. 793. 1. Jo. 794. 1. Jo. 795. 1. Jo. 796. 1. Jo. 797. 1. Jo. 798. 1. Jo. 799. 1. Jo. 800. 1. Jo. 801. 1. Jo. 802. 1. Jo. 803. 1. Jo. 804. 1. Jo. 805. 1. Jo. 806. 1. Jo. 807. 1. Jo. 808. 1. Jo. 809. 1. Jo. 810. 1. Jo. 811. 1. Jo. 812. 1. Jo. 813. 1. Jo. 814. 1. Jo. 815. 1. Jo. 816. 1. Jo. 817. 1. Jo. 818. 1. Jo. 819. 1. Jo. 820. 1. Jo. 821. 1. Jo. 822. 1. Jo. 823. 1. Jo. 824. 1. Jo. 825. 1. Jo. 826. 1. Jo. 827. 1. Jo. 828. 1. Jo. 829. 1. Jo. 830. 1. Jo. 831. 1. Jo. 832. 1. Jo. 833. 1. Jo. 834. 1. Jo. 835. 1. Jo. 836. 1. Jo. 837. 1. Jo. 838. 1. Jo. 839. 1. Jo. 840. 1. Jo. 841. 1. Jo. 842. 1. Jo. 843. 1. Jo. 844. 1. Jo. 845. 1. Jo. 846. 1. Jo. 847. 1. Jo. 848. 1. Jo. 849. 1. Jo. 850. 1. Jo. 851. 1. Jo. 852. 1. Jo. 853. 1. Jo. 854. 1. Jo. 855. 1. Jo. 856. 1. Jo. 857. 1. Jo. 858. 1. Jo. 859. 1. Jo. 860. 1. Jo. 861. 1. Jo. 862. 1. Jo. 863. 1. Jo. 864. 1. Jo. 865. 1. Jo. 866. 1. Jo. 867. 1. Jo. 868. 1. Jo. 869. 1. Jo. 870. 1. Jo. 871. 1. Jo. 872. 1. Jo. 873. 1. Jo. 874. 1. Jo. 875. 1. Jo. 876. 1. Jo. 877. 1. Jo. 878. 1. Jo. 879. 1. Jo. 880. 1. Jo. 881. 1. Jo. 882. 1. Jo. 883. 1. Jo. 884. 1. Jo. 88

G cui nemo communicat alienus, illo signato spiritus sancti fonte mundatur, a quo apud vos etiã quisquis ceteris moribus laudabilis fuerit, solo schismatis vel hæresis crimine separatur. Cum ergo veniunt ad nos vestri, desisteres esse vestri, incipientes esse nostri, accipiunt quod nõ habebant, & salubriter habere incipiunt, quod tanto perniciosius, quanto indignius habebant. Accipiunt enim primitus ipsam ecclesiã, & in ea pacẽ, charitatem & vnitatẽ per fontẽ eius proprium atq; inuisibilem spiritũ sanctũ, sine quibus utiq; nullo dubitate interissent, quicquid aliud apud vos quod de ecclesia foras trahi potuit habuissent: faciliore autẽ venia quod nõdũ habuerũt accipiunt, quã si habuissent & tamen desissent. Et hoc discernitur apud nos, vt aliter recipiantur qui catholicam reliquerunt, aliter qui ad illam primitus veniunt. Illos enim amplius grauat crimen desertionis: hos autem non a se diruptum, sed cognitum & retentum vinculum releuat vnitatis. Vnde fieri potest vt quos seductos rebaptizauerunt, ipsi pro eis penitentibus dominum deprecetur, si prius isti conciliati quã illi reconciliati ecclesiã fuerint. Sicut fieri potest, vt etiam cultores idolorum si quos forte Christianos ad idola seductos apostatas fecerint: si priores seductores facti fuerint Christiani, & magnum aliquod meritũ in Ecclesia cõsecuti, per ipsos illi quos deceperant redeant, per ipsos commendentur & reconciliantur domino per quos dimiserant dominũ. Quod enim valet ad mundanda sacrilegia gentiliũ recte perceptũ sacramentũ baptismatis, hoc valet ad mundanda sacrilegia schismaticorum & hæreticorum veraciter apprehensa charitas vnitatis. Quamobrẽ sicut seductores fidelium Christianorum venientes ad Christum seductis redeũtibus præponuntur, vnde isti & Episcopi fieri possunt: ita mirari non debent decepti ab hæreticis quando ad catholicam veniunt. Isti nanque excusabilius peccant quẽ sibi defuerunt, illi humilius repetũt quod fuerũt. Istos honorabilius vbi nõdũ steterãt aduocamus, illos suspectius vnde lapsi fuerant reuocamus. Proinde iam peruides vt opinor nõ frustra me dixisse Donatistarum, vel vt tu maus Donatianorum hæreticorũ sacrilegũ errorem, si & ab ecclesia catholica dissentitis, & quã vna atque eadem fatemini sacramenta rescinditis: nec tamen sine venia vel insanabilem estis misericordie dei, quia discordiose errore deposito, ad catholicam veritatem pacemq; cõuersi, per donum eius proprium, hoc est sanctum eius spiritum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, mundari sanariq; poteritis, non vt destruatũ in vobis ecclesiã sacramenta, quã aliena perniciosẽ foris habebatis, sed vt ea ipsa intus iam vestra salubriter habeatis. Nunc videamus quemadmodum ostẽdas recte dixisse Petilianum vel quemlibet alium: Conscientia sancte dantis attenditur, quã abluat accipientis: vbi ego dixi, Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu contra, nõ quid a te homine acuto, sed quid a vestris dicatur diu locutus es, quod totum breuiter ita dici potest: Conscientia dantis attenditur, nõ secundum eius sinceritatem, quã in illa videri non potest, sed secundum famam quã de illa seu vera seu falsa est, quia videlicet eius est hominis, qui & si sceleratus occultus sit, sufficit accipienti, quod bona sit existimationis, nondum cognitus, nondum iudicatus, nondum ab Ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitũ compulerit homines angustia non inueniendi quã exirent.

Aliter hęc tici, aliter pagani recipiuntur. Cap. XVI.

Rem. 5.

Cap. XVII. Contra litera Petilianus li. i. c. 1.

Conscientia dantis.

Itane dantis maculosa conscientia conscientiam potest accipientis abluere, si habeat famam bonam, & tantum ad abluendum poterit, quãtũ bona, si bonam famam fallendo contraxerit? Attendis quid dicatur, & vis iam prætereamus hũc locum, an hoc idem adhuc versabo, vt diligentius cogaris attendere? Petilianus dixit, Conscientia sancte dantis attenditur, quã abluat accipientis. Ego dixi, Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit: quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu vel potius vestri dixerunt, Nam tu vir talis quando ista dixisses, quanuis habeat conscientiam maculosam: mihi tamẽ qui ab eo baptizor, quia lateat & nescio, sufficit quod ab eo accipio, cuius ignocetẽ, quia in Ecclesia est, conscientia puto. Nam ideo, inquis, conscientiam dantis attendo, non vt quod fieri non potest de latentibus iudicẽ, sed vt si quid de illo in publica fama vel conscientia est, nõ ignorem. Propter hoc enim ab omnipotente deo dictũ est, quã nota sunt vobis, quã occulta mihi. Semper igitur attẽdo conscientiam dantis, & quia ipsam non video, quid de ea in publico notũ est quaro: nec ad rem pertinet si aliud sit in secreta conscientia, aliud in publica fama. Sufficit enim scisse, quia necdum eius a quo accipio, damnata conscientia est. Ecce ipsa verba tua posui quibus te dicere ostendere m, quod meis verbis breuiter aperteque complexus sum, quod ad hoc attendatur abluentis conscientia, vt quã de illo fama sit cognoscatur. Non ergo ipsa attenditur, homo bone, nõ ipsa attenditur quã videri non potest, sed fama attẽditur, quã etiam falsa esse potest, quod ipse confiteris atque concedis. Nam & tu vidisti maculosam conscientiam nõ valere ad abluendum. Non ergo conscientia sancte dantis attenditur, quã abluat accipientis, sed fama qua putatur sancte dare, etiam qui sancte non dat, & putatur abluere qui non abluat. Abluit ergo accipientem mali hominis fama bona, non ipsius dantis polluta conscientia. Cur ergo dicitur, Conscientia sancte dantis attenditur, quã abluat accipientis: nisi quia non abluat accipientis, si non est conscientia sancte dantis? Si maculosa & immunda est, quid ergo tunc attenditur? Ipsa, inquis, attẽditur, cũ fama eius attenditur. Et si bona est fama, nihil interest ad abluendum accipientẽ, etiam cum est mala conscientia, sed abluat bona eius fama. Dic rogo te, cũ mala conscientia est, vera est bona fama eius, an falsa? Proculdubio utique falsa. Proinde cum bona non est & occulta dantis conscientia, quomolibet eam tibi videaris attendere, secundum hanc sententiam, non abluat accipientẽ, nisi dantis aut fama falsa aut polluta conscientia est. Vtrumque insanum est. si te talia delectant, tu elige quid sit insanus. Porro quia veritas non admittit vt accipientis conscientiam vel falsa fama dantis abluat vel polluta conscientia: restat vt abs te etiam vnde abluatur accipientis, quando lateat dantis maculosa conscientia, requiramus: quod & ibi quaesiuimus, quoniam sicut dicit Petilianus vel quilibet alius, conscientibus vobis cum sancte dantis conscientia est, id est, cum bona & munda conscientia est, abluat accipientis conscientiam. Puto enim iam nõ te repetiturum atq; dicturum quod impleat in abluendo vicem conscientie bonã eius falsa bona fama: sufficit quod hoc vestros nõ te dicere asseruisti. Illorum te pudeat, non etiam tui. Restat ergo vt tũc vel deus vel quisquã sanctus angelus abluat. Quod si dixeritis, illa horrenda consequetur absurditas, quam in illa epistola mea commemoratam, non dico videre noluisse, quia prorsus nõ attigisti, sed tanto attentius acutiusq;

A acutiusq; vi disti, quanto magis attingere timuisti. Si enim hoc dicitis, qd cũ sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientia, cum vero conscientia dantis lateat immunda est, tunc deus angelusve abluat, caute ne qui vobis hæc dicẽtib; credũt, occultos malos optent inuenire a quibus baptizetur, vt multo sanctius ab ipso deo vel angelo eius abluantur. Hanc absurditatẽ vel deridendã vel detestandã cũ in verbis præcedentibus Petiliani perspiceres, cõsequẽter & a me in Epistola mea cõmemoratã, caute tu quidem quasi nihil horũ dixerim, rem tãtam silendã putasti, sed confugisti ad nescio quid absurdius, vt cũ maculosa conscientia dantis occulta est, & ideo nõ potest accipientis abluere, tũc falsa fama eius accipientis abluatur, & in eo veritatem falsitas operetur. Nũc i & accusa calumniose dialecticos quod fugienda versutia sermonis efficiant, vt si falsum est verũ sit, si verũ est falsum sit. Ecce tale aliquid ipse in sacramenta Christianã regenerationis immitit, imò peius magisq; fugiendũ. Illi enim nõ in sua fraude nec in rerũ veritate, sed in perplexitate locutionis humane quãdã verba dicunt, tunc videri vera cum falsa sunt, tũc falsa cũ vera sunt, quã cũ in disputatione inciderint, animo discerni, etiã si dissolui sermone non possunt. Tu vero non verbo quolibet, nec rẽ quãlibet, sed ipsam qua in æternã vitam renascamur mudationẽ conscientia verã fieri posse dicis in homine per famam falsam alienã conscientie. Et ne tibi hoc tribuatur quia dialecticam didicisti, vestrorũ dicis hæc esse sententia, quibus nõ vt dialecticus, sed plane vt hereticus cõsensisti. Per te igitur aut per vestros hæc est magna inuenta vel demonstrata doctrina, si sancte dantis bona conscientia est, tũc ab ea fit bonus qui baptizatur, tunc arbor bona bonũ fructum parit: cũ vero conscientia dantis mala & occulta est, tunc eius quã falsa est bona fama cõsulitur, vt tũc a fallente accipiat homo baptismũ verũ, cum de illo crediderit falsum: atq; ita ne desit quã fructũ pariat heretici erroris, sit mater falsitas veritatis. Hoc ideo totũ tam execrabile, tã mirabiliter peruersum & insanũ ne quod dei est dei esse dicatur, vt quod a deo sumitur hominibus tribuatur: ne qui dixit, Cõscientia sancte dantis attẽditur, quã abluat accipientis, errasse videatur. Nostri hoc iniquẽ de scripturis probant, quoniam Iudas traditor antequã dãnaretur omnia sicut Apostolus gessit. Quid hoc ad Petiliani sententia fixam atq; definitã, Conscientia sancte dantis attẽditur, quã abluat accipientis: nisi qd & Iudas iste nimis contra vos est, cui verbi alienis inconsiderate prolatis patrocinium præbere conamini? Cum enim Iudas sicut Apostolus baptizaret, quãdoquidẽ malus erat, quia fur erat, & ea quẽ mittẽbatur, in cõmissos sibi oculos auferebat, nõ utiq; conscientia eius attendebatur, sed deus & Christus in quẽ credebatur. Neq; enim & ipsi mali hominis falso bona fama credẽtes & accipiẽtes abluẽbat, nec generabatur in homine gratia diuinẽ veritatis falsitas humane opinionis. Et illud testimoniũ quod de scripturis posuisti, quẽ manifesta sunt vobis, quã occulta sunt domino deo nostro: ista verba redarguit atq; cõuincit. Si enim quã occulta sunt domino deo relinquẽda sunt, quomodo conscientia dantis non solũ mala verumetia bona cum occulta est attẽditur, vt abluat accipientis? Aut si ipsa cũ occulta est nõ attenditur, quid tunc accipiẽs iubetis attẽdat vnde conscientia eius abluatur? Expergiscimini aliquando, nunc saltẽ dicite, attendat deũ, qui timetis ne humilemini, si non in homine sed in domino gloriemini. Est, inquis, quod timeã, si enim cum lateat dantis conscientia

De abluendo conscientia eius abluatur? Cap. XX.

dixero, vt accipientis attendat deũ, & ab illo tũc eius abluat conscientiam cõfessus fuero, illa me horrenda cõsequitur absurditas, sanctius abluat homines cum baptizatores habent occultos malos quã cũ manifestos bonos, si homo abluat quãdo dantis conscientia bona est & manifesta, deus autẽ quando mala & occulta. dic ergo quod dicimus, quia hoc est verũ, hoc est sanum, hoc est catholicum, quod Christus mundat accipientium conscientias, siue per bonos ministros baptismi sui siue per malos, quoniam de illo scriptũ est, Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eã lauacro aquã in verbo. Tu, inquis, responde quomodo baptizet quos damnauit Ecclesia? Nam ergo receditur a verbis Petiliani, quoniam illo dicente, Conscientia sancte dantis attenditur, quã abluat accipientis: cum quærere, quis abluat accipientis conscientia, quãdo polluta dantis occulta est, nõ mihi poterat respondere. tam enim cõtra veritatem dicitur quod falsa eius fama possit abluere, quã si hoc ipsa mala conscientia posse diceretur. Si autem quæras, quomodo baptizant quos damnauit Ecclesia? Respondeo sic eos baptizare quomodo baptizant quos dãnauit deus antequã de illis quicquã iudicaret Ecclesia. Qui enim merte peruersa videretur intus esse cum foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Ipse quippe ait, Qui nõ credit, iam iudicatus est. Paulus autẽ Apostolus dicit, Ecclesia subditã est Christo. Nõ igitur debet Ecclesia se Christo præponere, vt putet baptizare posse ab illo iudicatos, a se autẽ iudicatos baptizare non posse, cum ille semper veraciter iudicet, Ecclesiastici autẽ iudices sicut homines plerunq; fallantur. Baptizat ergo quãtũ attinet ad visibile ministerium & boni & mali, inuisibiliter autẽ per eos baptizat, cuius est & visibile baptismũ & inuisibilis gratia. Tingere ergo possunt & boni & mali, abluere autẽ conscientiam nõ nisi ille qui semper est bonus. Ac per hoc etiam nesciẽte Ecclesia propter malam pollutamq; conscientiam damnati a Christo, iam in corpore Christi non sunt quod est Ecclesia, quoniam nõ potest Christus habere mẽbra damnata, proinde & ipsi extra Ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absq; omnino vt in membris illius columbã vnice cõpudentur Absit vt intrare possint limites horti cõclusi, cuius ille custos est qui nõ potest falli. Qui tamen si cõstituerit & corriguntur, tunc mundantur, tunc mundantur, tunc in arboribus horti cõclusi, tũc in membris vnice columbã numerantur, nec tamen denuo baptizantur: ita & cum ab hæreticis veniunt cum ipso baptisate, quod & foris habuerũt, sed non & cum ipsa mundatione quam intus accipiunt: vt quod defuit præsteret, quod autẽ nõ mutatum est approbetur. Vestra, inquis, per vestros maiores traditionis & thurificationis & per vos persecutionis crimine damnata conscientia est. De traditoribus quidẽ & thurificatoribus qui fuerint qui hoc nefas admiserunt, nõ scripturis sanctis sed famã hominũ credidistis. Quã si potest esse falsa bona de malis, cur nõ possit etiã mala de bonis? De persecutione autẽ hoc tibi breuiter iterumq; responderim, quod cum respondissem Petiliano, refellerẽ minime valuistis. In scriptura quã sancta quã neminem fallit, area dicta est Ecclesia dei, dominumq; ipsum cum ventilabro esse veterum & mundaturũ arcam suam, vt frumenta recondat in horreo, paleam vero comburat igni inextinguibili. Aut ergo rectẽ passi estis persecutionem, aut si modus Christianus excessus est, palea vestra fecit, propter quã non fuerit area dominica deserenda, ne quisquis ante

Eph. 3.

Contra Petilianus li. i. c. 1.

Sacramenta dantur & malis. Cap. XXI.

E

Joan. 3. Ephe. 3.

Persecutio in sa. Cap. XXII.

Math. 3.

G tēpus vētilationis ab area, paleam refugeret, à frumento separatus palea fieret. Tu autē cum hoc nō meū, sed sanctę scripturę testimoniū refellere conareris, nullam persecutionē iustā esse posse dixisti, vbi ignoscēdū tibi est nesciētī scripturas, vnde tibi venire posset in mentē quā iusta voce sit dictū, Detrahentē proximo suo occulte, hūc persequebar. Et ab ipso domino Iesu Christo in excellentissima prophetia, Persequar inimicos meos & comprehendā illos, & nō conuertar donec deficiāt: Et alia multa diuina testimonia quę persequi longum est, si tamē mihi propter hoc verbū calūniaris, vt quoniā dixi, persequi esse crīmī est, persecurorē me diuinorum testimoniū esse crīmineris. Opponis mihi verba scripturarū toties demonstrata, quanuis nihil adiuuet, Oleū peccatoris nō impinguet caput meū, cum & apud vos esse saltē occultos peccatores, negare nō possis, qui tamē ne baptizent in his verbis excepti nō sunt. Nō enī ait, Oleū manifesti peccatoris: sed absolute, oleū peccatoris. Et facti sunt mihi velut aqua mendax simulatoris occulti, cuius & falsa fama non habet finem. Vbi miror prudentiam tuā quomodo tibi nō videatur aqua mendax simulatoris occulti, cuius & falsam famā mundandā alienā conscientię prodesset aliquid credidisti, nisi quia illud non dialecticū, sed planē sophisticū quod in me frustra quasi in dialectico reprehēdisti, subuenire tibi arbitratus es: si mentiris, verū dicis. Quid enim aliud conaris asserere, cū homini tribuens baptismū, quē dei esse nō vis agnoscere, ideo dicis adulterum dare posse verū baptismū, quia seipsum occultādo castū esse mentitur? Itaq; tunc verū dicit in baptismo cum mētur in flagitio, & nō est aqua eius mendax quam esse vultis in Ecclesia secundū promissionē tot prophetiarū toto terrarū orbe diffusam, cū aquam mendacē non baptismū dixerit Hieremias, sed mēdaces homines secundū intellectū qui manifestat⁹ est in Apocalypsi, vbi interrogāte Ioāne quid essent aque illa in visione mōstrāte, populos esse respōsum est. De illo verō testimonio quod scriptū est, Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatō eius? quā nō intellexeris quod ego in illa Epistola posui, quātūmq; me verbis tuis adiuueris, paululū attēde. Cum enim putasses à me mortuū hoc loco intelligi cultorē idolorū, quasi eos solos exceperim, qui baptizare nō possint, elegisti quantū potuisti, repetito illo de oleo testimonio quōd nullū peccatorē baptizare voluerit, qui dixit, Oleū peccatoris nō impinguabit caput meū: nō excipiendo aliquē peccatorē, vnde magis vos vrgemini, sicut pauloantē mōstrāui. Si enim nullus peccator exceptus est, proinde baptizatos ab occultis malis cū cōiūcti fuerint denuo baptizate. Hic iam conaberis occultū excipere peccatorē, quē sancta scriptura nō excepit. Totus igitur iste vester intellectus falsus à veritate cōiūctur, cum & vestre intētionī similiter repugnare mōstratur. Neq; enim hoc reuera de baptismō in Psalmo postūm est, ac nō de assentatoris adulatione, quod superiora verba satis indicāt: Nā tota sentētia ita cōnectitur, Emēdabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleū autem peccatoris nō impinguabit caput meū. Maluit ergo cōtundī caput suū ab arguētē veraciter quā vngi à blādiētē fallaciter, trāslatis verbis, oleo & vinctōne lenitudinē significās adulātis. Quid autē ego in illa Epistola de hoc testimonio senserim, vbi dicitur, Qui baptizatur à mortuo, ipsi ex repetitis verbis satis quantū oporēt ostēdā. Cū enim dissererē quid respōdere debeat ad ista catholicus Christianus, cū audierit, inquam, Qui baptizatur à mortuo, nō ei prodest

lauatio eius: respōdebit, Viuit Christus, & iam nō moritur, & mors ei vltra nō dominabitur: de quo dictum est, Ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Baptizatur autē à mortuis qui baptizatur in idolorū templis. Non enim & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem quam putant, sed à diis suis. Qui quoniam homines fuerunt, & ita mortui sunt vt neq; super terras neq; in requie sanctorū viuāt, vere ipsi à mortuis baptizantur. Hucusq; ex Epistola meā verba ipsa transferipti, in quibus iam perspicias, vt opinor, si nūc saltem diligenter attendis, non me ipsos cultores mortuos appellasse, quāuis alio modo etiā ipsi mortui sint, sed deos falsos quos colunt, quia homines fuerunt, & sicut homines de corpore exierunt, nec resurrexerunt, nec vitę vllū meritū quę post hanc vitā promittitur habuerunt. Ab ipsis ergo diis qui baptizantur, sicut dixi, vere à mortuis baptizantur, id est, qui in eorū nomine baptizantur, quia & ipsi nō in nomine sacerdotū suorū, sed deorum de quibus vana opinantur, se sanctificari putāt. Christus autē resurrexit & viuit. Proinde qui ab illo baptizatur, non solū per bonū, verum etiā per malū ministrū perditis moribus mortuū, nō à mortuo baptizatur. Ab illo enim baptizatur qui viuit in aternū, & de quo dictū est in Euangelio, quod etiam ibi cōmemorāui, Ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc tu in Epistola meā, quantū indicēte verba tua, nō intellexisti: nolo enim dicere, parū intelligēs fraudare voluisti. Miror autē quod verba illic mea cōsequētia nō aduerteris, aut ab eis dissimulādum putaueris. Paulo post quippe subieci & dixi, Nā si hoc loco mortuū intellexero peccatorē baptizatorē, eadē illa consequetur absurditas, vt quisquis etiā à latēte impio fuerit baptizatus, tanquā à mortuo baptizatus inaniter lorū sit. Non enim ait, Qui baptizatur à mortuo manifesto: sed absolute dicit, à mortuo. Hęc manifestatio verborū illic meorū quem de somno vel potius de ipsa morte non excitaret: & tamen te non excitauit. Et insuper quod ego contra Petilianū dixeram, quasi contra me dicens vehementius etiā confirmasti, sicut solent homines iniectam sagittam nesciendo excludere, altius etiam penitusq; defigere. Asseruisti enim mortuū non intelligēdum nisi peccatorem baptizatū, & nullum peccatorē excipiēdum. & ideo quod ego dicebam, contra te concluditur, nec occultum excipi posse, vbi nullus excipitur. Rebaptizate igitur eos quos ab occultis peccatoribus baptizatos esse cōstitit, quibus potest viuētibus & sciētibus subueniri, vt eis solis non obsint, qui vel ignoranter vel antē defuncti sunt, vt manifestatis postea malis baptizatoribus suis iam baptizari non possint. Baptizate, inquam, prodito adultero atq; damnato, quos ab eo cū lateret, baptizatos esse cōstitit: à mortuo quippe baptizati sunt: omnēq; peccatorē sine vlla exceptione intelligēdum esse dixisti, qui baptizare non possit, adiūgēdo testimoniū de oleo peccatoris. Tu dixisti, tu scripsisti, te ipsum audi, lege te ipsum. Si omnis peccator tanquā mortuus non potest baptizari, nec occultus potest. Non enim quia occultus ideo viuus est, cū multo profundius etiā mēdacio simulationis absorptus sit. Minus enim mortuū diceretur si saltē cōstitit. Sed sit in illo quod alio loco scriptū est, A mortuo velut qui nō sit perit cōfessio. Ab isto mortuo in tāta mortis profunditate demerso quos baptizatos esse clauerit, nō rebaptizatis, & ab eis baptizatos q in vltimis terris nec Cęciliani, nec Maiorini, nec Donati nomē audierūt, rebaptizare si possitis minime dubita- tis, obiciētēs eis, Qui baptizatur à mortuo, quid prodest lauatō

A lauatio eius: mortuos dicentes ad quos Afrorum cadauerum quorumlibet illa fuerūt, nec aura potuit peruenire, & mortuū nō putantes qui propriū potest occultare flagitium, cū scriptura clamet, A mortuo velut qui nō sit, perit cōfessio. Itāne quia fictus est, mortuus nō est: cū magis propter ipsam fictionē carēdo spiritu vitę penitus expirauerit, iterum dicente scriptura, Sāctus enim spiritus disciplina fugiet fictū. Adhuc defendite istos mortuos & viuere dicite, vt & vos peius ipsa falsa defensione moriamini. Mortui sunt, inquis. Sed quid faceret qui baptizādos ad eos ignarus accessit? Nūc ergo faciat quando illo prodito se agnouit à mortuo baptizatum. Si enim conscientia propterea ladi non potuit, quia nesciuit, nunc incipit ledi quia sciuit, velut si tunica de latrocinio nesciēs vestiretur, ex illo sit iniquitatis vestis illa ex quo cognouerit, & ipse iniquus, nisi abiecerit: & qui nesciens vxorē duxerit alienā, ex illo sit adulter ex quo didicerit, nisi discesserit. Abiciat ergo & ipse baptismū quē se à mortuo percepisse cognouit. Habet enim quod faciat adhuc, baptizari iterum potest. Postremo scierit nesciri à mortuo baptizatus, quid ei prodest lauatio eius? Stricta sentētia est, sicut & tu ipse clamas, neminem exceptit. A mortuo in quā baptizatus est, nihil ei prodest lauatio eius. Mūdare hominē baptizādo qui viuuit, aut vos ipsos potius ab hoc errore mūdare, ne talia sentiendo percaatis. Contendis enim velut aduersus, vt nullū exceptū dicas in eo quod scriptū est, Oleū peccatoris: & qui baptizatur à mortuo: nec te sentis nodū quo ligat⁹ es renitēdo cōstringere, hoc enim ago, hoc insto, hinc vos ad mutandam vanam peruersamq; sententiā vrgenter impingo, vt in oleo peccatoris & mortui baptismō, nullū mortuos, nullus peccator exceptus sit, sicut tu pro me velut cōtra me loqueris: Ita enim nec occultus excipitur, quo evertitur omne quod loqueris, ac sic rebaptizare cogūtur qui te talia docuerunt, omnes quos quos ab occultis malis baptizatos in hac vita reperire potuerint. Quid agis? quōd cōuertis? verba tua tibi recitantur: Non solum enim ea cum dicerem non resellisti, sed nesciēs quid memi elegeris aliis verbis tanquam tuum, hoc idem ipse dixisti, & vt diligentius audiri & considerari posset scripsisti vt tibi quoties libuerit, recitetur. Audi ergo verba tua: nempe C illa sunt, Quod si idoli cultorem, inquis, tātum tibi placeat excipere, quid illud de quo dicitur, Nolo oleū peccatoris vngat caput meū: vtrū me & hic peccator ille solus est, qui id oleum colit, an quisquis quod non licet committit? Quod si & peccatorem tātum cultorem idoli putas, Christianus ergo si quid contra legem gesserit, peccasse non dicitur. Quo si nihil dici stultius nec absurdius potest, aperte prādictū est, vt non solus idoli cultor, sed quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non vsurpet. Hęc certe quę inserui verba tua sunt, Ego cultorem idoli nō excepi, sed ipsos deos eorum mortuos esse dixi, quorū à nullo baptizari aliquid prodest: ab ipsis enim diis sibi baptizari videntur, in quorum nomine se mundari arbitrantur, tu autem nullum peccatorē excepisti. Quod si hoc loco peccator & mortalis homo qui baptizatur intelligendus est, nullum peccatorem excipiens, proculdubio nec occultum excepisti. A parte, inquis, prādictū est, vt non solus idoli cultor, sed quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis nō vsurpet. Audi ergo te ipsum, quisquis peccator dixisti, nec manifestum nec occultum excepisti: proinde qua fronte cogunt baptizari post manifestum, qui nolūt post occultum, vbi as-

serunt neminem exceptum: Fuge ergo frater ab iustano D intellectu ad sanum, vt in hoc testimonio de oleo peccatoris, sicut superiora eiusdē psalmi verba pręferibūt, blandam lenitudinē, fallaciā adulatoris intelligas. Ita enim & nullus erit exceptus, & non impinget in angustias insuperabiles malus baptizator occultus. Sic & in alio testimonio, vbi dictum est, Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio eius? aut inspicere diligētē codices antiquos, & maxime Gręcos, ne forte ipsa verba aliter cōscripta, ex pcedenti & consequētī cōtextione sermonis aliū sensum intiment: Aut certe mortuos intelligamus, sicut dixi, in quorum nomine baptizatur idolorū cultores, vt ab illo quemq; intelligas baptizatū, in cuius nomine se credit esse mundatum. Ita enim & illic nullū excipitur, nullus quippe mortu⁹ de⁹ paganorū mūdare potest credētēs in se. Si autē hoc loco omni nō hominem peccatorē intellexeris mortuū, tanta quę non vis te sequentur, vt ipse quęadmodū vias inuenire nō possis, dicente Ioanne, Si dixerimus quia peccatū nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nō est: vt omnino nō inuenias hominē à quo baptizaris, si E omnem peccatorem deuotare volueris. Quāquam si prorsus mortuū non intellexeris nisi hęreticū vel schismaticum, vt quisquis apud eos baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio eius? quod vides q; pręcipiti psumptione sic accipitur, ac si dictū sit, qui baptizatur ab hęretico vel schismatico, nec sic contra nos esset qui fatemur nihil pdesse homini baptismū Christi si apud hęreticos vel schismaticos baptizetur, eis ipsis tribuēs baptismū quo baptizatur, sed tunc ei prodesse incipere cum transit ad corpus Christi, quod est Ecclesia dei viui. Tunc enim sub eodem baptismō quod & foris Christi erat, sed foris posito nihil proderat, mūdato proderit ab eo cuius membris insertus est. Nec illam tuam nī miū seuerā sentētiā formidabo, qua dixisti, Quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis nō vsurpet, nisi quia nō inuenis quis veraciter dicat in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: nisi peccatorē se esse fateatur. Vellē singulos interrogare qui baptizāt apud vos, vtrū peccatores omnino non sint? Potest enim quilibet eorū mihi respōdere, Non sum traditor, Non sum thurificator, non sum adulter, non homicida, Non sum idolorū cultor, non postremo hęreticus, nisi schismaticus: nō autē peccator nescio vtrū quisquā vel hęretica superbia reperiri possit qui audeat dicere, audeat cogitare: nescio vtrū quisquā tanto arrogantē tumore cæcetur, vt nō dicā voce profiteatur, sed vel apud seipsum tācitus arbitretur, non sibi esse necessariā deprecationem, in qua dicimus deo, Dimitte nobis debita nostra. Neq; enim de eis debitis dimittēdis rogamus quę semel in baptismō dimissa esse confidimus, sed pro eis vtiq; sine quibus humana fragilitas nō est, quantūcūq; in obseruandis pceptis dominicis vigilemus. Postremo suscipiat qui voluerit huius impudentiā si dōtem & dicat, Nō sum peccator, ex quo mihi in baptismō cuncta dimissa sunt: nullū in me peccatū poterit inueniri. Magis ego Ioanni credo, & multo fidētius respondeo. Te ipsum decipis, & veritas in te non est. Neq; hoc agit pceptis & fallax ista professio, vt in te peccata non inueniantur, sed vt quę inueniuntur non dimittantur. Si ergo iam baptizatus es, vellem scire quem repereris qui contra Ioannem Apostolum diceret, peccatum non habeo. Si enim talem quenquam reperire potuisti, quomodo baptizatus es ab eo qui seipsum decipiebat,

Psal. 100.

Psal. 17.

Aqua mendax. Caput XXIII.

Psal. 140.

Hiere. 15.

Apoc. 17.

Oleū peccatoris. Caput XXIII.

Ecc. 34.

Psal. 140.

Ibidem.

Et pagani diis suis tribuunt purificationem.

Cap. XXV.

Ecc. 17.

1. Tim. 3.

1. Tim. 34.

1. Tim. 140.

Collas hoc non est peccator. Cap. XXVII.

Ecc. 34.

1. Tim. 2.

Peccator hęreticus. Cap. XXVII.

Mat. 6.

1. Ioan. 1.

G & in quo veritas non erat? Si autem qualiscunque non immemor peccatorem se esse dicebat, quomodo sibi secundum tuam sententiam ius baptismatis vsurpabat? Tu enim dixisti, tu etiam minime scribere timuisti, vt quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non vsurpet. Si autem nondum baptizatus es, aut hanc vanissimam sententiam corrige, aut a quibus baptizaris angelos quere. Sed subarbitremur te cõuictum correxisse, quisquis eo crimine quod nostri obiciunt, peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non vsurpet. Neque hoc contra nos est, quia si etiam talis vsurpauerit & dederit, non eum sibi vsurpare debuisse dico, non autẽ dedisse non dico. Ille vero qui accipit, si homo bonus ab homine malo, si fidelis à p̃fido, si pius ab impio, perniciosum erit danti, non accipiet. Illud quippe sanctũ male vtentẽ iudicat, bene accipientẽ sanctificat. Si autem & ille qui accipit inique acceperit, nec sic rescissum sed agnitũ, quod per se obe-
Sacramentũ danti nocet, accipienti prodest. Ca. XXIX.
 rat, correcto proderit sacramentũ. Sic enim te putat, bo dixisse, non iã quisquis peccator, quia, nisi fallor, iam cernis q̃ temere dictum sit, sed peccator qualem nostri describũt, quisquis inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis nõ vsurpet, quemadmodum scriptum est, *Psal. 49.*
 H Peccatori autem dicit deus, vt quid tu enarras iustificaciones meas, & assumis testamentum meum per os tuũ? Et vt ostēderet quali peccatori hoc diceret, ne omnes homines à prædicando verbo eius sese abstinerent qui nec sentire audent, nec dicere se peccatores nõ esse, sequitur, eumq; describit, Tu vero odisti disciplinã, & abiecasti sermones meos post te: Os tuũ abũdauit malitia, & lingua tua amplexa est dolositatẽ: Si videbas furem, concurrebas ei, & cũ adulteris portionẽ tuam ponebas: Sedes aduersus fratrem tuũ detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ. Tali ergo peccatori dicit, Vt quid tu enarras iustificaciones meas, & assumis testamentũ meũ per os tuum? Tanquã diceret, Frustra hoc facis: quantũ ad te attinet, nõ tibi prodest, hoc tibi ad iudiciũ damnationis, nõ ad meritum salutis valebit. Verũtamẽ si etiã tali peccatore narrate iustificaciones dei, assumẽte testamentũ eius per os suũ, illi qui ex eius ore audiunt, credant, faciant, proficiant, nõne illo reprobato laudabuntur, illo culpato iustificabuntur, illo dãnato coronabũtur, quoniam curauerũt obedire domino dicenti, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. dicunt enim & non faciunt: Sicut ergo iste peccator, si ius sibi prædicandi testamenti diuini vsurpauerit, sibi nihil prodest, audientibus autem & faciẽtibus, nõ ipse, sed quod prædicat prodest: ita & ille qui ius baptismatis sibi vsurpare non debuit, sibi nocet qui bonum male vsurpauit, non ei qui bonum bene percepit.
Sacramentũ non rescinditur. Cap. XXX.
 Vides non solum te nõ potuisse refellere quod ego contra Petilianum dixi, sed quãta luce veritatis modis omnibus refellatur quod contra me ipse dixisti, & adhuc pergis & dicis, quod causam nostrã nõ probam faciamus, & quodãmodo peccatores nos esse fateamur, quemadmodũ nobis obicitur ius baptismatis, qua nobis licentia vendicemus, non de merito actũ, non de innocẽtia vitæ tractamus, sed cuiusq; licere dicimus. Attende: certe ex his quæ dicta sunt, nõ cuiusq; licere nos dicere, sed ei penam esse qui sanctũ tractat illicite, & eum esse corrigendum: non sanctũ quod illicite tractat, illicite rescindendum: sicut homines nõ legitime lege vtentes corrigi volumus, nõ ipsam legem irritam ducimus: sicut dei testamentũ illicite per os suũ assumẽtem reprehendimus, non ipsum testamentum negamus

aut scindimus, nec ideo nos peccauisse cõfitemur, quia R & in peccatore quod est ipsius improbanus, quod autẽ dei est honoramus, quia in deum credentẽ non ex occultis hominum pendere volumus, sed in domino exoriari de quo certus est, admonemus. Neq; enim & Apostolus male suę cõscientiæ diffidebat, sed spem credentis poni volebat in homine, & in deo stabiliter collocabat, cũ diceret, Neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. Non itaq; nos dicentes, quod scriptũ est, Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriã: accusamus nostrã cõscientiam, sed vos in hominũ moribus eorum spem qui baptizantur poni volentes, non agnoscitis vestram superbiam.
 Quid q̃ etiã beati Cypriani mentionẽ facere audeatis, velut ille author sit vestræ diuisionis, tãtus defensor catholice vnitatis & pacis? Primo esto in Ecclesia, quã constat tenuisse ac prædicasse Cyprianum, & tunc aude velut authorẽ sententiæ tuæ nominare Cyprianũ. Primo imitare pietatem humilitatemq; Cypriani, & tunc profer cõsiliũ Cypriani. Nos enim nullam Cypriano facimus iniuriã, cum eius quasilibet literas, à canonica diuinarũ scripturarũ autoritate distingui. Neq; enim sine causa tã saluber vigilantie canon ecclesiasticus cõstitutus est, ad quẽ certi prophetarum & Apostolorum libri pertineãt, quos omnino iudicare nõ audeamus, & secundum quos de ceteris literis vel fidelium vel infidelium libere iudicemus. Proinde cũ dicat Apostolus, cuius Epistola in autoritate canonica viget, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoq; vobis deus reuelauit, quãdiu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse constat quæ pro vobis proferẽda arbitramini: quãdiu ergo de hac re aliter sapuit q̃ veritas diligentius cõsiderata patefecit, donec ei deus id quoq; reuelaret, inessabili laude charitatis vnitatem pacemq; catholicam etiã cum collegis suis à quibus aliter sapuit non reliquit. Verba eius ex Epistola ad Lubaianum inseruisti literis tuis, quibus ei placuisse monstrares baptizãdos esse in Ecclesia catholica qui fuerint in heresi vel schismate baptizati. Ego huius Epistolæ autoritate nõ teneo: quia literas Cypriani non vt canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis diuinarũ scripturarum autoritati cõgruit, cũ laude eius accipio: quod autẽ nõ congruit, cum pace eius respondo. Ac per hoc si ea quæ commemorasti ab illo ad Lubaianũ scripta, de aliquo Apostolorũ vel Prophetarũ canonico recitares, quod omnino cõtradicerem nõ haberẽ: Nunc vero quoniã canonicum nõ est quod recitas, ea libertate ad quam nos vocauit dominus, eius viri cuius laudẽ consequi non yaleo, cuius multis literis mea scripta non cõparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyriũ veneror, hoc quod aliter sapuit nõ accipio. Non accipio, in quã, quod de baptizãdis hæreticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, quia hoc Ecclesia nõ accipit, pro qua beatus Cyprianus sanguinẽ fudit. Sed quia dicitis eũ pro hac sententia legalia documẽta firmasse, quanquã non ille documẽta legalia firmare potuit, sed eis potius quæcunq; recte sensit ille firmauit: Relinque ergo scripta Cypriani, & ea ipsa legalia documẽta quib; eũ dicitis vsum esse cõmemora. Si non ea demonstrauero nostrã causam nihil adiuuare, vicisti. Quapropter ita hoc Cypriani nõ accipio, quãuis inferior incomparabiliter Cypriano, sicut illud Apostoli Petri quod gentes Iudæizare cogebat, nec accipio nec facio, quãuis inferior in cõparabiliter Petro. Vos autẽ qui scripta Cypriani nobis

A tanquam firmamẽta canonice autoritatis opponitis, quicquid de Cypriano cõtra vos proferre potuerimus, necesse est cedatis, & iustum est vt victi taceatis, ac vos aliquando ab errore perniciosissimæ dissensionis ad vnitatem catholicam conuertatis. Vnde ne longum faciam, ex hac ipsa Epistola ad Lubaianum attẽde quid ingerã quod vestrum euertat & absumat errorẽ. Cum enim persuadere conaretur vel sanctus Cyprianus, vel quicũque illam scriptis Epistolam, hæreticos ad Ecclesiam venientes baptizari oportere, quod videlicet baptismus nullus deputandus esset quem foris apud hæreticos accepissent, opposuit sibi quæstionem & ait, Sed dicit aliquis, quid ergo fiet de his qui in præteritum de heresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admisi sunt? Potest dominus misericordia sua indulgẽtiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admisi in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare. Ista nobis simplicitas sufficit, cui testimonium perhibet ipse Cyprianus, tantum bonum intelligens esse vnitatem corporis Christi, vt in eam simpliciter admissos etiam illos quos esse sine baptismo arbitratur, de diuina misericordia mereri indulgẽtiam, & ab Ecclesiæ muneribus nõ separari pia cogitatione præsumeret. Hæc cõsuetudo Ecclesiæ fuit ante cõsiliũ Cypriani, hæc superari & auferrì non potuit nec cõsilio Cypriani, vt ex heresi venientes non quidem sine baptismo sicut dicit, quia idem baptismus etiam foris eis inerat, sed non proderat, veruntamẽ simpliciter sicut idẽ dicit admisi de dei misericordia indulgẽtiam mererentur, & à muneribus non separarẽtur Ecclesiæ. Hæc simplicitas magis quàm duplicitas Ecclesiæ placuit vniuersæ toto terrarum orbe diffusa. Cui Cyprianus ipse quale testimonium perhibeat, audi ex Epistola quam de vnitate conscripsit: Auelle, inquit, radium solis à corpore, diuisionẽ lucis vnitas nõ capit: Ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit: A fonte præcide riuum, præcissus arefcit. In his Cypriani verbis non intelligimus lucem nõ capere diuisionẽ nisi in sanctis regno dei prædestinatis, qui diuidi ab Ecclesia nullo modo possunt: & non germinare ramũ fractum salutis æternæ germinare accipimus: ariditatem vero riuus à fonte præcitus, in eo quod sancto spiritu vacuatur qui ab vnitate separantur nõ in sacramento baptismi quod & boni & mali habere possunt, ita foris apertẽ quemadmodum intus occulte ab Ecclesiæ sanctitate separati. Sed inde nemo dubitat. Quid vero de ipsius Ecclesiæ fecũditate toto terrarum orbe diffusa senserit Cyprianus, attẽde in his quæ subiungit, Sic, inquit, & Ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, vnũ tamen lumen est quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: Ramos suos in vniuersam terrã copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, vnũ tamen caput est & origo vna, & vna mater fecũditatis succelsibus copiosa. Hanc Ecclesiã Cyprianus in scripturis sanctis pmissam, in vniuerso mũdo reddidit, dilexit, tenuit, commendauit, quam perdit schismatici vel hæretici velut à malis se discernere ac separare cupientes, seditionibus impiis reliquerunt. Qui ne suos exitus impios vanis exculationib; abluere conarentur, sancta scriptura prædixit. Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum nõ abluuit, quia nec propter malos qui videntur esse iusti, deserẽdi sunt boni qui vere sunt iusti. Hinc beatus Cyprianus quod senserit accipe ex Epistola quam scripsit ad presbyterũ Maximum, & ceteros quibus de schismatico & hære-

tico errore ad Ecclesiam redeuntibus gratulatur. Nam D et si videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniã zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tantũmodo laborandum est, frumentum esse possumus, vt cum coeperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit, In domo autẽ magna nõ solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quãdã quidem honorata, quãdã inhonorata. Nos operã demus, & quantum possumus laboremus, vt vas aureum & argenteum simus. Ceterum fictilia vasa confringere domino soli cõcessum est, cui virga ferrea data est. Esse nõ potest maior domino suo seruus, nec quisquã sibi quod soli filio pater tribuit ṽdicare, vt se putet aut ad aream ventilandã & purgandã paleam ventilabrum iam ferre posse, aut à frumẽto vniuersam zizaniã humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega præsumptio, quam sibi furor prauus assumit. Et dum sibi semper quidam plus quàm mitis iustitia depoluit assumunt, de Ecclesia pereunt: & dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore cæcatis, veritatis lumen amittunt. Vides frater secundũ scripturas diuinas hoc præcepisse Cyprianum, etiã propter malos. Qui cũ sint à bonis vita morib;q; spiritaliter separati, corporaliter tamen eis in Ecclesia videntur esse permixti vsque in diem iudicij, quo etiam corporaliter debitas separabũtur ad pœnas. Nõ est Ecclesiã deserenda tãquam frumenta propter paleam vel zizania, sicut nec domus magna propter vasa inhonorata. Vides, audis, sentis, capis, intelligis, quanto scelere propter eos qui vobis siue recte siue cum fallimini displicet, separemini ab Ecclesia quæ toto orbe diffunditur, cui secundum scripturas diuinas, tam magnum, tam fruum, tam clarum atq; luculentum testimonium perhibet Cyprianus. Quamobrem attẽde diligenter de tota quæstione breuem ratiocinationem meam. Si frumentum rectẽ in Ecclesiam recipiuntur ex hæreticis venientes, vt in eis error prius corrigatur, diuinum autem sacramentum non rescindatur, bene illis viuẽtibus tanquã frumentis dominicis gratulamur. Si autem sicut putatis, & Cyprianum vobis in hac sententia fauere iactatis, non habent baptismum, certẽ admisi simpliciter ad Ecclesiam, secundum eundem Cyprianum, propter meritum tamen ipsius vnitatis indulgẽtiam dei merentur, ne ab Ecclesiæ muneribus separẽtur. Et quicunq; illos secundum morem anteriorem, de quo non tacuit Cyprianus, simpliciter admittit, & recte ac pacifici viuunt, inter eadem frumenta horreo destinata deputantur. Qui autem vel scientes contra veritatem in eis recipiendis cõtentiose dimicant, vel prauis atq; perueris moribus viuunt, in zizaniis & palea flammis debita tollerantur: propter eos tamen Ecclesiam quæ per totum orbem terrarum copiosis succelsibus dilatatur, hoc est, frumenta dominica, quæ vsque ad messẽm pariter crescant, vel vsque ad ventilationem pariter eruantur, non esse deserendam, imperat deus, testis est Cyprianus. Ag per hoc si in cõmuniõne sacramentorum mali maculant bonos, quando tẽporibus Cypriani vel ante Cyprianum sine baptismo, sicut putatis, hæretici susceperantur, Ecclesiam perisẽ dicite, & vos vnde nasci fueritis ostendite. Si autem quod veritas etiam per Cyprianum docet, cum pro Ecclesiæ pace etiam cognita zizania tollerantur, frumenta non maculant, filius malus & ipse se ipsum iustum dicit, exitum autẽ suum nõ abluuit,

Sacramentũ danti nocet, accipienti prodest. Ca. XXIX.
Psal. 49.

Matth. 23.
Sacramentũ non rescinditur. Cap. XXX.

Cyprianum

Cyprianum

Quoniam

Quoniam

Quoniam

Guia de Ecclesia propter malos exire non debuit. *De eodem. Ca. xxxvi.* Iterum dico, Ecce ab hac inuictissima ratione dissimulare non sino. Si non communicantes peccatis malorum, propter ipsam tantum communionem sacramentorum mali perdunt bonos, quando in praeteritum ex haeresi ad Ecclesiam venientes, sine baptismo admissi sunt, contagione sua bonos utique perdidit: iam tunc ergo non erat Ecclesia quam Cyprianus teneret, predicaret, nec vnde postea Donatus exiret. Si autem bonos contagio illa non perdidit, nec eorum quos accusatis contagio, Christianum orbem perdere potuit, nolite calumniari separati, & ad Ecclesiam redite correcti. Caecilianum & socios eius contra quos tunc Secundus Tigiltanus contraxit condiditque concilium, necesse tibi est accusare, mihi non est necesse defendere. Accusa eos quantum viribus potes. Si innocentes fuerunt, nihil eis tanquam frumentis oberit vetustitas tua. Si nocentes fuerunt, non debuerunt propter illam zizania frumenta deserere, quibus nihil obferunt. Accusa quantum potes, vinco si non probas, vinco si probas: vinco, inquam, si non probas iudice teipso, vinco si probas teste Cypriano. *Quid eos H vis fuisse? Si innocentes, cur frumentis dominicis cum sitis zizania calumniastis? Si nocentes, cur a frumentis dominicis propter zizania separastis? Exitat ecclesia cunctis clara atque conspicua. Quippe ciuitas quae abscondi non potest super montem constituta, per quam dominatur Christus a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrae, tanquam semen Abraham multiplicatum sicut stella caeli & sicut arena maris, in quo benedicuntur omnes gentes. Hanc etiam beatus Cyprianus ita commendat, ut eam dicat domini luce perfusa, radios suos per orbem terrarum porrigere, ramos suos per vniuersam terram copia veritatis extendere. Haec ut in frumentis suis non accusaretur, aut propter zizania non desereretur, vnum horum vobis etiam vos ipsi respondete, alterum Cypriani monitis dicite. Ipsi enim verba sunt attestantis & dicentis: Nam et si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Vos contagione malorum Afrorum perisse dicitis de orbe terrarum, & in parte Donati eius reliquias remansisse tanquam in frumentis a zizaniis & palea separatis, contra Cyprianum apertissime sententias, qui dicit, nec malorum permixtione bonos perire in ecclesia, nec eosdem malos posse ante tempus iudicij diuini a honorum permixtione separari. Vos itaque secundum vestrum errorem, vel potius furorē accusare cogimini non solum Caecilianum & ordinatores eius, verum etiam illas Ecclesias, quas in scripturis Apostolicis & Canonicis pariter legimus, non solum Romanorum, quod ex Africa ordinare paucis vestris soletis Episcopum, verum etiam Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Thessalonicensium, Colossensium, Philippeniū, ad quas apertissime scribit Apostolus Paulus, Hierosolymitanam quam primus Apostolus Iacobus episcopatu suo rexit: Antiochensem, vbi primo appellati sunt discipuli Christiani, Smyrnensem, Thyatirensē, Sardensē, Pergamensem, Philadelphensem, Laodicensem, ad quas est Apocalypsis Apostoli Ioannis: Tot alias ecclesias Pontici, Cappadociae, Asiae, Bithyniae, ad quas scribit Apostolus Petrus, & quaequid alias se Paulus ab Hierusalem usque ad Illyricum Euangelio repleuisse testatur, ut taceam de aliis tam latitis atque vniuersis terrarum partibus, in quas ex his Apostolicis laboribus & plantationibus porrecta*

creuit & creuit ecclesia. Istas certe ecclesias quas ex litteris diuinis atque canonicis nominavi, tam longe ab Africa constitutas, tanquam perierint ex peccatis Africanorum, accusare cogimini, nec corrigitis errorem qui vos ad tantum scelus nefaria dissensione compellit. Nos autem ut errorem vestrum facilius conuincamus, nec ipsos Africanos quorum falsum crimen in ceteras etiam gentes perfundere audetis, nec ipsos, inquam, defendere cogimur. Habent etiam cum illis transmarinis ecclesiis societatem regni si innocentes fuerint: si autem nocentes, tanquam zizania a frumento, nec in Africa obesse potuerunt eis qui se propter illos etiam cognitos ab unitate Ecclesiae separare noluerunt. Ut enim omniam quantum multi eos crediderunt innocentes, quibus facinus eorum etiam si aliquod fuit, tamen demonstrari non potuit, & utique istos nec vos potestis dicere peccatis alienis in cognitis potuisse maculari: Sed ut hos, inquam, omittam, ipsi qui eos nocentes vel nouerant vel putabant, quantum in Africanis ecclesiis constituti, cum videret eos apud ecclesias transmarinas non potuisse conuinci, nec crimina eorum longe lateque diffusis membris Ecclesiae demonstrari, si se vellent propter illos quos malos nouerant a communione tot gentium quibus eos ostendere non valebant, velut pestifera contagionis timore separare, teneret eos, non ego, non tu, non Donatus, non Caecilianus, sed ipse quem nominare ausus es Cyprianus, & diceret ea verba quae scripsit ad Maximum. Et si videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborandum est, ut frumentum esse possimus, ut cum coeperit frumentum dominicis horreis codi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit, In domo autem magna, non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quaedam quidem honorata, quaedam inhonorata. Nos operam demus, & quantum possumus laboremus, ut vas aureum & argenteum simus. Ceterum fictilia vasa confringere domino soli concessum est, cui virga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo feruus: nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit, vendicare, ut se putet aut ad aream ventilandam & purgandam paleam ventilabrum iam ferre posse, aut a frumento vniuersam zizaniam humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega praesumptio, quam sibi furor praui assumit. Et dum sibi semper quiddam quam mitis iustitia deposcit, assumunt, de ecclesia pereunt, & dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore caecati, veritatis lumen amittunt. His Cypriani verbis deum timentes in ecclesia tenerentur, qui vellent ab ea separari propter cognitos malos, quibus verbis vos dicitur a se separati accusatis & bonos. His verbis Cyprianus & nos tenet in domo dei, cuius decorem dilexit, etiam si quod nunquam facere potuisset, a vobis accusatos & demonstratos traditores, & quolibet alios malos nosse possemus, ne illa propter vasa facta in contumeliam deseramus. His verbis etiam vos in catholicam pacem correctos pacificus introducat, ne quibuslibet peccatis alienis seu veris seu falsis offensis, contra Ecclesiam Christi in toto mundo scripturis fructificatam atque cresecentem mala tanta iactetis, ne propter zizania triticum accusetis, ne propter paleam frumenta deseratis, ne propter vasa inhonorata extra domum magnam remaneatis. Ecce quantum nos abs te commemoratus beatus Cyprianus adiunxit, cui de baptismo repetendo si

Aquid aliter sapuit, pro tantis meritis flagrantissimae charitatis corrigendum proculdubio dominus reuelauit, quia in ea vite permansit tanquam sarmentum tanto fructu pacis & dilectionis opulentum, ut etiam si quid in eo purgandum reperiretur, si nulla re alia, certe falce martyrij purgaretur. Quamquam itaque ad errorem vestrum conuincendum, & si volueritis corrigendum, satis superque potuerint ista sufficere, tamen ne quisquam arbitretur aliquid te in epistola posuisse quod refellere non valerem, aut in quo te nostris contra Petilianum litteris nihil idoneum respondisse, demonstrare non possem, sequenti volumine cetera videamus.

FINIS.

ADIVI AVRELI
AVGVSTINI CONTRA CRESCONIVM GRAMMATICVM, Liber Tertius.

Sl tardorum mihi ingenia curanda non essent qui intelligere nequeunt, me duobus voluminibus superioribus ad causam totam, quae tua frater Cresconi Epistola continetur, multis modis ita respondisse, ut etiam illa quae ibi restant iam soluta atque frustrata sint, iam debuit a me huic operi finis apponi. Sed quia multi sunt quibus seruire nos conuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula pertractentur, residua sermonis tui breuiter ex ordine refellenda percurram. Quicquid de Cypriani venerabilis martyris, & de quorundam Orientalium litteris inferendum putasti, quod eis placuerit apud haereticos & schismaticos datum improbare baptismi sacramentum, nihil impedit causam nostram, si eam Ecclesiam retineamus quam non deseruit Cyprianus, etiam cum multi eius collega in hanc sententiam consentire noluerint: Nam & in ipso concilio dixit, Neminem iudicantes, nec a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Et eadem Epistolam ad Iubaianum ita concludit. Haec tibi charissime pro nostra mediocritate respondimus, nemini praescribentes aut praedictantes, quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem &c. In his ergo nos interim deputato, quibus illud non potuit persuadere Cyprianus, a quibus tamen etiam in hac re diuersa sententibus, communionem suam minime separauit. Maiores autem vestri quibus tale testimonium perhibuistis, quod ab Orientalium propterea communionem discreti sunt, quia illi suum iudicium resciderunt, quo eis placuerat de ista baptismi quaestione Cypriano, atque illi Africano concilio consentire oportere, contra Cyprianum fecerunt. Debuerunt enim cum collegis suis etiam in hac quaestione diuersa sententibus tenere communionis unitatem, quod in suis litteris fecisse legimus Cyprianum. Respondetis ideo eum sic loqui voluisse, ne fortasse excommunicationis timore deterriti, non auderet libere dicere quod sentirent, non quia cum eis esset in communionem mansurus, si diuersa sensissent, vbi aperte dicitis Cyprianum esse mentitum. Si enim dicebat, Neminem iudicantes, nec a iure communionis aliquem si diuersa senserit amouentes: quod eum dixisse conscripta indicat gesta concilij, & tamen si quisquam eorum quibus ea dicebat, diuersum sentire se ostendit, quomodo cum eo fuerat sacramenta Christi com-

municaturus? Proculdubio meriebatur qui talia dolose, non veraciter promittebat: & quod est in eodem maledicio deterius, simplicitatem fratrum duplici corde falsebat, cum praesertim & scriberetur quae dicebatur: Nam quicumque ab illo concilio diuersum sensisset, quomodo posset ab eius ore damnari vel excommunicari, cum eiusdem concilij principium recitaret? Quis ergo de Cypriano tolerabilius sentit, vtrum nos qui eum dicimus in obscura de baptismo quaestione hominem falli potuisse, an vos qui eum dicitis in promittenda Christiana communionem Episcopum fallere voluisse, non vnum aliquem fratrum, sed vniuersam episcopalem societatem? Quod si & vobis de illo credere nefas est, vestri maiores contra eius sententiam fecerunt, qui se ab Orientalium communionem, quod de hac re diuersa senserint, diuiserunt.

Proinde si omnino iam credendum sit, quinquaginta Episcopis Orientalium id esse visum quod septuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus contra tot milia Episcoporum quibus hic error in toto orbe displicuit, cur non potius etiam ipsos paucos Orientales suum iudicium correxisse dicamus, non ut tu loqueris, rescidisse? Sicut enim laudabile est a vera sententia non amoueri, ita culpabile persistere in falsa, quam nunquam tenere prima laus est, secunda mutare: ut aut ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, vera succedat. Neque nunc ad nostram pertinet quaestione, qualis sit quod Christiani orbis pars maxima cum Orientalibus sentit. Si enim hoc verum, si hoc tenendum atque seruandum est quod de baptismo tenemus atque seruamus, duo mala vestra vobis obicitimus. Vnum, quod erratis in baptismi quaestione. Alterum, quod vos ab eis qui de hac re verum sentiunt separatis. Si autem ut secundum vos loquar, hoc est in ea quaestione verum quod ipsi sentitis, illo certe crimine maculamini quod ab Ecclesia recessistis, propter cuius pacem, sicut Cyprianus & fecit & mouit, etiam diuersa sentientes ferre debuistis.

Nunc exclama quod ego dixerim, nihil inter fideles perfidosque discernas, idem tibi pius atque impius videatur, quod ego non dixi. Sed plane illud dixi, vnde tu quasi hoc dicerem, exclamare voluisti, & dicere quod non dixi. Siue, inquam, a fidele siue a perfido dispensatore sacramentum quisque percipiat. In qua sententia non nihil inter fideles perfidumque discreui, nec iussi ut idem cuiquam pius atque impius videatur, sed idem sacramentum pius & impius posse habere, quod nec tu negas, qui late post impios occultos baptizandum non esse concedis. Proinde sine causa coniungis & dicitis, Nihil prodest bonis moribus viuere, quia quicquid iusto licet, potest & iniustus implere. Quia & falsum est, a me dictum non est. Boni quippe mores vitam bonorum maiorumque discernunt, & ad diuersa perducunt. Nec quicquid iusto licet, potest & iniustus implere, quia iustus implet legem Christi per dilectionem Christi, vnde iniustus, alienus est, potest tamen aliquid quod & iustus implere, ut & ipse baptizet si nihil aliud certe eum latet, sicut etiam illi possunt dei mandata praedicare sicut iusti, sed non secundum ea viuere sicut iusti, de quibus dictum est, Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. Sed fac iniustus non latente, & nonnullis cognitum bonis per aliquam seditiosam factionem de Ecclesia non posse separari. Audi Cyprianum, Tolerata zizania, esto frumentum. Quam tibi bene sonare visa sunt, quae in vna re varie reperiuntur. Quid hoc praescripto, quis dicit iniquius potest, ut purificet alium maculosus, abluat sordidus, emundet immundus, det infidelis fidem, criminofus faciat innocentem: Breuiter respondeo, Nec maculosus nec sordidus, nec im-

Sententia Orientalium, Cap. III.

Sacramentum commune, Cap. III.

Mat. 23. Christus mundator, Cap. V.

Eph. 5.

G iudicium transmarinis vestris apud Constantinum Imperatorem vt fieret instantibus. Aut si Ecclesiastica iudicia qua prius sacra fuerint iam conuelli non possunt, quid de Primiano facturi estis vestro Episcopo Carthaginensi, contra quem primo centum plures utique quam de Caeiliano iudicauerunt, eique abrogato episcopatu Maximinianum pro illo constituerunt? Nonne Primianus posteriore iudicio nititur, quod pro illo factum est in oppido Bagaiensi, secundum quod iudicium non vult de se dubitari, sed ab omnibus vobis se extorquet absolui? Vnde & nos secundum de Caeiliano iudicium prorsus eum incunctanter absoluiimus. Sufficit tamen ad causam si hoc de illo dicamus, quod tu de Optato dixisti, nos Caeilianum nec absoluiimus nec damnamus. Viderint illi seu vestri seu nostri, quemadmodum de illo iudicauerint. Ipsi suarum sententiarum rationem reddant, ipsi portent seu mali seu boni sui operis facinam: nobis de alienis saltem factis dubitare permittite, ne cogamur in nobis ea sacramenta dare, de quibus non licet dubitare. Sed iam dixi, senti de Optato quod vis. Neque enim est vnde conuincamus eum qui non apud acta commisit: quae tamen ita commisit, vt inter Gildonis satellites praecipuus haberetur, teneretur, moreretur. Numquid etiam de Feliciano & Praxetato sociis Maximiniani, quos trecenti & decem Episcopi vestri cum ceteris similiter nominatim expressis, vna eademque sententia Bagaitani concilij damnauerunt, eosdemque non post paruum tempus cum omnibus quos damnati baptizauerunt, sicut fuerunt Episcopus susceperunt, quod libet vobis garrere permittitur? Quocirca quaecumque in nos siue in nostros quasi parcendo & praetereundo dixistis, sine nominibus, sine testibus, sine vllis omnino documentis, partim culpando qua culpanda non sunt, non probando, superuacaneum est velle purgare. istos iterum attende, Felicianum Musticanum & Praxetatum Assuritanum aliquando diligentius intueri, quorum tota causam suo loco ita si dominus permiserit, explicabo, vt etiam si nimirum hostis veritatis esse volueris, vestrorum mendacium defendere vel negare non possis: sed nunc interim secundum hoc mihi placet agere quod tibi dixerunt, nodum discutio quam verum dixerint, nodum ostendo quam mira impudentiae caecitate metiti sint. Certum cum de iis quos Maximiniani appellatis, & damnatis vestrorum concilio, & receptis, in Epistola mea perlegeres, sicut scribis, valde permotus es, quippe cum adhuc, verbis enim tuis vtor, quid haberet veritas ignorares. Denique statim sicut naras, ex vestris Episcopis diligenti inquisisti, atque ipsis doctibus & decretum concilij & sententiam in eos qui damnati sunt dictam, & rei totius ordinem cognouisti. Et quia & me quid gestum sit ignorare credebas, quid veritas haberet hortatus vt dicerem, ita deinceps cuncta narraisti, vide quia in hac causa verba ipsa tua pono ex epistola tua, sunt enim mihi pernecessaria. Cum quam plurimos, inquis, Episcopos error sibi Maximiniani sociare contenderet, contracto a nostris concilio in eos omnes qui in eius schismate perstitissent, prolata sententia est, quam tu quoque te legisse testaris. Quae sententia cum consensu omnium firmaretur, placuit tamen, inquis, decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Sic factum est, inquis, vt non solum duo illi quos memoravi, sed etiam multi alij purgati atque innocentes se Ecclesiae reddidissent. Quorum ideo baptisma rescindi non debuit, quia intra diem praestitutum restituti peremptoria sententia non tenebantur, nec cum baptizarent fuerunt

Donatistarum mendacia. Caput XIII.

Ex epistola Cresconij. Cap. xv.

ab Ecclesia separati. Quippe necdum transacti temporis definita meta dissonanti. Hi autem qui etiam post praedictum diem cum Maximiniano pertinaciter perstitissent, sententia damnationis retenti, simul & baptisma & Ecclesiam perdidit. Haec verba tua certe mihi Cresconi cognoscis ex epistola tuae contextione expressa. Proinde, inde quaro abs te, Si nodum fuerant ab Ecclesia separati, quomodo in eos omnes qui in Maximiniani schismate perstitissent, prolata sententia est, quae cum consensu omnium firmaretur, placuit tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si corrigi voluisset, innocens haberetur? Quibus verbis ostendis eorum qui in Maximiniani schismate perstitissent, si quis intra dilationem temporis corrigi voluisset, innocens haberetur, corrigi voluisset ab illo schismate in quo cum Maximiniano perstiterat, proinde antequam corrigi, in schismate erat in quo perstiterat, quauis in eo quia intra placitum tempus correctus est, non pertinaciter perstitisset. Nam & posterioribus verbis paulopost ita distinguis, Hi autem qui etiam post praedictum diem cum Maximiniano pertinaciter perstitissent, sententia damnationis retenti, simul & baptisma & Ecclesiam perdidit, dicens utique pertinaciter perstitissent, ostendis etiam illos qui correcti sunt perstitisse, sed non pertinaciter. In quos simul ab omnibus prolata est sententia illa quae consensu omnium confirmata est, placuisse tamen dicit decreto concilij dilationem illam temporis dari. Quomodo igitur in Ecclesia erant, qui antequam corrigi, in schismate cum Maximiniano perstabant? Quod si in Ecclesia non erant, quia in schismate erant, quomodo baptizabant? Deinde quomodo factum est sicut dicitis, vt non solum illi quos memoravi, sed etiam multi alij purgati atque innocentes se Ecclesiae reddidissent, si ab Ecclesia non erant separati? Cui se reddiderunt, vnde non recesserunt? Aut si recesserunt, dic quae antequam se Ecclesiae reddidissent, quo iure baptizauerunt? Quorum ideo, inquis, baptisma rescindi non debuit, quia intra diem praestitutum restituti, peremptoria sententia non tenebantur. Restituti quod? Enigila obsecro, dic nobis quod restituti? Profecto diciturus es in Ecclesiam, cui se illos reddidisse dixisti. Quisquam ne restituitur in Ecclesiam qui non fuerit ab Ecclesia separatus? Quisquam ne ab Ecclesia non separatus, quamlibet paucos dies perstitit in schismate? Quisquam ne ab Ecclesia non separatur, si post tempus quamlibet paruum redditur Ecclesiae? Arbitror te charissime, non solum verba tua non considerasse conscribenda, sed nec legisse conscripta. Veruntamen quid faceres cui necessitas in hoc opere ingerebatur in Maximiniano ac socios eius non propria dicere, sed ab aliis dictam quoquo modo posses defendere sententiam? Nam & si tu non vtereris his verbis, idem ipsum decretum concilij Bagaitensis recitare vbi scriptum est, Eos autem quos sacrilegi furculi non polluere placuit, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permittimus. Proinde & si verba tua alia non reperirem, hic certe dicerem, hic pro veritate clamarem, Quomodo ad matrem Ecclesiam redire permittitur, qui ab Ecclesia matre non recesserunt? Aut si recesserunt, quo iure antequam redire baptizare potuerunt, nisi quia in causa resarciendi huius schismatis obliti estis propriae vanitatis, qua post Episcopos ab ipsis Apostolorum sedibus inconcussam seriem usque in haec tempora producentes, non vnum hominem, non vnam domum, non vnam ciuitatem, non vnam gentem, sed orbem terrarum baptizandum

Pro-Retia. Cap. xv.

Cap. xv.

Numer.

Cap. xv.

Cap. xv.

A zandum esse censetis: aut certe quia huius facti horror semper etiam facietum corda concussit, tot populis ad vestrae communionem a Maximiniani communionem redeuntibus tam multos quidem libuit separare, sed puduit tam multos rebaptizare: quod tamen quibuslibet detestantibus & exhorretibus propter salutem hominum faceretis, quae quanto plurium fuerat, tanto minus utique contemnenda erat, si hoc vnquam contuitu veritatis, & non prauidicio faceretis erroris. Vides certe in hoc Maximinianiensium ad vestram communionem reditu patefactum, vera esse quae de baptismo dicuntur a nobis. Nam si vllus est in hominibus intellectus vel dicendi aliquid vel audiendi, qui antequam redeat ad Ecclesiam baptizatur: & tamen rescindendus baptismus non est, sicut nec in illis rescissus a vobis est. Quo non mutato, nec in suo, nec in cuiusquam alterius, sed in patris & filij & spiritus sancti nomine quisque baptizatur. Deinde praeter baptismi sacramentum quod vel ad poenam peruersi vel ad salutem recti siue correcti integri perseuerat, de ipsa correctorū expiatione vel mūdatione volo aliquid dicere. Memini enim quae aduersus nos dixeris, quod venientes ad nos a vobis ex hereticorum sacrilego errore, sine vlla expiatione susceptos habeamus. Tu nobis dic modo, de schismate Maximiniani redeuntibus ad vos, cum in suis etiam suscipiuntur honoribus, qua tandem quae expiatione mundati sunt? In illo tanto scelere participato, non erant tantum nefaria societate maculati? Attende quid insonet, quid increpet, quid in illo praeclearo concilio fateatur veriloquum os illud Episcoporum tuorum, Maximinianum, inquit, fidei amulum, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core, & Abiram ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit: & quod ad huc eum dehiscens terra non foruit, ad maius supplicium superis referuauit. Raptus enim poenam contempno lucrauerat, funeris vltimas nunc grauioribus colligit faenas, cum mortuus interest viuus. Itane tandem in huius schismate, sicut ipse dixisti, persistentes, antequam intra tempus dilationis, sicut tu idem dixisti, si se vestrae Ecclesiae reddidissent, nullam vel paruum de huius societate traxerant maculam? Sed audi deinde quid sequatur. Audi, inquam, dictator vel dictator illius sententiae quid conuectat. Nec hunc solum, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenus est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Conditio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Nollemus quidem tanquam e proprii corporis iunctura praescindi, sed quonia tabescetis vulneris putredo pestifera plerumque habet in abscissione solaminis, quam in remissione medicaminis, inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepit virus, vt contempno dolore narum decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos Victorianum Carthaginiensem, Martianum Sullestinum, Beianum Beianensem, Saluianum Ausaphensem, Theodorum Vulsensem, Donatum Sabratensem, Migginum Belephtarientem, Praxetatum Assuritanum, Saluianum Mēbreitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Musticanum, & Martialem Pertusensem, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta faeculentia glutinauerunt, sed & clericos aliquando Ecclesiae Carthaginis, qui dum facinori interfuit, illicito incestui lenocinium praebuerunt, dei praesidentis arbitrio vniuersalis concilij ore veridico damnatos esse cognoscite. Quae grauiora in illos dicere potuistis? Quae grauiora in volipfos dicere soletis? Sed ab hoc, inquis,

profecto extra ecclesiam. Cap. xv.

Cap. xv.

Numer.

Cap. xv.

tam magno malo intra dilationis tempus correcti sunt, D videro vtrum correcti sint, quia reuera correcti essent, si ad veram Ecclesiam remeassent. Sed si vestra vera est, quomodo expiati sunt a tam immani scelere dicite. Si enim non sunt expiati, omnes vos estis secundum vestram sententiam eorum scelere maculati. Si autem expiati sunt, solo ipso reditu propter charitatem quae cooperit multitudinem peccatorum, expiari potuisse conceditis, & vos de vestris nisi forte iam quidam, sicut concilij verba indicant, schismatis sacrilegium perpetraverunt, sed ante diem concessae dilationis eodem sacrilegio nondum fuerant inquinati, & ideo non putati sunt expiati. Hoc si ita est, quis vos non audiat, qui tam mirabilem potestatem in homines accepistis: peccant quando volunt, & inquinantur quando vultis. non obscurum aliquid recitamus, minusve notum atque vulgatum. Illa sententia est, quae tanta facundiae merito in manibus omnium, in omnium ore versatur, qui legendorum talium studiosi sunt, de qua nunc saltē cernis quam vnde dixerint, quod non ea debent gaudere disertam, ne postea plangerent diffamata. Attende quid habeat, audi quid perstrepat. Maximinianum, inquit, fidei emulum, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core & Abiram ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit. Cum hoc igitur si quis sacramentum altaris vno die scies communicasset, secundum iam iactantissimam illam seueritatem vestram, non de tanto malo sic pollueretur, vt par eius fieret? Quid ergo fuerunt, vel quid ex illo facti sunt qui non solum ad altaria cum eo accesserunt, verum etiam ipsi eum ordinatum Episcopum contra Primianum vestrum crectis altaribus admouerunt? Sed quid ego de istis interrogem? Ipsa sententia loquatur cuius verba sic fulgent, vt si eam volueritis abscondere, quarumlibet latebrarum tenebras suo nimio splendore perurpat. Videamus in socios Maximiniani quanto sonitu damnationis insurgat. Nec solum hunc, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenus est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Conditio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Deinde paulopost cum omnes ordinatores Maximiniani nominatim enumerasset, inter quos etiam isti de quibus ago, Felicianus & Praxetatus leguntur, quid fecerunt vt tanta in eos digne dicenda essent ita subiungit. Qui funesto, inquit, opere perditionis vas sordidum collecta faeculentia glutinauerunt: sic intelligi volēs quod ipsi affuerint, ipsi Maximinianum impositis manibus ordinauerint. Adde etiam de Carthaginis clericis, Sed & clericos, inquit, Carthaginis Ecclesiae, qui dum facinorosi interfuerunt, illicito incestui lenocinium praebuerunt. Rogo te Cresconi, nunquid vllis meis verbis hoc crimen exaggero? Quod si voluisset, fortasse mihi & si non tanta, tamen qualitercumque sufficietia non defuissent. Quaro igitur abs te, antequam isti duo de quibus interim ago ad vestrae communionis concordiam remeassent, in illa catena sacrilegij constituti, sub quorum labijs erat venenum aspidum, cum ore pleno maledictionis & amaritudine, cum pedibus velocibus ad effundendum sanguinem, quomodo baptizabant? Nunquid in his erat conscientia sancte dantium, quae ablueret accipientium? Nunquid eos saltē fama bona vel falsissima commendabat, quae tibi in illis angustiis non qua euaderes, sed qua te precipitares exitum praebuit, cum eos tam insignie con-

1. Pet. 4.

Cap. xv.

Cap. xv.

Numer.

Cap. xv.

Psal. 137.

De Feliciano, Caput xxij.

G cilium clamat famosi criminis reos: Redeuntes deinde sicut falsa narrantibus vestris Episcopis credidisti, ante dilationis diem quomodo suscipiuntur in honoribus suis, cum eis quos extra Ecclesiam cum Maximiniano constituti in catena sacrilegi schismatis baptizauerant, vnde à sacrilegio tãto expiatur, à catena illa vnde solvuntur, labia eorum, os eorum venenum aspidũ, à maledictione & amaritudine vnde mundantur, vnde pedes ab effusione spiritalis sanguinis abluuntur quò velociter cucurrerunt, vnde manus funesto opere perditionis emaculantur, vnde ab illicito incestu non membra corporis, sed animæ purgatur affectus? Nempe istam causam vt defendatis, velitis nolitis ad patrociniũ veritatis venire cogemini, quæ dicit baptismum Christi nõ solum per occultos, sed etiã per manifestos malos, nec solum à cõuersis, verum etiã à peruersis datum, habere inconcussam sui roboris firmitatem, & eis posse quidẽ inesse, sed nisi correctis non posse prodesse. Correctos autem etiã fraternali orationib⁹ expiari per charitatem cooperietem multitudinem peccatorum. Ecce antequam ostendã quã impudẽter tibi vestri Episcopi

Ca. xxiiij.

1. Pet. 4.

de Maximiniani susceptione mentiti sint, secundum ipsum mendacium & narrationem tuã, quã tota causa vestra subuersa sit, puto quod non iam quarere debeas, sed agnoscere, nec parare cõtradictionem, sed correctionem potius cogitare. Vides enim nõ saltem quã veraciter à me illa dicta sint, quibus frustra mendaciter respondere conatus es, quã rectè dixerim si pro vnitatis Donati in nefario schismate baptizatos nemo rebaptizat, cur pro vnitatis Christi vera & plenaria lex illius hæreditatis agnoscitur, cũ ipse fatearis eos qui in Maximiniani schismate persistissent, meruisse sententiam qua non teneretur si intra diem dilationis se Ecclesie reddidissent? Vnde constat antequã se reddidissent, eos in schismate in quo persistenter baptizasse, cum quibus in vestra communionem recepti sunt. Vides quemadmodũ mortui baptizauerunt, quia de illis qui in Maximiniani schismate persistissent, antequã ad vos redirent, dictũ erat sententia concilij Bagaiensis, Aegyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora. Quod vero dixi, quando apud eos decernenda recitata est, ore latissimo clamauerunt: nunc autẽ cũ à nobis recitata fuerit, obmutescant, quibus pœnis ecce iam multo melius obmutescerent quã cum talia loquuntur, implicarẽtur. Vides

Exo. 14. Quid multa sunt pro pace toleranda, Caput xxx.

I quã verum sit quod à me dictũ est, iam tãdem sentire debent, quãta sint pro pace toleranda, & pro pace Christi redire ad Ecclesiam, quã non damnauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare dãnata. multo magis enim hoc secundum tuam narrationem verũ est, qui dixisti etiam illos dilatione concessã reuocatos, de quibus nominatim expressis dictum fuerat, dei præsidetis arbitrio vniuersalis concilij ore veridico damnatos esse cognoscite. Cũ enim post hæc verba illa est dilatio constituta, quomodo non placuit reuocare dãnata, aut quomodo nobis tãto post natis, vel ipsi etiam Christiano orbi terrarum incognita esse non possint, quã probari nõ poterunt de Cæciliano, in eo quod postea factum est iudicio trãsmarino, quando quæ de Maximiniani gestis sunt & in Africa & temporibus nostris, tu cũ sis Afer, sicut dicis, post tot annos adhuc vsq; non noueras? Sicut autem nos docere poterimus, adhuc vsquẽ nõ nosti, quia Episcopis vestris mentibus credidisti. Quod autẽ me de traditione in vestros maiores dicis quasi per anticategoriam quod à

Ca. xxvi.

nostris maioribus factũ est, retorquere voluisse, culpã quod hoc fecerim, quasi in schola de causa generibus vel quæstionibus ageretur, non in Ecclesia veritas quaeretur: nõ quid hoc Helia Prophetæ diceret, qui cum sibi à rege iniquissimo esset obiectum, quod ipse euerteret Israël: respondit, Ego non euerto, sed euertis tu & Regia domus patris tui? Quid enim ad nos pertinet hoc retoræ rhetorica obiectionis genus, quo nomine à Græcis appellatur in arte rhetorica, cũ hoc inuenimus in auctoritate prophetica? Cũ ergo quicq; dicit, Nõ ego feci, sed tu fecisti, verum dicere opus est, non dicere metuendum est. Et tu quomodo ostendas non fecisse maiores vestros, quod suis cõfessionibus lectis fecisse monstratur, debes si quid vales vigilatissime cogitare, nõ verbo Græco imperitos nos audiant deterere. Et maiores quidẽ nostros fuisse traditores nõ docuisti: Neq; enim quia dixisti esse multas literas quibus hoc posset ostendi, ideo iam ostendisse putandus es. De vestris autẽ maioribus extat Secũdi Tigisitani concilium cum paucissimis quidẽ factum apud Cirtham post persecutionem codicum tradendorum, vt illic in locum defuncti ordinaretur Episcopus. Ibi quæ gesta sint accipe. Nam quæ necessaria fuerũt, infra scribere curauim. Diocletiano octies, & Maximiniano septies cõsulibus, quarto nonas Martij Cirthæ, cum Secundus Episcopus Tigisitanus primã cathedrẽ confedisset in domo Urbani Donatiq; idẽ dixit, Probemus nos primo, & sic poterimus hic ordinare Episcopum. Secundus Donato Mafculitano dixit, Dicitur te tradidisse. Donatus respondit, Scis quantũ me quaesuit Florus vt thurificarem, & non tradidit me deus in manus eius frater, sed quia deus mihi dimisit, ergo & tu serua me deo. Secundus dixit, Quid ergo facturi sumus de martyribus, quia nõ tradiderunt, ideo & coronati sunt? Donatus dixit, Mitte me ad deũ, ibi reddam rationem. Secundus dixit, Accede vna parte. Secũdus Marino ab aquis Tibilitanis dixit, Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit, Dedi Pollo charu-las, nõ * codices mei salui sunt. Secundus dixit, Transtã vna parte. Secundus Donato Calamensi dixit, Dicitur te tradidisse. Donatus respondit, Dedi codices medicinales. Secundus dixit, Transtã vna parte. Et alio loco Secundus Victori à Rusicade dixit, Dicitur te tradidisse quatuor Euãgelia. Victor respondit, Valerianus curator fuit, ipse me cogit vt mitterem illa in ignẽ. Sciebã illa delecticia fuisse, hoc delictũ indulge mihi, & indulgebis mihi deus. Secũdus dixit, Transtã vna parte. Et alio loco Secundus Purpureo à Limata, Dicitur te necasse filios sororis tuæ duos Milei. Purpurius respondit, Putas me terreri à te sicut & alteri? Tu quid egisti qui tentus es à curatore & ordine vt scripturas dares, quomodo deliberasti ab ipsis, nisi quia dedisti aut iussisti dari quodẽ que? Nã non te dimittebãt passim, nã ego occidi & occido eos qui contra me faciũt. Ideo noli me prouocare vt plus dicã, Scis me de nemine tractare. Secũdus minor patruo suo Secũdo dixit, Audis quid dicat in te paratũ est recedere & schisma facere, nõ tantũ ipse, sed & omnes quos arguis, quos scio qa dimittere te habet, & dare in te sententiã, & remanebis solus hereticus, ideo quid ad te prinet, quis quid egit: deo habet reddere rationẽ. Secũdus Felici à Rotaria Ceturioni & Victori à Garbe dixit, Quid vobis videtur? Respondit, Habent deũ cui reddat rationẽ. Secũdus dixit, Vos scitis & de? Sedete. Et oēs responderunt, Deo gratias. Hos tu traditores qui cũ alijs apud Carthaginẽ in Cæcilianũ & socios eius dixerunt sententias, inter quos & Siluanus Cirthensis fuit, de cuius

A cuius traditione gesta mox inferam, præclara videlicet ratione defendis: hoc enim de his iam pluribus vtique dicturus es, quod de vno Siluano tanquam magnũ aliquid dictandum putasti. Hinc te arbitratus manifeste falsum crimen quod ei traditionis obiicitur, demonstrare, quia interposuisti sententiam eius quam in concilio inter ceteros Episcopos contra Cæcilianũ & alios communionis eius participes dixit, tanquam fieri non posset vt traditores traditor condemnaret. Prudẽtius enim tu vides ista quã Paulus Apostolus, Nam ille quibusdã res obiiciebat absurdas, nec considerabat nõ posse fieri quod dicebat, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum adulteras, qui abominaris idola, sacrilegiũ facis? Et illud præcipue, In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemas, Eadem enim agis quæ iudicas. Hos ergo traditores quibus confessis terrius Secundus ignouit, secũ abluit in Carthaginẽsi concilio, & in absentibus non confessos dixerunt sententias, qui presentes de sua nõ sunt confessione damnati. Hoc conciliũ non maneret nec in posteritatis memoria perduraret, nisi describeretur ab alijs cum seruari tur ab eis, qui eo se defendere præparabant, si quis eis eadem crimina postea quæ illic relaxata sunt obiecisset. Intererat etiam Secundi ipse, vt appareret eum ne schisma fieret, quod solent præ ceteris pacifici præcauere, illa omnia diuino iudicio dimisisse, quod multo magis facere deberet in concilio Carthaginẽsi, vbi cõtra absentes nulli constiterant, nisi Lucilla tunc præpotens & pecuniosissima fœmina odiis accensa furialibus vehementer instaret, vt contra Cæcilianum veluti dãnatum alter ordinaretur Episcopus. Quod in Zenophili consularis iudicio postea commemoratum est per quendam Nundinarium Siluani Cirthensis tunc vestri Episcopi diaconum, qui cum commemorato Episcopo suo quem perpeffus fuerat inimicum, sicut volebat cõcordare nõ potuit. Egerat sanẽ hoc apud collegas eius magis terribiliter, ne omnia proderet, quã suppliciter vt veniam mereretur. Ex illius iudicij gestis hæc pauca interposui, Constantio Maximo Augusto & Cõstantino iuniori nobilissimo Casare consulibus, idus Decembris ex tota Mociaciensi inducto & applicito Victore grãmatico, astante etiam Nundinario diacono, Zenophilus cõsularis dixit, Quis vocaris? Respondit, Victor. Et paulopost alio loco respondit Nundinarius. Legantur acta. Zenophilus cõsularis dixit, Legantur. Et legit Nundinarius exceptor, dixit, Diocletiano octies & Maximiniano septies consulibus, quarto decimo calendis Iunij ex actis Munatij Felicis flaminis perpetui curatoris Coloniae Cirthensis, cum ventum esset ad domum in qua Christiani conueniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo Episcopo dixit, Proferte scripturas legis, & si quid aliud hic habetis, vt & præcepto & iussioni parere possitis. Paulus Episcopus dixit, Scripturas lectores habet, sed nos quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator dixit Paulo, Ostende lectores aut mitte ad illos. Paulus Episcopus dixit, Omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator dixit, Nõ eos nouim⁹. Paulus episcop⁹, Noui officiu publicum, id est Edesius & Iunius exceptores. Felix flamẽ perpetuus curator dixit, Manete ratione de lectoribus quos monstrauit officiu, & vos quod hic habetis date. Sedete Paulo Episcopo & Mõtano & Victore de castello, memor presbyter astate Marte cũ Aelio, & Marte diacono proferete Marcucelio Catulino & Siluano & Carisio subdiacois & Ianuario Marcucelio fructuoso MigTomus septimus.

gene Saturnio Victore Sanfurico, & ceteris fossorib⁹, D cõtrascribere Victore Aufidij in breue sic, Calices duo aurei, Item calices sex argetei, &c. Et alio loco, Postea quã apertũ est in bibliotheca, inuenta sunt ibi armaria inania, ibi protulit Siluanus capitulã argeteã & lucernã argeteã, quod diceret se post arcam inuenisse. Victor Aufidij Siluano dixit, Mortuus fueras, si nõ illas inuenisses. Felix flamẽ perpetu⁹ curator pro Siluano dixit, Inquire diligẽtius ne quid hic remanserit. Siluanus dixit, Nihil hic remansit, totum hoc eiecimus: & cetera. Et alio loco, exemi libelli traditi Episcopis à Nũdinario diacono, Testis est Christus & angeli eius, quoniam traditoribus communicastis: id est, Siluanus à Cirtha traditor est, & fur rerum pauperum, quod omnes vos Episcopi, presbyteri & diacones & seniores scitis, & de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ fœminæ pro quo vobis cõiurastis vt fieret Maiorinus Episcopus, & inde factũ est schisma. Nam & Victor follo vestri præsentia & populi dedit folles viginti, vt factus esset presbyter, quod scit Christus & angeli eius: &c. Et alio loco, Quibus lectis Zenophilus consularis dixit, Et actis & literis quæ recitatae sunt, traditorem constat esse Siluanum. Item alio loco Zenophilus consularis dixit, Quis administrabat? Tunc Siluanus in clericatu respondit, Sub Paulo Episcopo orta persecutio est, & Siluan⁹ subdiaconus fuit. Habes ne frater Cresconius ad ista quod dicas? Putasne vsque adeo frontẽ perisse de rebus humanis, vt ad purgationem Siluani adhuc putes sententiam recitandam quam dixit in Ecclesia? Num & collegas eius quasi traditores, ne magis admoneas, dicere ex Epistola Apostoli simile aliquid, vt paulo ante commemorauim, Qui prædicas non tradendum, tradis: & in quo alium iudicas, te metipsum cõdemnas, eadem enim agis quæ iudicas? Sed posteaquam Vrsacio & Zenophilo persequẽtibus cõmunicare nolisset, actus est in exilium. Immo qui iam traditor fuit, permanere etiã hæreticus voluit, vt falsum honorem in ipsa parte Donati haberet, qui habere in catholica nullũ posset, tam manifestis traditionis suæ gestis, publico iudicio referatis. Hæc tu profecto falsa esse dictur⁹ es, & pro vestris maioribus, vt plurimum possis, cõtra nostros alia prolaturus. Quod quidem forsitan non valebis, non inueniẽdo quid proferas, sed fac te inuenisse, fac protulisse. Tantã ne furis impudentia vt abs te prolaris magis cõtendas credi oportere, quã eis quæ proferuntur à nobis? Aut enim & hic & illic fuerunt traditores, si & tu aliqua recitas de confessione nostrorũ: aut si aliquid putas contra vestros à nostris esse cõstitutum, cur non à vestris contra nostros hoc idem nobis putare conceditis? Ergo pro humanis factis, aut & hinc & inde manifestis, aut ex vtroq; latere incertis, ne qui in vnum deum credimus litigemus, quod certum & diuinũ munus est, in Christi gratia cõcordemus. Cum enim gesta maiorum nostrorum atq; vestrorum hinc atq; inde contraria recitantur nobis tanto post natis, si nec saltem dubitare permittitur, quid iniquius? si autẽ permittitur, quid sufficientius? Neq; enim sicut incertũ est à quibus extierit traditionis malũ, sic incertum est à quo iubeatur reddi turbatae pacis bonum. Ac per hoc qui pro incerto alieno malo pacẽ Christi respuit, certissime malus est: quãdoquidem Cyprianus nec pro certa permixtorum malitia zizaniorum pacem deseruit frumentorum, qui scribens ad Maximum dixit, Etsi videntur in Ecclesia esse zizania, nõ tamẽ impediti debet fides aut charitas nostra, vt quoniã zizania esse in Ecclesia cernimus, de

Ex actis. Cap. XXX.

Roma. 1.

Cypriani sententia. Ca. XXXI.

G Ecclesia recedamus. Non dixit suspicamur, opinamur, arbitramur, conuicimus, credimus: sed cernimus dixit.

O verbum quo cuncta dubitatio tolleretur, vt corpus Christi no diuideretur. Si sola frumeta desideras, geme in labore agri, gaude in spe horrei, tolera malos in comunione sacramentorum Christi, ne ante littoris tepus retia dirumpendo, fias quod tolerare noluisse. Ita diceret si de traditoribus quos accusatis aliquid probassetis, Immo hoc vero tempore nec ista iam diceret, no enim iubeor tolerare, cu quibus iam no cogor viuere. Quod si mihi etiam nunc traditor demonstraretur, qua conscientia defero tot Christianas gentes quibus non demonstratur? Deinde ego ipse si nunc disco quod paulo ante nesciebam, cur in me rescinditis quod sciebam? baptismum quippe Christi me accepisse sciebam, vos etiam ipsi alienum scelus quod ignoratum nemini obesse conceditis.

Ca. XXXII.

Cur ergo heri baptizati hodie rebaptizatis, cum alienum scelus quod heri nesciebam, hodie doceatis? Nescies a quali acceperit, baptismi accepti no erat reus. Modo abs te hic didicit, baptismi rescisi quare fit reus? Nam siue consenserit documentis tuis, siue no consenserit qui Christi baptismum ministerio traditoris accepit, nisi probaueris eum scisse a quo acceperit, nec secundum vos recte poteris baptizare. iam nunc auerte ab studio partium mentem tuam, & considera q innumera bilis multitudo Christianorum in Aphrica ipsa nesciat qui fuerint traditores: quanto magis in cetero orbe terrarum, quantam multitudinem, nisi cum baptizaretur scisse conuiceris, aut baptizandam dicere no audebis, aut iudicare de occultis cordis audebis. Et vbi est quod tibi placet, quae abs te interpolata est diuina sententia, quae manifesta sunt vobis, quae autem occulta sunt domino deo vestro? Crede orbi Christiano dicenti tibi, baptismum Christi scio, qui fuerint traditores in Aphrica, vel vbi libet, ignoro. Quid in me occulta humana iudicas, vt manifesta in me diuina rescindas? Fac te scelus alienum modo mihi probare, quod dicis: hoc, cu baptismum acciperem, nesciebam. Si propter eos quos nunc mihi prodis, baptizare eos qui nescientes ab adulteris acceperunt, quos nunc prodis. Quid ad haec dicis, nisi non est sanctum, no est mundum, nisi quod voluero? In hac re testis est, inquis, totius orbis penes conscientiam. Respondetur tibi: In hac re totius orbis nulla est omnino conscientia. Hoc, inquis, maiores nostri a suis paribus acceperunt. Respondetur, Sed errantes ab errantibus aut calumniantibus. Nam & maiores iudaeorum corpus Christi de sepulchro furatum a suis maioribus acceperunt. Nam olim defuncti sunt, inquis, qui traditionis huius facinor per quos & quibus locis admissum sit cognouerunt. Respondetur, Hoc & nostri pro suis partibus dicunt. Extant, inquis, etiam libri quibus ordo reru gestaru fideliter ac diligenter ascriptus est: sunt acta, sunt literae, multorum quoque tenetur manifesta confessio. Respondetur tibi, Haec & nostris pro suis partibus no deesse. Aut ergo illis credamus qui potuerunt causam suam illis Ecclesiis persuadere, quas scriptas in libris diuinis & canonicis legimus: aut quod tu dixisti de Optato, nec absoluamus dubia, nec damnemus, & pacem Christi cuius bonum dubium no est, fraterna dilectione teneamus. Sed Orientales quos modo nostros esse concedis, non latuisse hoc facinus dicis. Atque vt hoc probes, inseris principium Epistolae concilij Sardicensis, vbi Donati Carthaginis Episcopi vestri nomen inuenitur ascriptum. Quod ideo factum putas & affirmas, quod videlicet Orientalibus qui de concilio suo haec scripta miserunt, facinus displicerit traditorum, & ab eorum comunione retraxerint, & propterea Donato vestro

* Vide nu ita legedi, Si propter eos quos modo nunc mihi prodis baptizatis eos qui nescientes ab adulteris acceperunt, quos nunc prodis? Ca. XXXIII.

Arriani cu Donato. Ca. XXXIII.

comunicabat. Disce ergo quod nescis. Sardicenses concilium Arrianorum fuit, quod totum iam diu est, vt habemus in manibus, maxime contra Athanasium Episcopum Alexandrinum catholicum, qui eorum errorem ex ipsa ciuitate ortum, praeter ceteris acriter arguebat & refellebat. Non igitur mirum si illi haeretici Donatum sibi asciscere tentauerunt, quos per totum orbem catholica dabant Ecclesia, quae nos sine ciuitatum nominibus Episcopos ad quos haec literae datae sunt habeamus. Aut ergo aliquis Donatus fuit no in Aphrica Episcopus, cui nomini Carthago a vestris est addita, aut vt dixi, Aphricana haeresim Orientalis haeresis sibi tentauit adiungere. Quod hinc maxime credibile est, quod ad Carthaginis Episcopum Romano praetermissum, nunquam Orientalis catholica scriberet, vbi saltem vestri scribi debuit, quae soletis Romae paucis vestris mittere ex Aphrica. Sed deo gratias, quod nec valuit, si tamen coepit illa conspiratio haeticorum Orientalium cum Aphricis haeticis preualere. Tu Arrianos iam inter haeticos & nobis & vobis detestandos in tua Epistola posuisti, vnde mihi tecum nulla necessitas est etiam de hac quaestione configere. Nam quod tibi proposuisti quaestione tanquam a nobis obiectam, si haec ita sunt, a comunione vestrorum, quemadmodum Orientales postea segregati sunt, & respondisti quod in recipiendis iterum nostris, data causa non potuerint seruire conscientiam, nunquid mirandum est de tam longinquis terris Episcopos tuos tibi narrare impune quod voluit? Quod si omnino ita esset, tot populi quid fecerunt, qui cum illa nescirent, tamen a vobis rebaptizandi censentur? At no est credibile quod haec populi ignorare potuerint, cum tu harum rerum aliquantum studiosior, quid cum Maximiniano egerint vestri Aphricani in Aphrica, si literis meis velles respondere, no quaereret. Illud vero quod dixi, neque si aliquorum in nostra comunione defunctorum traditio probaretur, quae a nobis improbat, & displicet, nos ex aliqua parte macularet, quod ridiculose putasti ridiculum & minus conueniens prudentem: Proinde iam cupio nosse quomodo id refellerit prudentia tua. An quia dicis te non videre quomodo a nobis improbetur, vel quatenus displiceat, quod nunquam cognito errore damnauimus, in eorum schismate posuit? Vide potius quae breuiter ad ista respondeam. Ego in Ecclesia sum cuius membra sunt illa omnes Ecclesiae, quas ex laboribus Apostolorum natas atque firmatas simul in literis canonicis nouimus: earum comunione, quantum me adiuuat dominus, siue in Aphrica siue vbi que; no deseram. In hac comunione si fuerint quos nescio traditores, cum eos demonstraueris, & carne & corde mortuos detestabor, nequaquam tamen a viuis in eiusdem Ecclesiae sancta vnitate manentibus, propter mortuos alienabor. Neque enim Episcopi hanc Ecclesiam condiderunt, sed in ea si boni frumentum, si autem mali palea fuerunt. Vos autem quos tam manifeste Ecclesiae zizania vel palea maculare non possent, quae causa fuit vestrae diuisionis, nisi appetitus sacrilegi schismatis? Si tibi, inquis, displicet, improba, fuge & relinque Ecclesiam traditorum. Noli errantium maiorum tuorum sequi vestigia. Ad hoc respondeo, Si nec illi fuerint traditores, maiores mei sunt. Si fuerint quod ego no sum, no sunt maiores mei: Ecclesiam teneo plenam tritico & palea. Non dico si alios qui suam facinam portant, sed si me ipsum in ea mihi ostenderes traditorum, vbi mihi licet in melius commutari, non mihi opus est inde separari. Si quos tales sacramentorum eius comunione cognouero, verbo & disciplina domini emedo quos possum, tolero quos emendare no possum. Fugio paleam, ne hoc sim, no aream, ne nihil sim,

Capitulum XXXVII.

Cyprianus in epistola ad Iulianum.

Capitulum XXXVII.

Epistola.

Capitulum XXXVIII.

Capitulum.

Proinde noli frustra in hanc sententiam ventilari, Magis enim me admonet quomodo id agam, preceptum Apostolicum quod ipse posuisti, Ne comunices peccatis alienis, te ipsum castum serua. Nam vt ostenderet quemadmodum quisque non comunicaret peccatis alienis, ad hoc addidit, te ipsum castum serua. Non enim qui se castum seruat, comunicat peccatis alienis: quauis non eorum peccata, sed illa quae ad iudicium sibi sumunt, dei sacramenta comunicet cum eis, a quibus se castum seruando fecit alienum. Alioquin etiam Cyprianus, quod absit, peccatis raptorum & foeneratorum collegarum comunicabat, cum quibus tamen in comunione diuinorum sacramentorum manebat, de quibus dicitur Episcopi plurimi, quos & ornamento esse oportebat ceteris & exemplo, diuina procuracione neglecta, procuratores rerum secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas prouincias oberrantes, negociationis quaestuosae nudinas aucupari: Esuriētibus in Ecclesia fratribus, habere argenti largiter, velle fundos infidiolis fraudibus parare, vltimis multiplicatibus foenus augere. Nunquid talium ille comunicabat peccatis? Nunquid eorum sectam sequebatur? Et tamen cum eis in eorundem sacramentorum comunione perseuebat, quia illa sacramenta non ipsi instituerant moribus suis, sed ad poenam sibi valere faciebant moribus malis. Quid est autem quod dicis, quod ex persona mea tibi proposuisses, quod ego nunquam diuinum tradiderim testamentum? Adiungis enim, Sed ille qui tradidit, te creauit. Deinde contextis quae tibi bene sonare videbantur, Fote deducitur riuus, & caput membra sequuntur. Sano capite omne sanum est corpus, & si quid in hoc morbi vel vitij est, omnia membra debilitat. Originem suam respicit quicquid in stirpe proccelsit. Et post haec quasi in extremo coccludis, Non potest innocens esse qui sectam no sequitur innocentis. In his omnibus verbis tuis creatoris meum, caput meum, no fecisti nisi traditorum, quem quidem accusare tantum, non conuincere potuisti. Ego autem nec eius innocentiam mihi creatricem vel fontem caputve constituo, sed tu ad illud redis in quo Petilianus errauit, cum cuiusque in sanctificatione baptismatis Christi sit origo caputque nascens, & no vis venire in maledictum, de quo scriptum est, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: cum te aliunde no inuoluis, ne cum si resileris, in aliud recidas. Sed & testimonio me admones de scripturis, quid tibi adhuc ad ista respondeam. Dicis enim propter hoc scriptum esse, In legalibus patrum vestrorum ne ambulaueris. Nec aduertis dictum esse Iudaeis, vt mala facta patrum suorum non imitarentur, non vt ab illo dei populo scinderentur. Si ergo licuit regi David, Samueli, Esai, Hieremiae, Zachariae, ceterisque sanctis ac Prophetis dei inter contemptores legis dei mandata seruire, atque in illos ipsos mandati transgressores multa digna & vera verba iaculari, patrum quoque illa peccata quibus sub Moysse ita offenderunt deum, vt nemo eorum dignus esset terram promissionis intrare, no imitari, no sectari, sed detestari ac fugere, & illos qui ea committerent, similitudine talium patrum increpare, nec tamen sibi alerum populum quasi purgatum & liquidum separatione sacrilega constitutere, quomodo nobis no liceat nec facta nescio quorum, quae magis obicitis quae probatis, imitari: nec tamen ab ea quae in vniverso mundo, sicut Apostolus dicit, fructificat & crescit, sancta Ecclesia separari? Nunquid aliqua sacramenta instituerunt traditores in quibus baptizaretur? Nunquid aliquos liberos de facienda vel imitanda traditione posteris condiderunt, & eorum tenemus sequimurque doctrinam? Quod si Tomus septimus.

fecissent, nec sibi comunicare paterentur nisi eos qui illa degerent, approbarer, ipsi ab Ecclesia se vnitate diuiderent. In quorum diuisione me si videres, tunc me dicere deberes esse in Ecclesia traditorum. Quod si sua pessima de facienda traditione precepta conscriberent, nec tamen extra Ecclesiam sua propria congregatione colligerentur, zizania propterea computarentur, quorum causa frumenta no recte desererentur. Ecce dico iterum quae me vltius vetas dicere. Arguis apud me eos quos iam olim defunctos mea cognitio no iudicasset. Dicis tu contra licet tibi & hodie iudicare, & iudicium no tantum de viuis, sed etiam de mortuis haberi potest. Licet enim sit mortuus qui peccauit, nunquam illud morietur quod admisit. Quid si cum viueret se corripit, deumque placauit? Nonne mortuum & deletum est quod admisit? sicut Felicianus & Praxetanus? Maximiniani ordinatores, data sicut dicis dilacione se tanto scelere correxerunt. Mirum est autem si propria peccata non obsunt hominibus qui & facta correxerint, & aliis obsunt qui ea omnino no fecerint. quod si de nobis agitur, ad deum, qui nec facta cognouerit. Sed dicis licere mihi etiam hodie iudicare, quia iudicium no tantum de viuis, sed etiam de mortuis fieri potest. Ecce volo iudicare, sed vos causam ipsam no vultis agere, imo vero tunc actam, tunc etiam sine dubio terminatam, nobis demonstrantibus no vultis agnoscere. Sed faciamus vos potius habere quod docere possitis, quos non dū docuistis quare iam rebaptizandos esse cotenditis, quando quidem a traditoribus quos ignorauerat baptizatos, nec cum docueritis baptizare debeat, sicut eos qui nescientes ab adulteris baptizati sunt, & illis proditis atque conuictis no baptizatis? Hic forte dicas, sed de Caeciliano iam iudicatum est. Respondetur tibi. iam iudicatum erat & de Primiano a centum Episcopis vestris quibus eum iniquissimum Maximiniano persuaserat, antequam Bagaitense concilium faceretis. Sed in primo iudicio datus est absens, in secundo absolutus est praesens. Si post primum quos baptizauit rebaptizari non possunt, quanto potius post secundum? Ita & Caecilianus primo apud Carthaginem iudicio Secundi Tigrisiani damnatus est absens, secundo iudicio Miltiadis Romani absolutus est praesens: adhuc nos de illo certos esse non vultis, saltem dubitare permittite. vincit enim vos non solum qui Caecilianum scit innocentem, verum etiam qui nescit nocentem. Vos autem utrosque rebaptizandos esse censetis, & qui dicunt, nouimus, & qui dicunt, no nouimus, qualis fuerit Caecilianus. Non sunt baptizandi quos baptizauit Primianus post primum iudicium quo damnatus est absens, & baptizandi sunt quos baptizauit Caecilianus post secundum iudicium quo absolutus est praesens? Illum damnatum damnare non licuit, de isto absoluto saltem liceat dubitare. Cuius crimina etiam si certa nobis essent in Ecclesia constitutis, quam spiritus sanctus velut aream cum palea praenunciavit, nequaquam nos aliena peccata non imitata macularent. Et tamen etiam si nobis incerta esse dicuntur, non solum rei constitumur, verum etiam baptizandi iudicamur. Itane agitis? Sicine cuncta perueritis? Tamen tunc reuera vobis licere arbitramini, vt quod vultis sit sanctum, quod vultis immundum? Cohibete vos, no proficiatis in malis, ne pereatis a bonis. Nam illud quod dixi, quod si de persecutionibus agitis, cito respondeo, si aliquid inique passi estis, no pertinere ad eos, qui talia quauis improbe facientes, pro pace tamen vnitatis laudabiliter tolerant, quam fallaciter refellere voluisti, prorsus non cogitas literas tuas sani capitis habituras esse lectorem. Ita enim respondes quasi dixerim, per-

Ca. XXXIII.

Capitulum XL.

Capitulum XLII.

Gsecutionem vobis pro pace vnitatis fieri debere. Quod illo quidē loco nō dixi, sed dixi, si aliquid inique passi estis, nō pertinere ad eos à quibus laudabiliter pro vnitatis pace tolerantur, qui talia in vos quavis improbe faciunt. Quod cū apertissime dictum sit, saltem expositum attendant quos fallere noluit. Neq; enim te quod tam apertum est, nō intellexisse arbitror, sed breuitate sententiæ meæ facile putasti posse in caliginē mitti, vbi quodlibet aliud diceret, ei respōdisse videreris. Cur autem dixerim malos communionis nostræ, hoc est aræ dominicæ paleam, cū in vos inique agunt, à bonis nostris laudabiliter pro pace tolerari, quid opus est vt ipse ostendam, ipse defendam, cum pro me beatus Cyprianus apertissime & candidissime dicat, etiam cum cernuntur in Ecclesia mali, nō propter eos Ecclesiam deserendam: hoc est, quod dixi eos pro vnitatis pace tolerandos: Neq; enim vos amplius q̄ nos persequuntur, qui nos inique persequentes dant vobis ad decipiēdos imperitos, licet falsam similitudinē gloriæ, nobis autē vulnus grande tristitiæ. Deinde cōmemorās etiam nescio quos mortuos, quos à nostris dicis occisos, tanquam in campo faciundiq̄ sepositus latissime exaggeras locum in quo vobis videmini similes martyrum, cum quotidie vestrorū incredibilia patiamur facta clericorū & circūcellionū, multo peiora q̄ quorumlibet latronum atq; prædonū. Nanq; horrendis armati cuiusq; generis telis, terribiliter vagādo, non dico ecclesiasticā, sed ipsam humanā quietē pacemq; perturbant, nocturnis aggressiōibus clericorū catholicorū, inuasas domos nudas atq; inanes derelinquūt. Ipsos etiam raptos & sustibus tulos, ferroq; concisos, se miuiuos abiciunt. Insuper nouo & antehac inaudito sceleris genere, oculis eorum calcem aceto permixto infundētes & inferciantes, quos euellere cōpendio poterāt, excruciare amplius eligunt q̄ citius excacare. Nā primo tātum calce ad hoc facinus vtebantur, sed posteaquam illos quibus hoc fecerant cito salutē reparatē didicerant, acetū addiderunt. Omitto ante quanta commiserunt, quibus eadem leges aduersus errorē vestrum constitui coegerunt, magis Christiana mansuetudine temperatas, q̄ in tam magna scelera congruo vigore exertas. Episcopus catholicus à Thubursuccubere Seruus nomine, cū inuasus à vestris locū repeteret, & vtriusq; partis procuratores proconsulare præstolarentur examen, repente sibi in oppido memorato vestris armatis irruētibus vix viuus aufugit. A quib⁹ pater eius presbyter, etate & moribus grauis, ea cade qua vehementer afflictus est, post dies paucos excessit è vita. Maximilianus Episcopus catholicus Bagaiensis, dicta inter partes iudiciaria sententiā, basilicā fundi Calmanensis euicerat, quā vestri illicitē aliquando vsurpauerant. Hæc cum iure perspicuo retineret, in eaisa sub altari quo cōsugerat, eodē supra se fracto, eiusq; lignis aliisq; sustibus, ferro etiā crudeliter cæsus, totū illum locū sanguine opleuit. Acceperat autem & grāde vulnus in inguine, vnde cruore largius effluente, cōtinuō moreretur, nisi maior eorum crudelitas per occultam dei misericordiam profuisset. Nam cū membris ex ea parte nudatis seminiuius insuper pronusq; traheretur, exundantes venas latenter puluis obstruxit. Inde nostrorū manibus cū ferretur, rursus illis irruētibus violētē extortus est, grauiusq; multatus, & de excelsa turri noctu præcipitat⁹, subter cinerem stercoreis molliter iacebat, post sensum amissum, vix extremū spiritum tenens. Ibi eum transiens quidam pauper inuenit, cū ventris exonerādi causa ad eum diuertisset

Circūcellionum scelera Cap. XLII.

De eodem. Ca. XLIII.

locum. Agnouit autē, tum pauidus suam coniugem acersit, quam procul verecundia dimouerat lucernā ferentem. Tunc cum ambo peruexerunt domū, vel miserando vel aliquid etiam lucelli sperando cū siue viuus siue mortuus, collectus tamē nostris ostēderetur. Quid plura? Mirabili curatione sanat⁹ est, viuit, plures in eius corpore cicatrices quā membra numerat. Hūc ad transmarinas terras occisum à vestris fama nunciauerat, & eius facinoris immanitas, grauisq; indignitas, quaquaversum audiri potuit, dolore horrēdo cūctā commouerat. Quō posteaquā ipse secutus est, recentissimæ cicatrices eius famæ illud mendaciū defendēdit. Nam quem tui inspicientes vix crederent viuum, nō temere illa iactasse videbatur occisum. Hic cum illic inuenisset collegam Thubursuccensem, quē pauloantē cōmemorauit, & alios non nullos similia vel non multo inferiora perpeffos, nec eis ad propria reuertēdi vlla facultas patere videretur, & quia Circūcellionū vestrorū furor nobis horrendum præbens vestris clericis satellitium vsquequaq; odiosissime innouit, ingēs in vos cōflagrauit inuidia, atq; inde factū est, vt & præterita omnes cōtra vos leges excitaretur, & istē cōderetur nouē. Quarū tamen vniuersarū seueritas, si vestrorū inordinatæ ac sine vlla lege grafsanti seuitiē comparētur, mira lenitas appellāda est. His enim magis tanta potestate accepta mansuetudo catholica cōmendatur, q̄ hæretica immanitas plectitur, imō vero in nos, cedes, rapinas, incēdia, cæcitates, excogitando, minando, exercendo, audacius & insanis debacchatur. Hęc enim ego commemorare volui, per quē factum est vt his nostris temporibus aduersus vos ita in perialia statuta ferrētur, imō aduersus errorem vestrum. Nam quid iam si sapiatis potest esse probabilius? Cæterum omnia quæ vel anteriorum literis didici vel ipse cognoni faue facta vestrorum, qui ab initio diuisionis vestræ vsq; ad hoc tempus Ecclesiam catholicam persecuti sunt, si velim retexere, quæ lingua, quis stylus, quantum tempus ociumq; sufficiat? De Optato cum agerem, tuq; hoc magis excusare voluisses quā purgare, dixisti reos hinc vestros esse nō posse, quod eos ad iudicādum nemo perpulerit. Tot protestationes nostrorum de furiosissimis vestrorum violentiis, archiua publica citius impleuerūt, quā vllam apud vos vindictam illa facta meruerunt. Sed forte & hic dicatur protestationes quidem depositas, sed ad ipsos vindicādos nullā perlatam. Audi ergo quādā quæ ipse sum expertus. Cum receptorum à nostris Maximinianensium quos dānauerant causam cognouissemus, eam quaquaversum poteramus feruenti diffamauimus instantia, illi rebus tam recētibus & tanta manifestatione clarētibus, quid respondere possent non inuenientes, solito crebrius & audacius Circūcellionū violentiis, turbisq; furentibus nos à prædicanda catholica veritate, suāq; fallacia cōuincenda deterere cœperūt. Et quia multi erroris eorū laqueis implicati, cum quibus vt inde liberarentur agebamus, respondebant nobis hoc nos cū Episcopis suis agere debere, cōlationemq; nostram se vehementer optare, vbi possent videre quibus asserentibus speraret veritas falsitate in Carthaginensi totius Aphricæ cōcilio nobis placuit, vt adhibita etiā publicorum testificatione gestorum, quō possemus eis qui hoc flagitabāt probare, desiderio eorū nos minime defuisse, vestri pacifice cōuenirentur Episcopi, quisq; ab eo nostrū qui eodē loco in quo ille cōsisteret, vt per collationē nostram errore sublato Christiana & fraterna societate, vnitatis, charitate, pace frueretur,

Crispini in mandatis. Ca. XLVI.

Episcopus.

Hebræum dicitur.

Ca. XLVII.

Aremur, id intuentes, quia si fieri vellet, adiuuante misericordia dei facillime poterat, quicquid in causa nostra esset agnosci. Si autem recusarent, saltem disidentia eorum nō frustra illis qui hoc à nobis poposcerant appareret. Factum est, conuenti sunt, recularūt, quibus verbis, quo dolo, maledictione, amaritudine plenis, nūc longū est demonstrare. Interea Crispinus Calamenis vester Episcopus, à Possidio collega meo in eadem ciuitate, apud acta conuentus, ad concilium vestrum primo distulerat, pollicens cum collegis suis ibi se visurum quid respondere deberet. Deinde post non paruum tempus resperita cōuentione, rursus apud acta respondit, Verba viri peccatoris ne timueris. Et iterū, In aures imprudētis caue ne quicquam dixeris: ne cum audierit, irrideat sensatos sermones tuos. Postremo hæc respōsionem meam Patriarchali sermone definio: Recedant à me impij, vias eorū nosse nolo. Hanc eius respōsionem cum docti indoctiq; riderent, quippe hominis dicentis verba viri peccatoris se non timere, cui respondere minime auderet: & in aures imprudentis nolle se aliquid dicere, quāsi aliquid secretum fuerit imprudentis auribus temere commissurus, cum ea quæ diceret multi possent prudentes audire, qualium causa & dominus Christus tanta Pharisæis quavis imprudentibus loquebatur: & nolle se nosse vias impiorum, quāsi vias suas eum docerē vellēt, quos impios putabat, ac non potius ipse si teneret vias dei, etiā impios docere deberet, sicut scriptū est, Doceam iniquos vias tuas; & impij ad te conuertentur. Cum ergo ista respōsio à multis intelligeretur, multis etiam demonstraretur quantum inanis esset, quantum attingebat ad causam, quā vero amara & maledica, quod non pertinebat ad causam, atq; ita eius, sicut apud vos videtur, doctissima an nositas, hefterno cōtra stante tyrone nihil aduersum veritatem posse videretur, subito post paucos dies iter agēt Possidio, alius Crispinus eius presbyter, & vt perhibetur propinquus, tetendit insidias armorum, in quas penē iam nosser incidit, nisi eis prospēctis atq; nunciatis, ad quandam fundum fugiens diuertisset, vbi ille nihil auderet vel nō præqualeret, vel si quid etiam fecisset, negare non posset. Quo comperto, continuo consecutus est tanta cæcus infātia, vt iam latere turpe arbitrareretur. Tunc domū in qua cum suis se Possidius incluserat, seipre armatis, lapidibus circumtūdere, ambire flammis, aditum ex omni parte moliri. Quæ vero aderat incolētium multitudo, memor periculi sui si in eo loco aggressum tantū facinus impleteret, partim illum deprecabatur vt parceret, quē resistendo nō audebat offendere, partim vero ignes suppositos extinguebat. Cum ille nihilo segnus cœptis feruidus atq; inexoratus instaret, cessit aliquādo ictibus ianua, ingressi sunt, lauciatiq; cæde iumentis quæ in inferiore domus parte compererat, de superioribus Episcopum deponerunt, afficientes plagis & cōtumeliis. Vbi ne grauius sciret, intercessit ipse Crispinus velut alius rogantibus flexus, quorum nō tam videbatur in ira sua curare deprecationē, quā in facinorē testimonium formidare. Hæc posteaquam nota facta sunt in oppido Calamenis, expectabatur Crispinus Episcopus vester, quem admodū in suum presbyterū vindicaret. Accessit etiā protestatio in municipalibus gestis expressa, cuius vel timore vel pudore cogere exercere ecclesiasticā vindictam. Quod cū omnino contemneret, tantusq; fieret vestrorū tumultus, vt quia veritati prædicandæ respondere nō poterant, itinerā clausuri putarēt: imō vero

Tomus septimus.

iam etiam cernerentur leges quæ nō deerrant, sed quæ deessent, in nostris manibus quiescebāt, aduersus Crispinum Episcopum vestrum commoræ sunt, magis vt nostra mansuetudo demonstraretur, quā vt illorum puniretur audacia. Neq; enim aliter innotesceret quid adiutorio Christi Ecclesia catholica in suos inimicos possēt & nōllet, nō secundum hæreticam præsumptionem priuato furore Circūcellionibus scruentibus, sed secundū propheticā veritatem, iugo domini dei subditis regibus. Exhibitus igitur Crispinus, & quod se esse proconsuli querenti negauerat, facillime cōuictus hæreticus, decem tamē libras auri (quam multām in omnes hæreticos Imperator maior Theodosius cōstituerat) intercedēte Possidio nō est compulsus exoluere. Quā mitissima sententiā non contentus, nescio quō cōsilio quod displicuisse vestris omnibus dicebatur, ad eundem Theodosij filios prouocandum putauit. Accepit est, rescriptum est. Quid aliud nisi quod pars Donati iam sciret se ad illam pœnam aurariam cum cæteris hæreticis pertinere: cum quibus propter cōmunionem talis persecutiōnis, aut cōmunionem se deputare habere iusticiam, aut si non se ideo deputat, non se ideo iactet iustam, quia ea pœna cōeretur, qua cōereri & eas hæretes videt quas cōcedit iniustas, & tandem intelligat quod Christi martyrem non facit pœna, sed causa: Nos autē vsque adeo scruos persecutores esse arguat, vt nec post imperiale rescriptum aurum illud fisco Crispinus expendit, indulgentiam illi catholicis Episcopis impetrantibus, & nunc inter ipsas etiam recentissimas leges proscruptionem vestris Episcopis cōminantes iure proprio securus fideat, & catholici clerici inter manus Circūcellionum clericorumq; vestrorum, domos, vscum, salutē ac lumē corporis pendant. Hęc qui faciunt, quid ego dicam latronibus, piratis, truculento alicui generi Barbarorum, quando nec ipsi omnium crudeliratū magistro diabolo comparandi sunt: Ille sanctum virum Iob omnibus eius rebus ablatis, grauisimo vulnere à capite vsque ad pedes percussit, & tamen fuit illic integris integer luminibus locus, nec oculus eius extinxit, cuius totum in potestatem corpus acceperat. Verū hæc videlicet non perferuntur ad vestros, cū Crispinus maluerit Carthaginē pergere, propria pertinaciā superari, mansuetudinis Episcopalis intercessione mitissimā in se prolata reculare sententiā, appellare ad eius filios, cuius lege se irretitū videbat, vt excitaret vniuersę parti Donati, quod solus perpeti nec volebat nec cogebatur, quā vnius sui presbyteri audacissimū & inuidiosissimū facinus sola degradatione punire. Restitutus quidam in regione Hipponēsi vester presbyter fuit, qui cum ad catholicā pacem antequam istis imperialibus legibus iuberetur, veritatis ratione permotus, manifesta voluntate transisset, de domo sua raptus est à clericis & Circūcellionibus vestris, lucem in castellum proximū ductus, & multitudine expectante, nihilq; resistere audēte, ad furentum arbitrium sustibus cæsus, in lacuina lutulēra volutatus, amictu iuncoo de honestatus. Posteaquam satis excruciatū oculos dolētium, ridentiūq; satiauit, inde ductus ad aliū locū quō nemo nostrorū audebat accedere, duodecimo die vix dimissus est. Hoc Episcopo vestro in Hipponēsi Proculiano ipse sum questus, gestis sanē municipalibus: ne si quid agere esset necesse, hoc ad se negaret fuisse perlatū. Quia respōderit, quemadmodū ab inquirenda causa dissimulauerit, nostramque incertiōnem dolosius eludēdam, post etiam non respondendo

Theodosij lex.

Crudelitas in presbyterum. Caput XLVII, Job. 1. & 2.

h iij

G putauerit, satis eadem gesta testantur. Nunc vero qui ad nos a vobis clerici transierunt, quanta patiantur a vestris, quando narrare sufficimus? Denique non quicumque ad nos inde veniunt, veritatem persecutione derelinquunt, sed multi ad nos inde non veniunt, quia persecutionem a vestris pro veritate perpeti metunt.

Mortes sp̄-
tance.
Ca. XLIX.

Acto. 23.

Aufer itaque de medio superuacuas inuidias molestiarum, quas regalibus iussis pro vestro errore patimini perparuas & prope nullas pro magno furore vestrorum, imputantes etiam nobis quae ab ipsis terrenis potestatibus, vt vestrorum impetus a sua salute depellant, necessitate fiunt non voluntate. Neque si quadraginta illi qui Paulum Apostolum interficere conuenerant, in armatos a quibus deducebatur irruissent poenasque sumpsissent, Paulo ista fuerant imputanda. Omitto quod etiam voluntarias mortes quas ipsi sibi ingerunt, in nos mentiendo transferis: Nam de Marculo quod se ipse precipitauerit audiui, quod profecto est credibilis, quam hoc aliquam potestate Romanam iubere potuisse, Romanis legibus nimis insolitum, cum hoc malum inter tot haereses sub Christiano vocabulo errantes, proprium sit haeresis vestrae. Vnde quid prodest quod conciliis suis hoc vestri Episcopi prohibuisse & damnasse se iactent, sicut ipse commemorasti, cum tot rupes & abrupta saxorum ex Marciliano illo magisterio quotidie funestetur: Dixi ergo quid de Marculo audierim, & vnde hoc credibilis possit videri, quid autem verum sit deus nouerit. De aliis autem tribus quorum mortes pariter obiecisti, quid vel quomodo factum sit, ab eis quos nosse existimo, fautor non quaesui. Nullis tamen bonis in catholica hoc placet, si vsque ad mortem in quenquam, licet haereticum, sauiatur. Neque vero si longe a morte cuiuslibet molestis libido vlciscendi malum pro malo retribuatur, approbamus, multo amplius detestantes si ex hac occasione velut pro vnitatem conandi concupita, quis auferat aliena, non illa quae sub nomine Ecclesiae non debent ab haereticis possideri, sed quorumcunque priuata. Haec omnia displicent bonis, & ea prohibent & cohibent quantum possunt, quantum autem non possunt ferunt: & sicut dixi, pro pace laudabiliter tolerant, non ea laudabilia sed damnabilia iudicantes, nec propter zizania segetem Christi, nec propter paleas arcam Christi, nec propter vasa in honore domum magnam Christi, nec propter pisces malos retia Christi derelinquunt. Reges cum in errore sunt, pro ipso errore leges contra veritatem ferunt: cum in veritate sunt, similiter contra errorem pro ipsa veritate decernunt: Ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendantur mali. Rex Nabuchodonosor peruersus legem suam dedit, vt simulachrum adoraretur: idem correctus veram, ne deus verus blasphemaretur. In hoc enim reges sicut eis diuinitus precipitur, deo seruiunt in quantum reges sunt, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant, non solum quae pertinent ad humanam societatem, verum etiam quae ad diuinam religionem. Frustra dicit, Relinquitur libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis & in stupris, & in quibusque aliis facinoribus & flagitiis libero te arbitrio dimittendum esse proclamas? Quae tamen omnia iustis legibus comprimunt, vtilissimum ac saluberrimum est. Dedit quidem deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse voluit impunitam. Quisquis Christianum, inquis, persequitur, Christi est inimicus. Verum dicit,

Caput L.

Math. 13.
2. Timo. 2.
Mat. 13.
Principium
leges.
Caput LI.

Daniel. 3.

2. 3. 4. cap.
Quisquis.

sed hoc in illo persequitur quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia Christianae contraria veritati. An vero si non persequantur, non rei negligentiae merito tenebuntur? Sed in omnibus tenendus est modus aptus humanitati, congruus charitati, vt nec totum quod potestatis est exeratur, & in eo quod exeritur dilectio non amittatur, in eo autem quod non exeritur, mansuetudo monstratur. Vbi vero nulla ex diuinis humanisve legibus potestas conceditur, nihil improbe atque imprudenter audeatur. Audi iam de Maximinianensibus quod paulo ante distuleram, vt & tuos Episcopos noueris tibi esse mentitos, & non solum quod pertinet ad baptismi quaestionem, vel ad aliorum peccatorum in Ecclesia sine propria contaminatione tolerantiam, verum etiam quod ad persecutionis inuidiam, in qua quidam vestri in nos omnia Romana iura & praedia superarunt, in hac vna Maximinianensium causam noueris terminari. Nam si concilij Bagaeniensis Episcoporum vestrorum trecentorum & decem, memorabilem illam, de qua superius quod satis esse videbatur inferui, non te piguit legere sententiam, cum illa verba damnatos cum Maximiniano duodecim, quorum praesentium manibus ordinatus est, apertissime ostendant, dilationem autem redeundi ad communionem vestram illi esse concessam, qui cum essent in communionem Maximiniani, Primianumque damnassent, tamen quando Maximiniano ordinatus est, non interfuerunt, neque enim omnes interesse potuerunt, aut ex more debuerunt, plurimum miror quomodo te falli nescio quomodo mentiente permisit, cuius verba ipsa quae obscura non sunt, nec acutum ingenium quo discutiantur, sed tantum animus quo aduertantur exposcunt, ne ab eo falleris recitare potuisti. Sed quia fieri potest, vt non eam legeris, & simplici affectu tanquam Episcopo vel Episcopis aliud tibi insinuantibus facile credideris, accipe eam & lege, & quam tibi a me verum dicatur attende. Neque enim possunt eam tegendi mendacij sui causa vt libitum fuerit emendare, imo fallere, quam iudicio publico apud proconsulem allegauerunt, quam totiens gestis municipalibus inserendam, pro sua causa necessitate curarunt, quando agebant aduersus eos vt de basilicis pellerentur. Sic certe incipit ca. 1. sententia, Cum omnipotentis dei & Christi eius voluntate in Ecclesia Bagaeniensi concilium gereremus, Ga. 1. malus, Primianus, Pontius, Secundianus, Ianuarius, Samurnus, Felix, Pegasus, Rufinus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & ceteri numero trecenti & decem, placuit spiritui sancto qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schismata resecare sacrilega. Denique cum multa in eos horrida volumissent, paulo post ait, Maximinianum fidei inuoluntate, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core, & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit. Vides, vt arbitror, Maximinianum sine vlla dubitatione damnatum. Deinde post pauca, sed plane grauissima quae in eum libuit declamare, adiungens ordinatoris eius, & cum eo sine dilatione damnans, Nec solum hunc, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij. Deinde cum etiam in ipsorum exaggerandum scelus quae putauit declamanda, fudisset, nominauit eos ita, concessitque damnatos. Famosi ergo, inquit, criminis reos, Victorianum Carthaginiensem,

Caput LI.

Cap. LV.

Cap. LVII.

Supra cui

cap. 19.

Nomen. 11.

A bianensem, Martianum Sullestinum, Beianum Beianensem, Saluum Anaphensem, Theodorum Vfulensem, Donatum Sabratensem, Migginum Belephantariensem, Praxetatum Assuritanum, Saluum Membresitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Musticatum, & Martialem Pertusensem: qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta faculentia glutinauerunt: Sed & clericos aliquando Ecclesiae Carthaginis, qui dum facinori interfuerunt, illicito incestui lenocinium praebuerunt, dei praesidentis arbitrio vniuersalis concilij ore veridico damnatos esse cognoscite.

Cap. LVIII.

Quid planius, quid manifestius, quid expressius dici potest? Audi iam quibus dilatio temporis impertita sit, vt videas eos esse qui non interfuerunt quando Maximiniano cum ordinaretur manus impositae sunt. Eos autem, inquit, quos sacrilegi furculi non polluerent plantaria, id est, qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo pudore fidei retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Hos cernis quemadmodum non dicant esse damnatos, sed tunc eadem damnationis sententia retinendos, si transacto die constituto redire noluerint. Quem diem ita constituunt,

Cap. LVII.

Bac ne angustum, inquit, redeuntibus tempus spem salutis arctate dici pressura subducat, agnoscentibus quibus licet manentibus praecedentibus statutis vniuersis, vsque in diem octauum calendarum Ianuariarum proximae futurarum agnitionis pandimus ianuam, vt integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta, quam si quisquam ingredi nequiverit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post praestitutum diem redeuntibus fixa poenitentia. Certe iam perspicis vir disertissime, in illo te potius a quibus mendacium audisti, omnia retorquere debere, quae in nos tanquam mentiti de hac re fuerimus, dicenda arbitratus es. Certe perspicis illos duos de quibus agimus, ex eorum esse numero qui cum Maximiniano duodecim sine dilatione damnati sunt, non ex eorum quibus redeundi tempus indultum est. Certe liquet, claret & cernitur obscurari, obtegi nullo modo potest, quanta eloquentia is a quo sententia illa dicta est, discretuit, illustrauit, expressit. Cur verba adhuc dantur? cur contra lucidissimam veritatem pro manifesto errore contenditur? cur homines seipsum decipiunt? Si laqueos diaboli quos resolvere atque abrumpere deberent, restrictius implicant & obuolunt, adhuc accipe vnde vehementius, & vtinam cum aliquo fructu correctionis erubescant. In memorato concilio Bagaeniensi dies & consul ascriptus est, non solum quo decretum concilij conditum est, verum etiam ipsius dilationis. Ergo a die octauo calendarum Maiarum, post consulatum Theodosij Augusti ter, consulatu Augustorum, Arcadij ter, & Honorij iterum ter, qui dies est concilij Bagaeniensis, vsque ad octauum calendarum Ianuariarum, qui dies est dilationis, octo menses ferme numerantur. Inuenitur autem postulatio apud Herodem proconsulem: Inde aliquanto post dicta aduersus Felicianum & Praxetatum de Musticanis & Assuritanis locis excludendos, cuius pauca subiunxi, Post consulatum dominorum Arcadij ter, & Honorij iterum ter, Augustorum, sexto nonas Martias, Carthagine in secretario pratorij Thicianus dixit, Peregrinus presbyter & seniores Ecclesiae Musticanae regionis tale desiderium profesuntur: Cum Ecclesiae catholicae sanctitatem vir memoriae venerabilis ab-

Tonus septimus.

rore perfidiae Donatus assereret, in eius nomen & cultum mundi penes totius obseruata nutrita coaluit: Sed cum eius religionis laudandum mirandumque propositum Maximiniani cuiusdam venena polluerent, multorum coetus antistitum in vnum deo conspirante collectus, hominem vel potius pestem, qua superna displicuit maiestati, etiam purae mentis propria coeactione damnauit. Eos quoque quos aliena praesumptionis error traxerat, portu primo proposito praenitendi, si reuerti cuperet intra tempus ad religionis tramitem destitutum, pari vigoris admonitione compefcuit: Sed suis institutis iniquitas delectatur, & semetipsum non deserit, cum semel praecipitata corruerit. Idem namque Maximiniano ceptam nutrit audaciam, & alios sibi met consociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam, qui primo recta sectatus, deprauationis huius attaminatione fuscatus, in Musticana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes consecratos, & Ecclesiam veneradam, quasi quadam obsidione credidit retinendam. Hunc etiam Praxetatum in Assuritanis partibus imitatur. Sed cum aequitatis tuae innotesceret potestati consortium sacerdotum, iussisti, vt gesta testantur, exploso omni traditionis affectu, sacratissimis sacerdotibus a prophanis mentibus Ecclesiam vindictas oportere restitui. Vides nempe vsque ad huius postulationis die ab illo praestituta dilationis, quod triumphum ferere mensum tempus effluxerit: Producitur autem iste confictus, quantum ex gestis proconsularibus, & municipalibus indagare potuimus, vsque ad Theodorum proconsulem, hoc est, vsque ad anni alterius diem, vnde decimo calendis Ianuarij. Quo die clerici maiores agentes surrogato Episcopo, qui in locum damnati Praxetati Assuritani fuerat surrogatus, allegauerunt memorati proconsulis iussione, cum a foris erant a communionem vestra, & eiusdem communionis vestrae inimici in iudicij publicis arguebantur, & expellendi de locis deo summo consecratis tanquam sacrilegi petebantur. Ex quolibet ergo numero fuerint, Cap. LVII. quanquam satis appareat ex quo fuerint, qui intra constitutum dilationis diem communionem se vestrae non reddiderunt: quomodo cum iis quos extra communionem vestram baptizauerunt, non expiatis alio baptisinate, redierunt? In quo facto non vos reprehendimus, quod baptismum Christi nequaquam sacrilegum etiam in schismate sacrilego cognouistis, quod hominum peruersitate correctum, illud quod etiam in peruersis rectum fuerat approbastis, quod dona Ecclesiae quae praeter Ecclesiam quoque haberi & dari ad habentium & accipientium supplicium potuerunt, nec in damnatis damnanda, nec in receptis mutanda censuistis.

Ca. LVIII.

Nec illud reprehendimus quod eosdem ipsos famosi criminis reos & post sententiam damnationis ipsorum & post dilationis diem alios constitutum, tamen propter populos infirmos qui eis adhaeserunt, recordantes credo patrisfamilias sollicitudinem, ne simul eum zizanias eradicaretur, & triticum, sine aliqua detractione colligendos; & ipsa abundantia charitatis expandos esse credidistis. Nec illud reprehendimus, quod eos qui adhuc famosi schismatis sacrilegio tetterentur, etiam per terrenas potestates persecuti estis. Fiebat enim hoc quantum res ipsa consecuta indicauit, corrigendi studio non nocendi, vt illis molestis agitari, suum foelus cogitare cogereatur, & repressis animo hanc furis emendare. Sed quia ista non reprehendimus, ideo vestri schismatis crimen iure culpamus, merito derisimus, h. iij

Math. 13.

2. 3. 4.

G omni ratione conuincimus, quo vos à nobis, immo ab orbis terrarum catholica communione separatis, talia nobis obiciendo qualia vos in causa Maximinianensium fecisse, negare, vt arbitror, non potestis. Si enim baptismus Christi est, & ideo nullo modo destruendus, qui datus est per Felicianum & Praxetatum cum separati à vobis Maximiniano coniungerentur, cum illo à vobis pro nefario schismatis crimine condemnati, quomodo non est baptismus Christi, vel quomodo destruendus est, qui datur in Ecclesia quæ ramos suos, vt verbis Cypriani vtar, per vniuersam terram copia vbertatis extendit, qui postremo datur in illis Ecclesiis, quas nunquam in literis Apostolicis recitare cessastis, nunquam damnastis? Si damnatos in integrum restituere placuit pro resarcienda parte Donati, quid vos offendit toto orbe diffusa vnitas Christi, quæ vel damnare non potuit inauditos, vel omnino nec damnauit nec absoluit incognitos, vel innocentes credidit quos didicit absolutos? Si discipulos à vobis Maximinianenses per iussa iudicum persequendo sedibus expulistis, quid vos per Imperatores qui eosdem iudices mittunt, indigna pati querimini, qui vos ab eius Ecclesia, de quo scriptum est quod adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes conuenient illi, & quod dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ, nefario schismate discidistis? Ecce iam non dico, si persecutionem facere non licet, fecit Optatus, ne adhuc dicas non pertinere ad vestros, quicquid Optatus eis ignorantibus fecit, cum ipsi dicere non permittant terras ab Africâ remotissimas, qui traditores in Africâ fuerint, Quid mali Africi Episcopi fecerint ignoramus: Sed plane dico, si persecutionem facere non licet, vestri Maximinianensibus, ita vt non possint negare, fecerunt. Si persecutionem patiuntur qui innocentes sunt, passi sunt Maximinianenses. Nunquid & nunc dicitur es basilicam vel speluncam Maximiniani populus nullo nostrorum autore destruxit? Quamquam si cuius communionis turba illa fuerit inquiratur, non à vestris credantur immisi, ipsi reperientur forsitan vestri, aut certe vestris adiunando permixti. Sed quid ad nos? Respondes enim, Non fecimus, non immisimus, quinam illi fuerit ignoramus: persecutionem tamè à quibuscumque passum eum quem feceris iniustum, quoniam clara est, ea quæ patimini vos iustos demonstrare non possunt, sed à quibus etiam Maximinianenses persecutionem passi sunt, proconsularia gesta testantur. Instruendi sunt aduocati ad ista iudicia, & tanquam in hereticos excitata, illi sibi tuitionem possidentibus postulabant. Allegabant vestri Bagaiense concilium, & damnatos flagitabant, in Bagaiensi sacris adibus pelli instabatur, dicta causa est: Cum eo presente Saluum Membretanum hereticum ostendistis, vicistis, expulistis: persecutionem igitur illos passos esse, vos fecisse video: Iustos quæro, vos esse perhibetis, ego cõcludo: Non ergo qui est iniquus, persequitur consequenter iustus, nec qui eam facit consequenter iniustus est. Tu rursus artes dialecticas acutabilis, me saltem verum dicere saltem tacitus approbabit, & eliges tuam sententiam potius corrigere, quam nullam iustam persecutionem esse dixisti, quam Maximinianensium persecutores dicere iniustos, quos vestros esse tandem gestis proconsularibus agnouisti. Non sine illicite schismaticorum vestrorum persecuti estis errores. Nam Felicianum & Praxetatum eodem conflictu & molesto coexistis, & Optatum quidem Gildonianum grauiora exilia comminantem,

Multicani & Asuriani, sicut ab eis quoque presens audiui, timuisse dicuntur, & suos Episcopos coegisse, vt ad Primiani communionem reuerterentur. Sed cum hoc Optatus nullis gestis publicis exegerit, quid agam talibus aduersus vos paratos negare quicquid negare poteritis? Acta extant proconsularia & municipalia, quibus recitatis ostendimus quanta vi memorati à vestris vt locis cedere gerebatur. Non culpamus, non inuidemus, non frustra laborastis, non incassum terruistis, non inaniter agitastis, displicuit eis afflicta animositas sua: Fracti sunt, emendati sunt, correcti ac recepti sunt, post suam damnationem, post aliorum dilationem, post vestram persecutionem. Recepti sunt autem sicut fuerant honorati, nulla poenitentia grauiore, sed humiliatione vel expiati vel degradati: nec ipsi nec illi cum quibus recepti sunt quos secum separauerunt, contra vos baptizauerant extra vos, quos rebaptizauerant fortasse post vos. Nihil habetis iam vnde caliginosa mendacia hominibus ignaris de rebus longe præteritis ingeratis. Quod vestri apud Constantinum tunc Imperatorem accusauerunt Cæcilianum, publica monumenta proclamant; dictam esse causam, & ad debitum finem esse perductam vsque ad purgationem Felicis Apertugentis ordinatoris Cæciliani, quæ in concilio Carthaginensi malorum omnium fonte dixerunt, & apud eundem Constantinum, sicut scriptis suis ipse indicat, assiduis interpellationibus accusarunt, proconsularia testatur archiua. Resistitis, reclamatis, repugnatis apertissime veritati. Dicitis etiam transmarinos iudices à Cæciliano esse corruptos, ipsum Imperatorem nescio qua gratia deprauatum. Eo quippe est impudentior vitus accusator, quo fit etiam iudicis calumniator. Veruntamen inter omnia illa vestra mendacia, quibus transmarinis iudicibus calumniamini, saltem hoc obtinemus, quod primi maiores nostri ad Imperatorem causam istam derulerunt, primi apud Imperatorem Cæcilianum & eius socios persecuti sunt: Vnde nobis, sicut vobis videtur, grauissimam concitatis inuidiam, quia videri patimini quod videtores vti que feceritis, veluti Danielem criminari vellent, qui illo innocente liberato, ipsos ab eis leonibus eum calumniantes consumi noluerunt. Obtinemus etiam quod libet de iudicibus, presens iudicio transmarino absolutus est Cæcilianus quod libet de ipso apud quem maiores vestri Cæcilianum accusauerunt, cuius postremo iudicium episcopali prælatum iudicio delegerunt, Constantino Imperatore tanquam corrupto gratia, siue sententiis sine fingatis, omnes tamen qui tunc erant vel in propinquis vel in remotis terris tam longe lateque diffusi catholici Christiani, ad quos fama de Cæciliano & collegis eius potuit peruenire, non debuissent accusatoribus victis, sed ecclesiasticis iudicibus credere. vbi enim iudices omnes esse non possumus, melius his qui esse poterunt iudicibus credimus, quæ crededo litigatoribus victis, quoniam esse iudices non potuimus, de ipsis iudicare iudicibus audeamus. Proinde quoniam illi quibus accusantibus presens absolutus est, non solum nos, verum etiam omnes Christianos in quibuslibet gentibus constitutos, qui vel illam disensionem Afrorum penitus nescierunt, vel in ea iudicibus sicut eis visum est, suo periculo pronunciantibus, quam victis accusatoribus credere maluerunt, Cæciliani criminibus vel factis vel certe non probatis, perfundere audacissima improbitate conati sunt, & omnes negare esse Christianos. Mista est vobis tandem aliquando Maximinianensium causa in qua ipsi damnarent,

A damnarent, ipsi damnatos persequerentur, ipsi persecutores in eodem honore reciperent, ipsi baptismum damnatorum acceperent, vt qui innocentes ausi sunt accusare, innocentes cogentur absoluerent, non quos innocentes esse crederant, sed quos vt dicunt, dei presideis arbitrio veridico plenarij concilij sui ore damnauerant. Quis cuiquam dixit aliquando quoniam iudicis absoluenti potius quam mihi accusanti credidisti, reus es cum ipsis quos accusasti? Et hoc tamen orbi Christiano dicitur, quod si vni homini diceretur, non dico iniquissimum, sed insanissimum videretur. O rem mirabiliter indignam. Accusarunt Africi Aphros crimine traditionis, accusatos Transmarini iudices absoluerunt, & traditores facti sunt populi gentium, quia iudicibus absoluentibus potius quam accusatoribus criminantibus crediderunt. Merito tibi est pars Donati, Maximinianensium causa propinata: Bibe calicem de manu domini corripientis & admonentis. Si intelligis & acquiescis, misericordia est ista emendantis, ne incidas in iudicium punietis. Tibi dicitur, Superba & dura ceruice, reconciliare Christianis vsque quaque populis à te Bini que accusatis, saltem iam tuis reconciliare damnatis. Quid rescindis baptismum Christi in illis vel ex illis Ecclesiis quas Apostoli fundauerunt? Iam baptismum recepisti, quod tui damnati antequam tibi reconciliarentur dederunt. Quid de persecutione quam pateris gloriaris? Si iusticie signum est, iustior est pars Maximiniani: Nam & à te passa est & patitur, & cum eo audite Psalmum diuinum, Nolite esse sicut equus & mulus non habentes intellectum. Persecutores enim vestros nos dicitis, cum vos saluos fieri cupientes, vestraque sanari volentes vulnera, medicinaliter persequamur: vnde à clericis & Circumcellionibus tamquam dentibus & calcibus vestris grauius dum vos curamus, affrigimur. Nolite esse ingrati tali medicinæ quam estis imitati. Et vos Felicianum & Praxetatum persecutionibus corripistis, atque vti nam totum corrigeretis, & sicut illi ad vos, ita illi & vos ad matrem catholicam rediretis. Contra quam frater Cresconius tanta es elatus audacia, vt à me commemorata etiam illa diuina testimonia resellere conareris, & obstrepere dei vocibus. Hoc enim posui in illa epistola contra quam loqueris, quod in sancto libro est de semine Abrahamæ, ad illum patrem nostrum deo dicente, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod testamentum appellat Apostolus dicens, Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit aut superordinat. Abrahamæ dicte sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Huius seminis fecunditas tam copiosa promissa est, vt diceretur ei, Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris quæ non potest dinumerari. Huic tu multiplicationi atque libertati Ecclesiæ quæ toto orbe dilatatur, quæ prophetata sic creditur, sic omnium etiam infidelium oculis exhibetur, vt claudat etiam ora Pagathorum, qui aduersus eam paucissimi remanserunt, partem Donati audes præponere, dicens, quod & præter Africam nescio quos habeatis, quibus tamen non apparentibus, ex Africâ vos soli remittere Episcopos non negatis, vnum aut duos, aut vt multum tres: & argumentaris inaniter contra euidentissimam veritatem, quod ideo nobis non totus orbis communicet, quia vel adhuc multi sunt gentium Barbararum qui in Christianum nondum crediderunt, vel sub nomine Christi ha-

refes multæ, à communionem nostræ societatis alienæ. D Nec attendis, nec saltem ab scientibus quaris, quam multi ipsarum Barbararum gentium quas commemorasti, Christi iam nomini mancipati sunt, & quemadmodum in ceteras Euangelium crescendo fructificare non cesset, donec in omnibus cum fuerit predicatum veniat finis. Sic enim dominus ait, Et predicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Nisi forte etiam intantum vos præcipit insana superbia, vt hoc quod predictum est, de parte Donati puteris incipiendum, non ex illis Ecclesiis quas Apostoli plantauerunt, quibus non comunicat pars Donati. An & ipsas vt mundum impleat rebaptizare conabitur, cum catholica per cuncta crescente, illa & in ipsa Africâ quotidie minuatur? O vesana peruersitas hominum, laudari te credis de Christo credendo quod non vides, & damnari te non credis de Ecclesia negando quod vides, cum illud caput in cœlo sit, hoc corpus in terra? Agnosceis Christum in eo quod scriptum est, Exaltare super cœlos deus, & non agnosceis Ecclesiam in eo quod sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Agnosceis Christum in eo quod scriptum est, Foderunt manus meas & pedes meos, diuenerunt omnia ossa mea: ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuenerunt tibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: & non agnosceis Ecclesiam in eo quod paulopost sequitur, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersa patriæ gentium. Agnosceis Christum in eo quod scriptum est, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: & non agnosceis Ecclesiam in eo quod Psalmus ipse testatur, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insule munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Agnosceis Christum, vbi dicitur ad ludæos, Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus omnipotens, nec accipiam sacrificia de manibus vestris: quia utique Christi aduentus abstulit illa omnia sacrificia ludæorum: & non agnosceis Ecclesiam in eo quod sequitur, Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Agnosceis Christum in eo quod dicit Propheta, Sicut ovis ad immolandum ductus est, & cetera quæ ibi de illo itaquam in Euangelio leguntur, & non agnosceis Ecclesiam in eo quod paulopost dicit, Latere sterilis quæ non parit, erumpet & clama quæ non parturit, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Dixit enim dominus, Dilata locum tabernaculi tui, & aulas tuas confige, non est quod parcas, porrigere longius funiculos, paolos validos confirma, etiam atque etiam in dexteram atque sinistram extendens: Semen enim tuum hereditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Non est quod metuas, praualebis enim, nec erubescas quod detestabilis fueris: Confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominia & viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego sum dominus qui facio te: dominus nomen ei, & qui eruit te, ipse deus Israël vniuersæ terræ vocabitur. In his certe literis sanctis Ecclesiæ didicit Cyprianus vt diceret sic, Ecclesiæ dominus luce perfusa, per orbem totum radios porrexit, ramos suos per vniuersam terram copia vbertatis extendit.

Psal. 71.

Persecutio. Cap. LIX.

Cap. LX.

Mat. 24.

Psal. 107.

Psal. 27.

Psalm. 71.

Malac. 1.

Esai. 53.

Esai. 54.

Cap. lxx.

G Huic Cresconi tantæ manifestationi diuinorum elo-
quiorum calumniaris, intuendo residua gentium quæ
non dum occupauit Ecclesia: quanta occupauerit, unde
ad residua tenenda quotidie diffunditur, non attendis.
Quomodo enim prophetiarum istarum futuram per-
fectionem non negas, qui tantum prouectum cui de-
betur ipsa perfectio, negare non dubitas, non dico ad-
uersus voces diuinas, sed iam & aduersus tuas? Nam &
de te vi magna ipsius veritatis expressum est vt diceres
nescies, vel non attendens quid dixeris, quod in Chri-
stianum nomen totus quotidie vertitur mundus. Cur
ergo huic Ecclesie quæ toto mundo crescendo dilata-
tur, non communicat pars Donati? Videlicet ne à pec-
catoribus polluat. Et ubi est quod non istam vestram
quæ in Aphrica remansens orbi terrarum calumniatur,
aut ex Aphrica in paucis latentibus peregrinatur, sed
illam quæ ramos suos per vniuersam terrâ copia vber-
tatis extendit, noluit deserere Cyprianus, etiam si in eius
communione non tantum sint, verum appareant pec-
catores, dicens, Nam etsi videntur in Ecclesia esse ziza-
nia, non tamen impediri debet vel fides vel charitas
H nostra, vt quoniaam zizania esse in Ecclesia cernimus,
ipsi de Ecclesia recedamus? Hic & tu responde, si tibi
placet veri aliquid respondere, & quomodo implebitur
quod scriptum est, Filius malus ipse se iustum dicit, exitum
autem suum non abluuit: Da ergo filium malum, Ma-
ximianenses damnet & persequatur, damnatis & per-
secutis reconcilietur, vel si communicetur vel si con-
fundatur vel si corrigatur. Quomodo, inquis, totus or-
bis communione nostra plenus est, vbi tam multa sunt
hæreses quarum vobis nulla communicatio? Imò non tã-
tum hæreticis, verum etiã ceteris hominibus malis ple-
nus est orbis, quia & sanctis ac fidelibus dei seruis ple-
nus est orbis, quia & mare plenum est amaris fluctibus,
plenum est & dulcibus piscibus. In paucis, inquis, fre-
quenter est veritas: errare multorum est. Et ne verbis
tuis tantæ illius sterilitatis fecunditati contradicere vide-
ris cui dictum est, Multi filij deseret magis quam eius
quæ habet virum: adhibuisti ex Euangelio testimonium,
Quoniam pauci sunt qui saluantur. Solue ergo quæsti-
onem quomodo ipse dominus dicat, Quam arcta & an-
gusta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui in-
ueniunt eam. Et idem ipse alibi dicat, Multi ab Ori-
ente & Occidente venient & recumbent cum Abraham
& Isaac & Iacob in regno cælorum. Quomodo etiam
in Apocalypsi demonstratur eorum multitudo quam
numerare nemo poterat ex omni gente & tribu & lin-
gua, habentium stolas albas, palmasque ferentium, qui
pressuras propter fidem Christi sustinuerat, quomodo
idem sunt pauci qui multi? Neque enim alterum horum
est verum, alterum falsum, cum sit vtrunque diuina ve-
ritate prolatum, nisi quia iidem ipsi boni vtrique Chri-
stiani qui per seipsos multi sunt, in comparatione ma-
lorum fallorunt: itidem pauci sunt. Sic multa grana
quibus horrea magna complentur, pauca dicimus in
comparatione palearum. Sic etiam vt de ipso dei testa-
mento dicam quod factum est ad Abraham de semine
eius, quod est Christus, multe sunt stellæ quas numera-
re non possumus, quibus tam grande cælum vndique
circumfulget, & paucas dicimus in cõparatione arenæ
maris. Forte stellæ signauerunt spiritales Christianos,
maris autem arena carnales, per quos & ex quibus etiam
hæreses & schismata fiunt, vtroque tamen genere ple-
nus est mundus, quia idem dominus dicit, Ager, hic
mundus: & tu ipse tibi veritate extorquente dixisti,

Cal. lxxi.

Infr. lib. 4. cap. 53.

Esaiæ. 54.

Galat. 4.

Mat. 22.

Mat. 7.

Mat. 8.

Apo. 7.

Mat. 13.

In nomen Christianum totus quotidie vertitur mun-
dus. Per totum igitur agrum, hoc est per totum mun-
dum frumenta, per totum zizania, quia de vtroque dixit,
qui falli non potest. Sinite vtraque crescere vsque
ad messem. Cohibeant itaque se frumentorum per
totum mundum tanta vbertate crescentium impij de-
sertores, & non audeant de quorûdam zizaniorum se-
paratorum paucitate gloriari. Quod si gloriantur, etiã
in hoc ipso procedent aduersus eos iidem illi Maximi-
nianenses in iudicio diuino ad eos in omnibus cõfun-
dendos, & si sapientia, corrigendos appositi, quos multo
pauciores præsentia multitudinis suæ persecuti sunt,
& persequendo ad suam communionem aliquos eorum
denuo cõuerterunt, ac sic ceteros iustissimos quos pau-
cissimos reliquerunt. Non, inquis, communicat Oriens
Aphrica, nec Aphrica Orienti: non sanè, sed in paleis
hæreticis ab area dominica separatis, in frumentis au-
tem catholicis & interioribus paleis omnino commu-
nicat Oriens Aphricæ, & Aphrica Orienti. Alij quippe
hic, alij vero alibi, atque alibi hæretici diffusa vbiq; ca-
tholica vnitate conflagunt: Vbiq; est enim illa de qua
exierunt, qui esse vbiq; minime potuerunt, dicentes
secundum id quod de illis prædictum est, Ecce hic est
Christus, ecce illic. alij hoc loco, alij alias variarum præ-
sumptionum, vel potius amputationum proprias par-
ticulas ostendentes, atq; impia superbia radicem vnde
fracti sunt abnegantes. Huic ergo Ecclesie quæ copio-
sis successibus cum dilatur toto orbe terrarum, ex om-
ni gente tribu & lingua parit multitudinem candi-
datorum & palmatorum, sicut in Apocalypsi scriptum
est, quam nemo numerare potest. Huic, inquam, Eccle-
sia cui partem Donati non communicare manifestum
est, maiores vestri probare debuerunt, quæcunque vera
documenta de traditoribus habuerunt. Quod si fecerint,
ipsi in illa essent, extra illam vero illi quos accu-
sauerunt: Nunc autem cum accusatos in illa permansisse
videamus, quid boni de accusatoribus sentire debemus
quos extra illam videmus? Ac per hoc in illa quadri-
partita distributione, vbi dixi eam de traditoribus pro-
feruntur ex vtraque parte documenta, aut vtraque vera
esse, aut vtraque falsa, aut nostra vera & vestra falsa, aut
nostra falsa & vestra vera: cum videres in superioribus
tribus vos facillime superari, frustra tibi hoc extremum
quasi quæ euaderes elegisti. Quauis enim quam im-
pudenter dicatur aduersitas, tamen ea ipsa vera vestra
qua essent humana documenta, illi Ecclesie probari de-
buerunt, quam probant documenta diuina. Dic ergo
obsecro te, sed noli ostendere nebulas imperitias, vt quoniaam
traditores accusatos non vales conuincere, idem
velis artes dialecticas accusare. Dic ergo ro-
go, causa ista vestra cum veris documentis vestris per-
ducta est ad iudicium transmarinarum Ecclesiarum la-
bore Apostolico fundatarum, an non est perducta? Si
perducta est, vicistis in eo iudicio, an vicisti? Si vi-
cistis vos dicitis, cur eis Ecclesiis in quarum iudicio vi-
cistis non communicatis? Si autem, quod fati ipsa in-
dicat ab eis alienata vestra communiõ, vicisti estis, quid
nobiscum vel mala vel bona causa perditâ litigatis, id
habentes maximum crimen, quod crimine traditorum
quod in iudicio transmarinarum Ecclesiarum etiam ve-
ra documenta proferentes conuincere minime potui-
stis, orbem Christianum perfunditis, quia in ea causa
in qua interesse nõ potuit, elegit iudicibus credere, non
accusatoribus vicisti? Non itaque ideo rei estis, quia bo-
nam causam, vt secundum vos loquar, in transmarino
iudicio

Apoc. 7.

Contra So-

titianum li. 1.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

cap. 21. c. 14.

A iudicio perdidistis, sed quia crimen reorum, atque vt
nimium vobis cedatur, & iudicium, tot innocentibus
populis Christianis per tot gentes longe lateq; diffusis,
obscure minime dubitatis. Quorum communioni tã-
quam frumentis dominicis cohærendo, & illos viros,
sicut dicitis, traditores, & illos malos sicut arbitramini
iudices, secundum Euangelicas literas, etiam monente
Cypriano ad tempus ventilationis tãquam paleam to-
lerare debuistis, ne aream deserendo periretis. Si autem
causa illa vestra cum veris, quod tibi elegisti, documẽ-
tis suis ad iudicium transmarinarum Ecclesiarum non
est perducta, quomodo ab eis potuerunt tot Episcopi in
suis plebibus constituti causa incognita & ad se omni-
no non delata iure damnari? Aut quomodo debuerunt
Aphri Christiani, non dico illi qui eos putauerant in-
nocentes, verum etiam illi qui eos nouerant traditores,
propter zizaniã quam in Ecclesia esse cernebant, à
frumentorum tam longe lateq; crescentium & hosigno-
rantium, tam manifesta innocentia separari, vt propter
crimen alienum quo pro vnitate tolerato nõ macula-
rentur, violato ipsius vnitatis crimine damnarentur?
Quid tibi ergo ad causam prodest, hoc ex illis qua-
tuor propositis elegisse, vt vestra documenta sint vera,
contra vestros autem quæ proferimus, falsa esse depu-
tentur? Ecce & hinc vincetis, quoniam veris quæ putas
documentis tuis, non potuerunt vbi debuerunt conuin-
ci traditores, siue à vestris eadem documenta occulta
sint, siue ipsi traditores qualibet astutia se iudicibus oc-
cularint, siue ab ipsis prauis iudicibus occultati nõ sunt,
semen Abraham respice quod in testamento dei per om-
nes gentes creuit sicut stella cæli, & sicut arena ma-
ris, & vtrum propter occulta quibuslibet caulis nescio
quæ Aphrica zizania, tam copiosa messis per agrum
mundum perire potuerit: aude dicere, aude credere, aut
si vllus in te dei timor est, cogitare. Exaggeras perse-
cutiones quas vos pati dicitis, quibus in tam sacrilega
& manifesta obstinatione aduersus pacem sanctæ Ec-
clesie rebellantibus mirabili mansuetudine parcitur: &
dicitis in primis partibus epistolæ tuæ, quod imperatore
Constantino Cæciliani crimẽ cum fieret manifestum,
ipse quoque eum vt Brixæ in exilio degeret, sua senten-
tia condemnauit. In quo te quis dubitet vel falli vel fal-
lere, quando & Felicem Aptugnensem commemorasti
in iudicio proconsulis à Vincentio nescio quo de tra-
ditione conuictum? Ecce ego infero sententiam
Aeliani proconsulis, qua purgatus atque absolutus est
Felix. Si tota gesta vis legere, ex archiepi proconsulis ac-
cipe: Aelianus proconsul dixit, Ex professione Cæcilia-
ni qui acta falsa esse dicit, atque epistola plurimã addi-
ta, manifestum est qua voluntate hæc gesserit Ingen-
tius, & ideo recipietur in carcerem. Est enim arctiori
interrogationi necessarius. Felicem autem religiosum
Episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum
deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid
probare potuerit, quod religiosas scripturas tradiderit
vel exusserit. Omnium enim interrogatio supra scripta
manifesta est, nullas scripturas deificas vel inuentas vel
corruptas vel incensas fuisse. hoc actis cõtinetur quod
Felix Episcopus religiosus illis temporibus nec præfens
fuerit, neque conscientiam commodauerit, neque tale
aliquid fieri iusserit. Infero etiam rescriptum impera-
toris Constantini ad Probeianum id ipsum attestantis,
& quam molèsti apud eum maiores vestri accusatores
innocentium fuerint, ostendentes. Imperatores cæsa-
res, Flauius Constantinus, & Maximianus, & Valerius

Cal. lxxi.

Com. 21.

Cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

cap. 21.

Licianus ad Probeianum Proconsulem Aphricæ. Ae-
lianus prædecessor tuus merito cum de perfectissi-
mimo viris vicarius præfectorum tunc per Aphricam no-
stra incommoda valitudine teneretur, eisdem partibus
functus inter cetera etiam id negotium vel inuidiam
quæ de Cæciliano Episcopo & Ecclesia catholica vide-
tur esse commota, ad exâmen suum atq; iusionem cre-
didit esse reuocandam. Etenim cõ iam Superium cen-
turiõnem & Cæcilianum magistratum Aprugnitano-
rum, & Saturninum excuratorem & Calibium iunio-
rem eiusdem ciuitatis curatorem, atque Solum seruum
publicum superscripte ciuitatis præfentes esse fecisset, au-
dientiam præbuit competentem, adeo vt cum Cæcilia-
no fuisset obiectum quod clare liquet, & idem Episco-
pus videretur esse delatus, cum diuinarum scripturarum
perditio atque exustio videretur obiecta, innocentem
de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maxi-
mus Ingentium decurionem Ziquensium ciuitatis Epi-
stolam Cæcilianum ex duumiris falsasse contenderet,
eundem ipsum Ingentium suspensum, actis quæ sube-
rant peruidimus, & ideo minime tortum, quod se de-
curionem Ziquensium ciuitatis esse asseuerauerit: vn-
de volumus eundem ipsum Ingentium sub idonea pro-
secutione ad comitatum meum Constantini Augusti
mittas, vt illis qui impræsentiarum agunt, atq; diurnis
diebus interpellare nõ desinant, audientibus & coram
assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæ-
ciliano Episcopo inuidiam comparare, atque aduersus
eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet, vt omi-
sis sicut oportet eiusmodi contentionibus, populis si-
ne disensione aliqua religioni propria cum debita ve-
neratione deseruiat. Infero adhuc & verba Con-
stantini ex literis eius ad alium vicarium, vbi se inter
partes cognouisse, & innocetem Cæcilianum compe-
rissse testatur. Cum enim narrasset in his quæ supra lo-
cutus est, quemadmodum ad iudicium eius post episco-
palia iudicia partes perducta fuerint, in quo peruidi,
inquit, Cæcilianum virum omni innocetia præditum,
ac debita religionis suæ officia seruantem, eique ita vt
oportuit seruientem, nec vllum in eo crimen reperiri
potuisse, eidem apparuit, sicut absenti fuerat aduersa-
riorum suorum simulatione compositum. Tu quare non
inseruisti sententiam Constantini qua eum dicit esse
damnatum, & Brixæ in exilio constitutum, vir diser-
tissime: quanto cõgruentius hanc inseruisses, quam ne-
scio quod de Sardicensi concilio, quod nec ad vos nec
ad causam quæ inter nos est & vos, omnino pertinere
monstratur? Cur enim fuerit Brixæ Cæcilianus, quod
vos calumniosissime appellatis exilium, cum suam præ-
sentiam maluit Ecclesie deesse quam pacem, quid à me
opus est dici, cum interim damnantis imperatoris
sententiam nullam recitas, & damnatum ab imperato-
re Cæcilianum tam temere, non dico audientem vel
dicendum, sed etiam scribendum putas? Veruntamen
secundum verba tua, ecce in exilio video Cæcilianum
Imperatore damnante, saltem responde quo accusan-
te: & modo me interroga quod i epistola tua post multa
similiter inaniter posuisti, quis prolaro testamento
minus consentit, qui persecutionem patitur, an qui fa-
cit? Hæc certe verba tua sunt. Aspice ergo Cæcilianum
persecutionem passum, & sicut ipse dixisti, in exilio cõ-
stitutum. Aspice etiam vestros, sicut suis verbis impe-
rator ipse testatur, aduersus Cæcilianum diurnis die-
bus interpellare non desistentes, & eisdem ipsis verbis
tuis interroganti mihi responde, Quis minus testa-

Sententia Constantini Augusti pro Cæcilia no. C. lxxi.

G mento proloato consentit, qui persecutionem patitur, au qui facit: Diligenter autem perlectis omnibus, inuenies Cæcilianam à vestris etiam apud imperatorem persecutionem passum: sed non inuenies ab imperatore damnatum, immo etiam inuenies absolurum.

Ca. lxxvij.

Porrò si quod tibi pro magno elegisti, vt de criminibus traditorum quæ vos profertis, documenta vera sint, quæ autem nos proferimus falsa sint: etiam in eo vos veritas dei superat, quæ sicut prædixit, ita reddit. Ecclesiam in vniuerso mundo fructificantem atq; crescentem, quia nihil ei præiudicant alienorum criminaliter vera documenta quæ propinquieribus Episcopis transmarinis, per quos in longinquiores partes siue transit talium rerum fama siue nõ transit, aut non sunt demonstrata sicut debuerunt, aut nõ sunt credita quibus demonstrari potuerunt, aut credita & occulta nequaquam ad alios peruenerunt, nec quisquam vel vnus homo, quanto minus tantus Christianorũ numerus in tot gentibus constitutus reus potest esse participati sceleris alieni: siue vel nulla eius vera documenta cognouerit, vel eum simulata innocentia falsis documentis

H quis refellerit. Si ergo vt dicere cõperam, in hoc quod tibi pro magno elegisti, vt quæ vos de traditoribus testimonia profertis vera sint, quæ autem proferuntur contra vos falsa sint, nihil valetis aduersus Ecclesiam catholicam toto terrarũ orbe diffusam, & aduersus prouidentiam dei, qua in Christianum nomen, vt tuis verbis vtar, totus quotidiè vertitur mũdus: quanto magis deficientes in accusationibus vestris, cum hanc ipsam traditionem cuius nomen velut horrentes qui hic schismata fecerunt, à Christi corpore separatos, se ipsos diabolo tradiderunt: multo probabilius sicut in illis literis dixi, & nunc dico, nos vobis obiiicimus, quos nomina & crimina traditorum dicere tantummodo audimus, nos autem & gesta ecclesiastica quibus de se ipsi cõfessi sunt, & gesta municipalia quibus hoc fecisse leguntur ostendimus.

Comparatiuum.

Ca. lxxvij.

Tu vero callidus examinador appensorq; verborum, doces nos quid valeat comparatiuus gradus, & tanquam victor exultas, quod nõ possum dicere, traditionem probabilius nos vobis obiiicimus, nisi vos nobis eam probabiliter obiiicere cõfiterer. Si enim vos, inquis, probabilius, nos ergo probabiliter. Et hoc doces, quia sic est probabilius, vt si dicas vere & verius: quia gradus iste quod antè positum est auget, non quod antè dictum est improbat. Adiungis alia verba quibus hoc euidentius intelligamus: ac dicis, Sic est bene & melius, male & peius, horribiliter & horribilius, sic esse ostendens probabiliter & probabilius. Vnde colligi putas, quia si ego probabilius quod falsum est obiiicio, superest vt vos probabiliter quod verum est obiiicisse cõfirmes. Hic ego nunquid dico quod in quaestione vel disputatione ecclesiastica nos artificiali grammatica docere conaris, quid valeat comparatiuus gradus, quia id quod antè positum est auget, non quod antè dictum est improbat? Video enim quàm hoc inepte tibi obiiicam quod tu videre noluisti, quãdo mihi anticategoriam velut ex arte rhetorica obiiicendam putasti: quod genus quaestionis vbi dicitur, non ego feci, sed tu fecisti, etiam in autoritate prophetica demonstram. Considera tamen diligentius, nõ forte inuenias in latine locutionis authoribus quibus grammaticorum artificialia seruiunt, non semper istum gradum quod antè positum est augere, sed aliquando contrarium superferri. Cuius locutionis exemplum interim mihi ex Apostoli epistola occurrit quæ scripta ad Hebræos

ἀρτιχρητισμική.

Comparatiuum nõ semper auget. Ca. lxxvij.

ex Apostoli epistola occurrit quæ scripta ad Hebræos

Cum enim loqueretur de benedictione terræ quæ accepta pluvia fructum reddit, deinde subiecit, Proferens autem spinas & tribulos, reprobam & maledictioni proxima est, cuius finis in exustionem. Quod ne illis quibus loquebatur optasse videretur, Confidimus autem, inquit, de vobis fratres charissimi, meliora, & hærentia salutem. Attendis certe quomodo hic dixerit, meliora: nõ quia bona erant vt illis deuitatis meliora eligerent & optarent, hoc est, bona tantis malis contraria. Sed forte Apostolum sic audiendum esse arbitraris, quem admodum de se ipse dicit, tanquam hominem & si imperitum sermone, sed non scientia, & ideo nõ verborum in eo, sed rerum atque sententiarum authoritatem putas esse sectandam, bona poni debuisse contendens, vbi posuit ipse meliora. Quod si & ego iam his literis assuefactus, & illas quas puer didici oblitus, sic dixi, obiiicis traditionem hanc: ipsi multo probabilius nos vobis obiiicimus: tãquam dicerem probabiliter comparatiuum propositiuo ponens, non quia vos probabiliter, sed magis quia improbabiliter, sicut ille meliora, non quia illæ erant bona, sed magis quia mala: tu quare tã temere concludis, ex hoc cõfirmasse me, vos probabiliter, quia dixi nos probabilius? Quamquam nec secundum grammaticos in verbo me errasse reprehenderes, si saltè verborum suorum auctores vel attendere, vel memoriter recollere voluisses. Pueriles enim habent literæ, sed non à puero imperito dictum,

Dij meliora piis, errorẽmque hostibus illum, Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Quomodo ergo meliora piis, quasi bona essent istis, ac non potius magna mala, qui discissos nudis laniabant dentibus artus: iam vides certe quia sicut iste piis potuit optare meliora, quamuis illa in quorum comparatione optabat non essent bona, sic & ego potui dicere, traditionem probabilius vobis obiiicimus, quamuis eam vos nobis non probabiliter obiiiceretis. Omitram quia & probabile quando dicitur, non consequenter est verum, cum ea dicuntur quæ fieri possunt ac solent, & ideo probantur: hoc est, approbantur & creduntur, etiam si facta non sint: quod autem verum est, cum ostenditur, necessario probabile est, & illo vtique probabilius. Recole libros vbi verba didicisti, quamuis te non fallam, profecto reperies: vnde si vestros probabiliter nostris traditionem obieicisse contenderem, non ideo verum obieicisse contenderem, & recte nos dicerem probabilius hanc obiiicere, quando quidem à vobis nominari tãtum traditores solemus audire, nullis autẽ gestis vel ecclesiasticis vel publicis fecitari demonstrarique confessos: à nobis autem proferri & gesta publica vbi vestri tradiderunt, & ecclesiastica, vbi confessi deo iudici derelicti sunt. Sed non omitto tam manifestum adiutoriũ tuum, quo nobis etiam ne-

sciens plurimum faues, docendo regulas comparatiui gradus, quia id quod antè positum est auget, non quod antè dictum est improbat. Secundum enim hanc regulam tuam, secundum quædam verba tua in epistola tua, sine vlla difficultate obtinuimus causam nostram. Tu enim dixisti in primis partibus literarum tuarum, velut nostram pertinaciam criminando, tot documenta legalia, quod melius & verius nobis est persuadere non posse. Vbi ego concludo secundum artificialitatem, iam nos verum & bonum tenere, si quod verius & melius est, nobis persuaderi non potest. Cum ergo nos non rescindamus, vt secundum te loquar, verius & melius baptismum vestrum, quare vos rescinditis verum & bonum

A bonum nostrum? Item cum dixisses, hoc & nos volumus vt Christus sit origo & radix caputque Christiani: continuo subiecisti, Sed quærimus per quem hoc melius fiat: Quod dicendo vtique concessisti & per malum ministrum bene fieri, sed melius per bonum. Cum itaque nos non rescindimus baptismum, quem per vestrum tanquam per bonũ ministrum dari dicitis, quare vos rescinditis baptismum, quem per nostrum tanquam per malũ ministrum datum esse contenditis? Tu enim dixisti, quærimus per quẽ melius fiat. Et tua regula est, quia gradus iste quod antè positum est auget. Vnde si per vestrum, sicut putas, melius sit, ergo & per nostrũ bene sit. Ac per hoc quando per nos baptizatum rebaptizatis, id quod ex ista tua regula bene factum esse conceditis, sacrilega præsumptione rescinditis. Vereor ne nimis vrgeam verecundiã tuam, si ostendam quàm leuiter & scurriliter quædã etiam verba mea quæ tralate posui, frontem pro pudore, os pro sermone, tridẽs telum pro tripartita oratione, tricripitem bestiam pro errore tribus calumniis aduersus tot populorum innocentiam fauente, quasi vberilia pueris. Neq; enim me mouet quod Neptunium telum propter tridentem dicit Episcopum nõ decere, cum sit & piscatorum, ac per hoc apostolicum, quos suos Apostolos dominus piscatores hominum fecit. Nam & deum nostrum scriptores dicit & alas habere & sagittas, nec tamen Cupidinem colimus. Quinetiam me promissam in exordio lenitatẽ non seruasse reprehendis, eo quod Manichæorum facta mentione permotus dixerim, Sicut nõ potest quod dominus ait, Satanã Satanã excludere, ita nõ potest error Manichæorum Donatistarum errorem vertere: quasi Petilianum Satanã cõparauerim: ac non errorem, cuius eum cupio laqueis expediri. Bene, quod Apostolus nos aduersus tales calumnias communiuit eo ipso loco vbi nos mites patientes & modestos esse admonet, quando aliquem dissentientem corripimus. Cum enim dixisset: Seruum autem domini litigare nõ oportet, sed esse mitem ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes: continuo subiunxit, Ne forte det illis deus poenitentiam ad agnoscendam veritatem, & respiscat de diaboli laqueis captiuati ab ipso secundũ ipsius voluntatẽ. Ecce Apostolica mansuetudo, cum quibus placide, patienter modesteq; agi præcepit, eos ipsos dicit à diabolo captiuatos, nec tamẽ quam commẽdabat amittit lenitatẽ, quia eam quã debebat, tacere noluit veritatem. Sed ipse videtur cuius partes agas, qui mea verba velut conuictosa & seuã criminãdo, eos quos ad disputandum cõuenire nõ vis, ad litigandum niteris excitare. Nolo enim dicere, quia & te litigare delectat. Parcius quippe ac verecundus, sed quasi ex obliquo mihi obiiicis quæ ad me omnino nõ pertinent. Quid enim iudicem de Manichæorũ pestilentissima & Christianis omnibus anathemãdam vitare, si tantum dicere solerem, ac nõ etiam conscriptis libris multis multiplicibusque testarer, ne sic quidẽ esset aduersus me vllus calumniæ vestræ locus. Neq; enim me catholica falsõ à vobis argui miraretur, à quibus totus Christianus orbis cũ tot Ecclesiis etiam illis primis Apostolico labore propagatis, falsis criminibus accusatur. Cum vero cõtra Manichæos qui me adolescentulum aliquando deceperant, mea tãta scripta qui voluerit legere possit, non vique adeo desipit vt de me credat potius vestris verbis, quã oculis & sensibus suis.

Sed epistolam, inquis, principis vestri qua nescio

quid de te scripsit cum te ordinari nollet, tenent non pauci nostrorum. Illam vero minime curarem, nec si eius à quo scripta dicitur, non perspicua pro nobis sententia legeretur, illam calumniam falsitatẽque condemnans: quanto minus eam curat catholica Ecclesia, cuius causam contra vos agimus, cui tot diuinis testimoniis præfidenti, nulla humana de quoquam homine testimonia seu vera seu falsa, qua gaudet auferunt veritatem. Desine talibus, vnus homo sum, Ecclesiæ inter nos agitur causa, non mea. Ecclesiæ, in quã, quẽ in nullo homine spem ponere à suo didicit redemptore. Quamquam nec de me ipso vobis, etiam si meam cõuersationem nossetis, recte crederetur inimicis mihi. Ad existimationem hominum magna testium qui me nouerunt suppetit copia, ad dei vero conspectũ sola conscientia, quam contra vestras criminationes cum intrepidam geram, non me tamen sub oculis omnipotentis iustificare audeo, magisq; ab illo effluentem misericordiã largitatem, quàm iudicij summum examen expecto, cogitans quod scriptum est, Cum rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castũ se habere cor aut quis E

gloriabitur mundum se esse à peccato? Sed quid autem rem cuius inter nos vertitur quaestio, qualis ipse sim, cũ in arca dominica sim stipula, si malus: granum, si bonus: vos tamen si grana essetis, paleam cõmixtam, sicut admonet etiam ipse Cyprianus, ante tempus vtilitatis non refugeretis. Proinde nos si quem reperimus in vobis notum hominem malum, recte vobis obiiicimus: Ibi enim tota defensio vestra consistit, quia propterea vos separatis, ne aliorum peccatorum cõtatione periretis: vnde nouũ genus aræ vos fecisse gloriãmini, aut quæ solum triticum habeat, aut in qua solum triticum appareat, cui non sit necessarius vtilitator, sed persecutor. Nam & Parmenianus vester præclaram vestram munditiam velut immunditiẽ nostrã à contrario cõparans, ausus est interponere sententiam Prophetæ Hieremias vbi ait, Quid palea cum tritico? Quod ille dixit, vt ipsa iudicat lectio, aduersus eos qui diuinis oraculis sua somnia cõquabant. Arrogantia tamen vestra & horrenda superbia Parmeniani literis declaratur, vbi vos contra scripturas diuinas, & contra monita Cypriani ante vltimam ventilationem quã mundum expectat, tanquam purgatum à palea triticum prædicauit. Quid ergo dignius aduersus hanc fallacissimã elationem, quàm causa Maximinianensium vobis potuit procurari? Quodcunque in nos dicere tanquam in traditores soletis, in Maximinianenses quos recepistis damnatos, quando damnati sunt, grauiora dixistis. De imperatoribus nobis tanquam persecutoribus facitis inuidiam, vos apud iudices quos ipsi imperatores miserũt, Maximinianensibus persecutionem fecistis, baptismum ecclesiæ dari extra ecclesiã non posse cõtenditis, vos baptismũ quem in crimine schismatis Maximinianenses dederunt, in receptis eis quibus dederunt non rescinditis. Si hæc pro pace vnitatis fieri debuerunt, vnde nos accusatis nisi vos ipsos damnaueritis? Nolo te per multa distendas, nam & ego possem breuiter ea quæ contra te dicta sunt in memoriam reuocare: sed hic solum cogito Maximinianensium causam tibi ante oculos ponere, si de hac nobis respondere poteris, aggredere cætera: si autem nõ potueris, melius quiescas, quam calces aduersus stimulum iacias.

Epilogus. Ca. lxxvij.

Libri Tertij finis,

G **DIVI AVRELII**
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi contra Cresconium Grammaticum Liber Quartus.

Cap. I.



Vāuis iam tribus nec paruis voluminibus epistola tua Cresconi diligēter satisque respōderim, qua Petilianus literas contra mea scripta quibus refellebatur defendendas putasti, tamē etiā hoc breviori opere institui de sola causa Maximinianensium tecum agere, & ex hac vna ostendere, omnia quae in illa epistola posuisti, quam frustra, quam inaniter dixeris. Neque enim contemnendum est beneficium dei quod ad nostrae dispensationis compendium, & ad vestrae correctionis si sapiatis adiutorium praestare dignatus est, qui nescientibus vobis, neque id agentibus nobis, ita vestrorum Episcoporum mentibus dominatus est, ut qui orbem Christianum per communionem sacramentorum maculatum peccatis criminabantur alienis, quanuis etiam ipsis falsis & non probatis, in Maximiniani causa cogere fieri eorum quos damnauerunt peccatis non fuisse maculatos in vna sacramentorum communione constitutos eos quibus tantam innocentibus ad reuertendum dilationem dederunt, etsi non ordinatoribus Maximiniani, tamen in eius parte constitutis damnatoribus Primiani, & qui baptismum Christi nobilem agnoscere, nec in eis ecclesiis datum quas Apostolorum labor propagauit atque fundauit, contententes extra vnam ecclesiam baptismum dari non posse, nosque culpantes quod per eos datum baptismum non rescinderemus, quos esse in vera Ecclesia negaremus, susceperunt in Maximiniani sacrilego schismate baptizatos, & in eis baptismum rescindere non auderent, & qui de legibus Christianorum imperatorum, quibus eorum perueritas corrigenda praecipitur, nos tanquam crimine persecutionis accusant, adirent iudices ab ipsis imperatoribus missos, & Maximinianum ac socios eius apud eos grauius accusarent, & consilium quo eos damnauerunt, gestis proconsularibus allegaret, ac iussiones quibus illis sedibus pellerentur, efficacissimas impetrarent. His omnibus a se gestis, adhuc nebulas imperitis conantur offundere: non solum scripturis sanctis & priorum rerum gestarum quando se ab vnitatem separauerunt multis certisque documentis, verum etiam recentissimis suis factis & exemplis euidentissime superati.

Cap. II.

Hinc ergo tantum agam, hinc ad omnes epistolae tuae partes, quantum dominus me adiuuat, sine vlla difficultate, immo cum magna facilitate respondeam. Ac primo illud quod tibi ipse contrarius eloquentiam vituperare voluisti, tantumquam esset veritatis inimica & patrona potius falsitatis, ut eo modo me quasi eloquentem cauendum atque fugiendum ostenderes imperitis, si reuera tanta esset eloquentia mea quantam mihi, quanuis accusatorie tribus, nonne recitato decreto concilii Bagaiensis, quo sicut ibi scriptum est, Maximinianum fidei amulum, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit, laudare eloquentiam cogeres? Porro si mihi materis illa proponeretur quando possem dicere, licet viperei feminis noxios partem venenati veteri alveus diu texerit, & concepti sceleris vda coagula in aspidum membra tarde se calore vaporauerint, tamen conceptum virus euanescentum umbraculo occultari non potuit, tametsi sero publicum facinus & parricidium suum, foeta scelerum vota pepererunt. Quando in haec verba exquirēda coarctarer, quando in exprimēda prouoluerer, quando tanto impetu, tanto sonitu in odium noxiarum lectoris vel auditoris animum concitarem? Nū ideo haec in quos dicta sunt, minus veraciter dicta sunt? Nū hac eloquentia tanti concilii fides minuitur, vel labefactatur auctoritas? Nepe illud quo visum est eloquentius eo potissimum electum est, quod omnes esse suum vellent, quo vno trecentorum & decem ora tacentia personarent. Ecce eloquentia quam vituperasti, quam velut seditiosam, & Graeco etiam nomine malitiose artificiosam detestandam vitandamq; monuisti, tantum permulsi tot Episcopos tuos, ut in plenario concilio suo nollet suam quisque proferre sententiam, sed vnam quam ab vno dici disertius ornatiusque potuit, eam cuncti faceret suam. Licet igitur nobis sine inuidia non usquequaque impolite contra errores hominum disputare, si licuit tot ac tantis Episcopis vestris ipsos homines tam diserte ornateque damnare. Illud etiam quod studium pro veritate certandi, quia sepe volumus cum vestris conferre, ut errore sublato, fraternam charitatis pacis vinculo necteretur, contentiois & animositatis vitioso nomine reprehendis: nonne melius, obsecro te, causa veritatis & unitatis pacificis verbis & capacioribus locis inter Episcopos ageretur, quam in foro ab Episcopis aduocatos litigaretur? Quid a partibus Primiani Carthaginensis Episcopi vestri aduersus Maximinianum & aduersus eos qui cum illo Bagaiensi concilio damnati sunt apud legatum Carthaginis, vel apud quatuor vel amplius proconsules factum est, certe in collatione disputationis hoc cauendum est ne prorumpatur in litem, & caueri a modestis ac mitibus & potest & solet. Cum vero aduocatis vtrinque luctantibus in foro controuersia vertitur, iam proculdubio litigatur. Neque hoc in vestris reprehendo, si ad hoc non amore litigandi, sed consulendi necessitate compulsi sunt: veruntamen admotheo te bono ingenio praeditum virum, ut aduertas, ut sentias, ut intelligas eos qui forensium strepitum & iudicialia iurgia, quibus accusatos conuincerent, & expellerent quos in concilio iam damnauerant, non declinauerunt, sed susceperunt & exercuerunt, multo nobiscum facilius pacifice commiserunt excusatione, quam disputatione finire. Iam vero quod antequam venias ad sermonem meum quo reprehendi Petilianum, a me interim quaris a quo te baptizari conueniat, vtrum ab eo potius quem & ego baptismum habere confirmo, an ab eo quem tuus hoc non habere contendit. Haec etiam quaestio per Maximiniani causam de vana imperitorum loquacitate sublata est, quantum quidem ad nos attinet. Nam apud Maximinianenses adhuc manet. vestri enim damnato propter sacrilegium schismatis Maximiniano, quem diaconum suum Primianus damnauerat, & per quem conspirantibus aduersum se plurimos collegis damnatus fuerat, continuo cum eo duodecim ordinaros eiusdem Maximiniani eadem sententia damnauerunt. Ex quibus duos Praxetatum Assuritanum & Felicianum cum eos in iudicio proconsulari accusassent, cum Bagaiensi concilio damnatos allegata per aduocatos eadem sententia demonstrassent, cum iubente proconsule locis quos tenebant pellere conati minime valuissent, sic postea susceperunt, ut cum eis in honoribus eorum integris communicarent: & simul in

Supra li. 3. ca. 19. & 53

pacem

te baptizauerant nullum rebaptizaret. Extat decretum Bagaiensis concilii apud proconsulem aduocatum prosequente Nummasio, cum ageret ut Primiani communioni Membresitana Ecclesia traderetur expulso Salmio qui eam tenebat antiquitus, vbi episcopatum meruerat in parte Donati. Sed pellendus propterea petebatur, quia eum damnatum Bagaiensi concilio recitabat inter duodecim Maximiniani ordinaros, quos idem Nummasius in numero errans vndecim dicit. Hanc Nummasij postulationem recitauit postea Titianus expressim ac nominatim agens apud eundem proconsulem aduersus Praxetatum & Felicianum, cuius aduocati verba ista sunt. Sed suis, inquit, institutis iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cum semel praecipitata corruerit. Idem namque Maximinianus ceptam nutrit audaciam, & alios sibi met consociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam qui primo recta sectatus, deprauationis huius examinatione fuscatur in Musticana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes consecratos, Ecclesiam venerandam quasi quadam obsidione credidit retinendam. Hunc Praxetatus etiam in Assuritanis partibus imitator. Sed cum aequitatis tuae innotesceret potestati consortium sacerdotum, iussisti ut gesta restantur, exploso omni contradictionis affectu sacratissimis sacerdotibus a prophanis mentibus vindicatas oportere restitui. Deinde paulopost ut idem aduocatus ostendat, quid iustum sit recitat, Nummasij postulationem quam supra memoravi, in qua proconsule Nummasio cum exisset lege episcopali iudicium illud Bagaiense recitatum est, in quo Maximinianus damnatur his verbis, Maximinianum fidei amulum, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit: & quod adhuc eundem dehiscens terra non forbuit, ad maius supplicium superis reseruauit. Raptus enim penam suam compendio lucrauerat funeris, vstus nunc grauioribus colligit fenoris, cum mortuus interit viuis. Deinde in illos duodecim ordinaros eius ita profertur Bagaitana sententia, Nec solum hunc, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Contritio & calamitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Nollemus quidem tanquam e proprii corporis iunctura praecidi, sed quoniam tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscessione solaminis quam in remissione medicaminis, inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, ut compendio dolore natum decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos, Victorianum Carcabianensem, Marcianum Sullestinum, Beianum Beianensem, Salmium Auaphensem, Theodorum Vfulensem, Donatum Sabratensem, Migginum Belephtarientem, Praxetatum Assuritanum, Salmium Membresitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Musticanum, & Martialem Pertusensem, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta faeculentia glutinarunt. Sed & clericos aliquando Ecclesiae Carthaginis, qui dum facinori intererant, illicito incestui lenocinium praebuerunt, dei praesidentis arbitrio vniuersalis concilii ore veridico dam-

atos esse cognoscite. Post istorum damnationem in quibus leguntur Praxetatus Assuritanus & Felicianus Musticanus, cum quibus ut ante dixi, proconsulares aduersus eos impetratae iussiones concordauerunt, ceteris in eodem Maximiniani schismate constitutis, Primiani etiam damnatoribus tantum quia non interfuerant Maximiniani ordinationi, dilationem dederunt in eodem Bagaiensi concilio certo diei termino definitam, quae continetur his verbis, Eos autem, inquit, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria, hoc est, qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Quantum enim de reorum morte purgamur, tanto de innocentium reditu gratulamur, ac ne angustum redeuntibus tempus spem salutis arctatae diei pressura subducat, agnoscentibus quibus licet longē manentibus praecedentibus statutis vniuersis usque ad diem octauum calendarum Ianuarij proxime futurarum agnitionis pandimus ianuam, ut integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta, quam si quisquam ingredi nequiverit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post praestitutum diem redeuntibus fixa poenitentia.

Ex his igitur omnibus quoniam rediisse aliquos ad communionem vestram nec vos negatis, & in tam recenti memoria adhuc etiam viuentibus hominibus de quibus celeberrima & clara notitia est, cum & illi quibus dilatio data est, quandoquidem sicut verba concilii eiusdem satis indicant, dum eos ad matrem Ecclesiam redire inuitant, & eorum tanquam de innocentium reditu gratulantur, & illi quos cum Maximiniano nulla interposita dilatione damnauerunt, extra vestra Ecclesiam toto illo tempore baptizauerunt, siue usque ad diem dilationis quando cum Maximiniano communicabant, & in eius erant schismate constituti, siue etiam transacto dilationis die, quando Titianus aduocatus nominatim Praxetatum & Felicianum pelli de Basilicis postulabat, cum quibus in honore integro Primianus postea concordauit, quomodo audetis iam dicere vnum baptismum, nisi in vna Ecclesia dari non posse, cum ab istis datum in sacrilego schismate baptismum sine vlla controuersia cognoueritis, susceperitis, rescindere non ausi fueritis? Nec iam potestis dicere nihil vos praestitisse illis quos in eodem baptismo suscepistis. Si ergo quae quae quid praestiteritis, proculdubio respōdebitis, ne ipso sacrilegio schismatis perirent, ne baptismum Christi non ad praemium sed ad iudicium, non ad salutem sed ad perniciem, sicut est militiae character in desertoribus, haberent: praestitimus pacem, praestitimus unitatem, praestitimus Ecclesiae societatem, ut eum per quem charitas diffunditur in cordibus nostris, spiritum sanctum accipere mererentur, sine quo nemo peruenit ad regnum caelorum, etiam si sacramentis omnibus legitimis imbuetur. Haec responderetis veraciter si veram Ecclesiam teneretis. Veruntamen ad admonitionem vestram sufficit, ut hoc vos accepturos intelligatis in vera Ecclesia, quod eos quos in Maximiniani sacrilego baptismo baptizauerunt qui cum eis ad vos inde redierunt, in vestra communione accepisse credidistis, atque ita vos etiam ad baptismum Christi esse puniendos, si unitatem catholicae Ecclesiae non tenueritis, sicut in Maximiniani schismate baptizatos proculdubio puniendos non dubitaretis, si vestrae communioni non copularentur, in quibus ad vos inde venientibus non rescindendum

Cap. 19.

Roma. 5.

G baptismū iudicatis. Vides itaq; etiam hoc quod te mouebat de baptismi sacramēto in causa Maximinianensium, iam solutum. Iam nunc illa videamus quibus epistolam meam te refellere credidisti. Ac primū quod interrogas, quare vestros Donatistas appellem, adiungens quod Donatus non author & institutor Ecclesiæ quæ ante non fuerat, sed à Christo deducta, & antiquæ vnus ex Episcopis fuerit: nonne attendis hoc de seipso & Maximinianum dicere, ex cuius tamē nomine vniuersam eius communionem appellatis? Neque schisma quod fecit, vilo vocabulo à vobis vel ab aliis sectis discernitis, nisi aut Maximinianistas aut Maximinianenses, aut quodlibet aliud quod à Maximiniani nomine deriuetur, aut certe simplicius & sine timore grammaticarum ferularum partē Maximiniani nominetis, nunquid hoc diciturus es Maximinianū à vestra cōmunionē schisma fecisse, hoc autem à cōmunionē catholica non fecisse Donatum? Sed Maximinianus non hoc dicit, qui Primianum potius & vos omnes affirmat à parte Donati in qua ipse permansit, schisma fecisse, & recitat decreta conciliorum. Primum quod apud Carthaginem à quadraginta & tribus factum est, quo prædamnatum est Primianus. Alterū quod Cabarsusi centum vel amplius vestri tunc Episcopi cōcluserunt, quo perfecte pleniusque damnatus est. Cui talia documenta proferenti, quid respondebis, nisi maioris auctoritatis esse Bagaiense concilium, in quo. 310. eūdem Maximinianum & eius socios damnauerunt, quando Primianus non apud eos tanquam purgāndus dicebat causam, sed cum eis tanquam iudex innocentissimus considerabat, proferebat sententiam contra Maximinianum & duodecim socios eius, quibus presentibus ordinatus est, & data dilatione tanquam innocentes ad pacem propriam reuocabat tot ceteros à quibus ipse damnatus est. In hac vestra confictione quid vultis vt nos mediū iudicemus, quandoquidem nec Maximiniani nec vestra cōmunionē detinemur? Quid, inquam, hinc vultis iudicemus, nisi cōtra duo concilia quibus damnatus est Primianus, vnum Bagaiense posterius pro illo valere debere quo damnatus est Maximinianus, eo videlicet firmitus id esse arbitantes, quo posterius potuit de prioribus iudicare. Ecce in hoc fauimus vobis, Aliena nobis est cū Maximinianensibus causa, si ausi fuerint succedere. Fauemus, inquam, iudicio tertio Bagaiensi, quod factū est pro Primiano contra Maximinianum eiusque collegas, quo posteriore merito potuerunt priora deleri, quanquam à duobus prioribus iudiciis ad tertium nullam Primiani vocem prouocationis vel legimus vel audimus, nisi quod abiens primo prædamnatus secundoque damnatus est. Sed etiam in Maximinianum & socios eius absentes prolata est disertissima illa Bagaitana sententia: & hoc illi quadraginta & tres apud Carthaginē modestius, cautius, diligentiusque se gessisse testati sunt, quod ad eundem Primianum non semel, sed iterum ac tertio legatos miserunt, vt si ad eos ipse venire noller, ipsos ad se venire permitteret. Quo vtrunque recusante sicut scribunt, & eos qui missi sunt, iniuriosa repulsione tractate, necessitate incubuisse asserunt, vt iam Ecclesiæ prouiderent: & sic nondum audentes vltimum præcipitare iudicium, sed quodam præiudicio consulentes ei, vt si causæ fideret, sequenti celebriori concilio respondendi seq; purgandi relinqueretur locus. Quo cum venire nolisset, iam necessario putauerunt esse damnandum sine vlla suspensione sententiæ. At vero in decre-

to Bagaiensis concilij, non solum legatos vltimos à Maximiniano male tractatos non legimus, sed nec missos legimus vt veniret, videmus tamen leuatum altare cōtra altare, & ordinatum Episcopum contra eum Episcopum, qui in cathedra vbi fuerat ordinatus ita sedebat, vt à cōuentu sui populi nō defereretur, nec à ceteris pluribus Episcopis cōmunionē eius dirimeretur, tantam commouisse indignationem sacrilego schismate perpetrato, vt nec ipse Maximiniani nec ordinatorum eius iam esset vltimū differenda damnatio. Hæc cum ita sint: non vos tamen pro Cæciliano talia permouent, contra quem manentem & populo præsentem, erecto altari contra altare, ordinatus est Maiorinus. Contra quem non à vobis duo, sicut contra Primianum à Maximinianensibus, sed vnum profertur iudicium horrendæ temeritatis festinatione acceleratum. Qui non sicut Primianus noluit ad se venire collegas, sed inuitavit potius vt veniret: quod nec ipsi in sui concilij decreto quod contra eum condiderunt, tacere potuerunt, pro quo nō vnum sicut pro Primiano, sed quatuor posteriora iudicia recitantur. Eius non absentes sicut Primiani, sed presentes sunt aduersarij confutati, apud eos iudices, in quos iudicatos cōsenserunt apud ipsum etiam Imperatorem Constantinum, apud quem primum Cæcilianum accusauerunt, apud quem postea de iudiciis Episcopis à quibus ille ipsam causam voluit audiri, tanquam nō recte iudicantibus questi sunt, ad quem rursus alterum Episcopale iudicium prouocauerunt, vt ipso etiam post vnum & alterum Episcopale iudicium inter partes cognoscente superaretur, quorum non defuit etiam quarta conuictio. Nam cum in Cæciliano propriis criminibus calumniatores inuenti fuissent, & ei Aptugneses ordinatorum eius de traditione quaestionem intulissent, Felix etiam ipse purgatus est proconsulari iudicio, eodem ipso Constantino, vt causa eius discuteretur iubente, quem illi assiduis interpellationibus fatigabant. Hæc Maximinianenses aduersus Primianum non exercuerunt mala, nec toties victi sunt, nec presentes victi sunt, nec apud eos quos ipse legerunt iudices victi sunt: & tamen quod manifestum est, in ipsa vestra cōmunionē schisma fecerunt, & hoc vestros à catholica cōmunionē fecisse non vultis aduertere, qua impudentia vanissimæ animositatis, profusus ignoro. Si enim omnia quæ dicitis de Cæciliano & Felice ordinatore ei?, ideo vera esse vultis, quia septuaginta ferme Episcopi de hac re iudicauerunt, cur non vultis vera esse quæ dicuntur de Primiano, cum & inde primo quadraginta tres, postea centum Episcopi iudicauerint, & prius præiudicium posteriori iudicio confirmauerint? Si autem propterea illa crimina Primiani falsa esse censetis, quia pro illo posterius contra inimicos eius Bagaiense concilium recitatur, cur non vultis crimina quæ obiecta sunt Cæciliano falsissima confiteri, pro quo posteriora tot iudicia recitantur? Si Cæcilianum cōtra quem semel fuerat ab illis septuaginta iudicatum, non debuit iam locum purgationis ab aliis iudicibus inuenire, nec Primianus debuit, quem tanto plures iam quàm septuaginta prima confirmantes, secunda cognitione damnauerant. Si autem bis damnato, tertium quod iam pro illo factum est iudicium sufficientissime suffragatur: cur semel damnato non sufficere ad absolutionem secundum, tertium, quartum, quintumque iudicium, nescio qua fronte ferrea contenditis? Quod si vos forte numerus mouet, vt ideo contra centum à quibus damnatus est Primianus, va-

A Iere arbitremini Bagaiense concilium, quia in eo trecenti & decem fuerunt: cur in maiori numero Episcoporum orbi terrarum consentire non vultis? Quod autem obicitis Cæciliano peccatum illud inexpiabile in spiritu sanctum, de quo dominus ait: Non remittetur neque hic neque in futuro seculo: & nos possemus dicere Feliciano Musticano, quem hodie cum Primiano habetis Episcopum vnum ex ordinatoribus Maximiniani, damnatoribusque ipsius Primiani, quos etiam in sacrilego schismate baptizatos nō rebaptizatis, peccatum vos obiecit quod sit in spiritum sanctum, cui sacrilegum schisma obicitis, sicut in Bagaiensis concilij sententia declamatum est. Sicut enim eos ideo putatis illo irremissibili reatu peccasse in spiritum sanctum quos accusatis diuinas scripturas exurendas persecutoribus tradidisse, quod easdem scripturas spiritu sancto acti locuti sunt homines dei: ita etiam nos non solum vestris potius traditoribus quos gesta conuincunt, hoc enim possemus obicere, sed & Feliciano, vt dixi, hoc vos obiecit in crimine sacrilegi schismatis docemus, quia in spiritu sancto seruatur vnitas dilectionis & pacis, dicente Apostolo: Sustinentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quam profecto violat qui schisma committit. Sed hunc reatum insolubilis æternique peccati quod in spiritu sancto committitur: nec vobis obicimus quos correctos cum viuatis sanari posse non desperamus: nec vestris qui sanctos codices cremandos ignibus tradiderunt, nisi quod vsque in finem vite huius ab vnitate disuncti, cor impoenitens habuerunt. Nec Feliciano & Prætextato hoc vos obiecit ostenditis, cum quibus postea communicastis, qui in catena sacrilegi cum Maximiniano ad confortium criminis tracti, plenarij concilij vestri ore veridico leguntur esse damnati: & post diem dilationis non quidem illis iam damnatis, sed illis tanquam innocentibus prouocatum, probantur esse suscepti.

Quod autem non tibi placet deriuatio nominis, vt à Donato Donatista appellentur, & censetis Latinæ regula locutionis potius declinandum, non aspernor admonitionem tuam, veruntamen quære grammaticos iudices, apud quos cum Maximinianensibus de arte configas, eosque conuincas. iam enim nec ipsos volo Maximinianistas vocare, ne offendam tam eruditæ aures tuas, qui certe, quantum existimo, non vt ego, tibi facile cessuri, vt Claudianenses, vel quid aliud appellent quos Claudianistas appellauerunt, cum eos Primiano in communionem recepto, inter alia quibus eum & prædamnauerunt & damnauerunt crimina posuerunt. Et simul recognosce hanc declinationis regulam non mihi soli sicut reprehendis placuisse: sed fortasse me solum tibi in hac re quæ ad causam non pertinet, tanta facilitate cessisse. Quod vero me putasti vehementius arguendum, quod cum dixerim, Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorem, hæresim appellans, quod tu schisma potius vis putari: eos tamē à sacrilegio non expiatos in communionem recipiamus, tu qui nos in hac causa tam grauiter arguis, responde quomodo expiauerunt vestri sacrilegium Feliciani & Prætextati, cum quibus postea communicauerunt Episcopi, eos sibi sicut antefuerant copulantes atque reddentes, nec quemquam eorum quos illi in sacrilegio schismatis baptizauerant, denuo baptizantes. An forte non erant sacrilegio maculati, sicut quidam vestrum desipiunt dicentes, non eos in deum, sed in

hominem peccauisse: Sacrilegium vero tanto est grauius peccatum, quanto committi non potest nisi in deum: vnde me disputatione tuâ non ob aliud vrgendum arbitratus es, quod sic suscipiamus eos qui à vobis ad nos transeunt, nisi quia vestrum dixi sacrilegum errorem. Lege ergo Bagaiense concilium. Nempe ista illic prima verba sunt: Cum omnipotentis dei & Christi eius Saluatoris nostri voluntate ex vniuersis prouinciis Africa venientes in Ecclesia sancta Bagaiensi concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Ianuarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Rufinus, Fortunus, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & ceteri numero 310. placuit spiritui sancto qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schismata reserare sacrilega. Audis, aduertis, attendis? Schismata, inquit, reserare sacrilega. Ergo non in hominem, sed in deum scelerata perversitate in eo schismate solus Maximinianus sacrilegij crimine tenebatur, cum ista sententia diceretur. Lege paulopost quid dicant de sociis eius, inter quos istorum nomina de quibus agitur scripta sunt. Nec solum hunc, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad confortium criminis plurimos catena sacrilegij.

Quid est, vir disertissime? quid habes quod dicas mihi? Lege sequentia, video inter plurimos quos trahit ad confortium criminis catena illius sacrilegij, Prætextatus & Felicianus legatos sacrilegos, video Episcopos. Quid agis si non probaueris expiatos? Nempe vrgeris cedere veritati, qua dicimus expiari vestros cum ad nos veniunt, ipso vinculo fraternæ pacis & charitatis cooperiri peccata eorum, sicut scriptum est, Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Quid de illis quos à vestra cōmunionē separati, & cum Maximiniano in sacrilegæ illius catenæ societate denuncti baptizauerant, quos cum eis in eodem baptismi in pacem atque concordiam suscepistis? Respondebis ne aliquid nisi eadem sacramenta recte vos approbasse in eis, quæ nos quoque approbamus in vobis? Magis enim tibi constabis si ista responderis, & verbis epistolæ tuæ non reluctaberis. In qua cum conareris ostendere, non hæresim inter nos & vos, sed schisma potius commissum esse, ipse dixisti nobis & vestris vnā esse religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Neque enim grauius quàm his verbis repetitionem baptismatis accutare potuisti, quando seducti à nobis rebaptizantur à vestris, in quibus eadem sacramenta esse & sentis & dicis & scribis. Quæ igitur sceleris impudentia non seruatur in eis, quos in sancta vnitate baptizat orbis Christianus, quod seruatum est in eis quos in sacrilego schismate baptizauerunt Prætextatus & Felicianus? Causam itaque nostram quam vobiscum habemus, vestro iam iudicio terminastis, cum eos qui à vobis damnatione percussi sunt, qui populos ne ad vos accederent instantissime mouerunt: qui post etiam baptizandum esse censuerunt, cum eis quos extra vestram communionem in sacrilegio schismatis constituti baptizauerunt, sine vlla degradatione, sine baptismi iteratione in altaris concordiam suscepistis, & nulla re ab illo scelere sacrilegij, nisi sancto igne charitatis expiatos esse credidistis. Quod vere fieret, si vos eandem charitatem in vera vnitate fidei teneretis.

Sed tamen videamus etiam de verbis epistolæ Petilianæ, quam contra me defendere voluisti, quomodo te exuas in hac causa Maximinianensium, de qua nunc sola statui agere aduersum literas tuas. Posuit cer-

Ge ille ista verba sua, Conscientia, ait, sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis. Cui ego, Quid si, inquam, lateat dantis conscientia, & forte maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Hanc tu inenitabilem quæstionem, quia in verbis Petilianum omnino non soluitur, tuis soluere aggressus es, & dixisti, non contra me, sed contra illum quem defendere voluisti. Ille quippe ait, Conscientia dantis attenditur, quæ abluat accipientis: tu vero factus, cuius latentem conscientiam videre non posse dicis, sic eam dixisti attendi, vt non videatur ipsa, sed quod de illa notum sit in publica fama. Vnde colligitur verum iam non esse, quod conscientia dantis abluat accipientis conscientiam, sed fama eius abluat secundum te, quæ vtique fallit intuentem cum de pessimo loquitur bona, de adultero casta, de sacrilego religiosa. Tunc enim abluat quando mentitur. Nam si de occulto scelerato fama verum loquatur, tunc non abluat, sed maculat eum qui ab illo acceperit baptismum. Ac per hoc fama ista quam patronam tam malæ causæ adhibere voluisti, vide qualis sit, quæ mendax abluat & verax poluit, vt scilicet mirifica tua disputatione, tunc apud te non sit aqua mendax, quando ipsa sit mendax.

Cap. XIII. Sed quid hinc opus est diutius loqui, cum Felicianus hodie sedeat inter Episcopos vestros, qui cum ab eis disunctus esset, & Maximiniano in catena sacrilegij cohereret, quoscunque baptizauit nemo post eum rebaptizauit? Quæro à Petiliano cuiusmodi habuerit tunc ille conscientiam? Ei lego decretum Bagaiensis concilij vbi scriptum est: Nec solum hunc sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Inter hos plurimos etiam Felicianus annumeratur, qui talibus labiis & tali ore baptizauit. Horum aliquem non respicisti, non rescidisti, non destruxisti. Et quia verbis euangelicis, in nomine patris & filij & spiritus sancti per qualemlibet linguam atque conscientiam consecrata est aqua, non mendacem, sed veracem agnouisti atque recepisti. A te autem quæro de isto Feliciano, cuius tam mala cum in catena sacrilegij baptizaret, fuerat conscientia, quid erat tunc in publica fama? Atque ipsum concilium identidem recitato, vbi scriptum est, Famosi ergo criminis reos Victorianum Carcabianensem, & inter ceteros quos repetere piget, Prætextatum Assuritanum, & Felicianum Musticanum, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta feculentia glutinarunt: paulo post plenarij concilij ore veridico damnatos esse cognoscite.

Cap. XIII. Quid ad ista respondes? Si non baptizatus à vestra communione separatus, lego baptizasse cum Maximiniano ad consortium criminis tractos. Si non baptizatus qui peccat in deum: lego baptizasse catena sacrilegij colligatos. Si conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: lego baptizasse moribus aspidum venenosos. Si conscientia dantis vt posset abluere, publica fama eius attenditur: lego baptizasse famosi criminis reos. Manet adhuc in corpore Felicianus, cum illo sunt omnes ab illo in sacrilegio schismatis baptizati, in communionem autem vestram recepti, nec ab illo rebaptizati. Contra Petilianum baptizauit sacrilega conscientia maculosus, contra te baptizauit famosi criminis reus. Qua ratione vos quæso defenditis, nisi vt quod & nos dicimus, vestris factis conuicti

aliquando dicatis, quod nec conscientia nec fama dantis abluat accipientis conscientiam, sed fides accipientis ipsius, dantis autem dei gratia, non hominis. Quod & si conscientia bonæ interrogatio in accipiente non fuerit, fidesque ipsa vel tota vel ex parte aliqua vacillauerit, mores hominum esse corrigendos, non sacramenta destruenda, quæ non alia vel similia, sed tu omnino eadem confiteris, sicut eorum quos Felicianus & Prætextatus in sacrilego schismate baptizauerunt, vitam & voluntatem corrigendam existimastis, ne in illo schismate sacrilego permanerent, nec violandum baptismum licet indignissimis per indignissimos ministratum. Frustra igitur ore maledico conscientiam nostram tanquam publicatam atque damnatam crimine thurificationis, traditionis, persecutionis accusare voluisti, vt ex hoc velut probares nos baptismum dare non posse, cum & falsa iactetis: & quomodocunque illud habeat, certe Maximinianensium sacrilegij crimine damnata conscientia dare potuit baptismum quæ rescindere timuistis, & quem dari etiam à persecutoribus posse per vos quoque ipsos docetur, qui eisdem Maximinianenses acerrime persecutos, non solum baptizatis, sed vos solos baptizare debere contenditis. **Cap. XIV.** Dicis in lege scriptum, Oleum peccatoris nolo vngat caput meum. Quod neque ita scriptum est, nec sicut putas intelligendum: sed nunquid non est oleum peccatoris, oleum sacrilegorum Prætextati & Feliciani? Dicis item scriptum esse: Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio eius? Quod nec diligenter attendis, nec ex ipsa circumstantia lectionis quid sit intelligis. Veruntamen intende quid sonet disertissima illa Bagaitana sententia. Optata quidem, inquit, pacis & concordia est iuncta germanitas, sicut scriptum est, Iustitia & pax oscularæ sunt inuicem: sed veridica vnda in asperos scopulos nonnullorum naufraga proiecta sunt membra, Aegyptiorum ad modum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora. Quibus in ipsa morte maior est pœna, quæ post extortâ aquis vetricibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturâ. Isti ergo non solum mortui, verum etiam quod est grauius, insepulti, quomodo baptizare potuerunt? quomodo profuit lauatio eis qui ab his mortuis baptizati sunt, quos in eodè lauacro susceptos denuo non lauisisti, sicut putas illud intelligendum esse.

Nam quod in epistola mea, cui respondere tibi videris, putas quod idoli cultorem tanquam grauisissimi peccati reum tantummodo exceperim: & in istas vehementer, vt probes nullum excipi peccatorem in eo quod scriptum esse dicis: Oleum peccatoris nolo vngat caput meum: Felicianum & Prætextatum respice, vtrum peccatores non fuerunt, quando sacrilegij catena cum Maximiniano pertrahi tam magno concilio dicebantur. Aude asserere, aude contendere, aude saltem dicere peccatores quidem fuisse, sed occultos: quos ibi lego famosi criminis reos: quanquam etiam leuiter peccauissent, & si latuissent, tu hoc testimonio quod ponis de oleo peccatoris, in ista suggestione extorquere conaris excipi peccatorem. Vbi eritis si ita est: quod fugietis? in quibus vos latebris cum vestris sacrilegis, cum vestris famosi criminis reis, cum vestris cadaueribus insepultis abscondere poteritis? Dicis cum obiicitur, qua nobis licetia ius baptismi vindicemus, non quod de meritis actum, non de vitæ innocentia tractemus, sed quod cuiusque licere dicam, & quasi praiudicatis criminibus rei, dum & peccatoribus inesse baptizandi facultatem volumus ostendere, nos aperte peccasse fateamur, quasi

A quasi propter merita nostra contra deum nobis loquendum sit, vt quam iusti sumus, tam iustum baptismum esse faciamus, cum & nulli hominum de sua iustitia presumendum sit: & hinc maxime baptismum Christi probemus esse, non hominum, quia non fit variis humanorum varietate meritorum. Vnde vberius disputarem nisi à vobis dato compendio magis vterer. Suscepto enim baptismum neque destructo quem Maximinianenses dederunt, aspides, viperæ, parricida, cadauera Aegyptia, & quicquid aliud in eos Bagaiensis concilij, vt vestra causa facillima fieret, ore grandiloquo declamatum est, satis & ipsi iudicatis, non eorum meritis à quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur consistere baptismum, sed propria sanctitate atque veritate propter eum à quo institutus est, male ventibus ad perniciem, bene ventibus ad salutem. Miror autem quomodo etiam tibi persuaderi potuit, vt in tua disputatione mentionem faceres Cypriani, cuius literis etiam ipsi quas eius esse dicitis, de baptismum destruendo qui apud hæreticos vel schismaticos datur, tota causa vestra habetur. Sed hoc aduersus Maximinianenses vel alios qui baptismum siue apud nos siue apud vos datum non suscipiunt, agere debemus: vos autem iam causam istam mira facilitate finistis, iam baptismum in sacrilego schismate Maximiniani datum cum Prætextato & Feliciano in eorum populis suscepistis, iam contra Cypriani quas dicitis literas, & quibuscunque aliis hoc visum est, sine vlla dubitatione fecistis. Nam quod dicis Orientales ideo à vestrorum communionem discretos, quia postea nobis consentiendo, iudicium suum quod habebat de baptismum rescindere maluerunt, si hoc ab aliquibus paucis Orientalibus factum est, quod quidem interest vtrum possit ostendi, profecto suum iudicium correxerunt, & vos suscepto baptismum, qui datus est in schismate Maximiniani antequam vestram sententiam rescidistis: tamen vobiscum estis, & cum Orientalibus esse non vultis.

Cap. XV. Sed videlicet inuenisse tibi videris vbi tuam eloquentiam dilatares, cum ad id quod ego in epistola mea posui, siue à fidei siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit, exclamas & dicis, O præclarum sacerdotis imperium, ô laudabilia boni patris præcepta iustitia. Nihil, inquit, inter fidelem perfidumque discernas, idem tibi pius atque impius videatur: Nihil produm est bonis moribus viuere, quia quicquid iusto licet, potest & iniustus implere. Quid hoc præcepto dici iniustus potest? purificet alium maculosus, abluat sordidus, emundet immundus, det infidelis fidem, criminofus faciat innocentem? Hæc certe verba tua sunt quibus sententiam meam reprehendis, cum hoc ego omnino non senserim neque scripserim, quoniam & inter fidelem perfidumque plurimum distat, non ad sacramentum, si hoc vterque habet, sed ad meritum, quia hoc alter ad salutem habet, alter ad pœnam. Nec quicquid iusto licet, potest & iniustus implere: quia & si potest iniustus baptizare, non tamen potest in regnum celorum iniustus intrare. Nec purificat vel abluat vel emundat, nec innocentem facit quenquam qui ei ministrat baptismum, sed dantis dei gratia, & percipientis bona conscientia. Sed tu aspice vtrum nihil inter Primianum Felicianumque distaret, cum Primianus inter trecentos decem sederet, à quibus illi dicebatur, quod venenum aspidum esset sub labiis eius, & veloces haberet pedes ad effundendum sanguinem, & contri-

bulatio & infelicitas in viis eius, & viam pacis non cognosceret, nec esset timor dei ante oculos eius: vtrum tunc non esset maculosus, immundus, sordidus, qui vas sordidum collecta feculentia glutinauit, non infidelis, venenum aspidum sub labiis habens, non criminofus, famosi criminis reus: & tamen & ipse cum Primiano nunc vester Episcopus sedet: quos tunc baptizauit, nusquam postea lotos vobiscum nunc habet.

Et adhuc pugnat aduersus veritatem, nec conceditis vt Christus semper det fidem, Christus sit origo Christiani, in Christo radicem Christianus figat, Christus Christiani sit caput. Quibus verbis meis in illa epistola contra Petilianum positus, tua verba subiungis & dicis, Hoc & nos suademus, hoc volumus, sed querimus per quem hoc melius fiat. Nec attendis hoc non suadere Petilianum, cui tunc respondi, & cuius epistolam aduersus responsum meam defendere atque affirmare conaris. Ille quippe dixit aperte, Conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis. Nam qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Dic mihi quem locum Christo reliquerit ad abluendum conscientiam baptizati, aut à quo fidem percipiat baptizatus, quando conscientiam dantis dicis attendi quæ abluat, & non fidem percipere, sed reatum qui fidem sumit à perfido? Tu quidem succumbere videris tanto ponderi veritatis: & dicis hoc te suadere, & hoc te velle vt Christus det fidem, adque in eundam vitam nouam Christus abluat Christianum: quæris autem, per quem melius fiat quod sine ministro fieri non oportet. Petilianus tamen non dixit, conscientia ministrantis attenditur, per quam Christus abluat accipientis, aut per quam Christus det fidem, sed ipsa conscientia dantis, inquit, accipientis abluat conscientiam. Nec dixit, quisquis fidem per Christum sumpserit, non fidem percipit, sed reatum, vt à Christo quantum per alium sumere videretur: sed omnino dixit, à perfido sumpserit. Atque ad hoc quasi probaret adiunxit, Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habeat aliquid, nihil est: ipsum scilicet ministrum cuius conscientiam dixit attendi, non per quem Christus abluat, sed quæ abluat accipientis, ipsum prorsus ministrum originem, radicem caputque faciens baptizati. Proinde hoc loco, non Petiliano, cuius verba non defendisti, sed tibi respondeo, qui pro tua sententia nescio quid aliud, non quod ille dixisti. Tu enim sicut scribis, hoc vis, hoc suades, vt non sicut dixit, conscientia sancte dantis attendatur, quæ abluat accipientem, vel accipienti det fidem, neque vt ipse sit origo & radix caputque credetis, sed per ipsum Christum abluat, per ipsum Christus det fidem, per ipsum Christus sit origo Christiani, per ipsum in Christo radicem Christianus figat, per ipsum Christus Christiani sit caput. Ideo enim queris, per quem melius fiat quod à Christo fieri concedis: vbi & tu quantum vides, non negas hoc fieri posse per ministrum malum, sed dicis melius posse si per bonum. Quid est enim aliud quod dicis, hoc & nos suademus, hoc volumus, sed querimus per quem melius fiat. Ac per hoc abluat Christus, & per maculosam non sancte dantis, sed melius per mundam sancte dantis conscientiam dat fidem Christus, & per ministrum malum, sed melius per bonum: sit Christus origo Christiani & per dispensatorem infidelem, sed melius per fidelem: Christianus radicem in Christo figit per colonum reprobum, sed melius per probum: potest Christus esse caput Christiani & per Felicianum,

G sed melius existimas per Primianum. Parua itaque inter nos in hac re, aut fortasse nulla dissensio est. Nam & ego dico, melius per bonum ministrum quam per malum dispensari sacramenta diuina, verum hoc propter ipsum ministrum melius est, vt eis rebus quas ministrat, vita & moribus congruat, non propter illum qui etiam si incurrit in ministrum malum dispensantem veritatem, securitatem accipit à domino suo monente ac dicente, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Adde etiam ad hoc esse melius, vt ille cui ministratur, ministri boni probitatem ac sanctitatem diligendo facilius imitetur, sed non ideo veriora & sanctiora sunt quæ ministrantur, quia per meliorem ministrantur. Illa namque per se ipsa vera & sancta sunt propter deum verum & sanctum cuius sunt: & ideo fieri potest vt accedens ad societatem populi dei, alium inueniat à quo facile baptizetur, alium eligat quem salubriter imitetur. Certus est enim sanctum esse sacramentum Christi, etiam si per minus sanctum vel non sanctum hominem ministratum est, se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri si indigne acceperit, si male vsus fuerit, si ei non conuenienter & congrue vixerit. Nam quæro abs te, Si forte quem Primianus in vestra communione baptizauit pessime viuat, quem vero Felicianus in Maximiniani schismate baptizauit, optime viuat, cuiusnam eorum patere existimas regnum dei, vtrum ei quem baptizauit secundum te bonus malum, an ei qui baptizauit secundum Bagaiense concilium sacrilegus religiosum? Sed forte dicis & verum dicis, Non potest esse religiosus in schismate constitutus. Assentio, veruntamen potest esse in vestra communione sacrilegus vel occultus à Primiano quem religiosum creditis, baptizatus. Porro si ille quem Felicianus in catena sacrilegij baptizauit, relicto schismatis sacrilegio ecclesiastica communione corrigeretur, nunquid audes dicere quòd melior in illo baptizatus fieret, quamuis negare non audeas ipsum hominem fieri potuisse meliorem? Hoc enim & in ipso facto iudicatis, quandoquidem illos omnes quos Felicianus & Prætextatus in damnato & detestato à vobis schismate sacrilegio baptizauerunt, cum illis ad vos redeuntibus sine vlla destructione vel repetitione baptismi suscepistis. Si autem quod dixisti, Sed quarimus per quem melius fiat, comparatiuum gradum pro positio posuisti, sic dicis, Quarimus per quem melius fiat: ac si diceres, quarimus per quem bene fiat, volens intelligi per malum ministrum male fieri: non te verbo vrgeo, sed admoneo potius te dicere debuisse, quarimus per quem fiat: quam, quarimus per quem bene fiat: quasi posset fieri vt non bene Christus det fidem, non bene sit Christus origo caputque Christiani, non bene radix figuratur in Christo. aut enim non fit, aut si fit, proculdubio bene fit. Veruntamen ista tractamus, ne propter malos dispensatores non tamen fuorum, sed dominicorum sacramentorum, quos necesse est vsque ad tempus ventilacionis areæ dominicæ commiseri, deseratur ipsa vnitas frumentorum. Schisma autem facere ab vnitate Christi, aut in schismate esse profecto malum est, & magnum malum, nec omnino fieri potest vt Christus det schismatico, non fidem, sed sacrilegum errorem, aut in Christo radicem schismatici fixerit, aut schismatico Christus sit origo & caput: & tamen baptismum Christi si dederit, datum erit: si acceperit, acceptum erit, non ad vitam æternam,

sed ad pœnam æternam, si in eo sacrilegio persenerit. K uerit, non in malum conuertendo bonum quod habet, sed malo suo bonum habendo quandiu malus habet. Quaris forte vt hoc probem? Quid aliud ti. Cap. XII. bi dicam, nisi quod hoc opere institui, Bagaiense decretum lege, Felicianum & Prætextatum intueri, schismatici dederunt, vterque à vobis recepti & collecti sunt, nec illi degradati, nec illi rebaptizati. Iam certe non quaris vtrum fiat melius per iustum ministrum an per iniustum, quoniam non ideo est baptismus melior quem dedit Primianus secundum vos iustus, quam ille quem dedit Felicianus iniustus. Certe iam intelligere cogis quomodo Apostolus dixerit, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Tèque frustra dixisse recolis, sicut qui plantat & rigat, non nisi colonus diligens & fidelis quaritur: sic etiam in sacramento baptismatis non nisi iustissimus operarius approbatur. Ecce nec diligens nec fidelis nec iustissimus, sed potius salutis suæ negligens & infidelis & iniustissimus Felicianus fuit, quando Maximiniano sociatus, & sicut trecenti & decem vestri vnus ore disertissime personant, in catena sacrilegij constitutus, baptismum quem non ausi est rescindere ministravit. Certe ad hanc causam cernis non pertinere testimonium quod ex Propheta posuisti, Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina. Felicianus enim nec secundum cor dei sacrilegus erat, nec oues eius in sacrilego schismate pascebat cum disciplina, & tamen baptizabat eos, in quibus receptis cognouistis, non ipsius, sed dei fuisse quod dabat. Certe perspicis quomodo à me de scriptura sancta commemoratum est, bonum esse confidere in domino quam confidere in hominem: tèque inaniter quantum ad hanc causam pertinet respondisse, quòd in eo magis vt iustus & fidelis sit per quem hoc sacramentum celebretur inquiras, quia spem & fiduciam dei, non hominis habes: dei esse autem fidem atque iustitiam, quam semper in eius ministris attendis. Ecce in Feliciano quando fuit famosi criminis reus, nec iustitia nec fides erat, & tamen baptismus erat, & quibus ab eo datus est, cum à vobis collecti sunt, eis accessisse iustitiam dicis, baptismum defuisse non dicis. Proinde quod deinceps à me quaris, Si à quocunque & quomodo docunque datum baptismum rescindi non debet, cur post Ioannem Apostoli baptizauerint, cur post Felicianum quos in sacrilego schismate baptizauerat, vestri non baptizauerint? Et hinc saltem discite quicquid illud est quod de Ioannis baptismo vel legitur vel dicitur, ab hac causa esse penitus alienum. Quid autem tibi visum sit nescio, vt Iudæos quibus ait Petrus, Baptizetur autem vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi, iam fuisse à Moysse diceret baptizatos, qui post tot generationes nati fuerunt, quam ille dei famulus maiores eorum per rubrum mare transiit. Aut si propterea Moysi baptismum habebant, quia ex illis propagati sunt, quos in Moysse baptizatos dicit Apostolus, aude dicere omnes qui nascuntur ex fidelibus Christianis, Christianum iam habere baptismum. Quod vides vt arbitror quanta vanitate dicatur. Sed quomodo se habeat illud etiam si post Moysen dei famulum Apostoli non baptizasset, te vrgerem reddere rationem, cur post Felicianum Maximinianensem sacrilegum vestri non baptizasset. Iam illud quod posui, Si errabant illi qui volebant

A volebant esse Pauli, quæ tadem spes eorum est, qui volebant esse Donati? Prioribus partibus epistolæ tuæ nõ te defendisse puto, quod etiam ipse consideras in his quæ superius satis diximus. Non ergo sicut tibi videris, & quasi certè exultas, illa omnia quæ à Petiliano vel quolibet alio dicta sunt, recte dicta concludis. Ipso quippe ordine quo à te breuiter illud recolendo, reminiscendo decursa sunt, ego potius in hac causa Maximinianensem, non ea recte dicta concludo, quia nec conscientia sancte dantis erat in Feliciano, quando Maximiniano cohærens catena sacrilegij trahabatur, & à tam famosi criminis reo, ac per hoc à manifesto perfido baptizabatur, qui ab illo baptizabatur: nec origo & radix & caput ad salutem illiserat homo sacrilegus: nec arbor bona erat in sacrilegi schismatis societate dānatus, & adhuc in eodem sacrilegio constitutus, nec bonus erat qui de bono thesauro cordis sui proferret bona, quādo de illo & de aliis eius sociis dicebatur, quorum os maledictione & amaritudine plenus est: & tamen quando cum illo vestri concordauerunt, baptismum quem talis dederat, non ipsius esse, fed Christi aliquando vi veritatis cognouerunt. Age iam, videamus suo loco in epistola, tu de Maximinianensiu causa quomodo te exuas. Omnes enim qui has literas legunt, expectant proculdubio vel quid hinc à te dictum sit, vbi dictum sit, vel à me quid resposum. Ideo de Optato Gildoniano quod obiectis meis resposdisti, nolo discutere, nolo in hominis causa de cuius à vestris damnatione nil ago, diutius immorari. Facio certe iacturam huius obiecti, & hoc fortasse apud posteros non illius fuerit obliterata memoria: nunc vero quandiu sunt homines qui vitam illius moresequerunt, parum me de illo dixisse quam falsum potius conquerentur. Neque enim sic legunt literas nostras, vt tu qui ex me queris, ille quem tanquam rapidum fluctum appellauerim, quid absorberit, cum illic habes Prætextatum & Felicianum. Nam verba mea illic sic se habent. Ita quidem, inquam, isti insultant schismaticis suis vt eos & mortuos & insepultos vocent, sed certe optare debuerunt vt sepelirentur, ne de multitudine iacentium in littore cadauerum insepulcorum, Gildonianus Optatus incedens cum agmine militari tanquam rapidus fluctus vltra profiliens, Felicianum & Prætextatum postea resorberet. Hæc verba mea cum ibi legeris, cur non omnia posuisti? Cur me veluti arguis, nõ dixisse quid rapidus fluctus ille sorberit, cum ibi scriptum videas, Felicianum & Prætextatum itrorsum postea resorberet? Quid enim aliud velut ad magnam defensionem suam respondere vestri solent, cum eis obiicitur Prætextati & Feliciani talis receptio dānatorum, nisi, Optatus hoc voluit, Optatus hoc fecit: Quod & ipse ciuitates Multicana & Assurita testatur, quæ se dicunt ex Optati comminatione Gildonianum militem formidantes coegisse Episcopos suos ad communionem redire Primiani. Verum tu quia hoc ab illo factum, impudenter negari posse vidisti, hoc à me scriptum negasti, magis fortassis existimas literas meas quàm illam rem posse nesciri. Sed licuerit Episcopis vestris nescio quo Donatiano vel Numidico priuilegio de suo ignorare collega quicquid tota Africa conclamabat, cum Afris ab Afris obiecta crimina nunquam probata, toties absoluta, orientalibus & occidentalibus terra finibus ignota esse non inuenit: valeat apud vos baptismus ab Optato datus, quem sic damnare noluit, vt tamen non fueris ausus absoluere, & non valeat datus baptismus in Ecclesiis apostolico labore fundatis, Corin-

thiorum, Galatarum, Ephesiorum, Colossensium, Philippensium, Thesalonicensium, ceterarumque in sanctis literis, quas & vos legistis, cõscriptarum, vbi Cæciliani non dico falsum illud crimen, sed forte nec verum nomen auditum est, habuerit conscientiam sancte dantis Optatus in illa vita, quam tu sicut scripta tua indicant, etiam si propter nos damnare erubuit, tamen propter deum absoluere timuisti, in illa etiam publica fama vbi latentem tibi visum est attendi posse conscientiam, & accuseret conscientia tot tantarumque gentium Christianarum, quia remotissimas lites ignorauit Afrorum: Nunquid etiam crimina istorum, Feliciani scilicet & Prætextati, quos treceti & decem plenario cõcilio dānauerunt, similiter ignorare potuerunt? Et adhuc obuiis vnitati catholica nescio quæ facta nostrorum, quæ aut falsa sunt, aut peccata non sunt, aut etiam si vera atque peccata sunt, bonorum societatem maculare nõ possunt. Neque enim boni communicant peccatis alienis, quibus vtique faciendis non consentiunt, quamuis cum ipsis qui ea faciunt, donec de area dominica sicut palea ventilabro vltimo separentur, nõ eorum peccata, sed dei sacramenta communicent, & intra eandem Esagenam velut pisces boni cum malis vsque ad separationem quæ in littore, hoc est, in fine seculi tanquam in fine maris futura est, non ab eis corporum segregatione, sed vitæ ac morum diuersitate disuncti sunt: Sicut nec vndecim Apostoli furtis Iudæ communicabant, & tamen cum illo eidem domino visibiliter cohærebant, eundem magistrum audiebant, ab eodem creditu Euangelium percipiebant, eadem sacramenta sumebant, corporali cum illo congregatione permixti, spiritali dissimilitudine separati. Sicut Apostolus Paulus non communicabat contumaciæ & inuidiæ, hoc est diabolicis vitis eorum qui non caste Christum annunciabāt, & tamen cum eis eundem Christum predicabat, eiusdem Christi sacramenta participabat: & de his dicebat, Siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Nam hos martyr Cyprianus amantissimus vnitatis, non aliquo schismate vel hæresi separatos, sed fratribus corporali congregatione fuisse cõmixtos & intellexit & scripsit: sicut idem etiã ipse Cyprianus auaritiæ, rapinis, fenori collegarum non communicabat, quos dicebat esurientibus in ecclesia fratribus habere argutum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicatibus fœnus augere, quod malum etiam idololatricõparauit: quorum tamen corporalem congregationem non refugiebat, ad eadem altaria consistebat, eundem sacratissimum cibum potumque sumebat. Illi enim non aliis, sed sibi iudicium manducabant & bibebant. Ille autem cum talibus non eorū peccata, sed mysteria Christi communicabat, coniunctissimus cõtibus, dissimilimus moribus. Ad hoc enim & illæ similitudines in scripturis, & illa exempla præmissa sunt, vt disceremus frumentum esse, nec aream dominicam propter paleam cõmixtionem deserere: pisces boni esse, nec propter cõmixtionem malorum diruptis retibus foras ire: vasa esse misericordiam in honorem facta atque mundata, nec propter vasa perditionis & contumeliæ de domo magna fugere. Nulla enim causa in vtrorumque temporali congregatione atque permixtione laudabiliter tolerantur mali, nisi ne dānabiliter deserantur boni. Quod cum & vos in vestris tam multis & tam manifestis malis eadem necessitate faciatis: potes facile si velis, aduertere, quòd nõ nisi animositate sacrilega vos à Christianis tot ac tantis gentibus separatis. Itaque non so-

Math. 23.

Cap. XXI.

H

1. Cor. 3.

Math. 7.

Math. 11.

1. Jo. 11.

1. Cor. XIII.

B

Hier. 17.

1. Jo. 11.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Jo. 11.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

Quod boni

peccatis a-

lienis non

contaminantur.

Ca. XXVI.

Math. 3.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

1. Cor. XIII.

lum Optatus in illa Gildoniana societate notissimus, sed quilibet obscurus apud vos si te sciete mali aliquid fecerit, cum eum non potueris a vestra comunione separare, quia vel tibi non creditur accusanti, vel accusare non audes, ne non valeas comprobare, aut deferenda tibi est pars Donati, aut talis eris qualis ille cui peccatum non ignoras, quanuis dissimiliter viuas. Hoc non secundum veram, sed secundum vestram sententiam vobis rectissime dicitur. Quis enim nescit te alienum esse ab illius malo, si confessione peccato eius non communicas; sed hic agnoscere cogaris, quanta impietate obiciatis orbi Christiano: vel falsa vel certe ignota crimina Afrorum, cum tibi obici nolis quod de altero scis, quia hoc eis non potes persuadere a quorum non vis societate discedere. Ita ne deseras quos putas bonos, ferre cogaris quos nosti malos. Ac per hoc omnes conuincit veritas malos, qui propter aliena crimina seu vera seu falsa, ceteris tamen incognita, sibi autem non offutura, dirupta vnitae tot gentium deseruerunt bonos. Hoc tam magnum nefas partis Donati ne aliquo modo excusare possitis, causa vobis Maximinianensium procurata est, in quo velut speculo vestram prauitatem conspectam si volueritis corrigatis, si autem nolueritis, nolo quicquam grauius dicere, quando scio te cor habere. Quid enim contra ista dicitur? es: Bene, quia ipse scribis, cum de Maximinianensibus damnatis & receptis legis totum quod inferui literis meis, valde te fuisse permotum. Credo prorsus vides causam, que valde debuerat permouere. Videamus ergo, tua ista permotio quam reddita ratione sedata est. Statim te dicis a vestris Episcopis diligentius inquisisse, atque ipsis docentibus, & decretum concilij & sententiam in eos qui damnati sunt dictam, & rei totius ordinem cognouisse, deinde etiam me credens adhuc ignorare quid gestum sit, atque admones, ut quid habeat veritas dicerem, narraſti plane non quid veritas habeat, sed quid incautis & negligentibus vestri pro veritate supponant. Dicis enim, Cum quap̄ plurimos Episcopos error sibi Maximiniani sociare contenderet, contra vestris concilio in eos omnes qui in eius schismate perstitissent, prolatam esse sententiam, quam me quoque legisse commemoras. Quae cum sententia consensu omnium firmaretur, placuisse tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Sic esse factum, ut non solum illi duo quos memoro, sed etiam multi alij purgati atque innocentes ecclesiam redderent. Quorum ideo putas baptismum non debuisse rescindi, quia intra diem praestitutum restituti peremptoria sententia non tenerentur, nec cum baptizarent fuissent ab ecclesia separati, nec dum scilicet transacti temporis meta definita disiuncti. Hic ergo in causa falsitate narrationis tuae, quando quidem non solum sententias, verum & ipsa verba tua posui, miror ingenium tuum, miror animum ingenio reluctatem. Nunquam vsquam sic apparuit quantum valeat praedictum praesumptionis humanae vel ad non intuendam manifestissimam veritatem, vel ad assumendam impudentissimam falsitatem. Itane te tam aperte repugnantia posuisse non sentis, ut vix credibile sit quod vnus homo dicere ytraque potuerit? Tu nepe dicis in eos omnes qui in Maximiniani schismate perstitissent, prolatam esse sententiam, & placuisse dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Quomodo ergo tu idem dicis, non eos extra ecclesiam baptizasse, antequam se ab illo schismate correxissent, si quando cum Maximiniano erant, non

erant extra Ecclesiam? Aduertis ne quid dicas? Inuenis: K qua ex eas, quod confugas, vbi te abscondas? Vides Ca. XXXI. certe dum manifestos errores defendere conaris alienos, nihil te agere, nisi subiungere manifestiores tuos. Ecce lege verba tua, sic a me prorsus commemorantur ut a te scripta sunt. Cum quap̄ plurimos, iquis, Episcopos error sibi Maximiniani sociare contenderet, contra a nostris concilio in eos omnes qui in eius schismate perstitissent, prolata sententia est: quam tu quoque te legisse testaris. Quae cum sententia consensu omnium firmaretur, placuit tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Haec dicens sicine contra te ipsum sensum claudis, ut non aduertas quod hi omnes qui propterea contra se ferri sententiam concilij meruerunt, quia Maximiniano sociabantur, antequam se intra dilationis tempus corrigerent, in eodem schismate consistebant? Ibi ergo baptizabant. Obsecro te quid inanem caliginem perspicuis rebus aspergis, quam rursus tuorum verborum non minore perspicuitate dispergis? Dico enim Praxetatum & Felicianum Maximiniani ordinatores in eo quod commiserunt, in sacrilego schismate baptizasse, & ab eis baptizatos cum eis esse susceptos, non rescisso baptismate quod in schismate dederant, quod sacrilege ministrauerant, quod ore maledictione ple- no, quod labiis cum veneno aspidum consecrauerant. Talia quippe in eos dicuntur: eam quippe sententiam in eos omnes prolatam esse non negas. Hic tu respondes, quod non solum duo isti quos memoro, sed etiam multi alij purgati atque innocentes intra diem dilationis se Ecclesiam reddiderunt. Quo verbo me adiuuas, quo verbo mecum asseris veritatem, caliginemque illam quam conabar is offundere discutis. Cum enim dicis eos se Ecclesiam reddidisse, proculdubio fateris eos extra Ecclesiam fuisse. Vbi ergo antequam se Ecclesia redderet fuerit, ibi baptizauerunt. ergo extra Ecclesiam baptismum fuit quod dederunt. Ab hoc inexplicabili implicameto dum te conaris euoluere, rursus inuolueris. Dicis enim ideo eorum baptismum non debuisse rescindi, quia intra diem praestitutum restituti, peremptoria sententia non tenerentur. Quomodo ergo dicis ante diem restitutionis non fuisse ab Ecclesia separatos, quos ante diem dilationis confiteris Ecclesiam restitutos? Si homines sumus, si qualemunque rationem, si sensum habemus humanum, si non pecora pecoribus, si non ligna & lapides lignis & lapidibus loquimur, non meis tantum, sed etiam ipsis tuis verbis eminet, apparet, elucet, in Maximiniani schismate baptismum datum vestros auctores non fuisse rescindere, qui homines baptizatos in Ecclesiis quas i gratia domini proprio labore Apostoli ppagauerint, non dubitat Christianos negare, exufflare, rebaptizare. Tu dicis, tu scribis, ecce te ipsum audi, lege te ipsum. Tu, inquam, dicis, tu scribis in eos omnes qui in Maximiniani schismate perstitissent, contra a vestris concilio prolatam esse sententiam. Tu dicis, tu scribis, hac sententia consensu omnium confirmata, placuisse tamen dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Tu dicis, tu scribis, non solum duos inde quos memoro, sed multos alios purgatos atque innocentes se vestrae Ecclesiae reddidisse. Tu dicis, tu scribis, ideo eorum baptismum non debuisse rescindi, quia intra diem praestitutum peremptoria sententia non tenerentur. Quid tantum praevalet ingenio tam bono causa tam mala, homo cordate, homo literate? Isti in quos propterea est illa placuit sententia, quia sicut ipse di-

Acis, in Maximiniani schismate perstitabant, antequam sicut dicis restituerentur, vbi erant, ibi sacramenta celebrabant, ibi baptizabant. Et ut verbis illius plenarij concilij magis utar, Ibi viperei seminis noxios partu d calore vaporabat, ibi publici facinoris & parricidij sui feta scelerum vota gignebat, Ibi parturiebant iniustitiam, concipiebant labore, & pariebant iniquitatem, Ibi iam non confusa criminum sylvae nomina eorum designabat ad penam, Ibi eis indulgentiae funis dum clementiae dimitteretur linea, iam causa quos puniret iuenerat, Illuc eorum tanquam in asperos scopulos veridica vnda naufraga membra proiecerat, Eorum pereitium ibi erant littora Aegyptiorum exemplo funeribus plena, nec ipsam inuentientia sepultura, Ibi non solum Maximinianum, fidei amulum, veritatis adulterum, Ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core & Abiron ministrum de pacis gremio sententiae fulmen excusserat, nec solum mors iusta sui sceleris condemnabat, sed etiam traherat ad confortium criminis plurimos catena sacrilegij, Ibi erat venenum aspidum sub labiis eorum, Ibi eorum os maledictione & amaritudine plenum, Ibi veloces eorum pedes ad effundendum sanguinem, Ibi contritio & infelicitas in visceribus eorum, & viam pacis non cognoscebant, nec erat timor dei ante oculos eorum, Ibi iacebant membra abscaesa quae pestifera putredo ita corruerat, ut plerumque haberet in abscessione foetum, quam in remissione medicaminis. Ibi erat famosi criminis rei Victorianus Carcabianensis, & ceteri cum isto quodecim, inter quos Praxetatus Assiritanus, & Felicianus Musticanus, de quibus receptis agimus, qui eundem Maximiniani praesentes ordinauerat, hoc est funesto opere perditionis vas sordidum collecta facultate glutinauerant, Ibi tanto facinori tanquam illicito incestu clerici Carthaginis lenocinium praebuerunt. Tales ministri sacramentorum, nondum correcti, nondum vobis redditi ac restituti in schismate Maximiniani baptizauerat, & post tales ministros sacramentorum correctos, redditos, restitutos, vestri non rebaptizauerunt. Quid sola in vobis praevalet animositas? Aliquando attendatur, aliquando audiat & veritas. Quid inquitur insanissimae nebulae dilationis data? Non ipsi data est dilatio, de quibus dictum est, danatos esse cognoscite, de quibus etiam praedictum est quales fuerint, quid fecerint, cur eos oportuerit iam sine dilatione danari, quos scilicet Maximiniani impositis manibus praesentes ordinauerunt. Hoc est enim quod significatur dicendo quod funesto opere perditionis vas sordidum collecta facultate glutinauerint. Illis autem data est dilatio qui ordinationi Maximiniani non interfuerunt, quauis in eius societate atque schismate constituti, tantum quia manus ei absentibus fuerant non imposuerunt, a danatis eadem concilij sententia distinguit. Nam cum dixissent, illos quorum & nomina descriperunt, damnatos esse cognoscite, eos autem, inquitur, quos sacrilegi furculi non polluerent plataria, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Quid planius, quid distinctius, quid apertius? Illos dicit famosi criminis reos qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta facultate glutinauerunt, danatos esse cognoscite. Hos autem dicit quos sacrilegi furculi non polluerent plataria, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam permisimus redire: & quia ex illis damnatis duo postea saluo honore suscepti sunt, non inuenitur hoc quemadmodum defendatur, nisi ut omnibus dicatur dilatio fuisse concessa.

Sed concessa sit omnibus, nempe quotquot ad vos ab illo schismate redierunt, antequam redirent, illic fuerunt, illic baptizauerunt, inde ad vos sine destructione sui honoris & baptismi redeuntes, si frons asist, ora vestra clausurunt. Cum enim quaerimus antequam se sicut ipse dixisti, Ecclesiae reddidissent, & ante diem praestitutum restituti fuissent, vbi erant: quid aliud vos res ipsa respondere compellit, nisi in schismate Maximiniani, propter quod illa in omnes est prolata sententia? Ibi ergo baptizauerunt eos in quibus ad vos simul inde venientibus baptismum Christi non ausi estis rescindere, quia coacti estis agnoscere. Vnde ipso facto vestro, opere vestro, iudicio vestro aduersus vos merito recteque concluditur agnoscendum esse baptismum Christi, etiam si extra Ecclesiam datus fuerit, & ideo vos hoc pie cognoscere in vestris, vos impie rescindere in nostris. Sed forte poenitet talia te verba posuisse, quae hanc veritatem nimis vrgent, quoniam dixisti factum est, ut si se Ecclesiae reddidissent, & ante diem praestitutum restituti, peremptoria sententia non tenerentur, ut responderetur tibi, Quomodo se Ecclesiae reddiderunt, quomodo eidem restituti sunt, si ab ea non erant separati, aut si separati erant, quomodo baptizabant? Sed quid aliud dices nisi quod ab eis audieras quos consuluisti, cum ex hac causa literis meis permoueris, & tamen fortassis te arguant, te reprehendant quod talia verba incaute posueris. Est quod te aduersus eos maxime muniat, ac tua tristitiam consoletur. Nam & ipsi in eiusdem concilij decreto talia posuerunt, vnde si nobis lecto isto opusculo nostro ita respondere voluerint quod eis non praedictum verba laici sui, verba ipsorum continuo recitabimus. Eos autem, inquitur, quos sacrilegi furculi non polluerent plataria, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Cum enim eis dicitur, isti quos ad matrem Ecclesiam redire permisisti, antequam rediret vbi erant? similiter vrgetur ut tu paulo ante verbis a te positus vrgeris. Vbi enim eos fuisse respondebunt, nisi in schismate Maximiniani? Sed vbi velint eos fuisse contendat, certe qui ad Ecclesiam redire permisisti sunt, in Ecclesia non fuerunt. Ergo extra Ecclesiam baptizauerunt, & simul baptizatores & baptizati ad Ecclesiam redeuntes, nec illi honores quos extra gesserant, nec illi baptismum quod extra acceperant amiserunt. Et tu quidem quantum potuisti in causa mala caute locutus es ut diceres, Placuit tamen decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Illi autem nec corrigendos eos fuisse dixerunt, quibus data est illa dilatio, sed tanquam omnino impolluti atque innocentes in Maximiniani societate fuerint, sic de illis loquitur cum ipsam prorogat dilationem. Quid est enim aliud quod dicit, & nomina descriperunt, damnatos esse cognoscite, eos autem, inquitur, quos sacrilegi furculi non polluerent plataria, hoc est qui a Maximiniani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus? Ac ne parum sit, vide quid adiungat, Quantum enim de reorū, inquitur, morte purgamur, tanto de innocentium reditu gratulamur. Cur itaque tu dicis, placuisse dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi vellet innocens haberetur, cum eam videas impollutis atque innocentibus datam? Sed videlicet tu timuisti ne tibi diceretur, quare dabatur dilatio eis quos non polluerat Maximinianus, ideo dilatio illa corrigendos esse censuisti: illi timuerunt ne sibi diceretur, quare in suis honoribus pollutos suscipere voluisti, ideo se impollutis dilatioem dedisse dixerunt. Proinde singula timuisti, sed alterutrum oppugnat ex altero. Nam tibi dicitur, Quomodo existimas corrigendos quos tui

Capit XXXIII.

Cap. XXX.

M

Ca. XXXII.

Capit XXXIII.

G prædicat impollutos: Illis autè dicitur, Quomodo asferitis impollutos, etsi non manum imponendo capiti Maximiniani, tamen schismatis eius communionem maculatos: Cuius autem animus, cuius vires, cuius lingua sufficiat proloqui tam intolerandum dolorem, vt pars Donati discissa refarciatur, ne socios Afros in Africa polluat Maximinianus, nec ad ipsam radicem vnitatis rami fracti regredi permittatur: Tot remotissimas gentes polluit ex Africa Cæcilianus ex die concilij Bagaiensis, hoc est ab octauo kalèdis Maij vsque ad diem dilationis datæ illius, hoc est octauo kalendarum Ianuarij. Octo menses numerantur in hoc tam longi temporis intervallo. Illi quibus dilatio data est, maculabantur societate damnati Maximiniani, an non maculabantur? Si maculabatur, quomodo dicitur, Eos autem quos sacrilegi furculi nò polluere plataria, ad matrem Ecclesiam redire permisimus? Si non maculabantur, quomodo nos atque omnes que vbiq; sunt Christianas gentes potuit ignotorum, non dicam falsorum maculare certe alienorū contagio peccatorū? Sed ideo inquis, dilatio data est, quæ si transisset, illis nò redeuntibus tunc macularentur, & in pœnâ damnationis incurrerent. Non ergo eos peccatum illius societatis, sed dei constitutio maculabat. Si ergo nullus dies cõstitueretur, immaculati vtiq; permanerent. Quid de vobis male meruit orbis terrarum? Cur enim maculatū perhibetis peccatis alienis, cui nullum tēpus dilationis cõstituisstis, cū tanta sit vestra potentia, vt homines quando volueritis peccatorib; societur, & quādo volueritis in parte innocentēs? Et iam polluti erant quibus in quinque Maximiniani dabatur dilatio, intra cui⁹ diem si remearent ad vos, haberent integri honoris ac fidei fundamenta. Si autem ille dies eis nò redeuntibus præteriret, tunc polluti, tunc scelerati, tunc perditū suppliciū damnationis incurrerent, tunc humiliarentur per pœnitentiam degradatione mira prædicentū hominum. Non iam vt vetus prouerbiū fertur, quod volumus sanctum est, sed etiam quādo volumus, & quādiu volumus. Cõtingat alicui vestrum orare in naui nobiscū, iam pollutus, iam traditor appellatur. Cõmunicant aitaria damnatores Primiani cum Maximiniano, veritatis adultero, Ecclesiæ matris inimico, Dathan, Core & Abiron ministro, & per octo menses innocentēs impollutiq; persistunt. Proinde si qui ex his quinto kalendis Ianuarij, se vestra cõmunioni reddiderunt, de innocentium estis reditu gratulati, eorum scilicet, quos sacrilegi furculi non polluere plantaria. Quid vos promeruerunt tot dies octo mensū, à die octauo Kalendarū Maiarum, vsque ad diē octauum kalendarū Ianuarij, quos ita sanctificastis, vt per eos quicunq; cõmunioni sacrilegæ atq; damnati Maximiniani cohærent, non polluerentur nec efficerentur nocentes? Et quid vos offendit tam sanctus dies natalis ipsius domini nostri, vt solus aduentu & transitu suo pollueret innocentes, atq; in eis qui in illo schismate baptizati, per omnes illos dies sanctus maneret baptismus Christi, & immūdus fieret

Capit
XXXVII.

per natalem Christi? Quid non audeat humana terra Donati-meritas, cum in sententiā nefandi præcipitur erroris, quæ relinquere ppter veritatē pudet, & defendere cõtra veritatē nò pudet? Sed quid hinc plura, vbi quilibet obstinatissimus qui cõtra omnes voces rationis obduruit, necesse est fateatur de quib; dicitur, Si se Ecclesiæ reddidissent, & ante diem præstitutum restituti essent, quæ verba ipse posuisti, eos deniq; de quibus dicitur, ad matrē Ecclesiæ redire permisimus, de innocen-

tium reditu gratulamur, ac ne angustū redeuntibus tempus, spē salutis arctata dici pressura subducat, vsq; in illum diē agnitionis p̄dimus ianuā, vt integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta, quam quisquam si ingredi nequiverit pigra segnitate, sciat sibi ad omnes veniales aditus viam esse subductam, & post præstitutū diem redeuntibus fixā pœnitentiā, quæ verba trecenti & decem in sententia sua totiens inculcarunt. Necesse est, inquam, quilibet aduersarius fateatur eos de quibus ista dicuntur, antequam se vobis redderent, antequam vobis restituerentur, antequam ad vos rediret, antequam regressi ianuam dilationis ingrederentur, nò fuisse vobiscum, extra vestram communionem in eo schismate quo se à vobis separauerant baptizati, inde vobis redditi ac restituti vbi à vobis alienati erāt, inde ad vos redeuntes & regredientes: quo à vobis foris erant, & tenuerunt non diminutos honores suos, & secum introduxerunt non rebaptizandos baptizatos suos. Quid ad huc pessimæ causæ patrocinium pertinacissimū præbes? Acquiesce tandem non mihi, sed ipsi qua conuincimini veritati. Vide quā verum dixerim, quod frustra labefactare conatus es, quanta sint pro pace tota L. da. Atque vt eisdem identidem verbis vtar, quibus in illis literis vsus sum, pro pace Christi redite ad Ecclesiam, quæ nò dānauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare damnata. Si enim ex his duodecim quos cum Maximiniano sine dilatione damnauerant, Felicianum & Prætextatū postea receperūt, quomodo falsum est eos reuocasse damnata? Si autem & ipsis dilatio data est, quos dixerunt, damnatos esse cognoscite, etiā si nullus eorum postea remearet, placuit tamen reuocare damnata, quando post sententiā qua dicitur esse, dānatos esse cognoscite, data est dilatio qua eis liceret euacuata damnatione remeare. Hæc dicta sufficeret etiā si verum esset quod te dicis, cū hac causa Maximinianensium valde permotus esses, à tuis Episcopis cognouisse. Quid autem agis quia & falsum est: Quare aut si habes inspicere diem gestorum præcõsularium, quo postulatio dicta est à Ticiano aduersus Felicianū & Prætextatum, vt pelleretur locis, & inde quantū post diem dilationis illius hoc factū est. Nam dies est concilij Bagaiensis cõsultu Augustorum Arcadij ter, & Honorij iterum octauo kalendis Maij, dies autem dilationis hinc vsq; ad octauum kalèdis Ianuarij. Postulatio vero ista Ticiani dicta est post illum cõsultatum die sexto nonas Martij. Proinde apparet tertium ferme agi mensē, cum à præcõsule petitur vt Felicianus & Prætextatus sedibus propulsentur, tanquam collega Maximiniani quos sibi cõsociauerat ad furorē. Nam cum memoratus aduocat⁹ de Maximiniano quod sufficere videbatur, in eadē postulatione dixisset, Eos quoq; inquit, quos alienæ p̄sumptionis error attraxerat, portu primo proposito pœnitendi, si reuerti cuperēt intra tēpus ad religionis tramitem destitutū, pari vigoris admonitione cõpescuit: sed suis institutis, inquit, iniquitas delectatur, & semetipsam nò deserit, cum semel præcipitata corruerit. Idem nanq; Maximinianus coep̄ta nutrit audaciam, & alios sibi cõsociat ad furorē. Inter quos etiā Felicianus quidam, qui primo recta sectatus deprauationis huius attaminatione fuscatur, in Multicana positus ciuitate, deo oipotēti parietes cõsecratos, Ecclesiā veneradā quasi quadā obfessione credidit retinendā. Hūc etiā Prætextat⁹ in Assuritanis partib; imitatur. Audis ne aduocati verba clarissima & manifestissima, quibus dicit istos de quib; agim⁹, quia portu pro-

posito pœnitendi, dum suis institutis iniquitas delectatur, cū semel præcipitata corruerit, cõtempserunt locis Ecclesiasticis expellendos, vbi si dies posset latere gestorum, cuius obtulissimo satis eluceret, quod cõtra eos non ita præcõsularis potestas adiretur, si vt illic magis apparet sine vlla impertita dilatione dānati, aut intra diē dilationis qui omnibus datus est vobis, restituti noluissent. Cum vero etiā dies gestorum cuiuslibet obstinati oculos auresq; sic feriat, vsque adeo illos etiā post transactum dilationis diem in vestra cõmunionē non fuisse, & Maximiniano cohæsisse, vt ob hoc aduersus eos tam terribilis iudiciali iussione impetraretur auctoritas, quid ad hæc dicitur: Quid adhuc contra tam perspicuam veritatē mira impudentiæ cæcitate contēditur? Quid adhuc ab eis qui cum vnitatis partis Donati etiam concordiam sacrilegorum damnatorū tenere voluerunt, cõtra vnitatem Christi tanta insania rebel-latur: Quid adhuc baptismus Christi etiam in sacrilego schismate veneratione debita cognitus, in tot catholicis gentibus impiā p̄sumptione respuit, sacrilega repetitione violatur? Nolo quarere quanto post huius postulationis diem qua Felicianus & Prætextatus Ticiani aduocati verbis tam grauius accusantur, in vestram communionē recepti sunt. Sufficit quod eadem postulatio tanto post finem præstituta illius dilationis eos à vestra cõmunionē separatos, in Maximiniani schismate fuisse conuincit, quos postea recepistis, quorum honores nulla ex parte minuisstis, à quibus datum quanuis in sacrilego schismate baptismum, sicut reuera timendum fuit, rescindere timuistis. Nūquid iam in hac causa se cõtra nos lingua cuiuslibet pertinacissimū commoueret, si se moueri in hominis ore, sub hominis frõte sentiret? Erraui planè fateor, eo quod in illis literis posui de illa Bagaiensis concilij sententia, quoniam dixi cum apud eos decernenda recitata est, ore latissimo acclamauerunt, nunc autem cum à nobis recitata fuerint obmutescunt. Verum, quod dixisti, Ecce nò obmutescunt: verecundia quippe in rebus tam manifestis vel etiam ipsa impudentia obmutescere potest, insania non potest. Neq; hoc dictū de te accipias, qui tuis Episcopis mentientibus credidisti, nec de illis omnibus, neque enim omnes de hac re permotus consulere potuisti, sed de iis qui cum se scirent quanta & quādo cõtra Prætextatum & Felicianum apud iudices gesta sunt, quod tuis inferuisti literis, tibi autē sunt dicere q̄ ante diem præstituta dilationis, Felician⁹ & Prætextatus vestra cõmunioni restituti, peremptoria sententiā non tenerentur obstricti. Aut si & ipsi forte ista nescierunt, nunc saltem cum hæc legitis taceat verecundia, taceat & ipsa qualiscunq; hominis impudētia, sola certe que contra tam euidentem veritatē clamat insania relinquatur, & illa erit fortassis sanabilis si cõpescatur à sanis. Nunc vide quemadmodum de me dixeris, Te mens mendax nò erit impunitus, cum putares me in hac Maximinianensium causa fuisse inēritum. Ego tibi hoc nò repono, quippe forte locutus es quod incauta amicitia credidisti, non quod fallaci corde fuisisti. * Homines sumus. Qua tandem vigilantiā efficere possumus, ne vel putādo vel loquēdo in aliquo labamur? Sed cõtra medicinam correctionis obfudescere non debemus. Nunc attende quantam mihi etiam in cæteris partibus Epistolæ tuæ causa ista Maximinianensiu præbeat respondendi facilitatē. Quicquid de traditoribus velut nostris dicendum putasti, quāquam vestri potius hoc fecisse doceantur, quod & in illo trium voluminū

Cap. XLII.

Cap. XLIII.

Cap. XLIIII.

Cap. XLV.

Cap. XLVI.

Cap. XLVII.

opere satis sup̄erque monstrari, vide tamen & responde si potes, vtrum hoc crimen, quorumlibet fuerit, polluere potuerit in vnitatis tot gentium Christianos vel longe remotissimos vel longe posteros, si crimē sacrilegi furculi Maximiniani maculare non potuit vel socios Afros: quibus dantes dilationem trecenti & decem Episcopi vestri dixerunt, quos sacrilegi furculi nò polluere plantaria: vel vos ipsos qui non solū istos quos innocentes dixistis, verum etiam in illo sacrilegio iam damnatos, tanta concordia suscepistis. Dicis orientalibus nota fuisse crimina traditorum, quando tibi Afro Maximinianensiu schisma in Africa capite cõmissum, antequam meas literas legeres valde permotus confules Episcopos vestros, incognitum fuit, & cum cõsuluisset, verum ab eis audire minime potuisti: Quos certe si defendis, ne dicas mēitos, cõcedis ignaros; & tamen nec nos nec Orientis nec Occidētis tot tantōsq; populos saltem nescire permittis causam Cæciliani, et isti nesciant Prætextati & Feliciani, quos trecenti & decem, hoc est aut omnes aut prop̄ omnes Episcopi partis Donati Afri Afros in Africa damnauerunt, Afri Afros in Africa susceperunt. Insuper principium Sardicēsis concilij, vnde probare conaris quod orientales Episcopi cognito crimine traditorum, parti Donati communicauerint, hoc vno magno scilicet documento quod inter Episcopos quibus scribunt, Donati nomen inuentum est. Nec tamē ibi aliquid legitur eos de Afri traditoribus cognouisse. Quod quidem cõncilium ne te lateat, Arrianorum est, quos iam tū inter alios hereticos nominasti, nec additis ciuitatū nominib; legi solet, quia nec ipse mos est Ecclesiasticus, quādo Episcopi episcopis scribūt epistolam. Vnde nescio quis iste Donatus, miror si non in vestris literis Carthaginēsis factus est, quanquam potuerint illi tam longinquis terris ab Africa separati, coipso tempore quo scribere volebāt, requirere quisnā Episcopus esset Carthaginis. Omitto enim dicere quod fortasse Orientales hereticis aliquo modo se sociare tētauerint. Sed tu homo prudens cum velles soluere quæstionē, cum tibi dici posset, si hæc ita sunt, vt Orientales scriberet ad Donatum vestrum, quemadmodum à cõmunionē vestrorum Orientales postea degradati sunt, respondi & dixisti, Quia in recipiendis iterum vestris damnatæ causa non potuerunt seruare cõstantiam. Et scriptum est, Qui iungitur fornicariæ, vnum corpus est. vbi vestros nunc atrociter accusasti si in causa Maximinianensium non potuerunt seruare cõstantiam: execrabilius damnando sacrilegos, honorabiliter suscipiēdo damnatos. Illud enim de Orientalibus omnino nò probas, hoc de vestris audisse legis, & cernis & iudicas. Inbes me relinquere Ecclesiam traditorum, quos nec vos apud nos, nec maiores vestri apud maiores nostros conuincere ac demonstrare potuerunt. Quos nunc si demonstrasses, eorum facinus crimenq; damnarem, non propter eos tot gentium quibus ignoti sunt, catholicam societatem desererem. Sed vide qua cõsideratione nolis in cõmunionē nostrā eorum mortuorum memoriā fieri, quorum facta non nouimus, quorum etiā bonam inter suos famā posteritatis successione didicimus, cū in vestra cõmunionē sine vlla degradatione viuant, quorum mala sentistis, quorum sacrilegia cõdemnastis. Audēsne dicere homo prudēs, ille qui tra didit & creauit te, nesciens illum esse creatorem nostrū in eo quod Christiani sumus, qui est creator noster in eo quod homines sumus, quanuis nec illum quem putas creatorem

Ca. XLVIII

Corin. 6.

Ca. XLV.

meum de traditione conuiceris. Ego autem nō rependo tibi hāc iniuriam, nec tuum nec filiorum vel nepotum aut pronepotum tuorū, si in parte Donati fuerint, Felicianum dico creatorem. Tātum quia permittis, ad-moneo ne creator tuus post nomen hominis impia vanitate currentis te inueniat desertorem. Deinde plausibiliter tibi videris adiungere, A fonte deducitur riu⁹, & caput membra sequuntur: sano capite omnēs sanum est corpus, & si quid in hoc morbi vel vitij est, omnia membra debilitātur: originem suam respicit, quicquid in stirpe proccēdit: non potest innocens esse qui sectam non sequitur innocentis; cum praesertim scriptum sit, In legalibus patrum vestrorum ne ambulaueritis. In his omnibus verbis tuis omitto, quia nō est simile quod de humano corpore cōparasti. Fieri enim potest vt & pes doleat capite sano, & pede sano caput. Omitto etiam q̄ tibi exciderit, quod paulo ante dixeris. Hoc & nos volumus, hoc suademus, vt Christus Christiani sit caput, qui nunc nescio quē traditorem caput vis esse ignota- rum gentium Christianarum, vbi datum & acceptum Christi baptismum non vultis agnoscere, tanquam baptizati nō nisi ab illo traditore creati sint. Omitto etiā illud, quantum me adiuuet, quod de scriptura testimonium ipse posuisti; dictum esse Iudaeis, In legalibus patrum vestrorum ne ambulaueritis, cum hoc vtiq; praecceptum quicumque tunc obseruare voluerūt, sicut Propheta sancti & septem milia virorum qui non curua- uerunt genua ante Baal, à populo tamen suo & à communibus sacramētis nō se diuiserunt. Hoc dico, & velis nolis repetendo, quamlibet tibi videar molestus, inculco. Noli Caeilianum totiens absolutum caput facere posteris nostris, cum ego & Primianum à Feliciano, & Felicianum à Primiano damnatum, non tamē faciam caput posteris vestris. Iam vero de persecutionis inuidia, quā à terrenis potestatibus vos pro parte Donati perpeti gloriamini, quāuis in illo trium librorum opere satis tibi abunde q̄ responderim, neque nunc tibi tacebo, quod ex hac causa Maximinianensium breuiter responderi potest. Neque si propterea vos imperitis atque imprudentibus populis vos cōmendatis, Sic enim se Maximianus ipse, sic eius focij, qui nec persecutionibus vestrorū, vt ad eorum communionem redirent, cedere potuerunt, vanis imperitijs; commendant, sed qui sobrie cogitant eorum qui aliquam molestiam patiuntur, non pōenas cōsiderare oportere, sed causas, intelligunt eos pro crimine sacrilegi schismatis, in quo à vobis merito iusteq; damnati sunt, cōmotiones etiam iudiciorum secularium merito iusteq; perpeffos. Neque enim commemoro quod in tua Epistola posuisti, quod Maximiniani non basilicam sed speluncam, nō Optatus sed populus euertit. Quāquam etiam illic et si incertum est vestros fecisse, certū est tamen illum passum fuisse persecutionem, nec tamen iustum esse sed impiū. Vnde iam cogere confiteri, non debere quid quisque patitur, sed quare patiat̄ atēdi. Sed mihi parum est hoc Maximiniani exemplo interim demonstrare, non continuo iustum esse, qui obtento atq; adumbrato nomine Christi patitur persecutionem, quando & Maximinianus sacrilegus passus est, nisi te cogā fateri, quod & religiosi sacrilegos, & iusti impios persequuntur, nō sanē nocendi studio, sed necessitate potius consulēdi. Nec de veteri testamento profero exempla, quāuis te etiam prophetis exemplis docere illa dixisti. Illa, inquam, nimis antiqua non profero, fuerunt enim alterius dispensationis & temporis. Iam post reuelatam &

opportuno tempore commendatam mansuetudinem, K Episcopi vestri, quod quidem nos nō dicimus iustum, sed quandiu ibi es, & talem causam defendis, tu dicere cogere, Episcopi, in quā, vestri vestros schismaticos persecuti sunt. Iam itaque non dico, persecutionē passus est Maximinianus, fecit Primianus. Et recito gesta quibus ostendam domum quam Maximinian⁹ propria defendebat, Primianū procuratore mandata exorcisterij Ecclesiastici nomine fauente sibi, sacerdote legato, quod ipsa gesta indicant, abstulisse. Sed iustitia nō gratia fuerit iudex, non abnuo, non rēfello. Cur ergo Primianus apud acta magistratus Carthaginensis inter alia que de nobis cōtumeliosē prosequendā mandauit, Illi, inquit, auferunt aliena, nos intermitimus ablata: cum ipse abstulisset aliena sū Maximiniani erat domus? Si autem Maximinianus eam potius vsurpauerat, non intermisisset ablata. Sed si neque hoc ad persecutionem vis pertinere, dico Episcopos vestros & clericos vestros Maximinianensibus in eis sedibus manentibus, in quibus antiquitus fuerant ordinati, fecisse persecutiones, apud proccōsules accusasse, impetrasse iustiones, eisdemq; iustionibus exequendis officiorum instantiam & ciuitatum auxilia meruisse, vt illi qui iam fuerant Bagaiensis sententia seueritate damnati, & à vestrae communionis corpore, ne per cuncta membra pestilens virus irreperet, compendioso dolore praecisi, & nullum iam vobis facientes suae communionis morbida contagione periculum, cum praecis pariter plebibus suis propria conuenticula frequentabāt, & loca & basilicas quas nō inuasent cum populis sibi coherētib; perpetua possessione retinebāt, terrenter, perturbaretur, expellerentur, retinentes exhiberentur. Lege quae de illis vel in illos aduocatis prosequentibus dicta sunt, quae obiecta crimina sacrilegij, quo impetu accusationis cōcitatae sunt potestates, quare quae statuta sint Saluio Membresitiano, quia ei non potuit illius persecutionis exagationibus extorqueri vt rediret ad consortium criminis, maluitque committere examini, & persecutoribus suis in proconsulari iudicio respondere, ea credo fiducia quod sciret aduersarios suos legibus contra haeticos promulgatis vt nō posse apud iudicem, nisi etiam seipfos pariter ei irretirent: sed sefellit eum ista cogitatio. Apud Seranum enim tunc proconsulem vel gratia plus valuit, vel magis forte Bagaiense concilium, quod illic etiam contra eundem Saluium recitatum est, quādā sana interlocutione. quid per se ageretur ostendit, id est, vt Saluium aut choro Episcoporum communionis Primiani redderet, aut fugaret à sedibus, vt Restitutus quem cōtra eum Primianus ordinauerat, loca omnia quae à Saluio tenebantur, sine aduersario possideret, & tamen in eadem interlocutione quod persecutionem Saluio pateretur expressit. Sic enim in eisdem gestis legitur: Seranus proccōsul dixit, Lis Episcoporum secundum legē ab Episcopis audienda est, Episcopi iudicauerunt. Quare nō aut sub satisfactioe ad chorum reuertaris vetustatis, aut, vt habes scriptū, terga persecutorib; prodias: Quid hic tibi videtur? Placet ne istum Saluium appellare iustum, cui proccōsul apud quem à Restituto Episcopo vestro cōtrastate accusabatur, etiā de sancta scriptura dat cōsilium vt terga persecutoribus pro-

abus prodant, quoniam scriptum est in Euangelio: Si vos persecuti fuerint fugite. Vides certe quam speciem Saluuius apud suos vel martyris vel confessoris ostendit, qui persequente Restituto hac meruit à proccōsule audire, & tamen non solum secundum nos, verum etiam secundum vos impius & sacrilegus iudicatur. Iam vero posteaquam sententia proccōsulis Abitinensibus allegata est, per quam ciuitatem vicinam iudicatum implere vestri meruerant, eo quod penē omnes Membresitani Saluium diligebāt, quae fecerunt iidem Abitinenses homini etate grauissimo, piget dicere, quia ea non apud acta fecerunt, sed tam recenti memoria, cum omnibus documentis sit clarior ipsa testificatio ciuitatum, breuiter attingam quid illic cum iter agerem comperi. Nam quia eis pro defendēdis ex quantacunq; parte sedibus suis etiam post proccōsulis iudicatum turbae sibi fauentis fiducia Saluuius repugnare tētauerat, vitus aliquando comprehensus est, non iam ducendus ad iudicium vbi in partes fuerat prolata sententia, sed pōpa miserabili triumphandus. Capto enim seni mortuos canes alligauerunt in collo, & sic eum illo quantum libuit saltauerunt. Hoc si vellem exaggerarem dicēdo: Bōnne fortasse hanc pōenam vix tormētis regū Etruscorum quibus mortua viuus corpora iungebāt, comparandam esse monstrarem? Nōnne homo senex, & qui haberi volebat Episcopus, omnī iudicio de societate viuorum atq; mortuorum exterminandus esset, si duobus sibi supplicijs vnde vnus subeundum esset propositis, non potius hareret cadaueribus humanis, quā iam saltare eligeret cum caninis? Nunc aspice illa mea verba quae te refellisse arbitraus es, immo iam non ipsa, sed pro ipsis ista quae dicam: Ecce enim non dico: Si persecutionem qui patitur habendus est innocens, Maximinianus est passus, sed dico: Si persecutionem facere nō licet, fecit Restitutus. Nec dico: Si persecutionem qui patitur habendus est innocens, passus est Saluuius. Gesta recito, verba quae nō vis repeto: Fecit Restitutus, passus est Saluuius. Quē mihi ex his duobus Christianū nisi Restitutum: quē sacrilegum, nisi Saluium respondetis? laceat ergo oportet, improbatumq; respiciatur, & quod dixisti nullā esse iustam persecutionē: & quod dixisti, quis non vult testamento consentire prolato, qui persecutionē patitur, an qui facit? quia & iusta persecutio est quam pertulit Saluuius, & Restitutus fecit: passus est Saluuius, & tibi Restitutus est laudabilis, damnabilis Saluuius. Neque enim occulte factū esse dicitur es. Aut posset hoc latere Primianum quod in ea ciuitate factū est, vbi ipse Episcopus praesidebat, & in tāta ciuitate apud tantum iudicem, vt ex hoc aliis etiam ciuitatibus occultum esse nō posset? Aut si & hoc inter occulta deputandum est: cur non vis ignorare orbem terrā si quid mali fecit, quod quidem absit, vt fecerit persecutionum tempore Caeilianus, si persecutionem quam passus est Saluuius ab illo quem ipse contra eum ordinauit, & in ea ciuitate vbi super collegas principatum gerit, potuit nescire Primianus? Fateberis ergo velis nolis, ne Restitutum, ne Primianum, ne partem Donati damnare cogaris, non solum iniustos pati, verum & iustos facere posse persecutionem. Aut si eam quae iuste sit, non esse appellādam persecutionem putas: nec vos à nobis, nec vestros à nostris persecutionem poteris probare perpeffos, magisq; nos demonstrabimus eam nos perpeffos à clericis & Circūcellionib; vestris, qui corde duro & insulso nec intelligentes nec ferentes quod eis consulimus ad salutem, tāto in nos furore sauiunt, vt ea quae

nobis faciunt, nec numerare nec cōmemorare, nec digne verbis explicare sufficiam. Proinde cum phreneticus medicum vexet, & medicus phreneticum liget, aut ambo inuicem persequuntur, aut si persecutio quae malo sit, non est, nō vtiq; persequitur medicus phreneticum, sed phreneticus medicum. Saucia igitur vestra & violentissima audacia per Circūcelliones vestros clericorum vestrorum satellites omnibus nota, cōprimenda fuit legibus quae contra vos latae sunt, & quodā modo colliganda, simul vt in quo essetis errore & in quo sacrilegio cōtra vnitatem pacemq; Christi, videremini saltem ipso terrore cōmoniti cogitare, atq; emendare velletis, sicut erroribus vestris per potestatum secularium iustiones exagitati Felicianus & Praxetatus corde nimium duro & peruersissimo schisma quod à vobis fecerant, correxerunt, & ad vestram communionem societatemque redierunt. Totum autem corrigetur si ad radicem catholicam à vobis omnibus rediretur. Quicquid vero factum est aduersus vos, quod tēperamentum Christianae dilectionis excederet, tam nō est imputandum catholicae Ecclesiae, quā nec illud quod Saluio fecerunt Abitinenses, Primiano vel Restituto imputauerim. Quod vero post exaggeratas persecutiones quas partē Donati perpeffam fuisse dixisti, & totum tacens quod praecisistis à vestris, & multa dicēs quae non probantur in nostris, de Psalmis testimonium dixisti & subiecisti, Nōnne de iis qui talia faciunt dictum est, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem & viam pacis nō cognouerunt? Hae ipsa & alia multo longeq; grauiora, illo Bagaiensi concilio Episcopum vestri in Felicianum Praxetatumque dixerunt: Et certe illi nullius carnis sanguinem fuderant, nullum in vos violentiae corporalis impetum fecerant. Sed qui haec in eos dicebant, multo sceleratius eos sacrilegio schismatis sanguinem spiritalem fundere iudicabant. Vnde si cum illis post tam grauiam quae in eos dicta sunt, pacem sine honoris eorum decoloratione, sine baptismi rescissione fecistis: non desperandum est quin & nobiscum concordare possitis. Multo enim vos magis delectare debet ad pacem faciendam totus orbis Christianus, quā Praxetatus & Felicianus. Qui si non vos inquinauerunt quos tanta criminationis atrocitate dānaftis, multo minus vos inquinat vnitas tot gentium Christianarum, cui nescio quorum Afrorum crimina demonstrastis, & multū vos inquinat scelus quo vestra societatem ab eius Ecclesiae pro qua tot ac tanta diuina testimonia recitantur societate separastis, quibus diuinis testimoniis humana temeritate ausus es contradicere, cum & tu ipse nescio quomodo eadem in veritate fateri coactus sis, quod in Christianum nomen totus quotidie vertitur mundus. Ausus es, inquam, testamento dei reluctari, cum dicat Apostolus, Hominis testamētum confirmatum nemo irritū facit, aut superordinat. Abraham dicitur sunt promissiones & semini ei. Hoc testamētum irritum facere, huic testamento partem Donati superordinare minime timuisti, vt cū deus in eodem testamento dicat ad Abraham: Sic erit semituum sicut stellae caeli, & sicut arena maris: hoc tu irritum faciens, & partem Donati pro qua nullum testimonium recitas superordinans, in paucis, inquis, frequenter est veritas, errare multorum est: nō intelligens quomodo à domino dictū sit, paucos intrare per angustam portā: cum & multos dixerit ab Oriente & Occidente recubituros cum Abraham, Isaac, & Iacob. Sed & in Apocalypsi demonstrantur ex omni gente & tri-

3. Reg. 19.

Cap. XLVI.

Ca. XLVI.

Ca. XLVII.

Cap. LI.

Cap. LIII.

Psal. 13.

Cap. LIII.

Galat. 3.

Gen. 22.

Math. 7.

Math. 8.

Apo. 7.

G bu & lingua milia cādidatorum , quæ nemo numerare possit. Qui profecto & multi sunt per seipfos, & iidem ipsi pauci sunt in comparatione lōge plurium qui cum diabolo puniendi sunt. Quæ tamen frumenta diuinis in æternum horreis destinata, per totum mundum dilectionis vnitate sociata: vel ab scandalis & violentiis hæreticorum sine ab interiore tanquam palea sua multis non recte viuentibus, æstus & trituram huius seculi tolerant, vltima ventilatione purgāda. Sed tibi ad omnia nihil facilius quàm Maximinianensiu causa respōdet. Si enim in paucis frequenter est veritas, & errare multorum est, permittit vt Maximinianenses quanto vobis sunt impares paucitate, tanto vos superent veritate. Non facis. Noli ergo in cōparatione multitudinis gentium catholicarum de vestra paucitate gloriari, sicut nō vis vt Maximinianenses in comparatione multitudinis vestræ de sua paucitate gloriētur. Quod autem de Afris traditorib⁹ narras, ita nescis, aut qualiscūque hominis corde non sentis, in conspectu quo veritas queritur, cum probatio non sequitur, quàm sit vana & inepta narratio in qua resellēda operam non sumerem, nec si non haberem in causa Maximinianensium tam facile sine vlla ambage compendium. Sacre sunt literæ: Deus deorū dominus locutus est, & vocauit terram: A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Huic Prophetico testimonio concinit Euāgelium, vbi de seipso idem dominus dicit: Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionē peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quod enim illic dictum est, Vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum: hoc dictum est hic, per omnes gentes. Et quod ibi dictum est, Ex Sion species decoris eius: hoc dictum est hic, incipientibus ab Hierusalem. Non enim tātummodo ibi passus est Christus, sed etiam ibi resurrexit, inde ascendit in cælum, ibi cētum viginti homines cōgregatos die Pentecostes misso de cælo spiritu sancto impleuit: ibi vno die tria, alio quinque milia credentium in suum corpus conuersa suscepit, inde in totam Iudæam & Samariam, & in orbis terrarum ceteras gentes se fructificādo diffudit & diffundit Ecclesia. Quod discipulis prædicans iam ascensus in cælum, Eratis, inquit, mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariam, & vsque in fines terræ. Hæc igitur Ecclesia incipiēs ab Hierusalē, seque per omnes gentes tam euidenti fecunditate diffundēs, vt teipsum consiteri cogat, quod in Christianū nomen prouidentia dei quotidie totus vertitur mundus: Hæc, in quā, Ecclesia quæ domino deo deorum loquente, a solis ortu vsq; ad occasum vocatur, nullatenus ab Afris traditoribus pollui potuit, quos omnino nesciuit, si Maximiniani sacrilegi furculi non polluēre plātaria, tot collegas eius, tantū quia ordinādo manus ei non imposuerunt, quanuis eum a Primiano damnatum laudauerint, Primianūq; damnauerint in eius schismate cōstituti: dilationē qua reuenterentur acceperint, quin etiam quia dixi traditionem multo probabilius nos vobis obiicitis. Respondes me hoc fuisse confessum, quod eam vos nobis probabiliter obiicitis, docens etiā regulā locutionis qua comparatiuus gradus quod ante positum est auget, non quod ante factum est improbat: & adiungens, Sicut bene & melius, male & peius, horribiliter & horribilius, ita esse probabiliter & probabilius. Vnde tibi colligere videris & dicis: Hinc ego in illo prolixiore trium librorum opere suo loco tibi

fatis aut plusquam satis fortasse respondi & ostendi, Ex illis literis didicimus vera, quomodo cōparatiuus gradus non semper augeat quod comparat, aliquando improbet cui comparatur. Inde est: Dij meliora piis, errorēque hostibus illum, Discissos nudis laniabant dentibus artus. Inde est: Melioribus opto Auspiciis. Lege diligēter, plura ipse reperies. Sed nōne miraris obsecro te in hac causa Maximinianensium, ex qua tibi ad omnia nunc statui respondere, nec huius mihi defuisse locutionis exemplum? In illa quippe luculentissima & facundissima sententia Bagaiensis concilij: Inuenta est, inquit, causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, vt compendio dolore natus decidat vulnus. Certe secundum regulam tuam salubris, non salubrior dicere debuerunt. Neque enim illud salubre, sed perniciosum erat, vt per cuncta membra pestilens virus irreperet. Salubrior ergo erat causa, vt compendio dolore natus decidat vulnus, quanuis nō esset salubris, sed cōtra exitiabilis, vt per cuncta membra pestilens irreperet virus. Sic traditionem probabilius nos vobis obiicitis, quanuis eam vos nobis non probabiliter obiicitis. Iam illud quod in Siluanum Cirtensē Episcopum vestrum dixi, fuisse traditorē, municipalia gesta testantur ibidem apud Cirtam a curatore reipublicæ Numacio Felice cōfecta. Nam sicut ibi scriptum legitur, postea quàm peruentū est ad bibliothecam, inuenta sunt ibi armaria inania, ibi protulit Siluanus capsulam argenteam & lucernam argenteam, quod diceret se post arcam inuenisse eas. Cui victor Ausidi⁹ dixit: Mortuus fueras si non eas inuenisses. Felix autem curator cū ei dixisset: Inquire diligētius ne quid hie remanserit. Siluanus dixit: Nihil hic remansit, totum hoc eiecimus. Quæ gesta cū apud acta Zenophili consularis recitarentur, eisq; infererentur, inter alia testium multa documenta, quæ sunt consularis qui administrabat. Tunc Siluanus in clericatu victor respōdit: Sub Paulo Episcopo orta persecutio est, Siluan⁹ subdiaconus fuit. Huic tu publicorū gestorum euidentissimo documento, quo minus credatur, magnū aliquid tibi videris opponere, quia cum commemoras sententiam quam dixit in Cæcilianū velut puniens traditores, ac argumentaris fieri non potuisse, vt traditor fuerit, qui traditionis tam seuerus vltor extiterat, quasi aliquid seueri videbatur illis nequissimis senioribus, quando in occidendam Susannam tanta instantia sauebant, cum eorum cōscientia ipso flagitio foderetur, quod se in illam punire velle sūgebant. Sed omittamus talia, Felicianus nunquid non cum Primiano nunc damnat, quod cum Maximiniano ipse commisit: sed planē meliore sententia correctior, non impudētior. Quod Felicianus si facere voluisset, nō in Cæciliano falsam, sed in seipso veram traditionem salubri emendatione damnasset, & ad Cæciliani innocentiam, etiam si non Episcopus, tamen correctā prauitate trāsisset, sicut Felicianus ad Primianum, quem similiter vt ille Cæcilianum damnauerat innocentem, potuit tamē sine macula Primiani vel sua, cū Episcopali etiā honore transire. Nec illud quod dixi, nescio quos traditores, quos vestri maiores arguebant, si veraciter arguebāt debuisse conuincere: sic acceperis tāquam hoc apud seipfos facere debuerint. Sic enim respondes quod fecerint, & ideo nostros perdidisse baptismum iudicauerint. Lege prius diligēter cōtra quod scribis, & aut intellige quæ dicuntur, aut noli quod intelligis vertere in aliud. Ego dixi nō apud vestros,

Astros, sed apud Ecclesias transmarinas quibus innocentes illi videbātur qui arguebātur, a vestris eos debuisse conuinci. Nam & Maximinianenses conuictū sibi videtur damnasse Primianum, sed non apud eos qui lōgius positi, & a gratia vel inuidia remotiores, tale de illo possent ferre iudicium, quod vniuersæ parti Donati facile probaretur. Nunc vero damnauerunt eum cētum, & amplius quàm trecentis absoluendum reliquerunt, apud quos ipsi periculum damnationis incurrerent. Eis quippe & pluribus suam debuerunt persuadere sententiam, vbi ipsi cum eis intus essent, Primianus autem foris, si damnatus penitentiam respiciet. Si autem in hoc crimen maiori numero collegarum, & tot suæ cōmunionis Ecclesiis per totam Aphricam diffusis persuadere non possent, aut sententiam suam consilio saniore rescinderēt, in qua falli sicut homines de homine poterunt, aut si vera eius crimina sine vlla dubitatione didicerant, quæ tamen persuadere tanto plurib⁹ ceteris non valebant, nocentē scientes tolerarent prudentius & patientius, quàm se a tot innocētibus qui ista nescirent, impio schismate separarent. Tenerent enim illam beati Cypriani plenissimam charitatis pietatisq; sententiam, qua dicit: Nam et si videntur esse in Ecclesia zizania, non tamen impediri debet fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania esse in Ecclesia cernim⁹, ipsi de Ecclesia recedamus. Quod quidem illis tūc prodesset, si in Ecclesia catholica purgamentis purgamenta tolerarent, quæ ante tempus separare nō possent: sed quod eos dicimus in hac erroris vestri societate, quam veram Ecclesiam esse arbitramini facere debuisse, hoc maiores vestri in illa respicere vera in cui⁹ vnitate fuerūt, ne ab illa separaretur, facere debuerūt. Sicut enim quilibet partis vestræ homo causam Primiani prorsus ignorans: tamen quanuis a cētum Maximinianensibus damnatum simpliciter innocentem credit eum qui tanto pluribus se probauit, ita etiam in cōmunione catholica, quem causa Cæciliani latet, non immerito sibi innocentem fuisse persuadet eum qui non solum per Aphricam verum etiam per tot gentium Christianarū terras, tanto pluribus Episcopis ceteris vel innotescere innocens potuit, vel occultari nocēs, apud quos aut ab agnoscente meruit absolui, aut nō meruit ab ignorate danari, aut corrupto iudice cōtra quem meruerat absolutus, non potuit aliis qui non iudicauerant demonstrari. Vos igitur sacrilega separatione ab vnitate populorum innocentium tot tantorumque separamini, qui cū in hac causa iudices esse nō possent, aut nullos hinc fuisse iudices, aut vtrum hinc aliquid vel quid iudicātū sit nescierunt, aut electis iudicibus potius quàm victis litigatoribus crediderunt. His docetur in eo etiam quod ex illa mea quadripartita distributione vltimum vobis lib. 3. c. tibi, neque enim aliud poteris, elegisti, quàm facile suscipere peremini. Dixi enim quod si documenta criminum traditionis fuerint ex vtraque parte prolata, aut vtraque sunt vera, aut vtraq; falsa: aut nostra vera & vestra falsa: aut nostra falsa & vestra vera. Et cum in tribus superioribus facillimam nostram victoriam demonstrassem, in quarto quoque vos vinci, aut minus intellexisti, aut quod magis credo, ne ab aliis itelligeretur, nescio quibus vmbra culis id conatus obtegere, de argumentationis genere disputandum putasti. Vnde & cum aliis, si opus fuerit, fortasse tractabimus, ne tempus rebus non necessariis infumamus. Proinde attende, vtrum valeam in illo peripicuo speculo vestro, hoc est in causa Maximinianensium etiam hoc demonstrare. Nanque mortuis omnibus & apud quos hæc gesta sunt, fieri ali-

quando poterit, vt inter vestros & illorū posteros quæstio communionis agitetur: dicturi sunt illi a maioribus suis ferme centum vel amplius Episcopis damnatū esse Primianum, & illam primo quæ apud Carthaginē, deinde aliam quæ apud Cabarsusi contra eum scripta est sententiam prolaturi, contra vestri concilium Bagaiense recitabunt. Flagitabūt illi, vt diluta esse doceatur crimina Primiani, quæ suorum maiorum sententia cōtinentur. Nōne multo iustius dicēt vestri: Hæc crimina quæ obiicitis etiam mortuis si vera sint, hoc probate, quod ad maiores nostros ea detuleritis, quod eis hæc vera ostenderit esse? Quod si facere conati estis, nec implere potuistis, maiores ipsos nostros inquinare non poterant aliena crimina, quæuis vera, quæ illis non fuerant demonstrata hominibus, si ea nec conati estis ostendere. Vnde igitur ad nos causa illius reatus trāsire potuit, qui nec ipsos qui cum Primiano tunc viuebant ignoratus & non probatus inuoluit? Vos itaque schismatis reos perspicua veritate cōuincim⁹, quos a nobis fratribus vestris propter aliena crimina quæ tunc maioribus nostris demonstrata non sunt, quando fuerant demonstranda, separatos videmus, si hoc iustissime dicitur sunt plebes, & clerici eorum locorum ex quibus erant trecenti & decem qui contra Maximinianenses Bagaiense concilium condiderunt. Si hoc, inquam, recte dicitur sunt Aphri, Numidē Numidis, Mauris Mauri, quàm plurimi paucis Bizacenis & provincialibus, quanto iustius de criminibus etiā si vera essent nescio quorū in Aphrica traditorū, hæc dicit Aphris orbis terrarum, cum præsertim & in Aphrica ipsa Ecclesia catholica tanto sit ceteris gentibus vnitatis vinculo sociata? Quæ nihilominus documenta etiam criminum alienorum quæ mihi nunc conaris ostendere, non faciunt reos populos gentiū: quibus quādo debuerunt non demonstrata sunt, vel quia non curastis a quibus populis in hac causa innocentibus, si me dissoluero, pro criminibus alienis innocens esse non potero a sacrilego crimine schismatis. Proinde vt plurimum valeatis, & nunc mihi hæc vera esse doceatis, damnatus mortuos traditores, viuos non deserimus innocentes. Cum ergo dixeris: sed si qua vera essent vestra documenta Ecclesiæ, hoc est catholica, vos ea probare debuisset, & vos intus essetis: illi autem quos conuinceretis, pellerentur foras: quid est quod respondero voluistis, ideo separationem factam, quod nos foras essemus propulsi, vestri autem in Ecclesia plenaria & catholica remanserunt? hoc si totidem verbis vobis Maximinianenses dicant, quid respondebis, nisi nec refelli dignos sed tantum rideri, qui Ecclesiam plenariam cum Episcopis iam minus quàm centū contra tantam numerositatem ac multitudinē, cui ampli⁹ quæ trecenti præfident audeat affirmare, cū per omnes Aphricæ regiones vbi Maximinianenses sunt, non desit etiam cōmunio Primiani, per alias autem multo plures latioresque Aphricæ partes vnū Maximinianensem nemo reperiat, nisi vix forte peregrinantem. Quo igitur ore contra Ecclesiam a solis ortu vsque ad occasum promissam voce veritatis & reddita aude Ecclesiam plenariam dicere partem Donati, cum ipsa non sit nisi Aphricæ: illa vero cum tot gentibus, sit & Aphricæ? sed videlicet ista illam misit foras. Ne quæso tu istā vocem mittas foras, in facie est frons hominis, non sub humero. Ergo ne ista illam misit foras? Nō vides si illa mittitur foras de qua dicit dominus ad Abraham, In femine tuo benedicentur omnes gentes. De qua predictum legitur, quod erit in nouissimis dieb⁹ manifestus

Cap. LIII.

Psal. 49.

Luca. 24.

Acto. 1. & 2. & 4.

Acto. 1. & 2. & 4.

Cap. LV.

Sup. lib. 3. cap. 73.

Fig. 3. G. 3. 3. 1. 1. 1.

Cap. LVII. Sup. lib. 3. cap. 73.

M. Dumy.

Contra Pe- litigatoribus crediderunt. His docetur in eo etiam quod ex illa mea quadripartita distributione vltimum vobis lib. 3. c. tibi, neque enim aliud poteris, elegisti, quàm facile suscipere peremini. Dixi enim quod si documenta criminum traditionis fuerint ex vtraque parte prolata, aut vtraque sunt vera, aut vtraq; falsa: aut nostra vera & vestra falsa: aut nostra falsa & vestra vera. Et cum in tribus superioribus facillimam nostram victoriam demonstrassem, in quarto quoque vos vinci, aut minus intellexisti, aut quod magis credo, ne ab aliis itelligeretur, nescio quibus vmbra culis id conatus obtegere, de argumentationis genere disputandum putasti. Vnde & cum aliis, si opus fuerit, fortasse tractabimus, ne tempus rebus non necessariis infumamus. Proinde attende, vtrum valeam in illo peripicuo speculo vestro, hoc est in causa Maximinianensium etiam hoc demonstrare. Nanque mortuis omnibus & apud quos hæc gesta sunt, fieri ali-

Gen. 22. Esai. 2.

Psalm. 21. G mons domini, & venient ad eum vniuersæ gentes. De qua prædictum canitur, Commemorabuntur & cõuer-
tentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt
in conspectu eius vniuersæ patriæ gèrium. De qua præ-
dicatur quòd in toto mûdo fructificet & crescat, quam
ipse dominus dicit dilatari per omnes gètes incipièti-
Luc. 2. 4. bus ab Hierusalè. Non inquam, vides si hæc mittitur fo-
ras, eam cum lege dei, cum prophetis, cum Psalmis, cū
Apostolis, cum ipso Euangelio, cū toto denique testa-
Cap. LIX. mento & cum ipso hærede mitti foras? Quod ne-
fas si attendis, si perhorrescis, si contremiscis, vide vbi
fisis, & redite intro, quoniam non misisti estis, sed vos
potius existis foras. Vide quid faciat animosa cæcitas.
Dicitur quòd Maximinianus Primianū miserit foras,
& ridetur. Vnicur quòd pars Donati labores Aposto-
lorum per vniuersum mundum fructificantes & cre-
scètes misit foras, & non exhorretur. Ne quid sanè fal-
laris aut fallas, quoniam id quod tam crebro comme-
morauit, non aduertens vel te aduertisse dissimulās, di-
xisse me affirmas non esse frumenta dominica, quam
ego Ecclesiam catholicam sic asserui, quomodo eā asse-
rit scriptura diuina, frumenta sola in horrea reconde-
ntur: nunc Ecclesia tanquam area cum palea trituratur:
hoc est quod vos vrget ac premit, & nisi corrigamini
extinguit: quia huius area palea quod vos esse demõ-
strasti, purgatum frumentum impudenter vos esse fin-
xistis: ac sic ex ipsa area vanis calumniis turbulentis, tā-
quam leuissimum trituræ puluis per inane sublatus, ante
nouissimum ventilationis tempus existis. Vox denique
arrogantissima atque falsissima vestra est illa, non no-
stra, Quid palea cum frumento? quod de somniis va-
norum & reuelationibus Prophetarum Hieremias ait:
Hiere. 23. & tanquam de nobis & vobis dictum sit, Parmenianus
Contra Parmenianum
li. 3. ca. 2. in
fi. 3. hoc scribit. Quare quoque à Maximiniano, nihil aliud
de se dicit. Non est enim alius impius superbiæ tumor
apud omnes qui se à Christi vnitatem discindunt, quam
se solos Christianos esse iactare, & damnare ceteros,
non solum quibus eorum lis nota est, verumetiam qui-
Caput. LX. bus eorum nec nomen auditum est. Nam illud
quàm eleganter tibi visus es dicere, quòd cū ego de tes-
tamento dei dixissem, nunc vndecunque prolatum est
recitetur, Respondendum putasti quòd iam hoc con-
fessionem criminis habeat, & ideo dixerim, à quocunq;
prolatum est recitetur: quia apud me cõstat & à nostris
exultū, & à vobis seruatum atque prolatum. Ita vero si
veritate confusus, à Maximiniano velis proferri codicē
Num. 16. legis, vnde recites Dathan, Core, & Abiron, qui viui
terra dehiscente submersi sunt, quibus istum Bagajæus
sententia comparauit: non eo firmiter contra illum re-
citabitur: quia in ei codice reperitur. Quod ergo dixi,
testamentum vndecunque prolatum est recitetur: non
est confessio criminis sed fiducia veritatis. Quid enim
cõmodius, quid præclarior, quàm si fieri potest, aduer-
sus te legatur, à te proferatur? Non quia ego nõ habeo
pro me, sed facilius est certiorq; cõuictio, vt tu habeas
contra te quod pro te si corrigaris fiat. Contra vniuersi-
tatem vero Ecclesiæ quia te inania repetere libuit, etiam
hic tibi respondeo: Sicut in Aphrica pars Donati vos
estis, à quib⁹ apparet partem Maximiniani schisma fe-
cisse, quoniam non est per Aphricam in qua vos estis:
nam & alia schismata facta sunt ex vobis, sicut Rogat-
enses in Mauritania Casariensis: Vrbanienses in quadã
Numidiæ particula, & alia nõnulla: sed vbi præcisã sunt,
ibi remaserunt: & hinc enī apparet eos à vobis existisse, nõ

vos ab ipsis, quia vos etiã in his terris estis vbi ipsi sunt: K
illi autem quaquaversus vos estis, non nisi forte pere-
grinantes inueniuntur. Sic Ecclesia catholica, quæ si-
cut ait Cyprian⁹, ramos suos per vniuersam terram co-
pia vbertatis extendit, vbi que sustinet scandala eorum
qui ab illa vitio maxime superbiæ præciduntur, aliorū
hic, aliorum alibi atque alibi, qui partes suas ostentan-
tes dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic: quibus ne cre-
datur ipse præmonuit. Non enim ostendunt viam de
qua prophetatum est in Psalmis, Vt cognoscant in ter-
ra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum, sed
sua cõmunionis quisque regiones, ecce hic, ecce illic.
Vbi enim cadunt ibi remanent, & vbi separantur ibi are-
scunt: vnde ipsa de qua præcitur, etiam in eas terras
extenditur vbi iacent illa quæque in sua regione frag-
menta: in illa vero singula quacunque ipsa distenditur
non sunt, quanuis aliquando vix rarissima folia ex co-
rum ariditate ventus elationis in peregrina dispergat.
Hæc igitur Ecclesia quæ vt eiusdem identidem ver-
bis vtar, ramos suos per vniuersam terram copia vber-
tra extendit, ad multas etiam Barbaras gentes extra
orbem Romanum crescendo peruertitur est. Quod te
inquisisse & cõperisse arbitror vt diceret, Omitto gen-
tium Barbararum proprias regiones, ipsarum ritus, sy-
dera Chaldæorum, Aegyptiorum superstitiones, deos
Magorum, vt omnia ista sint, quia prouidentia dei in
Christianum nomen totus quotidie vertitur mundus.
Hæc tu vera dixisti, & sic impletur promissio quæ dicta
est Abraham, In femine tuo benedicentur omnes gen-
tes. Omnes, inquit, gentes: non dixit, omnium gentium
omnes homines. Vnde necesse est non solum fecunditate
crescentis Ecclesiæ, verumetiam permixta multi-
tudine inimicorum eius, per quos pietas eius exerceri
& probari possit, vsq; in finem iudiciariæ separationis
totus orbis impleatur. Sic commemoratum est hoc tes-
tamentum & ad filium eius Isaac, domino dicente, Et
statuam iuramentum meum tuum tanquam Abraham pa-
tri tuo, & amplifcabo semen tuum in antiquis stellas ce-
li, & dabo tibi & semini tuo omnem terram, & benedi-
centur in femine tuo omnes gentes terræ. Sic & ad ne-
potem eius Iacob, Et erit semen tuum sicut arena terre,
& dilatabitur supra mare & in Aphricum & in Aquilo-
nem, & ad Orientem, & benedicentur in te omnes tri-
bus terræ. Supra mare autem plerunque scriptura cum
dicit, Occidentalem partem solere significari, nouit qui
legit. Huic tu testamento si prolato cõsentire voluisses,
non in sola Aphrica remanisses. Non ergo nobis com-
municant sicut dicit, Nouatiani, Arriani, Patripasiani,
Valentiniani, Patriciani, Apellitæ, Marcionitæ, Ophi-
tæ, ceteraque, vt verbis tuis vtar, nephariarum pestium,
non secliarum sacrilega nomina. Verūtamen vbiq; sunt
isti, illic catholica sicut in Aphrica vbi & vos, non
autem vbiq; catholica est, aut vos estis, aut hære-
sis quælibet illarum. Vnde apparet quæ sit arbor ramos
suos per vniuersam terram copia vbertatis extendens,
& qui sint rami fracti non habentes vitam radicis, atq;
in suis quique latentes & crescentes locis: sed si nõ per-
manferint in infidelitate, sicut de Israelitis dicit Apo-
stolus, inserentur. Potens est enim deus iterū inserere
illos, non vt iterum accipiant sacramentum baptisma-
tis, quod iam tractum ex arbore non mutauerunt, sed vt
reuiuiscant ex radice charitatis & vnitatis, à qua sepa-
rati sterilitate animositatis arefcunt: sicut rursus inseren-
dos putatis Prætextatum & Felicianum, quos secū præ-
ciderat Maximinianus, nec præcisorum baptismum re-
probatis.

Cap. LXII. A probatis. Quibus verè aliquid præstaretis, si non eos
frumeto vestro, sed & vos & illos radici catholice red-
deretis. Iam vero ad illud quid respondeam, quod
tibi visus sum dixisse pro vobis, quoniam dixi nõ pro-
desse baptismum eis qui ab vnitatem discedunt, inesse il-
lis tamen: hinc probari, quòd redeuntibus non restituitur.
Firmastis enim & vos hoc dicere, quòd maioribus
nostris ad Ecclesiam redeuntibus, baptismum quem ibi
acceperat nõ profuerit. Hoc si diceretis, nihil inter nos
aliud quereretur, nisi quæ sit Ecclesia vbi baptismus pro-
fit. Sed vos non dicitis in nobis baptismum esse, ac non
prodesse, sed dicitis omnino nõ esse, quòd ab eis acce-
perimus, qui eum discedendo perdidit, vnde nec po-
tuitis respondere, nec poteris ad illud quod à me positū
est, inesse baptismum discedentibus hinc probari, quia
redeuntibus non restituitur. Si enim baptismum Felici-
anus à vobis recedendo perdidit, cur non denuo
rediens baptizatus est, vt ei quod perdidit reddere-
tur? Ipse denique Maximinianus si ad vos redeat, non
baptizatur, quod deberet vtiq; si perdidit baptismū.
Tua quippe verba tenent, quòd in eius schismate senten-
tia damnationis retenti, simul & baptisma & Ecclesiam
perdiderunt. Sicut ergo eis redeuntibus redditur Eccle-
sia, reddatur baptismus. Baptizetur, inquam, redeuntes,
si baptismum amiserunt abscedentes. Hoc quia non fa-
citis, etiam vos fatemini ab Ecclesia recedentibus inesse
baptismum, nec prodesse: dant ergo sicut habet, id est,
vt & ipsis qui ab eis extra Ecclesiam sumunt, in sit
baptismus, nec tamen profuit. Vnde sicut illis redeuntibus
non redditur quod amiserunt: ita & illis non dandum
est quod acceperat, sed agendum cum eis, vt per Eccle-
siam profuit vtrisque quod extra Ecclesiam si esset, non
prodesset. Ac per hoc nec pro vestro errore aliquid di-
xi, & ei quod dixi non respondi. Adungis etiam
de horto cõcluso & fonte signato: quod omnino vnde
dictum sit non intelligis. Si cõclusus est, inquis, hortus
& fons signatus, quomodo qui foris est possit, & ab hor-
to, id est, Ecclesia & fonte eius, id est, baptismo separa-
tus, potest dare quod nõ habet? Interroga Felicianum,
vtrum in horto cõcluso fuerat, quãdo illi reditus quasi
ad eundem hortum cõclusum dilationis ianua pande-
batur? An forte exinde furatus est fontē vbi laicos suos
in Maximiniani schismate baptizaret? Quod si ita est,
vbi tunc vestri vos abluerat? An eos pariter illa dilatio-
ne distulerit, donec fures illi ad hortum cum fonte re-
mearent? Tunc non erant isti pseudopropheta, quãdo
Primiani criminibus mentiendo deceptos, ad suum sa-
crilegium traducebant lupi rapaces, quando seductos
de grege Primiani, ad suæ concisionis particulas per-
trahebant? Negas eas quas dixi tyrannicas vestrorum in
fundis alienis dominationes & bacchationes ebrieta-
tum? Negas quãtum potes, nõ vereor ne propterea no-
biscum vos pigeat concordare: Nõ in vos tale aliquid
dixi qualia Maximinianienses damnati à vobis audire
meruerunt. Negas furorem Circumcellionum, & præ-
cipitatorum vltro cadauerum cultus sacrilegos & pro-
phanos, non tamè negas cum Aegyptiorum ad modū
exemplo pereuntiu funeribus plena essent littora: qui-
bus in ipsa morte maior est pœna, quòd nec ipsam iue-
nerunt sepulturam. His vos insepultis cadaueribus in-
haesistis, ibi enim iacebant Prætextatus & Felicianus.
Aut si apud vos reuixerūt, quid de baptismo agitis què
tunc mortui tradiderunt? Dicis me non seruasse
pacem ac lenitatem, quam principio literarum mearū
promiseram, quòd satanam Petilianum appellauerim:

Ego non Petilianum nec quenquam hominem in par-
te Donati, sed ipsum errorem partis Donati satana cõ-
parauit: ex cuius laqueis homines quos diligo cupio li-
berari. Nam lege cõsideratus, inuenies: quãquam & si
aliquid durius dixi, lege quæ ipsi nõ in errore Maximi-
niani estis, sed in ipsos homines dixeris. Felicianū ergo
Petilianus imitetur, & mihi pacem desideranti nõ iras-
cantur. Tibi certe ipse nõ succenseo quòd mihi ex obli-
quo Manichæos obiciendos putaueris propter errorem
adulescentiæ meæ. Vnde non tam doleo confidens de
perpetua gloria liberatoris mei, quàm si placet admo-
neo, vt quæras & legas quæ & quanta & quomodo ad-
uersus Manichæorum pestilentissimam hæresim scri-
pserim. Ibi videbis qua fide cõtra eos Christianam de-
fenderim veritatem, corumque fallacias quãta perspi-
cuitate destruxerim, & noli esse aduersus me incredu-
lus, cum Felicianum credas Primiano fideliter inha-
sisse, qui pro Maximiniano tanta crimina in eum sen-
tentia damnatoria dixerit. Contra eundem vero Ma-
ximinianum & ab eo dissociatus aliquid forsitan scrip-
serit, in quem nõ sicut ego in illos adulescens, laicus,
catechumenus inciderat, sed senex senem ei cui nunc
adiunctus est, aduersarium Episcopus episcopum fece-
rat. Vnde cum ego Epistolam primatis nostri, quia fe-
cisset sub eadem vrbana obliquitate mentionem, quam
de me iste scripsit iratus, cum in Episcoporum concilio
probare quod intenderat vrgeretur, eius ipsius sen-
tentia se corrigentis, & de hac re veniam postulantis,
legam esse damnatam, tu quare vtrum possis legere,
vbi correctus damnauerit Felicianus, quæ nõ accusans
sed damnans dixit in Primianum, vel saltem ipse Pri-
mianus euacuauerit, quæ damnans dixit in Felicianum,
Quod si inuenieris, nec sic par erit causa, quia ille accu-
sationem instituerat quam falsam esse peruidens, cum
venia postulatione damnauit, nõ aspernans emenda-
tionis humilitatem dignitate primatus, sed potius re-
colens prudens quod scriptum est, Quãto magis es,
tanto humilia te in omnibus, & eorum deo inuenies
gratiam. Ipsi autem non iniucem apud alios accusaue-
rant, sed aduersus iniucem iudices sederant, proinde
iniucem damnauerant, damnati concordauerūt. Non
inuidemus in parte Donati pacem damnatorum, si &
Christi pacem non respuant in orbe terrarum.
Cernis iam vt arbitror, quàm inaniter dixeris, quòd
videaris tibi ad omnia respondisse quæ in ea Epistola
continentur. Si enim propterea respondi, quia tacere
noluisti, non quidem ad omnia, sed tamen respon-
disti. Si autem ad hoc respondi vt ea quæ à me dicta
sunt euacuares, video te quidem ad multa respondi, sed
nihil video refellisse. Consideratis autem omnibus
quæ à me dicta sunt, puto quòd facillime intelligas nõ
deuitanda contentiois causa, quæ nulla est cum veri-
tate vel queritur, vel non pro vana gloria litigatur, sed
causa mala diffidentia vos nobiscum nolite conferre.
Vt enim hanc solam Maximinianiensium causam in
medium proferamus, nihil contradicere te isti posse
nunc saltem fortasse iam agnosces, vnde non mihi ar-
rogans sicut credis, aut calumniaris, velut iniuctæ elo-
quentiam sic eam volui commendare, sed magis vt in-
tuerentur qui legerent, talem esse causam, pro qua asse-
renda vel potius demonstranda nullus sit faciendæ pa-
trocinium requirendum. Ecce iam non dico tripliciter
bestiam, errorem vestrum, quasi suauissimas verborum
emendationes, sed dico calumniam tripartitam. Nec
dico nos ei tanquam tridenti telo ex hac Maximinia-

Gentium causa debere resistere, sed dico tripertita defensione. Nec dico in eorum frontem figite, aut ora coarctate, sed dico eorum impudentiam cohibete, sermonemque reprimite. Nunquid quoniam verba mutata sunt, & ex translatis facta sunt propria, ideo Maximiniansum causa mutata est, cuius compendio sic superamini ut nihil vobis restet si aliquando sapiatis, nisi finita peruitacii animositate pa cari? Si de communionem agitur, non peccatorum alienorum, sed diuinorum sacramentorum: communicatum est cum damnatis, & dictum est de aliis sacrilegis, qui cum damnato Maximiniano comunicabant, quod eos sacrilegi surculi non polluere plantaria. Si de persecutione agitur: danatos persecuti estis, animosos persecutionibus correxistis. Si de baptismo agitur: in sacrilego schismate datum baptismum suscepistis. Qui adhuc inaniter veritas cognoscatur, errorque fugiatur, diuina non intellecta testimonia proferuntur? Scriptum est, Si quis putat se contentiosum esse, nos talem consuetudinem non habemus. Sed nec Restitutus qui cum Saluo Mēbresitano propter cellulas & agellos, ut eum locis expelleret forensi strepitu cōtrouersiaque confixit, contentiosus habitus est à vobis: quanto minus debet contentiosus putari, qui non pro usurpada vel auferenda, sed pro communicanda hereditate cœlestium cum eis qui aliter sapiunt fideliter disputat? Scriptum est, iquis, In aures imprudētis noli quicquam dicere, ne irrideat sensatos sermones tuos. Nolite nobis in aures quasi secreta dicere, si non prudentes putatis, sicut nec Christ⁹ in aures pharisæorum dicebat, quod tamen ad eos reuellendos ipsis audientibus proferebat. Palā nobis ostēdite, ut si nō corrigimur cōuincamur. Quomodo vos si ad vnitatē veneritis, maculat orbis Christianus, quos damnatos non maculat Felicianus? Est scriptum, Noli respondere imprudenti secundum imprudētiam eius, ne similis fias illi. Nōne ibi sequitur, Sed responde illi contra imprudentiam eius, ne sibi sapiens videatur? Hoc & vos facite, Nolite respōsione vestra nostrā quā putatis imprudentiā cōsentire, sed vnde possit redargui respōdete. Respondete, inquam, quomodo baptismū quod Maximinianses in sacrilego schismate ministrarunt, sine aliqua destructione suscepistis, & i Ecclesiis, quas Christ⁹ per Apostolos propagauit, datū baptismū destruatistis? Proinde q̄ in fine epistolæ tuæ omnia quæ supra latius abs te dicta sunt, breuiter percurrenda arbitratus es, quod lectoris memoriam recreares, eodē ordine accipe q̄ nec te nec alios fallere debeas. Nam & arrogantiā nō est, vel querere vel asserere veritatem. Et quod nunquam putas potuisse definiri, nō solum à prudentibus & deum timentibus definitū est, sed etiā vortum qd sine fine putabatis, Maximinianses suscipiēdo finistis, & vos non ad contentionem, sed ad collationem vocamus, qui Maximinianses etiam forensibus litibus perculistis: sed in eis qui in Maximiniani schismate baptizati sunt, quanuis nequaquam illic baptizari debuerint, tamen Christi baptismum cognouistis, & Ecclesiā fontem aliter debere intelligi, ad quem nisi bonus nullus accedit, accepto baptismō quē sacrilegi extra dederunt, declarastis: & maiores nostros vel sanctam Ecclesiam quam tenemus, alienis criminibus thurificationis & traditionis, quanuis à vobis nūquam probata sint, tamen pollui non potuisse cogemini cōfiteri, qui dixistis quod socios Maximiniani, quibus ad redeūdum dilationem dabatis, eiusdem Maximiniani sacrilegi surculi nō polluere plantaria. Vnde nos tanto

1. Corin. 11.

Prover. 23.

Prover. 26.

post nati, multo minus possumus ad eorūdem traditorum & thurificatorum originem pertinere, situnc pariter viuientium societatem maiorum vestrorum maculare non potuit, & persecutiones quantis contra veritatem seuisimas nobis facere soleatis, tamen ex aliqua parte Maximinianses persecutionibus correxistis, & eos quanuis non ipsis iam damnatis data fuerit, tamen post illius dilationis terminū suscepistis, & baptismum quem foris à vestra communionem dederant, quibus dilatione redeundi ianuam pandebatis, etiam post eandem dilationem cognitum & approbatum nō rescidistis. Quare cum videas nihil à te dici potuisse qd non vna Maximiniansum causa reffellat atque conuincat, da veniam si quo fortasse verbo durius emisso te offendit: & si Afer in Africa tam magnam Maximiniansum causam in capite Africæ exortā, meis admonitis literis tam sero requisisti, nec requisitā falsa narrantibus vestris, sicut iam cernis, inuenire potuisti. Time deum. Tot Christianas gentes tam late per mundum Christiana vnitatem porrectas, ignotorū Afrorum ignotisque criminibus nolite perfundere, & pro pace Christi redite ad Ecclesiam, quæ non damnauit incognitos, si pro pace Donati placuit reuocare damnatos.

Libri quarti finis.

DIVI AVRELI

AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, contra Primam Gaudentij Donatistarum Episcopi Epistolam
Liber primus.



GAUDENTIVS Donatistarum Cap. I. Tam Gaudentius Episcopus, cum se ipsum in Ecclesia quibusdam sibi adiunctis perditis, incendere minaretur: viro spectabili tribuno & notario Dulcicio, cui piissimus imperator leges suas exequendas cura perficiendæ vnitatis iniunxit, agenti vt oportebat, cum furentibus mansuete, & prius ad eundem Gaudentium literas pacificas danti, duas rescripsit epistolas, vnam breuiorem, & perlatoribus sicut indicat festinantibus festinatam: alteram prolixiorem, in qua secundum scripturas se respondisse diligentius arbitratur. Ita ergo scripta eius opitulante domino institui refutare, vt etiam qui sunt ingenio tardiores, ad omnia me respondisse non dubitent. Nam prius verba eius ponam, deinde nostra subiungam: nō sic quemadmodum feci cum Petiliani literis responderem. Ibi enim per loca singula quando verba ipsius inseruntur, positum est, Petilianus dixit: Quādo mea redduntur, Augustinus respondit. Vnde mihi tanquam mentitus fuero, calumniatus est, dicens, quod nunquam mecum cōminis disputauerit: quasi propterea nō dixerit quod scripsit, quia hoc nō in verbis eius audiui, sed in literis legi: aut ego ideo non responderim, quia non eo præsentem locutus sum, sed scriptis eius vicissim scribendo respondi. Quid faciamus hominibus qui tale cor habent, aut eos quibus sua scripta innotescere cupiunt, tale cor habere opinantur? Sed etiam talibus hic satisfaciamus: & quando ponimus verba Gaudentij, non dicamus, Gaudentius dixit: sed, Verba epistolæ: & quando respondemus, non dicamus, Augustinus respondit: sed, ad hæc responsio. Sic ergo inci-

piamus reffellere Gaudentij epistolam priorem ac breuiorem. VERBA EPISTOLAE, Honorabili ac nimium nobis, si sic volueris, desiderando Dulcicio tribuno & notario, Gaudentius Episcopus. AD HAEC RESPONSIO, Non debemus etiam ista discutere, ne propemodū in superfluis immoremur, cum sint loca necessaria, quæ nos aliquanto diutius loqui cogant.

VERBA EPISTOLAE, Religionis tuæ scripta percepi per eos quos & moribus & instituto suo, cū tuis charos esse manifestum est. AD HAEC RESPON. Neq; hoc discutā quomodo dixeris religionis tuæ homini, quem potius irreligiosum putas. Reddidisti quippe honorificentiam, sicut reddendam existimasti, quia ille te honorificentius tractauit in literis quas ad te dedit, quā catholicus hereticum debuit, putans tuā mentem tali fieri sermocinatione sanabilem. VERBA

EPISTOLAE, In quibus tam multa, inquit, à tua dignatione dicta sunt, quæ nunc interim conticesco, sed quoniam ingenij tui acumē minus aduertit, quod nos in eodem scripto nec innocētes plenē, nec reos asserere potuisti. AD HAEC RESPON. Quomodo non asseruit reum quum dixerit, quod te duce miserorum animā nefando exitu periturā sint, adiciens te in te intelligere debere, quanta te & in hoc mundo inuidia, & in illo vltimo iudicio desperatio poterit manere? Quomodo nō asseruit reum, quē sicut potuit exhortatus est, vt imitandum aliorum secutus exemplum, dimisso errore prioris hæreseos, te ad vnam & veram dei conferas fidem? Veruntamen non tribuni verba defendere, sed heretici refutare suscepimus. Si quid ergo iste noster tanquam laicus militaris dixit incautus, quis ei non ignoscat? Quis Ecclesiæ catholicæ de verbis eius præiudicandum esse cōtendat? Tu perpensus considera quid loquaris, quem pars Donati in nostra collatione quæ apud Carthaginem facta est, sex aliis adiunctis, etiam defensorum suæ diuisionis edidit. VERBA

EPISTOLAE, Quod si criminosos, inquit, existimas, fugienda vobis dānanda societas. AD HAEC RESPON. Planē fugienda est societas criminosorum, sed non est respūda correctorum. Illud ergo salubriter ita deuitalis, vt hoc misericorditer velimus, optemus, instem.

VERBA EPISTOLAE, Si vero innocentes nos putas, inquit, quod etiam ipse dixisti, persecutores in fide Christi constituti sustinere gaudemus. AD HAEC RESPON. Consideraui literas tribuni ad te datas, & nusquam in eis legi quod te dixerit innocentē, sed ab aliis audisse vel cognouisse prudētē. Sic autē in scripturis sanctis nō solū boni, verum etiā mali vocari solent, Nā hoc ibi nomen etiā serpens hominis deceptor accipit. Quod enim quidā interpretati sunt, sapiētissimum omnium bestiarū, prudētissimū potius Græci codices habet, vnde in Latinam linguā scriptura illa translata est. Sed si eos putandū est innocētes à tribuno esse dictos, quos à te ad exitū teneri dixit inuitos, quid mirū si & illic fieri credidit, quod in aliis locis factū esse cognouit? Nō est ergo vnde gaudeas te pati persecutionē, cū inuenire non possis quomodo te asseras innocentem.

Abstinet autem vt ista persecutio dicenda sit hominū, cum sit potius pro hominibus liberandis persecutio vitiorū, qualem facit agris etiā diligentia medicorum. Quanuis etiā essetis innocentes, hinc efficeremini nocentes, quia occidere cupitis innocentes. Qui enim se innocētes conantur asserere, & tamē vitæ suæ nolunt parcere, quid aliud quā innocentes conuincuntur occidere? Tomus septimus.

VERBA EPISTOLAE, In hac autem Ecclesia, D inquit, in qua nomen dei & Christi eius vt etiā ipse dixisti, in veritate * est frequentatum, nos aut veri quādiu deo placuerit permanemus, aut vt dignum est, dei familia intra dominica castra vitæ exitum terminabimus, sub ea scilicet cōditione, quia si vis fuerit operata, tunc id poterit euenire. Nemo enim tam demens est, vt nullo impellente festinet ad mortē. AD HAEC RESPON. Neq; hoc in tribuni literis legitur à te inuocatū in veritate nomē dei, quāuis dixerit inuocatū: quāquā etiam si dixisset, posset hoc intelligi, non ad vestrā gloriam sed ad pœnā. Nam & de gentibus impiis Apostolus dixit, Qui veritatem in iniquitate detinet, vt vos facitis, qui veritatem baptismi diuini in iniquitate detinetis erroris humani. Vnde nos cum vestram corrigimus iniquitatem, non vtique debemus illius sacramenti rescindere veritatem. Profiteris sanē innocens homo aliis quidem verbis, cū Ecclesia te ac tuos interituros. Cum enim dicis in Ecclesia, quid aliud vis intelligi, nisi cum Ecclesia: quādoquidem id agere ignibus paras? Hæc est innocentia partis Donati, vt hoc faciatis adiunctis mortibus vestris, quod etiam apud Carthaginem in inuidiam nostram de Basilicis quæ vestræ fuerunt, sicut potuistis, & cum quibus potuistis fecisse asseramini sine mortibus vestris. Quis enim vos nō credat volendo fecisse, quod facere etiam moriēdo disponitis? Si autem illud vos non fecistis, hoc certe furiosus est quod facere paratis. Sed dixisti, si vis fuerit operata: & adiunxisti. Nemo est tam demēs, qui nullo impellente festinet ad mortem. Quanto est ergo dementior, qui cum impellatur ad vitam, festinet ad mortem?

VERBA EPISTOLAE, Eos autem qui nobiscum sunt, inquit, testem deū facio, eiusq; omnia sacramēta, q̄ exhortatus sum & impensissime persuasi, vt qui haberet voluntatē egredi, securus publice fateretur: nec nos enim inuitos retinere possumus, qui didicimus ad dei fidem nullum esse cogendū. AD HAEC RESPON. Cur autē non te etiā, si nō inuitorum rectorē, tamen ab bonū opus exhortatorē apertissime fateris, si quod facturus es, bonum est? An forte quā malum sit & ipse intelligis, atq; id facturum te magis vt terreas quā vt impleas cōminaris, aut mētiendo infidelis, aut verū dicendo crudelis? VERBA EPISTOLAE, Et alia manu opto te incolumem in reipublicæ actibus florentem, & à Christianorū inquietudine recedentem. AD HAEC RESPON. Possumus eum & nos optare incolumem, & in reipublica actibus florentem, sed non ab hæreticorum correctione quiescentem.

Libri primi finis.

DIVI AVRELI

AVGVSTINI HIPONENSIS EPI-
scopi contra secundam Gaudentij Donatistarum Episcopi epistolam Liber Secundus.



HONORABILI & omni affectu desiderando Dulcicio Gaudentius Episcopus. AD HAEC RESPONSIO, Si omni affectu desideras hominē, quare cū illo tenere Christi respuis vnitatē? An reddendo malum quasi pro malo, quem tuum persecutorem putas, rebaptizare desideras? VERBA EPISTOLAE, Solent igitur, inquit, sola

Cap. VI.

Rom. 11.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Verba Episcopi.

Capit. I.

Capit. II.

G si intelligatis quid in vobis qui vos diligunt persequuntur, ipsa sine dubio, a quibus persecutione patimini, facta mala vestra fugietis, & coniungemini eis, qui vobis liberent, persequuntur vestros persecutores, non enim nisi vestros persequuntur errores. VERBA EPISTOLAE, Per opificem, inquit, rerum omnium dominum Christum omnipotens deus fabricatum hominem ut deo similem, libero dimisit arbitrio. Scriptum est enim, Fecit deus hominem & dimisit eum in manu arbitrii sui. Quid mihi nunc humano imperio eripitur, quod largitus est deus? Adverte vir summe, quanta in deum sacrilegia perpetraverunt, ut quod ille tribuit, auferat humana presumptio, & pro deo se inaniter iactet magna dei iniuria, si ab hominibus defendatur. Quid de deo aestimat qui eum violentia vult defendere, nisi quia non valet suas ipse iniurias vindicare? AD HAEC RESPON. Secundum istas vestras fallacissimas vanissimasque rationes, habens laxatis atque dimissis, humanae licentiae impunita peccata omnia relinquentur, nullis oppositis repagulis legum, nocendi audacia, & lasciuendi libido bacchetur, non rex suum regnum, non dux militem, non provincialis iudex, non dominus seruus, non maritus vxorem, nec pater filium a libertate & suauitate peccandi minis vllis penae coepescat. Auferte quod sana doctrina pro sanitate orbis terrarum sapienter per Apostolum dicit, & ut confirmetis in arbitrio tanto peiore, quanto liberiore filios perditionis, delete quod ait vas electionis, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi a deo. Quae autem a deo sunt, ordinata sunt. Quapropter qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est, vindicam iram ei qui male agit. Delete ista si potestis, aut ista sicut facitis si non potestis delere, contemnite. Habete de his omnibus pessimum arbitrium, ne perdatis liberum arbitrium. Aut certe quia sicut homines hominibus erubescitis, clamate si audetis, puniantur homicidia, puniantur adulteria, puniantur caetera quae a libet sceleris siue libidinis facinora, seu flagitia, sola sacrilegia volumus a regnanti legibus impunita. An vero aliud dicitis, cum dicitis, magna dei iniuria si ab hominibus defendatur? Quid de deo aestimat qui eum violentia vult defendere, nisi quia non valet suas ipse iniurias vindicare? Hec dicentes, quid aliud dicitis nisi nulla hominis potestas contradicat atque obstrepat nostro libero arbitrio, quando iniuriam facimus deo? O dolor, fraudata sunt tali magisterio tempora antiqua, quoniam nondum eras natus, quando sanctus Moyses iniurias suas leuissime pertulit, dei vero seuerissime vindicauit. Tu autem doctor haeretica presumptione inuidiosissime clamas, Fecit deus hominem, & dimisit eum in manu arbitrii sui. Quid mihi nunc humano imperio eripitur quod largitus est deus? Hoc videlicet flagitium, ut ad faciendas iniurias deo, qui cum libero arbitrio fecit hominem, liberum arbitrium tibi relinquatur ab homine. Sed illi etiam qui decreto Nabuchodonosor regis proposita poena interitus sui, & dispersionis domorum suarum a blasphemando deo Sidrach, Misac, & Abdenago terribiliter prohibebatur, & acriter si contemneret, plecteretur, dicere potuerunt quod ipse dixit, Magna dei iniuria si ab hominibus defendatur. Quid de deo aestimat qui eum violentia vult defendere, nisi quia non valet suas ipse iniurias vindicare? Hae verba tua profus etiam illi dicere potuerunt, & fortasse dixerunt, etiam non cadere libertate,

non dissimili vanitate. Datum est ergo homini quando R creatus est liberum arbitrium, sed ut si esset malefaciens fieret patiens. Denique illi primi homines cum peccassent, morte donati sunt, & priusquam mors eis extrema etiam corporis suppleretur, in exilium de paradiso missi sunt. Mitiora in vos constituit Imperator, propter mansuetudinem Christianam. Exilium vobis voluit inferre, non mortem: sed vos homines docti considerantes quid debeatur merito, & quid minus sit in supplicio, non de iudicio illius, sed de vestro additis mortem. Nolite perire in aeternum, dum vobis hoc tempore ad offendendum deum concedi ab hominibus vultis liberum arbitrium. Audi Apostolum, & habebis magnum compendium, quo tibi regia potestas nocere non possit, Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Ex illa & ante nos iusti habuerunt laudem, non solum qui regibus religiosis fideliter paruerunt, verum etiam qui reges impios pro dei veritate aduersarios pertulerunt, illi laudem obauditionis, utriusque tamen ex illa, sed bonum faciendo, non potestatis resistendo. Quod autem vos facitis, non solum bonum non est, sed grande malum est, unitatem Christi pacemque conficere, contra promissa Euangelica rebellare, & aduersus eum de quo dictum est, Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum: hoc est aduersus verum & summum regem Christianorum tanquam civili bello Christiana signa portare. Sufficiat ergo vobis ad occasionem correctionis quod pro tanta magnis malis vestris longe mitiora & minora receperitis, si non vobis vltro quod non imperator constituit impunita, & nolite ad impunitatem licentiosam liberum arbitrium ab hominibus velle concedi, ne in ipsius dei manus infelicis incidatis: Nam & maiores vestri iudicauerunt in huiusmodi iniuriis dei, liberum hominis arbitrium non relinquendum a regibus impunitum, quia licet haberet causam malam, Caecilianum tamen Episcopum persequendum usque ad imperatoris Constantini iudicium perduxerunt. VERBA EPISTOLAE, Non frustra vero fides, inquit, quam dominus Christus Apostolis dereliquit, sola nobis istae persecutiones grauissimas reddidit. Felices, inquit, eritis, cum vos persecuti fuerint homines, & maledixerint, & dixerint aduersum vos omne nequa propter filium hominis: Gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in caelis. Sic enim persecuti sunt & prophetas, qui ante vos fuerunt patres eorum. Si tantum solis Apostolis dictum est, usque ad ipsos fides habuit premia, M & quid proderat postea credituris? Vnde constat omnibus dictum. Deinde dicit Apostolus Paulus, Qui volunt in Christo sancte viuere, persecutionem patientur necesse est. Hoc autem in Euangelio dominus dixit, Veniet hora ut omnis qui interficit vos, putet se victimam dare deo: Sed haec facient, quia non cognouerunt patrem neque me. AD HAEC RESPON. Recte ista dicentur a vobis quarentibus martyrum gloriam, si haberetis martyrum causam. Non enim felices ait dominus qui mala ista patientur, sed qui propter filium hominis patientur, qui est Christus Iesus: Vos autem non propter ipsum patientur, sed contra ipsum. Patimini quippe ideo, quia non ei creditis: & toleratis ideo, ne credatis. Quomodo ergo vos eam fidem tenere iactatis, quam dominus Christus Apostolis dereliquit? An usque adeo caecos & surdos vultis esse homines, ut non legant, non audiant Euangelium, ubi nouerint quam fide de sua Ecclesia dominus Christus Apostolis dereliquit, ex qua diuisi atque separati nihil aliud facitis quam contra verba capituli & corporis rebellatis, & tamen propter filium hominis ac fidem quam reliquit Apostolis, vos persecutionem sustinere iactatis?

A iactatis: Omittamus alia, & nouissima verba eius in terris audiamus, ubi videamus quam fidem de Ecclesia reliquit Apostolis, quale testamentum quodammodo fecerit, non vitam finiturus, sed sine fine victurus, non mittendus in sepulchrum, sed ascensus in caelum. Surgens enim a mortuis postea quam apparuit discipulis suis intuedus oculis manibusque tractandus: Oportebat, inquit, impleri quae scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere tertio die, & praedicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Itemque in monte Oliueti, postquam nihil vltius in terris positus dixit, sed quod maxime fuerat necessarium, hoc commendauit extremum. Multi quippe erant futuri per vniuersas partes terre, vdicaturi sibi nomen Ecclesiae, & contra vniuersam domum quam per vniuersam terram cantat canticum nouum, de quo scriptum est, Cantate domino canticum nouum, cante domino omnis terra: de suarum quisque vniuersarum angulis latraturi. Aliud namque Apostoli audire cupiebant, & quod illis maxime fuerat necessarium, non querebant: Dic nobis, inquit, si in tempore hoc praesentaberis, & quando regnum Israel: At ille, Non est, inquit, vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem superuenietis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in totam Iudaeam & Samariam, & usque ad terminos terrae. His dictis nubes suscepit eum. Nihil vltius verbis addidit: Hoc tanto tenacius, quanto posterius audientium mentibus fixit. Hanc sponfam suis amicis spondens abiens commendauit: Hanc ergo de sancta Ecclesia discipulis dereliquit: Huic fidei Donatistae resistitis, & pro fide quam dominus Christus reliquit Apostolis, vos persecutionem ferre contenditis: Huic hominis filio qui Ecclesiam suam incipientem ab Hierusalem, & per omnes gentes fructificandam atque crescentem, tanta diligentia commendauit, mira cecitatis impudentia contradicatis, & propter filium hominis vos mala sustinere clamatis. An hoc fortassis ideo dicitis, quia vobis alium filium hominis inuenistis, cuius nomine vocemini, de cuius parte dicamini: Erratis, non est ipse, quando propter filium hominis pati persecutionem felicitatis esse dicebat, seipsum ille sponsus, non adulterum praedicabat. Et nos confitemur, ut dicitis, non solis Apostolis esse dictum, Beati eritis cum vos persecuti fuerint homines. Ad omnes enim hoc pertinet, non qui post illos quamlibet persecutionem passi sunt sive patientur, siue qui passuri sunt, sed qui propter iustitiam, sicut & ipsi. Nam hoc paulo superius dixerat: Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum. Deinde ista subiunxit, quae commemorare & frustra vobis usurpare voluistis. Frustra enim beatitudinem istam pertinere ad vos putatis, quando in vobis iustitiam cui primi debeatis, non demonstratis: quin immo e contrario etiam pro iniquitate patimini, minus ab aliis, plus a vobis, ut ante dei iudicium quod futurum est, etiam ipsi vobis quod meremini, ex aliqua parte reddatis. Vnde quia tuipse dixisti, non hoc solis Apostolis sed omnibus dictum, ne usque ad illos fides premia habuisse videretur: Sicut hoc ergo non solis Apostolis, sed omnibus dictum est, qui etiam post illos propter iustitiam fuerant mala quae cumque passuri, sic etiam omnibus illud dictum est, Si vos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Quare hoc non facitis, si ad eorum societatem quibus haec dicta sunt pertinere iactatis?

netis: Quod quidem etiam feceritis, non ideo pertinebitis, D quia & latrones hoc facere possunt, quos inquiri leges publicae iusserunt. Verum tamen quia hoc facere non vultis, de compendio vos ad istos quibus haec dicta sunt, non pertinere monstratis. Et ut vos multo manifestius ipsa exculatio vestra ab illo numero virorum Christianorum ostendat alienos, loca quod confugiatis, quae ille usque in finem seculi non defutura promisit, vobis deesse iam dicitis, nullo modo illud quod falsa promiserit conuincentes, sed vos ad eorum consortium quibus hoc promisit non pertinere monstrantes, & ideo non veraces martyres, sed haeticos vos esse fallaces. Quid vobis vltius dicamus quando lingua vestra vos vincit? Nam & illud quod ad didisti dixisse Apostolum, Omnes qui in Christo pie viuere volunt, persecutiones patientur necesse est: non quidem ille dixit, necesse est: sed, omnes aut qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur. Sed vos ad istos non pertinere quis dubitat? Si enim & vos estis de quibus hoc dixit Apostolus, quare non facitis quod ipse fecit Apostolus? Nam si portem aduersus vos claudeatur, per murum submitti debuistis, ut manus persequendum fugeritis. Patent portae, & exire non vultis. Quam persecutionem patimini, nisi a vobis? Diligit vos persecutor vester, & persequitur vos furor vester. Ille ut fugiatis cupit, iste ut pereatis impellit. Sic autem intelligitur quod ait Apostolus, Omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur, ut maiores vestros sub apostata imperatore Iuliano non pie vixisse vobis necesse sit coteri. Nam quisquis illo tempore Donatista factus est, donec aduersus vestrum rursus errorem pia Christianorum Imperatorum cura confurgeret, si ante defunctus est, non pie vixit, quia non est passus persecutionem. Si autem hoc propterea dixit Apostolus, quia sicut alibi scriptum est, Tentatio est vita hominis super terram: nec cessat pios verosque Christianos non solum aduersitatis infestatione, verum etiam prosperitatis seductione tentare, ut animus humanam aut afflictione succumbat, aut elatione vaneat: profecto quam diu hic viuatur, omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur, ut aut victi comprehendantur a diabolo, aut probati diabolum vincant: Quos autem comprehesos captiuosque iam possidet, non ut obtineat persequitur, sed quia obtinet vitur. Porro si persequi tantummodo ille dicendus est, qui dolore aliquo excruciat, F qui se vult tenere ut excruciet, non tibi videatur excruciator cordis leuior esse quam corporis. Et considera quale persecutionem patiebatur qui dicebat in Psalmo, Vidi insensatos & tabescebam. Hanc persecutionem Lot iustus patiebatur in Sodomis, etiam priusquam in domo eius angeli hospites eius, cum homines putarentur, a Sodomitis appeterentur ad stuprum. Iustus enim eos tam publice turpes, & ante sua domus iniuriam sine magno cordis cruciatu videre non poterat. Vnde inter suas persecutiones etiam talia commemorat Apostolus 2. Cor. 12. Paulus, dicens, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Proinde quanto maior est in nobis charitas Christi, tanto maiore cum dolore animi vos videmus habere sacramenta Christi, & separari a membris Christi, & rebellare contra pacem Christi. Sed quid in hoc corpore viuatis, spes nobis aliqua de vobis datur: Cum vero iam in illa dissensionem morimini, multo amarius vos dolemus. Iam porro quando vos ipsos necatis, vel irruendo armis alienis vel praecipitiis & submersioibus & ignibus vestris, satis dici non potest, quanto nos merore crucietis. Plus quippe impius Ablalon

Capit. XI.

Ecclesiasti. ci 15.

H

Roma. 13.

Ecclesiasti. ci 15.

Daniel. 3.

Cap. XIII. 2. Tim. 3.

Job. 7.

Psalm. 118. Gene. 19.

Cap. XIII. 2. Cor. 12.

G patrem sanctum David extinctus, quā rebellis affixit. Viuum nanq; eum comprehendere cupiebat, vt qui malitia grassabatur, poenitentia sanaretur. Erat ergo ille persecutor patris, nō solū populū dei diuidendo, nec solū cōtra dei legē, & cōtra legitimū patris regnū arma portādo atq; bellādo, sed multo amplius persecutus est corporē nū in illa impietate moriēdo. Deniq; illum pater optimus pessimū filium, quem nō desperādo nō desisterat viuū, spe finita flevit occisum. Discite ergo quid sit quod Apostol⁹ ait, Omnes qui volūt in Christo pie viuere, persecutionē patientur. Si catholicorū domos Donatistę nō diripiissent, si catholicas Ecclesias nō incēdissent, si catholicorū codices sanctos in ipsa incēdia non misissent, si catholicorū corpora nō immanissimis cēdibus affixissent, si catholicorū mēbra non p̄cedissent, si oculos nō extinxissent, si deniq; catholicos non crudeliter occidissent: hāc solam nos ā vobis grauissimā persecutionē perpeti verissimē diceremus, quia videmus vos insensatos, & tabescimus: quia infirmatos, & infirmamur: quia scandalizatos, & vrimur: quia perditos, & lugemus. Hęc mala vestra qua vos in aternū interitum mittunt, amari nos persequeretur quā illa quæ ā vobis nostris corporibus, vel rebus, vel domibus aut basilicis inferūt. Minus persequimini cū in nos sauris, quā cū vos peritis. Deniq; in illa persecutione qua in nos sauritis, cū laude gaudemus: in hac autē qua vos peritis, si gauis fuerimus, vobiscū perimus. Sed quādiu in hac carne viuitis, de vobis desperare non possumus: Cum vero in hac impietate morimini, maxime cū vōs ipsos horrēda cecitate furoris occiditis, amarissimā tristitia nostra illud tantummodo consolatur, quod consolatus est sanctum David, in vnitate scilicet dei populū congregatus, qui fuit scelerati filij tyrannide diuisus. Tolerabilius enim longē pauciores pertinacissimi vestri suis p̄cipitiis vel submersionibus vel ignib⁹ pereunt, quā innumerabiles populi illis eorū salutem impediētib⁹, incendio cū illis ēterni ignis ardebunt. Nunquam igitur Ecclesia Christi defuit aut deerit. Vnde secūdm Apostolum, Qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patietur, aut impiorum malitiam sustinendo, cum innoxie viuunt, aut eos dolendo cum pereunt. Nolite itaq; falli quōd vobis dictū est, Veniet hora quādo qui vos occiderint, putēt se officium facere deo: aut sicut tu hic testimonium posuisti, putēt se victimam dare deo. Non quidem hoc esse dictum de persecutionibus quas gentes Ecclesię fecerunt, manifestum est. Diis enim suis plurimis, qui vtiq; nō sunt, deputauerunt se gentiles officium facere, cum hoc facerēt vni deo. Vnde hoc idem quod dominus p̄dixit suis, aut per Iudæos impletum est, qui sanctū Stephanum & multos alios occiderunt, dū putabant se officium deo facere, quoniam vnum verum deum colere videbantur: aut etiam nobis, id est, catholicis dictum est de diuersis hereticis vsquequaq; furētibus, qui vbi possunt, & quādo possunt, & quomodo possunt occidendo catholicos, putant se officium deo facere, maximeq; de vobis, qui p̄cipuum vobis nomen fecistis in Africa de talibus victimis. Nam si vobis dictum est, & non vtiq; vos ipsi occideretis, sed expectaretis ā vobis potius occidi, qui putamus nos, vt dicitis, cum id facimus, officium deo facere. Nunc vero cum festinatis ad mortē, ne ā nostris teneamini, viuere metuitis, non occidi, quia erubescitis corrigi, aut de vestro * conuinci. An forte vos estis ad quos vtrunq; pertineat: quia cū occidimur & nos ā vobis, putatis vos officium deo facere, & has ei victimas de

nobis dare? Ad vos ergo pertinet quod sequitur atque R abs te cōmemorātū est, mox enim dominus adiūxit & ait, Sed hęc facient vobis, quia non cognouerunt patrem neq; me. Cum itaq; vōs ipsos occiditis, putantes vos officium deo facere, nec patrem cognouistis, quē nō audistis dicentem, Fugite. VERBA EPISTOLAE, Cap. 17. Sed bellifere, inquit, pacis cruentęq; vnitate se incolas iactant. Audiant dominū dicentem, Pacē meā do vobis, pacē relinquo vobis: Non sicut seculum dat, ego do vobis. Seculi enim pax inter animos gentiū dissidentes armis & belli exitu fœderatur, domini Christi pax salubri lenitate tranquilla volentes inuitat, non cogit inuitos.

AD HAEC RESPON. Vos quidē belliferā pacem & cruentā vnitate facere cupitis, aut violentis moribus nostris, aut volūtariis moribus vestris nō impūtes vobis quod facitis nobis, & impūtes nobis quod facitis vobis. Sed nos & quod facitis nobis cogimur sustinere, & quod vobis facitis, nihil possumus quādo dolere, dum tamen fiat pax & vnitas Christi propter salutem paucorū non fit in omnibus. Nā si non inuidio, sed fidei oculo velletis attendere, videretis quā vera pace atque vnitate Christi gaudeant qui ex vobis ad nos venerunt, tot tantorūq; populorum agmina, in quibus etiam si adhuc sunt nonnulli ipsa nouitate turbati, & ipsi paulatim ab hac infirmitate sanantur. Et si ficti aliqui perseuerant, non vtiq; propter aliquos colligendi quos videmus veraces, quorū quidā in regionibus nostris, etiam quibusdam vestris nostri maiores ap paruerunt, quando vobis illa perditionis libertate concessa ad vos redire noluerūt. Debebamus ergo ne perderemus istos, colligere & fictos, quia in Euangelio legitur, seruos ad nuptias domini sui congregasse coniuuas bonos & malos, maxime quia vos de area dominica superbie spiritus tanquam improbus ventus, antequam ventilatiois excussit, vnde vos ad illam quantum opitulante deo possumus, reuocare conamur. Et vtiq; nobis quē admodum scopis diligētia frumentū simul etiam cum terra trahitur, quando in aream reuocatur.

Quod autē vobis videtur, inuitos ad veritatem non esse cogendos, erratis nesciētes scripturas, neq; virtutē dei, qui eos volentes facit, dū coguntur inuiti. Nūquid enim poenitentia Ninuīta inuiti egerunt, quia hoc rege suo compellente fecerūt? Iam enim Propheta iram dei vniuersę ciuitati eam tri duo perambulans p̄nunciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, vt humiliter supplicaretur deo, qui nō intuetur ora, sed corda, nisi quia erāt in eis quidā qui nec curarent nec crederent p̄dicta diuina nisi territi potestate terrena? Ista igitur insione regis potestatis, contra quā volūtarius sit vester occasus, multis ad salutem quę est in Christo p̄statur occasio, qui etū violenter adducitur ad eam tantum patris familiaris, & cōpelluntur intrare, intus tamen inueniunt vnde se latentur intrasse. Vtrunq; enim futurum dominus ipse p̄dixit, & vtrunq; cōpleuit. Nam reprobatis quibusdā, qui vtiq; intelliguntur Iudęi, quia ipsi per Prophetas antea fuerāt inuitati, & ad horā excusare maluerūt, ait dominus seruo suo: Exi in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus domino, Factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes, & cōpelle intrare, vt impleatur domus mea. Intelligimus vias, hereses: schismata, sepes. Vix quippe hoc loco significāt diuersas opiniones, sepes autē pueras opiniones. Quid ergo miramini si nō corporalis

A corporalis cibi, sed spiritalis fame moritur, quisquis ad istam cenā nec libenter introductus, nec violenter impulsus ingreditur? VERBA EPISTOLAE, Odio, inquit, seculi gaudemus in eius pressuris nō succumbimus, sed latamur. Mundus hic non potest seruos Christi diligere, qui Christū cognoscitur nō amasse, domini ipso dicente, Si seculū vos odit, scitote quia me primū odio habuit, quā vos. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. AD HAEC RESPON. Quomodo gaudentes odio seculi pressuris eius, nō succumbitis, sed detestamini, cum vōs ipsos velitis occidere, ne molestias qualescūq; patiamini, & mori eligitis, nō ab aliis occisi proueritate: Christi, sed ā vobis ipsis pro parte Donati. Ista Circumcellionū est insania, nō martyrum gloria. Cum itaq; appareant facta vestra, quid vobis verba vsurpatis aliena? Mundus iste, inquit, nō potest seruos Christi diligere, qui Christum cognoscitur nō amasse. Non ergo ad mundum istū pertinemus nos; quia diligimus vos. Sed serui Christi vos nō estis, qui malum pro bono retribuentes, & malitiam vestram quādo in nos exercere nō potestis, in vos retorquētes, nec nos diligitis, & vos occiditis. Dominus autē quando dixit, Si seculū vos odit, scitote quia me priorē vobis odio habuit, si me persecuti sunt, & vos persequentur: non vobis, sed illis dixit quibus p̄cepit, vt si eos persequerentur in ista ciuitate, fugerent in aliā, quod vos nō facitis. Illis dixit ad quas ciuitates confugerent, vsq; in finē seculi non defuturas, quas vos querimini vobis iam deesse, nec vultis fateri eos quibus hęc dicta sunt vos nō esse. VERBA EPISTOLAE, Sed & si persecutio cōquiescat, inquit, vnde martyrum numerus adimpletur, Ioanne dicente, Vidi, inquit, animas occisorū sub ara dei exclamantiū & dicentium, Quādiu domine nō iudicas & vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitāt super terrā? Et acciperūt singuli stolas albas, & dictum est eis, vt requiescerent adhuc paucum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum, qui incipiet interfici sicut & ipsi. AD HAEC RESPON. Si sub ara Christi martyres esse velletis, non vōs ipsos incendendo sacrificium diabolo faceretis. Quis enim gaudet de isto furore vestro, nisi diabolus, qui eū vobis inspirat, & qui sunt ex parte illius? Ipse est qui & illū puerum de quo in Euangelio legimus, mittebat aliquādo in aquam, aliquando in ignē: & ipse illum gregē porcorum p̄cipitē fructibus meritis. Ipse vte de pinna tēpli p̄cipitaret, etiā ipsi domino audacissima tētatione suggessit. Ad diabolum sine dubio pertinetis, cum tria genera mortis, aquā, ignem, p̄cipitiū in vestris moribus frequētatis. Si enim mētē nō dementia perderetis, ista ipsa verba quę de sancto libro posuisti, ab isto interitu quē vobis ingeritis, vos reuocare deberent. Quid enim animę martyri sub ara dei dicūt? Quādiu domine non iudicas, & vindicas sanguinē nostrū de iis qui habitāt super terrā? Vindicari poscūt sanguinē suum in eis vtiq; ā quibus susus est. Nunquid in aliis? Ac per hoc vindicabitur vester in vobis. Quid est autem stultius quā quōd putatis prophetiam istā de martyribus, qui futuri p̄dicti sunt, nō nisi in Donatistis esse completam, quasi posteaquā hoc scripsit beat⁹ Ioānes, nulli martyres sint occisi, quousq; exurgeret pars Donati, qui si quādo alios non possunt, seiplos occidunt, qui faciūt opera latronum & dæmonum, & gloriam sibi vendicāt martyriū? Quōd si tanto temporis intervallo, id est, ā Ioanne vsq; ad istos nulli occisi essent martyres veri, vt nihil aliud vel tēporibus Antichristi diceremus futuros, in quibus ille martyrū

numeros cōplerētur, nec tamē istos vel alieni vel sui sanguinis reos accrescere numero verorum martyrum crederemus, quibus dictum est, vt requiesceret paruum tempus, donec impleteretur numerus fratrum ipsorum, qui inciperent interfici, sicut & ipsi, ab aliis vtiq; non ā seipsis sicut isti, & ideo isti non sicut ipsi, possumus etiam verissimē dicere ipsos: quoque Donatistarum tēporibus catholicos quos occidunt, ad supplementum illius numeri pertinere. Sed cum post Apostolum Ioānem, qui futura illa conscripsit, tāta strages martyrum interficientibus impiis vsquequaque in tam multis gentibus facta sit, quid sibi volunt isti suarum animarum extortores, & alienarum tortores, vt quod de martyribus sanctis legunt esse p̄dictū, de se iactent esse completum? Preparare vos potius, vt vester sanguis non in eis qui vos vel cōprehendere vel fugere cupiūt vt viuatis, sed in vobis potius vindicetur. An forte ne hoc fiat, ideo non cum funditis, sed aut p̄cipitio colliditis, aut vna suffocatis, aut in cinerem conuertitis? Sed erratis, vindicabitur in vobis quocūq; modo perimatur ā vobis. In vobis enim vindicaretur, si non in Ecclesia Christi, sed in parte Donati ab aliis funderetur. Itāne vos clamabitis ad deum, vt vindicet sanguinem vestrum, & exaudiet vos, nisi damnauerit vos? Quomodo enim vindicetur, nisi qui eū ausus est trucidare damnetur? In hac ergo voce nō estis nisi accusatores vestri, quia vos estis rei sanguinis vestri. Nec deus nisi vos damnabit, quando ā vobis vel collisum, vel suffocatum, vel exustū, vel quocunq; pacto trucidatum, vel si hoc elegeritis, effusum sanguinem vestrum vindicabit. VERBA Caput XX. EPISTOLAE, An ista, inquit, persecutio est, quę tot milia innocentium martyrum arctauit ad mortem? Christiani enim secundum Euangelium spiritu prompti, sed carne infirmi, ā sacrilega contaminatione caminorum reperto compendio suas animas rapuerūt, imitati presbyteri Razia in Maccabæorum libris exemplum, nec frustra imitantes. Quisquis enim eorum maius incidere, nō euasit. Sed quantum velint faciant, quod certū est, dei esse non possunt qui faciunt contra deum. AD HAEC RESPON. Apertissimē omnino quādam persecutionem patiamini & verissimē cōfiteris. Ipsa est enim de qua iā dixi, quę in sanctis scripturis de quibusdā impiis satis euidenter expressa est, de quibus dictū est, quia persecutionē patiūtur ab ipsis factis suis: quod quidem dici de vobis cōuenientissimē potest, etiam si vos aliorum manus propter vestra sacrilegia trucidarent. Nam & latrones & quilibet homines rei criminum capitalium, cū iustis legibus puniuntur, non dicēdi sunt persecutionem pati, nisi ab ipsis factis suis. Sed nunc planē cum parcēte vobis mansuetudine Christiana, ita in vos scūt vestra dementia, vt quemadmodum dicis, caminorum reperto compendio, vestras animas rapiatis, omnimodo vos ā vobis ipsis pati persecutionem, nimia est impudentia si negatis, quando vos vtrunq; completis, & vnde iuste periculis, & quōd peritis. Sic autem dicis tot hominum milia esse qui hoc faciunt, quasi non etiam ista sint non parua causa, cur ab huiusmodi magisterio vestro Africa liberetur. Eorum est enim hominum genus cui hoc malum persuadere potuistis, qui solent hęc & antea facere, maxime cum idololatrię licentia vsquequaque serueret, quando isti Paganorum armis festa sua frequentantibus irrebant. Venebant autem Paganī iuuenes idolis suis quis quōd occideret: At isti gregatim hinc atque inde cōfluētes, tanquam in amphitheatro ā venatorib⁹ more immanium

2. Tim. 3.

2. Reg. 19.

2. Tim. 3.

Cap. XV. Ioan. 16.

Acto 7.

* Al. vitio.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Apoc. 6.

Caput XX.

Circumcellionis.

G bestiarum venabulis se oppositis inferebant, furentes moriebantur, putrescentes sepeliebantur, decipientes colebantur. Præter hæc sunt saxa inmania, & montium horrenda prærupta, voluntariorum creberrimis moribus nobilitata vestrorum, aquis & ignibus raris id agebant, præcipitiis greges consumebantur ingentes. Aetatis nostræ hominibus res notissimas loquor. Quis enim nescit hoc genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab vtilibus operibus otiosum, citi delissimum in mortibus alienis, vilissimum in suis, maxime in agris territans, ab aquis vacans, & victus sui causa cellas circumiens rusticanas, vnde & Circumcellionum nomen accepit, vniuerso mundo penè famosissimum Africani erroris opprobrium? Ex hoc igitur genere quis ignorat quàm multæ antea per diuersas mortes ibant & peribant, & nunc in illorum comparatione quàm pauci suis ignibus ardeant? Sed si putas moueri nos oportere, quia isto modo tot milia moriuntur, quantum existimas nos habere consolationis, quod à tanta dementia partis Donati, vbi non solum nefaria diuisionis error, verum etiam furor iste lex facta est, longe atque incomparabiliter plura milia liberantur? **H** Neque enim isti qui pereunt illorum salute, numero æquantur, qui ex ipso genere nunc iam tenentur ordine disciplinæ, colendisq; agris amisso Circumcellionum & opere & nomine inseruiunt, seruant castitatem, tenent vnicatem, quanto minus coarquantur isti perditum numero vtriusque sexus non solum puerorū & puellarum, iuuenum & virginum, verum etiam coniugatorum & senum, quorum innumerabiles ex Donatistarum nefaria dissensione, in pacem Christi veram & catholicam transeunt. Isti quippe qui se incendunt, nec tot homines sunt quot loca sunt populis plena, quæ ab exitiali peste erroris illius & furoris per hanc instantiam perficienda vnitatis eruuntur: Nunquid non obsecro sanum misericordix potest esse consilium, vt simul cum illis isti omnes aternis gehennarum suppliciis eruantur, ne illi in istorum comparatione per pauci suorum caminorum ignibus exurantur? Vt enim omnes cum Christo viuant, magnis conatibus & votis agendum est. Sed si hoc per quorundam furorem fieri non potest, saltem vt nō omnes cum diabolo pereant, laborandum est. Sanè de scripturis sanctis sagacissime inquirens, si quid proferre posses, pro ista spontanea mortis sententia insana inuenisse te aliquid putas, quia scriptum est in Euangelio, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: tanquam ideo se quisque occidere debeat, quia infirmus est. Ad passionem inter manus persequentiū sustinendas non potuisti citius dicere falsos martyres vestros: ex illorum esse numero, de quibus scriptum est, Vt iis qui perdidertunt sustententiam. Et ad illos prorsus non pertinere quibus dominus dicit, In vestra patientia possidebitis animas vestras. De quibus autem legitur, Spiritus promptus est, caro autem infirma: somno non voluntario premebantur, non interitu voluntario necabantur. Diligenter lege, & quid loquaris attende. Vbi est quod Apostolus ait, Fidelis deus qui non permittet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione exitum vt possitis sustinere. Itane credendum non est huic Apostolica veritati, & inimicos debemus nos ipsos habere, quia inimicos non possumus alios sustinere? Absit hoc à cordibus Christianis. Planè fidei Apostolo, immo ipsi fidei deo, qui non sinit suos tentari supra quam ferre possunt, sed

facit cum tentatione etiam exitum, vt possint sustinere, credant catholici, non credant Donatistæ, & ne semper ista non credant, non sint Donatistæ: Quando enim desperatur in quibusque passionibus, à domino impetranda sapientia: Et ideo queritur compendium caminorum, vbi se isti non quidem feris, vt ait beatissimus Cyprianus, sed tamen flammis obiciunt, quos nemo damnauit. Non est hoc consilium, sed furor: non est sapientia, sed amentia. Habeant isti incedia sua, qui non dicunt de adiutorio domini, quoniam ab ipso patientia mea. Certe sanctus Iob. quando à capite vsque ad pedes intolerabili vulnere putrescebat, & doloribus excruciabatur in manibus, hoc vestrum compendium habebat in promptu, quo se ab huiusmodi vita horrendis calamitatibus plena, in qua procul dubio manebat, nolebat eripere. Potestas vique aderat, sed iustitia non deserebat. Secundum hoc enim dicit, Atque vtinam possem me occidere, aut togare alium vt faceret mihi. Hoc negauit se posse iustus, quod per iustitiam fieri non poterat. Eo loquendi modo & Apostolus ad Galatas dicit, Testimonium vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos eruissetis & dedissetis mihi. Cur enim & hoc fieri non posset, nisi quia iuste fieri nullo modo posset? Sic & dominus cum per angelos suos iustum Lot de Sodomis exeuntem vigeret vt operaretur in Segor, Non enim, inquit, poterat facere rem, donec tu illud introcas. Non posse dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam. Posset enim patientissimus Iob, vt nihil aliud, vel cibum vel potum non sumere, atque ita illam vitam æruginosam horrendamque consumere: Sed hoc iuste facere non posset, quoniam nulli fas est seipsum occidere, maxime cum vt possit vivere, possit fugere. An hoc aliquis dubitauerit, quod ille vir sanctus qui tam multa in suis doloribus loquebatur, rogare vt hoc sibi fieret aliquem posset? Neque enim non, dolenti & putrescenti manum defuit ad perimendum, & lingua defuit ad rogandum. Certe vel ipsam coniugem suam poterat hoc rogare, quæ tam vt hoc ferret nec ipsa suggessit, quæ illum mori per eius blasphemiam deo irascente cupiebat, ideoque aliquid in deū consilio nefando, tamen vt ipse se occideret, ei dicere nō audebat. Plus iuris in vos diabolus habet, qui vobis tam facile persuadet, quod insipienti mulieri persuadere non potuerat, quam sibi ministram ad decipiendum virum, suis illi ablatis omnibus, referuauit. Dixit itaque se iustus ille non posse aliquem rogare vt eum interficeret, etiam id ostendens vtique non licere. Quod enim nō potest iuste, non potest iustus: quoniam hoc decernendo prius amittit iustitiam, vt quod non potest iustus, possit iniustus. Sic ergo dixit, Atque vtinam possem meipsum interficere: tanquam diceret, Atque vtinam iustum esset: tunc enim à iusto fieri posset. Neque enim vt hoc posset, quod non potest nisi iniustus, iniustitiam sibi optaret: Sed si fieri posset, hanc vellet esse iustitiam: quod fieri quia non potuit, vt hæc esset iustitia, non potuit iustus quod sola faceret iniustitia. Ac per hoc non est iniustum homini iusto optare mortem quando amarissima est vita: Sed si deus optatam non dederit, non erit iustum nisi tolerare eam amarissimam vitam. Sicut à iusto nec illud alienum est, vt optet vitam, quādo amara mors imminet: sed cum se videt eam impetrare non posse, dicit quod nos in se transfigurans dominus ait, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Hæc autem illis dicenda

A dicenda sunt, quos ad mala gerenda querunt qui persequuntur, non quos ad bona participanda qui diligunt. Eis, inquam, dicenda sunt ista, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, non qui eam sibi faciunt propter iniustitiam. Proinde etiam senior ille Razias, quem sibi isti exemplis sui sceleris destituti, de Macchabeorū libris tanquam imitandum se inuenisse gloriantur, hoc facere debuit quod in eisdem literis legitur septem illi fratres etiam exhortante matre fecisse, vt comprehensus, & à lege domini sui non auersus, omne quod ei applicatum esset acciperet, & in dolore sustineret, & in humilitate sua patientiam haberet: quocirca humilitatem inter manus inimicorum non valens ferre, non plane sapientia, sed insipientia dedit exemplum, non Christi martyribus, sed Donati Circumcellionibus imitandū. Veruntamen si diligentius consideremus, & ab isto appareat alieni. Iste quippe cum iam comprehenderetur ab hostibus, non habuit liberam fugam, ideo se gladio percussit, & cū perimere nō potuisset, de muro se precipitauit. Deinde abruptam petram, cum iam viuere non posset, adhuc tamen spirans, & corpus impetu mouens curredo, licet exanguis, obtinuit: vbi vtraque manu producta sua intestina discerpit, dispersit, occubuit: turbæ itaq; circumdatus vt euadere nō posset, & si viuere non posset. Vos igitur qui nec deum auditis dicentem, fugite nec imitamini Raziam, qui voluit, nec potuit fugere: profecto quia nō habetis illum in præcepto, nec habetis istum in exemplo. Quid, quod iste Razias secundum vestram rationem sine dubitatione culpandus est? Dixisti enim propter euangelicam sententiam, vbi dominus ait, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vos ad caminorum fugisse compedium, quia videlicet infirmi estis perferre manus inimicorum, si ab eis comprehensi fueritis. Ergo illius qui se gladio grauiter vulnerauit, qui vulneratus murum petiit, qui se inde in ceruicem precipitem dedit, qui & postea potuit ad petram currere, in petra stare, intestina educere, carpere, spargere, nūquid dici potest spiritus promptus, caro autem infirma, cuius non solum spiritus tam promptus apparuit, sed etiam caro tam firma, vt vix credibile sit eum facere voluisse ac valuisse quæ fecit: Itaque vobis oportet iste displiceat, qui rationem vestræ infirmitatis suæ firmitate perturbat. Porro si fugere valens, nec volens, in domum suam ligna cōgessisset, atq; irruentibus inimicis vt eum comprehenderet ignem supposuisset, seque cum suis adibus concremasset, vobis quidem præbuisset exemplum, sed sibi acquisisset grande tormentum. Nunc enim quoniam fugere non valuit, aliquanto minus est fortasse sui sanguinis reus, quod sibi stulit mortem, quam comprehenso inimicus iam fuerat illaturus. At enim sanctarum scripturarum autoritate laudatus est Razias. Quomodo laudatus? Quia fuit amator ciuitatis. Hoc potuit & carnaliter, ciuitatis videlicet illius terrene Hierusalem, quæ seruit cum filiis suis, non autem illius quæ sursum, libera matris nostræ. Laudatus est quia continentiam seruauit in Iudaismo: & hæc sibi in comparatione iustitiæ Christianæ damna & stercora fuisse dicit Apostolus. Laudatus est, quia pater Iudæorū appellabatur: hoc magis est vnde & illi tanquā homini subrepsit humilitatis impatientia, vt prius mori vellet, quam hostibus subiici. Dicitum est quod elegerit nobilitate mori: melius vellet humiliter, sic enim vtiliter. Illis autē verbis historia gentiū laudare consuevit, sed viros fortes huius seculi, non martyres Christi. Dicitum est quod se viriliter de muro precipitauit in turbas, nec

nos dicimus eum hoc fecisse muliebriter, quanquā vos qui multum exemplo isto profecistis, etiam feminas vestras hoc facere docuistis. Sed fateamur hoc etiam ipsas non facere muliebriter, sed viriliter, non tamen salubriter, quia non fideliter. Ad extremum quod inuocasse dicitur est dominatorem vitæ ac spiritus, vt hæc illi iterum redderet, id est, vitam & spiritum, nec tūc aliquid poposcit, quo boni discernuntur à malis. Redde enim hæc deus & his qui male egerunt, non in resurrectione vitæ æternæ, sed in resurrectione iudicij æterni. Laudatus est itaque iste Razias amator ciuitatis, vt valde bene audiens, id est, bona fama, quia pater Iudæorū appellatus est, & quod continentiam tenuerit in Iudaismo. Istam verò eius mortem mirabiliorem quàm prudentiorem narratit quemadmodum facta esset: non tanquam facienda esset, scriptura laudauit. Nostrum autem sicut Apostolus admonet, omnia probare, quæ bona sunt tenere, ab omni specie mala nos abstinere. Et hæc quidem scripturam quæ appellatur Macchabeorum, non habet Iudæi sicut legem & Prophetas & Psalmos, quibus dominus testimonium perhibet tanquam E testibus suis, dicens, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me: sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobrie legatur vel audiatur, maxime propter illos Macchabeos, qui pro dei lege sicut veri martyres à persecutoribus tam indigna atque horrenda perpessi sunt, vt etiam hinc populus Christianus aduerteret, quoniam non sunt condignæ passionem huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, pro quibus passus est Christus, si tanta patientissime pertulerit pro lege quam dedit deus per famulum hominibus illis pro quibus nondum tradiderat filium. Quanquam & iste Razias habeat quod legentibus prosit, non solum vt mens exerceatur rectè iudicando quod legit, verum etiam vt animus humanus, immo animus Christianus aduerteret, quanta ferenda sint ab inimicis ardore charitatis, cum à seipso esse timore humilitatis tanta pertulerit. Sed ardor charitatis de sublimitate descendit gratiæ diuinæ: timor autem humilitatis ex amore accedit laudis humane: & ideo ille certat per patientiam, hic autem peccat per impatientiam. Nō itaque debemus quicquid in scripturis etiam dei testimonio laudatos homines fecisse legerimus, consentiendo approbare, sed considerando discernere, adhibentes iudicium non sanè nostræ autoritatis, sed scripturarum diuinarum atque sanctarum, quæ nos nec illorum hominū quibus illic bonum atque præclarum testimonium perhibetur, omnia vel imitari vel laudare facta permittit, si quæ non rectè ab eis facta sunt, vel huic iam temporis non conueniunt. Sed de iis quæ tunc fuerant recta, nunc non sunt, quid opus est aliquid in hac quaestione discutere, cum hoc vnde agitur vt sibi quis inferat mortem, maxime cui cōceditur, vel potius qui compellitur viuere, in eis sit factis quæ nec poterat vnquā recta esse, nec potuerunt, sicut satis iam demonstrauimus? Proinde quomodo libet accipiatur à vobis huius Razia vita laudata, non habet mors eius laudatæ sapientiam, quia non habet dignam dei famulis patientiam, potiusque huic vox illa sapientia, quæ non laudis, sed detestationis est, competit. Vt iis qui perdidertunt sustententiam. Nam si laudatorum facta omnia creditis imitanda, nunquid melior est iste Razias quàm David? Cur ergo eius factum de aliena vxore appetenda, eiusque occidendo marito nullus bonus sibi proponit, sed potius cauendū atque vitandū? Nunquid melior est Razias

Circumcellionum nomen. Cap. XXI.

Cap. XXII.

Matth. 26.

Eccle. 2.

Luc. 21. Matth. 26.

1. Cor. 10.

1. Thess. 5.

Luc. 24.

Rom. 8.

Eccle. 2.

1. Reg. 11.

dicenda

Mat. 16. G quam Salomon Placetne ergo vobis, vt eius erga mulieres lasciuia, quarum seductionibus vsque ad templum idolis fabricanda perductus est, imitandum proponamus exemplum? Nunquid melior Razias quam Petrus Apostolus, qui vbi dixit, Tu es Christus filius dei viui, tam beatus a domino appellatus est, vt clauis regni celorum accipere mereretur, nec tamen ideo creditur imitandus, vbi mox eodem momento reprehensus audijt, Vade post me satana, non enim lapis quae dei sunt, sed quae hominum? Atque vt haec taceat quae voce apertissima sancta Ecclesiae scriptura culpauit, & ea dicam quae tantummodo ibi narrata atque conscripta sunt, nec de his est in alteram partem laudis aut reprehensionis lata sententia, sed quae nobis iudicanda permilla sunt, nunquid melior Razias quam Noe? Quis autem illum virum quod iacuit ebrius, laudauerit sobrius? Nunquid melior est Razias quam Iudas Patriarcha? Quis tamen eum approbet, cui placeat, quem non reuersissime offendat in illa fornicatione, quando quidem non ad sua nurum, quia hoc ignorauit, verum tamen ad eam qua meretricem putauit, ingressus est? Nunquid melior est Razias quam Sampson? Audete itaque dicere si potestis, illud quod in criminibus habuit virtutis magnum diuinumque secretum, blandienti mulierculae fuisse prodendum. Nam illud quod inimicus occidit & seipsum, quando super se atque illos eiecit domum, morte quam ab eis fuerat persequens, communem voluit cum illis habere, quia non posset euadere. Quod quidem non sua sponte fecit, sed hoc spiritui dei tribuendum est, qui vsus est eo vt faceret, quando illi assuit, quod facere non poterat quando idem spiritus defuit. Sicut Abi ahaz factum quando filium voluit immolare, quod deo iubente fuit obediencia, deo non iubente quid fuit nisi dementia? His sacris literis eruditus beatus Cyprianus, in confessione sua dixit, disciplina prohibere ne quis se offerat. Videte quantum mali faciatis cum vos vultis occidere, qui estis indisciplinati, etiam si vos aliis hoc vobis facere cupietibus velletis offerre. Fugam praecipit quem vocatis Saluatorem, fugam permittit persecutor. Quid ergo sequimini vt vestris ignibus pereatis, nisi vestrum furorem? Et tamen dicis, An non est ista persecutio, quae tot milia innocentium arctauit ad mortem? Ostendite quomodo sitis innocentes, qui Christum diuiditis, & vos occiditis. Ostendite quomodo arctemini ad mortem, quibus fuga & diuinitus iubetur, & humanitus relaxatur. Ostendite quem admodum caminorum compendio animas vestras a contaminatione rapiatis, quas potius caminorum sacrificio tanquam diabolico sacrificio contaminatissimas facitis. Interrogate Christum, iubet vos fugere: interrogate Tribunum, permittit vos fugere. Si & ipsum Raziam interrogare possitis, responderet vobis, Ego non potui fugere. Vos ergo nec Christum Saluatorem, nec Tribunum persecutorem, nec Raziam authorem habetis. Quod autem disisti, vt seipsum vestri occiderent, non eos frustra timuisse, quoniam quisquis nostras vel nostrorum manus incidit, non euasit. Quid euasit, quare? Si mortem, cui eam vobis inferitis manibus vestris, si hanc timetis nostris? Sed manifestum est non de morte vos dicere. Nam quantum cupiamus vos viuere, etiam ipsi scitis, ideo nos de vestra morte terretis. Proinde si communionem nostram dicitis, neminem vestrum qui manus nostras incidit euasisse, vt inam verum diceret. Valde quippe feliciter non euaderet communionem quae offertur a catholicis, vt euaderent damnationem quae paratur haereticis. Sed fallum esse quod dicitis, vel ex ve-

stro Emerito cogitare potuisti, qui cum venisset ad nos, K facilius est veritate conuictus, quam communicare compulsum. Sunt & alij fama quidem minores, sed stultitia pares. Quisquis enim fuit similis vanitatis, vt contra manifestissimam veritatem peruersissima verecundia fieret pertinax, cum putari erubescit inconstans, expers ad nobis catholicae comunione abscelsit. Sed ideo dixisti, quisquis in eorum manus incidit, non euasit, quoniam paucissimos apertissima veritati perseveranter resistentes & discedentes latere arbitratus es. Sed Emerito fecisti secundum vos grauissimam iniuriam, qui perdidit apud te duritiam suam laudem; tanquam frustra esse voluerit inter paucos veritati non consentientes, quia deputari meruit inter latentes. Quis nostrum non te credat inuidere collegae aut si non inuides, imitare. Veni ad nos & tu sicut ipse, audi quod dicimus sicut ipse, responde si potes, quod non potuit ipse. Si autem nec respondere nec communicare volueris, discede, sicut ipse. Ecce ille de nostris manibus incidit, non euasit? Ecce ille non sibi credit loca defutura vbi posset latere, tu quare disponis ardere? Itane nondum vides vos esse potius qui non peritinetis ad deum, & qui facitis contra deum, non solum peste communi qua Christi vnitati resistitis, sed etiam vos praecipue qui huic tanto sceleri vestro etiam vestras mortes addere festinatis? VERBA EPISTOLAE, ^{Cabum} Sed quoniam prudentiam tuam, inquit, executoris officii ^{respicit} non decebat, quare paucis aduerte. Alia est, vt reor, solida veritas, alia effigies veritatis, quoniam veritas robore suo firmata consistit, idolum sive simulachrum est quod in iniuriam veri simile fecerit humana praesumptio, nunquam tamen potest praedecidere veritatis fallacia. Simulachrorum cultores dico, qui non tenent veritatem, sub alieno vocabulo gentilem existimo, qui facit sibi quod colat. Vnde publicum apertumque est quod nimis sine terrore & persecutionibus crebris Gabinum similesque de naturae libertate sublatos, ipsi sibi quos venerantur, perfidos fabricasse noscuntur, ad quorum cultum coguntur inuiti AD HAEC RESPON. Adhuc addis furori vestro verba blasphemiae, & audes dicere Ecclesiam catholicam humanum esse figmentum, cui dicit deus, Ego enim sum dominus qui facio te, dominus nomen ei. Et vt sciamus ipsam eam catholicam vniuerso terrarum orbe diffusam, sequitur & adiungit, Et M qui eruit te, ipse deus Israel vniuersae terrae vocabitur. Hoc euidentiissimum dei opus, humanum dicitis esse figmentum, nec vos respicitis quod ab ista Ecclesia quam se promissit deus in vniuersa terra esse facturum, nullo modo separaremini, nisi hominem sequeremini. Nos cum sequimur qui dixit Abi ahaz, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Eum sequimur qui dixit ipsi Ecclesiae suae, quod modo commemorauimus, Ego sum dominus qui facio te, dominus nomen ei, & qui eruit te ipse deus Israel vniuersae terrae vocabitur. Propterea tenentes Ecclesiam quae dilatatur & crescit per omnes gentes, & per vniuersam terram, non vtique figmentum sequimur humanum, sed promissum factumque diuinum. Vos quid sequimini, vt ab huius diuinae promissionis & diuini operis communionem diuisi, velitis esse de parte Donati peccato Caeciliani perisse de orbe terrarum promissiones dei, & remansisse in parte Donati, homo vobis dixit, an deus? Si deus, legite hoc nobis ex lege, Prophetis, Psalmis, Apostolicis & Euangelicis literis. Legite si potestis, quod in collatione vestra minime potuistis. Si autem homines ista dixerunt, de quibus dictum est, Fir-

Amauerunt sibi sermonem malignum. Ecce humanum figmentum, ecce quod colitis, ecce cui seruitis, ecce propter quod rebellatis, insanitis, ardetis. Gabinus vero & ceteri, qui hanc Ecclesiam cognouerunt, elegerunt, tenuerunt, non humanum figmentum, sed diuinum promissum praedictum & implerum, cum fidelibus habere cupientes, vltius pro humano figmento ipsas humanas molestias perpeti noluerunt. Qui enim pro veritate & vnitate Christi non dico res suas, sed istam etiam vitam suam alius duntaxat auferentibus atque interficientibus amiserit, vere fidem habet, vere spem habet, vere charitatem habet, vere deum habet. Quisquis autem pro parte Donati vel simbriam vestimenti perdidit, cor non habet. Quid ergo mirum si homines sapientes cum viderent contra obduratam consuetudinis pertinacissimam vetustatem, propolita sibi esse damna & exilia, considerauerunt vtrum pro parte Donati contra Ecclesiam catholicam, hoc est pro figmento humano contra opus diuinum perpeti ista deberent, & se vtique non debere viderent, atque istam quam vocatis persecutionem, cognouerunt sibi esse correctionis occasionem, & fecerunt quod scriptum est, Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Vides itaque quam inaniter dixeris homini, qui ex praecipuo pissimi Imperatoris sui vestram correctionem requirit, quod huius praedictam executoris officium non decebat. Quid enim magis religiosum militatem deceat, quam vt in ea causa in qua perdidit quibusnam vos vultis esse deceptio, multis ipse fiat corrigedis saluatio? VERBA EPISTOLAE, Ad docendum, inquit, ^{Hereticis} populum Israel omnipotens deus Prophetis praconium ^{quod per} dedit, non regibus imperauit. Saluator animarum ^{prophetas} dominus Christus ad insinuandam fidem, pisces, non ^{concedit} milites misit. AD HAEC RESPON. Audite ergo ^{Ca. xxxij.} Prophetas sanctos, & factos pisces, & molestos ^{Sap. xliij.} non paciuntur religioisimos reges, iam enim & superioris ostendi ad curam pertinuisse regis vt Ninuita deum placarent, cuius iram Propheta annunciauera. Quando ergo vos non tenetis Ecclesiam quam praenunciauerunt pisces, Apostoli platurerunt, tamen reges qui ea tenent, reuersissime ad suam curam iudicant pertinere, ne vos aduersus eam rebelletis impune. Nam deus & reges habuit inter Prophetas. Dauid quippe sanctus, quod non potestis ignorare, rex fuit. Audite itaque prophetantem regem, & nullum religiosum regem formidabitis irascentem. Audite, inquam, Prophetam regem dicentem de Christo, Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrae: & non timebitis Christianum regem succensentem vobis hanc Ecclesiam blasphemantibus, quae sicut a rege prophetata est, exhibetur vsque ad terminos orbis terrae: quia & rex Nabuchodonosor quauis Propheta non fuerit, eos tamen qui blasphemauerunt deum Sidrach, Misac & Abdenago, religiosa seueritate coercuit. VERBA EPISTOLAE. Mundanae, inquit, militiae nunquam deus expectauit auxilium, qui solus potest de viuis & mortuis iudicare. AD HAEC RESPON. Non mundana militia deus expectat auxilium, quando regibus largitur potius beneficium, qui eis inspirat, vt in regno suo eurent fieri domini sui praecipuum. Quibus enim dictum est, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite domino in timore: sententiam suam potestatem ita domino seruire debere, vt ea potestatem plectantur, qui nolunt eius voluntati seruire. Quod autem de militibus facis inuidiam, si vtique ista cura, sicut iam docuimus, in scripturis sanctis pertinere demonstratur, per

quos id acturi sunt reges aduersus rebelles Circumcelliones, & insanos eorum siue participes siue principes, nisi per subditos milites? VERBA EPISTOLAE, ^{Historia co-} Sed hoc non sciunt, inquit, alienarum rerum incubato- ^{stantia.} res, qui nec deum audiunt dicentem, Non concupiscas rem proximi tui: nec per Salomonem spiritum sanctum dicentem, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, Videtes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes inter se penitentiam habentes, & per angustiam spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos in seculum vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumene non illuxit nobis: Lasciati sumus in iniquitatis & perditionis via, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra. Haec igitur fides nos hortatur, vt libere pro deo in ista persecutione moriamur. AD HAEC RESPON. Agnoscite scelus vestrum, & nolite vobis usurpare nomen alienum. Scriptura dixit, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Non dixit, stabunt omnes qui mala passi sunt: sed, stabunt iusti, sicut & dominus cum dixisset, Beati qui persecutionem patiuntur, nisi addidisset, propter iustitiam: non solos significare qui profusa in domino patientia coronantur, sed etiam illos qui iustis legibus puniuntur. Quapropter si ad vos putatis haec iustorum verba qua scripta sunt pertinere, prius an iusti sitis, ostendite. Habetis enim res magnas quas inter vestras iustitias ventiletis, diuisionem Christi, rescissionem sacramentorum Christi, desertionem pacis Christi, bellum contra membra Christi, criminationes in coniugem Christi, negationem promissorum Christi. Haec sunt iustitiae vestrae, propter quas videlicet stabitis in magna constantia aduersus eos qui vos angustiauerunt, & abstulerunt labores vestros. Iam vero cum inter iustitias vestras iactare coeperitis, quod vos ipsos necatis, quis vobis iustus & quabitur? Tunc enim maxime apparebitis vindicandi. Sed videre de quibus de his vti que qui vos occiderunt. Ergo vt vindicemini, puniemini, & stabitis aduersus vos ipsos? Maxime stabitis, qui caminis clausis vos in crudeles angustias coarctatis, vt & qui voluerit subuenire, non possit intrare, & qui voluerit euadere, non possit exire. Absit absit vt stent cum magna constantia, cum stabunt cum tam mala conscientia. Nisi forte arbitramini propterea vobis deum tunc posse parcere pro sceleribus vestris, quia ipsi vobis modo non parcat: vnde se etiam quaedam sanctimoniales vestrae per saxa demiserunt, & dissilietibus vteris homicidiorum scelere, & stuprorum scelera prodiderunt, existimantes si hoc modo in se vindicassent, nullo iam modo deum vindicatum, sicut & vos putatis qui sacrificio schismatis & haeresis, vel depradando, detruncando, excacando, occidendo, postremo etiam rebaptizando catholicos, quilibet alia potuerunt a vobis nefanda committi, isto modo posse quia vos occiditis expiari. Sed erratis: Hoc putauit & Iudas An hoc etiam vultis addere documentum, quo certius nouerimus maiores vestros ^{Leuis viol-} potius fuisse traditores, quia mortem imitari traditi- ^{ria. Caput} toris? Ergo quod in collatione contentiose negare ^{xxxvij.}

Mat. 16.

Gen. 9.

Gen. 38.

Indic. 16.

Gen. 22.

Mat. 10.

Ca. xxxij.

amauerunt

G voluistis, etiam hinc vera esse gesta firmatis, In quibus confessis traditoribus qui tunc primæ sedis Episcopus in Numidia fuit, Secundus Tigistanus agnouit, & quibus crimina traditionis manifesta atque confessa apud Cirtham presentibus relaxauit, cum his apud Carthaginem tamquam traditores non conuictos absentesque puniuit, A quo crimine etiam Secundus ipse obiciente Purpurio Limatenis se purgare non potuit, quando ei dixit idem Purpurius, Tu quid egisti quādo tentus es à curatore & ordine, vt scripturas daretis? Quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut iussisti dari quodcumque? Nam non te dimittebant passim. Hoc autē Secundus etiam in literis suis ad Mensurium datis, quas vos ipsi protulistis atque recitastis, sine ambiguitate confessus est, quod non tradiderit, sed quod ad eum peruenirent à curatore & ordine missi persecutores, quos ei Purpurio Limatenis obiecit, vt scripturas traderet, quas cum ab illo peterent, se respondiisse, Christianus sum Episcopus, non traditor. eiq; nihil omnino tradere voluisse. Quod ei vultis vt credamus, cum & vos ipsi quā sit incredibile videatis, feruente illa persecutione retentum Episcopum siue conuentum vt scripturas dominici Hcas traderet, nullisque traditis fuisse dimissum. Nempe contendebatis non potuisse Episcopos ad ordinandum Episcopum ad ciuitatem Cirthensem persecutionis tempore conuenire. Quomodo ergo persecutio illa feruebat, si potuit Episcopus propter scripturas tradēdas teneri, nullisque traditis impune dimitti? Et tamen clamabatis immanitatem persecutionis illius temporis describentes, nec duodecim Episcopos ad ordinandum Episcopum potuisse in concilio cōgregari, qui gesta illa conficerent: nisi crimina traditionis inuicem donauerint, prōque pace Ecclesiæ iudicāda domino relinquerint: cum vos hoc tempore talem persecutionē vos perpeti dixistis, qualis nunquam fuit: id est, vt loca vobis desint quō confugere, atque vbi latere possitis: cum concilia faciatis, Episcopos ordinatis, etiam in eorum locum, qui suis ignibus perierunt, iterum tales, qui suis ignibus perire parati sunt. In cōcilium autem tantæ vt putatis atque iactatis persecutionis tempore, amplius etiam quā triginta conuenire potuistis, vbi & Petilianus fuit, qui persecutionis tempore nec duodecim conuenire potuisse clamabat. Porro in ipso concilio statuitis, vt qui nobis inuiti communicauerunt vel Episcopi vel presbyteri, tantum si sacrificium non obtulerint, aut in populo nō tractauerint, ad veniam pertineāt, in suis honoribus recipiantur: ac sic totas calumnias vestrarū vires etiam ipsi hoc decreto vestro penitus amputastis. Vbi est enim quod vestro vaniloquio etiā eos qui non fuerunt, dicitis per communionem nostram fieri traditores: quia scilicet sicut calumniāmini, illi nos impugnauerunt, qui vrgentibus tunc impiis potestatibus libros ecclesiasticos tradiderūt? Cur ergo nunc à crimine absoluitis, quos nobis communicasse cognoueritis inuitos, si sacrificium non obtulerint, neque sermonem in populo fecerint: quasi illi tunc primi traditores sub terrore & horrore immanium suppliciorū, qualia modo vobis omnino nullus ingessit, codices sanctos non inuiti tradiderint, aut sacrificium illic obtulerint, aut in populo sermonem fecerint? Videtis ergo quod sicut vos estis, quos vanissime crimināmini, communionē nostrā fieri traditores, si quid inuiti fecerint, potuistis agnoscere: ita etiā maiores vestri in necessitate multo arctiore tradentibus traditoriis veris, in eadem regulā agnoscere potuerunt. Sed vt damnarent alios absentes

& inauditos, inimicorum Cæciliani factione compulsi sunt, faciētib; quod de talibus Apostolus dicit, In quo enim agis quæ iudicas. Quapropter quoniam Donatistæ semetipsos occidere semper amauerunt, & ipsi ab initio traditores fuerunt: quid mirum si traditoris mortem etiam suos posteros amare docuerūt? Sed vitandæ huius similitudinis causa, vel nunquam, vel difficillime se laqueo ne cauerunt. Frustra omnino. nam ille Iudam traditorem id facere compulsi, qui & illum puerum quem sanauit dominus, in aquam & ignem saepe deiecit, & gregem porcorum in mare præcipitauit, & ipsi domino præcipitum de pinna templi audaci præsumptione suggessit. Quāuis itaque diuersis modis voluntariam vos præcipitatis in mortem, tamē eiusdem diaboli instinctu vos ipsos necādo imitāmini traditorem. Quod etsi vos non estis, eorum tamen qui fuerunt, & schisma fecerunt, in quo libet estis, etiam hoc in vobis facere, quod in se traditor fecit, nefando magisterio didicistis. Ecce cum qua iustitia stabitis aduersus eos qui vos angustiauerunt: vt si vestra mortis vindicabuntur, non nisi in vobis iustissime vindicentur. Qui sunt autem labores vestri, quos à vobis iactatis auferri? An ne iniustum est, vt Ecclesiæ quæ fuerunt vestre, cum in pacem catholicam transeunt, cum suis rebus transeant? His enim ad nos transeuntibus, si res eorum vultis tenere, vos proculdubio res alienas vultis auferre. Mater autē catholica vobis dicit, quod quibusdā beatus Apostolus dixit, Non enim quæ vestra sunt, sed vos. Verū tamen quomodo vobis non estis ipsi contrarii, quando vtrūque nobis obicitis, & quod res vestras possidere cupiamus, & quod violenter vos nobiscum esse cogamus? Hæc duo quā sint inter se contraria, non videtis, si enim ad communionem nostram vos inuitos querimus, & tenemus, quomodo res vestras desideramus, quas vti que vobis communicantibus habere non possumus? Si autem illas cupimus obtinere, quomodo vos querimus, vt eas vobis communicantibus amittamus? Sed confitemur vobis, cupiditas nostra charitas vocatur. Hæc vos querit in nobis: hæc vos inuenire, corrigere, atque in vnitatem Christi sociare desiderat, ne vestris caminis vos ardere timeamus. Huius igne feruemus, hæc nos accendit, vt nō solum non cōcupiscamus res vestras, sed nobiscum optemus possidere & nostras. Agnoscite & venite, & perire nolite: aut si vltro venire erubescitis, seruiamus infirmitati ne quid pereat charitati. Ecce volumus vos tenere, quid festinat ardere? Ad vitam tenemus, ad salutem tenemus, ad Christi vnitatem, veritatem, suauitatem tenemus. Ad cœnam tanti patrisfamilias si sponte non vultis intrare, compellimus. De iustitia certamen est, non de penitentia. Cauete ergo ne forte dum putatis ad vos pertinere quod scriptum est, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & abstulerunt labores eorum: non hoc vobis contingat de laboribus vestris, & potius illud quod alibi scriptum est, Labores impiorum iusti edent. Neque enim stabunt cōtra vos Maximianistæ, quorum quādo potuistis, Basilicas abstulistis: Aut stabunt cōtra vos Pagani, quorum certē vbi potuistis templa euertistis, & Basilicas construxistis, quod & nos fecimus: Aut stabunt aduersus vos symphoniaci demoniorum quorum tibias & scabella fregistis, quod & nos fecimus. Sic nec vos stabitis aduersus nos. In talibus quippe omnibus factis, non rapina cōcupiscitur, sed error evertitur. Sicut ergo

A ergo nō stabunt Chananaei aduersus Israëlitas, quauis Israëlitas abstulerunt labores eorum, sed stabit Naboth aduersus Achab, quia delictum factum est, non præceptum, vt labores iusti auferret iniustus: sic hæretici nō stabunt aduersus catholicos, cum in rebus hæreticorum Christiani imperij iusta complentur, nec res eorum à catholicis auferuntur, sed potius inquiruntur, eis que multa quantum fieri potest correctis reddēda seruantur, sed stabunt catholici non solum aduersus Gentes, à quibus martyres veri expoliati sunt, verum etiam aduersus Circumcelliones Donatistarum, quia & ipsi abstulerunt labores eorum. Verum de his pecuniariis laboribus facilius causa est. Ecce quotidie si quis ad nos transitum facit, cum etiam illi quorum erant ad pacem catholicam transeunt, reddimus pecuniam, vestem, fructus, vasa, rura, tecta vestrorum, Vos quomodo nobis reddituri estis membra nostrorum? Nempe aliquādo expergiscimini, & cernite nec vos esse de quibus dicitur, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: cum potius vos habeamus in fletum. Nec vos computāmini inter filios dei, nisi recedentes à parte Donati, hanc tenueritis ecclesiam, quam sicut prædixit, exhibet filius dei, nec inter sanctos fors vestra, sed inter hæreticos. Nam quid alios de vobis dicturos putatis? Nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam: Miror quod tam insensati estis vt ipsi vobis talia non dicatis. Sanctis quidem veris ac fidelibus, immūdi & infideles tunc ista dicturi sunt, eis vti que nos nūc existimant insanire, quia luxurii quas vident frui nolunt, dum quod non vident credunt. Sed vos si non vitam vestram, certe istam quam vobis vultis facere mortem vestram, si non existimatis insaniam, desperatis insanitis. Verba vero illa, Ergo errauimus à via veritatis, & c. nō erunt quidem tantum nostra, sed maxime vestra. Erratis enim quod manifestum est, à via veritatis, & iustitiæ lumen non lucet vobis. lassāmini in iniquitatis via & perditionis, & ambulatis solitudines difficiles, viam veram domini ignoratis. Quæ autem sequuntur, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra: nescio vtrum quisquam inter ceteros diceret aptius & conuenientius quā tuus decessor Opratus. Nolite ergo putare vos esse quales non estis, & perire tales, quoniam non vos hæc fides, sed vester malus error hortatur, vt non libenter pro deo, sicut dicitis, in ista persecutione moriamini, sed nequiter pro Donato factis vestris persecutionem patiamini.

CXXX. VERBA EPISTOLAE, Et alia manu, Optote, inquit, incolumem veritate perspecta animum lenire, & ab innocentem exitibus temperare. AD HÆC RESPON. Vos potius veritate perspecta lenite animum vestrum, ne sic fatiatur vt nec vobis parcat. Nam quid isto cui quidem scripsisti, facile potest lenius inueniri, qui vos & inuitauit ad vitam, & si eam nobiscum nolletis, relaxauit ad fugam? Vos in vos estis asperi, nos mites: vos sine vlla immanitatis consideratione crudelēs, qui hoc in vobis facitis, quod immites facere confluenerunt errorum dilectores. Quid autem optas vt ab innocentem exitibus temperetur? Vos quidem innocentes non estis, tamen ille vobis dedit exitum, sed ipsi vobis dare vultis exitum. Puto enim quod verbi ignorantia te sefellit, vt volens intelligi exitia, exitus diceres. Cum ergo hortaris optando, vt se ab innocentem exitibus imperialium legum temperaret executor, id agis vt deceptoribus parcat, & in-

nocentes decipi impune permittat. Quid ergo aliud, nisi vt ille cui te bene arbitraris optare, nec deo, nec imperatori suo seruet fidem, quia scilicet pro iustitiam, non veram, sed vestram, ad Imperatorum curam pertinere causæ huiusmodi non deberent, vt calūniōsa diuisio sanaretur, deberent autem, vt quando facta est firmaretur? Si doctrina ista quā non de scripturis sanctis, & nescio vnde didicistis, iusta vobis videtur, vt hæc ad imperialem non pertineat potestatem, tunc maioribus vestris venisset in mentem, quando Cæciliani causam ad Imperatoris iudicium Constantini accusando miserunt. Nunc vero, quia leones Daniele propter innocentiam non laferunt, vultis vt illis parcat qui eum calumniando leonibus obiecerunt? Sed non vt homo, iudicat deus, in cuius manu cor regis est, & quō voluerit inclinatur illud. Cor autem regis cum est infidele, aut exercentur aut probantur boni. Cum vero est fidele, aut corriguntur aut plectuntur mali. Horum duorum quid in vestra causa sit, satis iam diximus, satisque literis tuis nullius loci prætermissione respondimus, quod vtiā & tibi, tamē aliquibus ex vobis profuturum esse deo miserate confidimus. Ad hæc autem si respondere aliquid præparas, lege etiam illa quæ cum Emerito acta sunt, quibus ille respondere non potuit, ne forte tu possis, sicut iam superius vt experieris admonui. De causā etiam Maximinianistarum cum illo egimus, de qua nobis in collatione toties vobis obiecta nihil respondistis, quoniam de re manifestissima & recentissima nihil quod responderetis inuenire potuistis, quomodo Maximianus quem multo grauiore quā Cæcilianum sententia percussistis, ita vt diceretis eum Dathan, Core, & Abiron ministrum, quos pro scelere schismatis viuos terra deglutiuit, non polluerit consortes schismatis sui, quibus vt ad vestram cōmunionem redirent, dilationem dedistis: non polluerit Afer Afros, viuos viuos, notus notos, particeps socios, & Cæciliani polluerunt transmarinos, polluerunt longe positos, polluerunt ignotos, polluerunt nondum natos. Inueni si potes quid dicas, quomodo suscepistis honorem Feliciani Musticani, & Prætextati Assuriani, quos cum Maximiano & aliis decem sine vlla dilatione damnastis: contra quos vt eos de basilicis pelleretis, apud duos, vel nisi fallor, apud tres proconsules litigastis, & cum iam in locum Prætextati alium ordinassetis, post tam longum tempus eos in suis honoribus recepistis. Qua iustitia, qua ratione, qua fronte in honore suscipitur Maximianista dānatus, & damnatur orbis terrarum catholicus inauditus? Qua iustitia, qua ratione, qua fronte cauendum esse dicitis, ne vos iniquitē Cæcilianus olim defunctus, vobisque prorsus incognitus, vestris maioribus iudicantibus semel damnatus, vestris maioribus ter absolutus, & cauendum non putatis, ne vos inquinaret Felicianus, vniuersalis concilij vestri ore damnatus, & ab vniuersis vobis, præcipue tui prædecessoris favore susceptus? Qua iustitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum quem dant ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantauerunt, cum suscepistis baptismum quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris à vestra ecclesia tradiderint? Si enim vt soletis male intelligere, & nobis obicere, sic est intelligendum quod scriptum est, Qui baptizatur à mortuo, quid proficit in lauacro suo: Inter illos isti iacebant quādo baptizabant, de quibus ve-

Daniel. 6.

Prout. 21.

E

Nume. 16.

Ecclesiasti. 34.

Gstra Bagaiensis sententia tanto strepitu insonuit, Aegyptiorum ad modum exeplo pereuntium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est poena, quod post extortam aquis vlttricibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturam. Quid ad hæc dicturi estis? Ecce mortui baptizant eos quos suscipitis, nec morimini, & nobis tanquam mortuis calumniamini, vt catholice vnitati communicare nolentes, vestris ignibus vere moriamini. Respõde ad ista: vacat tibi cogitare quid dicas. Saltem in hoc aliquod tibi beneficium conferamus, vt dum cogitas quomodo respondeas, minime cogites quomodo ardeas. Sed nolumus vt inopia respondendi laßum illud & quassum, quod dicere consueftis, adhuc tibi existimes dicendum: Si tales sumus, quare nos quæritis? Respondemus enim: Magis vos catholica Ecclesia debet quærere quia peristis, si vos Maximiniani perditos inquisistis, de corde enim vestro nobis dicitis: Quare quæritis tot tantorumque reos criminum? Sed de libro dei vobis respondemus, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum.

H

Libri secundi finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, De baptismo contra Donatistas, Liber Primus.

*Sacramenta
& per impios dari.
Cap. I.
Contra epistolam Parmeniani. li. 2. cap. 14.*



Ne eis libris quos aduersus epistolam Parmeniani, quam dedit ad Ticonium scripsimus: promissimus nos diligentius quaestionem baptismi tractaturos. Quod etiam si non ibi promitteremus, debitum tamen a nobis flagitantibus fratribus meminimus & agnosceremus. Quapropter in hoc opere adiuuante domino suscepimus nõ solum ea refellere quæ de hac re nobis Donatistæ obiectare consueverunt, sed etiam de beatissimi martyris Cypriani auctoritate, vnde suam peruersitatem ne veritatis impetu cadat, fulcire conantur, quæ dominus donauerit dicere, vt intelligant omnes qui non studio partium cæcati iudicant, non solum eos non adiuuari auctoritate Cypriani, sed per ipsam maxime conuinci atque subuerti. Iam quidem in supramemoratis libris dictum est ita posse extra catholicam communionem dari baptismum, quæ admodum & extra eam potest haberi. Nullus autem illorum negat habere baptismum etiam apostatas, quibus vti que redeuntibus & per penitentiam conuersis, dum non redditur, amitti non potuisse iudicatur. Sic & illi qui per sacrilegium schismatis ab ecclesie communiõne discedunt, habent vti que baptismum, quem priusquam discederent acceperunt. Nam & ipsi si redeant, non eis iterum datur. vnde ostenditur illud quod acceperant in vnitatis positum, non potuisse amittere ab vnitatis separatos. Quod si haberi foris potest, etiam dari cur non potest? Si dicitis, non recte foris datur: respondemus, sicut non recte foris habetur, & tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per vnitatis reconciliationem incipit vtiliter

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

ter haberi quod extra vnitatem inutiliter habebatur, sic K per eandem reconciliationem incipit vtile esse, quod extra eam inutiliter datum est. Non tamen dici fas est non datum esse quod datum est, aut vt non hoc dedisse quisquam calumniatur, cum hoc eum dedisse quod acceperat confitemur. Sacramentum enim baptismi est quod habet qui baptizatur. Et sacramentum dandi baptismi est, quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab vnitatis recesserit, sacramentum baptismi nõ amittit, sic etiam ordinatus, si ab vnitatis recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria faciendæ est. si discedit a malis vtrunque discedit, si permanet in malis vtrunque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus quem non potuit amittere qui ab vnitatis discesserat, sic acceptandus est baptismus quem dedit ille qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. Nã sicut redeuntibus qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur: ita redeuntibus qui priusquam recederent ordinati sunt, nõ vti que rursus ordinantur, sed aut administrant quod administrabant, si hoc ecclesie vtilitas postulat: aut si non administrant, sacramentum ordinationis suæ tamen gerunt, & ideo eis manus inter laicos non imponitur: Nam neque sacramentum baptismi, neque sacramentum dandi baptismi, quando ab eis cum Maximiniano discessit Felicianus, amisit. Nunc enim eum secum habent cum eis, quos cum foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit. Quapropter potuerunt ab eis accipere ceteri, cum ad nostrum consortium non accessissent, quod illi non amiserant, cum a nostro consortio recessissent. Quibus rebus ostenditur & ipsos impie facere, qui rebaptizare conantur orbis vnitatem, & nos recte facere qui dei sacramenta improbare nec in ipso schismate audemus. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt. In eo autem a nobis recesserunt, in quo a nobis dissentiunt. Non enim accessus iste atque discessus corporalibus motibus, sed spiritalibus est metiendus. Sicut enim coniunctio corporum fit per continuationem locorum, sic animorum quidam contactus est consensio voluntatum. Si ergo qui recessit ab vnitatis aliquid aliud agere voluerit, quàm quod in vnitatis percepit, in eo recedit atque disiungitur. Quod autem ita vult agere sicut in vnitatis agit, vbi hoc accepit & didicit, in eo manet atque coniungitur. Itaque isti in quibusdam rebus nobiscum sunt, in quibusdam vero a nobis exierunt. Proinde illi in quibus nobiscum sunt, eos agere nõ veramus. In quibus autem nobiscum non sunt, vt veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, adhortamur, & quibus modis possumus vti diligant emendati atque correcti, cum charitate flagitamus. Non eis itaque dicimus, nolite dare: sed, nolite in schismate dare. Nec eis quos videntur baptizaturi dicimus, nolite accipere: sed, nolite in schismate accipere. Nam si quem forte coegerit extrema necessitas, vbi catholicum per quem accipiat nõ inuenit, & in animo pace catholica custodita, per aliquem extra vnitatem catholicam possumus acceperit, quod erat in ipsa catholica vnitatis accepturus, si statim etiam de hac vita migrauerit, nõ eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus cum se catholice congregationi etiam corporali presentia reddiderit, vnde nunquam corde discesserat, nõ solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quia presentem deum credidit cordi suo vbi vnitatis seruabat, & sine sancti baptismi

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

*De consuetudine
diff. 4. cap. nullus autem*

Atismi sacramento, quod vbiunque inuenit, non hominum, sed dei esse cognouit, noluit ex hac vita migrare. Si quis autem cum possit in ipsa catholica accipere, per aliquam mentis peruersitatem eligit in schismate baptizari, etiam si postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, proculdubio peruersus & iniquus est, & tanto perniciosius quanto scientius. Ita enim nõ dubitat recte illic accipi, sicut non dubitat illic prodesse etiam quod alibi acceperit.

Duo enim sunt quæ dicimus, & esse in Catholica baptismum, & illic tantum recte accipi. vtrunque horum Donatistæ negant. Item alia duo dicimus, esse apud Donatistas baptismum, nõ autem illic recte accipi. Horum duorum illi vnum magno opere affirmant, id est, esse ibi baptismum, non autem illic recte accipi, nolunt fateri. Harum quatuor sententiarum tres nostræ tantum sunt, vnam vero vtrique dicimus, Nam esse in catholica baptismum, & recte illic accipi, & apud Donatistas non recte accipi nos tantum dicimus, esse vero baptismum & apud Donatistas & illi asserunt & nos concedimus. Quisquis ergo vult baptizari, & certus est iam sibi nostram Ecclesiam ad Christianam salutem esse diligendam, & in ea sola illi prodesse baptismum Christi, etiam si alibi acceperit fuerit, sed ideo in parte Donati vult baptizari, quia esse ibi baptismum non illi solique nos soli, sed vtrique dicimus, attēdat alia tria: Si enim nos eligit sequi in iis quæ illi non dicunt, ea vero quæ vtrique dicimus, præponit his quæ nos soli dicimus, satis est nobis quod ea quæ illi non dicunt, & nos soli dicimus, præponit eis quæ illi soli dicunt. Esse autem in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Recte accipi in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Non recte accipi in parte Donati baptismum nos dicimus, illi non dicunt. Sicut ergo id potius credit quod nos soli dicimus esse credendum, ita hoc potius faciat quod nos soli dicimus esse faciendū. Quod autem vtrique esse credendum dicimus, hoc si ita putat robustius credat, quàm id quod a solis nobis dicitur. Robustius enim crediturus est esse baptismum Christi in parte Donati, quod ab vtrisque nostrum dicitur, quàm esse baptismum in catholica, quod a solis catholicis tantummodo dicitur. Sed rursus magis crediturus est esse baptismum Christi etiam apud nos, quod nos soli dicimus: quàm nõ esse apud nos, quod illi soli dicunt. Iam enim decreuit & certus est, in quibus dissentimus, nos illis esse præponēdos. Itaque ergo quod nos soli dicimus, recte apud nos accipi magis crediturus est, quàm non recte apud nos accipi, quia hoc illi soli dicunt. Eadem regula quod nos soli dicimus, non recte apud illos accipi magis crediturus est, quàm id quod illi soli dicunt, id est, recte apud illos accipi. Frustra itaque sibi videtur securus ibi accipere, quod esse quidem ibi vtrique dicimus, sed ibi esse accipiendum non vtrique dicimus. Eligat autem ipse in eo quod non vtrique dicimus, nobis potius inharere. Hic ergo securus accipiat, vbi & esse & accipere recte certus est: illic autem nõ accipiat, quod esse quidem ibi dicunt, sed ibi accipiendum esse non dicunt, quorum sententiam decreuit eligere, quanquam etiam si dubium haberet, non illic recte accipi quod in catholica recte accipi certum haberet, grauius peccaret in rebus ad salutem anime pertinentibus, vel eo solo quod certis incerta præponeret. Recte quippe hominē in Ecclesia catholica baptizari eo ipso certus est, quod etiam alibi baptizatus huc transire decreuit.

Non recte autem apud Donatistas hominem baptizari ad salutem incertum habet, cum hoc illi dicant quorum sententiam Donatistis antepōndam esse certum habet, & incertis certa præponendõ hic baptizetur, vbi propterea certus est recte fieri, quia & cũ alibi aliter facere cogitabat, huc transeundum esse decreuerat.

Iam vero si quis non intelligit quomodo fieri possit, vt quod ibi esse confitemur, non ibi recte dari dicamus, illud attēdat, quia nec recte ibi esse dicimus quod & illi dicunt in his qui ab eorum communionem discedunt. Intueantur etiam similitudinem notæ militaris, quia extra militiam a desertoribus & haberi & accipi potest, sed tamen extra militiam nec habenda nec accipienda est, & reducto vel perducto ad militiam, nec mutanda nec iteranda est. Veruntamen & alia causa est eorum qui in istos hæreticos imprudenter incurrunt, ipsam esse Christi Ecclesiam existimantes, alia eorum qui nouerunt non esse catholicam Ecclesiam, nisi eam quæ sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur, & extenditur vsque ad fines terræ, quæ crescens inter zizania & in tadio scandalorum requiem futuram desiderans, dicit in Psalmis, A finibus terræ ad te clamauit dum taderet anima mea, in petra exaltasti me. Petra autem erat Christus. In quo nos iam resuscitatos & in cælo confidentes dicit Apostolus, nõsumus in re, sed in spe. Ideoque sequitur Psalmus & dicit, Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Ex illis quippe promissionibus tanquam telis & iaculis in turri munitissima constitutis, non solum cauetur, sed etiam expugnatur inimicus. Induentes lupos suos pelibus ouium dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem constituta, ad particulas insidiarum suarum multos separant, & iugulatos absumunt. Et cum hoc nouerint, diligunt extra communionem vnitatis corporis Christi accipere baptismum Christi, ad eandem communionem cum eo quod alibi acceperint postea migraturi. Sciētes enim habituri sunt aduersus Ecclesiam baptismum Christi, vel eo ipso die quo accipiunt. Quod si sceleratum est, quis est qui dicat, Permittat mihi vno die scelus admittat: Si enim transisturus est ad catholicam, quæro causam. Quid aliud responsurus est, nisi quia malum est esse in parte Donati, & non esse in catholica vnitatis? Hoc igitur malum quot diebus feceris, tot dierum malum facturus es, & dici potest maior malum fieri plurium dierum, minus autem paucorum, nullum autem malum fieri dici non potest. Quid autem opus est hoc tam execrabile malum vel vno die vel vna hora committere? Hoc enim qui sibi concedi vult, potest ab Ecclesia vel ab ipso deo petere, vt sibi vel vno die apostata concedat. Nam cur vnus die esse apostata timeat, & vnus die esse schismaticus hæreticusve non timeat, nulla causa est.

Qui sciēs a schismatis accipere sacramentum. Cap. IIII. Contra epistolam Parmeniani, li. 2. cap. 13.

Psalm. 60. E tra autem erat Christus. In quo nos iam resuscitatos & in cælo confidentes dicit Apostolus, nõsumus in re, sed in spe. Ideoque sequitur Psalmus & dicit, Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Ex illis quippe promissionibus tanquam telis & iaculis in turri munitissima constitutis, non solum cauetur, sed etiam expugnatur inimicus. Induentes lupos suos pelibus ouium dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem constituta, ad particulas insidiarum suarum multos separant, & iugulatos absumunt. Et cum hoc nouerint, diligunt extra communionem vnitatis corporis Christi accipere baptismum Christi, ad eandem communionem cum eo quod alibi acceperint postea migraturi. Sciētes enim habituri sunt aduersus Ecclesiam baptismum Christi, vel eo ipso die quo accipiunt. Quod si sceleratum est, quis est qui dicat, Permittat mihi vno die scelus admittat: Si enim transisturus est ad catholicam, quæro causam. Quid aliud responsurus est, nisi quia malum est esse in parte Donati, & non esse in catholica vnitatis? Hoc igitur malum quot diebus feceris, tot dierum malum facturus es, & dici potest maior malum fieri plurium dierum, minus autem paucorum, nullum autem malum fieri dici non potest. Quid autem opus est hoc tam execrabile malum vel vno die vel vna hora committere? Hoc enim qui sibi concedi vult, potest ab Ecclesia vel ab ipso deo petere, vt sibi vel vno die apostata concedat. Nam cur vnus die esse apostata timeat, & vnus die esse schismaticus hæreticusve non timeat, nulla causa est.

Cap. 13.

Illuc, inquit, accipere malum, vbi baptismum Christi esse vtrique consentiunt. Sed illic non recte accipi illi ad quos migraturus es dicunt, recte vero illic accipi illi a quibus migraturus es dicunt. Illud itaque quod ibi dicunt, quos postponis, contradicentibus illis quos ipse antepōnis, aut falsum est, aut vt mitius dicatur, incertum. Vera ergo falsus, aut incertis certa præponis. Illic enim quod migraturus es cum alibi acceperis, recte posse accipi quod desideras, non illi tantum ad quos transisturus es, sed tu ipse qui transisturus es, confiteris. Si enim vtrum recte illic posset accipi dubitares, etiam illuc transeundum esse dubitares. Accipere itaque

G in parte Donati, si incertum est esse peccatum, quis dubitet certum esse peccatum, non ibi potius accipere, vbi certum est non esse peccatum. Illi vero qui per ignorantiam ibi baptizantur, arbitantes ipsam esse Ecclesiam Christi, in istorum quidem comparatione minus peccant, sacrilegio tamen schismatis vulnerantur, nō ideo nō grauius quōd alij grauius. Cum enim dictum est quibusdam, Tolerabilis erit Sodomis in die iudicij quā vobis: non ideo dictum est, quia Sodomitae non torquebuntur, sed quia illi grauius torquebuntur, quanquam hoc fuerat fortasse occultum aliquando & incertum. Vnde autem sanantur hi qui aduertunt & corriguntur, inde grauantur hi qui cum iam ignorare non permittuntur, in perniciem suam pertinaciter scuiunt. Damnatio quippe Maximinianistarum, & receptio damnatorum, cum his quos extra eorum communionem in sacrilegio, sicut concilium eorum clamat, in schismate baptizarunt, totam istam soluit quaestionem, totam contentionem abstulit. Nihil omnino inter nos & eos Donatistas qui Primiano communicant dereliquit vnde dubitetur non solum haberi, sed etiam dari posse baptismum Christi ab eis qui ab Ecclesia separantur. Sicut enim ipsi eos quos Felicianus in schismate baptizauit, verum baptismum accepisse fateri coguntur, quia eos secum nunc habent in ipso baptismo quem in schismate perceperunt, sic nos dicimus baptismum Christi esse etiam extra communionem catholicam, quem dāt illi qui ab eadem communionem praecisi sunt, quia cum praeciderent non amiserunt: & quod ipsi se putant contulisse illis quos Felicianus in schismate baptizauit, cum eos sibi reconciliauerunt: id est, non ut acciperent quod [non] habebant, sed ut prodesset eis quod inutiliter in schismate acceperant & habebant: hoc vere confert & praestat deus per communionem catholicam illis qui veniunt ab aliqua haeresi vel schismate, vbi baptismum Christi acceperunt: id est, non ut baptismi sacramentum incipiant habere quod nō habebant, [sed ut pro sit eis quod inutiliter habebant.] Quapropter inter nos & ipsos quodammodo Cardinales Donatistas, quorum Episcopus apud Carthaginem Primianus est, iam de hac re nulla est controuersia. Voluit enim deus per Maximinianistas eam finiri, ut quod charitate suadente nolebant, exemplo suo cogēte faterentur. Sed adhuc propterea inde disputamus, ne illi sibi videatur aliquid dicere, qui nec istis comunicant, qui apud se potius, quāto pauciores, tanto sinceriores Donatistas remansisse contendunt. Qui si Maximinianista soli essent, nec ipsorum salutem contemere deberemus. Quanto ergo magis quia eadem pars Donati in multa minutissima frusta conscissa est, quae omnes minutae particulae hanc vnam multo grandiore, in qua Primianus est, de recepto Maximinianistarum baptismo reprehendunt, & singulae conantur asserere apud se rātummodo verum baptismum remansisse, nec omnino esse alibi, neque in toto orbe terrarum quā Ecclesia catholica expanditur, nec in ipsa grandiore parte Donati, nec in ceteris praeter se vnam ex minutissimis partibus. Quae omnes particulae si aduertere voluerint vocem non hominis, sed ipsius manifestissimae veritatis, & animosum spiritum suae peruersitatis domare, non utique ad partem Donati maiorem, de qua praecisa praecisa sunt, sed ad ipsam viriditatem radicis catholicae de ariditate propria reuertentur. Omnes quippe isti vbi contra nos non sunt, pro nobis sunt, vbi autem nobiscum non colli-

gunt, spargunt. Iam enim ne videar humanis argumentis id agere, quoniam quaestio huius obscuritas prioribus Ecclesiae temporibus ante schisma Donati magnos viros & magna charitate praeditos, patres Episcopos ita inter se compulsi salua pace disceptare atque fluctuare, ut diu conciliorum in suis quibusque regionibus diuersa statuta nutauerint, donec plenario totius orbis concilio quod saluberrime sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur: ex Evangelio profero certa documenta, quibus domino adiutu te demonstro, quā recte placuerit & vere secundum deum, ut hoc in quoquam schismatico vel haeretico ecclesiastica medicina curaret, in quo vulnere separabatur: illud autem quod sanum maneret, agnitum potius approbaretur, quā improbatum vulneraretur. Certē dominus in Evangelio dicit, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui mecum non colligit, spargit: Tamen cum ad eum discipuli retulissent, vidisse se quendam in eius nomine pellentem daemonia, & prohibuisse, quia cum illis eum non sequebatur, Nolite, inquit, prohibere, Qui contra vos non est, pro vobis est: Non potest enim quisquam in meo nomine facere aliquid, & male loqui de me. Si nihil in illo corrigendum erat, securus ergo sit quisquis extra communionem Ecclesiae constitutus colligit in Christi nomine, dissociatus à Christiana societate: atque ita falsum erit illud, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, spargit. Si autem quod discipuli domini per ignorantiam facere voluerunt, id in eo corrigendum est quod dixit dominus, Nolite prohibere: cur hoc ipse prohiberi prohibuit: Et quo modo erit verum quod ibi ait, Qui contra vos non est, pro vobis est: In hoc enim facto non contra eos, sed pro eis erat, vbi per nomen Christi sanitates operabatur. Ut ergo vtraque sententia vera sit, sicuti vera est, & illa vbi ait, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui mecum non colligit, spargit: & illa vbi ait, Nolite prohibere, qui enim contra vos non est, pro vobis est: quid restat intelligendum, nisi quia ille in tanti nominis veneratione confirmandus fuit, vbi non erat contra Ecclesiam, sed pro Ecclesia: & in illa tamen separatione culpandus, vbi si colligeret spargeret: & si forte veniret ad Ecclesiam, non illud quod habebat ibi acciperet, sed in quo aberrauerat, emendaret. Neque enim & Cornelij gentilis hominis orationes non sunt exaudita, aut eleemosynae non sunt acceptae, imō & angelum ad se mitti, & missum meruit intueri, per quem posset utique sine hominis alicuius accessu cuncta necessaria discere: Sed quoniam quicquid boni in orationibus & eleemosynis habebat, prodesse illi non poterat nisi per vinculum Christianae societatis & pacis incorporaretur ecclesiae, iubetur mittere ad Petrum, & per illum discit Christum: per illum etiam baptizatus, Christiano populo consortio quoque communionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Perniciose quippe contemneret bonum quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat. Sic etiam qui seipos à societate ceterorum separantes, charitate violata, vnitatis vinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quae in illa societate acceperunt, in omnibus separati sunt, & ideo quem sibi ciauerint, si venire ad Ecclesiam voluerit, debet omnia quae nō accepit, accipere. Si vero nōnulla eadem faciūt, non se in eis separauerūt, & ex ea parte in retextura compage detinentur, in cetera scissi sunt. Proinde si quē sciauerint

sciauerint sibi, ex ea parte necitur Ecclesiae, in qua nec illi separati sunt. Et ideo si ad Ecclesiam venire voluerit, in eo sanatur vbi laniatus errabat. Vbi vero sanus connectebatur, non curatur sed agnoscitur, ne cum sana curare volumus, potius vulneremus. Itaque illi quos baptizant, sanant vulnere idololatriae vel infidelitatis, sed grauius feriunt vulnere schismatis. Idololatrias enim in populo dei gladius interemit, schismaticos autem terrae hiatus absorbit. Et Apostolus, Si habeam omnem, inquit, fidem ita ut montes transferam, charitatem vero non habeam, nihil sum. Si quis adducatur ad medicum in aliqua necessaria parte corporis graui vulnere sauciatus, si dixerit medicus, moritur inde nisi curetur: non opinor illi qui adduxerunt eum, ita desipiunt ut consideratis atque numeratis ceteris membris eius sanis, respondeant medico & dicant, Ergo ne ista sana tot membra non valent ad eius vitam, & illud vnum vulneratum valet ad eius mortem? Non utique hoc dicunt, sed curandum offerunt: nec ideo tamē quia curandum offerunt, medicum rogāt, ut etiam illa quae sana sunt curet, sed illi vni loco medicinam instanter adhibeat, vnde mors etiam saluis ceteris imminet, & nisi sanetur adueniet. Quid ergo prodest homini vel sanae fides, vel sanum fortasse solum fidei sacramentum, vbi letali vulnere schismatis perempta est sanitas charitatis, per cuius solius peremptionem etiam illa integra trahuntur ad mortem? Quod ne fiat, non cessat misericordia dei per vnitatem sanctae Ecclesiae suae, ut veniant & curentur per medicamentum reconciliationis, per vinculum pacis. Nec ideo se putent sanos esse, quia dicimus eos habere aliquid sanum: nec rursus putent ideo curandum esse quod sanum est, quia ostendimus aliquid vulneratum. Itaque in sacramenti sanitate qui contra nos non sunt, pro nobis sunt: in schismatis autem vulnere qui cum Christo non colligunt spargunt. Non extollantur ex his quae habent. Quid tantum per ea quae sana sunt superbos oculos ducunt? Et vulnus suum dignetur humiliter intueri, nec solum quid assit, sed etiā quid desit attendant. Videant quā multa & quā magna nihil proficiunt, si vnum quidem defuerit, & videant quid sit ipsum vnum. Nec me in hoc audiant, sed Apostolus, Si linguam, inquit, hominū loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aramentum sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & secreta omnia sciuerō & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Quid ergo eis prodest si linguam in sacris mysteriis habeant angelicam, & prophetiam quemadmodum Caiphaz & Saül, ut aliquādo prophetent, quos fuisse damnabiles sancta scriptura testatur: Si sacramenta non tantum sciunt, sed & habent, sicut habuit Simon magus: Si fidem, sicut daemonia cōfessa sunt Christum: neque enim non credebant cum dicerent, Quid nobis est & tibi fili deiscimus qui sis: Si disperiant ipsi etiam substantiam suam pauperibus, sicut multi non solum in catholica, sed in diuersis haeresibus faciunt: Si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammam nobiscum corpus suum pro fide quam pariter confitentur: tamen quia separati haec agunt, non sufferentes inuicem in dilectione, neque studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, charitatem utique non habent, etiam cum illis omnibus quae nihil eis profunt, ad vitam aeternam salutem peruenire non possunt. Sed videtur sibi argutissime querere, vtrum generet filios

baptismus Christi in parte Donati, an non generet: ut D si consenserimus quod generet, suam esse asseueret Ecclesiam matrem, quae filios potuit de Christi baptismo generare: & quia vnam oportet esse Ecclesiam, ex hoc iam nostram non esse Ecclesiam criminentur. Si autem dixerimus, non generat, cur ergo, aiunt, apud vos non renascuntur per baptismum, qui transeunt à nobis ad vos, cum apud nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt? Quasi vero ex hoc generet vnde separata est, & non ex hoc vnde coniuncta est. Separata est enim à vinculo charitatis & pacis, sed adiuncta est in vno baptismo. Itaque vna est Ecclesia, quae sola catholica nominatur: & quicquid suum habet in communione diuersorum à sua vnitatem separatis, per hoc quod suum in eis habet, ipsa utique generat, non illa. Neque enim separatio eorum generat, sed quod secum de ista tenuerunt: quod si & hoc dimittant, omnino non generant. Haec itaque in omnibus generat, cuius sacramenta retinentur, vnde possit tale aliquid vbiusque generari, quanuis nō omnes quos generat ad eius pertineant vnitatem, quae vsque in finem perseveraret E saluat. Neque enim hi soli ad eam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi qui in eius vnitatem corporaliter mixti per vitam pessimam separantur. Etenim Simonem magum per baptismum ipsa pepererat: cui tamen dictum est quod non haberet partem in hereditate Christi. Nunquid ei baptismus, nunquid Euangelium, nunquid sacramenta defuerunt? Sed quia charitas defuit, frustra natus est, & ei expediebat fortasse non nasci. Nunquid non erant nati quibus Apostolus ait, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: eos tamen à sacrilegio schismatis reuocat, in quod ideo irruerant, quia carnales erant: Quasi paruulis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis, carnales enim estis adhuc. Cum enim sint inter vos amulatio & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, ego vero Cephae &c. nōne homines estis? De his enim supra dicit, Obsecro autem vos fratres per nomen domini Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes: & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Nunciatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloēs, quia cōtentiones sunt in vobis. Hoc autem dico, quia vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autē Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi. Diuisus est Christus: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Isti ergo si in hac obstinatione & peruersitate remanent, certe quidem nati erant, nec tamen ad ipsam Ecclesiam de qua nati erant, per pacis atque vnitatis vinculum pertinerent. Ergo ipsa generat & per vterū suum, & per vteros ancillarum ex eisdem sacramentis, tanquam ex viri sui semine. Non enim frustra dicit Apostolus omnia illa in figura esse gesta. Sed qui superbiunt & legitima matris nō adiunguntur, similes sunt Hismaeli, de quo dictum est, Eice ancillam & filium eius, Non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Qui autem pacifice diligunt legitimam patris sui coniugem, cuius legitimo iure generati sunt, similes sunt filiis Iacob, quanuis de ancillis nati, sed tamen eandem hereditatem sumuntibus. Qui autem de vtero ipsius matris intus in vnitatem nati, negligunt gratiam quam acceperunt, si-

Mat. 10.

H

Cap. 11.

Luc. 9. Mat. 12.

Cor. 3.

1. Cor. 3.

1. Cor. 7.

1. Cor. 10.

Galat. 4.

Galat. 4.

Galat. 4.

Galat. 4.

Galat. 4.

Galat. 4.

G scilicet quod semel atq; iterum & saepe censuimus, haereticos ad Ecclesiam venientes, Ecclesiae baptismum baptizari & sanctificari oportere. Item lectae sunt vobis & aliae Iubaiani literae, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione, ad epistolam nostram referens: non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Superest vt de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem, si diuersum senserit amouentes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequium necessitatem collegas suos adigit, quando habet omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suae arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare, sed expectemus vniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi, qui vnus est solus habens potestatem & proponendi nos in Ecclesiae suae gubernatione, & de actu nostro iudicandi. Nunc se si audent superba & tumida ceruices haereticorum aduersus sanctam humilitatem huius sermonis extollant insani Donatistae, quos ad pacem atque vnitatem sanctae Ecclesiae remeare, & atque in ea sanari cupimus & optamus. Quid ad haec dicitis vos? Certe nobis obicere solent Cypriani literas, Cypriani sententiam, Cypriani concilium. Cur auctoritatem Cypriani pro vestro schismate assumitis, & eius exemplum pro Ecclesiae pace respicitis? Quis autem nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum literis ita proponi, vt de illa omnino dubitari & disceptari non possit, vtrum verum vel vtrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem literas quae post confirmatum canonem vel scriptae sunt vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorum cuiuslibet in ea re peritioris & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deuiatum est? Et ipsa concilia quae per singulas regiones vel prouincias fiunt, pleniorum conciliorum auctoritati, quae sunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaque plenaria saepe priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine vlllo typho sacrilegae superbiae, sine vlla inflata ceruice arrogantiae, sine vlla contentione liuida inuidiae, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana.

Episcopi litterae, & conciliorum prouincialium decreta, & concilium Cypriani. Canonica scriptura nulli cedit. Cap. III. Dist. 9. cap. quis nesciat.

Dubia discentur, non rependa vniuersa. Cap. III. Cyprianus epistola 35 ad Quirinum.

Quapropter sanctus Cyprianus tanto excellentior, quanto humilior, qui documentum Petri sic amavit vt diceret, documentum scilicet nobis & concordiae & patientiae tribuens, vt non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus & collegis nostris vtiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, ipsa potius nostra ducamus: satis ostendit facillime se correcturum fuisse sententiam suam, si quis ei demonstraret baptismum Christi sic dari posse ab eis qui foras exierunt, quem ad modum amitti non potuit cum foras exierunt, vnde multa iam diximus: nec nos ipsi tale aliquid auderemus asserere, nisi vniuersae Ecclesiae concordissima auctoritate firmati, cui & ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore questionis huius veritas eliquata & declarata per plenarium concilium solidaretur. Si enim Petrus laudat & praedicat ab vno posteriore collega patienter concorditerque correctum, quanto citius ipse cum concilio prouinciae suae vniuersi orbis aucto-

ritate patefacta veritate cessisset, quia profecto & vniuersi dicenti & demonstranti posset facillime consentire tam sancta anima, tam pacata: & fortasse factum est, sed nescimus. Neque enim omnia quae in illo tempore inter Episcopos gesta sunt, memoriae literisque mandari potuerunt, aut omnia quae mandata sunt nouimus. Quomodo enim potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarium concilium luculentam illustrationem confirmationemque perducere, nisi primo diutius per orbis terrarum regiones, multis hinc atque hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, vt cum diutius aliqua obscuriora queruntur: & propter inueniendi difficultatem, diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat vnitatis, ne in parte praecisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et ideo plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, vt eorum patientis & humilis charitas in qua fructus maior est, comprobetur vel quomodo teneat vnitatem cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt. Quorum duorum manifestatum tenemus vnum in beato Cypriano: id est, quomodo tenuerit vnitatem cum eis a quibus diuersum sentiebat. Ait enim, Neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes, Alterum autem, id est, quomodo accipere potuerit veritatem contra id quod sentiebat inuentam: & si literae tacent, merita clamant: si epistola non inuenitur, corona testatur: si concilium non indicat Episcoporum, consortium indicat angelorum. Non enim paruum documentum est pacatissimae animae in ea vnitatis martyrium meruisse, vnde se diuersum sentiens noluit separare. Homines enim sumus: Vnde aliquid aliter sapere quam se res habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus vsque ad praecedendam communionis & cõdendi schismatis vel haereticis sacrilegium peruenire, diabolica praesumptio est: in nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. Quia itaque homines sumus, sed spe angelici sumus, quibus aequalis in resurrectione futuri sumus, quoad perfectionem angeli non habemus, praesumptionem diaboli non habeamus. Ideo dicit Apostolus, Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Humanum est ergo aliquid aliter quam se res habet sapere. Propterea dicit alio loco: Quotquot ergo perfecti hoc sapimus, & si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit. Quibus autem reuelat cum voluerit, siue in hac vita siue post hanc vitam, nisi ambulantes in via pacis, & in nullam praecisionem deuiantes: Non quales isti sunt qui viam pacis non cognouerunt, nec propter aliud vnitatis vinculum diruperunt. Ideo Apostolus cum dixisset, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit: ne putaret praeter viam pacis, quod aliter sapiebant sibi posse reuelari, continuo addidit, Verumtamen in quod peruenimus, in eo ambulamus. In quo ambulamus Cyprianus, perseverantissima tolerantia, suo sanguine, sed in vnitatis fuso: quia si traderet corpus suum, vt arderet, & non haberet charitatem, nihil ei prodesset: per martyrii confessionem peruenit ad angelicam lucem, vt si non antea, sibi certe reuelatum agnosceret, quod cum aliter saperet, sententiam diuersae opinionis vinculum non praeposuit vnitatis. Vos itaque Donatistae, quid ad haec dicitis? Si nostra sententia de baptismo vera est, omnes

Cyprianus in concilio Carthaginiensi.

Col. 6. Epist. 4. Philip. 3.

omnes qui aliter sapiebant Cypriani temporibus, non sunt ab Ecclesiae vnitatis separati, donec illud quod aliter saperent deus illis reuelaret. Vos ergo quare separatione sacrilega pacis vinculum dirupistis? Si autem vestra sententia de baptismo vera est, Cyprianus & ceteri cum quibus eum tale concilium celebrasse perhibetis, cum eis qui aliter sapiebant, in vnitatis permanerunt, quare vos pacis vinculum dirupistis? Quodlibet horum elegeritis, contra vestram praecisionem sententiam ferre cogimini. Respondete, quare vos separastis? Quare contra orbem terrarum altare erexistis? Quare non communionis Ecclesiae, quibus epistolae apostolicas missas tenetis & legitis, & secundum ipsas vos viuere dicitis? Respondete, quare vos separastis? Propterea certe, ne maiorum communionem periretis. Quomodo ergo non perierit Cyprianus & tot collegae ipsius? Qui cum crederent haereticos & schismaticos baptismum non habere: sine baptismo tamen receptis, cum peccata eorum tam immania tamque sacrilega superesse crederent: eis tamen communicare, quam separari ab vnitatis maluerunt, dicite Cypriano, Neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Si ergo tali communionem maiorum pereunt iusti, iam Ecclesia temporibus Cypriani perierat. Vnde igitur extitit origo Donati, vbi catechizatus est, vbi baptizatus, vbi ordinatus, quando iam Ecclesiam contagio communionis extinxerat? Si autem erat Ecclesia, nihil obesse mali bonis in vna communionem potuerunt. Quare vos separastis? Ecce in vnitatis video Cyprianum, & alios collegas eius, qui factio concilio cõsuerunt omnes qui extra Ecclesiam communionem fuerint baptizati, baptismum non habere, & ideo eis dandum esse cum veniunt. Sed ecce rursus in eadem vnitatis video quosdam de hac re aliter sentire, & eos qui ab haereticis vel schismaticis venerint, agnito in eis baptismo Christi non audere iterum baptizari. Hos omnes catholica vnitatis materno sinu complectitur, inuicem onera sua portantes, & studentes seruare vnitatis spiritus in vinculo pacis, donec alteris eorum si quid aliter sapiebant, dominus reuelaret. Si vera isti sentiebant, ab illis non contaminabantur, an contaminabantur? Quod volueritis eligite. Si contaminabantur, iam tunc non erat Ecclesia. Respondete, vnde huc existis? Si autem permanebat Ecclesia, nullo modo boni a malis tali communionem contaminantur. Respondete, quare vinculum dirupistis? An forte schismatici sine baptismo recepti non contaminantur? & traditores sanctorum librorum contaminantur? Vestros quidem fuisse traditores manifestissima rerum gesta testantur. Et si tunc in illos quos arguebatis vera diceretis, causam vestram vnitatis orbis terrarum peruasissetis, vt vobis retentis illi excluderentur. Quod si conati estis facere & non obtinistis, innocens orbis terrarum, qui iudicibus ecclesiasticis potius quam victis litigatoribus credidit. Si autem nolulistis agere causam vestram, innocens est orbis terrarum, qui damnare non potuit inauditos. Quare ergo vos ab innocentibus separastis? Sacrilegium schismatis vestri defendere non valetis. Sed haec omitto, hoc dico, si vos possent contaminare traditores, qui non sunt a vobis conuicti, & a quibus vos estis victi, multo magis possent sacrilegia schismaticorum & haereticorum sine baptismum secundum vestram sententiam recepta, contaminare Cyprianum. Non se tamen ille separauit. Et quia permanebat in Ecclesia, manifestum est quod contaminari non potuit. Quare ergo vos, non dico ab innocentibus, Tomus septimus.

quod probatur, sed ab ipsis quod non probatur tradito. Dicitur separastis? An vt dicere coeperam, grauiora sunt crimina traditorum quam schismaticorum? Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue, hoc leue est, sed afferamus diuinam stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus: imò non appendamus, sed a domino appesa recognoscamus, tempore illo quo dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atque adoratum est, & propheticus liber ira regis cõtemporis incensus, & schisma tentatum: & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica caede & peregrina captiuitate, schisma hiato terrae, sepultus authoribus vitius, & ceteris caelestii igne consumptis: quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum? A talibus sacrilegis venientes, sine baptismo vt dicitis, si Cyprianum non contaminabant, quomodo vos cotaminare poterant non conuicti, sed conuicti traditores? Qui si non libros incendendo tradidissent, sed eos ipsi manibus suis incendissent, minoris utique fuissent sceleris, quam si schisma committerent, quia illud mitius, illud grauius vindicatum est, non humano arbitrio, sed diuino iudicio. Quare vos ergo separastis? Si vllus sensus in vobis est, videtis vos certe quod responderi possit non inuenire. Non vsque adeo, inquit, omnia defecerunt, vt non possimus respondere si volumus. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Quod eis dictum intelligitur, qui volebant non de factis manifestis, sed de cordibus alienis iudicare. Nam quomodo ipse tam multa de sceleribus schismatum & haesum loquitur? Aut quomodo canitur in Psalmis, Si vere iustitiam diligitis, recte iudicate filij hominum? Cur autem ipse dominus dicit, Nolite personaliter iudicare, sed rectum iudicium iudicate: si non licet de aliquo iudicare? Postremo ipsi de illis traditoribus quibus falsa iudicauerunt, cur omnino iudicauerunt de seruis alienis? Suo domino stabant aut cadebant. Cur denique de recentibus Maximiniani istis plenarium concilium sicut dicunt ore veridico non dubitauerunt tale proferre iudicium, vt eos primis illis schismaticis, quos terra viuos absorbit compararent? Quorum quosdam tamen quod negare non possunt, aut innocentes damnauerunt, aut nocentes iterum receperunt. Sed cum verum dicitur: cui respondere non possunt, rodunt murmura salebrosa. Sic volumus. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Cum autem infirma ouis in solitudine aspicitur, vbi pastor qui reclamet absens videtur, dentes exeruntur, frangitur guttur inuolidum? Bonus homo, si non esses traditor: Consule animae tuae: esto Christianus. O improbam rabiem. Cum Christiano dicitur, esto Christianus, quid aliud docetur nisi se negare Christianum? Nunquid erat aliud quod docere cupiebant Christianorum persecutores? Quibus qui resistunt, facti sunt martyres. An leuius putatur quod gladio minante, quam quod lingua insidiant committitur? Ad ista respondete lupi rapaces, qui pellibus omnium inducuntur, beati Cypriani literas pro vobis esse arbitrastis. Contaminabat Cyprianum sacrilegium schismaticorum, an non contaminabat? Si contaminabat, iam tunc periit Ecclesia, non erat vnde propagari remini. Si autem non contaminabat, quomodo scelerati alieno possunt in vnitatis contaminari innocentes, I iij.

Exod. 32. Hier. 36. Nume. 16.

Cypriani error imitantur, christi tatem non imitantur. Cap. VII. Roma. 14.

Psal. 57.

Ioan. 7.

Roma. 14.

Mat. 7.

G si schismatis sacrilegio nō possunt? Quare ergo vos separastis? Quare cum leuiora quæ fingitis fugitis, ipsum sacrilegium schismatis, quod est grauius omnibus commisit? An forte iam placet fateri non fuisse iam illos vel schismaticos vel hæreticos, qui extra communionē Ecclesiæ, vel in schismate aliquo vel in hæresi fuerant baptizati, quia transeundo ad Ecclesiam, & errores suos pristinos anathematizando, destiterat esse quod erant? Quomodo ergo sine baptismo non super eos remanserāt scelera eorum? An ille baptisimus Christi erat, sed eis extra Ecclesiæ communionem prodesse non poterat: cum autem venerunt, & anathematizato præterito errore, in Ecclesiæ pacem per manus impositionem recepti sunt, tunc in charitate radicatis atq; fundatis, sine qua infructuosa sunt cætera, cepit prodesse ad remissionem peccatorum, & ad sanctificationem vitæ, quod sine fructu extra portabant? Nolite ergo nobis auctoritatem obicere Cypriani ad baptismi repetitionem, sed tenete nobiscū exemplum Cypriani ad vnitatis conseruationem. Nondum enim erat diligenter illa baptismi quaestio pertractata, sed tamen saluberrimā consuetudinē tenebat Ecclesiā, in ipsis quoq; schismaticis & hæreticis corrigere quod præuū est, nō iterare quod datū est, sanare quod vulneratū est, non curare quod sanum est. Quam consuetudinē credo ex Apostolica traditione venientē, sicut multa nō inueniuntur in literis eorū neq; in conciliis posteriorum: & tamē quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsi tradita & cōmendata creduntur. Hanc ergo saluberrimā consuetudinē per Agrippinū prædecessorē suum dicit sanctus Cyprianus quam cepisse corrigi. Sed sicut diligētius in quibusda veritas docuit, quæ post magnos dubitationis fluctus ad plenarij concilij confirmationē perducta est, verius creditur per Agrippinum corrumpti cepisse, nō corrigi. Irruente itaq; tā magna quaestione, cū de remissione peccatorū & de spiritali hominis regeneratione, vtrū posset apud hæreticos vel apud schismaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcederet auctoritas Agrippini, & nonnullorū qui ei consenserant hominum in hac quaestione deficientiū, qui maluerūt aliquid nouum moliri quā tenere consuetudinē, cuius defensionē non intelligebant, irruerunt in oculos animæ verisimiles rationes, & intercluserunt iter peruehigandæ veritatis. Nec arbitror beatum Cyprianū propter aliud cōtra consuetudinē quid sentiret liberius exprompsisse, priorēq; dixisse, nisi vt aliū si forte existeret, cui esset melius reuelatū, gratissime acciperet, & ostēderet imitandā non solū docendi diligentia, sed etiam discendi modestiam. Si autem nullus existeret qui tale aliquid afferret, vnde illē omnes verisimiles rationes quib; mouebatur refellerentur, in eadē sentētia permaneret sibi bene conscius & nō occultatē quæ putabatur veritatis, & retēta quæ amabat vnitatis. Nā & illud sic intellexit quod ait Apostolus, Prophetæ autē duo vel tres loquātur, & ceteri examinēt. Si alij sedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inquit, docuit & ostēdit multa singulis in melius reuelari, & debere vnumquēq; non pro eo quod semel imbiberat & tenebat pertinaciter congradi, sed si quid melius & vtilius extiterit libenter amplecti. His vtiq; verbis non solum eos admonuit sibi consentane, qui melius aliquid non videbant, sed etiam eos hortatus est, si qui possent afferre aliquid quod prior consuetudo seruanda potius firmaretur, vt si tale esset quod refelli nō posset, etiam ipse ostēderet quām veraciter dixerit, debere vnumquēq; nō pro eo quod

semel imbiberat & tenebat, pertinaciter congradi, sed si quid melius & vtilius extiterit, libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterant, nisi qui ei cōsuetudinē opponerent: defensionē autem ipsius consuetudinis non tales afferret quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauisimus rationes suas, etli nō veras, quod eū tenebat, sed tamen nō victas, veraci quidē, sed tamē nondum assertæ consuetudini cedere. Quam tamen cōsuetudinē nisi prior autē Agrippinus, & nonnulli per Affricam coepiscopi eius etiam per concilij sentētiās differere cōtulerent, nō auderet ille saltē ratiocinari aduersus eam, sed in tam obscura quaestione turbatus, & vbiq; intuens vniuersalem robustamq; cōsuetudinē, coraret se potius & prece & intentione mentis ad deū, vt quod postea plenarij concilio visum est, id verum esse perspiceret & doceret. Sed cū fatigatū præcedētis concilij quod per Agrippinū factū est excepisset auctoritas, maluit prædecessorū suorū tanquā inuētum defendere, quā inquirēdo amplius laborare. Nam in sine epistola ad Quintū ita ostendit in quo tanquā lectulo auctoritatis, quasi fessus acquieuerit. Quod quidē, inquit, & Agrippinus bonæ memoriæ vir, cū ceteris coepiscopis suis, qui illo tēpore in prouincia Africa & Numidia Ecclesiā domini gubernabant, statuit, & librata cōcilij cōmunis examinatione firmavit, quorū sententiā religiofam & legitimā, salutare fidei, & Ecclesiæ catholice cōgruente, nos etiā secuti sumus. Hac attestatōne satis ostendit multo magis se fuisse cōmemoratum, si quod de hac re transmarinū vel vniuersale conciliū factū esset. Nondum autē factum erat, quia cōsuetudinis robore tenebatur orbis terrarū, & hac sola cōponebatur inducere volentibus nouitatē, quia non poterat apprehendere veritatē. Postea tamē dum inter multos ex vtraq; parte tractatur & quaritur, non solū inuenta est, sed etiā ad plenarij concilij auctoritatē roburq; perducta, post Cypriani quidē passio, sed antequā nos nati essemus. Hanc autē fuisse consuetudinē Ecclesiæ quæ postea multis discussis ambagib; perspecta veritate plenarij concilio confirmata est, satis ostenditur ex ipsius beati Cypriani verbis in eadem ad Iubaianū epistola, quæ in cōcilio lecta cōmēturatur: Ait enim, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de iis qui in præterito de heresi ad Ecclesiā venientes, sine baptismo admissi sunt? Vbi certe quid fieri soleret, & si nō fieri veller, satis ostēdit, & eo ipso quod conciliū Agrippini cōmēmorat, aperte indicat fuisse aliā cōsuetudinē Ecclesiæ. Neq; enim opus erat hoc cōcilio velle statuere si iam cōsuetudine tenebatur, & in ipso cōcilio nōnullæ sententiæ omnino declarāt eos cōtra Ecclesiæ cōsuetudinē decreuisse, quod decernendum esse arbitrati sunt. Quapropter illud vniū istī cōsiderēt quod omnib; patet. Si auctoritas Cypriani sequēda est, magis eā sequēda esse in vnitatis seruanda, quā in Ecclesiæ cōsuetudine cōmutanda. Si autē conciliū eius attenditur, huic est vniuersa Ecclesiā posteriori cōciliū preponendū, cuius se membrū gaudebat, & vt se in totius corporis cōpage retinenda ceteri imitaretur, sapius admonēbat. Nam & cōcilia posteriori prioribus apud posteros præponuntur, & vniuersum partibus semper iure optimo preponitur. Quid autē agunt isti, cū docetur sanctus Cyprianus etiā si non adiuuauerit, hæresi vel schismate baptizatos, tamen communicasse admittentibus: quod apertissime declarat, dicēs, Neminem iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquid diuersum senserit amouentes. Si talium cōmunionem maculatus est, cur in tractādo baptismi eius auctoritatem

A thoritatem sectantur? Si autem talū cōmunionem maculatus nō est, cur in vnitatis retinenda exemplum eius non imitatur? Num quid hic restat nisi vt dicat, sic volumus? Quid aliud sermōni veritatis iustitiæq; respondent omnes flagitiosi & facinorosi homines, luxuriosi, ebrioli, adulteri, & modis omnibus impudici, fures, raptores, homicidæ, latrones, malefici, idololatæ, quid aliud respondent cum eos veritas arguit, nisi, hoc volo, hoc me delectat? Et si Christiano ticti sunt nomine, dicunt etiam, Tu quis es qui iudices alienum seruam? Veruntamen eo isti sunt modestiores, quia cū legibus diuinis & humanis aliquid pœnarū pro suis perditis moribus factisq; patiuntur, non se martyres dicunt: isti autem simul habere volunt & sacrilegorum vitā, & innocentium famam, & in sceleratis factis nullam pœnam, & in pœnis iustis martyrum gloriam, quasi nō tanto sit erga illos maior misericordia & patientia dei, quanto magis eos partibus corripies dat locū penitentia, & in hac vita flagella ingeminare nō cessat, vt cōsiderantes quæ pariantur & quare patientur, aliquādo respiciant. Et quia iam pro vnitatis Donati Maximianistarum baptismum potius amplectantur, reddantur radici, reconcilientur vnitati, videant nihil sibi remansisse quod dicant, sed tamen remansisse quod faciant, vt pro factis eorū præteritis sacrificiū dilectionis offeratur placabili deo, cui vnitatis nefario scelere diruperūt, cuius sacramentis tam diuturnas iniurias irrogauerūt. Misericors est enim & miserator dominus, loganimis & multū misericordem & verax. Amplectantur in præsentī vita misericordem & longanimē, & timeant in futura veracē. Nō vult enim mortē impij quātū vt reuertatur & viuat, quia sententiā inflexit aduersus iniurias irrogatas. Hac est enim nostra exhortatio. Propter hoc eos inimicos habemus, quia vera dicimus, quia tacere metuimus, quia cessare ab instantia quāta possumus formidamus, quia obtemperamus Apostolo dicētī, Prædica verbum, in sta opportune importune, argue, hortare, increpa. sed sicut Euāgeliū loquitur, Diligunt gloriam hominū magis q̄ dei: & dum reprehendi ad tēpus timent, damnari in perpetuum nō timent. Vident etiā ipsi quid mali faciant, vident nō esse quid omnino respondeat: sed nebulas imperitis offundunt, cū ipsi viui sorbeantur, id est, scientes & agnoscetes intereant. Viderunt horrere homines & grauitè detestari, quod etiam se ipsi in multa schismata diuiserūt, & maxime in capite Africa & notissima ciuitate Carthagine, conati sunt resarcire dedecus pannorum suorum, & putantes q̄ possent Maximianistas auferre, magno conatu per Optatū Gildonianum fortiter insisterunt, multa illis mala & persecutiones sequissimas intulerunt, receperūt inde aliquos, putantes q̄ possent omnes eodem terrore conuerti. His autē quos receperunt, noluerūt facere iniuriam, vt ab eis in schismate baptizatos denuo rebaptizaret, vel potius ab his ipsi rebaptizari eos facerent intus, à quib; baptizati erāt foris, atq; hoc modo suæ nefariæ cōsuetudini præscripserunt. Sentiuunt q̄ scelerate iam faciāt recepto baptismi Maximianistarum, violare baptismum orbis terrarum. Sed timēt rebaptizatos suos, ne forte non eis parcant, si ipsi pepercierint ceteris, ne de illis exigant animas suas, si animas aliorum trucidare cessauerint. Quid de receptis Maximianianistis respondeant non inueniunt. Si dixerint, innocentes recepimus: respondetur eis, Ergo innocentes damnaueratis. Si dixerint, nesciebamus: ergo temere iudicatis. Sic etiā de tradito-

ribus sententiā temerariā protulistis, falsūq; dixistis, Plenarij concilij ore veridico dānatos esse cognoscite. Neq; enim ore veridico innocētes damnari poterūt. Si dixerint, non eos damnauimus: recitatur concilium, recitatur nomina & Episcoporū & ciuitatū. Si dixerit, nō est ipsum concilium nostrū: recitatur gesta pro consularia, vbi nō semel idem conciliū allegauerūt, vt eodēdem Maximianistas de basilicis excluderent, & iudiciorū strepitu, atq; auxiliorū impetu pturbaret. Si dixerint, Felicianum Multicanū, & Prætextatū Assuritanū, quos postea receperūt, cū Maximiano nō fuisse: recitatur gesta quib; de basilicis excludēdos ex cōcilio suo quod aduersus Maximianistas fecerūt, de iudiciis publicis postularūt. Si dixerint, p pace recepti sunt: responderet, cur ergo verā & plenā nō agnoscitis pacē? Quis vos impulit: quis coegit pro pace Donati schismaticum recipere damnatū, & cōtra pacem Christi orbem damnare inauditū? Vtget eos vndiq; veritas, vident se non habere quid respondeat, & putant se habere quid faciant: quid loquātur nō inueniunt, tacere nō permittuntur. Malunt peruersis vocibus veritatis reluctari, q̄ confessis erroribus paci restituī. Quis autem non intelligat quid in corde suo possint dicere? Quid ergo facimus, inquit, de his quos iam rebaptizauimus? Respondetur, Redite cum eis ad Ecclesiā, medicamento pacis offerte curādos quos vulnerastis, vitæ charitatis offerte suscitandos quos occidistis. Multum valet ad propitiandum deum fraterna cōcordia. Si duobus ex vobis, ait dominus, cōuenient in terra, quicquid petieritis fiet vobis. Si duobus hominibus, quāto magis duobus populis: Simul nos domino prosternamus, participamini nobiscum vnitatem, participemus vobiscum dolorē, & charitas cooperiat multitudinem peccatorum. Ab ipso beato Cypriano consilium quærite, attendite quantum de vnitatis bono presumpserit, vnde se rō dirupit à diuersa sententiis, & cum arbitrareretur eos qui extra Ecclesiā cōmunionem baptizarentur, baptismum nō habere, credidit eos tamen in Ecclesiam simpliciter admissos propter ipsius vnitatis vinculum posse ad veniā peruenire. Sic enim soluit quaestionē quā tibi ipse proposuit, ad Iubaianū ita scribes, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritū de hæresi ad Ecclesiā venientes, sine baptismo admissi sunt? Potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam venientes simpliciter admissi in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiā suā muneribus non separare. Quid sit autem perniciosus, vtrū omnino nō baptizari, an rebaptizari, iudicare difficile est. Video quidē quid amplius homines detestentur atq; horreant, verū tamen recurrens ad illam statērā dominicā, vbi nō ex humano sensu, sed ex auctoritate diuina rerū momenta p̄sentantur, inuenio de vtraque re domini sententiā. Nam & Petro dixit, Qui lotus est, non habet necessitatem iterū lauādi. Et Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnū colorū. Quid habet secretior diiudicatio dei, hominibus quales nos sumus, difficile est fortasse cognoscere: quantū tamē ad ipsa verba attinet, cuiuslibet homini manifestū est quantum distet inter, non habet necessitatē lauādi, & non intrabit in regnū colorū. Ipsa denique Ecclesiā sic traditū tenet, vt hominē sine baptismo ad altare profusus non possit admittē, rebaptizatū autē cum post penitentia liceat admitti, quid aliud ostēdit nisi eum baptismi nō carere? Si ergo Cyprianus quos esse sine baptismi arbitrabatur, tamē ppter vnitatis viculū ad ve-

Eph. 3.

H

Illeat erro re Cypriani Cap. VIII.

1. Cor. 14.

Verba Cypriani.

Cap. XIII.

Mat. 18.

1. Pet. 4.

Suppliciter

Cyprianus ad Iubaianum.

Questio. Cap. XIII.

Talids, me.

1. Ion. 13.

1. Ion. 3.

G nia pertinere præsuebat, potes est dominus per ipsum unitatis vinculum & pacis etiã rebaptizatis placari, & eis à quibus rebaptizati sunt, & ipsa pacis compellatione mitescere, & omnia quæ in errore commiserant delicta donare, offerentibus sacrificiũ charitatis, quæ cooperit multitudinem peccatorum, vt nõ attendat quã multi eorũ discessu vulnerati sint, sed quã plures eorum reditu liberati. In quo enim vinculo pacis credidit Cyprianus posse per misericordiã dei ab Ecclesiã muneribus non separari eos quos in Ecclesiã sine baptismo existimabat admissos, in eodem vinculo pacis credimus per eandẽ misericordiam dei mereri veniã posse rebaptizatos. Ecclesia quippe catholica & temporibus beati Cypriani & ante ipsum praterito tempore aut rebaptizatos, aut baptismum non habentes, unitatis gremio cõtinebat, aut illi aut illi salutem non nisi unitatis ipsius merito consecuti sunt. Si enim nõ habebant baptismum qui ab hæreticis veniebant, sicut asserit Cyprianus, non recte admittebantur, & tamen eisdem ipse indulgentiam de domini misericordia propter unitatẽ Ecclesiã non desperavit. Ita ergo si habebant baptismum, nõ recte baptizabantur. Quid itaque illos nisi eadem unitatis charitas adiuuabat, vt quod in sacramento tractando latebat humanã infirmitatem, diuina misericordia non reputaret amantibus pacem? Cur ergo cũ vestros rebaptizatos timetis, & illis & vobis salutis aditus inuidetis? Fuit aliquãdo de baptismo dubitatio. Qui diuersa senserunt, in unitate non manserunt. Ea dubitatio procedete tempore perspecta veritate sublata est: quæliõ quæ nondũ finita Cyprianũ nõ deterruit vt recederet, vos finita vt redeatis iuitat. Venite ad catholicã cõcordantẽ, quã Cyprianus non deseruit fluctuantẽ: aut si vobis exemplum Cypriani iã displicet, qui cõmunicauit eis qui cũ baptisinate hæreticorũ recipiebãtur, aperte dicens, Neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquẽ si diuersum senserit amouetes: quò itis miseri? Quid agitis? Et vos ipsos fugite, quia inde processistis, vb. ille permanit. Si vero ei propter abundantiam charitatis & amorẽ fraternitatis & vinculum pacis, nec sua peccata nec aliena obesse potuerũt, huc redite, vbi & nobis & vobis multo minus oberũt, quæ vestri fixerũt.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
 Episcopi, de baptismo contra Donatistas, Liber Tertius.

Arbitor iam manifestum esse omnibus posse, autoritatem beati Cypriani ad retinẽdum vinculum pacis, nullo modo violandam unitatis Ecclesiã saluberrimam charitatem, magis pro nobis quã pro Donatistis esse proponendam. Si enim Cypriani exemplo vti voluerint ad rebaptizandos catholicos, quia ille censuit in catholica baptizandos hæreticos, nos potius eius exemplo vt imur, quò apertissime statuit, à catholica cõmunionẽ, id est à christianis toto orbe terrarum diffusis, etiam malis & sacrilegis admissis, nullo modo per separationẽ cõmunionis esse recedendũ, quãdoquidẽ nec eos qui vt eidẽ videbatur nõ baptizatos sacrilegos in catholicã cõmunionem recipiebant, à iure cõmunionis voluit amouere, dicens, Neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis

aliquem si diuersum senserit amouentes. Video tamen quid adhuc à me possit inquiri, videlicet vt respõdeam verisimilibus illis rationibus, quibus vel ante Agrippinum, vel ipse Cyprianus, vel illi qui eis in Africa consenserunt, vel si forte aliqui ex transmarinis terris longeq; discretis, nullo quidẽ siue plenario siue saltẽ regionali concilio, sed epistolari colloquio siue saltẽ vt hoc esse faciendũ putarent, quod & consuetudo Ecclesiã pristina non habebat, & postea catholicus orbis terrarum robustissima firmitate cõsensionis exclusit, vt quod per disputationes eiusmodi in altiorũ nites irreperere cõperat, de salute veniens unitatis potentior veritas & vniuersalis medicina sanaret. Hunc itaq; sermonem videant quã securus aggrediar, si assequi & ostendere non potuero, quomodo refellãtur ea quæ de concilio Cypriani vel epistolis eius affirmant, Christi baptismũ per hæreticos dari non posse, in Ecclesiã manebõ securus, in cuius cõmunionẽ cum eis qui sibi non consenserant, mansit ipse Cyprianus. Quod si dicant, propterea tunc illã catholicã Ecclesiã fuisse, quia erãt ibi pauci, vel si hoc putãt, etiã multi, qui baptismũ datũ apud hæreticos improbabãt, & baptizabant eos qui inde veniebant. Quid ergo? Ante Agrippinum à quo ista cõcepit quasi noua ratio aduersus cõsuetudinẽ dimicans, nunquid nõ erat Ecclesiã? Quid deniq; post Agrippinũ nisi ad pristinã cõsuetudinẽ reditũ esset, alterũ concilium necesse esset Cypriano? Nunquid nõ erat Ecclesiã, quia talis per omnia cõsuetudo tenebatur, vt baptismus Christi, non nisi Christi baptismus haberetur, etiã si apud hæreticos vel schismaticos datus fuisse probaretur? Quod si erat etiã tunc Ecclesiã, & hæreditas Christi nõ interrupta perierat, sed per omnes gẽtes augmenta capiẽs permanebat, tutissima ratio est in eadẽ cõsuetudine permanere, quæ tũc bonos & malos in vna cõplexione portabat. Si autẽ tunc nõ erat Ecclesiã, quia sacrilegi hæretici sine baptismo recipiebãtur, & hoc vniuersali cõsuetudine tenebatur: vnde Donat' apparuit de qua terra germinauit? de quo mari emerit? de quo cœlo cecidit? Nos itaq; vt dicere cõperã, in Ecclesiã cõmunionẽ securi sumus, per cuius vniuersitatẽ id nunc agitur, quod & ante Agrippinũ & inter Agrippinum & Cyprianũ per eius vniuersitatẽ similiter agebatur, & cuius vniuersitatẽ neq; Agrippinus deseruit, neq; Cyprianus, neq; illi qui eis cõsenserant, quis aliter q̄ cateri saperent, sed cũ eis ipsis à quibus diuersa senserũt, in eadẽ unitatis cõmunionẽ manserunt. Ipsi autẽ considerent vbi sint, qui neq; vnde propagati sunt possunt dicere, si iam tũc in Ecclesiã recepti sine baptismo hæretici & schismatici cõmunionis contagione perdidit, neq; ipsi Cypriano cõsentiũt. Ille enim cũ receptoribus hæreticorum & schismaticorũ, ac per hoc cum etiam ipsis receptoris manere se in cõmunionẽ professus est, isti autẽ propter nonren traditorum quos in Africa infamauerunt, & in transmarino iudicio nõ cõuicerunt, se ab orbis terrarũ cõmunionẽ separarũt, cũ etiã si vera crimina obicerent, multo sint maiora scelera hæresũ & schismaticũ, vnde sine baptismo, sicut ipse sensit veniẽtes & in catholicã cõmunionem nõ per baptismũ recepti, nõ potuerũt maculare Cyprianũ. Neq; in eoislo in quo se dicũt imitari Cyprianũ, inueniũt quid respondeãtẽ recepto baptismo Maximianistarũ, cũ eis quos ex eorũ numero quos cõcilio suo plenario dãnatos, etiã terrenarũ potestãtũ iudicio sunt persecuti, in suã cõmunionẽ, in eodẽ ipso episcopatu in quo dãnauerãt reuocauerunt. Quapropter si temporibus Cypriani perdidit Ecclesiã

Ecclesiã malorum cõmunionẽ, non habent isti suã cõmunionis originem. Si autem non perdidit, nõ habent præcisionis aliquã defensionem: insuper nec exemplũ Cypriani sectantur, quia unitatis vinculum diruperũt, nec ipsum concilium, quia Maximianistarum baptismum receperunt. Nunc ergo nos manentes in exemplo Cypriani, consideremus etiam consiliũ Cypriani: Quid ait Cyprianus? Audistis, inquit, collegã dilectissimi, quid mihi Iubaianus cõepiscopus noster rescripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hæreticorũ baptismo, quidq; ego rescripserim ei, censens scilicet, quod semel atq; iterum & sapientissimus, hæreticos ad Ecclesiã venientes, Ecclesiã baptismũ baptizari & sanctificari oportere. Item lecta sunt vobis & aliq̄ Iubaiani literę, quib' pro sua syncera & religiosa deuotione ad epistolam nostrã rescribens, non tantũ cõsensit, sed & instructũ se esse gratias egit. His verbis beati Cypriani, accepimus eum à Iubaiano esse cõsultum, & quid respõderit cõsultenti, & quod ille instructũ se esse gratias egerit. Nunquid iam pertinaces existimari debemus, si cõsiderare voluerimus eandẽ ipsã epistolã, qua hoc Iubaiano persuasum est: Donec enim persuadeatur & nobis, si hoc persuaderi veris rationib' potest, securus nos de iure catholicã cõmunionis facit ipse Cyprianus. Sequitur enim & dicit, Superest vt de hac ipsa re quid singuli sentiamus proferamus, neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquem si diuersum senserit amouetes. Non solũ ergo mihi saluo iure cõmunionis adhuc verũ querere, sed etiam diuersum sentire cõcedit. Neq; enim quiscquam nostrum, inquit, Episcopum se Episcoporum cõstituit, aut tyrãnico terrore ad obsequiã necessitatẽ collegas suos adegit. Quid mauerit, quid humilius? Nulla nos certe deterret autoritas à querendo quid verum sit. Quando habeat, inquit, omnis episcopus p̄ licetia libertatis & potestatis suã arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio nõ possit, quomodo nec ipse potest alterũ iudicare. Opinor vtiq; in his quæstionibus, quæ nõdũ eliquatissima perspectione discussa sunt. Nouerat enim quantã sacramenti profunditatẽ tunc omnis Ecclesiã varia disputatione versabat, liberumq; faciebat querendi arbitriũ, vt examinata veritas panderetur. Neq; enim mentiebatur, & simpliciores collegas suos in verbo capere cogitabat, vt cũ se diuersum sentire prodidissent, tunc contra q̄ promiserat, excommunicandos esse censeret. Absit ab anima tantã sancta ista scelerata perfidia qui hoc de tali viro quasi cũ eius laude sentiũt, nihil aliud q̄ se ipsos tales esse profitẽtur. Ego Cyprianum catholicum Episcopum, catholicũ martyrem, & quanto magis magnus erat, tato se in omnibus humiliantẽ, vt coram deo inueniret gratiã, nullo prorsus modo crediderim in sancto cõcilio, præsertim collegarũ, aliud ore protulisse q̄ corde gestabat, præsertim cũ addat, & dicat, Sed expectemus vniuersi iudiciũ domini nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem & præponendi nos in Ecclesiã suã gubernatione, & de actu nostro iudicãdi. Sub tãtũ ergo cõmoraõne iudicij, verum expectãtẽ audire à collegis, prior eis mertiendi præberet exemplũ? Auertit deus hanc demeritã à quolibet Christiano, quanto magis à Cypriano. Habemus ergo querendi liberum arbitriũ ipsius Cypriani, nobis mitissimõ & veracissimõ sermone concessum. Iam quidem incipiũt eius collegæ proprias proferre sententiã, sed ad Iubaianum datas literas audierũt. Recitatae sunt enim, sicut in exordio cõmoraõtum est. Et nobis ergo recitetur, vt

nos quoq; inde quid sentire oporteat, quantũ dominus D adiuuat indagemus. Dicit forsità quispiam. Quid ergo tu modo dicis, quid ad Iubaianũ scripserit Cyprianus? Iam legi fateor, & profecto islem in eandẽ sententiã, nisi me ad diligentiorẽ cõsiderationẽ reuocaret tãta autoritas aliorum, quos vel pares grãtia doctrinã, vel etiam fortasse doctiores per tot gentes Latinas, Græcas, Barbaras, & ipsã Hebræã, Ecclesiã toto orbe diffusa parere potuit, quæ ipsum quoq; pepererat, q̄ mihi quoq; nullo modo videri potuerũt frustra noluisse istã sententiã, nõ quia fieri nõ potuit, vt in obscurissima quæstione verius pluribus vnus paucive sentirent, sed quia nõ facile pro vno vel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdẽ religionis & unitatis viros, & magno ingenio & vberi doctrina præditos, nisi pertractatis pro virib' atq; perspectis rebus ferenda sententiã est. Itaq; sollicitus inquirenti, quãta mihi etiã ipsius Cypriani litera suggesterunt, pro hac sententiã quã nunc Ecclesiã catholica tenet, vt Christi baptismus nõ ex merito eorum per quos datur, sed ex ipsius de quo dictũ est. Hic est qui baptizat, agnoscedus & approbandus sit, in progressu sermonis nostri res ipsa indicabit. Arbitremur itaque iam illã epistolã quæ ad Iubaianum ab eodem data est, recitatam nobis, sicut in cõcilio recitata est. Legat eam primo qui lecturus est hæc quæ dictũ sum, ne quid forte necessariũ me subtraxisse arbitretur. Nimis enim longũ est, nec ad explicatiõnẽ susceptã rei pertinet, vt omnia verba huius epistolæ nunc commemorentur à nobis. Si quis autẽ querit, quid interim teneam dum ista pertractabo, respondeo, primũ mihi Cypriani literas suggestisse quod teneã, donec perspicia quale sit quod postea cõpẽt disputari. Ait quippe ipse Cyprianus, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de iis qui in præteritũ de hæresi veniẽtes ad Ecclesiã sine baptismo admissi sunt? Vtrũ reuera sine baptismo isti fuerint, an ideo sint admissi, quia illi qui admittebãt eos, habere baptismũ intelligebãt, mox considerabimus. Veruntamen quæ solet esse Ecclesiã sancte cõsuetudo, satis idem Cyprianus ostendit, qui ait, in præteritũ de hæresi ad Ecclesiã venientes sine baptismo admissos. Dicit etiam in ipso concilio Castus Siccentis, Qui contẽpta veritate præsumit cõsuetudinẽ sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus quibus veritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesiã eius instruitur. Vtrũ veritas reuelata sit, mox quæremus, tamen aliam fuisse Ecclesiã cõsuetudinem etiam iste confessus est. Dicit & Libofus Vagẽs, In euãgelio dominus, Ego sum, inquit, veritas: nõ dixit, ego sum cõsuetudo. Itaq; veritate manifestata, cedat cõsuetudo veritati. Plane respõdeo, Quis dubitet veritati manifestatae debere cõsuetudinem cedere? Sed de manifestata veritate mox videbimus, nunc tamen & iste aliam cõsuetudinẽ fuisse manifestat. Item Zosimus à Tarassã dixit: Reuelatione facta veritatis, cedat error veritati, quia & Petrus qui prius circumcidebat, celsit Paulo veritatem prædicanti. Respon. Noli quidem iste dicere cõsuetudinẽ sed errorem. Veruntamẽ cum dicit, Quia & Petrus qui prius circumcidebat, celsit Paulo veritatem prædicanti, fatis indicat quod aliud etiã de baptismo fieri solebat. Simul etiam monet nos, nõ fuisse impossibile vt de baptismo Cypriani aliquid aliter saperet, q̄ veritas postulat, quæ ab Ecclesiã & ante illum & post illum retentata est, sicut potuit aliquid etiã Petrus aliter sapere quod veritas nõ habebat, quã Paulo Apostolo doctore didicimus. Item Felix à Bullacenis dixit, In hæreti-

Petri 4.

Quod in unitate charitatis sint salui & Ecclesiã baptizati. Donatistas sua deturrit ad unitatẽ. Cap. XV.

Exhortatio ad Donatistas vt ad Ecclesiã unitatem redeant.

Cap. I.



cap. III.

cap. III.

Io. 11. 1.

Sententiã Ca. 1. Cap. 1. Dis. 8. ca. qui cõcepta. Infr. lib. 6. cap. 35.

Angust. Cap. VI. cit & Libofus Vagẽs, In euãgelio dominus, Ego sum, Io. 14. inquit, veritas: nõ dixit, ego sum cõsuetudo. Itaq; veritate manifestata, cedat cõsuetudo veritati. Plane respõdeo, qui cõcepta. & cap. 1. veritate.

Cap. VII. ne facta veritatis, cedat error veritati, quia & Petrus qui prius circumcidebat, celsit Paulo veritatem prædicanti. Respon. Noli quidem iste dicere cõsuetudinẽ sed errorem. Veruntamẽ cum dicit, Quia & Petrus qui prius circumcidebat, celsit Paulo veritatem prædicanti, fatis indicat quod aliud etiã de baptismo fieri solebat. Simul etiam monet nos, nõ fuisse impossibile vt de baptismo Cypriani aliquid aliter saperet, q̄ veritas postulat, quæ ab Ecclesiã & ante illum & post illum retentata est, sicut potuit aliquid etiã Petrus aliter sapere quod veritas nõ habebat, quã Paulo Apostolo doctore didicimus. Item Felix à Bullacenis dixit, In hæreti-

Dis. 8. ca. qui cõcepta. Infr. lib. 7. fatis indicat quod aliud etiã de baptismo fieri solebat. Simul etiam monet nos, nõ fuisse impossibile vt de baptismo Cypriani aliquid aliter saperet, q̄ veritas postulat, quæ ab Ecclesiã & ante illum & post illum retentata est, sicut potuit aliquid etiã Petrus aliter sapere quod veritas nõ habebat, quã Paulo Apostolo doctore didicimus. Item Felix à Bullacenis dixit, In hæreti-

Dis. 8. ca. veritate. Et c. ta est, sicut potuit aliquid etiã Petrus aliter sapere quod veritas nõ habebat, quã Paulo Apostolo doctore didicimus. Item Felix à Bullacenis dixit, In hæreti-

G cis sine Ecclesie baptismis admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati praponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Respo. Si ratio, si veritas, optime. Sed hoc mox videbimus, interim fuisse aliam consuetudinem etiam verbis huius apparet.

Augustinus

Cap. IX.

Dis. 8. cap. qui contem- pta.

Idem infra li. 7. ca. 41.

Item Honoratus a Tuca dixit, Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus. Respon. His omnibus sententiis declaratur non extra Ecclesie communionem nos esse constitutos, donec veritas quam dicunt huic consuetudini esse prapondendam, liquide eluxerit. Si autem veritas id aperuerit esse retinendum, quod illa consuetudo prapriserit, manifestum erit nec illam frustra fuisse institutam atque roboratam, & vigilantius etiam post istas disputationes tanti sacramenti saluberrimam obseruationem, in Ecclesia catholica non potuisse mutari, sed conciliorum etiam maiori robore confirmata, religiosissime custodiri.

Cap. X.

Cyprianus ad Lubaianum.

Scribit ergo ad Lubaianum Cyprianus de hereticorum baptismis, qui videntur ei foris positi, & extra Ecclesiam constituti vendicare sibi rem nec iuris sui nec potestatis, quod nos, inquit, nec ratum possumus nec legitimum putare, quando hoc apud eos constat esse illicitum. Nec nos abnuimus eum qui apud hereticos vel in aliquo schismate extra communionem Ecclesie baptizatur, non ei prodesse in quantum hereticorum & schismaticorum peruersitati consentit: nec illos qui baptizant, quantum & ipsum & verum dent baptismi sacramentum, recte tamen facere, extra Ecclesiam colligere, & contra Ecclesiam sentire. Sed aliud est non habere aliquid, aliud non iure habere, vel illicite usurpare. Non itaque ideo non sunt sacramenta Christi & Ecclesie, quia eis illicite vtuntur non heretici solum, sed etiam omnes iniqui & impij. Sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa vero agnoscenda & veneranda sunt. Dicit sane de hac re non vnum, sed duo vel amplius facta esse concilia, sed tamen Africana. Nam & in quoda septuaginta & vnum Episcopos fuisse commemorat, quorum omnium auctoritati, vniuersa Ecclesie, cum longe pluribus Episcopis toto orbe diffusae auctoritate, non dubitamus cum ipsius Cypriani pace prapondere, cui vniuersa Ecclesie in euulsiibile membrum se esse gaudebat. Non est autem aqua prophana & adultera, super quam nome dei inuocatur, etiam si a prophanis & adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est. Baptismus vero Christi verbis euangelicis consecratus & per adulteros & in adulteris sanctus est, quantum illi sint impudici & immundi, quia ipsa eius sanctitas pollui non potest, & sacramento suo diuina virtus asistit, siue ad salutem bene vtentium, siue ad perniciem male vtentium. An vero solis vel etiam lucerne lux, cum per cenoasa diffunditur, nihil inde sordium contrahit, & baptismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari? Si enim ad ipsas res visibiles quibus sacramenta tractantur, animam conferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autem ad id quod per illas agitur, quis non videat non posse corrumpi, quantum homines per quos agitur, pro suis moribus vel premia percipiant, vel poenas luant? Recte autem non mouit Cyprianum quod scripsit Lubaianus, Nouatianienses rebaptizare eos qui ad se ex catholica venient.

H

August.

Cyprianus.

De cōf. dis.

4. ca. nō est aqua.

Neque enim quicquid heretici peruersi fuerint imitari, propterea faciendum a catholicis non est, quia illi similitudo facit. Sed aliud est cur heretici rebaptizare non debeant, aliud cur catholici. Heretici enim nec si catholica faciendum esset, facere deberent, quia in catholicis hoc non esse dicunt, quod ipsi cum ibi essent acceperunt,

Anabaptis-

mus quae videntur.

Cap. XI.

Neque enim quicquid heretici peruersi fuerint imitari, propterea faciendum a catholicis non est, quia illi similitudo facit. Sed aliud est cur heretici rebaptizare non debeant, aliud cur catholici. Heretici enim nec si catholica faciendum esset, facere deberent, quia in catholicis hoc non esse dicunt, quod ipsi cum ibi essent acceperunt,

& cum discederet abstulerunt. Catholica vero propterea non debet iterare baptismum, quia apud hereticos datus est, ne iudicare videatur ipsorum esse quod Christi est, aut eos non habere, quod intus cum acciperent, amittere utique foras exeundo non possent. Hoc enim ipse Cyprianus etiam cum ceteris statuit, ut si ab hereticis rediret ad Ecclesiam quicumque fuerant in ea baptizati, non iam per baptismum sed per poenitentiam reciperentur: unde constat eos non posse amittere recedentes, quod non recedunt remeantes. Non autem sicut heresis ipsorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissensionis ipsorum est, sic etiam baptismus qui Christi est, dici debet ipsorum. Itaque cum illa mala ipsorum quando redeunt corriguntur, in eo quod ipsorum non est, ille agnoscendus est cuius est. Ideo autem non se nouam aut repentinam rem statuisse beatus Cyprianus ostendit, quia sub Agrippino iam coeperat fieri. Anni sunt, inquit, multi & longa aetas, ex quo sub Agrippino bonae memoriae viro, conuenientes Episcopi plurimi hoc statuerunt. Proinde ab ipso Agrippino res noua facta est. Quomodo autem dicat, Atque exinde in hodiernum tot milia hereticorum in prouinciis nostris ad Ecclesiam conuersi, non aspernati sunt neque cunctati, imo & rationabiliter & libenter amplexi sunt, ut lauacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur: non video, nisi forte hoc dicat exinde in hodiernum, quia nulla de illis ex quo in Ecclesia per Agrippini concilium baptizati sunt, questio alicuius excommunicationis exorta est. Ceterum si permanebat ab Agrippino usque ad Cyprianum consuetudo baptizandi ab hereticis venientes, ut quid facta sunt a Cypriano de hac re concilia? Ut quid eidem Lubaiano dicit, non se rem nouam facere aut repentinam, sed ab Agrippino institutam? Cur enim Lubaianus de nouitate turbaretur, ut eum per auctoritatem Agrippini sanari oporteret, si ab Agrippino usque ad Cyprianum hoc renebat Ecclesia? Cur denique tot eius college in concilio dixerunt rationem & veritatem consuetudini prapondendam, ac non potius dixerunt eos qui aliud facere vellent, & contra veritatem & contra consuetudinem facere?

De remissione autem peccatorum, utrum per baptismum apud hereticos fiat, quid mihi videatur, in alio iam volumine scripsi. Sed etiam hic breuiter commemoro. Si sit illic remissio debitorum per baptismi sanctitatem, rursus debita redeunt per heresim aut schismatis obstinationem, & ideo necessarium habet huiusmodi homines venire ad catholicam pacem, ut heretici & schismatici esse iam desinant, & eorum quae in illos redierant, peccatorum purgationem in unitatis vinculo charitate operante mercantur. Si autem quantum apud hereticos vel schismaticos idem sit baptismus Christi, non tamen ibi operatur remissionem peccatorum propter eandem discordiam fedicitatem & dissensionis iniquitatem. Tunc incipit valere idem baptismus ad dimittenda peccata, cum ad Ecclesiam pacem venerint, non ut iam dimissa non retineantur, neque ut ille baptismus quasi alienus aut alius improbetur, aut alter tradatur, sed ut idem ipse qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur salutem. Idem quippe odor erat de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus deo in omni loco, & tamen in illis qui salui sunt, inquit, & in illis qui pereunt, alius quidem odor vitae in vitam, alius autem odor mortis in mortem. Quod & si de alia re dixit, ad hoc ego posui, ut intelligatur aliquod bonum non solum vitam posse operari bene vtentibus, sed etiam mortem male vtentibus.

Nec

A Nec interest cum de sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutem viam, sed ad sacramenti quaestione nihil interest. Fieri enim potest ut homo integrum habeat sacramentum, & peruersam fidem, sicut fieri potest, ut integra teneat verba symboli, & tamen non recte credat, siue de ipsa trinitate, siue de resurrectione, vel aliquid aliud. Neque enim parua res est in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ita ut omnino non de aliqua creatura, sed de ipso deo nihil aliud credat quam veritas habet. Nunquidnam ergo si in ipsa catholica baptizatus, postea legendo, audiendo, & pacifice differendo, ipso domino reuelante cognouerit aliter se ante credidisse quam debuit, denuo baptizandus est? Quis autem carnalis & animalis homo, non per phantasmata cordis sui euagetur, & constituat sibi deum qualis ei pro suo sensu carnali placuerit, atque ita credat tantum longe aliter quam deus est, quantum a veritate vanitas differt? Verissimam quippe sententiam dixit Apostolus, plenus lumine veritatis. Animalis, inquit, homo non percipit quae sunt spiritus dei. Et tamen de his hoc dicebat, quos iam fuisse baptizatos ipse manifestat. Eis enim dicit, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Habebant ergo isti baptismi sacramentum, & tamen carnaliter sapiendo, quid poterat de deo credere nisi secundum sensum carnis suae, ubi animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei? Talibus dicit, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo lac vobis potui dedi, non escam. Nodum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Tales etiam circumferuntur omni vento doctrinae, de quibus dicit, Ut ultra non simus paruuli, iactati & circumlati omni vento doctrinae. Nunquid ergo isti si profecerint usque ad spiritalem hominis interioris aetate, & intelligentiae sinceritate cognouerint quam longe aliter per fallaciam suorum phantasmatum de deo crederent quam veritas postulabat, iterum baptizandi sunt? Sic etiam fieri potest, ut in alicuius heretici libri catholici catechumenus incidat, & a veritate nesciens discernere errorem, credat aliquid contra catholicam fidem, cui tamen errori verba symboli non repugnant. Sub eisdem quippe verbis innumerabiles hereticorum errores exorti sunt. Putans ergo iste catholici alicuius magni atque docti esse illum librum, si talia credes in catholica baptizetur, & postere diligenter cognoscat quemadmodum credere debet, atque arrepta fide catholica illud ex animo respuat, nunquid si hoc confessus fuerit, denuo baptizandus est? Aut si antequam discat, & cōteatur, hoc sentire inueniatur, & quid abiicere debeat, quidve credere doceatur, manifestumque fiat in ea falsitate fidei baptizatum fuisse, nunquid denuo baptizandus est? Quid itaque illa sanctitas sacramenti verbis euangelicis consecrata super eum integra non permanebat, sicut eam traditam acceperat, quantum ipse in carnalis mentis vanitate constitutus, aliud cum baptizaretur crederet quam credere debuisset? Quapropter manifestum est fieri posse, ut fide non integra integrum in quoque maneat baptismi sacramentum, & ideo illa quae deuersorum hereticorum varietate dicuntur, ad istam quaestionem non pertinent. Illud enim in quoque corrigendum est, quod ille per quem corrigitur prauum esse perspexerit. Illud sanandum est quod agrotat, illud dandum est quod non habetur, & maxime charitas pacis, sine qua cetera prodesse non possunt. Sed

tamen cum adsunt, non quasi desunt tradenda sunt, sed de vt fructuose & non perniciose habeatur, per ipsum vinculum pacis & eminentiam charitatis agendum est. Quamobrem si euangelicis verbis, in nomine patris & filij & spiritus sancti, Marcion baptismum consecrabat, integrum erat sacramentum, quantum eius fides sub eisdem verbis aliud opinatis quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Nam sub eisdem verbis, id est, in nomine patris & filij & spiritus sancti, non solum Marcion aut Valentinus, aut Arrius, aut Eunomius, sed ipsi carnales paruuli ecclesie, quibus dicebat Apostolus, Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Nunquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt? Aut nunquid ideo si profecerint, & opinionum carnalium vanitatem emendauerint, denuo quod acceperat repetendum est? Accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit gubernante illa misericordia dei, de qua praesumens idem E Apostolus dicit, Si quid aliter sapitis, id quoque vobis deo reuelabit. Laquei tamen hereticorum & schismaticorum propterea carnalibus nimium perniciosi sunt, quia ipse profectus eorum intercluditur, confirmata sententia vanitatis aduersus catholicam veritatem, & confirmata animositate dissensionis aduersus catholicam pacem. Sacramenta tamen si eadem sunt, ubique integra sunt, etiam si prae intelliguntur, & discordiose tractantur, sicut scriptura ipsius euangelij si eadem ipsa est, ubique integra est, etiam si innumerabili falsarum opinionum varietate asseratur. Nam quod ait Hieremias, Ut quid qui contristant me, praevalent: plaga mea solida est: vnde sanabor dum fit: facta est mihi sicut aqua mendax non habens fidem. Si figurate atque allegorica locutione prophetiae nusquam poneretur aqua nisi quae baptismum significaret, laboraremus quaerere quid sibi velint haec verba prophetiae. Nunc autem cum apertissime in Apocalypsi exponatur aqua pro populis positae, cur non intelligam aquam mendacem, & sine fide, populum mendacem ac perfidum? nescio. Spiritus autem sanctus quia in sola catholica per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri voluerunt, quod Apostolus ait, Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas quam non habet qui ab Ecclesiae catholicae comunione praecisi sunt, ac per hoc etiam si linguis hominum loquantur & angelorum, si sciant omnia sacramenta & omnem scientiam, & si omnem habeant prophetiam, & omnem fidem, ita ut motes transferant, & distribuunt omnia sua pauperibus, & tradant corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Non autem habet dei charitatem qui Ecclesie non diligit unitatem, ac per hoc recte intelligitur dici non accipi nisi in catholica spiritu sanctus. Neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem modo datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiae primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut in quibus manus ad accipiendum spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed inuisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari, ut possint dicere, Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Multae autem operationes sunt spiritus sancti, quas idem

Marcionis

baptismus.

Cap. XV.

1. Cor. 3.

De cōf. dis.

4. ca. scilicet

quod sacramentis.

1. Cor. 2.

Philip. 3.

Hierem. 15.

Apoc. 17.

Sola charitas non datur extra catholicam.

Cap. XVI.

Roma. 5.

1. Cor. 13.

Acto. 8.

Roma. 5.

G Apostolus cum quodam loco quantum sufficere arbitratu est commemorasset, ita conclusit, Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Cum ergo sit aliud sacramentum quod habere etiam Simon Magus potuit, aliud operatio spiritus, quæ in malis hominibus etiam fieri solet: sicut Saul habuit prophetiam, aliud operatio eiusdem spiritus, quæ nisi boni habere non possunt, sicut est finis præcepti charitatis de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quodlibet hæretici & schismatici accipiant, charitas quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholice vnitatis & pacis, nec est in omnibus, quia nec eius sunt omnes, sicut suo loco videbimus. Præter ipsam tamen esse illa charitas non potest, sine qua cætera etiam si agnosci & approbari possunt, prodesse tamen & liberare non possunt. Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem? Nam quod in typo vnitatis Petro dominus dedit potestatem vt id solueretur in terris quod ille soluisset, manifestum est quod illa vnitas etiam vna columba perfecta sit dicta. Niquid ergo ad eandem columbã pertinent omnes auari, de quibus in eadẽ catholica grauitur idem Cyprianus ingemuit? Nam, vt opinor, raptores non columbæ sed accipitres dici possunt. Quomodo ergo baptizabatur qui fidos infidiosis fraudibus rapiebant, & vsuris multiplicantibus scenus augebatur, si sola illa colubã, id est, illa vnitas quæ nisi in bonis intelligi non potest, simplex & casta & perfecta baptizat? An forte per orationes sanctorum spiritualium qui sunt in Ecclesia, tanquam per columbã creberrimum gemitum magnum geritur sacramentum, & occulta dispensatio misericordie dei, vt eorum etiam peccata soluantur, qui non per columbam sed per accipitrem baptizantur, si ad illud sacramentum cum pace catholice vnitatis accedunt? Quod si ita est, cur non ergo per eorum orationes cum quisq; ab heresi aut schismate ad pacem catholicam venit, eius peccata soluantur? Sacramenti autem integritas vbiq; cognoscitur, sed ad peccatorum illam irrevocabilem remissionem extra vnitatem Ecclesie non valebit, nec in heresi aut schismate constituto, sed nec sanctorum orationes, id est, illius vnice columbe gemitus poterunt adiuuare, sicut nec intus positum possunt, si auersum se ipse per vitam pessimã teneat debita peccatorum, non solum si per accipitrem, sed etiam si per ipsius columbæ pium ministerium baptizetur. Sicut misit me, inquit, pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, inspirauit, & ait illis, Accipite spiritum sanctum, si cuius remisistis peccata, illi remittuntur: si cuius retinueritis, tenebuntur illi. Ergo si personã gerebat Ecclesie, & sic eis hoc dictum est, tanquam ipsi Ecclesie diceretur, pax Ecclesie dimittit peccata, & ab Ecclesie pace alienatio tenet peccata, non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium dei & orationes sanctorum spiritualium, qui omnia diiudicant, ipsi autem a nemine iudicantur. Petra enim tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit. Pax autem huius vnitatis in solis bonis est vel in spiritualibus, vel ad spiritualia cordi obedientia proficientibus: In malis autem non est, siue foris tumultuentur, siue intus cum gemitu tolerantur, & baptizentur. Sicut autem isti qui intus cum gemitu tolerantur, quamuis ad eandem columbã vnitate, & illam gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi non pertineant, tamẽ si corrigantur, & se pessimos ad baptismum accessisse fateantur,

non rebaptizantur, sed incipiunt ad columbã pertinere, per cuius eis gemitus peccata soluantur, a cuius pace alienatis tenebantur: sic & qui apertius foris sunt, si eadem sacramenta sumpserunt: cum correcti ad Ecclesiam veniunt vnitate, non iterato baptismo, sed eadem charitatis lege & vnitate vinculo liberantur. Nam si non nisi in Ecclesia præpositis, & Evangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licet baptizare, niquid tales erant qui fundos infidiosis fraudibus rapiebant, & vsuris multiplicantibus scenus augebatur? Arbitror enim quia illi dominica ordinatione fundati sunt, quibus cum formam daret Apostolus, ait, Non auarum, non turpis lucricupidum. Tales tamen ipsius Cypriani temporibus baptizabant, quos coepiscopos suos cum magno fuisse gemitu constiterit, & cum magna tolerantia mercede perper orationes sanctorum, id est, per columbæ gemitus missi datur, quicumq; baptizet, si ad eius pacem illi pertinent quibus datur. Non enim raptoribus, & feneratoribus diceret dominus, Si cui dimiseritis, peccata remittentur illi: si cui tenueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquid potest nec solui, vbi non sit qui aut ligare possit aut soluere, sed soluitur qui cum columba fecerit pacem, & ligatur qui cum columba non habet pacem, siue aperte foris sit, siue intus esse videatur. Dathan vero & Abiron qui sibi licentiam sacrificandi vsurpare conati sunt contra vnitatem populi dei, & filij Aaron qui alienum ignem altari imposuerunt, nouimus quod impune non fecerint. Nec nos talia scelera dicimus impunita remanere, nisi se tales correxerint, si patientia dei ad penitentiam adducens tempus corrigendi largitur. Illi sane qui propterea dicunt non esse iterandum baptismum, quia manus tantummodo imposita est eis quos Philippus diaconus baptizauerat, nihil ad rem pertinens dicunt, & absit vt cum verum querimus, talibus argumentis vtamur. Quapropter magis hæreticis non cedamus, sed quod habent de Christi Ecclesia, non esse dicamus ipsorum, nec propter scelera desertorum imperatoris nostri signa nolimus agnoscere: magis quia dominus deus non steter deus zelans est, quicumque eius apud aliquem agnoscerimus, nullo modo ei concedamus vt suum proprium esse arbitretur. Ipse certe deus zelans fornicati a se femina in figura pruaricatricis plebis exprobrat & dicit quod ea quæ ipsius essent dabat amatoribus suis, & rursum ab eis accipiebat quæ non illorum sed ipsius erant. Inter adulteram feminã & adulteros amatores dona sua tamen deus tanquam zelans iratus agnoscit, & nos hæreticorum esse baptismum dicimus verbis Evangelicis consecratum: comoti factis eorum etiam quæ dei sunt eis tribuere nolumus, quasi ea contaminare potuerint, aut propterea sua facere quæ dei sunt, quia ipsi dei esse noluerunt. Quæ est illa mulier adultera quam Osee propheta designat, quæ dixit, Ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos & aquam meam, vestes meas, & lintheamina mea, & vniuersa quæ mihi condecunt: licet quidem hoc & de pruaricatrice Iudæorum gente intelligere, sed tamen quos alios imitantur pseudochristiani, hoc enim sunt omnes hæretici & schismatici, nisi pseudoisraelitas: Erant enim & veri Israelitæ, sicut ipse dominus Nathanaël perhibet testimonium dicens, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Qui sunt autem veri Christiani, nisi de quibus idẽ dominus dicit, Qui diligit me, mandata mea custodit? Quid est autem custodire mandata eius, nisi in dilectione persistere? Vnde etiã dicit, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Et iterum,

Et iterum, In hoc scient omnes quia mei discipuli estis, si vos inuicem dilexeritis. Quis autem dubitet, non eis solis dictum qui tunc per eius carnem verba presentis audiebant, sed & eis qui nunc per Euangelium sedentis in celo verba cognoscunt? Ille enim venit non legem soluere, sed implere. Plenitudo autem legis charitas. Quamultu viguit Cyprianus, vt aliud de baptismo senties, non tamen desereret vnitatem, & esset in vite dominica radicatum sarmentum fructuosum, quod etiam ferro passionis purgaret. celestis agricola, vt maiorẽ fructu daret. Huius autem fraternæ charitatis inimici, siue aperte foris sint, siue intus esse videatur, pseudochristiani sunt & Antichristi. Inuētis enim occasionibus foras exeunt, sicut scriptum est, Occasiones quarit qui vult discedere ab amicis. Sed etiam si occasiones desint, cum intus videntur, ab illa inuisibili charitatis compage separati sunt. Vnde Ioannes dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum. Non ait quod exeundo alieni facti sunt, sed quod alieni erant, propter hoc eos exiisse declarat. Dicit & Apostolus Paulus de quibusdam qui circa veritatem aberrauerant, & fide quorundam subuertebat, quorum sermo vt cancer serpebat, quos cum euadidos esse diceret, in vna tamẽ domo magna eos fuisse significat, sed tanquã vasa in contumeliam. Credo quod nondum foras exierant. Aut si iam exierant, quomodo eos dicit in eadem magna domo cum vasis honorabilibus, nisi forte propter ipsa sacramenta, quæ separatis etiam hæreticorum conuentibus non mutata sunt, ad vnam magnã domum dicit omnes, sed diuersis meritis pertinere, alios in honorem, alios in contumeliam. Sic enim loquitur ad Timotheum scribens, Prophanas autẽ verborum nouitates euita. Multu enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer serpit: Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui circa veritate aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuertunt. Firmum autem fundamentum dei stat, habens signaculu hoc, Nouit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniustitia, omnis qui nominat nomẽ domini. In magna autem domo, non solum aurea vasa sunt vel argentea, sed & lignea & fictilia, alia quidem in honore, alia vero in contumeliam. Si quis ergo emundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum, vtile domino ad omne opus bonum paratum. Quid est autem mundare semetipsum a talibus, nisi quod paulo ante dixit, Recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini? Et ne quisquam putaret tanquam in vna domo magna perire se posse cum talibus, vigilantissime prædixit, Nouit dominus qui sunt eius: eos videlicet qui recedendo ab iniquitate se mudant a vasis factis in contumeliam, ne cum ipsis pereant quos in domo magna tolerare coguntur. Mali ergo & facinorosi, carnales, animales, diabolici, a seductoribus suis sibi dari arbitrantur, quæ non nisi munera dei sunt, siue sacramenta, siue spirituales aliquas operationes, circa presentem salutem. Non autem habent isti charitatem in deum, sed circa eos occupati sunt, quorum superbia seducuntur, & comparantur mulieri fornicanti, quam propheta commemorat dicentem, Ibo post amatores meos qui mihi dant panes meos, & aquã meam, vestes meas, & lintheamina mea, & oleu meum, & vniuersa quæ mihi condecunt. Sic enim sunt hæreses & schismata, cum dicit plebs carnalis quæ in charitate dei fundata non est, Ibo post amatores meos: cum quibus vtiq; siue per fidei corruptionem, siue per elationem superbiam turpiter fornicatur, sed propter eos qui passi difficultates & angustias & interclusiones in variis ratiocinationibus eorum a quibus seducuntur, compunguntur timoribus, & redeunt ad viam pacis, ad querendum synceriter deum. Ideo sequitur & dicit, Propterea ecce ego septio sudibus viam illius, & edificabo in via ipsius spinas, & tramitẽ suum non inueniet, & persequetur amatores suos, nec illos apprehendet, & requirit eos, nec inueniet eos, & dicit, Ibo & reuertar ad virum meum pristinum, quia bene tunc mihi fuit quàm nunc. Deinde ne putentur illa quæ seductores habet integra, & de veritatis doctrina venientia, per quæ seducunt ad salutates dogmatum & dissensionum suarum: Ne illa ergo quæ habet integra, ipsorum putentur, addidit continuo, Et hæc non cognouit quod ego ei dederim frumentu & vinum & oleum, & pecuniam multiplicauit illi, ipsa vero fecit vasa aurea & argentea Baal. Dixerat enim superius, Ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos &c. non vtiq; intelligens hæc dei esse non hominũ, quæcunq; etiam seductores integra & legitima tenent, nec ea etiam tibi ipsi arrogat, & quali propria vendicaret, nisi a plebibus seductis vicissim seducerentur, cum eis creditur, & tales honores deseruntur, vt per eos habeant potestatem talia dicendi, & tibi talia vendicandi, vt error eorum veritas appelletur, & scelus eorum iustitia putetur propter sacramenta & scripturas quas tenent ad speciem, non ad salutem. Ideoq; & per Ezechielem eidem fornicariæ dicitur, Et protulisti de vasis gloriæ tuæ de auro meo, & de argenteo meo ex quibus dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinã, & fornicata es in eis, & accepisti vestem meam versicoloriã, & cooperuisti idola tua, & oleum meum & incensum meum imposuisti ante faciem idolorum tuorum, & panes meos quos dedi tibi: & similitudine & melle & oleo cibavi te, & posuisti hæc ante faciem idolorum tuorum, & in odorem bene olentẽ perfecisti hæc. Ad imagines enim phantasmatum suorum, cum quibus voluari carnalis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta & verba librorum sanctorum. Nec tamẽ quia illa imagines falsæ sunt, & doctrinæ dæmoniorum sunt, in hypocriti malediciloquorum, propterea & illa sacramenta & diuina eloquia sic exhonora da sunt vt illorum esse putentur, cum dominus dicat, de auro meo & de argento meo & veste mea versicoloria, & oleo meo & incenso & panibus meis &c. An quia illi errantes eorum esse ista putant a quibus seducuntur, propterea non debemus agnoscere cuius sint, cum ipse dicat, Et hæc non cognouit quod ego ei dederim frumentu, vinum & oleum, & pecuniam multiplicauit illi? Non enim dixit eam non habuisse ista, quia fornicaria erat, sed & habuisse dicitur, & non sua nec amatorum suorum, sed dei, cuius vnus ista sunt. Quãuis ergo habuerit fornicationem suam, illa tamẽ quibus fornicationem suam ornabat vel seducta vel seducens, non erat eius sed dei. Sed hæc de Iudæa gente figurabantur, vbi Scribæ & Pharisei reiciebant mandatum dei, vt traditiones suas constituerent, vt cum plebe deum relinquentem sic quodammodo fornicarentur, nec tamen talis illius temporis in populo fornicatio quæ dominus arguendo prodebat, effecit vt eorum essent sacramenta, quæ non erant eorum sed dei, qui loquens ad fornicariam, dicit illa omnia sua esse. vnde ipse dominus etiam quos mundauit a lepra, ad eadem sacramenta misit, vt offerrent pro se sacrificiu sacerdotibus, quia nondum eis successerat sacrificiu, quod ipse post in Ecclesia voluit celebrari pro illis omnibus, quia illis omnibus ipse prænnunciabatur, quanto magis nos sacramenta noui testamenti apud

1. Cor. 12.
Acto. 8.
1. Reg. 19.
1. Timo. 1.
1. Petri. 4.
1. quæst. 1. c.
Manus.
Ca. XVII.
Mat. 28.
Canti. 6.
Petra Ecclesia.
Ca. XVIII.
Ioan. 20.
1. Cor. 2.
2. Petr. 18.
Ephes. 5.

1. Timo. 2.
1. Timo. 4.
1. Timo. 6.
1. Timo. 9.
1. Timo. 10.
1. Timo. 11.
1. Timo. 12.
1. Timo. 13.
1. Timo. 14.
1. Timo. 15.
1. Timo. 16.
1. Timo. 17.
1. Timo. 18.
1. Timo. 19.
1. Timo. 20.
1. Timo. 21.
1. Timo. 22.
1. Timo. 23.
1. Timo. 24.
1. Timo. 25.
1. Timo. 26.
1. Timo. 27.
1. Timo. 28.
1. Timo. 29.
1. Timo. 30.

1. Timo. 4.
1. Timo. 9.
1. Timo. 10.
1. Timo. 11.
1. Timo. 12.
1. Timo. 13.
1. Timo. 14.
1. Timo. 15.
1. Timo. 16.
1. Timo. 17.
1. Timo. 18.
1. Timo. 19.
1. Timo. 20.
1. Timo. 21.
1. Timo. 22.
1. Timo. 23.
1. Timo. 24.
1. Timo. 25.
1. Timo. 26.
1. Timo. 27.
1. Timo. 28.
1. Timo. 29.
1. Timo. 30.

G quoslibet hæreticos vel schismaticos inuenientes nõ, debemus eis tribuere, nec quasi non agnita reprobare, sed quantum apud fornicariã mulierem dona viri legitimi agnoscere, & verbo veritatis illam fornicationẽ emendare, quã propria est impudicã mulieris: non illa dona culpate, quã propria sunt domini miserãtis. Harum & talium rerum consideratione patres nostri, non solum ante Cyprianum vel Agrippinum, sed etiam postea saluberrimam cõsuetudinem tenuerunt, vt quicquid diuinum atque legitimum in aliqua hæresi vel schismate integrũ reperiret, approbarent potius quã negarẽt: quicquid autem alienum, & erroris illius vel dissensionis proprium, veraciter arguerent & sanarent. Sed ea quã ex epistola illa quã ad Iubaianum scripta est, cõsideranda remanẽt, propter huius voluminis modum ab alio quantum opinor exordio suscipienda atq; tractanda sunt.

Libri Tertij finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, de baptismo contra Donatistas,
Liber Quartus.

Fons paradisi. Cap. I. De conse. dif. 4. cap. Ecclesia paradiso. Gene. 2.



Celestia paradiso cõparata, indicat nobis posse quidẽ eius baptismũ homines etiã foris accipere, sed salutẽ beatitudinis extra eam neminẽ vel percipere vel tenere. Nã & flumina de fonte paradisi sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manuerũt. Nominatim quippe cõmemorantur & per quas terras fluant, & quia extra paradysum cõstruta sunt, omnibus notũ est: nec tamen in Mesopotamia vel in Aegypto quõ illa flumina peruenerũt, est feclicitas vitã, quã in paradiso cõmemoratur. Ita fit, vt cũ paradisi aqua sit extra paradysum, beatitudo tamẽ nõ sit nisi intra paradysum. Sic ergo baptismũ Ecclesiã potest esse extra Ecclesiã, munus autẽ beatã vitã nõ nisi intra Ecclesiã reperitur, quã super petrã etiã fundata est, quã ligãdi & soluẽdi clauis accepit. Hãc est vna quã tenet & possidet omnẽ sui spõsi & domini potestãtẽ, per quã coniugalẽ potestãtẽ etiã de ancillis filios parere potest: qui si nõ superbiant, in sortẽ hæreditatis vocabuntur: si autẽ superbiant, extra remanebunt. Magis ergo quia pro Ecclesiã honore atque vnitãtẽ pugnamus, non tribuamus hæreticis quicquid apud eos eius agnoscimus, sed eos arguentes doceamus quod ex vnitãtẽ habẽt nõ valere ad salutem, nisi ad eandẽ venerint vnitãtẽ. Aqua enim Ecclesiã fidelis & salutaris & sancta est bene vtentibus. Ea vero bene vti extra Ecclesiã nemo potest: male autẽ vtẽtibz & foris & intus, ad supplicium geritur, nõ ad præmium suffragatur: & ideo baptismus corrumpi & adulterari non potest, etiã à corruptis & adulteris habeatur: sicut & ipsa Ecclesia incorrupta & casta & pudica est, & ideo non ad eam pertinent auari, raptores, fceneratores: quos non tantum foris, sed etiam intus esse multis literarũ suarum locis Cyprianus ipse testatur: & tamẽ non mutato corde baptizantur & baptizant. Nam & hoc in quadã Epistola sua dicit ad clericos de precãdo deo, trãfigurans in se vt sanctus Daniel peccata populi sui. Nam inter multa mala quã cõmemorat, etiam hoc ait, Seculo solis verbis & nõ factis renũciantes, sicut de quibusdam dicit Apostolus, Contententur enim nosse se deum, factis autem negant. Hos

Baptismus nõ corrumpitur. Cap. II.

Cyprianus in epistola.

Ad Tit. I.

ergo beatus Cyprianus in ipsa intus Ecclesia versari arguit, qui corde in melius nõ mutato baptizantur, quando vtiq; seculo verbis nõ factis renũciant, cum dicit Apostolus Petrus, Quod & vos simili forma saluos fecit. ^{1. Pet.} baptizati, non carnis depositio foridum, sed conscientia bonã interrogatio: quam vtiq; non habebant, de quibus dicitur, Seculo solis verbis & non factis renũciantes: & tamen id agit increpans & arguens eos, vt aliquid ambulent in via Christi, & eius amici malint esse quã seculi. Cui si obtemperassent, & recte iam ^{Mal. III.} viuere non vt pseudochristiani, sed vt vere Christiani ^{1. Cor. III.} cõpissent, nunquid eos iuberet denuo baptizari? Non vtiq; sed hoc eius præstaret vera conuersatio, vt ^{1. Cor. III.} sacramentũ quod nõ mutatis valebat ad perniciem, mutatis valere inciperet ad salutem: quia nec isti Ecclesiã ^{1. Cor. III.} deuoti sunt, qui videntur esse intus, & contra Christum viuunt, id est, contra Christi mandata faciunt, nec omnino ad illam Ecclesiam pertinere iudicãdi sunt, quam sic ipse mundat lauacro aquã in verbo, vt exhibeat sibi ^{1. Cor. III.} gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Quod si in ista Ecclesia nõ ^{1. Cor. III.} sunt, ad cuius membra non pertinent, non sunt in Ecclesia de qua dicitur, Vna est columba mea, vna est mater ^{1. Cor. III.} tri suã: ipsa est enim sine macula & ruga: aut asserat qui potest, huius columbã mẽbra esse qui seculo verbis, nõ factis renũciãt. Interim ad quod videmus vnde dictũ arbitror, qui sapit diem, dompo sapit: deus enim iudicat omnem diem. Secundum autem præscientiam qui nouit quos prædestinauerit ante mundi cõstitutionem cõformes fieri imaginis filij sui, multi etiam qui aperte foris sunt & hæretici appellãtur, multis & bonis catholicis meliores sunt. Quid enĩ sint hodie, videmus: quid cras futuri sint, ignoramus. Et ideo quidem apud quem sunt præsentia quã vẽtura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt. Nos autem secundum id quod in præsentia est cuiq; hominum quarimus vtrũ in illis Ecclesiã membris, quã vna columba dicta est, & sponsa Christi sine macula & ruga, hodie deputandi sint, de quibus dicit Cyprianus in Epistola quã commemorauit, quod viam domini non tenerent, nec data sibi ad salutem cœlestia mandata reseruarent, quod non facerent domini voluntatem, patrimoniorum lucro studentes, superbiam sectantes, æmulationi & dissensionibus vacantes, simplicitatis & fidei negligentes, seculo solis verbis & non factis renũciantes, vnusquisque sibi placentes, & omnibus displicentes. Quod si eos in suis mẽbris nec illa columba cognoscit: & talibus si in eadẽ peruersitate permanserint dicendus est deus, Non noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem: videntur esse in Ecclesia sed non sunt, imò & cõtra Ecclesiam faciunt. Quomodo ergo baptismus Ecclesiã baptizare possunt, quod nec ipsis prodest nec accipientibus, nisi intrinsecus vera conuersione* mutantur, vt ipsum sacramentum quod eis accipientibus non proderat quando seculo verbis nõ factis renũciant, prodesse incipiat cum & factis cõperint renũciare: ita & illi quorum est aperta separatio, quia in membris illius columbã nec hi nec illi sunt hodie, sed aliqui eorum fortasse futuri sunt.

Non itaq; hæreticorũ baptismus acceptamus, quando post eos non baptizamus, sed quod Christi esse cognoscimus etiam in malis hominibus, siue aperte foris, siue intus occulte separatis, illis in eã re in qua deũtatem verã gerit videretur cum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit peccata: sic & ego vrgeo cum dico, ergo qui cœlestia

Alestia mandata nõ seruat, auarus, raptor, fcenerator, inuidus, verbis non factis seculo renũcians dimittit peccata. Si per vim sacramenti dei, sicut & ille, ita & ille. Si per meritũ suũ, nec ille nec ille. Illud enim sacramentũ & in malis hominibus Christi esse cognoscitur: in corpore autẽ vnice colũbã, incorruptã, sanctã, pudicã, nõ habentis maculã aut rugã, nec ille nec ille inuenitur. Et quomodo accipietur nõ prodest baptismus, ei qui seculo verbis non factis renũciãt: sic nõ prodest ei qui in hæresi vel schismate baptizatur. vtriq; autẽ correcto prodesse incipit, quod ante nõ proderat, sed tamen inerat. Baptizatus ergo in hæresi nõ fit tẽplũ dei: nunquid tamen ideo pro baptizato non habẽdus est? Nã nec auarus intus baptizatus fit tẽplum dei, si ab auaritia nõ recesserit. Qui enim sunt tẽplũ dei, possident vtiq; regnũ dei. Apostolus autẽ dicit inter multa, Neq; auari neq; rapaces regnũ dei possidebũt. Auaritiã quippe idolorum seruituti alio loco idẽ Apostolus cõparat. Et auaritiã, inquit, quã est idolorũ seruitus. Quẽ sensum idẽ Cyprianus sic exaggrauit in Epistola ad Antonianũ, vt eorũ peccata qui tẽpore persecutionis ppter licillos se purificatos professi erãt, auaris cõputare nõ dubitaret. Sic ergo in hæresi baptizatus in nomine sanctã trinitatis, tamen non fit tẽplum dei si ab hæresi nõ recesserit, quomodo neq; in auaritia in eodẽ nomine baptizatus fit tẽplum dei si ab auaritia non recedat, quẽ est idolorum seruitus. Nã & hoc idẽ Apostolus dicit, Quã cõpositio tẽplo dei cum idolis? Non ergo de nobis quaratur cui tẽplum fiat, quem dicimus tẽplum dei nõ fieri. Nec tamen ideo non baptizatur, nec eius error immũdus efficit, vt non sit sanctũ sacramentũ quod accepit verbis Euangelicis consecratũ: sicut nec illius auaritiã, quã est idolorũ seruitus, & magna immunditiã potest effecere vt non sit sanctũ baptismũ quod accipit: etiã si ab alio auaro similiter per eadem verba Euangelica baptizetur. Proinde, inquit, frustra quidam qui ratione vincuntur, consuetudinẽ nobis obiiciunt, quasi cõsuetudo maior sit veritate: aut non id sit in spiritualibus sequẽdum, quod in meliõ fuerit à spiritu sancto reuelatũ. Hoc plane verum est, quia ratio & veritas consuetudini præponenda est. Sed cũ cõsuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. Deinde sequitur & dicit, Igno sci enim potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus, Qui prius fui blasphemus & persequor & iniuriolosus, sed misericordiã merui, quia igno as feci. Post inspirationẽ vero & reuelationem factã qui in eo qd errauerãt perseuerat, prudens & sciens sine venia ignorãtia peccat. Præsumptione enim atq; obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. Hoc verissimum est, longe grauius esse peccatum eius qui sciens, quã eius qui nesciens peccauerit. Et ideo vir sanctus Cyprianus, non solum doctus, sed etiam docilis, quod in laude Episcopi quẽ designat Apostolus sic intellexit ipse, vt diceret etiã hoc in Episcopo esse diligendũ, nõ solum vt scienter doceat, sed etiã patienter discat: nõ dubito qd si istã quæstionẽ in Ecclesia diu multũq; versatã cum viris sanctissimis doctissimiq; tractaret, per quos postea factũ est, vt antiqua illa cõsuetudo etiã plenario cõcilio firmaretur, sine dubitatione demonstraret, non solum quã doctus esset in his quã firmissima veritate perceperat, verum etiã qd docilis in his quã minus aduerterat. Et tamẽ cũ manifestissimũ, sit multo grauius peccare scientẽ qd nescientẽ, vellẽ mihi aliquis diceret, si quis in hæresim incurrat, nesciens quantum malũ sit, & alius ab auaritiã nõ recedat, sciens quantum malũ sit, quis Tomus septimus.

eorũ sit peior? Possunt etiã ita pponere, si aliõ nesciens in D hæresim irruat, & sciens alius ab idololatria nõ recedat, quia & Apostolus dicit, Auaritiã quã est idolorũ seruitus, & ipse Cyprianus eandẽ sententiã nõ aliter intellexit, sicut Cyprianus ad Antonianũ scribens ait, Nec sibi noui in hoc hæretici blandiantur, qd se dicant idololatriis non cõmunicare: quãdo sint & apud illos adulteri & fraudatores qui tenentur idololatriã criminã. Hoc enĩ scitote intelligẽ. ^{Ephe. 3.} ^{Col. 3.} tes, quia omnis fornicator, aut immũdus, aut fraudator quod est idololatria, nõ habet hæreditãtẽ in regno Christi & dei. Et iterũ, Mortificate itaq; membra vestra quã sunt super terrã, fornicationẽ, immunditiã & concupiscentiã malã, & auaritiã, quã est idolorũ seruitus. Quaro ergo quis peccet grauius, qui nesciens in hæresim incurrit, an qui sciens ab auaritiã, id est ab idololatria nõ recesserit? Secundũ quidẽ illã regulã qua peccata sciẽtium peccatis ignorantiũ præponuntur, auarus cũ sciẽtiam vincit in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritiã sciẽtis admissio, vt hæreticus nesciens auaro sciẽti cõquetur, quãquã non hoc videatur ostẽdere testimoniũ quod E ipse ex Apostolo posuit: Quid enĩ in hæreticis nisi blasphemias detestatur? Volẽs autẽ demonstrare ad faciliãtãtẽ veniẽ ignorãtiũ pertinere peccata, posuit ex Apostolo ubi ait, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriolosus, sed misericordiã cõsecutus sum, quia ignorans feci. Sed si possunt, vt dixi, amborũ peccata equaliter appendãtur, ignorãtis blasphemia, & sciẽtis idololatria, & eadẽ sententiã iudicẽtur, ille qui Christũ querendo in verũmilẽ sermone falsitatis incurrit, & ille qui sciens Christo resistit loquenti per Apostolũ, Quomoniã omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorũ seruitus, nõ habet hæreditãtẽ in regno Christi & dei: cur in illo baptismus & Euangelica verba improbãtur, in isto autẽ approbantur, cum ab illius colũbã mẽbris vterq; inueniatur alienus? An quia ille foris apertus litigator est, ne intromittatur: iste vero intus callidus assentator, ne foras proiciatur? Quod autẽ ait, Ne quisquã dicat, quod accepim? ab Apostolis, hoc sequimur, quãdo Apostoli nõ nisi vnã Ecclesiã tradiderunt, & baptismũ vnũ, quod nõ nisi in eadẽ Ecclesia sit constitutũ: nõ me tantũ mouet vt baptismũ Christi etiã apud hæreticos inuentũ audeã reprobare: sicut etiã ipsum Euangelium cum apud eos inuenio, necesse est vt approbẽ, quãuis eorũ detester errorẽ. Quãntũ me mouet fuisse quosdã etiã sancti Cypriani temporibus, qui consuetudinẽ illã contra quã fiebant Africana concilia, de qua & ipse paulo ante dixit, Frustra quidam quia ab Apostolis traditã. Nec inuenio cur istã cõsuetudinẽ improbent, quã post Cyprianũ etiã plenario totius orbis cõcilio cõfirmata est, quã tã robustã & antẽ idẽ Cyprianus inuenit, vt cũ eius mutãdã causã auctoritatem quã sequeretur vir tãta scientiã præditus quereret, nõ nisi in Africa sola factũ paucis ante se anis Agrippini cõciliũ reperiret. Quod cũ sibi aduersus totũ orbis morẽ nõ sufficere cerneret, has rationes arripuit, quas modo nos antiquitate ipsi cõsuetudinis, & plenarij postea cõciliij auctoritate firmati, diligentius cõsiderantes, veri potius similes qd veras esse inuenimus, quã illi verã visẽ sunt in obscurissimã quæstionẽ laborãti, & de remissione peccatorũ fluctuãti, vtrũ in baptismo Christi possit fieri, & vtrũ possit apud hæreticos fieri, vbi si minus ei aliquid reuelatũ est, vt magnitudo charitatis ei quã vnitãtẽ nõ deseruit pparẽtur, nõ ideo quisquã tã

Gtis eius firmitatis meritq; virtutum, & tanta copia gratiarum debet se audere proponere, quia vniuersalis cõcilij admonitus firmitate, videt aliquid quod ille nõ vidit, quia plenariũ de hac re cõcilium nõdũ habebat Ecclesia: sicut nec Petri Apostoli meritis quisquã tã infanus est vt se proponat, quia Pauli Apostoli edoctus literis, & ipsius iam Ecclesiã consuetudine roboratus, nõ cogit gẽtes iudaizare, quod Petrus aliquãdo coegerat. Nõ ergo inuenimus ab Apostolis aliquẽ, cum apud hereticos baptizatus esset, in eodẽ baptismo admissum esse & cõmunicasse. Sed neq; hoc inuenimus ab hereticis aliquẽ venientem, qui apud illos fuerit baptizatus, ab Apostolis denuo baptizatus. Sed illa cõsuetudo quã etiã tunc homines sursumuersus respicientes non videbãt à posterioribus institutã, recte ab Apostolis tradita creditur. Et alia multa sunt quã longum est repetere.

Galat. 2.

Mali intus

& mali foris

Ca. VII.

Cyprianus

in Epist. ad

Inbasianum

Quapropter si non nihil dicebant quibus id quod ei visum est, volẽs persuadere Cyprianus ait, Nec quisquã dicat, quod accepimus ab Apostolis, hoc sequimur: quanto robustius nunc dicimus, quod Ecclesiã consuetudo semper tenuit, quod hæc disputatio dissuadere nõ potuit, & quod plenariũ cõcilium confirmauit, hoc sequimur. Huc accedit, quia bene perspectis ex vtroq; latere disputationis rationibus & scripturarum testimonij, potest etiam dici, quod veritas declarauit, hoc sequimur. Nã reuera illud quod quidã Cypriani disputationibus opponerent quod Apostolus ait, Veruntamẽ omnimodo, siue per occasionẽ, siue per veritatẽ Christus annuncietur: recte Cyprianus refellit, ostendens ad causam hereticorũ nõ pertinere, quoniã de his dicebat Apostolus, qui cũ maleuola inuidia, sua quarentes interiorius versabantur, Christum quidem annunciant sicut se habet veritas qua Christo credimus, sed non eo animo quo à bonis Euãgelistis illius columbã filijs annũciabatur. Neq; enim de hereticis, inquit, aut de eorũ baptismo loquebatur in Epistola sua Paulus, aut aliquid quod ad hanc rem pertinere potuisset loquebatur. Loquebatur de fratribus siue inordinate & cõtra Ecclesiã disciplinam ambulantibus, siue Euãgelicã veritatẽ de dei timore seruantibus, & quosdã ex eis posuit verbum dei constanter atq; intrepide locutos, quosdam vero in inuidia & dissensione versatos quosdã seruasse circa se beneuolam charitatem, alios vero habuisse maleuolam dissensionem: se tamen omnia patienter sustinere, dũ modo siue in veritate, siue per occasionem nomẽ Christi quod Paulus prædicabat, ad plurimorũ notitiã perueniret, & noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentiũ prædicatione crebresceret. Porro aliud est eos qui intus in Ecclesia sunt in nomine Christi loqui, aliud eos qui foris sunt & contra Ecclesiã faciunt, in nomine Christi baptizare. Hæc verba Cypriani admonere nos videtur, vt distinguamus inter eos qui mali foris sunt, & eos qui intus mali sunt, & illos de quibus dicit Apostolus, qd Euãgelium non caste & per inuidiã annunciant, intus fuisse dicit, & verũ dicit. Hoc tamen puto me non temere dicere, si foris nemo potest habere aliquid quod Christi est, nec intus quisquã potest aliquid habere quod diaboli est. Si enim hortũ ille clausũ potuit habere spinas diaboli, cur nõ & extra hortũ potuit manare fons Christi? Si autẽ nõ potuit, vnde in his qui intus erant, etiã ipsius Apostoli Pauli temporibus tantũ malum inuidiã & maleuolã dissensionis? Hæc enim verba Cypriani sunt. An forte inuidia & maleuola dissensio parũ malum est? Quomodo ergo isti erant in vnitatem, qui non erant in pacẽ? Vox enim non mea aut alicuius

Philipp. 2.

hominis, sed ipsi domini, nec per homines sonuit, sed per angelos nato Christo, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quod vtiq; nato in terris Christo nõ sonaret ore angelico, nisi deus hoc veller intelligi, eos esse in vnitatem corporis Christi, qui sunt in pace Christi: eos autem esse in pace Christi qui sunt bonæ voluntatis. Porro sicut in beneuolentia bona voluntas, sic in maleuolentia mala voluntas est. Iam inuidia vero ipsa inuidia quã nõ potest esse nisi maleuola, quã maleuolentia maleuolentia mala voluntas est, nõ quæramus alios testes, sufficit nobis ipse Cyprianus, per quẽram multa de zelo & liuore dominus verissima intonuit, & salubria præcepit. Legam ergo Epistolã Cypriani de zelo & liuore, & videamus quantum malum sit inuidere melioribus, cuius mali originẽ ab ipso diabolo extitisse memorabiliter docet: Zelare, inquit, quod bonum videas, & inuidere melioribus leuẽ apud quosdã & modicũ crimen videtur, fratres dilectissimi. Deide paulo post, cui eius mali caput atq; originem quæreret, Hinc diabolus, inquit, inter initia istius mundi, & perit primus, & perdidit. Et paulo post, Quale malũ est, inquit, fratres dilectissimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui deceperat? Exinde inuidia grassatur in terris, dũ liuore periturus magistro perditionis obsequitur, dũ diabolus qui zelat imitatur, sicut scriptũ est, Inuidia autẽ diaboli mors intravit in orbẽ terrarum. Imitantur ergo illi qui sunt ex parte eius. Hæc verba Cypriani in Epistola populis nota, qd vera, quã fortia sunt recognoscimus. Vere docuit Cyprianus de zelo & liuore & arguere grauius & monere, à quo tã mortifero malo cor eius penitus alienatum, tanta charitatis abundantia cõprobat: quã vigilantissime custodita, cum collegis suis nõ maleuole de baptismo diuersa sententibus, nec ipse maleuola contentione, sed humana tentatione aliter sapiens, vt id illi deus in charitate perseueranti cũ veller postea reuelaret, in cõmunionis vnitatem permanere, aperte dicens: Nemine iudicantes, neq; à iure cõmunionis aliquid in diuersum senserit amouentes. Neq; enĩ quisquã nostrum Episcopũ se esse Episcoporu cõstituit, aut tyrannico terrore ad obsequiã necessitatẽ collegas suos adiegit. Et in fine huius capituli, Hæc tibi breuibus, inquit, pro nostra mediocritate rescriptimus frater charissime, nequĩ præscribentes aut præiudicãtes quo minus vultis quĩq; Episcoporu quod putat faciat, habens arbitrij sui liberã potestãtẽ: nos quantum in nobis est, propter hereticos cũ collegis & cõepiscopis nostris nõ cõtendim, cũ quibus diuinã concordia & dominicã pacẽ tenem, maxime cũ & Apostolus dicat, Si quis autẽ putauerit cõtentionosus esse, nos talẽ consuetudinẽ non habem, neq; Ecclesia dei. Seruatur à nobis paciẽter & leniter charitas animi, collegij honor, vinculu fidei, cõcordia sacerdotij. Propter hoc etiã libellũ hunc de bono patientiã quantum valuit nostra mediocritas, permittente & inspirante dño cõscripsimus, quẽ ad re pro mutua dilectione trãmissim. Hæc ille charitatis paciẽtia tolerauit nõ solum in obscura questione bonos collegas nõ maleuole aliud sentientes, sicut & ipse toleratus est, donec processu tẽporis saluberrima cõsuetudo, quãdo deus voluit etiã declarata veritate plenariõ cõcilio firmaretur, sed etiã malos manifestos sibiq; notissimos, qui nõ obscuritate questionis aliter sapiebãt, sed perditã vitã morib; cõtra quã prædicabãt, sicut dicit de illis Apostolus, Qui prædicat nõ furandũ furaris: de talibus enĩ & iste sui tẽporis Episcopis suis collegis, & secũ in cõmunionem manentibus

mentibus in Epistola sua dicit, Esurientibus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicantibus fœnus augere. Hic enim nulla est questionis obscuritas, aperte scriptura clamat, Neq; auari neque rapaces regnũ dei possidebunt, Et qui pecuniam suam nõ dedit ad vsurã, Et omnis fornicator & immundus & auarus, quod est idolorum seruitus, nõ habet hereditatẽ in regno Christi & dei. Tales ergo auaros ille, vt non solum sua cupiditate thesaurizarent, sed & aliena fraudulenter eriperent, tales idololatrias sicut & ipse intelligit atque conuincit, non vtiq; argueret nisi nosset. Neque enim aduersus cõepiscopos suos fallum testimonium diceret: & tamen eos propter Christum qui pro infirmis mortuus est, ne ante tempus eradicatis zizaniis simul eradicaretur & triticum, paternã & maternã charitatis visceribus tolerauit, imitatũ vtiq; Paulum Apostolum, qui maleuolos & inuidos sibi, eadem circa Ecclesiã charitate sustinuit. Sed tamẽ quia inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, & imitantur illum qui sunt ex parte illius, non per illud quod à deo creati sunt, sed per illud quod à seipsis peruersi sunt, sicut cõmemorat ipse Cyprianus, quia & diabolus antequam esset diabolus, angelus fuit & bonus fuit, vnde sunt in vnitatem Christi qui sunt ex parte diaboli? Proculdubio, sicut ipse dominus ait, inimicũ homo hoc fecit qui superfeminauit zizania. Sicut ergo intus quod diaboli est arguedũ est, sic & foris quod Christi est agnoscendum est. An extra vnitatem Ecclesiã non habet sua Christus, & in vnitatem Ecclesiã habet sua diabolus? Hoc fortasse de hominibus dici potest, vt sic extra cõmunionem Ecclesiã nõ habeat deus aliquem suorum, sicut inter angelos sanctos nõ habet diabolus aliquem suorum. Ecclesiã vero huic quẽ ad huc carnis mortalitatẽ portat, quãdiu peregrinatur à domino, sicut in diabolo miscere zizania, hoc est malos homines, & hoc permissus sit propter ipsius Ecclesiã peregrinationem, vt requies illius patriã qua sancti angeli perfruuntur desideraretur ardentius, de sacramentis autem hoc dici nõ potest. Sicut enim ea possunt habere atque tractare, non ad salutẽ, sed ad perniciem suam, in qua igni destinata sunt interiora zizania: sic & exteriora zizania quã ab interioribus recedentibus acceperunt, quia recedentia nõ amiserunt. Quod sine dubio manifestatur cum redeuntibus nõ restituitur, quãdo forte aliqui ex eis ipsis qui recesserant reuertuntur. Nec quisquam dixerit, Quid enim frumenti habent zizania? Si enim hoc ita est, & intus & foris ad hoc duntaxat par conditio est. Neque enim in zizaniis exterioribus non inueniuntur grana frumenti, & in interioribus inueniuntur. De sacramentis autem cum quæritur, non vtrum habeant aliquid frumẽti zizania quæratur, sed vtrum habeant aliquid zeli: & exterioribus enim & interioribus zizaniis cũ ipso tritico est pluuia cõmunis, quã celestis & dulcis est ipsa, etiã si ex ea zizania steriliter crescant. Sic & Euãgelicum Christi sacramentum diuinum & suaue est, neq; propter eorũ sterilitatẽ quos etiã foris compluit, improbandum. Dixerit aliquis, interiora zizania facilius in frumentum conuertit: Cõcedo ita esse. Sed quid hoc pertinet ad baptismũ iterandum? Nunquid si forte aliquis ab hereticis conuersus, conuersionis suã tempore ac facilitate prauenerit eum, qui tardius intus à malitia corrigitur & mutatur, ei non est iterandũ baptismũ, & illi qui prauentus est ab eo qui ex hereticis venit, quia tardius correctus est, iterandũ est? Nihil ergo ad rem pertinet de qua nũc

Cyprianus

in Epist. de

zelo

Ca. VII.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

questio est, quis serius se tardiusve conuertat à propria peruersitate ad rectitudinem fidei, vel spei, vel charitatis. Et si enim interiores mali facilius possunt boni fieri: aliquãdo tamen & de numero exteriorum quidã quosdam interiores conuersione praueniunt, & illis in sterilitate manentibus vnitati reconciliati, fructum afferunt cum tolerantia siue tricenum, siue sexagenum, siue centenum. Aut si zizania sola dicenda sunt, quã vsq; in finem in maligno errore perdurant, & foris multa frumẽta sunt, & intus multa zizania. At enim peiores sunt exteriores quã interiores mali. Magna quidẽ questio est, vtrum peior fuerit Nicolaus exterior iam, quã Si- mon adhuc interior, quia ille hereticus, iste magus. Quod si ipsa diuisio, quia violata charitatis certissimũ indicium est, grauius habetur malũ, cõcedo ita esse. Sed multi amissa charitate propterea non exeunt foras, quia secularibus emolumentis tenentur, & sua quarentes, quã lesu Christi, non à Christi vnitatem, sed à suis cõmodis nolunt recedere. Vnde dictum est in laude charitatis, nõ quærunt quã sua sunt. Nũc ergo quæratur, quomodo poterant homines ex parte diaboli pertinere ad Ecclesiã nõ habentẽ maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, de qua etiã dictũ est, Vna est columba mea. Quod si non possunt, manifestũ est eam inter alienos gemere & intrinsecus insidiantes, & extrinsecus oblatrantes. Tales tamen etiã intus & accipiunt baptismum & habent, & tradunt sanctum per seipsum, nec vlla ex parte illorum malignitate violatum, in qua in finẽ vsq; perdurãt. Quocirca nos idem beatus Cyprianus docet per seipsum considerandũ esse baptismum, verbis Euãgelicis sicut accepit Ecclesia consecratum, nõ adiuncta neq; permixta vlla peruersitate atq; malitia siue accipientiũ siue tradentiũ, quãdoquidẽ vtrumq; nos ipse admonet, & intus fuisse quosdã non seruantes beneuolã charitatẽ, sed in inuidia & maleuola dissensione versatos, de quibus Paulus Apostolus locutus est, & ex parte diaboli esse inuidos, sicut in Epistola quam de zelo & liuore scripsit, apertissima voce testatur. Quãobrẽ cum manifestũ sit fieri posse, vt in eis qui sunt ex parte diaboli, sanctum tamẽ sit sacramentũ Christi, non ad salutẽ, sed ad iudiciũ eorũ, nõ solum si post acceptũ baptismum peruertantur, sed etiã si tales accipiãt, sicut idem Cyprianus ostendit, seculo solis verbis & non factis renuciãtes: nec ideo si correcti postea fuerint, illud quod peruersi acceperant, iterandũ est. Quantum arbitror iam clarẽt & liquet in ista questione de baptismo non esse cogitandum quis det, sed quid det, aut quis accipiat, sed quid accipiat, aut quis habeat, sed quid habeat. Si enim homines ex parte diaboli, & ideo nequaquã ad colubã vnicã pertinentes, possunt tamen accipere & habere & dare baptismi sanctitatem nullo modo sua peruersitate violatã, sicut ex ipsius Cypriani literis admonemur: vt quid tribuimus hereticis aliena, vt quid dicimus eorũ esse quod Christi est, ac nõ potius in eis & imperatoris nostri signa cognoscim, & desertoriũ facta emẽdam? Quapropter aliud est quidẽ, sicut dicit sanctus Cyprianus, eos qui intus in Ecclesia sunt in nomine Christi loqui, aliud eos qui foris sunt, & cõtra Ecclesiã faciunt, in nomine Christi baptizari. Sed & multi qui intus sunt contra Ecclesiã faciunt male viuẽdo, & in suã vitã infirmas animas traducendo, & nõnulli qui foris sunt in Christi nomine loquuntur, nec operari que Christi sunt, sed foris esse prohibentur, quando eos vt sanentur vel corripimus vel arguimus vel hortamur. Nam & ille foris erat qui cum discipulis nõ sequebatur, & in nomine

Acto. 6.

Ca. 8.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Cyprianus

in Epist. de

zelo

Ca. VII.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 13.

Ephe. 5.

2. Petr. 18.

Ca. 6.

DIVI AVRELI AVGVSTINI HIPPONENSIS E. piscopi, De baptismo contra Donatistas, Liber quintus.



Baptismi sacramentum... Celsa catholica consuetudinem... pristinam nunc teneri, cum ab hereticis vel schismaticis venientes, si Evangelicis verbis consecrati baptismum per ceperunt denuo non baptizantur, beato Cypriano teste utimur. Ipse quippe sibi quaestione proposuit ex ore utique fratrum siue quarentium veritate, siue pro veritate certatum. inter disputationes enim suas quibus volebat ostendere denuo baptizandos hereticos, de quibus satis pro tempore libris superioribus differuimus, ait, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad Ecclesiam venientes, si sine baptismo admissi sunt? Hic tota causa Donatistarum quibus nobis de hac quaestione conflictus est, penitus naufragavit. Si enim verum baptismum non habebant, qui venientes ab hereticis ita suscipiebantur, & si per eos erant peccata eorum, cum communicatum est talibus siue ab eis qui fuerant ante Cyprianum, siue ab ipso Cypriano, necesse est ut vnum dicatur ex duobus, aut periisse iam tunc Ecclesiam talium comunione maculatam, aut non obesse cuiquam in vnitatem permanenti aliena etiam nota peccata. Illud autem quia dicere non possunt periisse tunc Ecclesiam, etiam contagione comunione eorum qui sine baptismo ad eam, sicut dicit Cyprianus, admissi sunt, alioquin nec originem suam poterunt asserere, si tunc periit Ecclesia, quonia plura quadraginta anni sunt inter Cypriani passionem & diuinorum codicum exustionem, vnde isti calumniarum suarum fumos iactantes, occasione facienda schismatis inuenerunt, sicut consulum ordo declarat: Restat ut fateantur nulla malorum etiam cognitorum, tali comunione maculari vnitatem Christi. Quod cum falsi fuerint, non inuenient causam cur se ab Ecclesiae orbis terrarum quas per Apostolos institutas pariter legimus, separare debuissent contendant, quia neque illi quorumlibet malorum comixtione perire potuerunt, & isti qui non perirent si cum illis in vnitatem mansissent, separando se ab eis, & rumpendo vinculum pacis, utique in schismate perierunt. Apertissimum enim sacrilegium eminet schismatis, si nulla fuit causa separationis. Nulla vero fuisse causam separationis apparet, si mali etiam cogniti bonos in vnitatem non maculant. Non autem maculari in vnitatem bonos etiam a cognitis malis docemus, teste Cypriano qui dicit, in praeteritum de haeresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admissos, quorum tamen nefaria sacrilegia quae super eos erant, quia baptismum dimissa non erant, si pollueret & perdere non potuerunt Ecclesiae sanctitatem, nulla malorum potest contagione perire. Quapropter si Cyprianum verum dixisse consensimus, eo teste conuincuntur esse in crimine schismatis. si Cyprianum falsum dixisse contendunt, eo teste non vitatur in quaestione baptismatis. Sed nunc quod cum beato Cypriano homine pacifico sermo cinari institutum per Cyprianum agamus. Qui cum sibi opposuisset, quod dicitur a fratribus nouerat, quid ergo, inquit, fiet de his qui in praeteritum ad Ecclesiam de haeresi venientes, sine baptismo admissi sunt? Potens est, inquit, dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admissi

manifestatum est, qui cum adhuc in circuncisus a matre ferretur, praesenti & euidenti periculo ut circuncideretur exactum est, & cum factum esset, depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abraham praecessit fidei iustitia, & accessit circuncisio signaculum iustitiae fidei, ita in Cornelio praecessit sanctificatio spiritalis in dono spiritus sancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octavo suae natiuitatis die circuncisus est, praecessit signaculum iustitiae fidei, & quoniam patris fidem imitatus est, secuta est in crescente ipsa iustitia, cuius signaculum in infante praecesserat, ita & in baptizatis infantibus praecedit regenerationis sacramentum: et si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium praecessit in corpore. Et sicut in illo latrone quod ex baptismi sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia vel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impii voluntate, sed ex aetatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alij pro eis respondet, ut impleatur H erga eos celebratio sacramenti, valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictum est, quod omnes cum legitur, naturaliter mouet. Aetatem habet, ipse pro se loquatur. Quibus rebus omnibus ostenditur aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis, sed salutem hominis ex utroque compleri. nec si vnum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, ut & alterum desit, quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine isto potuit esse in latrone, complente deo siue in illo, siue in isto, quod non ex voluntate defuisset. Cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et baptismus quidem potest inesse ubi conuersio cordis defuerit, conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque enim villo modo dicenda est conuersio cordis ad deum, cum dei sacramentum contemnitur. Iuste igitur reprehendimus, anathematizamus, detestamur, abominamur peruersitatem cordis haereticorum, sacramentum tamen Euangelicum non ideo non habent, quia per quod vtile est non habent. Quapropter cum ad fidem & veritatem veniunt, & agentes poenitentiam remitti sibi peccata deposcunt, non eos decipimus neque fallimus, cum correctos a nobis ac reformatos in eo quod deprauati atque peruersi sunt, ad regnum caelorum sic disciplinis caelestibus erudimus, ut quod in eis integrum est, nullo modo violamus, nec propter hominis vitium, si quid in homine dei est, vel nullum, vel vitiosum esse dicamus. Iam pauca restant ex Epistola ad Iubaianum, sed quia in eis & de praeterita Ecclesiae consuetudine dicitur, & de baptismo Ioannis, quod solet non paruum mouere quaestionem hominibus rem manifestam parum attendentibus, quia iussi sunt ab Apostolo in Christo baptizari: qui baptismum Ioannis acceperant, non negligenter tractanda sunt, sed in volumine aliud differenda, ne huius modus immoderatus sit.

F I N I S.

Exod. 4.

Gene. 21.

Roma. 4.

De cose. di.

4. ca. baptisimi vicem.

De cose. di.

4. ca. c. pro parulis.

Ioan. 9.

Baptismus & pietas.

Cap. XXV.

De conse. di.

4. ca. baptisimi vicem.

Ca. XXI.

Admissi in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesia sua muneribus non separare. Bene quidem praesumpsit, quod charitas vnitatis possit cooperire multitudinem peccatorum. Quod si habebant baptismum, & ab his non recte sentiebatur qui eos denuo baptizandos esse censebant, id erratum cooperiebat vnitatis charitas, quandiu inerat ista non diabolica dissensio, sed humana teratio, donec eis, sicut dicit Apostolus, si quid aliter sapiebant dominus reuelaret. Et ideo vix istis qui per sacrilega praecisionem ab vnitatem disrupti, si & apud nos & apud illos est baptismum, rebaptizant: si autem in catholica sola est, nec baptizant. Siue ergo rebaptizet siue non rebaptizet, non sunt in vinculo pacis: Vnde cuiuslibet istorum vulneri adhibeant medicinam. Nos autem si ad Ecclesiam sine baptismo admittimus, in eo numero sumus quibus Cyprianus propter vnitatis custodiam ignoscere posse praesumpsit. Si autem sicut iam, ut arbitror, ex his quae in superioribus libris diximus, manifestum est quod etiam in haereticorum peruersitate potest esse Christiani baptismi integritas, si qui temporibus illis rebaptizauerunt, nec tamen ab vnitatem compagine recesserunt, eadem dilectione pacis potuerunt ad veniam pertinere, qua Cyprianus etiam sine baptismo admissos ab Ecclesia muneribus non separari potuisse testatur. Porro si verum est apud haereticos & schismaticos non esse baptismum Christi, quanto minus obessent in vnitatem positus aliena peccata, si ad vnitatem venientibus, & sine baptismo admissis soluerentur & propria: Nam si teste Cypriano, vnitatis vinculum tantum valet, quomodo possent laedi alienis peccatis, qui nolent ab vnitatem recedere, si etiam non baptizati peccatis propriis non perirent, qui ad eam velent ex haeresi accedere? Quod autem adiungit Cyprianus & dicit, Non tamen quia aliquando erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus & deum timentibus cogruat patefacta & perspecta veritati libenter atque incunctanter obsequi, quam pertinaciter atque obstinate contra fratres & coascendentes pro haereticis reluctari. Verissime dicit, nec alteri potius quam sibi aduersatur, qui resistit apertissima veritati. Sed per illa quae tam multa iam diximus, quantum arbitror liquido apparet certumque est baptismum Christi nec haereticorum peruersitate, cum apud eos datur & sumitur, posse violari. Sed ut certum non sit, saltem adhuc esse dubium quisquis ea quae dicta sunt, etiam renitens cogitauerit, constiterit. Non ergo apertissima veritati resistimus, sed aut pro manifesta veritate certamus, sicut ego existimo, aut certe sicut possunt putare qui nondum istam quaestionem solutam esse arbitrantur, adhuc quaerimus veritatem. Et ideo si aliter se res habet quam nos dicimus, eadem simplicitate suscipimus ab haereticis baptizatos, quia suscipiebatur illi quos propter vnitatem Cyprianus ad veniam pertinere praesumpsit. Si autem baptismus Christi sicut ea quae iam multa dicta sunt indicant, & in non integra vel vita vel fide, siue eorum qui videntur esse intus, nec tamen ad vnitatem illius columbae membra pertinent, siue eorum qui sic ad eam non pertinent, ut etiam aperte foris sunt, potest esse integer, qui cum illis temporibus repetebant, eandem veniam propter charitatem vnitatis merebantur, quam meruisse propter eiusmodi charitatem creditur Cyprianus eos quos sine baptismo admissos esse arbitrat est. Isti ergo qui nulla existente causa, quandoquidem sicut idem Cyprianus ostendit, mali bonis in vnitatem obesse non possunt, se ab eiusdem vnitatis charitate praeciderunt, locum omnis veniae perdidit, & si ipso scelere schismatis in-

tererent, etiam si post catholicam non rebaptizaret, quanto supplicio digni sunt, qui vel quod eos non habere Cyprianus affirmat, habentibus catholicis dare conatur, vel sicut ipsa res manifestat, quod & ipsi habent, non habere catholicam criminantur? Sed quia nunc ut dicere coeperam, cum Cypriani literis sermo cinari instituumus, non ut arbitror etiam illi si adesset, viderer pertinaciter atque obstinate contra fratres & confacerdotas pro haereticis reluctari, cum acciperet tanta ista quae nos mouet, cur etiam apud haereticos in suo maligno errore peruersos, baptismum tamen Christi per se ipsum reuerendissimum atque sanctissimum esse posse credamus. Cumque & ipse testetur cuius nobis testimonium ponderis magni est, sic eos admitti in praeteritum solitos, quisquis eius sermone commotus, haereticos denuo baptizandos esse non dubitat, eos quibus hoc propter tanta quae contradicuntur, nondum persuasum est, tales esse deputet, quales in praeteritum fuerunt, qui baptizatos in haeresi solo proprio errore correcto simpliciter admiserunt, & cum eis per vnitatis vinculum salui esse potuerunt. Quisquis autem & de praeterita Ecclesiae consuetudine, & de posteriore robore plenarij concilij, & tot tantisque sanctarum scripturarum testimoniis, & ipsius Cypriani multis documentis, & perspicuis rationibus veritatis, intelligit Christi baptismum verbis Euangelicis consecratum, non fieri cuiuslibet hominis peruersitate peruersum: eo de vnitatis vinculo intelligat saluum esse potuisse, quibus aliud salua charitate tunc visum est: ac per hoc simul oportet intelligat, eos quos nulla zizania, nulla palea, si ipsi frumenta esse voluissent, in societate Ecclesiae toto orbe diffusae poterant maculare, & ideo nulla existente causa diuortij se ab eodem vnitatis vinculo diruperunt, quodlibet illorum duorum verum sit, siue quod Cyprianus tunc sensit, siue quod catholica vniuersitas vnde ille non recessit obtinuit, foris apertissimè constitutos in manifesto sacrilegio schismatis saluos esse non posse, & omnia quae habent de diuinis sacramentis, & liberalitate vnius legitimi viri, quoadiu tales sunt, ad eorum confusionem potius quam ad salutem valere. Quocirca etiam si vere propterea velent haeretici correcto errore venire ad ecclesiam, quia putarent se baptismum non habere nisi in catholica acciperent; nec sic eis deberemus ad iterationem baptismi consentire, sed potius docendi essent, nec integritatem baptismi prodesse peruersitatem eorum si corrigi nollet: Nec eorum peruersitate violatum fuisse integrum baptismum, quandiu corrigi noluerunt: nec quia corrigi volunt, melius in eis baptismum fieri, sed ipsos a malignitate discedere: illud autem prodesse iam incipere ad salutem, quod prius inerat ad perniciem. Haec enim discentes & salutem in catholica vnitatem desiderabunt, & suum esse quod Christi est non existimabunt, & veritatis sacramentum quantum in se positum, cum errore proprio non miscebunt. Huc accedit, quia sic homines occulta nescio quia inspiratione dei detestantur si quis iterum baptismum accipiat quem vbicumque iam acceperat, ut cum iidem ipsi haeretici inde disputant, frontem confricent, & prope omnes eorum laici qui apud eos inueterauerunt, & animosam pertinaciam aduersus catholicam conceperunt, hoc solum illic sibi displicere fateatur: & multi qui propter adipiscenda aliqua commoda secularia, vel incommoda deuitanda transire ad eos volunt, occultis conatibus ambiant, ut hoc eis quasi peculiari & domestico beneficio praestetur, ne rebaptizentur, & nonnulli caeteris eorum vanis erroribus & falsis crimi-

Colligit ex Cypriano. Cap. III.

Natura exhorret iterationem baptismi. Cap. V.

Sup. 4.

Verba Cypriani in Epist. ad Iubaianum.

Sup. rem dubia. Cap. III. Cyprianus vult ad Iubaianum. de glos.

G baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem de caelo & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto: cum hoc posteaquam baptizatus est factum sit, nisi quia secundum aliquid eum sciebat, secundum aliquid adhuc nesciebat? Sciebat videlicet sponsum filium dei, de cuius plenitudine omnes acciperent: Sed quia ex eius plenitudine ipse sic acciperat baptizandi potestatem, ut Ioannis baptismus diceretur, nesciebat utrum sic esset daturus & ceteris, an vero proprium baptismum sic habiturus, ut per quemlibet daretur, siue excellentioris gratiae ministrum, siue inferioris, siue per centeni fructus hominem, siue sexageni, siue triceni, siue per frumentum, siue per paleam, non nisi illius vnus esse cognosceretur, & hoc per spiritum didicit, velut columbam descendentem & manentem super eum. Itaque inuenimus dictum ab Apostolo, *1. T. best. 2.* Et gloriam meam, quamuis utique in domino, & ministerium meum, & prudentiam meam, & Evangelium meum, quamuis utique a domino impertitum atque donatum: baptismus autem meus nemo dixit eorum omnino. Neque enim omnium aequalis est gloria, nec ministrant omnes aequaliter, nec aequali prudentia sunt omnes praediti, & in euangelizando alius alio melius operatur, & ideo dici potest alio alio doctior: ipsa doctrina salutari: alius autem alio magis minime baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue a maiore baptizetur. Proinde cum manifesta sint opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia, si mirabiliter dicitur, post Ioannem baptizati sunt homines, & post haereticos non baptizantur, cur non mirabiliter dicitur, post Ioannem baptizati sunt homines, & post inuidos non baptizantur, cum ex parte diaboli esse inuidos ipse Cyprianus in epistola de zelo & liuore testetur, & in Ecclesia Christi fuisse inuidos Christi annuatores ipsis apostolicis temporibus ipse Cyprianus ex Apostolo Paulo sicut iam docuimus manifestet? Quia ergo Ioannis baptismus non erat idem qui baptismus Christi, satis arbitror esse declaratum, & propterea nihil documenti ex illo afferri potest, cur propterea post haereticos baptizandum sit, quia baptizatum est post Ioannem, cum Ioannes haereticus non fuerit, & potuerit habere baptismum, quamuis a Christo concessum, non tamen Christi proprium, cum Christi habuerit charitatem, & possit haereticus habere baptismum Christi, & peruersitatem diaboli, sicut intus aliquis potest habere baptismum Christi, & inuidiam diaboli. At enim multo magis post haereticum baptizandum est, quia Ioannes haereticus non erat, & tamen post eum baptizatum est. Sic dicit aliquis, multo magis post ebriosum baptizandum est, quia Ioannes sobrius erat, & tamen post eum baptizatum est: & quid respondeamus ei, non habebimus nisi baptizatis a Ioanne baptismum Christi non habentibus esse traditum. In quibus autem est baptismus Christi, quibuslibet eorum peruersitatibus nullo modo potest fieri ut non sit in eis baptismus Christi. Non itaque idcirco haereticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, sed quia non suo baptismo baptizauit: & si ius baptizandi non habuit, tamen Christi est quod dedit, & ille Christi est qui accepit. Multa enim contra ius dantur, nec tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur. Neque enim & ille qui seculo solis verbis & non factis renunciat, iure accipit baptismum, & tamen accipit. Nam tales in Eccle-

sia & Cyprianus suis temporibus fuisse commemorat, & nos experimur, & gemimus. Mirum autem est quomodo dicatur separari a se & diuidi omnino non posse baptismum & Ecclesiam. Si enim baptismus in baptizato inseparabiliter manet, quomodo baptizatus separari ab Ecclesia potest, & baptismus non potest? In baptizato autem inseparabiliter baptismus permanere manifestum est, quia in quolibet profundum malorum & in quolibet horribilem voraginem peccatorum irruat baptizatus vsque ad apostaticam ruinam, non caret baptismo, & ideo per poenitentiam redeunt non redditur, quia eo non potuisse carere iudicatur. Baptizatum autem posse separari ab Ecclesia quis dubitauerit? Inde quippe omnes haereses exierunt, quae vocabulo Christiano decipiunt. Quamobrem quia manifestum est in baptizato esse baptismum, cum baptizatus ab Ecclesia separatur, baptismus qui in illo est, cum illo utique separatur: & ideo non omnes qui tenent baptismum, tenent Ecclesiam, sicut non omnes qui tenent Ecclesiam, tenent & vitam aeternam. Aut si Ecclesiam tenere non dicimus nisi eos qui diuina mandata custodiunt, multos iam esse concedimus baptismum tenentes, & Ecclesiam non tenentes. Quamobrem non praecipit haereticum baptismum, cum eum ab Ecclesia sumpsit. Nec potuit amittere eum recederet, quem iam non habere Ecclesiam dicimus, & tamen habere baptismum concedimus. Nec primum quisquam sibi derogat & haeretico tribuit, quia eum dicit secum abstulisse, quod non legitime daret, sed tamen legitimum daret, nec iam legitime haberet, sed legitimum haberet. Primatus autem non est nisi in sancta conuersatione & vita bona, quod pertinet omnes ex quibus tanquam membris constat illa sponsa non habens maculam neque rugam, & illa coluba inter multorum coruorum improbitatem gemens: Nisi forte cum Esau propter lenticulae concupiscentiam primatum perdidit, tenere primatum arbitrari sunt fraudatores, raptores, foeneratores, iudi, ebriosi, & ceteri huiusmodi, quales in Ecclesia sui temporis etiam per literas Cyprianus ingemuit. Quapropter autem quod est tenere Ecclesiam, non hoc est in diuinis tenere primatum: aut si omnis qui tenet Ecclesiam etiam primatum tenet, omnes illi iniqui Ecclesiam non tenent, qui tamen intus videntur & baptismum dare, & habere a nullo nostrum negantur. Nam eos primatum in diuinis habere quis M Sed iam ad illa eloquia pacifica Cypriani, hoc est ad epistolae finem omnibus consideratis pertractatisque peruentum est, quae me legentem & saepe repetentem non fatiant, tanta ex eis iocunditas fraterni amoris exhalat, tanta dulcedo charitatis exuberat. Hae tibi, inquit, breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, ne tibi prescribentes aut praeducantes, quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habes arbitrij sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis & coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus concordiam & dominicam pacem tenemus, maxime cum & Apostolus dicat, Si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia dei seruatur a nobis patienter & leniter charitas animi, honor collegij, vinculum fidei, concordia sacerdotij. Propter hoc etiam libellum de bono patientia, quantum valuit nostra mediocritas, permittente & inspirante domino conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisiimus. In his verbis multa considerata sunt, quibus in hoc vi-

Aro qui dilexit decorem domus domini, & locum tabernaculi habitationis eius, Christianae charitatis fulgor eluceat. Primo quia id quod sensit non tacuit: deinde quia tam mansuete & pacifice protulit, quia cum his qui aliud sentiebant ecclesiasticam pacem tenuit, quia in vnitatis vinculo tantam salubritatem esse intellexit, quia eam tantum dilexit, & sobrie custodiuit, quia vidit & sensit etiam diuersa sentientes posse salua charitate sentire. Neque enim cum malis tenere se diceret diuinam concordiam & dominicam pacem. Bonus quippe habere erga malos pacem potest, tenere autem cum eis pacem non potest, quam ipsi non tenent. Postremo quia nemini praescribens neque praeducans, quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem, etiam nobis qualibuscunque locum dedit pacifice secum ista tractandi. Praesens est enim non solum per literas suas, sed etiam per ipsam quae in illo maxime viguit, & mori nunquam potuit, charitatem. Huic ergo inherere & conglutinari desiderans, si non impediar inconuenientia peccatorum meorum, orationibus eius adiutus, discam si potero per literas eius quanta pace per eum Ecclesiam suam dominus, & quanto solatio gubernauerit, & per eius sermonis affectum visceribus humilitatis indutus, si quid verius sentio, cum orbe terrarum, non ei praeponam cor meum, nec in eo ipso quod aliter sentiens, non tamen diremptus est ab orbe terrarum. Maius quippe in eo robur virtutis emittit, cum ista quaestio nondum discussa nutaret, quod aliter sentiens quam multi collegae, tantam moderationem obtinuit, ut Ecclesiae dei sanctam societatem nulla schismatis labe truncaret: quam si omnia non solum veraciter, sed etiam pariter sine ista virtute sentiret. Neque enim ei placeo, si ei ingenium facultatemque sermonis, & doctrinae vbertatem, sancto concilio cunctarum gentium, cui profecto interfuit per spiritum vnitatem, praepone re affectem, praesertim iam eo in tali veritatis luce posito, ubi certissime cernit, quod hic pacatissime requirebat. Ex illa enim vbertate haec nostra quae videntur eloquia, tanquam infantilia rudimenta deridet, ibi videt qua regula pietatis hic egerit, ut nihil esset ei in Ecclesia charius vnitatem: ibi etiam ineffabili delectatione conuertitur quam prouida & misericordissima dispensatione deus infirma mundi elegit, ut tumores nostros curaret, stulta mundi elegit ut confunderet sapientes: atque in ordinibus membrorum Ecclesiae suae tam salubriter omnia collocaret, ne de ingenio vel literis suis quas adhuc ignorarent cuius munere haberent electos se ad adiutorium euangelicum homines dicerent, atque inde pestifera inflarentur superbia. O quam gaudet Cyprianus, quanto serenius in illa luce conuertitur, pro quanta salute humani generis factum sit, ut inueniatur aliquid quod merito reprehendi possit, quamuis in christianis & pijs literis oratorum, & non inueniatur in literis piscatorum. De hoc ergo gaudeo sanctae illius animae omnino securus, neque vilo modo meas literas ab omni errato liberar audeo vel putare vel dicere, neque illius huic sententiae, in qua ei visum est aliter suscipiendos ab haereticis venientes, quam vel in praeteritum suscipiebantur, sicut ipse testatur, vel nunc suscipiuntur sicut totius orbis Christiani plenario concilio rationalis consuetudo firmata est, meam praepone sententiam, sed Ecclesiae sanctae catholice quam sic ille dilexit & diligit, in qua tam vberem cum tolerantia fructum attulit, cuius vniuersitas ipse non fuit, sed in eius vniuersitate permanit: cuius radicem nunquam dese-

ruit, sed in cuius radice fecundus, ut esset fecundior ab agricola caelesti purgatus est. Pro cuius pace ac salute simul cum zizanijs eradicaretur & triticum, tanta mala hominum fecu in humilitate & constitutorum & vnitatis libertate redarguit, & charitatis virtute sustinuit. Vnde nos idem ipse copiosissime admonet multos in delictis suis & peccatis mortuos, quamuis ad Christi societatem, & ad illius columbae vnicae innocetis & simplicis membra non pertinentes, quae si sola baptizaret, illi utique non baptizarent, specie tamen intus videri & baptizari & baptizare. Et in eis quamuis mortuis, illius tamen baptismum viuere, qui non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Cum ergo & intus sint mortui, neque latentes, nam non de illis tanta diceret Cyprianus, qui vel non pertineant, vel nondum pertineant, & foris sint mortui, qui manifestius ad eam vel non pertineant vel nondum pertineant, verumque sit non posse ab eo viuificari alterum, qui ipse non viuuit, manifestum est eos qui intus a talibus baptizantur, si vera conuersione cordis accedunt, ab eo viuificari cuius est baptismus. Si autem seculo verbis solis & non factis renunciant, quales Cyprianus & intus esse testatur, nec ipsos viuificari nisi conuertatur, & tamen verum habere baptismum, etiam si non conuertatur, vnde & exteriore mortuos quamuis neque viuunt, neque viuificet, habere tamen baptismum viuum qui eis tunc proficit ad vitam, si conuertantur ad pacem, similiter manifestum est. Quapropter qui tunc ab haeresibus venientes in eodem Christi baptismum, quem foris acciperant suscipiebant, & dicebant se veterem consuetudinem sequi, sicut etiam nunc suscipit Ecclesia, frustra contra eos apud veteres dicebatur haereses & schismata prima adhuc fuisse initia, ut hi illic essent qui de Ecclesia recedebant, & hic baptizati prius fuerant, quos tunc ad Ecclesiam reuertentes & poenitentiam agentes, necesse non erat baptizari. Statim enim vnaquaque haeresis ut existerat, & a congregatione catholicae communionis exibat, non dico alio die, sed ipso die poterat irruentes in se aliquos baptizare. Et ideo si vetus haec erat consuetudo ut sic susciperentur, quod nec ipsi qui contra diserebant negare potuerunt, nulli paulo attentius aduertenti potest esse dubium, etiam eos sic esse susceptos, qui foris in haeribus baptizati sunt. Illud autem quid habeat rationis non video, ut nondum dicatur ouis errans, cui querenti salutem Christianam in haereticorum incidere error, & apud eos contingit baptizari, & ouis iam facta dicitur in ipsa intus catholica, qui seculo verbis solis & non factis renunciat, & in ea cordis falsitate baptismum accepit. Aut si & talis non sit ouis, nisi cum se ad deum veraci corde conuerterit, sicut iste non quado sit ouis baptizatur si iam baptizatus erat, sed ouis nondum erat: sic & ille qui venit ab haereticis ut ouis fiat, non tunc baptizandus est, si apud eos iam eodem baptismo baptizatus erat, quamuis adhuc ouis non erat. Quapropter cum omnes etiam intus mali, auari, inuidi, ebriosi, & contra disciplinam Christianam viuentes, merito dici possint & mendaces & tenebrosi & mortui & antichristi, nunquid tamen propterea non baptizant, quia nihil potest esse commune mendacio & veritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, antichristo & Christo? Non itaque de sola consuetudine, sed etiam de veritatis ratione praesumit, qui nullorum hominum peruersitate peruersum fieri dicit dei sacramentum, quod etiam in peruersis esse declaratur. Certe Ioannes Apostolus aperissime dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est utique

Ibidem.

Acto. 19.

Matth. 13.

Cap. XIII.

1. T. best. 2.

Roma. 11.

Eph. 3.

2. Timo. 2.

H

Galat. 5.

Acto. 19.

Cap. XV.

I

talibus virtutibus.

Intus mortui. Caput XVIII.

Roma. 6.

Deo & per malos suscipiebant. Et dicitur se veterem consuetudinem sequi. Cap. XIX.

1. Ioan. 2.

G adhuc. Et iterum, Qui odit fratrem suum, homicida est. *1. Ioan. 3.* Cur ergo intus tales baptizant, quos in maluola anima fuisse Cyprianus ipse commemorat? Quomodo aquam mundam & sanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem deus adest sacramentis & verbis suis per qualeslibet administratur, & sacramenta dei ubique recta sunt, & mali homines quibus nihil profunt, ubique peruersi sunt. Illud quale est ut ideo putetur hæreticus non habere baptismum, quia non habet Ecclesiam? Et utique cum baptizatur, etiam de sancta Ecclesia interrogatur. Quasi vero ille qui non factus intus, sed verbis seculo renunciat, non hoc in baptismo interrogetur. Sicut ergo huius falsæ responsio non efficit ut baptismus non sit quem percipit, sic & illius de Ecclesia sancta falsæ responsio, non efficit ut baptismus non sit quem percipit. Et sicut ille si postea quod fallaciter responderat veraciter impleat, non ei baptismus repetitur, sed vita corrigitur: sic & ille si postea veniat ad Ecclesiam, de qua interrogat? falsum responderat, quia eam se habere dum non haberet putabat, ipsa quam non habebat ei datur, non quod acceperat iteratur. Cur autem ad verba quæ procedunt ex ore homicidæ, possit tamen deus oleum sanctificare, & in altari quod hæretici posuerunt non possit, nescio, nisi forte cor hominis quæ fallaciter conuersum intus non impedit, lignum fallaciter positum impedit foris, quo minus sacramentis suis adesse dignetur, nullis hominum fallacibus impeditus. Si ergo ad hoc valet quod dictum est in Euangelio, *1. Ioan. 9.* Deus peccatorem non audit: ut per peccatorem sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam deprecantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur? Quæ omnia tamen & sunt & valent etiam per homicidas, id est, per eos qui oderunt fratres etiam in ipsa intus Ecclesia. Cui dare nemo possit quod non habet: quomodo dat homicida spiritum sanctum? Et tamen ipse intus etiam baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante, spiritum sanctum. Quod vero ait, Baptizandus & innouandus est qui ad Ecclesiam venit, ut intus per sanctos sanctificetur: quid faciet si & intus in non sanctos incurrerit? An forte sanctus est homicida? Et si propterea baptizatur in Ecclesia, ut hoc ipsum deponatur, quod homo ad deum veniens dum sacerdotem quarit, in sacrilegum fraude erroris incurrit: ubi postea depositus est, si forte in ipsa intus Ecclesia dum hominem dei quarit, in homicidam fraude erroris incurrit? Si non potest in homine aliquid inane esse & aliquid præualere, quare potest in homicida sacramentum sanctum esse, & cor sanctum non esse? Si quisquis spiritum sanctum dare non potest, nec baptizare potest, cur intus baptizat homicida? Aut quomodo spiritum sanctum habet homicida, cum omnis qui spiritum sanctum habet, illuminatus sit: qui autem odit fratrem, in tenebris sit usque adhuc? Si quia vnus est baptismus & vnus spiritus, ideo non possunt habere vnum baptismum, qui non habent vnum spiritum, cur intus innocens & homicida baptismum vnum habent, & eundem spiritum non habent? Ita ergo potest hæreticus & catholicus baptismum vnum habere, & vnam Ecclesiam non habere, sicut possunt in catholica innocens & homicida vnum habere baptismum, & vnum spiritum non habere: quia sicut vnum est baptismum, sic vnus est spiritus & vna Ecclesia. Ita fit ut hoc in quoque agnoscendum sit quod habet, hoc ei dandum quod non habet. Si nihil potest raturum & firmum esse apud deum quod illi faciunt

quos dominus hostes & aduersarios suos esse dicit, cur firmus est baptismus quem tradunt homicidæ? An hostes & aduersarios domini non dicimus homicidas? Qui autem odit fratrem suum, homicida est. Quomodo ergo baptizabant qui oderant Paulum seruum Christi Iesu, ac per hoc oderant & Iesum, qui & Saulo dixit ipse, Quid me persequeris? quando eius seruos persequeretur, & in fine ipse dicitur est, Cum vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Quamobrem omnes qui ex nobis exeunt, non sunt ex nobis, sed non omnes qui nobiscum sunt ex nobis sunt, sicut area cum trituratur, quicquid inde volat non est triticum, sed non quicquid ibi est, triticum est. Ideoque & Ioannes, Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Quapropter sacramentum gratiæ dat deus per malos: ipsam vero gratiam non nisi per seipsum vel per sanctos suos: ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait, Si cui dimiseritis, dimittentur: si cui tenueritis, tenebuntur. Baptismus vero quod est sacramentum remissionis peccatorum, quia nulli dubium est habere etiam homicidas posse, qui in tenebris sunt usque adhuc, quia de cordibus eorum fratrum odium non exclusum est, siue nulla eis peccata dimissa sint, si non in melius mutato corde baptizati sunt, siue continuo dimissa redierint, & per seipsum quia dei est, sanctum esse cognoscimus, & siue tradatur siue accipiatur a talibus, nulla eorum peruersitate violari siue intus siue foris. Proinde consentimus Cypriano, hæreticos remissionem dare non posse, baptismum autem dare posse, quod quidem illis & dantibus & accipientibus valeat ad perniciem, tanquam tanto munere dei male utentibus: sicut etiam maligni & inuidi, quos & intus esse testatur, remissionem peccatorum dare non possunt, cum eos baptismum dare posse omnes fateamur. Si enim de his qui in nos peccauerint dictum est, Si non dimiseritis peccata hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra: quanto magis fieri non potest ut eis peccata dimittantur, qui fratres a quibus diligenter oderunt, & in ipso odio baptizantur, quibus tamen postea correctis non rursus baptismus datur: sed ipsa venia quam tunc accipere non meruerunt, in vera conuersione præstatur. Ideoque etiam illa quæ ad Quintum scribit Cyprianus, & illa quæ cum collegis suis Liberali, Caldonio, Iunio, & cæteris ad Saturninum & Maximum & alios bene considerata, nullo modo præferenda sunt, aduersus totam Ecclesiam catholicam consensionem, cuius se illi membra esse gaudebant, & vnde se neque ipsi præciderunt, neque diuersa sentientes præcidi passi sunt, donec aliquando in domini voluntate per plenarium concilium, licet post multos annos, quid esset rectius eluceret, non aliqua nouitate instituta, sed antiquitate roborata. Ad Pompeium etiam scribit Cyprianus de hac eadem re, ubi aperte indicat Stephanum, quem Romanæ ecclesiæ Episcopum tunc fuisse didicimus, non solum sibi ad ista non consentisse, verum etiam contra scripsisse atque præcepisse: Qui utique Stephanus non propterea communicauit hæreticis, quia baptismum Christi quod in eorum peruersitate integrum mansisse cognouit, improbare non ausus est. Nam si non habent baptismum qui de deo praua sentiunt, hoc posse & intus accidere, iam satis, ut arbitror, disputatum est. Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt, sed consuetudo illa quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa

A multa quæ vniuersa tenet ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quanquam scripta non reperiantur. At enim scriptum est de hæreticis, quod a semetipsis damnati sunt. Quid ergo? Et illi non a semetipsis damnati sunt, de quibus dictum est, In quo enim alterum iudicas temetipsum cõdemnas? His autem dicit Apostolus, Qui prædicas non furandum furaris, & cætera. Et tales profecto erant illi, qui cum essent Episcopi, & cum ipso Cypriano in vnitatem catholicam constituti, fundos inuidiosos fraudibus rapiebant, prædicantes utique Apostoli verba dicentis, Neque rapaces regnum dei possidebunt. Quapropter ipsius etiam epistolæ quæ ad Pompeium scripta est, cæteras sententias ex eisdem regulis breuiter percurrere non morabor: Contra mandatum dei esse, quod venientes ab hæreticis si iam illic baptismum Christi acceperunt, baptizantur, quia scripturarum sanctarum testimoniis non solum ostenditur, sed plane ostenditur multos pseudochristianos, quæ vnus non habeant eandem charitatem cum sanctis, sine qua nihil profunt quæcunque sancta habere poterint, baptismum tamen communem habere cum sanctis. Quod iam satis atque vberime demonstratum est, ecclesiam & spiritum & baptismum dixit abinuicem non posse separari, & ideo qui ab Ecclesia separati sunt & ab spiritu sancto, etiam a baptismo vult intelligi separatos. Quod si ita est, cum quisque in ecclesia catholica baptismum acceperit, tandiu in eo manet quandiu in ecclesia & ipse manet: Si autem inde discesserit, discessit a baptismo, quod non ita est: Nam ideo redeunt non redduntur, quia cum discederet non amisit. Quemadmodum autem spiritum sanctum sicut habent filij dilecti, non habent filij maligni, & tamen baptismum habent: sic & ecclesiam sicut habent catholici, non habent hæretici, & tamen baptismum habent. Nam spiritus sanctus disciplina fugiet fictum, nec tamen cum effugiet baptismus. Itaque sicut potest baptismum esse, & vnde se auferit spiritus sanctus, ita potest esse baptismum ubi non est ecclesia. Manus autem impositio si non adhiberetur ab hæretici venienti, tanquam extra omnem culpam esse iudicaretur: propter charitatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem quæcunque alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur. Iam de templo dei & quomodo accipiendum sit, quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, satis discite me memini. Neque enim avari templum dei sunt cum scriptum sit, Quæ societas templo dei cum idolis? Et auariciam idololatriam esse, testimonium Pauli Cyprianus assumpsit. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramentum perceptionem, aliquando & usque ad vitam sanctificationem, atque illud primum & bonis & malis potest esse commune, hoc autem alterum proprium est bonorum & piorum. Quapropter si baptismum esse sine spiritu non potest, habent & spiritum hæretici, sed ad perniciem, non ad salutem, sicut habuit Saül. Nam per nomen Christi in spiritu sancto eiicitur damonia, quod & ille poterat qui erat extra ecclesiam, de quo discipuli domino suggererunt, sicut habent avari, qui tamen non sunt templum dei: Quoniam quæ societas templo dei cum idolis? Si autem non habent avari spiritum dei, & tamen habent baptismum, potest esse sine spiritu baptismum. Si propterea filios dei generare non potest hæresis per Christum, quia Christi sponsa non est, nec turba illa malorum intus constitutorum potest, quia & ipsa Christi sponsa non est. De-

signatur enim Christi sponsa sine macula & ruga: Ergo D aut non omnes baptizati filij sunt dei, aut potest & non sponsa generare filios dei. Sicut autem queritur, vtrum spiritualiter natus sit qui baptismum Christi apud hæreticos accepit, ita queri potest vtrum spiritualiter natus sit, qui baptismum Christi non ad deum veraci corde conuersus in catholica accepit, nec tamen ideo baptismum non accepit. Iam illa quæ in Stephanum iritatus effudit, retractare nolo, quia & non opus est. Eadẽ quippe ipsa dicitur quæ iam satis discussa sunt, & ea prætere melius est, quæ periculum perniciosæ dissensionis habuerunt: Stephanus autem & abstinendos putauerat, qui de suscipiendis hæreticis præscam consuetudinem cõuellerent conaretur: iste autem quæstionem ipsius difficultate permutus, & sanctis charitatis visceribus largissime præditus, in vnitatem cum eis manendum, qui diuersa sentirent: Ita quanuis commotus, sed tamen fraternè indignetur, vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur. Non autem hinc vberius exereuerunt hæreses & schismata, quia id quod in eis Christi est approbatur, quod autem ipsorum est improbatum. Magis enim qui hanc legem rebaptizandi tenuerunt, in plura frustra concisi sunt. Iam vero cum dicit Episcopus docibilem esse debere, & adiugit, Docibilis autem ille est qui est ad discendi patientiam lenis & mitis, oportet enim Episcopos non tantum docere, sed & discere, quia & ille melius docet qui quotidie crescit & proficit discendo meliora: his utique verbis satis indicat vir sanctus & pia charitate præditus, non esse metuendum sic eius epistolas legere, ut si quid postea pluribus & diuturnioribus inquisitionibus compertum ecclesiam confirmauit, non ambigamus quin sicut multa erant quæ doctus Cyprianus doceret, sic erat & aliquid quod Cyprianus docibilis disceret. Quod autem nos admonet, ut ad fontem recurramus, id est, ad Apostolicam traditionem, & inde canalem in nostra tempora dirigamus, optimum est, & sine dubitatione faciendum. Traditum est ergo nobis, sicut ipse commemorat, ab Apostolis, quod sit vnus deus & vnus Christus, & vna spes, & vna fides, & vna Ecclesia, & baptismum vnum. Cur ergo si Apostolorum temporibus inueniamus fuisse quosdam quibus vna spes non erat & vnum baptismum erat, non ex ipso fonte ita in nos ducitur veritas, ut appareat nobis sic fieri posse, ut cum sit vna ecclesia, sit spes vna, & baptismum vnum, habeant tamen vnum baptismum qui non habent vnam Ecclesiam, sicut illis etiam temporibus fieri potuit ut baptismum vnum haberent, qui vnam spem non haberent? Quomodo enim habebant vnam spem cum sanctis & iustis illi qui dicebant, Manducemus & bibamus, eras enim moriemur, dicentes, quod non esset resurrectio mortuorum: & tamen in ipsis erant quibus idem dicit Apostolus, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ad eos enim apertissime scribit, dicens, Quomodo quidam in vobis dicunt, quia resurrectio mortuorum non est? Et quod in Cantico Canticorum Ecclesia sic describitur, Hortus conclusus, foror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradusum cum fructu pomorum: hoc intelligere non audeo nisi in sanctis & iustis, non in avaris & fraudatoribus, & raptoribus, & sceneratoribus, & ebriosis, & inuidis, quos tamẽ cum iustis baptismum habuisse communem cum quibus communem non habebant utique charitatem, ex ipsius Cypriani literis sicut sæpe commemorauit,

1. Ioan. 3. Dissensio.

Cap. XX.

H

1. Ioan. 9.

De con. di. 4. cap. quo modo deus.

Cap. XXI. Cypria. in episto. 12.

I

1. Ioan. 2.

Tib.

1. Ioan. 3. Cyprianus. ad Pompeium. 1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Cap. XXI.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ephe. 4. 2. Retra. cap. 18.

Cap. XXV. Cyprianus ad Pompeium.

Ca. XXI. 2. Timo. 2.

Ephe. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ca. XXI. Cantic. 4.

G vberius discimus & docemus. Nam dicat mihi aliquis, quomodo irrepperint in hortum cōclusum & fontem signatum, quos seculo solis verbis & non factis renunciaffe Cyprianus, & tamen intus fuisse testatur? Si enim & ipsi ibi sunt, & ipsi sponsa Christi sunt, ita ne vero talis est illa sine macula & ruga, & illa speciosa columba tali membrorum parte teurpatur? An ista sunt spina, in quarum medio est illa sicut lilium, quod in eodem cāntico dicitur? In quantum ergo lilium, intantum & hortus conclusus & fons signatus, in illis videlicet iustis, qui in occulto ludari sunt circuncisione cordis. Omnis enim pulchritudo filia regum intrinsecus, in quibus est numerus certus sanctorum predestinatus ante mundi constitutionem. Illa vero multitudo spinarum, siue occultis siue apertis separationibus, forinsecus adiacet super numerum. Numerus ergo ille iustorum, qui secundum propositum vocati sunt, de quibus dictum est, Nouit dominus qui sunt eius: ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorum. Ex hoc numero quidam spiritaliter viuunt, & super eminentem viam charitatis ingrediuntur, & cum preoccupatum hominem in aliquo delicto instruunt in spiritu lenitatis, intendunt ne & ipsi tententur: & cum forte & ipsi preoccupantur, reprimuntur in eis aliquantulum non autem extinguuntur charitatis affectus: rursusque resurgens & inardescens, pristino cursui restituitur. Norunt enim dicere, Dormitauit anima mea præ radio, confirma me in verbis tuis. Cum autem aliquid aliter sapiunt, id quoque illis in charitatis flagrantia permanentibus, nec rumpentibus vinculum pacis, deus reuelabit. Quidam vero adhuc carnales & animales proeectus suos instanter exercent, & ut cibo spiritualium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur: ea quæ in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt, in dei timore deuitat, & ut minus minusque in rebus terrenis & temporalibus delectentur, vigilantissime satagunt: regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenent: & si quid ab ea deuiant, cito autoritate catholica corriguntur, quantum in eius verbis pro sensu carnali, variis adhuc phantasmatum concursibus fluctuant. Sunt etiam quidam ex eo numero qui adhuc nequiter viuunt, aut etiam in hæresibus, vel in gentiliū superstitionibus iaceant, & tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius. Nanque in illa ineffabili præsciencia dei, multi qui foris videtur intus sunt, & multi qui intus videtur foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui ut ita dicam, intrinsecus & in occulto intus sunt, constat ille hortus cōclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorum. Horum munera concessa diuinitus, partim sunt propria, sicut in hoc tempore insatigabilis charitas, & in futuro vita æterna: partim vero cum malis peruersisque communia, sicut omnia cætera in quibus sunt & sacrosancta mysteria. Hinc itaque iam facilius & expediri nobis arcæ illi, cuius Noë fabricator & gubernator extitit, consideratio proponitur. At enim Petrus, in arca Noë pauci, id est, octo animæ hominum saluæ factæ sunt per aquam, quod & vos simili forma baptisma saluos fecit, nō carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio. Quapropter sicut apparet homines in vnitatis catholica baptizati, qui seculo solis verbis non factis renunciant, quomodo pertinent ad huius arcæ mysterium in quibus non est conscientia bonæ interrogatio? Aut quomodo salui sunt

per aquam qui sancto baptismo male vtentes, cum videantur esse intus, vsque in finem vitæ in flagitiis & perditis moribus perseverant? Aut quomodo non sunt per aquam saluati, quos in pietate cum eo baptismo quod in hæresi acceperant, in Ecclesiam simpliciter admissos Cyprianus ipse commemorat? Eadem quippe arca vnitatis eos saluos fecit, in qua nemo nisi per aquam saluatus est. Ipse enim dicit, Potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admissi, in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesie suæ muneribus non separare. Si non per aquam, quomodo in arca? Si non in arca, quomodo in Ecclesia? Si autem in Ecclesia, vtique in arca: & si in arca, vtique per aquam. Potest ergo fieri vt quidam foris baptizati, per dei præscienciam verius intus baptizati deputentur: quia illic eis aqua incipit prodesse ad salutem: Neque enim aliter dici possunt salui facti in arca nisi per aquam. Et rursus quidam qui videbantur intus baptizati, per eandem præscienciam dei foris baptizati verius deputentur. Male quippe vtentes baptismo per aquam moriuntur, quod nulli tunc accidit, nisi qui præter arcam fuit. Certe manifestum est id quod dicitur in Ecclesia intus & foris, in corde non in corpore cogitandum, quandoquidem omnes qui corde sunt intus in arca vnitatis, per eandem aquam salui sunt, per aquam omnes qui corde sunt foris, siue etiam corpore foris sunt, siue non sint, tanquam vnitatis aduersarij moriuntur. Sicut ergo non alia, sed eadem aqua in arca posita saluos fecit, & extra arcam posita interemit, sic nō alio, sed eodē baptismo & boni catholici salui sunt, & mali heretici vel heretici pereunt. Quid autem beatissimus Cyprianus de catholica sentiat, & quomodo eius autoritate penitus obterantur heretici: quæquam multa dixerim, seorsum tamen si domino placuerit, aliquanto vberius atque manifestius dicere statui, cum prius de concilio eius dixerō quæ debent ad me putō, quod in dei voluntate sequenti volumine aggrediar.

Libri quinti finis.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
episcopi de baptismo contra Donatistas, Liber sextus.



DOTERAT iam fortasse sufficere quod toties repetitis rationibus & multipliciter disputando versatis atque tractatis, adiunctis etiam diuinarum scripturarum documentis, & ipsius Cypriani tot testimoniiis suffragantibus, iam etiam corde tardiores, quantum existimo intelligunt, baptismum Christi nulla peruersitate hominis siue dantis siue accipientis posse violari. Nec ob aliud illis temporibus quando ista questio contravilem consuetudinem dispositionibus salua charitate atque vnitatis altercantibus discutiatur, visum est quibusdam etiam egregijs viris antistitibus Christi, inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat, non esse posse apud hereticos vel schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguatur sacramentum ab effectu vel vsu sacramenti. Et quia eius effectus atque vsus in liberatione à peccatis & cordis reëctitudine apud hereticos nō inueniebatur, ipsum quoque sacramentum non illic esse putabatur: Sed

Sed cōuertentibus oculos ad interioris palcæ multitudinem, cū & hi qui in ipsa vnitatis peruersi sunt & perditæ viuunt, appareant remissionē peccatorum nec dare posse nec habere, quia non malignis sed bonis filiis dictum est, Si cui dimiseritis peccata dimittuntur ei: si cui tenueritis, tenebuntur habere tamē & dare & accipere baptismi sacramentum, satis eluxit pastoribus ecclesie catholice toto orbe diffusa, per quos postea plenarij concilij autoritate originalis cōsuetudo firmata est, & ouem quæ foris errabat, & dominicum characterē à fallacibus depredatoribus suis foris acceperat, venientem ad Christianæ vnitatis salutem, ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à vulnere sanari, characterem tamē dominicū in ea agnoscere potius quàm improbari: quandoquidem ipsum characterem multi & lupi & lupis insigunt, qui videntur quidem intus esse, veruntamen ad illam ouem, quæ etiam ex multis vna est non pertinere morum suorum fructibus cōiunguntur, in quibus in finem vsque perdurāt: Quia secundum præscienciam dei, sicut multæ oues errant exterius, sic multi lupi insidiantur interioribus: Inter quos tamen nouit dominus qui sunt eius, qui non audiunt vocem nisi pastoris, etiam cum clamat per similes Phariseorum, de quibus dictum est, Quæ dicunt, facite. Sicut enim homo spiritalis habens finem præcepti, id est, charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta potest aliquid ex corpore quod adhuc corrumpitur & aggrauat animam, minus liquide cernere & alter sapere quod in eadem charitate permanenti deus cum voluerit reuelabit: sic in homine carnali atque peruerso potest aliquid bonum & vtile reperiri, quod aliud sit, non ex ipso: Nam vt in palmitis fructuosos inuenitur aliquid quod purgandum sit, vt maiorem fructum ferat, ita & in arundine sterili atque arida vel alligata solet vna pedere. Et ideo sicut stultum est fructiferi palmitis purgamenta diligere, commode autem facit qui poma sua vbiunque suspensa non respuit, ita quisquis ab vnitatis præcisus propterea rebaptizat, quia Cypriano visum est ab hereticis venientes denuo baptizari oportere, laudanda in tanto viro auersatur, & emendanda sectatur, nec ea ipsa quæ sectatur esse quitur. Ille enim dū zelo dei grauiter detestatur eos qui se ab vnitatis separauerunt, etiā ab ipso baptismo separatos esse arbitratus est: isti autem parum sceleris putantes, quod ipsi à Christi vnitatis separati sunt, etiam baptismum eius illic non esse & secum exiisse cōtendunt. Tam ergo longe sunt à fœcūditate Cypriani, vt nec purgamentis eius aquentur. Item quisquis non habens charitatem, & perditas vias morum ingrediens pessimorum, intus videtur esse cum foris sit, & baptismum Christi nec in hereticis repetit, nihil eius adiuuat sterilitatem quod non fecundatur suo, sed fructu oneratur alieno. Fieri autem potest vt aliquis vigeat in radice charitatis, & in quo Cyprianus aliter sapit recte sapiat, & tamē in Cypriano quàm in isto plura fecunda sint, & in isto quàm in Cypriano plura purganda sint. Non solum itaque malos catholicos nullo modo comparamus, sed nec bonos facile coarquamus beato Cypriano, quem inter raros & paucos excellentissimæ gratiæ viros numerat pia mater Ecclesia, quantum isti & apud hereticos cognoscant baptismum Christi, illi autem aliter visum sit, vt per eum minus aliquid videntem, & in vnitatis firmissime permanentem, manifestius demonstraretur hereticis, quàm sacrilego scelere rumpere vinculum pacis. Neque enim Pharisei cæci, quantum dicentes ali-

quando quod fieri debeat, comparandi erāt Apostolo Petro, quantum dicenti aliquando quod fieri nō debeat. Nō solum autem istorum ariditas illius viriditati conferenda non est, sed nec aliorum fructus illius vberitati adæquandus est. Gentes enim nemo iudaizare nūc cōgit, nec ideo tamen quisquam nunc in Ecclesia quantumlibet profecerit, Petri apostolatus conferendus est. Quapropter reddens debitam reuerentiam, dignumque honorem quantum valeo persolvens pacifico Episcopo & glorioso Martyri Cypriano, audeo tamen dicere eum aliter sensisse de schismaticis vel hereticis baptizandis, quàm postea veritas prodidit, non ex mea, sed ex vniuersæ ecclesie sententiā, plenarij concilij autoritate roborata atque firmata: sicut venerās pro sui merito Petrum primum Apostolorum & eminentissimum martyrem, audeo tamen dicere, non eum recte fecisse vt gētes iudaizare cogeret. etiam hoc enim dico, non ex mea, sed ex Apostoli Pauli salutaris doctrina, per Ecclesiam vniuersam retenta atque seruata. Disputans ergo de sententiā Cypriani, multū infra merita positus Cypriani, dico sacramentum baptismi & bonos & malos posse habere, posse dare, posse accipere, & bonos quidem vtiliter ac salubriter, malos autem perniciose ac pœnaliter, cum illud tamen in vtrisque sit equaliter integrum, atque nihil interesse ad eius æqualem in omnibus integritatem, quanto peior id habeat inter malos, sicut nihil interest quanto melior id habeat inter bonos. Ac per hoc etiam nihil interest quanto peior det, sicut nihil interest quanto meliori det: Atque ita nihil aliud interest quāto peior id accipiat, sicut nihil interest quanto melior accipiat. Illud autem per se ipsum & in eis qui non æqualiter iniqui sunt, æqualiter sanctum est. Habere autem baptismum, & tradere & accipere malos nequaquam in melius commutatos, & de scripturis canonicis & de ipsius Cypriani literis satis, vt arbitror, demonstraui, quos non pertinere ad sanctam ecclesiam dei, quantumuis intus esse videantur, ex hoc apertissime apparet, quia isti sunt auari, raptores, feneratores, inuidi, malevoli, & cætera huiusmodi: Illa autem columba vnicā, pudica & casta, sponsa sine macula & ruga, hortus cōclusus, fons signatus, paradisus cum fructu pomorum, & cætera quæ de illa similiter dicta sunt, quod non intelligitur nisi in bonis & sanctis & iustis, id est, non tantum secundum operationes numerum dei bonis malisque communes, sed etiam secundum intimam & super eminentem spiritus sancti gratiam habentibus, quibus dominus dicit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: & si cui tenueritis, tenebuntur. Ac per hoc nihil idoneum dici, cur non possit malus etiam tradere baptismum, qui potest habere, & sicut perniciose habet, ita etiam perniciose tradit, sed quia tali tradit. Nam cum malus tradit bono, id est, in vnitatis vinculo, veraci conuersione mutato, inter bonum sacramentum quod traditur, & bonum fidelem cui traditur, tradentis malitia superatur: Et cum illi veraciter ad deum conuersio peccata dimittuntur, quomodo ab eis dimittuntur, quibus ipsa veraci conuersione coniungitur: Idem quippe spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coherentibus, siue se nouerint corporaliter siue nō nouerint: Similiter cum alicuius peccata tenentur, ab eis vtique tenentur, a quibus se ille cui tenentur, vita dissimilitudine & prauitate cordis a se ille quo tenentur, siue illum corporaliter no- uerint, siue non nouerint. Quapropter omnes

G mali spiritualiter à bonis se iuncti sunt: si autem etiam corporaliter aperta dissensione separerentur, peiores sunt. Sed ut dictum est, nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat, & quanto peiori tradat: potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed perniciosè tradere, ille autem cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipit, sicut plerisque accidit ut catholico animo, & corde ab unitate pacis non alienato, aliqua necessitate mortis ingruentis, in aliquem hæreticum irruerent, & ab eo Christi baptismum sine illius peruersitate perciperent, & siue defuncti siue liberati nequaquam apud eos remanerent, ad quos nunquam corde transferant. Si autem etiam & ipse separatus acceperit, tanto perniciosius accipit, quāto maius bonū est quod non bene accipit: & tanto magis valet ad exitium separato, quanto magis posset ad salutem valere cōiuncto. Et ideo si ab illa peruersitate correctus & à separatione conuersus venerit ad catholicā pacem, sub eodem baptismo quod acceperat, eius peccata dimittuntur propter vinculum charitatis, sub quo baptismo peccata ei tenebatur propter sacrilegium diuisionis, quia illud &

H in homine iusto & in homine iniusto semper sanctum est, quod neque & quiete alicuius augetur, neque alicuius iniquitate minuitur. Quæ cum ita sint, quid huic perspicua veritati obfuit, quod multi coepiscopi Cypriano in illam sententiam consenserunt, suasque in idem conuenientes proprias protulerunt, nisi ut magis magisque illius viri erga unitatem Christi charitas innotesceret. Si enim solus ista sentiens nullo consentiente remaneret, videretur propterea refriguisse ab scelere schismatis, quia socios non inueniebat erroris. Tā multis autē sibi cōsentientibus quod eū ceteris diuersa sententibus in unitate permansit, catholicæ vniuersitatis sanctissimum vinculum, non timore solitudinis, sed pacis amore seruauit. Quapropter posset quidem iam videri superfluum ceterorum etiam illius concilij Episcoporum singulas retractare sententias. Sed quoniam corde tardiores non putantes esse responsum, si alicui loco cuiusque sermonis non ibi sed alibi responderetur, quod illuc etiam possit adhiberi, melius multum

I legendo atteruntur ut acuuntur, quā parum intelligendo conqueruntur ut redarguantur. Primum ergo ipsius Cypriani consultationem, qua indicatur anima pacifica & exundans vberè charitatis, vnde concilium ipsum incipit, iterum cōsiderandam commemoremus. Audistis, inquit, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostrā de illicito & prophano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim, cōsens scilicet quod semel atque iterum & sæpe censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lecte sunt vobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione ad epistolam nostram referens, non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus, Neminem iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Neque enim quisquā nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequiū necessitatē collegas suos adigit, quum habeat omnis Episcopus pro licetia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, quum nec ipse potest alterum iudicare: sed expectemus vniuersi iudicium domini nostri

Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem & praeponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi. Iam satis quantum arbitror non solum ad Epistolam quam Iubaiano scripsit, sed etiam ad illam quā ad Quintum dedit, & ad illam quam cum quibusdam collegis ad quosdam collegas, & ad illam quam ad Pompeium quantum potuimus pro vniuersitate catholica cōsensionis atque concilij, in cuius unitate isti tanquam pia membra manserunt, libris superioribus disputauimus. Quapropter iam vnum opportunitum videtur, quid etiam ceteri singillatim consulerint considerare ea libertate quam nobis etiam ipse non abrogauit, dicēs, Neminem iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Quod eum non puto propterea dixisse ut cogitationes tacitas collegarum, tanquā de abdito erutas tali securitate captaret, sed quod reuera pacem unitatēque diligeret, ex aliis similibus videre facillimum est, vbi ad singulos scribit sicut ad ipsum Iubaianum. Hæc tibi, inquit, breuissime pro nostra mediocritate rescriptissimum frater charissime, nemini præscribēs aut præiudicantes quo minus vnusquisque Episcoporum quod putat faciat, habens arbitrij sui liberā potestatem. Et ne quisquam si hac eadē libera potestate diuersa sentiret, pellendus à ceterorum cōsortio videretur, sequitur & dicit, Nos quantum in nobis est propter hæreticos cum collegis & coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam & dominicam pacem tenemus. Et paulo post, Seruetur, inquit, à nobis patienter & leniter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, concordia sacerdotij. Sic & in epistola quam scripsit ad Magnum, cum de baptismo tinctorum & perfusorum quaereretur vtrum aliquid interesset: Qua in parte, inquit, nemini vercundia & modestia vestra præiudicat, quo minus vnusquisque quod putauerit sentiat, & quod senserit faciat. Quibus eius sermonibus satis apparet illo tempore ab eis ista esse tractata, quo nondū declarata sine ambagine hauriebatur, sed adhuc clausa magno molimine querebantur. Nos ergo iam de baptismi simplicitate vbi que agnoscenda consuetudinem vniuersæ Ecclesiæ, etiam conciliis vniuersalibus roboratam tenentes, accepta quoque ex verbis Cypriani maiore fiducia, per quæ mihi etiam tunc liceret saluo iure cōmunionis diuersa sentire, unitate quidem pralata atque laudata, qualem beatus Cyprianus & eius collega qui cum eo concilium illud fecerunt, cum diuersa sententibus tenuerunt, hæreticorum & schismaticorum seditiosas calumnias proturbantes atque euertentes in nomine domini nostri Iesu Christi, qui per Apostolum suum loquens, ait, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in vinculo pacis: per quem etiam ait, Si quid aliter sapitis, id quoque vobis deus reuelabit: sanctorum Episcoporum sententias, saluo cum eis vinculo unitatis & pacis, in quo retinendo eos quātum ipse dominus adiuvat imitamur, considerandas & pertractandas aggredimur.

Cecilius à Bilita dixit, Ego vnum baptismum in Ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hoc erit vnum vbi spes vera est & fides certa. Sic enim scriptum est, Vna fides, vna spes, vnum baptisma: non apud hæreticos vbi spes nulla est & fides falsa, vbi omnia per mendacium aguntur, vbi exorcizat demoniacus, sacramentum interrogat cuius os & verba cæcer emittunt, fide dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit antichristus, benedicit à deo maledictus

A maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impudicus, deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiā facere, aut qui illis assunt, dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Ecclesia consentire, & sine baptismo & venia delictorū communicare compellitur. Quam rem fratres fugere ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare, & vnum baptismum tenere, quod soli Ecclesiæ à deo cōcessum est. Ad hæc respōdeo, quoniam talis est quisquis etiam intus confitetur se deum nosse, factis autem negat, quales sunt auari & inuidi, & qui propter fraternū odium, non meo sed sancti Ioannis Apostoli testimonio dicuntur homicidæ: & spem non habent, quia malam conscientiam gerunt: & perfidi sunt, quia non id agunt quod deo vouerunt: & mēdaces, quia falsa profitentur: & demoniaci, quia diabolo & angelis eius in suo corde locum præbēt, & verba eorum putredinem operantur, cum corrumpunt bonos mores per colloquia mala: & infideles sunt, quia quod deus talibus minatur, irident: & scelerati, quia nefarie viuunt: & antichristi, quia mores eorum Christo aduersantur: & à deo maledicti, quia vbi que tales sancta scriptura execratur: & mortui, quia carent vita iustitiæ: & impacati, quia cōtrariis factis cum dei sermone confligunt: & blasphemus, quia pereorum perditos actus nomini Christiano derogatur: & profani, quia ab illo dei sanctuario spiritualiter interiore seclusi sunt: & sacrilegi, qui in seipsis templum dei male viuendo corrumpunt: & antistes diaboli, quia fraudi & auaritiæ quæ est idololatria seruiunt. Tales autē nonnullos, imò plurimos, & Apostolus Paulus & Episcopus Cyprianus etiam intus esse testantur. Cur ergo isti baptizant? Cur etiam quidam qui seculo verbis & non factis renunciant, ab huiusmodi moribus non mutati baptizantur, & quādo mutantur non rebaptizantur? Iam vero quod indignatur & dicit, Ecce ad qualia Ecclesia cogitur consentire, & sine baptismo & venia delictorum communicare compellitur: nisi essent ceteri Episcopi qui alios ad ista compellerent, non vti que diceret. Vnde etiam ostenditur illos tunc veriora sensisse, qui non recesserunt à pristina consuetudine, quæ postea cōcilij vniuersitate firmata est. Quid est autem quod adiungit & dicit, Quam rem fratres fugere ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare? Si enim hoc ita dicit, ut ista non faciat nec approbet, alia res est: Si autem ut diuersa sentientes damnet & segreget, prioribus resistit verbis Cypriani, quibus ait, Neminem iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes.

Primus Felix à Migirpa dixit, Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, quum non sit baptisma nisi in Ecclesia vnum & verum, quia & dominus vnus & fides vna est, in qua stat vnum baptisma & sanctitas, & cætera. Nam quæ foris exerceatur, nullum habent salutis effectum. Ad ea quæ Felix à Migirpa dixit, hæc dicimus, Si non esset baptisma vnum & verum nisi in Ecclesia, non vti que esset in eis qui ab unitate discedunt. Est autem in eis, nam id non recipiunt redeunt, non ob aliud nisi quia non amiserant redeunt. Quod autem ait, nam quæ foris exerceatur, nullum habent salutis effectum: consentio, & omnino verum esse credo. Aliud est enim non ibi esse, aliud nullum habere salutis effectum. Venientibus enim ad Tomus septimus.

tholicam pacem, prodesse incipiunt quæ foris inerant, sed foris non proderant. Polycarpo autem Hadrumetino, quoniam dixit, Qui hæreticorum baptismum probant, nostrum euacuant, Respondemus, Si hæreticorum est baptismus qui per hæreticos datur, avaro- & homicidarū est qui intus à talibus datur. Si autem hoc istorum non est, nec illud illorum est, ac per hoc apud quoscunque sit, Christi est. Nouatus à Thamugade dixit, Licet sciamus omnem scripturam testimoniū reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere. Hæreticos & schismaticos ad Ecclesiam venientes qui pseudobaptizari videntur, debere eos in fonte perenni baptizare. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum virorum, omnes schismaticos & hæreticos qui ad Ecclesiam conuersi sunt baptizari, sed & quicunque ordinati videntur, inter laicos recipi. Nouatus à Thamugade quid fecerit dixit, non autem aliquid attulit vnde se ostenderet facere debuisse quod fecit. Nominauit autem testimonium scripturarum & decretum collegarum, sed non inde aliquid protulit quod considerare possemus. E

Nemesianus à Tubunis dixit, Baptisma quod dant hæretici & schismatici non esse verum, vbi que in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt, & falsi Propheta, dicente domino per Salomonem, Qui fidens est in falsis, hic pacis ventos, idem autem ipse sequitur aues volātes. Derelinquit autem vias vineæ suæ, & à semitis agri sui errauit. Ingreditur autem per aua loca atque arida, & terram destinat à messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iterum, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longum viuas tempus, adiciantur etiam tibi anni vitæ. Et in Euāgelio sua voce dominus noster Iesus Christus locutus est, dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quod per manus impositionem spiritum sanctum accipiant, & sic recipiatur, quum manifestum sit vtroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filij dei esse, dicente Apostolo, Curantes seruare unitatem spiritus in cōiunctione pacis, vnum corpus & vnus spiritus, si deo natus estis in vna spe vocationis vestræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Et hæc omnia Ecclesia catholica loquitur. & iterum in Euāgelio dicit, Quod natum est de carne, caro est: & quod natū est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus deus est, & de deo natus est. Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quæcunque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo, Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, incestus, idololatriæ, veneficia, inimicitia, certamina, zelus, ira, diuisiones, hereses, & his similia, de quibus prædixi vobis sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt, regnum dei non hæreditabūt. Condemnat eque Apostolus cum omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptismum salutare in ecclesia catholica quæ vna est, salui esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio domini damnabuntur. Nemesianus autem à Tubunis multa posuit testimonia scripturarum, sed pro sententia catholica quam declarandam & commendādam suscepimus, multa locutus

ad his ad
Executi a
Et a cōcilij.
Caput VI.
Verba Cypriani in
cōcilio Carthaginensi.

Capit. X.
I alias, b. e.
reticis con-
municant.
Angust.
Capit. XI.
Angust.
Exponit
quid sit ve-
nastic ex a-
qua & spi-
ritu sancto.
Cap. XII.
Ioan. 3.
Eph. 4.
Ioan. 3.
Galat. 5.
Angust.

G est: Nisi forte putandum est quia non fident in falsis qui fident in spe rerum temporalium, sicut omnes auari atque rapaces, & qui seculo non factis sed verbis renunciant, quales tamen iustus & baptizare & baptizari etiam Cyprianus est testis. Ipsi sequuntur etiam aues volantes, quia non apprehendunt quae concupiscunt. Deserit autem vias vineae suae, & a semita agelli sui errat & ingreditur per aua loca atque arida & terram destinatum siti. Consequitur autem manibus infructuosa, non haereticus tantum, sed omnis qui male vivit, quia omnis iniustitia infructuosa est, & omnis iniquitas infructuosa. Qui vero aquam alienam de fonte extraneo bibunt, non haeretici tantum sunt, sed omnes qui non vivunt secundum ea quae docet deus, & vivunt secundum ea quae docet diabolus. Nam si de baptismo diceret, non diceret, ne de fonte extraneo biberis: sed, de fonte extraneo non te ablueris. Iam vero quod dominus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei, quid eum adiuvat ad id quod putat, omnino non video. Aliud est enim, omnis qui intrabit in regnum caelorum, prius nascitur ex aqua & spiritu, quia nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum caelorum: quod dominus dixit & verum est. Aliud autem, omnis qui nascitur ex aqua & spiritu, intrabit in regnum caelorum: quod utique falsum est. Nam & Simon ille Magus natus erat ex aqua & spiritu, & tamen non intravit in regnum caelorum. Sic fieri potest ut haereticis etiam contingat. Aut si non nascitur ex spiritu nisi qui veraci conversione mutatur, omnes qui seculo verbis & non factis renunciant, non utique de spiritu, sed ex aqua sola nascuntur, qui tamen & intus teste Cypriano sunt. Necessesse est enim ut vnum de duobus concedatur, aut illi qui fallaciter seculo renunciant, nascuntur de spiritu, quantum ad perniciem, non ad salutem, atque ita possunt & haeretici: aut si illud quod scriptum est, Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet seculum, etiam ad hoc valet ut fallaciter seculo renunciantes, non nascantur de spiritu, potest quis baptizari aqua, & non nasci de spiritu. Et frustra Nemesianus ait, Neque spiritus sine aqua operari potest, nec aqua sine spiritu. Iam vero & alibi saepe dictum est, quomodo fieri possit, ut habeant communiter vnum baptismum, qui Ecclesiam non habent vnam, sicut fieri potest in ipsa intus Ecclesia, ut non habeant vnum spiritum sancti per iustitiam, & immundi per auaritia, & tamen habeant vnum baptismum. Sic enim dictum est, vnum corpus, id est Ecclesia, sicut vnum spiritus & vnum baptismum. Iam cetera quae dixit, nostra potius assertioni suffragantur. Posuit enim ex Evangelio testimonium, Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quia deus spiritus est, & ex deo natus est, & intulit, Ergo omnes haeretici & schismatici, omnia quaecumque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo, Manifesta sunt enim opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditia, & cetera quae ibi dicit Apostolus, ubi & haereses commemoravit, iste executus est, quoniam quicumque haec faciunt, regnum dei non haereditabunt. Deinde adiecit & dixit: Condemnat itaque Apostolus cum omnibus malis & qui divisionem faciunt, hoc est, schismaticos & haereticos. Bene quidem enumeras opera carnis, inter quae & haereses sunt, inuenit & dixit simul omnia damnantem Apostolum. Interroget ergo ipse sanctum Cyprianum, & audiat ab eo quam multi etiam intus secundum opera mala carnis vivunt, quae cum haesibus dantur Apostolus, & tamen baptizant & baptizan-

tur. Cur ergo soli haeretici dicuntur baptismum habere & non posse, quem habent socii damnationis ipsorum? Ianuarius a Lambese dixit, Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno omnes haereticos baptizandos, & sic in Ecclesiam sanctam admittendos. Huic respondetur, secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decrevit concilium catholicum orbis terrarum etiam in haereticis inuentum Christi baptismum non esse improbandum. Si autem poneret testimonia scripturarum: aut contra nos non esse, aut etiam pro nobis esse demonstrarem, sicut ecce qui cum sequitur. Lucius a Castragalba dixit, Cum dominus in Evangelio suo dixerit, Vos estis sal terrae. Si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi ut proiciatur foras, & conculetur ab hominibus: & iterum post resurrectionem suam mittens Apostolos suos mandauerit, dicens, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: ite ergo & docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quum ergo manifestum sit haereticos, id est, hostes, non integram sacramenti confessionem habere: Item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, quum ipsi ab Ecclesia, quae vna est, recedendo infatuati contrarij facti sint: fiat sicut scriptum est, Domus contrariorum legis debent emundationem: & consequens sit eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt, primo purgari, & tum demum baptizari. Lucius a Castragalba ex Evangelio posuit testimonium, dicente domino, Vos estis sal terrae, si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo ad nihil valebit, nisi ut proiciatur foras & conculetur ab hominibus: quasi nos dicamus homines ipsos foras proiectos aliquid valere vel ad suam vel ad aliorum salutem. Sed & qui tales videntur intus: non solum spiritaliter foris sunt, sed etiam corporaliter in fine separabuntur: Omnes enim tales ad nihil valent, nec ideo tamen sacramentum baptismatis quod in eis est nihil est: Nam & in ipsis qui proiciuntur foras, si respiciant & redeant, salus eis quae recesserat redit, baptismum vero quia non recesserat non redit. Et illud quod ait dominus, Ite ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non permittit baptizare nisi bonos, quia malis non diceret, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur. Quomodo ergo intus baptizant mali, qui dimittere peccata non possunt? Quomodo etiam baptizant malos non mutatos, quorum peccata adhuc super eos sunt, sicut Ioannes dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc. Si autem tunc dimittuntur, cum se bonis & iustis per charitatis vinculum coniunxerint per quos in Ecclesia peccata dimittuntur, quantum ad malis baptizati sunt, intima charitate coniungunt, sic & illis qui forinsecus veniunt, & ad eadem compagine corporis Christi interno vinculo pacis accedunt, baptismus tamen Christi in vtrisque agnoscendus, & in nullis improbandus est, siue antequam conuertantur, quantum eis nihil prodest, siue cum conuertuntur ut prodest. Cum ipsi ab Ecclesia quae vna est, inquit, recedendo infatuati contrarij facti sunt, fiat sicut scriptum est, Domus contrariorum legis debent emundationem: consequens est, inquit, eos qui a contrariis baptizati, inquinati sunt, primo purgari, & tunc demum baptizari. Quid ergo raptores & homicidae non sunt contrarij legis dicentis, Non occides, non furaberis? Debent ergo emundationem: quis hoc negauerit? Et tamen non solum quicumque a talibus vitiis baptizantur, sed etiam qui tales non mutati baptizantur

A baptizantur, quantum adhuc purgationem debeant ut mutentur, non tamen amplius cum mutati fuerint baptizantur. Tanta vis est in sacramento simplicis baptismi, ut cum fateatur aliquem baptismum, & adhuc male viventem debere mundari, vetemus tamen ulterius baptizari. Crescens a Circa dixit, In tanto coetu sanctissimorum sacerdotum lectis literis Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum, itemque ad Stephanum, quae tantum in se sanctissimorum ex scripturis deificis testimoniorum continent, vt merito omnes per dei gratiam adunati consentire debeamus, cenfeo ego omnes haereticos siue schismaticos, qui ad catholicam Ecclesiam venire voluerint, non ante ingredi nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sane qui in Ecclesia catholica fuerant ante baptizati, ita tamen vt per manus impositionem in poenitentiam Ecclesiae reconciliantur. Respondetur, Hic admonemur iterum quaerere, cur dixerit exceptis his sane qui in Ecclesia catholica fuerant ante baptizati? An quia non amiserant quod intus acceperant: ergo quod habere foris poterant, cur non & tradere poterant? An illicite foris traditur? Sed neque licite foris habetur, & tamen habetur: Sic illicite foris datur, sed tamen datur. Quod autem praestatur redeunti qui intus acceperat, hoc praestatur venienti, qui foris acceperat: id est, vt licite intus habeat, quod illicite foris habebat. Sed aliquis forsitan quaerat, quid de hac re habeat beati Cypriani epistola ad Stephanum, cuius in hac sententia commemoratio facta est, cum in exordio concilij non sit commemorata: credo quia non sit putatum necessarium. Nam & ipsam in isto coetu confacerdotum lectam esse dixit, quod factum omnino non dubito, quantum arbitrator, vt fieri solet, quo possent iam congregati Episcopi etiam de illa causa simul aliquid cognoscere, quae in illa epistola continetur. Nam prorsus ad quaestionem praesentem non pertinet, & magis miror cur eam iste commemorare voluerit, quam cur in exordio concilij commemoratio eius praetermissa sit. Quod si quisquam arbitrat me aliquid noluisse in medium proferre, quod in ea positum est praesenti causa necessarium, legat eam & sciat verum esse quod dico: Aut si aliud inuenit redarguat. Prorsus enim illa epistola de baptismo apud haereticos vel schismaticos dato, vnde nunc agimus nihil habet. Nicomedes a Segermis dixit, Mea sententia haec est, vt haeretici ad Ecclesiam venientes baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur. Cui respondetur, Vniuersae ecclesiae catholicae sententia haec est, vt haeretici quantum in haeresi iam Christi baptismum baptizati ad ecclesiam venientes, non baptizentur. Si enim nulla est apud haereticos remissio peccatorum, nec intus peccatores peccata dimittunt, & tamen ab eis baptizati non rebaptizantur. Monnalus a Girba dixit, ecclesiae catholicae matris nostrae veritas apud nos fratres semper mansit & manet, vel maxime in baptismi trinitate, domino nostro dicente, Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cu ergo manifeste, inquit, sciamus haereticos nec habere patrem, nec filium, nec spiritum sanctum, debent venientes ad Ecclesiam matrem nostram vere renasci & baptizari, vt caner quod habebat & damnationis ira & erroris offocatum per sanctum & caeleste lauacrum sanctificetur. Huic respondemus, patrem & filium & spiritum sanctum in sacramento duntaxat habere omnes qui baptismum verbis Evangelicis consecrato baptizantur. Tomus septimus.

tur, in corde autem & in vita nec illos habere, qui intus perditae & execrabili ter viuunt. Secundinus a Caesariensis dixit, Cum dominus noster Iesus dicat, Qui mecum non est, aduersum me est: & Ioannes Apostolus eos qui ab ecclesia exeunt, antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt: & ideo cenfeo eos qui de haereticorum insidiis confugiunt ad ecclesiam, baptizandos esse a nobis, qui amici appellati sumus de eius dignatione. Cui respondetur, Christi aduersarios omnes esse, quibus dicentibus, Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus, & alia quae ibi dicuntur, in fine dicturus est, Non noui vos, discedite a me omnes operarij iniquitatis: quae tota palea si usque in finem in malitia perseverauerit, siue ante ventilationem eius aliquid foras volet, siue intus esse videatur, igni destinata est. Si ergo propterea baptizandi sunt ad ecclesiam venientes haeretici vt ab amicis dei baptizentur, nunquid illi auari, raptores, homicidae, amici dei sunt, aut quos baptizauerint denuo baptizandi sunt? Felix a Bagai dixit, Sicut caecus caecum ducens ambo in foueam cadunt, ita haereticus haereticum baptizans simul in mortem cadunt. Hoc verum est, sed non propterea verum est quod adiungit, Et ideo, inquit, haereticus baptizandus est & viuificandus, ne nos viuui mortuis communicemus. Nonne mortui erant qui dicebant, Mauducemus & bibamus, cras enim moriemur? Non enim credebant resurrectionem mortuorum. Qui ergo istorum colloquiis malis corrumpebantur & eos sequebantur, nonne pariter cum eis in foueam cadebant? Et in eis tamen erant isti quibus scribebat Apostolus iam baptizati, nec tamen ideo si corrigentur denuo baptizarentur. Nonne idem Apostolus ait, Sapere secundum carnem mors est: Et utique secundum carnem sapiebant auari, fraudatores, raptores, inter quos gemebat ipse Cyprianus. Quid ergo illi in vnitatem venienti oberat mortui? Aut quis dicat baptismum Christi quod tales haberent vel darent, eorum iniquitatibus fuisse violatum? Pollianus a Mileui dixit, Iustum est haereticum in ecclesia Christi baptizari. Respondetur, Nihil quidem breuius dici potuit. Sed puto & hoc breue est, iustum est baptismum Christi non exufflari in ecclesia Christi. Theogenes ab Hippone Regio dixit, Secundum sacramentum gratiae caelestis quod accepimus, vnum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus. Respondetur, Potest & mea esse sententia. Sic enim librata est, vt nihil habeat contra veritatem: Nam & nos vnum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus. Si autem dixisset, quod est in sola ecclesia sancta credimus: respondendum erat sicut ceteris. Nunc vero quia sic dictum est, vnum baptismum, quod est in ecclesia sancta credimus: vt esse quidem in ecclesia sancta diceretur, sed & alibi esse non negaretur, quod libet ille senserit contra haec verba disputare non oportet. Si enim de me singula quaerentur, vtrum esset vnum baptismum: responderem vnum esse. Deinde si interrogar, vtrum hoc esset in ecclesia sancta: responderem hoc esse. Tertio si quaeretur, vtrum hoc baptismum crederem, responderem ita me credere: ac per hoc vnum baptismum quod est in Ecclesia sancta me credere responderem. Si autem quaeretur, vtrum in sola sancta esset Ecclesia, & apud haereticos vel schismaticos non esset: non me ita credere cum tota Ecclesia responderem. Sed quia hoc ille in sententia sua non posuit, puto esse improbum vt ego illi addam verba contra quae disputem, quae ibi non

Joan. 3.

Acto. 8.

Sapient. 1.

Ephes. 4.

Joan. 3.

Galat. 5.

G nobiscum de iniquis dicerent, hoc sibi de hæreticis dicant: & ideo quod sequitur, ita potius erat dicendum, Censeo itaque stribiles & tabidos hæreticos non baptizandos esse cum ad ecclesiam venire cœperint si habent baptismum Christi, sed à sua perversitate corrigendos. Nam etiam de iniquis dici potest, quorum portio sunt hæretici, Censeo itaque stribiles & tabidos iniquos, si iam baptizati sunt, non baptizandos esse cum ad Ecclesiam, id est ad illam petram extra quam sunt omnes qui audiunt verba Christi & non faciunt, venire cœperint, sed sacra & diuina lauatione iam lotos, tunc autem & lumine vitæ illuminatos, non hostes sed pacificos, nam iniqui non habent pacem: non alienos, sed fidei domini domesticos, nam iniquis dictum est, Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Non adulterinos sed dei filios, nam iniqui sunt filij diaboli: non erroris sed salutis effectos, nam non saluat iniquitas: in ecclesiam recipi, id est, in illam petram, in illam columbam, in illum hortum cœclulum & fontem signatum, qui non nisi in tritico, non autem in paleis agnoscitur, siue longe à venio separatur, siue vsque ad ultimam ventilationem frumento commixti videantur. Frustra ergo Casius addidit, Absq; his qui in Ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierant. Si enim & ipsi ab Ecclesia recedendo baptismum amiserant, etiam ipsis reddatur: si autem non amiserant, quod per eos datum est agnoscatur. Alius Ianuarius à vico Cæsaris dixit, Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori: & ideo nos ecclesia alsissimus in qua prætidemus, vt baptismum eius ipsi soli vendicantes, eos quos ecclesia non baptizauit, baptizemus. Respondetur, Quos ecclesia baptizat, vtique petra illa baptizat, extra quam sunt omnes qui audiunt verba Christi & non faciunt. Baptizentur ergo quicunque à talibus baptizati sunt. Quod si non fit, sicut in istis, ita in hæreticis baptismus Christi, eorum iniquitate & perversitate damnata siue correcta, agnoscendus & approbandus est. Alius Secundinus à Carpis dixit, Hæretici Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in ecclesia dei non sunt? Si Christiani non sunt, fiant. Aut quò pertinebit sermo domini dicentis, Qui nõ est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, spargit? Vnde constat super filios alienos & soboles antichristi spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptismum non habere. Huic respondetur, Iniqui Christiani sunt an non? Si Christiani sunt, cur in illa petra nõ sunt in qua edificatur ecclesia? Audiunt enim verba Christi & non faciunt. Si christiani non sunt, fiant. Aut quò pertinebit sermo domini dicentis, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui mecum nõ colligit, spargit? Spargit enim oues eius, qui eas ad morum suorum labem praua imitatione perducit. Vnde constat super filios alienos quòd omnes iniqui appellatur & soboles antichristi, quòd sunt omnes iniqui qui Christo aduersantur, spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, si cordis nõ alsit vera conuersio, cum manifestum sit iniquos quamdiu iniqui sunt, baptismum quidem posse habere, sed salutem cuius sacramentum baptismum est, habere nõ posse. Videamus enim si hæretici describuntur in Psalmo illo, vbi de filiis alienis ita dicitur, Domine libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutus est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quorum filij velut nouellæ

constabilita, filia eorum ornata sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eruclatia ex hoc in hoc. Oues eorum fecunda multiplicantes in exitibus suis, boues eorum crassa, Non est ruina maceria neque exitus, neque clamor in plateis eorum, Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Si ergo isti sunt filij alieni, qui in rebus temporalibus & abundantia terrenæ felicitatis beatitudinem ponunt, & diuina præcepta contemnunt, videamus si non iidem ipsi sunt de quibus Cyprianus ita dicit, in se quoque transfigurans eos, vt de his se dicere ostendat, cum quibus sacramenta comunicabat. Dum viam domini, inquit, non tenemus, nec data nobis ad salutem cœlestia mandata seruamus. Fecit dominus noster voluntatem patris, & nos non facimus domini voluntatem, patrimonio & lucro studentes, superbiam sectantes: & cætera. At si isti baptismum & habere & tradere poterant, cur negatur esse posse in filiis alienis, quos tamen hortatur vt cœlestia mandata seruando, missa sibi per vnicum filium, fratres eius & filij dei esse mereantur? Victorius à Thabraca dixit, Si licet hæreticis baptizare, & remissam peccatorum dare, quid illos infamamus vt hæreticos appellemus? Respondetur, Quid si alius diceret, Si licet iniquis baptizare, & remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, vt iniquos illos appellemus? Quod huic responderetur de iniquis, hoc & illi responderetur de hæreticis: id est, neque eorum esse baptismum quod baptizant, & non esse consequens vt quisquis habet baptismum Christi, etiam de peccatorum remissione securus sit: si hoc in sacramento tantum habet, nec veraci cordis conuersione conuersus est, vt dimittenti dimitterentur. Alius Felix ab Utina dixit, Nemini dubium est sanctissimi confacerdotes non tantum posse humanam præsumptionem, quantum domini nostri Christi adorandam & venerabilem maiestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum obseruare debemus, verum etiam ab omnibus nobis cõfirmare, vt omnes hæretici qui ad sinum matris Ecclesie accurrunt baptizentur, vt mens hæretica quæ diurna tabe polluta est, sanctificatione lauari purgata in melius reformetur. Fortassis iste qui in diurna tabe purgati causam posuit, cur deberent hæretici baptizari, parceret eis qui in aliquam hæresim irruentes exiguo illic tempore fuissent; & cito correcti ad catholicam inde migrassent. Deinde & ipse parum aduertit ita dici posse, vt iniqui omnes qui ad illam petram in qua Ecclesia significatur accurrunt, baptizentur, vt mens iniqua quæ extra petram in arena edificabatur, audiendo verba Christi & nõ faciendo sanctificatione lauari purgata in melius reformetur: & tamen non fit, si iam baptizati sunt, etiã si probentur tales fuisse cũ baptizarentur: id est, vt seculo verbis & non factis renunciarēt. Quietus à Buruc dixit, Qui fide vnimus, obsequi his quæ instruedis nobis ante prædicta sunt, credula obseruatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Quod vtique de his qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam cõsequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt? Si vero à mortuo nihil salutis accipiunt, ac propterea cognito errore priusino, ad veritatem cum poenitentia reuertuntur, vno vitali baptismate, quod in ecclesia catholica est, sanctificari debebāt. Respondetur, Quid sit à mortuo baptizari, siue præiudicio

A præiudicio diligētioris eiusdē scripturæ cõsideratiõis, alibi iam diximus. Quæro autē cur hæreticos solos velint intelligi mortuos, cum Paulus Apostolus generaliter de peccato dixerit, Stipedium peccati mors. Et iterum, Sapere autem secundum carnem mors est. Et cum mortuum dicat viduã quæ in deliciis viuit, quomodo non sunt mortui, qui seculo verbis & non factis renunciant? Quid ergo proficit lauatio eius qui ab istis baptizatur, nisi quia & ipse si talis est, lauacrum quidē habet, sed nõ ei proficit ad salutem? Si autem ille à quo baptizatur talis est, iste vero non falso corde ad deũ cõuertitur, non ab illo mortuo baptizatur, sed ab illo viuõ de quo dictum est, Ipse est qui baptizat: quolibet corporaliter hoc operante baptizet. Quod autem ait de hæreticis, Si enim qui apud illos baptizatur, per remissionem peccatorum vitam æternam cõsequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Respondetur, ideo veniunt, quia etiam si Christi baptismum vsque ad sacramenti celebrationem per ceperunt: tamen vitam æternã nisi per vnitatis charitatem nõ consequuntur. Sicut nec illi maleuoli & inuidi quib; nõ dimitteretur peccata, nec si aduersus eos odiũ teneret à quibus pateretur iniuriam, quia veritas dixit, Si nõ dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis: quãto magis cũ eos oderant, quibus retribuēbant mala pro bonis? Nec tamen isti seculo verbis solis & nõ factis renunciantes, si postea corrigantur rursus baptizarentur, sed vno vitali baptismate sanctificarentur, Quod quidem in catholica est, sed nõ in sola, sicut nec in sanctis solis, qui edificati sunt super petram, & ex quibus vnica illa columba perficitur. Castus à Sicca dixit, Qui cõtempta veritate præsumit cõsuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus quib; veritas reuelatur, aut circa deũ ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. Respondetur, Ille si cõuinceret eos qui diuersa sentiebant & hoc tenebant, quod etiã totus orbis postea Christiano concilio cõfirmatus obtinuit, ita cõsuetudinem sequi, vt contemnerent veritatem, hæc verba formidare deberemus. Cum vero illa cõsuetudo & à veritate propagata & veritate roborata reperitur, nihil in hac sententia pertimescimus: & tamen si illi circa fratres inuidi erant & maligni, aut circa deum ingrati, ecce qualibus comunicabāt, ecce quales diuersa sentientes, sicut Cyprianus prædixit, à iure communionis nõ amouebant, ecce à quibus nõ polluebantur in conuersione vnitatis, ecce quantum amandum sit vinculum pacis, ecce quid cõsiderant qui nobis de prædecessorum Episcoporum concilio calumniantur, quorum charitatem non imitantur, & quorum exemplo cõsiderato iure damnantur, si cõsuetudo erat sicut hæc sententia testis est, vt hæretici venientes ad Ecclesiam cum baptismate quod habebant susciperentur, aut hoc recte fiebat, aut mali bonos in vnitatem non maculant: si recte fiebat, cur orbem terrarum quia sic recipiuntur accusant? Si autem mali bonos in vnitatem non maculant, quomodo se à crimine sacrilegæ separationis excusant? Euclatius à Thenis dixit, Fidem nostram & baptismatis gratiã, & legis Ecclesiasticæ regulã deus & dominus noster Iesus Christus suo ore Apostolos docens, impleuit dicens, Ite docete omnes gētes, baptizates eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Falsum ergo hæreticorum baptismum & iniquum à nobis pellendum est, & omni contestatione refutandum, de quorum ore virus non vita, nec gratia cœlestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur: Et ideo venientes ad Ecclesiam hæreticos: integro & catholico baptismate baptizari de-

bere manifestũ est, vt à blasphemia suã præsumptionis D purificati, possint spiritus sancti gratia reformari. Respondetur, Planè si nõ est baptismus patris & filij & spiritus sancti nomine consecratus, hæreticorum deputatur, & iniquus à nobis omni contestatione refutatur. Si autem hoc in eo nomē agnoscimus, melius verba Euangelica ab hæreticorum errore distinguimus, & quod in eis probum est approbamus, quod mēdosum est emendamus. Libolus ab Agra dixit, in Euangelio domini, Ego sum, inquit, veritas: non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat cõsuetudo veritati: vt & si in præteritum quis in Ecclesia hæreticus non baptizabat, nunc baptizare incipiat. Respondetur, Hic nihil conatus est ostendere quomodo sit veritas manifestata, cui debere dicit cõsuetudinē cedere. Plus tamē adiuuat nos aduersus istos qui se ab vnitatem diuiserunt, quòd illam cõsuetudinē fuisse cõfretur, quã quòd eam veritati quam non ostendit, cedere oportere arbitrat. Illa est enim cõsuetudo, quæ si sacrilegos ad altare Christi sine baptismi purgatione admittebat, & nullum bonorum in vnitatem polluebat, quicũque se ab eadem vnitatem, in qua nullorum malorum contagione pollui poterant, frustra separauerunt, manifestum sacrilegium schismatis admiserunt. Si autem per illam cõsuetudinem omnes polluti perierunt, de qua caetera isti sine originali veritate & cum calunia calliditate procedunt: Si vero recta fuerat cõsuetudo qua sic suscipiebatur hæretici, relinquunt furorem, fateantur errorem, veniant ad catholicam, non vt retineantur sacramentis baptismatis, sed vt curentur à plaga concisionis. Leucius à Thabeste dixit, Hæreticos, blasphemos atque iniquos verbis variis decerpentes sancta & adorabilia scripturarum verba, execrãdos censeo, & ideo exorcizandos & baptizãdos esse. Respondetur, Et ego exorcizãdos censeo, sed non ideo exorcizãdos & baptizãdos, ipsorum est enim signum quod exorcior, Christi autem sacramentum quod veneror. Eugenius ab Amneclera dixit, Et hoc ego idē censeo hæreticos baptizãdos esse. Huic respondetur, Sed nõ hoc censeo Ecclesia, cui deus iam plenario etiam concilio reuelauit, quod tunc adhuc aliter quidē sapiebatis, sed quia in vobis charitas salua erat, in vnitatem permanebatis. Item alius Felix ab Accura dixit, Et ipse secutus diuinarum scripturarum auctoritatem, hæreticos baptizãdos esse censeo, sed & eos qui se apud schismaticos baptizatos esse contendunt. Si enim secundum cautum Christi priuatus fons noster est, intelligant cuncti Ecclesia nostræ aduersarij, quia alieni esse nõ potest, nec duobus populis salutarem aquã tribuere potest ille qui vnus gregis pastor est. Et ideo manifestũ est nec hæreticos nec schismaticos aliquid cœlestē suscipere, qui à peccatibus hominibus & ab Ecclesia extraneis audent accipere, quando danti locus non est, vtique nec accipienti prodest. Huic respondetur, Scripturas diuinas nusquam præcepisse vt hæretici apud hæreticos baptizati de nouo baptizentur: sed multis locis ostendisse alienos esse ab Ecclesia, omnes qui non sunt in petra, nec ad columbã illius membra pertinent, & tamen baptizare & baptizari, & habere sine salute sacramentum salutis. Fõs autem noster qui similis est fonti paradisi, quòd etiã sicut ille extra paradysum profluat, iã satis dictũ est, Et quòd duobus populis, id est, suo & extraneo salutarem aquam tribuere non potest ille qui vnus gregis pastor est, cõcedo atque cõsentio. Sed nunquid quia salutaris non est extraneis, ideo ipse nõ est? Aqua enim diluuij cõstituta

Hier. 2.

H

Cap. XXX.

Augustin.

Cap. XXXI.

Matth. 12.

Augustin.

Matth. 23.

Matth. 12.

Psal. 143.

Ca. XXXII

Augustin.

Cap. XXXIII.

M

Cap. XXXIII.

Eccl. 34.

Augustin.

preiudicio

Ca. xxxvij.

Ioan. 14.

Dist. 8. cap.

qui cõcepti.

Et cap. veritate.

Augustin.

Ca. xxxvij.

Augustin.

Ca. xxxix.

Augustin.

philip. 3.

Cap. xl.

Augustin.

G intra arcam salutaris fuit, extra arcam vero mortifera fuit, eadem tamen fuit. Et multi extranei, id est, inuidi, quos ex parte diaboli esse Cyprianus dicit & de scripturis ostendit, velut intus videntur, & tamē nisi essent extra arcam, non morerentur per aquam. Talis enim baptismus cum eo male vtitur, necat, sicut illis de quibus ait Apostolus, bonus odor Christi erat in mortem. Cur ergo non suscipiūt aliquid cœlestē vel schismatici vel heretici, sicut spinæ siue zizania pluuiam, sicut ipsi qui extra arcam fuerunt, aquam de cataraetis cœli venientem susceperunt quidem ad perniciem nō ad salutem. Ideoque illud quod in ultimo posuit, Quādo danti locus non est, utique nec accipienti prodest: nō laboro refellere, quia & nos dicimus accipientibus nō prodesse cum in hæresi accipiunt cōsentientes hereticis, & ideo veniunt ad catholicam pacem atque vnitatem non ut baptismum accipiant, sed ut eis prodesse incipiat quod acceperant. Item alius Ianuarius Muzulensis dixit, Miror quod cum omnes confiteantur vnum esse baptismum, nō omnes intelligāt eiusdem baptismi vnitatem: Ecclesia enim & hæresis duæ & diuersæ res sunt. Si heretici baptismum habent, nos non habemus: si autem nos habemus, heretici habere non possunt. Dubium autem non est Ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi & veritatem. Respondetur. Posset alius similiter dicere, & similiter nō verum dicere, Miror quod cū omnes confiteantur vnum esse baptismum, non omnes intelligant eiusdem baptismi vnitatem. Iustitia enim & iniquitas duæ & diuersæ res sunt. si iniqui habent baptismum, iusti nō habent: si autem iusti habent, iniqui habere non possunt. Dubium autem non est iustos solos baptismum Christi possidere, qui soli possideāt & gratiam & veritatem Christi. Hoc certe falsum est, illis quoque fatētibz. Et illi quippe inuidi qui sunt ex parte diaboli itus positi, sicut dicit Cyprianus, atque Apostolo Paulo notissimī, baptismū habebāt, nec ad membra illius columbæ quæ in petra tuta est pertinebant. Adelpus à Tasalte dixit, Sine causa quidem falso & inuidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando Ecclesia hereticos non rebaptizat, sed baptizat. Respondetur, Imō vero modo nō rebaptizat, quia nisi eos qui baptizati nō sunt nō baptizat: quam cōsuetudinem anteriorem perspecta diligentius veritate etiam cōcilio posteriore firmavit. Demetrius Aleptuninus dixit, Vnū baptismum nos custodimus, quia Ecclesiæ catholicæ soli rem suam vendicamus. Qui autem dicūt quia heretici vere & legitime baptizant, ipsi sunt qui nō duo, sed multa baptismata faciunt, nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur. Huic respondetur, Si ita est, tot ergo numerētur baptismata quot sunt opera carnis, de quibus ait Apostolus, Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Inter quæ numerantur & hæreses, & tam multa ipsorum opera intus tanquam in palea tolerantur, & tamen vnum baptismum omnibus est, quod nullo iniquitatis opere violatur.

Vincentius à Tibari dixit, Hereticos scimus esse peiores quàm Ethnicos, si ergo conuersi ad deum venire voluerint, habent utique regulam veritatis, quam dominus præcepto diuino mandauit Apostolis dicēs, Ite, in nomine meo manum imponite, demonia expellite. Et alio loco, Ite & docete gētes, tingētes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem possunt ad Christi pollicitationē ve-

nire, aliās autem fieri censeo non debere. Respondetur, Ex qua regula dicat hereticos peiores esse quàm Ethnicos, nescio, cum dominus dicat, Si neque Ecclesiam au-dierit, sit tibi tãquam ethnicus & publicanus. An etiam tali hereticus peior est, nihil resisto, nō tamē propterea quia ipse homo peior est ethnico, id est, gentili atq; Pagano, sacramentū etiam Christi quod habet, vitis eius moribusq; miscetur, & eadem permixtione corruptum perit. Nam & illi qui recedunt de Ecclesia, & sunt hæ-resum non tantum sectatores, sed etiam conditores: si iam baptizati recedunt, cum secundum istam regulam peiores sint ethnicis, habēt tamē baptismum: nam si correcti redeant non accipiūt, quod si amisissent, utiq; acciperent. Potest ergo fieri ut aliquis peior sit ethnico: & tamen in eo Christi sacramentū nō solum sit, sed etiam nō sit peius, quàm in homine sancto & iusto. Et si enim quantum in illo homine est, nō ipsum seruauit, sed animo & voluntate violauit: tamē quantum ad ipsum attinet sacramentum, & cum contemptore & repudiatore suo integrum inuiolatumque permansit. Nōne Sodomita ethnici erāt, id est, gentiles: Peiores ergo erāt Iudæi, quibus dominus dicit, Tolerabilis erit Sodomus in die iudicij quàm vobis. Et quibus Propheta dicit, Iustificastis Sodomam, id est, in comparatione vestra Sodomam iustificata est. Nunquid tamen ideo sacramenta diuina quæ apud Iudæos erant, talia erant quales ipsi erant, quæ dominus quoque ipse percepit, & ad ea celebranda leproso quos mundauerat misit, & ea Zacharia ministranti angelus assistit, eumq; in templo sacrificatē exauditum esse nunciavit? Hæc eadem sacramenta & in bonis hominibus illius temporis erāt, & in malis peioribus quàm sint ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt, & tamen illa sacramenta erant in vtriusq; integra atq; diuina. Nā & ipsi gentiles si quid diuinū & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti nostri, quauis illi per suas superstitiones & idololatriam & superbiam ceterosque perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur diuino iudicio puniēdi. Nam & Paulus Apostolus apud Athenienses cum de deo quædam diceret, perhibuit testimonium quod quidam eorum tale aliquid dixerint, quod vique si ad Christum veniret, agnosceretur in eis, nō improbaretur. Et sanctus Cyprianus talibus aduersus eosdem ethnicos vtitur testibus, Nam cum de magis loqueretur, quorum tamen, inquit, præcipuus Ostones, & formam veri dei negat cōspici posse, & angelos veros sedi ei? dicit assistere: In quo & Plato pari ratione consentit, & vnum deum seruans, ceteros angelos vel demones dicit. Hermes quoque trime-gistus vnum deum loquitur, & eum incomprehensibilem atque inestimabilem constituit. Si ergo isti venissent ad percipiendam Christianam salutem, nō vique eis diceretur, hoc malū habetis, vel falsum habetis, sed planē merito diceretur, hoc vobis quauis integrum & verum, nihil tamē prodesset nisi ad Christi gratiam veniretis. Si ergo in ipsis ethnicis potest aliquid diuinum inueniri recteque approbari, quauis eis salus adhuc à Christo præstanda sit, nō oportet nos ita moueri etiam si peiores sint heretici, ut quod in eis malū ipsorum est velimus corrigere, & quod in eis bonū est Christi, nolimus agnoscere. Sed iam cæteras concilij sententias pertractandas, ab alio suscipiemus exordio.

Libri Sexti finis.

DIVI

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
episcopi, de Baptismo contra Donatistas
Liber Septimus.

Non sumus molesti legentibus, si eadem varie ac sepe differimus. Quamquam enim Ecclesia catholica sancta in omnibus gentibus aduersus ea quæ in ista questione de baptismo, vtrum & apud hereticos vel schismaticos idem possit esse qui est in catholica, nonnullam caliginem offundit, præter consuetudinis & plenarij concilij auctoritatem munita sit, tamen quia non contemnendis viris, & maxime Cypriano, in ipsa vnitatem aliquando aliter visum est, cuius vti aduersum nos auctoritate conantur, qui longe ab eius charitate remouiti sunt, propterea cogimur, ex opportunitate tractandi & considerandi omnia, quæ in eius concilio de hac literisque cōperimus, hanc eandem quæstionem aliquanto diutius tanquam in manibus veritate, & ostendere quanto verius vniuersitati Ecclesiæ catholice placuerit, ut heretici vel schismatici qui iam Christi baptismum illic vnde veniunt acceperunt, in catholicam communionem cum illo admittantur ab errore suo correcti, in charitate radicati atque fundati, ut quod attinet ad baptismi sacramentum, non adit quod deerat, sed profut quod inerat. Et beatus Cyprianus quidem iam corpore quod corrumpitur non aggrauate animam, nec deprimente terrena in habitatione sensum multa cogitatem, serenius perspicit veritatem, quam meruit adipisci per charitatem. Adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tãquam in caliginosa nube laborantes, ut donatē domino quantum possumus bona eius imitemur. Si quid autem aliter sentit, & quibusdam fratribz collegisq; persuasit, quod nunc eo quem dilexit reuelante iam cernit, nos longe impares meritis suis, Ecclesiæ tamen catholice auctoritate, cuius ipse egregium & clarissimum membrum est, pro nostra infirmitate sectantes, aduersus hereticos vel schismaticos enodemus, quos præcisos tãquam ab vnitatem quam tenent, & arescentes à charitate qua viguit, & elapsos ab humilitate qua stetit, tãto amplius improbat atque cōdemnat, quanto magis nouit eos ad insidiandum perferuari velle quod scripsit, & ad pacificandum imitari nolle quod fecit: Sicut illi qui se Christianos Nazarenos vocant, & more Iudaico carnalia præputia circumcidūt, heretici nati ex illo errore in quē Petrus deuians à Paulo reuocatus est, in hoc vsque persistūt. Sicut ergo illi Petro in primatu Apostolorum martyrij gloria coronato, in sua peruersitate præcisi ab Ecclesia remanserunt, sic isti Cypriano per abundantiam charitatis in sorte sanctorum passionis claritate suscepto, se ipsos exules vnitatis agnoscunt, & contra vnitatis patriam pro suis calumniis ciuem vnitatis opponūt. Iam itaque cæteras illius concilij sententias eadem ratione videamus.

Marcus à Maetari dixit, Mirandum non est si heretici hostes atque impugnatores veritatis sibi rem vdicant potestatis & dignationis alienæ: illud mirandum est quod quidam nostri præuicatores veritatis, hereticis suffragantur & Christianis aduersantur propterea decernimus hereticos baptizandos. Huic respondemus, Imō magis mirandum est, & magna laude prædicandum, quod tãtum isti dilexerint vnitatem, ut quos præ-

uaricatores veritatis arbitrabantur, cum eis in vnitatem perseuerantes, ab eis pollui non timeret. Nam cum ille dixisset, Illud mirandum est, quod quidam nostri præuicatores veritatis hereticis suffragantur & Christianis aduersantur: videbatur esse dicturus, propterea decernimus eis non esse cōmunicandum. Non hoc dixit, sed ait, propterea decernimus hereticos baptizandos esse, seruans quod pacificus Cyprianus ante præstruxerat dicens, Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouētes. Cum ergo Donatistæ nobis calumniantur, & nos dicunt traditores, si quis existat vel Iudæus vel Paganus qui lecto isto concilio & nos & ipsos secundum eorū regulas vnitatis appellet præuicatores, velim scire ad hoc tam graue crimen, refutandum atque diluendum, quomodo nobis agenda sit causa cōmunis. Isti eos dicūt traditores, quos neque illo tempore conuincere potuerunt, neque nūq; possunt ostendere, & in eodem crimine ipsi esse potius ostenduntur. Sed quid ad nos? De istis certe præuicatoribus quid dicemus? Si enim nos quauis falso propterea dicimur traditores, quia traditoribus nos in eadem cōmunionem successisse criminantur, præuicatoribus illis omnes successimus, quia nondum se ab vnitatem diuiserant pars Donati beati Cypriani temporibus. Post passionē quippe eius quadraginta & quod excurrit annis peractis, traditio eodum facta est, vnde cœperit appellari traditores. Si ergo propterea nos traditores, quia ex traditoribus sicut opinantur vel consurgunt exortimus, ab illis præuicatoribus vtriusq; originem ducimus. Non est enim quod dicant non se eis communicasse, quando suos illos vocant, quod concilium loquitur, quod ipsi maxime præferunt. Quidam nostri, inquit, præuicatores veritatis, hereticis suffragantur. Accedit & testimonium Cypriani satis demonstrantis, quod in eorum cōmunionem permanserit, dicendo, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouētes. Ipsi enim erant qui diuersum sentiebāt, quos iste præuicatores vocat, quia scilicet hereticis suffragabatur, sine baptismo eos in Ecclesiam recipiendo. Eamq; fuisse cōsuetudinem ut sic reciperentur, & ipse Cyprianus multis locis, & aliquot Episcopi in hoc concilio manifestat. Vnde apparet si heretici non habent baptismum, Ecclesiam Christi temporum illorum præuicatoribus fuisse plenam, qui eis suffragantes sic eos recipiebant. Agatur ergo causa communionis aduersus crimē præuicationis quod negare non possunt, & ibi agatur nostra causa aduersus crimē traditionis, quod cōuincere non potuerunt. Sed sic agamus quasi conuicerint. Quod vtrique responderimus eis qui nobis obiiciūt, maiorum nostrorum præuicationem, hoc nos istis responderimus qui nobis obiiciūt maiorum nostrorum traditionem. Sicut enim per maiorum nostrorum traditionem vnde se isti diuiserunt, nos mortui sumus, ita per maiorum præuicationem, qui & nostri & ipsorum parentes fuerūt, & nos & ipsi mortui sumus. Sed quia se vivere dicunt, credūt quod ad eos non pertineat illa præuicatio. Ergo nec ad nos illa traditio. Et illa quidem præuicatio secundum ipsos certa est: secundum nos autem nec anterior præuicatio vera est, quia & hereticos dicimus posse habere baptismum Christi: nec posterior traditio, quia in ea causa ipsi sunt superati. Non habent ergo isti cur à nobis nefario scelere schismatis separantur, quia nostri maiores si traditores nō fuerunt, sicut nos dicimus, nō est quod ad nos omnino pertineat. Si autem traditores

G fuerunt, sicut ipsi dicunt, sic ad nos non pertinet, quem admodum nec ad nos nec ad ipsos illi prauaricatores. Ac per hoc quoniam ex maiorum nostrorum iniquitate nullum est crimē nostrum, ex proprio schismate certum est crimē illorum. Satius à Sicilippa dixit, Si hereticis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicij peccata sint quae puniuntur, nihil est quod timere possint heretici de iudicio Christi, si sunt peccatorum remissionē confecti. Respondetur, Et hec poterat etiā nostra esse sententia, viderit autem author eius quo animo dicta sit, Verbis tamen ita modificata est, vt non me pigeat eo animo consentire atque subscribere; quo & ego sentio baptismum quidem Christi hereticos posse habere, sed remissionem peccatorum non habere. Non autem ait, Si heretici baptizant & baptizantur: sed si hereticis, inquit, in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nāque si pro hereticis ponamus illos quos in Ecclesia nouerat Cyprianus, seculo solis verbis & non factis renunciantes, totidē verbis possumus hanc sententiam etiā nos verissime dicere, Si fallaciter cōuersis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad veram cōuersionem postea perducuntur. Nam cum in die iudicij peccata sint quae puniuntur, nihil est quod timere possint, qui seculo verbis solis & non factis renūciarunt, de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti. Sed ista ratiocinatio tali connexionē perscitur, vt adiungamus dicentes, Debēt autem timere Christi iudicium, & veraci corde aliquando cōuer- ti. Quod cum fecerint, nō eos utique necesse est iterum baptizari. Potuerunt igitur accipere baptismum, & remissionem non accipere peccatorum, aut remissionem peccatis continuo rursus onerari, Sic ergo & heretici.

Victor à Gor dixit, Cum peccata non nisi in Ecclesia baptismō remittantur, qui hereticum sine baptismō ad communicationem admittit, vtrunquē cōtra rationem facit, nec hereticos purgat, & Christianos inquinat. Huic respondemus, Ecclesia baptismū esse & apud hereticos, quauis ipsi non sint in Ecclesia, sicut aquam paradisi in terra Aegypti, quauis ipsa nō sit in paradiso. Non itaque hereticos sine baptismō ad communicationē admittimus, sed quia correcti à sua peruersitate veniunt, non eorum peccata, sed Christi sacramēta suscipimus: de remissione autē peccatorum quod superius, hoc & hic dicimus. Illud sanē quod in vltimo posuit dicens, vtrunquē contra rationem facit, nec hereticos purgat, & Christianos inquinat, respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cum sibi consentientibus collegis suis: neque enim inquinari se credidit, quando talibus propter vinculum pacis communicandum esse decreuit dicens, Neminem iudicātes, aut à iurē communionis aliquem si diuersum senserit amouētes. Aut si inquinant heretici ad communicationem, sic vt non baptizentur admissi, inquinata est tota Ecclesia per illam cōsuetudinem quae totiens hic commemoratur: Et sicut nos isti appellāt traditores propter maiores nostros, in quibus nihil tale quando obiecerunt, probare potuerūt: si hoc sit quisque quod est ille cui communicauerit, omnes tunc heretici facti sunt. Quod si quisquis dicit, infansium est quod iste ait, qui hereticū sine baptismō ad cōmunionē admittit, nec hereticos purgat & Christianos inquinat. Aut si hoc verum est, non sine baptismō admittēbantur, sed habebant baptismum Christi, quauis apud hereticos datum & acceptum, qui secundum illā cōsuetudinem de qua isti consententur sic ad-

mittebantur, ac per hoc recte etiam hunc sic admittit. Rur. Aurelius ab Utica dixit, Cum dicat Apostolus, non communicandū peccatis alienis; quid aliud quam peccatis alienis comunicat, qui sine baptismō Ecclesiae hereticis comunicat? Et ideo censeo baptizādos esse hereticos vt accipiant remissionem peccatorum, & sic illis communicetur. Respondetur, Communicauit ergo Cyprianus & isti omnes peccatis alienis, quia cum talibus in cōmunionē manserunt; quādo nō neminem qui diuersum sensit, à iurē cōmunionis amouerunt. Vbi est ergo Ecclesia? Deinde vt de hereticis taceat, cum verba huius sententiae etiam de aliis peccatoribus dici possint, quales in Ecclesia beatus Cyprianus secum videbat, gemebat, arguebat, ferebat, vbi est Ecclesia quae secundum haec verba iam tunc perisse existimabatur cōmunionē peccatorum? Si autem sicut se habet firmissima veritas, Ecclesia permāsit & permanet, non nisi in cōfessione intelligēda est cōmunionē peccatorum, quā vetat Apostolus. Baptizetur autem iterū heretici, vt accipiant remissionem peccatorū, si baptizantur iterū peruersi & inuidi, qui cum seculo verbis & nō factis renunciant, baptismū quidem accipere potuerūt, sed remissionē peccatorū non obtinere potuerunt, dicente domino, Si non dimiseritis, neque pater vester dimittet vobis. Iam. Cap. I. bus à Germanicana dixit, Qui hereticorū baptismum probant, nostrū improbant, vt extra Ecclesiam non dicam lotos, sed fordidos, negent in Ecclesia baptizari oportere. Huic respondetur, neminem nostrum baptismum hereticorum probare, sed Christi, quauis in hereticis vel paleis exterioribus, sicut in aliis iniquis vel paleis interioribus. Nā si extra Ecclesiam qui baptizantur, non lauantur, sed fordidantur, profecto extra petram in qua aedificatur Ecclesia, qui baptizantur, non lauantur sed fordidantur. Omnes autem extra eandē petram sunt, qui audiunt verba Christi & non faciunt: Aut si baptismō lauantur quidē, sed in iniquitatibus suis à quibus in melius mutari noluerunt, fordidi remanent, sic & heretici. Lucianus à Rucuma dixit, Scriptum est, Et vidit deus lucem quia bona est, & diuisit inter lucem & tenebras. Si potest luci & tenebris cōuenire, potest nobis & hereticis aliquid esse commune. Propterea ceseo hereticos baptizandos esse. Huic respondetur, Si potest luci & tenebris cōuenire, potest iustis & iniustis aliquid esse commune. Ceseat ergo illos iniustos denuo baptizari, quos in ipsa Ecclesia arguebat Cyprianus: aut si nō sunt iniusti qui seculo verbis & nō factis renūciāt, dicat qui potest. Pelagianus à Luperciana dixit, Scriptum est, Aut deus deus est, aut Baal deus est: ita & nunc aut Ecclesia Ecclesia est, aut haeresis Ecclesia est. Porro si haeresis Ecclesia non est, quomodo esse apud hereticos baptismus Ecclesiae potest? Huic ita possumus respondere, aut paradisi paradisi, aut Aegyptus paradisi. Porro si Aegyptus paradisi non est, quomodo esse in Aegypto aqua paradisi potest? Sed dicetur nobis, etiam illic ex eundo peruenit: sic ergo ad hereticos baptismus. Itē dicimus, aut petra Ecclesia, aut arena Ecclesia. Porro quia nō est arena ecclesia, quomodo apud eos qui super arenam aedificant, audiendo verba Christi & non faciendo esse baptismum ecclesiae potest? & tamen est, Sic ergo & apud hereticos. Iader à Midila dixit, Scimus non esse nisi vnum baptismum in Ecclesia catholica, & ideo nō debemus admittere hereticum nisi baptizatus fuerit apud nos, ne se putet extra Ecclesiam catholicam baptizatum esse. Huic respondetur, Quia si hoc de iniquis illis qui extra petram sunt diceretur, falsō utique diceretur

A diceretur, Sic ergo & de hereticis. Item alius Felix à Marazana dixit, Vna fides, vnum baptismus, sed Ecclesiae catholicae cui soli licet baptizare. Huic respondetur, Quid si alius ita diceret, vna fides, vnum baptismus, sed iustorum tantum, quibus soli licet baptizare: Sicut haec verba refellerentur, ita & ista sententia refellatur. An & iniusti in ipso baptismō mutati, dū seculo solis verbis & non factis renunciant, ad membra Ecclesiae pertinent? Videat si ipsa est illa petra, si ipsa est columba, si ipsa est sponsa sine macula & ruga. Paulus ab Obba dixit, Me nō mouet si aliquis Ecclesiae fidem & veritatem nō vendicat, quādo Apostolus dicat, Quid enim? Si exciderunt à fide quidam illorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? Absit, Est enim deus verax, omnis autem homo mendax. Si autem deus verax est, quomodo apud hereticos baptismi veritas esse potest apud quos deus non est? Huic respondetur, Quid? Apud avaros nunquid est deus? & tamen est baptismus, ita & apud hereticos. Apud quos enim deus est, templū dei sunt. Quae autem compositio teplo dei cum idolis? Porro avaritiam, idololatriā Paulus sentit, Cyprianus consentit, & idem ipse inter collegas raptos, tamē baptizatos, cum magna tolerantiae mercede versatur. Pomponius à Dionysiana dixit, Manifestū est hereticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem nō habent, vt aut soluere aut ligare aliquid in terris possint. Respondemus, Hanc potestatem nec homicidae habent, id est, qui oderunt fratres: Nō enim talibus dictum est, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: & si cui tenueritis, tenebuntur: & tamen baptizāt, & eos in eadem baptismi cōmunionē & Paulus tolerat, & Cyprianus agnoscit. Venantius à Timisa dixit, Si maritus peregre proficiscens, amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conseruaret, ne ab aliquo castitas eius & sanctitas adulteraretur. Christus dominus & deus noster ad patrē proficiscens, spōsam suam nobis commendauit, vt rōmne eam incorruptam & inuiolatam custodimus, an integritatem eius & castitatem eius mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptismus Ecclesiae commune cum hereticis facit, sponfam Christi adulteris prodat. Respondemus, Quid illi qui cum baptizantur labiis nō corde conuertuntur ad dominum, nōne adulterinam mentem gerunt? Nōne ipsi sunt seculi dilectores, qui nō factis, sed verbis renūciauerunt, & ideo corrumpunt mores bonos per colloquia mala dicentes, Māducemus & bibamus, eras enim moriemur: Nōne etiam cōtra istos vigilauit sermo Apostolicus vbi dicit, Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestrae mentes corrumpantur à castitate quae est in Christo? Cum ergo Christi baptismus Cyprianus habebat commune cum talibus, nunquid ideo sponsam Christi prodebat adulteris, ac non potius monile sponsi etiam in adultera cognoscebat? Aymnius ab Auisnagiga dixit, Nos vnum baptismus accepim⁹, & ipsum tenemus & exerceamus. Qui autem dicit quia & hereticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit. Huic respondetur, Cur non etiam ille duos baptismos facit, qui dicit quia & iniqui baptismus quē dant iusti qualis erat Paulus, vel etiā qualis erat Cyprianus, non est contrarius baptismus quem dabant iniqui illi qui oderant Paulum, quos non hereticos, sed malos catholicos Cyprianus intelligit. Et cum contrariae sibi sint semper, cōtinentia quae fuit in Cy-

priano, & auaritia quae fuit in collegis Cypriani: baptis- D lus tamen quem Cyprianus dabat, nō erat contrarius baptismus quem illi dabant, sed vnus & idem, quia ille baptizat de quo dictum est, Ipse est qui baptizat. Sa- Ioh. 1. turnia⁹ à Victoriana dixit, Si licet hereticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita faciētes, nec video quare eos aut Christus aduersarios suos, aut Apostol⁹ antichristos eos appellauerit. Huic respondetur, Sic dicimus non licere hereticis baptizare, quomodo dicimus non licere fraudatoribus baptizare. Nō enim heretico tantum, sed peccatori, inquit, dicit deus, Vt quid enarras iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Huic utique dixit, Si videbas furem concurrebas eum eo. Quanto ergo illi peiores sunt, qui non cum furibus concurrebant, sed ipsi fundos insidiosus fraudibus rapiebant, sed non eis cōcurrebat Cyprianus, quāuis eos in catholica segete toleraret, ne simul eradicaretur & triticum, Et tamen etiam ipsi quem dabant idem ipse baptismus erat, quia non ipsorum, sed Christi erat. Sicut ergo isti quauis in eis Christi baptismus agnoscerent non sunt tamen excusati & defensi illicita faciētes, & recte illos Christus aduersarios suos appellat, quia in talibus perseverantes audituri sunt, Recedite à me qui operamini iniquitatem: vnde & antichristi appellatur, quia Christo contrarij sunt, dum contra quod praecepit viuunt, ita & heretici. Alius Saturninus à Tucca dixit, Gentiles quauis idola colant, tamen summū deum patrem creatorem cognoscunt & cōfitentur. In hunc Marcion blasphematur, & quidam non erubescunt Marcionem baptismū probare. Quomodo tales sacerdotes sacerdotium dei aut seruant aut vendicant, qui hostes dei non baptizant, & sic illis communicant? Respondetur, Nimirum cum talia dicuntur, excedit modus, nec consideratur quia & ipsi talibus communicabāt, neminem iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquem si diuersum sentiebat amouentes, sed habet iste in hac ipsa sententia sua vnde admoneri posset, si aduerteret id in se quoque corrigēdum esse quod prauum est, quod autem rectū est approbandum. Quandoquidem ait, Gentiles quauis idola colant, tamen summum deum patrem creatorem cognoscunt & cōfitentur. Si quis ergo ad deum talis gentilis veniret, nūquid vellet in eo corrigere atque mutare, quod deum patrem creatorē cōfitebatur & nouerat? Nō puto, sed emendaret in eo idololatriam quod malum habebat, & traderet sacramēta Christiana quae nō habebat: & si quid rectum nosset in eo approbare, si quid inueniret peruersum emendaret, si quid defuisset daret. Sic & in Marcionista heretico agnosceret baptismi integritatē, corrigeret ei⁹ peruersitatem, doceret catholicam veritatem, Marcellus à Zama dixit, Cum peccata nō nisi in baptismō Ecclesiae remittantur, qui hereticū non baptizat, peccatori communicat. Respondetur, Quid ille qui hoc facienti comunicat, nōne peccatori comunicat? Quid autem aliud faciebant omnes iudicantes, neminem aut à iure cōmunionis amouentes diuersa sentientē? Vbi est ergo Ecclesia? An patietibus, & ne triticum eradicetur, zizania tolerantibus, ista nō obsunt? Dicant ergo isti qui se ab orbe terrarum frustra separādo sacrilegium schismatis admiserūt, vt quid habent in ore sententiam Cypriani, qui non habent in corde Cypriani patientiam? Huic autem Marcello respondetur ex his quae de baptismō & remissione peccatorum supra dicta sunt, quomodo possit esse baptismus in homine, quauis non sit in eo remissio peccatorum. Irenaeus ab Vllis dixit,

Cap. III.

August.

Cap. III.

August.

Cap. XI.

Aug.

Cap. XI.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

1. To. 10. 2.

Aug.

Psal. 49.

Mat. 7.

Cap. XVI.

Aug.

F

Cap. XVII.

Aug.

Mat. 13.

Cap. XIII.

G Si ideo Ecclesia hæreticum non baptizat quod dicatur iam baptizatus esse, hæresis maior est. Respondetur, Hoc modo dici potest, si ideo avarus Ecclesia non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, avaritia maior est: hoc autem falsum est, ita ergo & illud. Donatus à Cibaliana dixit, Ego vnam Ecclesiam & vnum baptismum eius noui. Si est qui dicat esse apud hæreticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat & probet esse illic Ecclesiam. Huic respondetur, Si baptismi gratiam hoc esse dicis quod est baptismus, est apud hæreticos: Si autem baptismus sacramentum est gratia, ipsa vero gratia abolitio peccatorum est, non est apud hæreticos baptismi gratia. Sic est autem vnum baptismum & vna Ecclesia, quemadmodum est vna spes. Sicut ergo boni & mali qui non habent vnam spem, possunt habere vnum baptismum, ita quibus non est communis Ecclesia, potest baptismum esse commune. Zosimus à Tharassa dixit, Reuelatione facta veritatis cedat error veritati, quia & Petrus qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. Respondetur, Potest etiam nostra esse sententia ista, & ita factum est in hac de baptismum questione. Nam veritate postea liquidius reuelata cecidit error veritati, cum illa saluberrima consuetudo etiam plenarij concilij autoritate firmata est. Bene tamen quod totiens meminerunt etiam primum Apostolorum Petrum potuisse aliter sapere quam veritas postulabat, quod accidisse etiam Cypriano sine vlla eius contumelia credimus quicumque diligimus Cyprianum, quia non eum fas est diligi maiori charitate quam Petrum. Iulianus à Telepte dixit, Scriptum est, Nemo potest accipere aliquid, nisi datum fuerit ei de celo. Si hæresis de celo est, potest baptismum dare. Respondetur, Audiatur & alium dicentem, Si avaritia de celo est, potest baptismum dare, & tamen dant avari, sic ergo & hæretici. Faustus à Timida regia dixit, Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis Ecclesiastico baptismum intercedit, illos Christianos & nos hæreticos facit. Huic respondetur, Si quisquã dicat eum qui cum baptismum acciperet, quia odium fraternum tenebat in corde, non acceperat remissionem peccatorum, non esse iterum baptizandum, quando illud odium de corde dimittit, nūquid Ecclesiastico baptismum intercedit pro homicidis, aut illos iustos & nos homicidas facit? Hoc ergo & de hæreticis intelligat.

Geminus à Furnis dixit, Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt: & ideo quod decreuimus semel tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus. Respondetur, Et hic confitetur apertissime quosdam de collegis suis diuersa sensisse, vnde etiam atque etiam confirmatur amor vnitatis, quod ab inuicem nullo schismate separati sunt, donec alteris eorum si quid aliter saperent deus reuelaret. Huic respondetur, collegas eius non sibi hæreticos præposuisse, sed baptismum Christi, sed sicut cognoscitur in avaris, in fraudatoribus, in raptoribus, homicidis, sic etiam in hæreticis cognouisse. Rogatianus à Noua dixit, Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus, quomodo potest habere baptismum Christi synagoga satanae? Huic respondetur, Nūquid quia pios Christus instituit, & inuidios diabolus, ideo non potest habere baptismum Christi, quæ in inuidis conuincitur esse pars diaboli? Therapius à Bulla dixit, Qui hæreticis baptismum Ecclesie cõcedit & prodit, quid aliud quam spõsæ Christi iudas existit? Respondetur, O magna conuictio schismaticorum qui se ab hereditate Christi toto orbe diffusa nefario sacrilegio separarunt, si Cyprianus talibus communicabat,

qualis Iudas traditor fuit, & tamen ab eis non maculabatur, aut si maculabatur, tunc Iudæ facti sunt omnes: ergo & modo Iudæ sunt omnes, aut si non sunt, non ergo pertinent ad posteriores facinora priorum, quantum ex eadem cõmunionem propagatos. Cur ergo nobis traditores obiciunt, quos non conuicerunt, & sibi Iudam non obiciunt, cui Cyprianus & collegæ eius cõmunicauerunt? Ecce cõcilium de quo solet isti gloriari. Nos quidem dicimus, quia sic non prodit hæreticis Ecclesie baptismum, qui baptismum Christi & in hæreticis probat, sicut non prodit homicidis Ecclesie baptismum, qui baptismum Christi & in homicidis probat. Sed quia isti ex hoc cõcilio nobis præscribere quid sentire debeamus affectant, ipsi priores ei cõsentiant. Ecce Iudas traditoris sunt cõparati, qui dicebat hæreticos quauis in hæresi baptizatos non debere iterum baptizari. Talibus autem Cyprianus communicabat, qui dixit, neminem iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Tales etiam antea fuisse in Ecclesia per illam sententiam manifestantur, vbi ait, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in præteritum in Ecclesia sine baptismum admissi sunt? Talis fuisse Ecclesie consuetudine ipsi qui hoc concilium faciunt sæpe commemorant. Si ergo nihil aliud quicquid hoc facit quam spõsæ Christi Iudas existit, sicut ista sententia pronuntiata est, Iudas autem sicut docet Euangelium, traditor fuit: traditoribus ergo communicauerunt omnes qui tunc etiam ista dicebant, & antequam ista dicerent traditores facti erant omnes per illam cõsuetudinem quam tunc Ecclesia retinebat. Omnes ergo, id est, & nos & ipsi qui ex illavitate propagati sumus, traditores sumus. Sed nos duobus modis defendimur, quia & huic concilio vbi hoc pronuntiatum est non consentimus, salvo iure vnitatis, sicut ipse Cyprianus prædixit: & bonis malos in vnitatem catholicam, donec in fine à tritico palea separetur, nihil obesse arbitramur. Isti autem quia & hoc concilium tãquam pro se proferunt, & malorum cõmunionem quasi contagione bonos perire contendunt, non inueniunt quomodo dicant aut priores Christianos vnde isti propagantur, non fuisse traditores, quia isto concilio conuincuntur: aut ad se non pertinent facinora priorum, quia nobis maiores nostros obiciunt. Item alius Lucius à Membressu dixit, Scriptum est, Deus peccatorem non audit. Qui peccator est, quomodo audiri in baptismum potest? Respondemus, Quomodo auditur avarus & raptor & fenerator & homicida? an isti non sunt peccatores, quos tamen Cyprianus in catholica oburgat & tolerat? Item alius Felix ab Vslaccenis dixit, In hæreticis sine baptismum Ecclesie admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Huic respondetur, Veritatem non ostendit, de consuetudine confiteris. Recte igitur consuetudinem teneremus plenario concilio posteriore firmatam, etiam si veritas adhaereret, quam credimus iam esse manifestam.

Alius Saturninus ab Itinis dixit, Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi. Respondemus, Quid si alius diceret, si potest homicida dare alicui gratiam Christi, possunt & qui fratres oderunt baptizare, qui appellati sunt homicidæ? Nempè quasi verum dicere videretur, & tamen possunt. Sic ergo & hæretici.

Quintus ab Aggina dixit, Ille potest dare aliquid, qui aliquid habet: hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere? Huic respondetur, Si ergo potest dare

A dare aliquid qui aliquid habet, manifestum est posse dare hæreticos baptismum, quia cum ab Ecclesia recedunt, habent lauacri sacramentum quod ibi acceperant. Nam redeunt non recipiunt, quia non amiserant cum recesserunt. Alius Iulianus à Marcellina dixit, Si potest homo duobus dominis seruire, deo & mammona, potest & baptismum duobus seruire, Christiano & hæretico. Respondetur, Immo si potest cõtinentia & avaro & sobrio & ebrioso & pio & homicidæ seruire, cur non etiã Christiano & hæretico baptismum quidem non seruit, sed ministratur & illis vel ab illis ad salutem bene vteribus, & ad iudicium male vteribus? Tenax ab Horreicilia dixit, Baptisma vnum est, sed Ecclesie: vbi Ecclesia non est, baptismum illic esse non potest. Huic respondemus, Quare ergo potest vbi petra non est, sed arena est, cum Ecclesia in petra non in arena sit? Alius Victor ab Assuris dixit, Scriptum est, quia deus vnus est, & Christus vnus est, Ecclesia vna, & baptismum vnum: Quo modo ergo illic baptizari aliquis potest vbi deus & Christus & Ecclesia non est? Respondetur, Quomodo potest & in arena illa vbi nec Ecclesia est, quia in petra est, nec deus & Christus, quia non est ibi templum dei & Christi? Donatus à Caspe dixit, Et ego semper hoc sentio, ut hæretici qui nihil foris consecuti sunt, quando ad Ecclesiam cõuertuntur, baptizentur. Ad hoc respondetur, Nihil quidem consecuti sunt, sed ad salutem, non ad sacramentum. Salus enim propria est bonis, sacramenta vero cõmunia & bonis & malis. Verulus à Ruficade dixit, Homo hæreticus dare non potest quod non habet, multo magis schismaticus qui quod habuit amissit. Respondetur, iam ostendimus eos habere, quia non amittunt cum recedunt. Non enim recipiunt dare redeunt. Quapropter si propterea videbatur dare non posse quia putabatur non habere, intelligatur iam dare posse, quia intelliguntur & habere. Pudetianus à Cuiculi dixit, Nouitas Episcopatus effecit fratres dilectissimi ut sustinerem quid maiores iudicarent, nam hæreses nihil habere nec posse manifestum est: atque ita si quis ex eis venisset, baptizari a quibus sine statum est. Respondetur, Sicut ergo superioribus responsum est quos hic sustinebat quid iudicarent, sic & huic ipsi responsum esse intelligatur.

Petrus ab Hippone Zarito dixit, Cum vnum baptismum sit in catholica Ecclesia, manifestum est non posse extra Ecclesiam baptizari, & ideo in hæresi tinctos sine in schismate venientes ad Ecclesiam, censeo baptizari oportere. Respondetur, Sic est vnum baptismum in Ecclesia catholica, ut cum exinde aliqui exierint, in his qui exiit non fiant duo, sed idem vnum maneat. Quod ergo in redeuntibus agnoscitur, hoc & in eis qui à recedentibus acceperunt, quod illi cum recederent non amiserunt.

Item alius Lucius ab Auasafa dixit, Secundu autem motum animi mei & spiritus sancti, cum sit vnus deus pater domini nostri Iesu Christi, & vnus Christus & vna spes, vnus spiritus, vna Ecclesia, vnus debet & esse baptismum: & ideo dico si quid apud hæreticos motum aut factum fuerit, rescindi debere, & eos qui exinde veniunt, in Ecclesia baptizandos esse. Respondetur, Rescindatur ergo quod baptizat, qui audiunt verba dei & non faciunt, cum ab iniquitate ad iustitiam, hoc est ab arena ad petram migrare coeperint. Quod si non fit, quia & in ipsis quod Christi erat, eorum iniquitatibus non violabatur, hoc etiã de hæreticis intelligatur. nam nec eadem spes illis est quã diu i arena sunt, quæ illis qui super petram sunt, tamen idem baptismum est in vtrisque, quantum sicut spes vna, ita vnum baptismum dictum sit. Felix à Gurgiti-

bus dixit: Ego censeo ut secundum sanctarum scripturarum præcepta baptizati illicite ab hæreticis extra Ecclesiam, si ad Ecclesiam confugere voluerint, gratia baptismi vbi licite datur consequatur. Respondetur, Immo licite incipiant habere ad salutem, quod illicite habebant ad perniciem, quia sub eodem baptismum iustificatur, cum se quisque ad deum veraci corde cõuerterit, sub quo iudicabatur quando id accipiens seculo solis verbis & non factis renunciauerat. Pusillus à Lamasba dixit, Ego credo baptismum salutare non esse nisi in Ecclesia catholica: quicquid absque catholica fuerit, simulatio est. Respondetur, Hoc quidem verum est, quod baptismum salutare non nisi in Ecclesia catholica est. Potest enim ipsum esse & extra catholicam, sed salutare non est ibi, quia non ibi operatur salutem: sicut ille bonus odor Christi non est vti que salutaris in iis qui pereunt, non suo vitio, sed illorum. Simulatio est autem quicquid extra catholicam fuerit, sed in quantum non est catholicum. Potest autem aliquid catholicum esse extra catholicam, sicut potuit nomen Christi esse extra congregationem Christi, in quo nomine pellebat dæmonia ille qui cum discipulis esse postequebatur. Nam simulatio etiam in catholica esse potest, E in his vti que per seculo solis & non factis renunciant, nec tamen est catholica simulatio. Sicut ergo est in catholica quod non est catholicum, sic potest extra catholicam aliquid esse catholicum. Saluanus à Gausaufala dixit, Hæreticos nihil habere constat, & ideo ad nos veniunt ut possint accipere quod non habebant. Respondemus, Non sunt ergo hæretici ipsi qui hæreses cõdiderunt, qui ab Ecclesia recesserunt, & vti que habebant quod ibi acceperunt. Quod si absurdum est dicere quod illi non sint hæretici per quos ceteri sunt hæretici, potest fieri ut hæreticus habeat quo male vti que dispereat. Honoratus à Tuca dixit, Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam cõsuetudinem sequi debemus, ut hæreticos qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesie baptismum sanctificemus. Respondetur, Et iste attestator est cõsuetudinis, vbi nos plurimum adiuvat quicquid aliud cõtra nos dicere videatur. non autem ideo ad nos veniunt hæretici quia foris nihil acceperunt, sed ut eis vti que esse incipiat quod acceperunt. hoc enim foris nullo modo potest. Victor à Octauo dixit, Quod & ipsi scitis, non olim cõstitutus sum Episcopus, & ideo expectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut quicumque ex heresi venerint, sine dubio baptizentur. Respondetur, Quod ergo illis quos expectabat responsum est, huic quoque responsum accipiatur. Clarus à Mascula dixit, Manifesta est sententia domini nostri Iesu Christi Apostolos mittentis, & ipsis solis potestatem à patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus eadem potestate Ecclesiam domini gubernantes, & credentium fidem baptizantes, & ideo hæretici qui nec potestatem foris, nec Ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismum eius possunt. Respondetur, Nūquid & impij homicidæ Apostolis successerunt? Cur ergo baptizant? An quia non sunt foris? Sed à petra foris sunt, cui clauis dominus dedit, vbi se edificaturum Ecclesiam dixit.

Secundianus à Tabeis dixit, Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, ut in Ecclesia domini nostri Iesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum iudicij dies venerit, nobis impudenter quod per nos non sunt baptizati, & indulgentiam diuinæ gratiæ consecuti. Propter quod cum sit vna Ecclesia & vnum baptismum, quando ad nos cõ-

August.

Cap. XIX.

August.

Cap. XX.

Dist. 3. cap.

qui cõsuetud.

Calat. 2.

August.

Ca. XXI.

tom. 3.

August.

Ca. XXII.

August.

Ca. XXIII.

August.

Psal. 3.

Ca. XXIII.

August.

Cap. XXV.

August.

August.

Ca. xxxix.

August.

3. Cor. 2.

Matth. 9.

Cap. XI.

August.

Ca. xli.

Dist. 8. cap.

qui cõsuetud.

August.

Vi. Cap. xliij.

August.

Ca. xliij.

August.

Ca. xliij.

Ephe. 4.

uertuntur simul cum Ecclesia & Ecclesie baptismum consequantur. Respon. Immo trāssati ad petram, & columba sociati accipiant remissionem peccatorum, quam habere non poterant extra petram & extra columbam, siue aperte foris, sicut heretici, siue tanquam intus, sicut perditii catholici: quos tamē baptismum sine remissione peccatorum & habere & dare manifestum est, cum & ab ipsis tales accipiunt, qui non in melius commutari deum labijs honorant, cor autem eorum longe est ab eo. Tamē sic est vnum baptismum quomodo est vna columba, cum possint qui non sunt in columba communiter, baptismum tamen habere cōmuniter. Item alius Aurelius à Cillau dicit, Ioannes Apostolus in epistola sua posuit, Si quis ad vos venit, & doctrinā Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & aue illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi aue, communicat factis eius malis. Quomodo tales admitti temere in domum dei possunt, qui in domum nostrā priuatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine Ecclesie baptismum communicare possumus, quibus si aue dixerimus tantum, factis eorum malis cōmunicamus? Respon. De hoc testimonio Ioannis non est diutius disendum, quandoquidem ad quæstionem baptismi quam modo tractamus omnino non pertinet. Ait enim, Si quis ad vos venerit, & doctrinam Christi non habet. Heretici autem relinquentes doctrinam erroris sui, ad Christi doctrinam cōuertuntur vt incorporentur Ecclesie, & ad illam columbam incipiant pertinere, cuius sacramentum habebant: & ideo quod eius non habebant eis datur, id est, pax & charitas de corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta. Quod autem eius habebant agnoscitur, & sine vlla cōtumelia suscipitur: sicut in adultera deus agnoscit dona sua, etiam cū illa sequitur amatores suos, quia fornicatione corrupta cum ad castitatem cōuertitur, non dona illa culpantur, sed ipsa emēdatur. Sicut se autem posset defendere Cyprianus, si hoc ei Ioannis testimonium obiiceretur quando talibus communicabat, ita se defendant cōtra quos dicitur. Nam ad istam quæstionem, vt dixi, omnino non pertinet. Ioannes enim dicit, alienā doctrinā hominibus aue non esse dicendum, Paulus autem vehementer dicit, Si quis auarus nominatur inter vos aut auarus, aut ebriosus, &c. cum eiusmodi nec cibum quidē simul sumere: & tamen cum collegis fœneratoribus, insidiosis, fraudatoribus, raptoribus, non priuatam mensam, sed dei altare habebat cōmune Cyprianus. Quomodo autem hoc defendatur, iam in alijs libris satis dictum est.

Ca. XLVI. Licetus à Gemellis dicit, Cæcus cæcum si ducat, ambo in foueam cadunt. Cum ergo hereticos constet nō posse illuminare quēquam, vtpote cæcos, baptismum eorum nō valet. Respon. Nec nos dicimus valere ad salutem quandiu heretici sunt, sicut & illis homicidis quādiu fratres oderūt. nam & ipsi in tenebris sunt, & si quis eos sequitur, simul in foueam cadunt. Nec ideo tamen baptismum vel nō habent vel non tradunt. Natalis à Boëa dicit, Tam ego præsens quā Pōpeius Sabratēsis, quā etia Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerunt, corpore quidē absentes, spiritu præsentēs, cōsecimus quod & collegæ nostri, quod heretici cōmunicationem habere nobiscum nō possunt, nisi Ecclesiastico baptismum baptizati fuerint. Respon. Cōmunicationem credo eam dicit, quæ pertinet ad columbæ societatem. nam in participatione sacramentorum proculdubio cōmunicabant eis, neminem iudicantes aut à iure cōmunionis aliquē si diuersum sentiret amouētes, sed quoli-

bet modo dixerit, nō magnopere verba hæc refellenda sunt. Certe enim nō communicet hereticus, nisi ecclesiastico baptismum baptizatus. Cōstat autem Ecclesiasticum esse baptismum etiam apud hereticos verbis euāgelicis consecratum, sicut ipsum Euāgeliū ecclesiasticum est, nec ad eorum pertinet puerilitatē, sed vtiq̄ suam retinet sanctitatem. Iunius à Neapoli dicit, Ab eo quod semel censuimus non recedo, vt hereticos venientes ad Ecclesiam baptizemus. Respo. Hic quia nullam rationem vel testimoniū scripturarum attulit, diu nos tenere nō debet. Cyprianus à Carthagine dicit, Meam sententiam plenissime exprimit epistola quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, hereticos se aduersarios Christi & antichristos appellatos, quādo ad Ecclesiam venerint, vnicō baptismum Ecclesie baptizandos esse, vt possint fieri de aduersarijs amici, & de antichristis Christiani. Respo. Quid aliud hic disputandum est, quando ipsam cuius mentionem fecit Epistola ad Iubaianum datā, quanta potuimus diligentia pertractauimus: Et quod hic dixi, meminerimus dici posse de omnibus iniquis, quos & in catholica esse ipse testatur, & baptismum habere & dare, nemo nostrum ambigit. Illi enim veniunt ad Ecclesiam qui de parte diaboli ad Christum transeunt, & edificant super petram, & incorporantur columbæ, & in horto cōcluso & fonte signato mununtur, vbi nō sunt omnes qui cōtra Christi præcepta viuunt, vbi libet esse videantur. Nam in epistola quam scripsit ad Magnum, cū de hac ipsa re ageret, satis aperte ipse nos cōmonuit, in qualibet societate oportet intelligi Ecclesiam. Ait enim de quodā loquens, Alienus fiat & prophanus dominicæ pacis, ac dominicæ vnitatis inimicus, non habitans in domo dei, id est, in Ecclesia Christi, in qua non nisi concordēs atq; vnanimēs habitāt. Quod ergo hic dicimus paululū aduertant, qui nobis de Cypriano volūt præscribere. Si enim in Ecclesia Christi nō nisi concordēs atq; vnanimēs habitant, proculdubio nō habitabant in Ecclesia Christi, quāuis intus esse viderentur illi qui per inuidiā & cōtentionem sine charitate Christum annunciabant, quos ipse intelligit non hereticos vel schismaticos à Paulo Apostolo cōmemoratos, sed falsos fratres cū illo interius conuersantes, qui certe baptizare nō debebāt, quia in Ecclesia non habitabant, in qua ipse dicit non habitare nisi concordēs & vnanimēs, nisi forte quisquam sic abhorret à vero, vt dicat concordēs & vnanimēs fuisse inuidos & maleuolos, & sine charitate contentiosos, & tamen baptizabāt, nec eorum ista detestanda puerilitas sacramentum Christi quod per eos tractabatur & dispensabatur, aliqua ex parte minuebat atq; violabat. Totum sane ipsū locum in eadē ad Magnum Epistola positū operæ precium est pertractare, quem ita contexit, Nō habitans, inquit, in domo dei, id est in Ecclesia Christi, in qua nō nisi concordēs atq; vnanimēs habitant, loquēte in Psalmis spiritu sancto & dicente, Deus qui inhabitare facit vnanimēs in domo. Deniq; vnanimē Christianos firma sibi atque inseparabili charitate cōnexos, etiā ipsa dominica sacrificia declarāt. Nam quādo dominus corpus suum panē vocat, de multorū granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portat indicat adunatum: & quando sanguinem suum vinum appellat, de botris atq; acinis plurimū expressum, atque in vnum coactū, gregem item nostrum significat cōmixtionē adunatę multitudinis copulatū. Hęc verba beati Cypriani indicant eum etiā intellexisse decorem domus

domus dei, quā domum ex vnanimis & cōcordibus constare affirmavit & docuit testimonio prophético, & significatione sacramentorum. In qua vtiq̄ domo non erant illi inuidi, & sine charitate maleuoli, qui tamen baptizabant. Ex quo apparet & in eis esse posse atque ab eis dari posse sacramentum Christi qui non sunt in Ecclesia Christi, in qua non nisi vnanimēs & concordēs habitare Cyprianus ipse testatur. Neque enim saltem hoc dici potest, tunc baptizare posse cum latent, quoniam illi Paulum Apostolum non latebant, quos in Epistola sua veracissimus testis notat, & gaudere se dicit quoniam & ipsi Christum annunciabant. De his quippe ait, Siue occasione siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Qui- quibus omnibus consideratis, puto me non temere dicere se alios ita esse in domo dei, vt ipsi etiam sint eadem domus dei, quæ dicitur edificari super petram, quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aque viue, paradysus cum fructu pomorum. Quæ domus etiam clauēs accepit, ac potestatem soluendi & ligandi. Hanc domum si quis corripentem corrigentemque contempserit, sit tibi, inquit, tanquam ethnicus & publicanus, De hac domo dicitur, Domine dilexerunt decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et qui habitare facit vnanimēs in domo. Et iocundus sum in his quæ dixerunt mihi, in domum domini ibimus, Et beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te: & innumerabilia testimonia. Hæc domus etiam triticum dicitur, siue tricennum, siue sexagenum, siue centum fructum afferens cum tolerantia. Hæc domus est in vasis aureis & argenteis, & lapidibus preciosis, & lignis impubribilibus. Huic domui dicitur, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et, Templum enim dei sanctum est quod estis vos. Hæc quippe in bonis fidelibus est, & sanctis dei seruis vbi que dispersis, & spiritali vnitatem deuinctis eadem cōmunionem sacramentorum, siue se facie nouerint, siue non nouerint. Alios autem ita dici constat esse in domo, vt non pertineant ad compagem domus, nec ad societate fructifera pacificæq; iustitiæ, sed sicut esse palea dicitur in frumentis, nam & istos esse in domo negare nō possumus, Paulo Apostolo dicente, In magna autem domo non solum aurea vasa sunt vel argentea, sed & lignea & fictilia: & alia quidem sunt in honorē, alia vero in contumeliam. Ex hoc numero innumerabili, non solum turba intus premens cor paucorum in tanta multitudinis comparatione sanctorum, sed etiam diruptis rebus hæreses & schismata existunt, in eis qui iam magis ex domo quā in domo esse dicendi sunt, de quibus dicitur, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Separatiores enim sunt iam etiam corporaliter segregati, quā illi qui in terris carnaliter & animaliter viuunt, & spiritaliter separati sunt. Horum autem omnium generum illi primi, qui sic sunt in domo dei vt ipsi sint domus dei, siue iam spirituales sint, siue adhuc paruuli lacte nutriantur, sed tamen ad spiritalem habitum intento corde perficiant, nemo dubitat quod baptismum & vtiliter habeant, & se imitantibus vtiliter tradant: factis autem quos spiritus sanctus fugit, et si ipsi quantum in eis est vtiliter tradunt, illi tamen inutiliter accipiunt, non amantes eos per quos accipiunt. Illi vero qui sic sunt in magna domo tanquam vasa in contumeliam, & inutiliter habent baptismum, & se imitantibus inutiliter

tertradunt: illi porro ab eis vtiliter accipiunt, qui non ipsis corde atque moribus sed sanctæ domui copulantur. Qui autem separatiores non magis in domo quā ex domo sunt, neque omnino non habent, neque ab eis vtiliter accipiunt, nisi forte accipiendi necessitas videretur. tamen & habent, quanquam inutiliter habeant, & accipitur ab eis etiam cum inutile est accipientibus, quod vt fiat vtile, ab hæresi vel schismate recedendum est, & illi domui coharendum: quod non solum heretici & schismatici, sed etiam illi facere debent, qui sic sunt in domo per cōmunionem sacramentorum, vt extra domum sint per diuersitatem morum. sic enim ipsis vtile incipit esse sacramentum quod aliter inutile est. Solet etiam quæri, vtrum approbandum sit baptismum quod ab eo qui non accepit accipitur, si forte hoc curiositate aliqua didicit quemadmodum dādum putaretur. sit, & vtrum nihil intersit quo animo accipiat ille cui datur, cum simulatione, an sine simulatione: si cum simulatione, vtrum fallens sicut in Ecclesia vel in ea quæ putatur Ecclesia: an iocans sicut in mimo: & quid sit sceleratius, in Ecclesia fallaciter accipere, an in hæresi vel schismate sine fallacia, id est, animo non simulato, & vtrum in hæresi fallaciter, an in mimo cum fide, si quisquam inter agendum repentina pietate moueatur, quanquam talem si etiam illi conferamus, qui in ipsa catholica fallaciter accipit, mirum si dubitatur quis cui præferendus sit. Quid enim profit animus veraciter dantis fallaciter accipienti non video: sed arbitremur etiam fallaciter aliquem dantem, cum & tradens & accipiens fallaciter agant in ipsa vnitatem catholicam, vtrum hoc magis baptismum sit acceptandum, an illud quod in mimo datur, si quis existat fideliter, subito accipiens commotus, an quantum ad ipsos quidem attinet homines, plurimum distat inter credentem in mimo, & irridentem in Ecclesia, ad ipsius autem sacramenti integritatem nihil intersit. Si enim nihil intersit ad integritatem sacramenti in ipsa catholica, vtrum id aliqui fallaciter an veraciter agant, cum tamen hoc idem vtiq̄ agant, cur extra intersit, non video, quando ille qui accipit non simulatione palliatus, sed religione mutatus est, an plus valent ad confirmandum sacramentum illi veraces inter quos agitur, quā ad frustrandum illi fallaces à quibus agitur & in quibus agitur, & tamen si postea prodatur nemo repetit, sed aut excommunicando punitur illa simulatio, aut penitendo sanatur. Sed nobis tutum est in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in catholico regionali concilio cepta, nullo plenario concilio terminata sunt. id autem sit cura securæ vocis asserere, quod in gubernatione domini dei nostri & salutatoris Iesu Christi, vniuersalis Ecclesie cōsensione roboratum est. Veruntamen si quis forte in eo concilio constitutum, vbi talium rerum quæstio versaretur, non præcedentibus talibus quorum sententijs sequi mallet, vgeret vt dicerem quid ipse sentirem, si eo modo affectus essem, quo eram cum ista dicerem, nequaquam dubitarem habere eos baptismum, qui vbiq̄que & à quibus vniq̄que illud verbis euāgelicis consecratum, sine sua simulatione & cum aliqua fide accepissent, quāquam eis ad salutem spiritalem non prodesset si charitate caruissent, qua catholice inserentur Ecclesie. Si enim habeam, inquit, fidem vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum: sicut iam præteritis maiorim statutus non dubito etiam illos habere

1. Ioan. 2.

G baptismum, qui quanuis fallaciter id accipiant in Ecclesia, tamen accipiunt, vel vbi putatur esse Ecclesia ab eis, in quorum societate id accipitur, de quibus dictum est, Ex nobis exierunt. Vbi autem neque societas vlla esset ita credentium, neque ille qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludicre & mimice & ioculariter ageretur, vtrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordia oratione, & impensis supplicii deuotione gemitibus implorandum esse censerem, ita sanè vt post me dicturos sententias, ne quid iam imploratum & cognitum afferrent, humiliter expectarem: quanto magis ergo nunc sine præiudicio diligentioris inquisitionis vel maioris autoritatis illud dixisse accipiendus sum? Sed iam vt existimo tempus est hos etiam

Concludit Donatistas & hereticos si- cut & ma- los Chri- stianos da- re & acci- pere posse sacramen- tum bap- tismatis. Cap. 54.

libros de quaestione baptismi debito sine concludere, vbi nobis ostendit dominus deus noster per pacificum Episcopum Cyprianum, & illos qui ei confenserunt quantum sit catholica vnitas diligenda, vt in eo quod aliter sapiebant, donec id quoque deus reuelaret, tollerarent potius diuersa sentientes, quam se ab eis nefario schismate separarent, vbi Donatistarum prorsus oratio clauduntur, etiam si de Maximinianis nihil dicamus. Si enim mali bonos in vnitate contaminant, nullam iam Ecclesiam cui sociaretur vel ipse Cyprianus inuenit. Si autem mali bonos in vnitate non maculant, nullam causam separationis sacrilegus Donatista proponit: Baptismum autem si habent & tradunt alij tam

Galat. 5.

multi qui operantur opera carnis, qualia qui agunt regnum dei non possidebunt, habent ac tradunt & heretici qui inter illa opera numerati sunt, quod quia recedendo non amiserunt, & tradere manendo potuerunt, sed tam infructuose atque inutiliter tales talibus, quam & illi ceteri pares eorum, in eo quod regnum dei non possidebunt. Et quemadmodum illis correctis baptismum non incipit adesse quod deerat, sed prodesse quod inerat, sic & hereticis. Vnde Cyprianus & qui cum eo senserunt, catholica Ecclesia quam noluerunt præcidere, non potuerunt præscribere. Quod vero aliter sapuerunt, non expauescimus, quia cum eis veneramus & Petrum: quod autem ab vnitate non recesserunt, gau-

Matt. 7.

demus, quia cum eis edificamur in petra.

Libri septimi finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI-
scopi, De vnico baptismo contra Peti-
lianum Liber vnus.

Procedenda qua dila- tent nocet. Cap. 1.



propter ipsam disputationum copiam, vt non solum ad diligentiores res rara perueniat, sed quolibet modo ex

multis in manus etiam negligentes incurrat. Proinde sermonem de vnico baptismo ab eis compositum à quibus baptismus iteratur, quem mihi cum in rure simul essemus, à nescio quo Donatistarum presbytero acceptum dedisti, atque vt ei responderem multum petisti, non nisi verborum strepitu inflatū & calumniosis criminationibus asperatum, vide adiuuante domino quanta facilitate confutem. Prima illic inuidia est, quod ventilatur in publico res secreta. Taceant ergo qui hoc fieri debere non putant. Aut si ad loquendum cogi se dicunt vt respondeant contra sententias, hæc etiam nostra causa est, vt respondeam non solum contra sententias, verum etiam contraria facientibus. Debet enim palam redargui quod in occulto nocet, quia & palam defenditur, cum snadetur in occulto quod noceat cum perficitur. Nam quis coram prophanis quenquam baptizat? Et tamen baptizari Christianos nullus prophanus ignorat, qui audit in publico, quod si credit, percipit in secreto. Videamus ergo de baptismatis iteratione quid dicant qui verendum hoc in aperto dicere, quod vti in aperto timerent admittere. Vbi sit, inquit, verum baptismum queritur. Deinde subiungit, Vique adeo meum est, vt quod à me vnicum datum est, nec ab ipsis sacrilegis iteretur. Cui respondemus, Sacrilegus non est, qui vnicum baptismum, non quod tuum sed quod Christi est iterare non audeat. Christi est enim vnica hominis in baptismo consecratio, tua est autem vnicui baptismatis iteratio. Corrigo in te quod tuum est, agnosco quod Christi est. Hoc enim iustum est, vt cum mala hominum reprobamus, quæcunque in illis bona dei reperimus, approbemus. Hoc, inquam, iustum est, vt etiam in sacrilego non violem quod venio inuenio sacramentum: nec sic emendem sacrilegum, vt in eo perpetrem sacrilegium. Nam sic sunt isti mali in baptismo bono, quemadmodum sunt Iudei mali in lege bona. Itaque vt illi per illam legem iudicabuntur, quam malitia sua malam non fecerunt, ita & isti per ipsum baptismum iudicabuntur, quem bonum mali tenuerunt. Ergo quemadmodum Iudeus cum ad nos venerit vt Christianus fiat, non in eo destruius bona dei sed mala ipsius, nam quod errat non credendo quod Christus iam venerit, natūque & passus sit, & resurrexerit, hoc emendamus: eaque infidelitate destructa, fidem qua hæc creduntur astruimus. Item quod errat vmbri veterum sacramentorum in hærendo, dissuademus, iamque venisse tempus quo hæc auferenda atque mutanda Prophetæ prædixerant demonstramus. Quod vero vnum deum colendum credit qui fecit coelum & terram, quod omnia idola & sacrilegia gentium detestatur; quod futurum expectat iudicium, quod vitam sperat æternam, quod de carnis resurrectione non dubitat, laudamus, approbamus, agnoscamus, sicut credebat credenda, sicut tenebat tenenda, firmamus. Ita etiam cum ad nos venerit schismaticus vel hereticus vt catholicus fiat, schisma eius & hæresim dissuadendo & destruendo rescindimus, sacramenta vero Christiana si eadem in illo inuenimus, & quicquid aliud veri tenet, absit vt violem, absit vt si semel danda nouimus iteremus: ne dum vitia humana curamus, diuina medicamenta damnemus, aut querendo sanare quod vulneratum non est, hominem laucium & vbi sanus est vulneremus. Proinde si de aliqua re ad fidem Christianam & catholicam pertinente, si denique de ipsa trinitatis vnitate dissentientem hereticum inuenio,

Auenio, & tamen Euangelica & Ecclesiastica regula baptizatum, intellectum hominis corrigo, non dei violo sacramentum. Loquor de Iudeis & schismaticis vel hereticis sub Christi vtunque nomine errantibus. De ipsis gentilibus idolorumque cultoribus multa vtique à nobis diuersitate distantibus, nihil aliud nobis demonstrat Apostolus, nisi vt in ipsis quoque ita quicquid prauum est corrigamus, vt quod forte rectum est approbemus. Nam vtique idolorum, & quod est grauius non tantum cultores, sed etiam institutores simulachrorum redarguebat, vbi ait, Qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euenerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt & quadrupedum & serpentium. Talia quippe nouimus fuisse simulachra Aegyptiorum, vbi & instituta esse multiplicior multoque ignominiosior idololatria perhibetur. Nunquid tamen cognitione dei denegauit illis fuisse, ac non potius confirmauit, dicens, Cognoscentes deum, non vt deum glorificauerunt? Si ergo istam cognitionem tanquam mendacium repellere & destruere conaretur, quod eam in sacrilegis inuenisset, nonne, quod absit, veritatis inimicus existeret? Ideoque id quod immutauerunt in mendacium suum, Nam & hoc dixit, Immutauerunt gloriam dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: talē scilicet fingentes deum, qualis non est deus, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominibus. Et paulo post de talibus dicit, Qui immutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula. Veritas quippe creaturæ à deo est, non deus, quam illi in mendacium conuerterunt, tanquam deos colentes Solem & Lunam & quæcunque celestia atque terrestria. Quod ergo immutauerunt in mendacium suum, culpam, detestatur, euerit. Quod autem verum in doctrina quauis multis falsitatibus permixta confusaque seruauerunt, approbat, testatur, affirmat. Nam & hinc eundem locum ita cepit vt diceret, Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui veritatem in iniquitate detinent. non abnegans veritatem, quanuis in iniquitate detentam. Et in Actibus Apostolorum, cum de deo vno C & vero Athenienses doceret, quod in illo viuimus, mouemur, & sumus: continuo subiunxit, Sicut quidam secundum vos dixerunt. Hoc igitur quod in deo viuimus, mouemur & sumus, ex illa veritate est quæ & illi impij simulachrorum cultores in iniquitate detinent, qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt. Hanc tamen veritatem sicut videmus apud impios & sacrilegos inuentam, non destruit, sed confirmat Apostolus, eiusque vtitur testimonio ad docendos eos qui ista nesciebant. Huius regulæ Apostolicae sectator Episcopus Cyprianus, de vno vero deo aduersus multorum deorum cultores disputans, multa profert testimonia de libris eorum quos præclaros auctores habet, hoc est ex illa veritate quam in iniquitate detinent. Multo autem mirabilius est quod fecit Apostolus, vt eorum phan- tam, in qua scriptum esset, Ignoto deo: neque hoc negando & repellendo destruxerit, sed potius confirmando hinc etiam reperit opportunissimum suæ disputationis exordium dicens, Quem vos ignorantem colitis, hunc ego annuncio vobis. Hanc itaque & nos per maiores Tomus septimus.

nostros traditam nobis sequentes Apostolicam regulam si quid recti etiam in peruersis inuenimus, eorum peruersitate correctam, illud quod rectum est minime violamus, vt in vno homine ex iis quæ vera tenet, etiã falsa emendentur, non ex falsis conuictis etiam vera destruantur. Temporibus Apostolorum qui dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephas: quanuis non per impiorum, sed sanctorum nomina, ipsi tamen impia schismata faciebant, hoc ipsorum erat detestabile vitium: Quod vero sciebant Christum pro se esse crucifixum, & se in eius nomine baptizatos, non erroris eorum, sed diuini aut gratias egerunt, sed euenerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt & quadrupedum & serpentium. Talia quippe nouimus fuisse simulachra Aegyptiorum, vbi & instituta esse multiplicior multoque ignominiosior idololatria perhibetur. Nunquid tamen cognitione dei denegauit illis fuisse, ac non potius confirmauit, dicens, Cognoscentes deum, non vt deum glorificauerunt? Si ergo istam cognitionem tanquam mendacium repellere & destruere conaretur, quod eam in sacrilegis inuenisset, nonne, quod absit, veritatis inimicus existeret? Ideoque id quod immutauerunt in mendacium suum, Nam & hoc dixit, Immutauerunt gloriam dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: talē scilicet fingentes deum, qualis non est deus, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominibus. Et paulo post de talibus dicit, Qui immutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula. Veritas quippe creaturæ à deo est, non deus, quam illi in mendacium conuerterunt, tanquam deos colentes Solem & Lunam & quæcunque celestia atque terrestria. Quod ergo immutauerunt in mendacium suum, culpam, detestatur, euerit. Quod autem verum in doctrina quauis multis falsitatibus permixta confusaque seruauerunt, approbat, testatur, affirmat. Nam & hinc eundem locum ita cepit vt diceret, Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui veritatem in iniquitate detinent. non abnegans veritatem, quanuis in iniquitate detentam. Et in Actibus Apostolorum, cum de deo vno C & vero Athenienses doceret, quod in illo viuimus, mouemur, & sumus: continuo subiunxit, Sicut quidam secundum vos dixerunt. Hoc igitur quod in deo viuimus, mouemur & sumus, ex illa veritate est quæ & illi impij simulachrorum cultores in iniquitate detinent, qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt. Hanc tamen veritatem sicut videmus apud impios & sacrilegos inuentam, non destruit, sed confirmat Apostolus, eiusque vtitur testimonio ad docendos eos qui ista nesciebant. Huius regulæ Apostolicae sectator Episcopus Cyprianus, de vno vero deo aduersus multorum deorum cultores disputans, multa profert testimonia de libris eorum quos præclaros auctores habet, hoc est ex illa veritate quam in iniquitate detinent. Multo autem mirabilius est quod fecit Apostolus, vt eorum phan- tam, in qua scriptum esset, Ignoto deo: neque hoc negando & repellendo destruxerit, sed potius confirmando hinc etiam reperit opportunissimum suæ disputationis exordium dicens, Quem vos ignorantem colitis, hunc ego annuncio vobis. Hanc itaque & nos per maiores

Cor. 1.

E

Acto. 17.

Caput VI.

Gabinus? Nec illos Corinthios arbitror, quos in schismata dissiluisse redarguit, veram fidem habuisse, in eo quod dicebant, Ego sum Pauli: hoc etenim fallum erat: Verumtamen baptismum habebant, ex cuius veritate ut istam corrigerent falsitatem, ab eo ipso audiunt, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Erant illic etiam qui mortuos resurrexerunt non credebant, & in eo utique non veram tenebant neque habebant fidem. Ex eo tamen quod veram habebant, quoniam credebant Christum resurrexisse in quo fuerat baptizatus, dat operam Apostolus etiam illud curare, in quo eis fides sana non erat, dicens, Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. ut quoniam Christum resurrexisse crederent, & hoc in eis sanum erat, illud etiam sanaretur, quod resurgere mortuos errore perniciosissimo non credebant. Quamobrem cum in scripturis sanctis canonicis nec illi inueniantur hereticos ad Ecclesiam catholicam venientes denuo baptizatos, nec nos inueniamus in eodem baptismo, quem in heresi acceperant, fuisse susceptos: in hac re duntaxat par nobis causa est, quia nec illi quod faciunt, ut hereticos vel quos hereticos putat denuo baptizet, nec nos quod facimus ut etiam apud hereticos datum suscipiamus baptismum Christi, vltimo temporum Apostolicorum expresse confirmatur exemplo. Sed nos reperientes Apostolos in quibuslibet erroribus, vel qualibet impietate sacrilegis, si quid veri cognouerunt confirmasse potius quam negasse, hominum autem comparari & impietatem, saluo quod in eis verum inuentum est, emendasse siue damnasse, hanc regulam etiam in baptismi veritate sectamur, ut apud quos eam inuenimus ita retentam atque seruata sicut in Ecclesia catholica retinetur atque seruatur, non eam negemus neque destruamus, sed ea manente quod vitiosum, quod prauum, quod falsum in vnoquoque fuerit, curemus, corrigamus, emendemus: aut si non possumus, detestatum damnatumque vitemus. Proinde cum eos suscipimus, non suscipimus iniquitatem eorum, non eam negemus neque destruamus, sed ea manente quod vitiosum, quod prauum, quod falsum in vnoquoque fuerit, curemus, corrigamus, emendemus: aut si non possumus, detestatum damnatumque vitemus. Proinde cum eos suscipimus, non suscipimus iniquitatem eorum, non eam negemus neque destruamus, sed ea manente quod vitiosum, quod prauum, quod falsum in vnoquoque fuerit, curemus, corrigamus, emendemus: aut si non possumus, detestatum damnatumque vitemus. Proinde cum eos suscipimus, non suscipimus iniquitatem eorum, non eam negemus neque destruamus, sed ea manente quod vitiosum, quod prauum, quod falsum in vnoquoque fuerit, curemus, corrigamus, emendemus: aut si non possumus, detestatum damnatumque vitemus.

Apostoli magis vtar, Reuelatur ira dei de caelo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinent. Hac ira si non se correxerint, etiam istos iniustos inueniet qui veritatem Christiani baptismatis in iniquitate detinent suae sacrilegae separationis. Ecclesia vero catholica quae sicut de illa praedictum est, per omnes gentes copiosa fecunditate diffunditur, nullius sic emendat iniquitatem, ut in eo non ipsius, sed sui domini destruat veritatem. Quid ergo iste quasi licenter ac fidenter exclamat? Baptizavi securus, quem tu sacrilegus inquinasti. Baptizavi, inquam, feci quod fecit Paulus Apostolus. Igitur ubi hoc fecerit Apostolus Paulus. Quod si de illis apud Ephesum vult intelligi, audeat ergo dicere quod eos Ioannes sacrilegus inquinauerit. Quod si non audet dicere, quoniam aperitissimum nephas est, desinat tandem de re multum dissimili false similitudinis nebulas excitare. Nam illud quod adiungit de Episcopo Carthaginensi Agrippino, de inclyto martyre Cypriano, de septuaginta praecessoribus Cypriani, quia hoc fecerunt & fieri praecerunt, quod quam detestandum est error hominum, qui clarorum virorum quaedam non recte facta laudabiliter se imitari putant, a quorum virtutibus alieni sunt. Sic enim & nonnulli Petro Apostolo comparari se volunt si Christum negauerint: si vero etiam gentes iudaizare coegerint, vocitari germani eius astante Apostolica gratia ut continuo declarentur, cum nec ei non dico praferri, sed saltem possit aequari, aut de proximo comparari, quibus nostrorum temporum Christianus, aut etiam Episcopus qui nec Christum negauerit, nec gentes iudaizare compulerit. Sic etiam in martyre gloriosissimo Cypriano, si apud hereticos vel schismaticos datum Christi baptismum nobilet agnoscere, dum eos nimium detestaretur, quos a catholica vnitate, quam multum dilexit, separatos dolebat, tanta eius merita usque ad triumphum martyrii consecuta sunt, ut & charitatis qua excellere luce, illa obumbratio fugaretur, & ut sarmetum si uel uosum fieret fructuosus, si quid habebat purgandum, si nulla re alia, certe passionis faece vltima tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem etiam in hereticorum iniquitate agnoscimus potius quam negamus, ideo meliores Cypriano sumus, sicut nec Petro, quia gentes iudaizare non cogimus. Hoc de Agrippino aliisque Episcopis, qui illa concilia fecisse perhibetur responderim, qui sic diuersa senserunt, ut cum eis contra quos de hac questione sentiebant, in vnitate persisteret, ubi charitas cooperit multitudinem peccatorum. Sic namque ambulantes in Ecclesia vnitate in quam pervenerant, potuit deus, sicut Apostolus dicit, id illis reuelare quod aliter sapiebant. Noua enim tunc quaestio fuit, quemadmodum suscipiendi essent heretici, quae nonnullos fratres heretica perniciem vehementer merito detestantes, ipsa nouitate turbauit, ut crederet hoc etiam in eis esse improbandum quod malo suo tenebant bonum. Ego autem ut quod de hac re sentio, breuiter dicam, rebaptizare hereticos quod illi fecisse dicuntur, tunc fuit humani erroris, rebaptizare autem catholicos quod adhuc isti faciunt, semper est diabolica praesumptionis. Sed volo soluat mihi iste quaestionem, quandoquidem Romana Ecclesia per ordinem commemoras Episcopos, inter eos commemorauit & Stephanum, quos Episcopatum illibate gessisse confessus est. Cum ergo Stephanus non solum non rebaptizaret hereticos, verum etiam hoc facientes vel fieret decernentes, excommunicandos esse censeret, sicut aliorum Episcoporum & ipsius Cypriani litterae ostendunt,

ostendunt, tamen cum eo Cyprianus in vnitate pace permansit. Quid hinc dicturi sunt? Excitant ingenia sua quantum possunt, & vtrum valeant respondere considerent. Ecce duo erant vno tempore, ut de aliis taceam, qui diuersa sentiebant. Duo erant eminentissimarum ecclesiarum Romanae scilicet & Carthaginensis episcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in vnitate catholica constituti: Quorum Stephanus baptismum Christi in nullo iterandum esse censebat, & hoc facientibus grauius censerebat. Cyprianus autem in heresi vel schismate baptizatos, tanquam non habentes baptismum Christi, baptizandos in Ecclesia catholica existimabat. Multi cum illo, quidam cum isto etiam sentiebant, vtrique cum eis in vnitate consistentes. Si ergo verum est quod isti dicunt, & vnde causam suae separationis asserere vel excusare conantur, quod in vna communione sacramentorum mali maculant bonos, & ideo corporali disunctione a malorum contagione recedendum est, ne omnes pariter pereant, iam tunc Stephani & Cypriani temporibus constat perisse Ecclesiam, nec posteris derelictam, ubi Donatus ipse spiritaliter nasceretur. Quod si dicere nefarium iudicatur, quia reuera nefarium est, sicut mansit Ecclesia ex illis temporibus usque ad tempora Caeciliani & Maiorini siue Donati, nec eam maculando perdere potuerunt quicumque in eam secundum ipsos sine baptismo admitti sunt, pleni omnibus peccatis & criminibus suis, nec vlla facta est a Cypriano & eis qui pariter de baptismo sapiebant, ab illorum communione diuisio, quoniam non se arbitrabantur in vnitate & communione sacramentorum Christi, alienis malis posse maculari. Sic potuit & deinceps ecclesia permanere, quam toto, sicut de illa praedictum est, terrarum orbe crescentem nullo modo poterant quorumlibet traditorum ac facinorosorum aliena crimina maculare, sicut in vna area usque ad tempus ventilationis, maculari paleis frumenta non possunt, sicut intra eadem retia usque ad tempus littoris mali pilces bonos simul natando non perdunt. Nulla igitur ratio fuit, sed maximus furor, quo isti velut malorum communionem cauentes, se ab vnitate Christi quae toto orbe diffunditur separarunt. Nisi forte a criminibus crimina mirabili arte discernunt, non de scripturis sed de cordibus suis distinctionum regulas proferentes, atque dicentes, in vnitate communionis sacramentorum aliqua crimina aliena sine cōtaminatione tolerari, traditionis autem crimine omnes qui cum talibus sacramenta communicauerunt detineri. Sed hinc diutius disputare superfluum est, praesertim quia & hoc rarissime audent dicere: ipsi quoque verecundantes & sentientes vana se loqui, & cum ea dicunt, nullo diuino testimonio fulcire nituntur. Magis enim solent in ore habere quando peccatis aliorum alios criminantur, ad excusandum nefas separationis suae. Videbas furem, & concurrebas cum eo: & ne communicaueris peccatis alienis: & recedite & exite inde: & immundum ne tetigeritis: & qui tetigerit pollutum, pollutus est: & modicum fermentum totam massam corrumpit: & alia huiusmodi, quibus non traditionis crimen ab aliis criminibus aliqua proprietate discernitur, sed omnis peccati confociato prohibetur. Quae tamen diuina testimonia vel praeccepta si eo modo quo isti, intelligeret Cyprianus, profecto se ab Stephano separaret, nec cum illo in catholica vnitate communionem persisteret. Ille quippe secundum sententiam quam de baptismo isti tenendam putant, hereticos & schismaticos sicut opinantur, baptismum Christi non habentes admittendo in Ecclesiam comunicabat peccatos.

catis alienis, quia videlicet peccata eorum qui baptismum vero abluti non erant, in eis utique permanebant. Debit ergo Cyprianus ab huiusmodi cōmunionem discedere, ne cum fure concurreret, ne peccatis communicare alienis, ne contagione inquinaretur immundi, ne pollutus fieret tangendo pollutum, ne fermento corrumpetur aliorum. Hoc ergo quoniam non fecit, sed cum eis in vnitate permansit, tota ipsius vnitate tunc massa corrupta est, nec perseverauit Ecclesia, quae postea sanctos istorum Maiorinum pateret ac Donatum. Hoc quia dicere nullo modo audent, restat ut fateatur bonos cum malis in sacramentorum Christianorum cōmunionem sine vlla sua labe mansisse, & usque ad tempus Caeciliani perseverasse Ecclesiam Christi, non sine vllis hominibus malis, tanquam in horreo iam reconditam, sed adhuc commixta palea, tanquam in area constitutam. Sic ergo & deinceps potuit permanere, sicut & permanet, donec vltimo iudicij die ventilata mundetur. Quid igitur sibi vult tantus furor separationis istorum ab vnitate corporis Christi, quae sicut prophetari legitur, impleri quoque iam cernitur toto orbe terrarum, atque in omnibus gentibus dilatatur? Hinc certe sicut scriptum est, Malus filius ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit: hoc est, non excusat, non diluit, non defendit, quod furore schismatico in hereticam pestem de domo dei exire properauit: quia si vere iustus esset, sicut Apostolus Paulus cum fratribus falsis de quibus in suis epistolis ingemir, & sicut Cyprianus cum eis quos sine baptismo suis peccatis praeteritis plenos existimabat, & admitti ad Ecclesiam ab Stephano sciebat, ita in Ecclesia Christi cum eis quos iniustos vel nouerat vel putabat, sine vlla sui cōtaminatione persisteret, nec bonos propter malos desereret, sed malos propter bonos potius toleraret, tanquam granum cum palea pondere charitatis tritura miferens, non tanquam leuissimus puluis ante ventilationem flatibus cedens. Eo quippe modo etiam cum iniquis, quos necesse est usque ad littus retia ista cōtineant, in vnitate catholica perseverans, non tamen cum fure concurreret, nec peccatis communicaret alienis, nec cuiusquam immunditiae cōtrectatione macularetur, nec pollueretur tangendo pollutum, nec cuiusquam fermento corrumpetur. Haec enim sunt cōsensione peccatorum, quae per sceminam serpens hominem primum etiam in paradisi felicitate decepit, non cōmunionem sacramentorum, in qua cōdiscipulos Iudas mundos immundos cōtaminare non potuit. A malis autem cum quibus sacramenta dei communicant etiam nunc in area, nondum in horreo, iam tamē boni discedunt, & separantur morum dissimilitudine, non corporum segregatione, aliter viuendo, non ad alia conuenticula veniendo: sic nec cum malis vnum sunt, nec ab Ecclesiae vnitate discedunt. Quid ergo nobis nescio quorum traditorum crimina exaggerant, quos tamen nec ipsos vnquam conuincere potuerunt: sed si eos contra istorum calumnias defendamus, quorundam hominum causam videbimus agere, non Ecclesiae. Prorsus quicumque & vbiunque traditores fuerunt, & non tantum traditorum peccatum, sed ipsorum etiam qui tradere compellebant, & omnium omnino facinorosorum, flagitiosorum, sacrilegorum admittentem Stephanus in Ecclesiam secundum istos, qui si baptismum non habebant, omnia peccata quaecumque grauius & horrenda cōmiserant, in eis erant, & reos illos sine vlla remissione retinebant. Tales admittentem Stephanus, cum talibus erat in vnitate catholica Cyprianus, nec tamen perierit, sed perseverauit Ecclesia. Non igitur quoniam

G in eius vnitatem maculat aliena peccata. Frustra filius in alius a familia patris exire properauit, frustra se iustum dicit, exitum autem suum non abluo. An forte dicturi sunt, eos quos Stephanus admittebat, ipsius vnitatis participatione mundatos, quoniam charitas cooperit multitudine peccatorum: Vtinam dicant, Hoc enim & nos dicimus, quando eos ad vnitatem vel vrgemus ut redeant, vel monemus. Hoc autem pacto iam etiam nulla inter nos baptismi quaestio remanebit. Si enim apud haereticos baptizati cum ad Ecclesiam veniunt, vnitatis ipsius charitate mundantur, profecto sine causa rebaptizantur.

Capit. XVI Vides itaque in hoc sermone cui me respondere voluisti, quae multa dixerit ille pro nobis. Quid ergo iam opus est, ut Episcoporum Romanae Ecclesiae, quos incredibilibus calumniis infectatus est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus & presbyteri eius Melchades, Marcellus, & Syluester traditionis codicum diuinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur, sed nunquid ideo etiam conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit, ego innocentes fuisse respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam? Si est vlla humanitas in rebus humanis, puto nos iustius posse reprehendi si ignotos homines quos criminantur inimici, nec eorum crimen vlla testificatione demonstrant, nocentes potius quam innocentes crediderimus. Quia si forte se aliter veritas habet, ipsi certe humanitati debitum redditur, cui homo de homine nihil mali temere suspicatur, nec cuiquam criminanti facile credit, quando sine teste ac sine vlllo documento crimine obiciens, maledicus potius conuictor quam veridicus accusator extitit. Huc accedit, quia Melchades tunc Episcopo Romanae Ecclesiae praesidente, ex praecipuo Constantini Imperatoris, ad quem totam illam causam accusatorum Episcopi Carthaginensis Ecclesiae Caeiliani per Anulinum proconsulem detulerunt, idem Caeilianus innocens pronuntiatus est. De quo iudicio cum maiores istorum importunissima peruicacia memorato Imperatori quererentur, quod non plene nec recte fuerit examinatum atque depromptum, nihil de Melchades traditione vel thurificatione dixerunt. Ad cuius audientiam nec venire vtiq; debuissent, hoc potius aut suggerentes Imperatori, aut ut fuggereretur instantes, quod apud traditorem codicum diuinorum, & idolorum sacrificiis inquinatum, causam suam agere non deberent. Cum hoc ergo nec ante suggererint, nec posteaquam contra eos pro Caeiliano iudicatum est, saltem victi & irati obiciendum putarint, quid nunc inanes tam seruo connectunt calumnias, quasi & innocentia Caeiliani, Melchades iudicis decoloratione suffuscentur, & ipsa Romana Ecclesia, vbi nec dare quenquam suo qualicumque iudicio potuerunt, nec aliquem suorum velut in locum surrogare damnati, contra quam paucissimis Aphris partis suae primo interuentores aduentitios furtim longeque mittebant, quos istum nominatum commemorare non puduit, donec decepta plebecula quasi proprios Episcopos ordinaret: Nempe Episcopum Abtugensium Felicem post Caeiliani purgationem apud Imperatorem accusauerunt, quod ipse esset manifestissimus traditor, & ideo Caeilianus Episcopus esse non posset, quod ab illo traditore fuerit ordinatus.

2. Petri 4. *Capit. XVI* *H* Tunc Constantinus nec huic eorum accusationi negavit locum, quando eos in Caeiliani fictis criminibus calumniosos fuisse expertus, & ideo praecipit ut causa Felicis disputeretur. In Aphrica discussa est a proconsule He-

liano. Felix quoque innocens declaratus est. Extant gesta proconsularia: qui voluerit sumat & legat. Hoc autem non solum ad innocentiam Caeiliani demonstranda cumulum pertinet, ipsiusque Felicis euidentissimam purgationem, atque illorum calumnias declarandas, qui eum fontem omnium malorum in concilio suo dixerant, verum etiam ad cogitandam Melchades ab eorum criminationibus purissimam vitam. Nisi forte quisquam tam sit insipiens ut credat eos cum Felici non pepercerint, a quo Caeilianus fuerat ordinatus, Melchades parcere potuisse, a quo fuerat absolutus, si illius Episcopi vitam quantum nullum vulnus conscientiae peremisset, saltem qualicumque fama culpasset. An vero quod de foro Abtugensium factum fuerat, ab istis accusaretur, & quod in Capitolio Romanorum factum fuerat taceretur? De Mensurio autem quid respondeam, cum ab eius tempore usque ad obitum plebs vnitatis nulla conscissa est, ipsaque litera Secundi Tigistiani, quibus reprehensus asseritur, eos ad se inuicem pacifice scripsisse confirmant, atque in collegij societate mansisse? Iam vero quod de Cirtenis ecclesia dicere voluit, & episcopos ibi catholicos maledictis infectatus est quibus voluit, quid aliud egit nisi ut vituperando sanctos etiam nostrorum temporum viros nobisque optime cognitos, fatis ostenderet quid etiam de ignotis, quibus similiter maledicit, sentire debeamus: Proinde si profuturus ante paucissimos annos defunctus, & Fortunatus qui in corpore adhuc est, atque illi successit episcopo, quomodo Manichaei fuerunt, sic fuerunt & illi traditores, quos longe a nostris temporibus ignotissimos accusare non cessant, etiam illorum nobis cura ab istorum opprobriis vita notissima est. Non sane parua est parumque gloriosa consolatio cuiuscunque nostrum, si ab inimicis ecclesiae cum ipsa ecclesia criminamur: eius tamen defensio non in eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatum falsis criminibus appetunt, profus qualicumque fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchades, Mensurius, Caeilianus, atque alij quibus obiciunt pro sua dissensione quod volunt, nihil praedicit ecclesiae catholicae toto terrarum orbe diffusa, nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur. Si boni fuerunt, in area catholica tritura tanquam grana mundati sunt: si mali fuerunt, in area catholica tritura tanquam stipulae comminuti sunt. Intra istam aream boni & mali esse possunt, extra eam boni esse non possunt. Quisquis ab hac vnitatem vento superbia tanquam sola palea separatur, areae dominicae propter commixtam paleam quid calumniatur? Nos quoque dicimus, nec tantum dicimus, verum etiam literarum monumentis ecclesiasticis & publicis comprobamus, Secundum Tigistanum, cuius congregato concilio Caeilianum dicunt esse damnatum confessis traditoribus, ne schisma fieret, pacem dedisse, cum & eidem ipsi a Purpurio Limatenis crimen traditionis sui sset obiectum. Dicimus Victorem Rusicariensem, Donatum Calamensem, Donatum Maseulitanum, Marinum ab aquis Tibilitanis, Syluanum Coriensem fuisse traditores, eodemque quasi traditorum feruicentissimos danatores. Hoc probamus & ecclesiasticis & municipalibus & iudicialibus gestis. Sed nec ideo traditores sunt omnes in parte Donati, quia in ea isti fuerunt: nec ideo est innocens pars Donati si isti innocentes a traditionis iniquitate monstrantur. Melius enim audimus sanctam scripturam, quam vel cuiquam calumniatur de peccatis alienis, vel cuiquam quam similem calumniam formidamus. Anima enim

A qua peccata ipsa morietur. Et, Vnusquisque proprium onus portabit. Et, Qui manducat & bibit indigne, non alteri, sed sibi iudicium manducat & bibit: Et sinuntur vtraque crescere usque ad messem, ne cum ante tempus colliguntur zizania, eradicentur simul & triticum: & commixti optimis pascuis hae di agniq; pascuntur, donec a pastore qui errare non potest segregentur: & ex omni genere piscium retia complentur vnitatis, donec ad iudicium sitoris perducantur: nisi quod isti sua peruersa falsaque sententia sibi praediciant, qui propter aliena peccata iuste se dicunt ab orbis Christiani communione separatos. Per haec enim absurdam insanamque opinionem ipsi faciunt, ut eis quorumdam suorum peccata omnibus imputentur. Quod si iustum esse arbitrantur, rei sunt omnes cuiuslibet apud se in vno homine inuenti manifestissimi criminis. si autem hoc sicut iniustum est, iniustum esse cognoscunt, rei sunt omnes iniquissima separationis. Iam vero quoniam in hoc sermone de vnicoco magis baptismi quaestio est, ut vnde coepta est nostra disputatio concludatur, sicut in ipsa vnitatem dominicae areae, nec propter bonos laudandi sunt mali, nec propter malos non defendendi boni, ut in vno homine nec propter illud quod in eo integrum est, eius est accipienda peruersitas, nec propter id quod in eo peruersum est, negari debet eius integritas, quia & in ludaeorum iniquitate detinetur veritas resurrectionis mortuorum, & in gentilium iniquitate detinetur veritas vnus dei qui condidit mundum, & in eorum iniquitate qui cum Christo quia non colligunt spargunt, detinetur veritas, quia in eius nomine pellunt spiritum immundum, & in templorum sacrilegorum iniquitate inuenta est veritas, quae colebant ignotum deum, & in demonum iniquitate inuenta est veritas, quae confessi sunt Christum: sic & in haereticorum iniquitate inuenta veritas non neganda est qua detinetur baptismi sacramentum.

Sancti Augustini Episcopi, Libri de vnicoco baptismo Finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi Liber siue Epistola contra Petilianum Donatista Epistolam.

Augustinus Episcopus, dilectissimis fratribus ad nostram dispensationis curam pertinentibus, Salus quae in Christo est & pax vnitatis & charitatis eius sit vobiscum, & integer spiritus vester & anima & corpus in diem domini nostri Iesu Christi seruetur. Meministis fratres Petiliani Donatistarum Constantinis Episcopi, perparuum Epistolae partem in manus nostras aliquando venisse, eique particulae quod responderimus scripsisse me ad dilectionem vestram. Sed cum postea tota & plena nobis a fratribus qui ibi sunt mitteretur, placuit ei ab exordio respondere, tamquam praesentes ageremus. Quemadmodum semper scitis nos cum eis agere voluisse, ut sine studio contentionis, quid vel ab ipsis, vel a nobis dicitur, collata disputatione omnibus appareret. In multorum enim manibus illam Epistolam esse didicimus, qui etiam multa ex illa memoriter tenent, aliquid verum aduersus nos cum dixisse ar-

bitrantes. Sed nunc si legere voluerint quae respondimus, D profecto intelliget quid sibi abiiciendum, & quid tenendum sit. Neque enim illa nostra sunt, sicut ipsi possunt considerare, si velint sine studio partium iudicare. Nam de scripturis sanctis ita sunt omnia prolata & probata, ut ea negare non possit, nisi qui illarum scripturarum se inimicum esse profitetur. Sed de illo opere nostro video quid possint dicere illius tam mala causa pertinacissimi defensores, me videlicet absentis Epistolae respondisse, vbi verba mea ille non audiret, quibus continuo responderet. Defendat ergo verba Epistolae suae, & si potest ostendat responsionibus meis non ea fuisse resutata atque conuicta. Aut si hoc non vult, faciat & ipse huic Epistolae meae, quod ego illi ipsius, cui iam respondi. Illam quippe scripsit ad suos, sicut ego hanc ad vos. Cui si velit etiam ipse respondeat. Quaestio certe inter nos versatur, vbi sit Ecclesia, vtrum apud nos, an apud illos. Quae vtiq; vna est, quam maiores nostri catholicam nominauerunt, ut ex ipso nomine ostenderent, quia per totum est. Secundum totum enim *αληθινον* Graece dicitur. Haec autem Ecclesia corpus Christi est, sicut Apostolus dicit, pro corpore eius, quae est Ecclesia. Vnde vtiq; manifestum est, eum qui non est in membris Christi, Christianam salutem habere non posse. Membra vero Christi per vnitatis charitatem sibi copulantur, & per eandem capiti suo cohaerent, quod est Christus Iesus. Totum igitur quod annunciat de Christo, caput & corpus est. Caput est ipse vnigenitus Iesus Christus filius dei viui, ipse saluator corporis, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Corpus eius Ecclesia, de qua dicitur, Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Inter nos autem & Donatistas quaestio est vbi sit Ecclesia. Quid ergo facturi sumus? in verbis nostris ea quaesituri, an in verbis capitis sui, domini nostri Iesu Christi? Puto quod in illius potius verbis eam quaerere debemus, qui veritas est, & optime nouit corpus suum. Non enim dominus qui sunt eius. Quae sunt autem verba nostra, in quibus eam quaeri non oportet, aduertite, & videte etiam ibi quid intersit inter nostra verba & illorum: Et tamen in verbis nostris Ecclesiam quaeri nolumus. Quicquid nobis inuicem obiciimus, de traditione codicum diuinorum, de thurificatione, de persecutionibus, verba nostra sunt. Et in talibus quidem nos hunc tenemus modum, ut vel vtraque vera esse debeat, siue quae a nobis, siue quae ab ipsis dicuntur, vel vtraque falsa, vel nostra vera & sua falsa, vel nostra falsa & sua vera. Et in his omnibus nullam crimem esse orbis Christiani, cui nos communicaui ostendimus. Si enim vera sunt crimina & quae a nobis in illos & quae ab ipsis in nos dicuntur, faciamus quod ait Apostolus, Donates vobismetipsis, sicut & deus in Christo donauit vobis: ut maligni homines, nec illi qui forte fuerunt vel sunt apud nos, nec qui vel fuerunt vel sunt apud illos, impediunt concordiam nostram & vinculum pacis, vno eorum scelere correcto, quod se frustra separauerunt ab vnitatem orbis terrarum, cum tales haberent. Si autem vtraque falsa sunt, siue quae nos illis, siue quae illi nobis obiciunt vel de traditione, vel de persecutione innocentium, nullam video litem causam nisi quia est causa ut illi se corrigant qui se sine causa separauerunt. Quod si nos vera dicimus, quoniam gesta quae proferimus, & literis Imperatoris ad quem tunc & primo scripserunt & postmodum appellerunt, & totius orbis communione firmamus. Quae autem illi dicunt, ideo falsa esse conuincuntur, quia ipsis temporibus cum eadem quaestio

G verfaretur, obtinere causam suam minime potuerunt: Maior in eis apparet sacrilegæ animositatis furor & animarum innocentium persecutio, quæ si solo schismatis crimine tenerentur. Et illa quidem tribuant, non omnibus, sed quibus voluerint suorum: Schisma tamen crimine est omnium. Porro si crimina traditionis & persecutionis vera voluit esse, quæ obiciunt, & falsa quæ obiciuntur à nobis, nec sic purgantur à crimine schismatis: Ad quosdã quippe illa pertinere possunt, non ad vniuersum orbem Christianum. Quem si contagione perisse arbitrantur, omitto dicere quàm multi bono pacis etiã cognita mala in hominum congregatione tolerauerint, illud dico, illi ostendant, quomodo eorum contagione non perierint, quos sacrilegos incestatores consecratæ pudicitia feminarum inter se latere vel latuisse vel modo nesciunt, vel aliquando nescierunt. Profecto dicturi sunt, hoc ipso se non contaminatos, quæ nescierunt. Quomodo ergo cõtaminatus est orbis qui nescit adhuc an vera sint ista quæ dicuntur? Putemus nobis modo probata, modo demonstrata, quid agimus de tot gentibus? Deserunt nescientes, ergo deseruntur innocentes? Et cum illud sit nullum crimen illorum, hoc esse incipit scelus ratissimum nostrum? An currere debemus, & eos docere quod scimus? Ut quid hoc? Sicut innocentes sunt, innocentes sunt etiam dum nesciunt. Non enim mala facta hominum cognoscendo, sed cognitis non consentiendo, de incognitis autem non temere iudicando, innocentiam custodimus. Ac per hoc, ut dixi, innocens est orbis terrarum, qui crimina quæ ab istis in quosdã dicuntur, etiam si vera dicuntur, ignorat. Ab his autem innocentibus qui seipso separauerunt, eodem ipso crimine separationis & schismatis innocentiam perdidit, & modo nos docent, vera se dicere in quosdã, ut ab eis nos separarent in quos non habent vera quæ dicunt. Hoc enim eis dicit orbis terrarum, quod quidem sermone breuissimũ est, sed robustissimũ veritate. Aphri nempe inter se Episcopi consueverunt. Si finire inter se obortam dissensionem non poterant, ut siue per concordiam compositis, siue degradatis qui male cõrederent, hi qui bonam causam habebant, in communionem orbis terrarum per vnitatis vinculum permanerent, restabat utique ut Episcopi transmarini, qua pars maxima diffundebatur Ecclesiæ catholicæ, de Aphrorum collegarum dissensionibus indicarent, illis videlicet instantibus qui crimen malæ ordinationis aliis obiciebant. Hoc si factum non est, culpa eorum est à quibus fieri debuit, non orbis terrarum, qui non ad se perlata nesciuit. Si autem factum est, quid peccauerunt ecclesiastici iudices, qui crimina etiam si vera & ad se delata, sibi tamen non probata, dãnare nullo modo debebant? Nunquid eos mali polluere poterant, qui eis manifestari non poterant? Si autem manifestati sunt eis, & aliqua vel segnitia vel cohibentia tales à communione remouere noluerunt, & peruerso iudicio pro eis etiam dixerunt sententias, quid peccauit orbis terrarum, qui causam illam malos iudices habuisse nesciuit, & eos male iudicasse non credidit, de quibus iudicare non potuit? Sicut enim reorum scelus si iudices latuit, non eos utique contaminauit, sic & iudicium scelus si aliquod fuit, quia orbem terrarum latuit, eum profecto contaminare non potuit. His igitur innocentibus innocenter communicabimus, hodieque nescientes quæ tunc acta sunt. Quapropter etiam si vera esse quæ in quosdã dicunt hodie didicerimus, nulla causa est cur ab innocentibus qui hæc nesciunt recedamus, & transcamus ad eos, qui propterea crimine schismatis

omnes implicati sunt, quia id fecerunt quod nos facere K suadent, ut non exemplo Apostolorum toleremus malos, sed exemplo hæreticorum deseramus bonos. Sed faciamus orbem terrarum, quod fieri non potest, hodie nobiscum ad liquidum posse cognoscere vera esse quorundam scelera, quos isti criminantur, nunquid ex hoc innocentior fieri poterit quàm erat antequam nosset? Sicut enim eos maculare non poterant incogniti mali, etiam si adhuc in hac vita essent, ita qui iam ex hac vita emigrarunt, etiam cogniti maculare non possunt. Si ergo talis est causa nostra in verbis nostris de quorundam criminibus, quæ alternis nobis obiciunt, ut tam iniuncta sit, etiam si falsa esse quæ in quosdã illorum dicimus, & vera esse quæ in quosdã nostrum dicunt, hodie cognoscamus, quid habent quod respondeant? Siue illa potius vera sint quæ nos dicimus, & falsa quæ dicunt, siue vtraque falsa sint, siue vtraque vera sint, quandoquidem & ipsi vincuntur ibi, quod solum votis omnibus sibi vt credatur exoptant. Sed vt dicere ceperam, non audiamus, hæc dico, hæc dicis, sed audiamus. Hæc dicit dominus. Sunt certe libri dominici, quorum authoritati vtrique consentimus, vtrique credimus, vtrique seruimus: Ibi quaramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Hic forte dicturi sunt, Quid quaris in libris quos ignibus tradidisti? Ad hoc respondeo, Quid times ne legantur libri, si eos ab ignibus custodisti? Eos certe ille tradidisse credatur, qui eis lectis non consentire conuincitur. Aut si forte isti libri ita designant traditorem suum, sicut designauit dominus Iudam, legant in eis nominatim & expresse vel Cæcilianum vel ordinatores eius, eorumdem librorum futuros fuisse traditores, & si non eos anathematizauero, ipse cum eis iudicet tradidisse. Sed neque nos in eis libris inuenimus Maiorani ordinatorum designatos esse traditores, quoniam hæc aliunde recitemus. Auferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos iniucem, non ex diuinis canonicis libris, sed aliunde recitamus. Quod si nolint ut auferantur, videant quia & si vtraque vera sunt, nulla fuit causa separationis illorum ut eos fugerent, quos in nullo crimine reperiebant. Et si nostra vera, illorum autem falsa sunt, nulla fuit causa separationis illorum, quia potius se corrigere, atque in vnitate permanere debebant. Et si nostra falsa sunt, & illorum vera sunt, nulla fuit causa separationis illorum, quia innocentem orbem terrarum cui hæc demonstrare vel noluerunt vel non potuerunt, deserere non debebant. Quarat fortasse aliquis, & dicat mihi, Cur ergo ista vis auferri de medio, quando communio tua, etiam si proferantur, iniuncta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis sanctam ecclesiam demonstrari. Si enim sanctæ scripturæ in Aphrica sola designauerunt Ecclesiam, & in paucis Romæ Ruptanis vel Montensibus, & in domo vel patrimonio vnius Hispanæ mulieris, quicquid de chartis aliis aliquid proferatur, non tenent Ecclesiam nisi Donatistæ. Si in paucis Mauris prouinciæ Cæsariensis eam sancta scriptura determinat, ad Rogatistas transcendit. Si in paucis Tripolitani & Byzaceni & prouincialibus, Maximiniana ad eam peruenerit. Si in solis Orientalibus, inter Arrianos & Macedonianos & Eunomianos, & si qui illic alij sunt, requirenda est. Quis autem possit singulas quasi hæreses enumerare gentium singularum? Si autem Christi Ecclesia canonicarum scripturarum diuinis & certissimis testimoniis in omnibus gentibus designata

A designata est, quicquid attulerint & vndecunque reciderint, qui dicunt, Ecce hic Christus, ecce illic; audiamus potius, si ones eius sumus, vocem pastoris nostri dicentis. Nolite credere. Ille quippe singulari in multis gentibus, vbi ista est, non inueniuntur: hæc autem, quæ vbi que est, etiam vbi illa sunt inuenitur. Ergo in scripturis sanctis canonicis eam requiramus. Totus Christus caput & corpus est. Caput vnigenitus dei filius, & corpus eius Ecclesia, sponsus & sponsa, duo in carne vna. Quicumque de ipso capite ab scripturis sanctis dissentiant, etiam si in omnibus locis inueniantur in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia. Et rursum quicumque de ipso capite scripturis sanctis consentiant, & vnitati Ecclesiæ non comunicant, non sunt in Ecclesia, quia de Christi corpore, quod est Ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiant. Verbi gratia. Qui non credunt Christum in carne venisse de virgine Maria ex semine David, quod apertissime scriptura dei loquitur, aut non in corpore ipso resurrexisset in quo crucifixus & sepultus est, etiam si per omnes terras inueniantur per quas est Ecclesia, non vti que sunt in Ecclesia, quia ipsum caput Ecclesiæ non tenent, quod est Christus Iesus. Nec in aliqua diuinarum scripturarum obscuritate falluntur, sed notissimis & apertissimis earum testimoniis contradicunt. Item quicumque credunt quidem quod Christus Iesus, ita vt dictum est, in carne uenerit, & in eadem carne in qua natus & passus est resurrexerit, & ipse sit filius dei, deus apud deum & cum patre vnum, & incommutabile verbum patris, per quod facta sunt omnia, sed tamen ab eius corpore, quod est Ecclesia, ita dissentiant, vt eorum communio non sit cum toto quacunque diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestum est eos non esse in catholica Ecclesia. Quapropter quia cum Donatistis questio nobis est, non de capite, sed de corpore, id est, non de ipso Salvatore Iesu Christo, sed de eius Ecclesia, ipsum caput de quo consentimus, ostendat nobis corpus suum, de quo dissentimus, vt per eius verba iam dissentire desinamus. Ille est autem vnigenitus filius & verbum dei, & ideo nec Prophetæ sancti vera loqui potuissent, nisi ab ipsa veritate, quod est verbum dei, manifestaretur eis quod dicerent, & iuberetur vt dicerent. Proinde prioribus temporibus per Prophetas sonuit verbum dei. Deinde per seipsum, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Deinde per Apostolos quos misit ad se prædicandum, vt esset factus vsque ad fines terræ. In his igitur omnibus querenda est Ecclesia. Sed quoniam multa in alios, vel ob aliud dicta in quos volunt, & ad quos volunt maledicere, conuertunt, multa etiam propter exercendas rationales mætes figurate atque obscure posita per ænigmatis imagines vel ambiguitatis ancipitem sensum, fallaci aliquando interpretationi consonare & conuenire creduntur, hoc etiam prædico atque propono vt quæ aperta & manifesta deligamus: Quæ si in sanctis scripturis non inuenirentur, nullo modo esset vnde aperirentur clausa, & illustrarentur obscura. Verbi gratia. Videte quàm facile sit vel nobis in eos dicere, vel illis in nos quod ait dominus Pharisæis, Similes estis monumentis, dealbatis quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & vos a foris quidem apparentis hominibus iusti, intus autem pleni estis hyprocriti & iniquitate. Hæc siue in illos à nobis, siue ab eis in nos dicatur, nisi prius probetur manifestissimis do-

cumentis qui sint, qui cum sint iniusti, iustos seipso D confingant, conuiciante magis leuitate quàm conuicente veritate dici, quis mediocriter sanus ignoret? Aliter quippe illa dominus in Pharisæos dicebat tãquam dominus, id est, cognitor cordis & humanorum omnium secretorum & testis & iudex: Nos autem prius debemus inuenire & ostendere quid arguamus, ne ipsi potius grauissimo crimine insana temeritatis arguamur. Sane si ante docuerint nos tales esse, nequaquam recusare debemus talibus sanctarum scripturarum verbis nos reprehendi atque contundi. Ita si nos eos tales esse docuerimus, erit similiter in potestate nostra, quibus dominicis increpationibus iam demonstratos conuictosque feriamus. Sic & illa interim seponenda sunt, quæ obscure sunt posita, & figurarum velaminibus inuoluta, & secundum nos & secundum illos possunt interpretari. Est quidem acutorum hominum diuidicare atque discernere, quis ea probabilius interprete- tur, sed nolimus in has ingeniorum contentiones in ea causa quam populus tenet, nostram disputationem committere. Nulli nostrum dubium est per arcam Noë Gen. 8. salua rerum gestarum fide, vt deleatis peccatoribus dominus iusti à diluuiio liberaretur, etiam Ecclesiam fuisse figuratam. Quæ forte humani ingenij coniectura videretur, nisi hoc Petrus Apostolus in epistola sua diceret. Sed quod ille ibi non dixit, si quis nostrum dicat, propterea cuncta animalium genera ibi fuisse, quia in omnibus gentibus futura prænucciabatur Ecclesia, fortasse Donatistis aliud videatur, & aliter hoc interpretari velint. Similiter & ipsi aliquid obscure & ambiguum possum, si pro sua sententia interpretentur, si nobis pateat aliud inde dicere quod pro nobis sonat, quis erit finis? Nam quidam eorum Episcopus cum hic apud Hipponem, sicut audiuius, sermonem in populo faceret, dixit eandem arcam Noë ideo bituminatam intrinsecus, ne aquam emitteret suam: ideo etiam extrinsecus, ne admitteret alienam. Ad hoc utique valere voluit hanc interpretationem, ne baptismus vel extra Ecclesiam posse exire credatur, vel qui extra datus fuerit, acceptetur. Visus est aliquid dicere, & acclamatum est ab eis qui libenter audiebant, nec diligenter de his quæ audierant cogitabant, vt quod erat facile, aduertenter fieri non posse, vt extrinsecus admittat aquam compago lignorum, si non emittit intrinsecus: Si autem ab ea parte quæ intus est, emittit, consequens esse vt ab ea etiam quæ est foris admittat. Sed & si hoc de compago ligno verum esset, quod ille dixit, quis me prohiberet de arca ex vtraque parte bituminata, si possem aliquid aliud dicere, vt incertum esset, quid horum, vel quid fortasse aliud tertium res illa significaret? Neque enim absurde dicitur, aut non etiam multo probabilius, per bitumen, quia violentum gluten & res feruentissima est, significatam esse charitatem: Vnde enim dicitur in Psalmo, Agglutinata est anima mea post te, nisi flagrantissima charitate? Quæ quoniam præceptum est vt sit nobis iniucem & in omnes, ideo & intus & foris arca bituminata. Aut certe quia scriptum est, Caritas omnia tolerat, vis ipsa tolerantia tenax vnitatis per bitumen significata est, quo ideo intus & foris arca illita est, quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluat. In hac ergo disputatione nostra parcamus talibus interpretationibus, & apertum aliquid quo manifestetur Ecclesia requiramus. Nempe scriptum est in libro Iudicum, Et dixit Gedeo ad dominum, Quoniam tu saluum facies

G Israëli in manu mea, quemadmodum locutus es, Ecce ego pono vellus lana in area, & si factus fuerit ros in vellere, in omnem vero terram siccitas, sciam quoniam saluum facis in manu mea Israëli sicut locutus es. Et factum est sic. Et diluculo vigilauit Gedeon in crastinum, & expressit vellus: Et decurrit ros de vellere plena peluis aqua. Et dixit Gedeon ad dominum, Non irascatur furor tuus in me domine, & loquar adhuc semel, & tentabo adhuc semel in vellere. Fiat siccitas in vellere tantum, in omnem autem terram fiat ros. Et fecit deus sic in nocte illa, & facta est siccitas in vellere tantum, super omnem autem terram ros. Non video quid hic aliud figuratum & prænunciatum sit, nisi vt aream intelligamus orbem terrarum, locum autem velleris populum Israëli. Nouimus enim illam quondam gentem diuini sacramenti gratia tanquam celestis rore perfusam, cuius muneris per omnes in circuitu gentes, quia eo carebant, tanquam siccitas erat. Erat autem apud illum populum hoc munus in vellere, id est, in velamine & quasi in nube secreti, quia nondum fuerat reuelatum: Nunc autem videmus orbem terrarum iam reuelato rore faginari per Euangelium domini nostri Iesu Christi, quod tunc in illo tegmine figurabatur: Illam vero gentem amisso sacerdotio quod habebat, quia in scripturis non intelligit Christum, tanquam in sicco vellere remanuisse. Nec tamen in talibus rerum figuris, quauis non videam quid hic aliud possit intelligi, nolo quareramus Ecclesiam. Prorsus quae alicuius vel talis interpretationis indigent, interim seponamus, non quia falsa sint quae hoc modo de talibus tanquam inuolucris interpretando soluntur, sed quia vel interpretem quarunt, nolo in eis nostra ingenia comparentur, sed aperta veritas clamet & luceat, in obcuratas aures irrumpat, dissimulantium oculos feriat. Nemo in eis latebris quarat falsa suae sententiae locum, omnem conatum contradicendi confundat, omnem frontem impudentis elidat.

Cap. V. I.
Gene. 22.

O Donatista Genesim legite, Per memetipsum iuravi dicit dominus, Propter quod fecisti verbum hoc, & non peperisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tanquam stellas caeli, & tanquam arenam quae secus oram maris est, & hereditate possidebit semen tuum ciuitates aduersariorum tuorum, & benedicentur in femine tuo omnes gentes terrae, quia obaudisti vocem meam. Quid ad haec dicitis? An Iudaeorum nobiscum peruersitate contenditis, vt dicatis in solo populo nato ex carne Abraham intelligendum semen Abraham? Sed Iudaei Paulum Apostolum non legunt in synagogis suis, quae vos legitis in conuentibus vestris. Quid ergo dicat Apostolus, audiamus. Quarimus enim iam quemadmodum intelligendum sit semen Abraham. Fratres, inquit, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit, aut superordinat. Abraham dictae sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo, quod est Christus. Ecce in quo semine benedicentur omnes gentes. Ecce testamentum dei, aperite aures: Hominis, inquit, confirmatum testamentum nemo irritum facit, aut superordinat. Quare vos irritum facitis testamentum dei, dicendo nec in omnibus gentibus esse completum, & perisse iam de gentibus in quibus erat semen Abraham? Quare superordinatis dicendo, in nullis terris heredem permanere Christum, nisi vbi potuerit heredem habere

Galat. 3.

Donatum? Non inuidemus alicui: Legite nobis hoc de Rege, de Prophetis, de Psalmis, de ipso Euangelio, de Apostolicis literis: Legite & credimus, sicut nos vobis legimus & de Genesi & de Apostolo, Quia in femine Abraham quod est Christus benedicuntur omnes gentes. Galat. 3. Audite hoc idem testamentum ad Isaac etiam filium Abraham, Facta est autem fames super terram, praeter famem quae ante facta est in tempore Abraham. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Palaestinarum in Gerara, & apparuit ei dominus & dixit, Noli descendere in Aegyptum, habita autem in terra quam tibi dixerō, & habita in terra hac, & ero tecum, & benedicam te: Tibi enim & semini tuo dabo omnem terram hanc: Et statim iurandum tecum quod iuravi Abraham patri tuo, & ampliato semen tuum tanquam stellas caeli: & dabo tibi & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, pro his quae obaudiuit Abraham pater tuus vocem meam, & seruauit praecipia mea, & iustitias meas, & legitima mea. Respondete ad ista. Semen quippe Abraham, hoc idem semen est & Isaac, quod est Christus. Quomodo enim venerit Christus ex tribu Iuda in carne per virginem, quis quoquo modo Christianus ignorat? Audite hoc idem testamentum ad Iacob. Exiit Iacob a puero iurationis, & profectus est in Charan, & deuenit in locum, & dormiuit in loco illo, quoniam solis occasus erat, Et sumpsit lapidem ex lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco illo, & visum vidit: Et ecce scala stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad caelum, & angeli dei ascendebant & descendeabant per illam, & dominus incumbebat super illam, & dixit, Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac: Noli timere, terram in qua dormis super eam, tibi dabo & semini tuo: Et erit semen tuum sicut arena terrae, & multiplicabitur supra mare, & in Aphricum & in Aquilonem & ad Orientem: Et benedicetur in te omnes tribus terrae, & in semine tuo: Et ecce ego sum tecum custodiens te in omni via quacunque ibis, & reducam te in terram hanc, quia non te derelinquam donec faciam omnia quae tecum locutus sum. Ecce cui promissioni resistitis, ecce quam firmum testamentum irritum facitis. Dicit deus, Non te derelinquam donec faciam omnia quae tecum locutus sum: & vos contradicitis dicentes, vt vobis potius credamus quicquid criminis obicitis ignoto & ignaro orbi terrarum: deo autem dicenti, non relinquam donec faciam, non credamus. Legite nobis de scripturis canonicis eos tradidisse diuinos codices quos nominatim accusatis. Legite tam aperta quam sunt ista quae vobis de Genesi legimus. Non a vobis quarimus quid lapis ille significet, quem Iacob sibi ad caput posuit cum dormiret, quid scala stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad caelum, quid angeli dei descendentes & ascendentes per illam: Requirit ista prudentiores atque doctiores, & in populo pacato eloquantur, vbi non obstruat improba contradictio, de obscuritate sacramenti & aenigmatelectionis armans impudentiam suam. Non desunt corda fidelium, quae commemorat dominus ex Euangelio, vbi ait cum vidisset Israëlitam in quo doctus non erat, quia Iacob qui has vidit scalas, ipse dicitur esse Israel. Non desunt ergo quos inde commemorat dominus, ibi quippe ait, Videbitis caelum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis: id est super semen Abraham, in quo benedicentur omnes gentes. Sed hoc non inculco recusantibus.

Ecce

Ecce quod audite, Erat semen tuum sicut arena terra, & multiplicabitur supra mare, & in Aphricum, & in Aquilonem, & in Orientem: Et benedicetur in te omnes tribus terrae, & in semine tuo. Date mihi hanc Ecclesiam si apud vos est, ostendite vos communicare omnibus gentibus, quas iam videmus in hoc semine benedici. Date hanc, aut furore deposito accipite, non a me, sed ab illo ipso in quo benedicuntur omnes gentes. Haec de primo libro legis commemorasse suffecerit: Plura innotescunt sine impia contentione, & cum pia dilectione legentibus. Quid in Prophetis, quam multa & quam manifesta sunt testimonia Ecclesiae per omnes gentes toto orbe terrarum diffusa, vnde pauca commemorabo, plura relinquens ocio diligentiae cum dei timore legentibus. Accipiamus per os Esaiæ sancti diuina responsa, & eius ora tanquam dei oracula sciscitemur. Sileant humanarum contentionum animosa & perniciosa certamina, inclinemus aurem verbo dei. Dicit Esaias vbi Ecclesiam sanctam deo reuelante prouiderit, vt in verbis futura dicentis iam nunc praesentia videamus. Repleta est, inquit, vniuersa terra vt cognoscat dominum, vt aqua multa operiat mare. Et erit in illa die radix Iesse, & qui exurgerit principium habere in nationes, & in eum gentes sperabunt. Radicem Iesse Christum esse ex semine Dauid secundum carnem natum, nullus quoquo modo Christianus ignorat: Et si contentiosus est, cum Apostolo contendat, qui hoc testimonium in literis suis vitur. Item dicit, Germinabit & florebit Israëli, & replebitur orbis terrarum fructu eius. Israëli nempe fuit filius Isaac, nepos Abraham, cui promissum est quod in femine eius benedicentur omnes gentes: quod semen Christum interpretatur Apostolus. Venit autem Christus ex semine Abraham per Isaac & per Israëli, & deinceps, sicut generationes ad ortum Christi pertinentes Euangelista contexit. Qui ergo vult contra disputare, contradicat Euangelio, neget ex semine Israëli venisse Christum, vt possit negare quod Esaias dicit, Germinabit & florebit Israëli, & replebitur orbis terrarum fructu eius. Item dicit, Ego deus primus: & in his quae aduenient ego sum. Viderunt gentes, & timuerunt fines terrae. Hoc est quod alibi dicit scriptura, Primus & nouissimus, vt sit α & ω , quae sunt literae in signo Christi omnibus notae. Pro eo enim quod ibi est nouissimus, hic positum est: & in his quae aduenient ego sum. Hinc ergo manifestationi contradicunt qui nolunt credere, imò qui nolunt iam videre compleri quod sequitur, Viderunt gentes, & timuerunt fines terrae. Item paulo post, Iacob puer meus, suscipiam illum: Israëli electus, suscipit eum anima mea. Dedi spiritum meum in illum, iudicium gentibus proferet: non clamabit neque cessabit, neque audietur foris vox eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, sed cum veritate proferet iudicium. Refulgebit & non confundetur, donec ponat in terra iudicium, Et in nomine eius gentes sperabunt. Hoc testimonium de Christo intelligendum, & in Euangelio positum est. Qui audet contradicat, qui autem non audeat, speret in eum cum gentibus, & ab vnitate gentium in eum sperantium non recedat: aut si recesserit, redeat ne pereat. Item dicit Esaias, Et nunc sic dicit dominus, Qui finxit me in vtero seruum sibi, vt congregem Iacob & Israëli ad eum, appropinquabo illum, & honorabor coram domino, & deus meus erit mihi virtus, & dixit mihi, Maximum tibi erit hoc, vocari te puerum meum, vt

constituas tribus Iacob, & prolem Israëli conuertas, Et D posui te in testamentum generis in lucem gentium, vt sis salus vsque ad fines terrae. Et paulo post, Sic dicit, inquit, dominus Israëli, Tempore aptissimo exaudivi te, & in die salutis adiuui te. Certe ista verba cum commemorasset Apostolus Paulus, non nisi in Christianis ostendit impleri. Connexuit enim dicens, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Audiamus ergo quid Esaias adiungat, Et dedi te, inquit, in testamentum gentium, vt incolas terram, & possideas hereditatem deserti. Et interpositis deinde connectit & dicit, Ecce isti a longinquo venient: hi autem ab Aquilone & mari, alij autem ex terra Persarum. Exulta caelum, & in latitia esto terra, emittant montes iucunditatem, quoniam misertus est deus populi sui, & humiles populi sui allocutus est. Dixit autem Sion, Dereliquit me dominus, & deus oblitus est mei. Nunquid capiet obliuio mulierem filij sui, vel potest fieri vt non misereatur foetus vteri sui? Nunquid ecce & si illam obliuio habebit: tamen tui nullo modo obliuio capiet, dicit dominus. Ecce super manus meas descripsi tuos muros, in conspectu etiam meo es in perpetuum, & in breui aedificaberis ab his a quibus euerfa es. Cum igitur per Apostolicam vocem non sinamur hoc de populo Iudaeorum, sed de Christianorum intelligere, quid intellecturi sumus in eo quod hoc loco ait Esaias, Et breui aedificaberis ab his a quibus euerfa es, nisi reges terrae qui primo persequebantur ecclesiam, post adiutores eam tanto ante praedictum? Sed quia multi eorum in suis iniquitatibus morituri erant, adiungit & dicit, Et qui desolauerunt te, discedent a te. Deinde quia omnes gentes adiungerentur Ecclesiae, sequitur & dicit: Circumspice vbique oculis tuis & vide vniuersos, Vtuo ego dicit dominus, omnes hos indues te, & dispones eos vt ornamentum nouae nuptae, quoniam quae deserta fuerunt in te, & corrupta & delapsa, nunc in maxima arctura erunt per eos qui commorantur. Isti longe a te efficiantur, qui te tranfluorabunt. Dicent enim in aures tuas filij tui quos amiseras, Angustia nobis est in isto loco, facito itaque nobis etiam nunc locum in quo commoremur. Tu vero dices in corde tuo: Quis generauit mihi istos, cum sciam esse me sine filiis & viduam? Quis ergo istos educavit mihi? Ego enim derelicta fui sola, hi autem mihi vbi erant? Sic dicit dominus, Ecce rollam in nationes manus meas, & in insulas signum meum, & adducam filios tuos in sinu, filias etiam tuas super humeros portabunt, & erunt reges educatores vestri, quae autem principales sunt nutritrices vestrae, super terram declinantes faciem deprecabuntur te, & vestigia pedum tuorum elingent, & scies quoniam ego dominus, nec erubesces. Et paulo post adiungit & dicit, Audite me, audite populus meus, reges quoque intendite mihi, quoniam lex a me prodiet, & iudicium meum in lucem gentibus. Appropinquat mature iustitia mea, & salutare meum proficietur, & in brachio meo gentes saluantur. De hoc autem brachio scripturas Apostolicas consulamus. Quando enim Apostolus Paulus de Iudaeorum infidelitate eiusdem Prophetae testimonium posuisset, quod eis Christus non fuisset reuelatus, hoc posuit, Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Deinde in consequentibus adiungit Esaias & dicit, Erumpat latitia simul deserta Hierusalem, quoniam misertus est eius, & eruit Hierusalem: & patefaciet omnibus brachium suum sanctum in

Esai. 49.

2. Cor. 6.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

Rom. 10.

Esai. 52.

G conspectu vniuersarum gentium, & videbunt omnes nationes vsque ad vltima terræ salutem quæ a deo est. Quis tam surdus, quis tam demens, quis tam mente cæcus, vt his tam evidentibus testimoniis obloquatur, nisi qui nescit quid loquatur? Sed ad manifestiora veniamus. Certe sanctissimas nuptias in scripturis nouimus, sponsum & sponsam, Christum & Ecclesiam. Vtrunque descripsit Esaias, ne forte in eorum aliquo erremus, quod cui acciderit, vtrunque amittit. Quia de hoc coniugio in sacramento dictum est, sicut testatur Apostolus, Erunt duo in carne vna. Sicut ergo prior ipse describitur post multa quæ de illo ita dicit Esaias, vt & ipsi obmutescant Iudæi, ne longum sit omnia memorare, hoc paululum aduertite, Et peccata, inquit, eorum ipse portabit, ideo hæreditate possidebit multos, & fortium partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates nostras traditus est. Hæc de domino nostro Iesu Christo tanto ante prædicta & prophetata fatemur. Hic ergo sponso vt quid traditus est ad mortem? vt quid inter iniquos deputatus est tanta humilitate celsitudinis suæ? Quid egit, quid acquisiuit? Quis ita surdus est vt hæc non audiat? Quis ita obtusus vt non intelligat? Quis ita cæcus vt non videat? Ideo, inquit, ipse hæreditate possidebit multos, & fortium partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est. Quid est hæretici quod de paucitate gloriamini, si propterea dominus noster Iesus Christus traditus est ad mortem vt hæreditate multos possideret? Et qui sunt hi multi, vel quam late occupent terram, quæ sequuntur audiamus. Prænunciato sponso & expresso, procedat & sponsa. In verbis Esaiæ legamus eam, in veritate paginarum sanctarum, & agnoscamus in orbe terrarum. Hoc testimonium de sancta Ecclesia prædictum etiam Paulus Apostolus posuit. Non est quod fugiat contentiosa tergiuersatio hæreticorum, Latere, inquit, sterilis quæ non parit, erumpe & exclama, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Vbi est, inquam, quod de paucitate gloriamini? Nonne isti sunt multi de quibus pauloante dictum est, Ideo ipse hæreditate possidebit multos? Nam quæ est hæreditas eius, nisi Ecclesia eius? Multi, inquit, filij desertæ magis, quam eius quæ habet virum. Synagogam scilicet Iudæorum volens intelligi virum habentem, quoniam acceperat legem. Hinc iam potest diiudicari quod dicimus. Comparant isti multitudinem suam in Africa constitutam, cum multitudine Iudæorum per omnes terras quacunq; dispersi sunt, & videant quam sint in illorum comparatione paucissimi. Quomodo ergo de se dictum assignabunt, Multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum? Rursus comparent multitudinem Christianorum per omnes gentes quibus non communicant, & videant quam pauci sint in comparatione omnes Iudæi, & tandem aliquando intelligant in Ecclesia catholica toto orbe diffusa ista prophetiam esse completam, Multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Sed cui habenti virum hæc desertæ prælata fuerit in multitudine filiorum, sit obscurum, sit in ænigmate: hanc tamen esse Ecclesiam Christi, de qua dictum est, Multi filij desertæ, quisquis contradicit, non mihi, sed Apostolo contradicit. Vnde autem multos filios esset habitura, consequenter adiungit & ait, Dixit enim dominus, Dilata locum taberna-

culi tui & aularum tuarum, fige, noli parcere, logos fac K funiculos tuos, & clauos tuos confirma, Adhuc in dextram & sinistram extende, & semen tuum gentes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam præualebis, neque verearis quod detestabilis fueris. Confusionem æternam obliuisceris, ignominia viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te, dominus nomen illi, & qui liberavit te, dominus Israël vniuersæ terræ vocabitur. Ecce quousque iussa est extedere funiculos, donec deus eius Israël vniuersæ terræ vocetur. De illa quippe & ei dicitur alio loco per eundem Prophetam, Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec prodeat sicut lux iustitia mea, saluatio autem mea sicut facula ardebit, & videbunt omnes gētes iustitiam tuam, & reges honorem tuum, & vocabit te nomine tuo nouo quod dominus vocauit illud, & eris corona pulchritudinis in conspectu domini, & diadema regni in manu dei tui: & iam non vocaberis derelicta, & terra tua non vocabitur deserta. Tu enim vocaberis voluntas mea, & terra tua orbis terrarum. Quid dici adhuc manifestius exigendum est? Ecce ex vno Propheta quàm multa, quàm clara: & tamen reseruitur & con- L tradicitur, non cuiquam homini, sed spiritui dei, & euidentissimæ veritati. Et tamen ab eis qui nomine Christiano gloriari volunt, gloria Christi ipsius inuidetur, ne ista quæ tanto ante de illo prænunciata sunt, credantur impleri, cum iam non prænunciatur, sed ostenduntur, videntur, tenentur. Iam vero si de omnibus Prophetis Ecclesiæ signata, quam sicut legimus, cernimus, testimonia colligere in hanc epistolam velim: vereor ne ipse videar iudicare pauca esse quæ tam multa sunt, vt ex isto solo Esaiâ si omnia congregare vellem, modum debiti sermonis excederem.

Iam ergo pauca de Psalms audiamus, tanto antè Ex Psalms cantata, & nunc iam compleri cum magno gaudio videamus. Et prius illud ipsum quod Petilianus in epistola sua quo ore posuerit nescio, audiant & iudicent, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula ad me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ. Quis enim Christianus vnquam dubitauit hoc de Christo esse prædictum, aut hanc hæreditatem aliud quam Ecclesiam esse intellexit? Et quia bonos & malos intra eadem ritia sacramentorum erat habitura, Reges eos, inquit, in virga ferrea, tanquã vas figuli conteres eos. Eadem quippe firma & inflexibili iustitia boni reguntur, mali conteruntur. Quis tam deuius & absurdus est à diuinis eloquiis, qui non ipsum Euangelium recognoscat, cum cantatur ille Psalms vbi scriptum est, Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem? Quando etiam cum hoc factum Euangelista narraret, huius testimonij memor fuit. Quid autem huius crucis precio, quid tantæ celsitudinis tanta humilitate, quid illo innocentissimo & diuino sanguine comparatum est, nisi quod illic in cõsequentibus dicitur, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in cõspectu eius vniuersa patris gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium? Nonne Apostolus de prædicatoribus noui testamenti dictum exposuit quod scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: De quo alio nisi de Christo

A Christo intelligitur; Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram, A solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius? Cuius, nisi Christi vox est, Dormiui conturbatus? Et vnde conturbatus, sequitur & dicit, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machara acuta. Quorum nisi eorum qui clamauerunt, Crucifige, crucifige? Vt quid hoc totum? cui bono, cui lucro? Audi quid sequatur, Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua. Ecce habes Christum in passione dormisse, & resurrectione super cælos ascendisse. Et vnde gloria eius super omnem terram, nisi quia Ecclesia eius per omnem terram? In his duabus sententiis breuissimis, vos hæretici totum quod inter nos agitur interrogo. Exaltare, inquit, super cælos deus, & super omnem terram gloria tua. Cur dominum Christum exaltatum super cælos prædicatis, & eius gloria super omnem terram non communicatis? Palmus septuagesimus primus in Salomonem titulatur, Sed quia ita dicta sunt quæ in illum regem temporalem, & postea grauius peccantem conuenire non possunt, etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissime descendunt. Nullus autem hoc Christianus negat. Talia enim dicta sunt, de quibus dubitari non possit quod ad Christum pertineant. Ibi enim dicuntur hæc, vbi agnoscatur Ecclesia toto orbe diffusa, omnibus etiam regibus Christo subiugatis. Et dominabitur, inquit, à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. A flumine utique vbi eum spiritus sanctus in columbæ specie, & vox de cælo manifestauit. Deinde sequitur, Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, Reges Tharsis & insula mitterent offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et paulo post, Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum, Benedictus dominus deus Israël, qui fecit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriae eius in æternum & in seculum seculi. Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Ite nunc Donatista & clamate, non fiat, non fiat. Vicit vos verbum dei dicens, fiat fiat. Ecce manifesta est in Psalms Ecclesia toto orbe diffusa, super quam requiescit gloria regis eius. Vnde & ipsa regina est sponsa eius, de qua ei dicitur in quadragesimo quarto Psalms, Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Et ad eam ipsam exhortandam continuo diuinus sermo dirigitur, Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, quoniam concupit vitæ speciem tuam, quia ipse est deus tuus. Attendite vnde vnde cõperit alloqui sponsam Christi diuina prophetia, Audi, inquit, filia & vide. Vos autem nec audire vultis hæc prædicta, nec videre completa, & tamen & audistis & vidistis inuiti. Audite ergo quid paulo post ei dicitur, Audite hoc ex pagina diuina quomodo prænunciatur, & videte in omni terra quomodo compleatur. Pro patribus tuis, inquit, nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Quam multa præteream de hac re testimonia scripturarum, norunt qui legunt, & ego noui, sed operare epistolam norunt qui responderi flagito. Quid ad hæc dicturi sunt quæ commemoravi ex lege & Prophetis & Psalms de Christi ecclesia, quæ toto orbe diffunditur, cui malunt repugnare perueri, quam communicare correcti? Quid inquam dicturi sunt, vtrum hæc falsa esse, an obscura?

Sed falsa esse non audent dicere. Præmittunt enim mole tantæ authoritatis. Hæc ergo cum vera esse fateantur impleri non posse contendunt, quasi aliud sit prophetiam crimine falsitatis arguere, quam dicere quæ prænunciavit non posse compleri. Hoc est enim dicere, non esse prophetiam, sed potius pseudoprophetiam. Et cum quaesieris ab eis, cur hæc impleri non possint? Respondent, quia homines nolunt. Cum arbitrio quippe, inquit, libero homo creatus est, & si vult credit in Christum: si non vult, non credit. Si vult perseverat in eo quod credit: si non vult, non perseverat: & ideo cum cõpisset, per orbem terrarum crescere Ecclesia, noluerunt homines perseverare, & defecit ex omnibus gentibus Christiana religio, excepta parte Donati. Quasi vero nescierit spiritus dei futuras hominum voluntates. Quis hoc insanissimus dixerit? Cur ergo non hoc potius prænunciavit, quod de voluntatibus hominum sciebat futurum? Hoc enim modo quo isti putant hæc esse prædicta quisquis voluerit potest esse Propheta, vt cum ea quæ prædixerit impleta non fuerint, respondeat, Homines noluerunt, Libero enim arbitrio Christiani sunt. Hoc modo poterat aliquis prophetare Christum non in cruce passurum, sed gladio moriturum: vt cum aliter factum esset, responderet, Quid ego feci? Homines in libero arbitrio constituti noluerunt ei facere quod ego prædixeram, & hoc fecerunt quod ipsi voluerunt. Iam cui non occurrat, quàm multa isto modo poterant prophetari, vel etiam possunt à quibuslibet hominibus? Quis enim dubitauerit, quod Iudas Christum si voluisset, non utique tradidisset: & Petrus si voluisset, ter dominum non negasset? Sed ideo fuit de istis certa prædictio, quia & deus etiam futuras præuidet voluntates. Veruntamen quanquam hæc & tardis cordibus pateant, audiamus hinc & ipsius verbi vocem ore propriae carnis expressam. Certe cum post resurrectionem præberet se etiam contrectandum atque palpatum manibus dubitantium discipulorum, & cum accepisset coram illis & manducasset quod ei porrexerant, dixit eis, Isti sunt sermones quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis & Psalms de me. De quo autem, nisi de illo scripta sunt, quæ nos quoque commemorauimus ex lege & Prophetis & Psalms, sicut per singula demonstraui? Cum ergo ipse F dicat qui veritas est, Oportebat adimpleri omnia: quomodo isti negant, nisi quia veritatis inimici sunt? Si autem obscura esse adhuc dicunt, & hinc ipsum caput audiamus verissimum demonstratorem corporis sui. Cum enim dixisset, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege & Prophetis & Psalms de me: tanquam quæreremus vtrum in eo quod dixit de me, illic intelligenda esset ecclesia, propter id quod scriptum est, Erunt duo in carne vna, vt non solū de capite, verum etiam de corpore certa diuina oracula teneremus, sequitur euangelista & dicit, Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit illis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Hic ipsum caput offenditur, quod etiam se manibus discipulorum præbuit contrectandum. Vide quemadmodum de corpore adiungat, quod est Ecclesia, vt nos nec in sponso nec in sponsa errare permittat. Et predicari, inquit, in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: Quid hac voce veracius, quid diuinius, quid manifestius? Me piget eam commendare verbis meis, & here-

Ephes. 5.

Esaiæ. 53.

Col. 4.

Esaiæ. 54.

Esaiæ. 54.

Esaiæ. 4.

Esaiæ. 54.

Psalm.

M.

Mat. 11.

10. 10.

Rom. 10.

Psalm.

Christo

Luc. 24.

Ioan. 14.

Luc. 24.

Genes. 2.

Luc. 24.

G ticos non pudet eam oppugnare verbis suis. Dicant ea testimonia quae posui de lege & Prophetis & Psalmis obscura esse & figurate dicta, etiam aliter posse intelligi, quanquam & in eis egerim quantum potui, ut nec audeant dicere. Sed ecce dicant, Nunquid & obscure dictum, aut aenigmatis velamento adumbratum est, quod ipse Christus dixit, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem?

Solutio. Si obscurum est, Dormiui conturbatus: nunquid obscurum est, quia oportebat Christum pati? Si obscurum est, Exaltare super caelos deus: nunquid obscurum est, & resurgere tertia die? Si obscurum est, Super omnem terram gloria tua: nunquid obscurum est, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes? Si obscurum est, Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram, a solis ortu vsque ad occasum: nunquid obscurum est, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes? Sic enim terra vocata est a solis ortu vsque ad occasum, quemadmodum ipse ait, Non veni hic vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam. Si obscurum est, Ex Sion species decoris eius nunquid obscurum est incipientibus ab Hierusalem? Ipsa est enim Sion quae Hierusalem. Sed quid ad me? Dicant ea quae posui de lege & Prophetis & Psalmis, non pertinere ad haec verba domini, quae in Euangelio leguntur. Non curo, non resisto. Certe tamen nisi in lege & prophetis & Psalmis hoc praedictum esset, siue in eis testimoniis quae ipse adhibuit, siue in aliis, nequaquam dixisset dominus, Oportet impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & psalmis de me. Ac deinde aperto eorum sensu ut intelligerent scripturas, doceret ea ipsa quae de illo scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis, eo modo ut diceret, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Non ego potuerim in lege & Prophetis & Psalmis haec scripta cognoscere, ibi tamen hoc esse scriptum ille dicit qui veritas est. Sed & si haec ibi scripta esse non diceret, proculdubio sufficeret Christianis quod Christus ipse dixisset, oportere praedicari in nomine suo poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Sed dubitantes discipulos suos quauis conspecto & contrectato eius corpore, maiori documento scripturarum voluit confirmare, quam quod se ipse visibilem atque palpabilem mortalium sensibus admouebat. Tenemus ergo Ecclesiam ex ore domini designatam, vnde ceptura, & quousque peruentura esset: ceptura scilicet ab Hierusalem, & peruentura in omnes gentes. Hic iam quisquis dixerit, Hierusalem non illam visibilem ciuitatem intelligendam, sed figurate positam, ut spiritualiter accipiat tota Ecclesia aeterna in caelis, & ex parte in terris peregrina, potest dicere etiam illud figurate dictum, Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die. Quod quisquis dixerit, nec quoquo modo Christianus habendus est. Sicut ergo illud proprie positum est, ita & quod adiunctum est de omnium gentium Ecclesia incipiente ab Hierusalem. Exposuit enim dominus haec de se dicta esse in lege & Prophetis & Psalmis, & vtiq; ipsa expositio non potuit esse figurata, alioquin non esset expositio. Deinde cum Hierusalem figurate posita &

spiritualiter intellecta, vniuersam Ecclesiam significet, quomodo vniuersa Ecclesia incipit ab vniuersa Ecclesia, tanquam Hierusalem incipiat ab Hierusalem? Manifestum est ergo proprie positum de illa ciuitate, vnde etiam coepisse probatur Ecclesia, etiam atque etiam ipso manifestante, & nullam insidiarum latebram calliditatis haereticae relinquentem. Sic enim sequitur & dicit, Et vos horum testes, & ego mittam promissionem meam super vos. Vos autem sedete in ciuitate quoad vsque induamini virtute ex alto. In qua vtiq; ciuitate sedere eos iussit quoad vsque indueretur virtute ex alto, id est, spirituali sancto; quem se missurum esse promiserat, ab ea cepturam praedixit Ecclesiam. Si autem non eam putant esse Hierusalem, audiant quod sequitur, Perduxit autem illos vsque Bethaniam, & leuauit manus suas, & benedixit illos. Et factum est cum benedixisset illos, discessit ab eis, Et ipsi reuersi sunt cum gaudio magno in Hierusalem, & fuerunt semper in templo, laudantes deum. Ecce vbi ostenditur illa ciuitas in qua eos sedere iussit, donec induerentur virtute ex alto. Et hic quidem quot diebus cum eis fuerit, Postquam se viuum post passionem suam oculis eorum & manibus eorum demonstrauit, praetermissum est, Non autem taceatur in Actibus Apostolorum, vbi rursus eadem manifestatione verborum dominicorum futura per orbem terrarum praeannunciatur Ecclesia: Vbi nullus omnino dubitare permittatur, nisi qui de sanctorum scripturarum fide dubitat, illam esse Hierusalem visibilem ciuitatem, vnde coepit Ecclesia post domini nostri Iesu Christi resurrectionem & ascensionem. Nec aliud eum voluisse ostendere, nisi huius terrae loca vnde illi daret initium, & quomodo eam per cuncta inde diffunderet. Sic enim scriptum est in Actibus Apostolorum, Primum quidem sermonem feci de omnibus, dicit Theophylus, quae coepit Iesu facere & docere vsque in diem quo Apostolos elegit per spiritum sanctum, mandans eis praedicare Euangelium, quibus & manifestauit seipsum post passionem suam in multis signis, per dies quadraginta apprensus eis, & disputans de regno dei. Et cum conuersaretur cum eis, praecipit eis ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissionem eius, quam audistis, inquit, ex ore meo. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, quem & accepturi estis non post multos hos dies. At ille conuenientes interrogabant eum, dicentes Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Quibus respondens dixit, Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos. Et eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudaea & Samaria, & vsque in totam terram. Ecce & hic manifestatum est vnde ceptura, & quousque esset peruentura Ecclesia. Quid ad haec dicunt qui Christianos se superbissime dicunt, & Christo apertissime contradicunt? Nos hanc Ecclesiam tenemus, contra istas diuinas voces nullas humanas criminationes admittimus. Mouet enim nos plurimum, quod dominus noster ait, cui non credere sacrilegum & impium est, nouissimis verbis suis quae habuit in terra, haec primitiuae Ecclesiae documenta salubria & nouissima dereliquit. His enim dicitis mox ascendit in caelum, praemunire voluit aures nostras aduersus eos quos procedentibus temporibus exurrecturos esse praedixerat, & dicturos, Ecce hic Christus, ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit. Nec vlla nobis excusatio est si crediderimus contra vocem

A pastoris nostri, tam claram, tam apertam, tam manifestam, ut nemo vel obtusus & tardus corde posset dicere, non intellexi. Quis enim non intelligat, Sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem? Quis non intelligat, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea & Samaria, & vsque in totam terram? His dictis, eleuatus est, & nubes suscepit eum, & viderunt eum euntem in caelum. Quid hoc est rogo? cum verba nouissima hominis morientis audiuntur iuri ad inferos, nemo eum dicit esse mentitum, & impius iudicatur haeres qui forte illa contempserit. Quomodo ergo effugiemus iram dei si vel non credentes vel contententes repulerimus verba nouissima, & vnicuique filij dei, & domini nostri ac Saluatoris, & ituri in caelum, & inde prospecturi quis ea negligat, quis obseruet: & inde venturi, vt de omnibus iudicet? Habeo manifestissimam vocem pastoris mei commendantis mihi, & sine vllis ambagibus exprimentis Ecclesiam, mihi imputabo si ab eius grege, quod est ipsa Ecclesia, per verba hominum seduci atque aberrare voluero, cum me praesertim admonerit dicens, Quae sunt oues meae, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Ecce vox eius clara & aperta, ac audita. Qui eum non sequitur, quomodo se ouem eius dicere audebit? Nemo mihi dicat, O quid dixit Donatus, aut quid dixit Parmenianus, aut Pontius, aut quilibet illorum. Quia nec catholicis Episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, vt contra canonicas dei scripturas aliquid sentiant. Sed si custodito vnitatis & charitatis vinculo in hoc incidunt, fiet in eis quod Apostolus ait, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque deus vobis reuelabit. Iam vero ista diuina voces de vniuersa Ecclesia, ita manifestae sunt, vt contra eas nili haeretici animosa peruersitate & caeco furore latrare non possint. Sed praedictam demonstrauimus Ecclesiam in verbo dei sponso eius, siue per legem & Prophetas & Psalmos, siue per os proprium ab Hierusalem cepturam, & peruenturam vsque ad terminos orbis terrae. Quomodo autem ceperit ab Hierusalem, & in omnes gentes inde diffusa trucidificet, in eodem verbo dei etiam per Apostolos demonstratur, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, quod iam commemorauimus dixisse dominum, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudaea & Samaria, & vsque in totam terram. Deinde sequitur: Haec cum dixisset, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et cum intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri asciterunt illis in veste candida, qui & dixerunt, Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? Ille Iesus qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tunc reuersi sunt in Hierusalem a monte qui vocatur Elaeon, qui est iuxta Hierosolymam, sabbati habens iter. Et cum introissent, ascenderunt in superiora, vbi erant inhabitantes Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomaeus & Matthaeus, Iacobus Alphaei & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant asseruentes vnanimis orationi cum mulieribus & Maria, quae fuit mater Iesu, & fratribus eius. In his autem diebus surgens Petrus in medio discipulorum, dixit, Erat autem turba hominum circiter centum viginti. Deinde narratur Petro faciente sermonem, quemadmodum Mat-

thias in locum Iudae traditoris domini surrogatus sit. D Et post eius ordinationem sequitur scriptura dicens, Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes simul in eodem loco, & factus est repente de caelo sonus velut decurrentis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erat sedentes, & visa sunt illis distributae linguae velut ignis: confedit autem super vnumquenque eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat pronunciare illis: Erant autem inhabitantes Hierusalem viri religiosi Iudaei, ex omni gente quae est sub caelo. Cumque facta esset haec vox, conuenit multitudo ac mente confusa est, quia audiebat vnusquisque eorum sua lingua loquentes eos. Stupebant autem & mirabantur adinuicem dicentes, Nonne omnes isti qui loquuntur, Galilaei sunt? Et quomodo eos audiuimus vnusquisque propriam linguam in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitae, & qui inhabitant Mesopotamiam Iudaei, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyae, quae sunt ad Cyrenen, & qui aduenerant Romani, Iudaei quoque & aduenae Cretenenses & Arabes audiebant loquentes illos suis linguis magnalia dei. Stupebant autem & haesitabant adinuicem dicentes, Quid nam vult hoc esse? Alij vero irridebant eos dicentes, quia musto pleni sunt isti. Stans vero Petrus cum vndecim discipulis, eleuauit vocem suam, & locutus est dicens, Viri Iudaei, & vniuersi qui habitatis Hierusalem, Hoc vobis notum sit: & cetera, quibus eos exhortabatur ad fidem. Quae cum terminasset, sequitur scriptura ita narrans, His igitur auditis, compuncti sunt corde, dicentes ad Petrum & ad Apostolos, Quid faciemus viri fratres? Ostendite nobis. Petrus autem dixit ad eos, Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis gratiam spiritus sancti. Vobis est enim promissio & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit dominus deus noster. Et aliis quidem verbis plurimis testificabatur eis dicens, Saluamini a generatione praua hac. Illi vero recepto verbo hoc, crediderunt & baptizati sunt. Et adiecta sunt in illa die animae circiter tria milia. Ecce quemadmodum cepta est ab Hierusalem, inde itura ecclesia per omnes linguas: quod etiam praesignatum est in eis, qui ibidem constituti accepto spiritu sancto linguis omnibus sunt locuti. Iam per alias gentes quemadmodum ierit, quod etiam ipse Petrus praedixerat, vbi ait, Vobis est promissio & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt quoscunque aduocauerit dominus deus noster: deinceps videamus. Narratur enim consequenter ea quae tunc gesta sunt Hierosolymis vsque ad passionem Stephani diaconi, vbi etiam Saulus commemoratur consentiens occisioni eius. Qua completa, ita deinde narratur, Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia quae erat Hierosolymis, omnesque dispersi sunt in regionibus Iudaeae & Samariae, exceptis Apostolis, qui remanserunt Hierosolymis. Videte quemadmodum deinceps impleatur, quod per ordinem dominus dixerat, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudaea & Samaria, & vsque in totam terram. Iam in Hierusalem factum erat, sequebatur in Iudaea & Samaria, propter quod illi dispersi sunt in regionibus Iudaeae & Samariae. Hoc enim de illis mox dicitur, At illi qui dispersi erant, transeuntes per ciuita-

Obiectio.

Luc. 24.

Solutio.

Psal. 56.

Psal. 107.

Psal. 54.

Psal. 49.

Mat. 9.

Psal. 49.

Luc. 24.

Ex Actibus

Apostolicis.

Cap. 10.

Luc. 24.

Acto. 2.

Idem.

Acto. 8.

Acto. 1.

Gtes & castella, euangelizabant verbum domini. Quia vero ierant & Apostoli, audito quod receperunt Samaria verbum dei, quando per impositionem manus eorum acceperunt spiritum sanctum, ita dicitur de Petro & Ioanne: Petrus autem & Ioannes testificati verbum domini, redibant Hierosolymam, multisque viris Samaritanorum euangelizabant traescentes. Deinde narratur de illo eunucho qui rediens ab Hierosolymis, a Philippo baptizatus est, & de ipso Philippo dicitur, Angelus autem domini rapuit Philippum ab eo, & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem via sua gaudens: Philippus autem inuentus est venisse in Azotum. Vnde reuertens euangelizabat per omnes ciuitates vsquedum veniret in Casaream. Sic ergo inuenitur & per Iudæam & per Samariam ciuitates prædicatum Euangelium. Restabat ergo vt prædicaretur ex ordine etiam per omnes gentes, sicut dominus dixerat, vsque in totam terram. Vocatur ergo Saulus de cælo, sit ex persecutore prædicator, & dicit de illo dominus ad Ananiam, Vade, quoniam vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israël magnificari. Ego enim monstrabo ei quanta patietur propter nomen meum. Iam itaque tenemus Ecclesiam in Hierusalem, & per totam Iudæam & Samariam. Vnde apertissime paulo post dicitur, Ecclesie quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, instructa & confirmata in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebatur. Deinde paucis interpositis, venit ad eum locum vbi Cornelius centurio credidit, & baptizatus est cum suis, qui omnes gentiles erant incircumcisi, Quod antequam fieret, Petrus vidit in assumptione mentis cum oraret, cælum apertum, & quatuor initiis ligatum vas quoddam tanquam linteum lypidum, in quo erat omne genus quadrupedum ac ferarum & volucrum cæli. Et facta est vox, Petre surge, occide & manduca. Ait autem Petrus, Domine nunquam manducaui omne commune & immundum. Et vox rursus ad eum, Quæ deus mundauit, tu communia ne dixeris. Quod autem per hoc visum gentes credituræ significatæ sint, non est opus vt coniciamus: ipse quippe Apostolus hoc exponit in illo vase tibi demonstratum. Cum enim ingressus esset domum vbi erat Cornelius, & multi conuenissent, dixit ad eos, Vos melius scitis quomodo abominandum sit viro Iudæo iungi aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit deus nullum communem aut inquinatum dicere hominem. Ita exposuit illam vocem quam de animalibus in illo linteo demonstratis audierat, Quæ deus mundauit, tu ne communia dixeris. Iam cui non appareat illo vase significatum orbem terrarum, cum omnibus gentibus? Vnde etiam quatuor initiis erat alligatum, propter notissimas quatuor partes, Orientem, Occidentem, Austrum & Aquilonem, quas sapissime scriptura commendat. Iam vero Paulus missus ad gentes, quæ loca circumierit disseminans verbum dei, & natus confirmans Ecclesias, longum est commemorare. Cui Iudæi cum restitissent Antiochia, ipse & Barnabas dixerunt ad eos, Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus, Posui te lumen gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Et sequitur dicens, Audientes autem gentes, perceperunt verbum dei, & crediderunt quotquot erant destinati ad vitam æternam. Ecce & hic commemoratum est

testimonium ex Propheta Esaia, quod & nos posuimus, vt sit salus vsque ad extremum terræ. Vt ergo non commemorem gentes, quæ post Apostolorum tempora crediderunt, & acceperunt Ecclesiam: illa ipsa sola quas in sanctis literis in Actibus & epistolis Apostolorum & in Apocalypsi Ioannis inuenimus, quas vtrique amplectimur, & quibus vtrique subdimur, dicant isti nobis quemadmodum Africana seditione perierint. Has enim accepimus non ex conciliis contententium Episcoporum, non ex disputationibus nouitiis, non ex forensibus vel municipalibus gestis, sed ex literis sanctis canonicis: Antiochena ecclesia vbi primum appellati sunt discipuli Christiani, quomodo potuit Afrorum perire criminibus? Quis tam vehemens Africanus tam longe potuit ablatam spargere pestilentiam, vbi nec nomina eorum per quos ortum est, vel de quibus ortum est hoc malum, nota esse potuerunt Athenis, Iconio, Lystris? Quis deleuit Ecclesias apostolico labore fundatas? In extremis epistole ad Romanos dicit idem Apostolus doctor gentium, Audacius autem scripsi vobis ex parte, tanquam commemorans vos, reducens propter gratiam quæ data est mihi a deo vt minister sim Christi Iesu in gentibus, consecrans Euangelium dei, vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto. Habeo ergo gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo quicquam eorum loqui quorum non perfecit Christus per me in obedientiam gentium verbo & opere in potestate signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ego ab Hierusalem & in circuitu vsque in Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Querite Donatistæ, si nescitis, quarite ab Hierusalem per terrena itinera in circuitu vsque in Illyricum quot mansiones sint, si tot Ecclesias computemus? Dicite quemadmodum per Africanas contentiones perire poterunt, ad Corinthios, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses. Vos solas Apostoli epistolas in lectione, nos autem epistolas in lectione ac fide, & ipsas Ecclesias in communione retinemus. Iam vero Galatia non vna Ecclesia est, sed in ea regione innumerabiles. Corinthios autem videte quemadmodum salutauerit: Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater Ecclesie dei quæ est Corinthi cum sanctis omnibus qui sunt in vniuersa Achaia. Quot putatis esse Ecclesias in vniuersa Achaia? Fortasse vbi Achaia sit, nescitis, & de tam incognita provincia tanta cæcitate iudicatis, vt eam criminibus Afrorum periisse dicatis. Nonne plena sunt florentissimis Ecclesiis omnia loca quæ Petrus nominauit, Pontus, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia? Quid Ioannes quibus scripsit, Smyrnæ, Pergami, Sardis, Tiathyra, Philadelphia, Laodicia, quæ sunt Ecclesie? Iam enim Ephesum commemorauimus. Dicat mihi aliquis vestrum, vbi sint, quantum abinuicem distent? Fortasse modo id quaritis velle gendo vel audiendo cognoscere. Cognoscite ergo etiam quam longe ab Africa remota sint, & dicite nobis cur eas omnino vobis incognitas, & in apostolicis literis manifestas, tam sacrilega temeritate acutestis, & tanta dementia criminibus Afrorum perisse dicatis? Postremo quid de illis in sanctis canonicis libris scriptum sit scio, quid de illis vos dicatis, nescio. Certe sicut nos eas legimus? Ecclesias Christi ex codicibus quos & vos veneramini: sic & vos ex codicibus quos & nos veneramus, quemadmodum perierit legis nobis.

A bis. An placet vobis, vt contra ecclesias quæ membra sunt vniuersæ ecclesie toto orbe diffusa, quas nobis spiritus sanctus per scripturas suas commendauit & tradidit, vendeliber prolata quælibet hominum maledicta credamus? Hoc quidem vobis placet, sed nobis non placet. Quibus autem iustus placeat, & vos videtis, sed victi animositate non vultis vinci veritate. Ecce sunt scripturæ dei. Ecce sunt in ecclesia ecclesie & vniuersali totius orbis nomine & nominatim designata & expressa. Quid maiores vestri collegis suis obiecerint, nescierunt: quales in ea causa iudices habuerint, nescierunt: quomodo ergo perierunt? Ecce sunt scripturæ quibus credo, Ecce sunt ecclesie quibus cõmunico. Vbi tibi lego nomina earum, ibi mihi lege crimina earum. Si autem aliud declamas vel recitas, nos post vocem pastoris nostri per ora Prophetarum, per os proprium, per ora Euangelistarum nobis apertissime declaratam, voces vestras non admittimus, non credimus, non accipimus. Quæ sunt oues meæ, inquit pastor celestis, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Vox eius de ecclesia non est obscura. Quisquis ab eius grege errare non vult: hunc audiat, hunc sequatur. Fidelissimus dispensator eius doctor gentium in fide & veritate, quia ipse in eo loquebatur, hæc dicit: Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes conuertere euangelium Christi. Sed licet si nos aut angelus de cælo vobis euangelizauerit præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Euangelizata est nobis ecclesia per totum orbem terrarum futura. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse prænunciatum ipse dominus testificatus est, qui eam cepturam ab Hierusalem, & per omnes gentes permanuram esse prædixit, testes sibi futuros in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria, vsque in totam terram, cum iam in cælum ascenderet prænunciavit. Hæc verba, facta secuta sunt. Quomodo ceptum sit ab Hierusalem, & deinde processum in Iudæam & Samariam, & in totam terram, vbi adhuc crescit ecclesia donec vsque in finem etiam reliquas gentes, vbi adhuc non est, obtineat, scripturis sanctis testibus consequenter ostenditur: quisquis aliud euangelizauerit, anathema sit. Aliud autem euangelizauerit, anathema sit. Aliud dicit de cetero mundo Ecclesiam, & in parte Donati in sola Africa remansisse dicit, Ergo anathema sit. Aut legat mihi hoc in scripturis sanctis, & non sit anathema. Lego, inquit. Nam Enoch vnus inter omnes homines placuit deo, & translatus est. Postea toto mundo aquarum inundatione deleta, solus Noë cum coniuge & filiis & nuribus suis in arca meruit liberari. Adiungunt etiam de Loth, quod solus cum filiabus de Sodomis liberatus sit: De ipso quoque Abraham & Isaac & Iacob, quod pauci fuerint deo placentes, ceteri idolis dediti & demonibus. Postremo iam multiplicato populo Israël, iã temporibus Regum in terra promissionis, quæ fuerat omnibus duodecim tribubus distributa, commemorat decem tribus diuisas, & traditas seruo Salomonis, duas autem remansisse filio Salomonis ad regnum, quod erat Hierusalem. Sic & nunc, inquit, totus mundus apostatauit, nos autem tanquam duæ illa tribus in templo dei, hoc est in ecclesia permanimus. Dominum etiam Iesum Christum cum plurimi sequerentur, septuaginta duobus apostata-

tantibus, soli cum illo duodecim remanserunt. His atque huiusmodi exemplis hæretici suam paucitatem commendare conantur, & in sanctis ecclesie multitudinem toto orbe diffusam, blasphemare non cessant. Sed quero ab eis, quod ab eis: si nollem credere vera esse ista quæ ab eis commemorantur exempla, vnde me conuincerent? Nonne de scripturis sanctis vbi leguntur tanta manifestatione, vt quisquis illas literas in fidem recepit, non possit nisi & ista verissima confiteri? Porro si hæc exempla ideo cogere credere vera esse, quia ibi scripta sunt vbi non possum dicere falsa esse quæ scripta sunt, cur non & ipsi de ecclesia toto orbe diffusa eisdem scripturis credunt? Ecce nos omnia illa credimus, credant & ipsi quod ait dominus, prædicari in nomine suo penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Credant quod ascensus in cælum nouissime dixit: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in totam terram. Et illa & ista vera esse credantur, & nulla inter nos contentio remanebit, quia nec illis veris ista, nec istis veris illa impediuntur. Et ista, inquit, credimus, & completa esse confitemur, sed postea orbis terrarum apostatauit, & sola remansit Donati communio. Hoc nobis legant, sicut legunt de Enoch, de Noë & de Abraham, Isaac & Iacob, & de illis duabus tribubus, quæ decem separatis reliquæ factæ sunt, & de duodecim Apostolis qui cæteris apostatantibus remanserunt, & hoc similiter legant, & nihil resistimus. Si autem non ea de scripturis sanctis legunt, sed suis contentionibus persuadere conatur, credo illa quæ in scripturis sanctis leguntur, non credo ista quæ ab hæreticis vanis dicuntur. Sed quia se duabus illis tribubus, quæ cum Salomonis filio remanserunt, comparandos putant, legant, & eos hoc legisse penitebit. Sic enim commemorantur in scripturis ipsi duo populi, Pars quæ erat ad Hierusalem, Iuda nominatur: illa vero alia quæ cum seruo Salomonis in ampliore numero segregata est, Israël vocatur. Legant quæ dicant Propheta de vtrisque, quemadmodum peiorum dicant Iudam quam Israël, ita vt iustificatam dicant aueriatricem Israël peccatis præuaricatricis Iuda: id est, tam grauius esse peccata huius, vt in eius comparatione illa iusta dicenda sit. Nec huius tamen nec illius peccata obsuerunt aliquid iustis, qui & hic & illic fuisse inueniuntur. Nam & in illa parte quam pro exemplo perditionis ponunt, id est, in Israël, fuerunt sancti Propheta. Ibi erat ille memorabilis Helias, vt de aliis taceam, cui etiam dictum est, Reliqui mihi septem milia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Ideo nequaquam pars illa populi tanquam hæresis fuisse, deputanda est. Deus enim eandem tribus iusserat separari, non vt religio, sed vt regnum diuideretur, & hoc modo vindicaretur in regnum Iuda. Deus autem nunquam iubet schisma vel hæresim fieri. Neque enim quia & in orbe terrarum plerunque regna diuiduntur, ideo & Christiana vnitas diuiditur, cum in vtraque parte catholica inueniatur ecclesia. Hoc ideo de Iuda & Israël commemorandum arbitratum sum, maxime vt admoneantur isti, non obesse iustis in medio impiorum constitutis, quicquid in ipsos populos propter impiorum multitudinem dicitur, vt desinant colligere testimonia quæcunque siue per Prophetas, siue per os domini, siue per euangelistas in zizaniam vel paleam orbis terrarum dicta inueniuntur. Plerunque enim sermo diuinus impiis

G Ne forte fiam velut opera super greges sodalium tuorum: id est, velut latens & incognita & nō reuelata. Hoc est enim opera fiam, non super gregem tuum, sed super greges sodalium tuorum, qui cum primo tecum essent, extra colligere voluerunt, non tuum gregem, sed suos greges, nec audierunt te dicentem, Qui mecum non colligit, spargit. nec quod Petro dixisti, Pasce oues meas, non tuas. Non est autem ista opera, quia non est sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et de illa dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Sed Donatistis velut opera est, quia audiunt tam lucida & manifesta testimonia quae illam toto orbe esse demonstrant, & malunt clauis oculis offendere in montem, quam in eum ascendere, qui cum esset lapis praecisus de monte sine manibus, creuit & factus est mons ingens, & impleuit vniuersam terram. Potest & alio modo intelligi, Vbi pascis, vbi cubas in meridie? Ipsius enim vox est in Psalmis ex persona Moyſi famuli dei. Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in sapientia. In illis enim merides dicitur, propter ingentem sapientiae lucem, & ingentem charitatis ardorem.

H Vnde quendam cum exhortaretur spiritus dei ad bona opera per Prophetam, hoc illi etiam promittit, Et tenebrae tuae sicut merides erunt. Sed si aliquis mundi locus intelligendus esset, quod dictum est in meridie, tamen ipsa verba sicut dixi, quae omnia vnam faciunt interrogationem, nullo modo permitterent quenquam ad suum sensum illam detorquere sententiam. Et si tanquam quarenti vbi pasceret, & vbi cubaret, de terreno loco responderetur, in meridie: non continuo Africam accipere deberemus. Africa enim in parte quidem meridiana mundi est, sed ad Africum, non ad Austrum, vbi vere merides est. Ibi enim sol facit medium diem, sub qua caeli plaga potius Aegyptus inuenitur. Si ergo sponsus ab sponsa tanquam de loco familiaris dilecto & cubili quodam suo secreto interrogatus, responderet esse in meridie, multo probabilius Ecclesia catholica in his membris suis hoc agnosceret, quae sunt in Aegypto in milibus seruatorum dei, qui per eremum sancta societate viuunt, perfectionem praeccepti euangelici studentes tenere quod dictum est, Vis perfectus esse? vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me. Quanto enim melius ibi secretius pascere & accubare, id est, requiescere filius dei dici potest, quam in turbis inquietis furiosorum Circumcellionum, quod malum Africae proprium est? Nam de Aegypto ita Esaias propheta, Illo die erit altare domini in regione Aegyptiorum, & titulus ad fines eorum domino, & erit in signum in aeternum domino in regione Aegyptiorum. Quoniam clamabunt ad dominum aduersus eos qui eis pressuram faciebant, & mittet eis dominus hominem qui saluos eos faciet, iudicans seruabit eos. Et cognitus erit dominus Aegyptiis, & timebunt Aegyptij dominum illo die, & facient sacrificia, & vota promittent domino, & redent. Et feriet dominus Aegyptios plaga, & sanabit eos sua misericordia, & conuertentur ad dominum, & exaudiet eos. Quid ad haec dicit: Quare non communicant Ecclesiae quae praedicta est, Aegyptiorum? Aut si praefiguratione prophetica Aegyptus mundum significat, quare non communicat ecclesiae orbis terrarum? Proinde perferuntur scripturas, & contra tam multa testimonia, quibus ostenditur Ecclesia Christi toto or-

be terrarum diffundi, vel vnum proferant tam certum & tam manifestum quam illa sunt, quo demonstrent Ecclesiam Christi perisse de ceteris gentibus, & in sola Africa remansisse, tanquam ab alio initio, non ab Hierusalem, sed a Carthagine, vbi primo episcopus contra Episcopum leuauerunt. Si autem voluerimus intelligere Donatum principem Tyri, quia Tyrus Carthago cognominata est, quae in eum per Ezechielem prophetatur, vbi eum maxime designat, quod ei dicitur, Ostendam tibi quia homo es, & non deus. Ipsi enim de huius magis quam de dei nomine gloriantur. Et cum solus deus sine peccato sit, & sacerdos ille qui interpellat pro nobis, quia & de ipso dictum est, Qui est super omnia deus benedictus in secula: isti Donati imitatores ita sine peccato se volunt videri, vt etiam iustificatores hominum se asserant, & suum oleum quod non sit oleum peccatoris: merito dicitur principi Tyri, Dixisti, deus sum, es autem homo, & non deus. Cui etiam dicitur, Nunquid tu melior quam Daniel? Constat enim Daniel peccata sua, & peccata populi sui: Ipsi autem pertinentes ad principem Tyri, ideo se dicunt orantes audiri pro peccatis populi, quia ipsi sine peccato sunt. Merito dicitur principi Tyri, Nunquid tu melior es quam Daniel? Ecce nos possumus inuenire aliquid proprium, & hoc malum maximum, a capite Africae, id est, Carthagine exortum. Norunt enim homines quam congruenter Tyrus pro Carthagine accipitur, & tamen non agimus talibus. Fortassis enim aliquid aliud significat Tyrus, quanto magis merides, cum & ipsa verba ad alium cogant intellectum. Sed quantum non permittantur saltem querere aliquid quod probent esse praedictum, deficientibus a fide Christiana ceteris gentibus, in sola Africa Ecclesiam remansuram, attendant illud quod saepe commemoravi, Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & agrum esse mundum, messem finem seculi, non nobis, sed ipso domino interpretate parabolam suam. Est aliud euidentissimum, quod eis omnino auferat laborem quarerendi vnde probent Ecclesiam mundo perditio ad solos Afros redactam. Potest enim aliquid esse & non inueniri, non esse autem & inueniri non potest. Desinant ergo querere quod inueniri non poterunt, non quia occultum est, sed quia non est. Sunt enim adhuc nonnullae gentes, in quibus nondum est Euangelium praedicatum, necesse est autem impleri omnia quae de Christo & ecclesia praedicta sunt. Oportet ergo & in eis praedicari: quod cum impletum fuerit, tunc erit finis. Quomodo ergo isti dicunt iam esse completum quod dominus ait, praedicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, sed postea ceteris deficientibus, solam Christo Africam remansisse, cum adhuc illud implendum sit, nondum impletum? Cum autem impletum fuerit, veniet finis. Sic enim dominus ait, Et praedicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quomodo ergo cum adimpleta esset fides omnium gentium, tunc perditio gentium, excepta Africa, consecuta est? Quandoquidem ipsa fides omnium gentium nondum impleta est. Nisi forte hoc restat hominum insaniae, vt dicant non ex illis ecclesiis, quae fundatae sunt per Apostolorum labores, adimpleri praedicationem Euangelij in omnibus gentibus, sed illis pereuntibus, & earum reparationem ex Africa per partem Donati, & residua-

A & residuarum gentium acquisitio nem. Puto quod ipsi etiam rideant cum hoc audiunt, & tamen nisi hoc dicat quod erubescunt si dicant, non habent omnino quod dicant. Sed quid ad nos? Nemini inuidemus, legat nobis hoc de scripturis sanctis & credimus. Hoc, inquam, nobis ex canone diuinorum librorum legant, tot ciuitates quae vsque ad hodiernum diem baptismum per Apostolos sibi consignatum tenuerunt, propter Afrorum sibi incognita crimina perisse a fide Christi, & denuo baptizandos esse a parte Donati, atque inde ceteris gentibus, quae nondum audierunt, praedicandum Euangelium. Hoc nobis legant. Quid morantur? Quid tergiverfantur? Quid impediunt salutem gentium? Legant hoc, & cum ipsa lectione novos Apostolos mittant ad tot gentes rebaptizandas, & ad residuas baptizandas. Sed plane videat, cum ad Colossenses venerint, quomodo ibi vel legant vel audiant ad eos epistolam datam, vbi eis dicit Apostolus, Gratias agimus deo patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis deprecantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in omnes sanctos propter spem quae reposita est vobis in caelis, quae ante audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit in vos, sicut in omni mundo est fructificans & crescens, sicut & in vobis ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in veritate. Haec enim verba conueniunt cum Euangelio vbi dictum est, Simile est regnum caelorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Postea exponitur ager esse hic mundus. Sicut enim hic ex quo seminatū crescere praedictum est vsque ad messem, ita & Apostolus dicit, In omni mundo fructificans & crescens, sicut & in vobis ex qua die audistis. Crescit autem vsque ad finem, quia vsque ad messem. Messem enim est finis seculi. Dicent ergo non solum Colossenses, ad quos data est, sed etiam ceteri omnes apud quos legitur haec epistola, vbi per Apostolicas literas constat bonum semen esse seminatū, etiam tunc crescere & fructificare coepisse. Quid nobis aertis noui? Nunquid iterum seminandum est bonum semen, quando ex quo seminatū est, crescit vsque ad messem? Si dicitis perisse in illis locis quod erat per Apostolos seminatū, & ideo esse rursum ex Africa seminandum, Respondetur, Legite nobis hoc ex diuinis oraculis, quod profecto legere non potestis, nisi prius ostenderitis falsum esse quod scriptum est, semen ciliante seminatū, crescere vsque ad messem. Et quia nullo pacto sibi diuina eloquia contradicunt, nullo modo in eis inuenietis, quod contra hoc tam manifestum recitare possitis. Restat ergo vt non ex diuinis libris, sed ex vobis ista dicatis. Proinde dignissime respondebitur, anathema sitis. Tenet enim Ecclesiae Apostolico labore fundata cum quanta cura sibi praedictum sit: Si quis vobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. Quoniam igitur in scripturis sanctis Ecclesia manifeste cognoscitur incipiens ab Hierusalem, & per alias gentes crescens donec omnes occupet vsque ad finem seculi, non autem sola frumenta, sed & purgamenta eius commemorantur, prius correcti communicate frumentis, & tunc videbitis quid in eis zizania vel palea dicere debeat: alioquin & malos bonorum laudibus exornare, & bonos malorum criminibus accusare detestando errore cogimini. Nempe in manibus documenta gestamus quibus probemus maiores vestros quorum solissima sectamini, & in municipalibus gestis sanctos libros ignibus tradidisse, & Ecclesias non poluisse, eosdemque inter iudices fuisse illos, qui apud Car-

thaginem contra Caeilianum & collegas eius absentem D sententias contulerunt. Nempe iidem leguntur gestis & municipalibus & Ecclesiasticis traditores, qui postea proferuntur a vobis tanquam traditorum absentium damnatores. Nempe Nundinarius illius temporis diaconus vester, apud Zenophilum consularē omnes Lucilla nundinas patefecit, quae damnationem Caeiliani emit ab Episcopis, qui ei factus fuerat inimicus verum praedicans. Nempe ipsi postea literas ad Imperatorem Constantinum dederunt, datisque ab eo, sicut petierat, disceptatoribus episcopis non consenserunt, eosdemque postmodum apud illum tanquam iniquos iudices accusauerunt, & ab aliis sibi ad Arelatum datis, ad ipsum Imperatorem appellauerunt, eodemque inter partes audiente, calumniatores inuēti atque damnati, in eadem furoris pertinacia permanserunt. Nempe vos ipsi qui propterea dicitis Christianam sanctitatem de tot gentibus in quibus Apostoli eam fundatissimam reliquerunt, penitus esse deletam, quia communicauerunt eis, quos vestri maiores septuaginta Episcoporum concilio Carthaginensi damnauerunt. Nonne illis quos trecenti decem Vagaeni concilio cum Maximiliano damnastis, modo communicatis? Nonne Praxetatus Asuritanus in ipso concilio damnatus legitur, & gestis pro consularibus a vobis accusatus & oppugnatus, & tamen in quo damnatus erat honore susceptus, & in vestra comunione defunctus est? Nonne Felicianus Musticanus eodem modo in eadem causa, eodem concilio damnatus ab Episcopis, accusatus apud iudices, postea receptus a vobis, nunc vobiscum Episcopus viuit? Nonne alij qui ab istis dānatis baptizati sunt, in eodem baptismo vobis modo comunicant? Sed videlicet tot Ecclesiae transmarinae Apostolico labore fundatae, si communicauerint sacramenta cum eis, quos nec apud se accusatos ipsi damnauerunt, aliis postea purgatos & absolutos audierunt, amittunt salutem religionemque Christianam, pars autem Donati & damnat quos voluerit, & in ipsa damnatione sacrilegia schismatis eorum sic exaggerat, vt illis quos viuos terra sorbuit, comparare non dubitet, & eis rursus cum voluerit in eodem honore susceptis communicat, & sancta atque integra perseuerat. O regula iuris Numidici, & priuilegia Vagaiana: & baptismus Christi exufflatur in eis qui cum in Ecclesiis Apostolicis acceperunt: in eis autem quos damnati sacrilegi, sicut in Vagaiano concilio scriptum est, Praxetatus & Felicianus baptizauerunt, pariter baptismus Christi, non quia baptismus Christi est, sed quia per eos datus est qui a suis dānatoribus Episcopis recedere & ad suos damnatores Episcopi redire meruerunt. Nempe haec omnia quae iam diu commemoro, regalibus literis & ecclesiasticis & municipalibus & proconsularibus gestis facta recitamus: tamen o Donatistae, si vos teneretis Ecclesiam toto orbe diffusam, quae manifestissimis canonicarum scripturarum testimonijs designata & expressa est, nihil aduersum vos omnia ista valere deberent, quia neque vobis palea crimina praedicaarent, si vos in ea triticum essetis: nec si vos essetis palea, & vestra essent crimina, tritico dominicae segetis aliquid praedicaaretis, quod ita in agro domini seminatū est, vt crescat vsque ad messem, id est, quod ita in mundo seminatū est, vt crescat vsque in finem seculi. Eo ergo modo, si forte quod adhuc nobis nunquam probastis, aduersum paleam nostram tanta documenta generetis, nos autem aduersus vos tanta quae commemorari non haberemus, etiam sic nihil frup

Matth. 12.
10. 49. 21.
Matth. 5.

Daniel. 2.

Psal. 89.

Esai. 59.

Matth. 19.

Esai. 19.

Coloss.

Matth. 13.

Matth. 13.

Cap. 17.

Luc. 11.

Matth. 4.

Cap. 17.

G mentis nostris toto orbe diffusis omnino præiudicaret quicquid in eorum paleam quamuis verissimū, quāuis manifestissimum, quamuis probatissimū diceretis. Proinde remoueantur omnes moratoria tergiversationes, quicquid de peccatis hominum falsum obiicitur, conueniatur consuetudinē, & nō obiiciatur. Quicquid de peccatis hominum etiam verum dicitur, vel probari non potest, vel cum debuit probari nō potuit, non obiiciatur. Quicquid de peccatis hominum & verum & probatum obiicitur, nec tamen ad frumenta quæ inter paleam latent, sed ad ipsam paleam quæ in fine separabitur pertinet, nō obiiciatur. Hæc enim & nos multo copiosius & probabilius obiicere possumus, nō ea inanitate qua illi, vt in eis causam nostram cōstituemus, sed vt eis ostēdamus, nō ideo nos nolle talibus fidere, quia nō inuenimus talia quæ dicamus, sed ne tempus rebus necessariis vtile, in rebus non necessariis conteramus. Quod propterea illi faciūt, quia robusta & firma veritate subnixā documenta, quibus causam suam tueantur inuenire nō possunt, & volūt videri aliquid dicere, dū tacere erubescunt, & inania loqui non erubescunt. Remotis ergo omnibus talibus, Ecclesiam suam demonstrant si possunt, non in sermonibus & rumoribus Afrorum, non in cōciliis Episcoporum suorum, non in literis quorumlibet disputatorū, non in signis & prodigiis fallacibus, quia etiam contra ista verbo domini preparati & cauti redditi sum⁹, sed in præscripto legis, in Prophetarum prædictis, in Psalmorum cantibus, in ipsius pastoris vocibus, in Euangelistarum prædicationibus & laboribus, hoc est in omnibus canonicis sanctorum librorū autoritatibus. Nec ita, vt ea colligant & commemorēt, quæ obscure vel ambigue vel figurate dicta sunt, quæ quisq; sicut voluerit interpretetur secundum sensum suum. Talia enim recte intelligi exponiq; nō possunt, nisi prius ea quæ apertissime dicta sunt, firma fide teneantur. Quisquis ergo huic epistolæ respondere se præparat, ante denunciationem mihi dicat, Illi codices dominicos ignibus tradiderunt, illi simulachris gentium sacrificauerunt, illi nobis iniquissimam persecutionem fecerunt, & vos eis in omnibus consensistis. Breuiter enim respondeo quod sæpe respondi, aut falsa dicitis, aut si vera sunt, nō ad frumēta Christi, sed ad eorum paleam pertinent ista quæ dicitis. Non inde perit Ecclesia, quæ optimo iudicio ventilata, istorū omnium separatione purgabitur. Ego ipsam Ecclesiam requiro vbi sit, quæ audiendo verba Christi & faciendo ædificat super petram, & audiendo & faciendo tolerat eos, qui audiendo & nō faciendo ædificant super arenam. Vbi sit triticum quod inter zizania creuit vsq; ad messem, non quid fecerint vel faciant ipsa zizania. Vbi sit proxima Christi in medio filiarum malarū sicut liliū in medio spinarū, nō quid fecerint vel faciant ipse spine. Vbi sint pisces boni, qui donec ad littus perueniant, tolerant pisces malos pariter irretitos, non quid fecerint vel faciant ipsi pisces mali. Omnis ergo istis morarum tendiculis, ostendat Ecclesiam vel in sola Africa perditis tot gentibus retinendam, vel ex Africa in omnibus gentibus reparandam atq; adimplendam, & sic ostendat vt nō dicat, Verum est, quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collega mei, aut illi episcopi vel clerici vel laici nostri, aut ideo verum est, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus vel Pontius, vel quilibet alius, aut quia homines ad memorias mortuorum nostrorum orant & exaudiuntur, aut quia illa & illa ibi contingūt, aut quia ille frater noster

Matth. 7.
Matth. 13.
Cantic. 2.
Matth. 13.
Miracul.

aut illa soror nostra tale visum vigilans vidit, vel tale visum dormiens somniauit. Remoueantur ista vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituum: aut enim non sunt vera quæ dicuntur, aut si hæreticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus: quod cum dixisset dominus quosdam futuros esse fallaces qui nōnulla signa faciendo, etiam electos si fieri posset fallerent, adiecit vehementer commendans & ait, Ecce prædixi vobis. Vnde & Apostol⁹ admonēs, Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorū. Porro si aliquis in hæreticorum memoriis orans exauditur, non pro merito loci, sed pro merito desiderij sui recipit siue malum siue bonum. Spiritus autem domini, sicut scriptū est, repleuit orbem terrarū: Et, Auris zeli audit omnia, & multi deo irato exaudiuntur: de quibus dicit Apostolus, Tradidit illos deus in concupiscentias cordis illorum. Et multis propitius deus nō tribuit quod voluit, vt quod vtile est tribuat. Vnde idem Apostolus ait de stimulo carnis suæ angelo Satanæ, quem sibi datum dicit, a quo colaphizaretur, ne magnitudine reuelationū extolleretur: Propter quod ter dominum rogauit, vt auferret eum a me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Nōne legimus ab ipso domino deo nonnullos exauditos in excelsis montium Iudææ, quæ tamen excelsa ita displicebant deo, vt reges qui ea non euerterent culparentur, & qui euerterent laudarentur: Vnde intelligitur magis valere petentis affectum quam petitionis locum. De visis autem fallacibus legat quæ scripta sunt, & quia ipse Satanæ figurat se tanquam angelum lucis, & quia multos seduxerunt somnia sua: audiunt etiam quæ narrent Pagani de templis & diis suis mirabiliter vel facta vel visa, & tamen dij gētium dæmonia, dominus autem cælos fecit. Exaudiuntur ergo multi & multis modis, non solū Christiani catholici, sed & Pagani & Iudæi & hæretici, variis erroribus & superstitionibus dediti. Exaudiuntur autem vel ab spiritibus seductoribus, qui tamē nihil faciunt, nisi permittantur, deo sublimiter atque ineffabiliter iudicante quid cuique tribuendum sit, siue ab ipso deo, vel ad pœnā nialitæ, vel ad solariam miseræ, vel ad monitionē quarreda salutis æternæ. Ad ipsam vero salutem æternam nemo peruenit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia, quæ sicut ipsum caput in scripturis sanctis canonicis debemus agnoscere, non in variis hominum rumorib⁹ & opinjonibus, & factis & dictis & visis inquirere. Nemo mihi hæc opponat qui mihi respondere paratus est, quia nec ego dico ideo mihi esse credendum, communionē Donati non esse Ecclesiam Christi, quia quidam qui apud eos Episcopi fuerunt, diuina instrumenta ignibus tradidisse, gestis Ecclesiasticis & municipalibus & iudicialibus conuincuntur: aut quia in iudicio Episcoporum, quod ab Imperatore petierunt, causam suam non obtinuerunt: aut quia prouocates ad ipsum Imperatorem, etiam ab ipso contrariam sibi sententiam meruerunt: aut quia tales sunt apud eos Circumcellionum principes: aut quia tanta mala committunt Circumcelliones: aut quia sunt apud eos qui se per abrupta præcipitent, vel concremando ignibus inferant, quos ipsi sibi met accenderunt, aut trucidationem suam equitatis hominibus terrendo extorqueant, & tot spōtancas & furiosas mortes, vt colantur ab hominibus

A nibus appetat: aut quod ad eorū sepulchra ebrii greges vagorū & vagarum permixta nequitia die noctuq; se vino sepeliant, flagitiisq; corrumpant. Sit ista omnis turba palea eorum, nec frumentis præiudicet si ipsi Ecclesiam tenent. Sed vtrum ipsi Ecclesiam teneant, non nisi diuinarū scripturarum canonicis libris ostendant, quia nec nos propterea dicimus nobis credere oportere quod in ecclesia Christi sumus, quia ipsam quam tenemus commendauit Mileuitanus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel alij innumerabiles nostræ communionis episcopi, aut quia nostrorū collegarum concilij ipsa prædicata est, aut quia per totū orbem in locis sanctis, quæ frequenter nostra communio, tanta mirabilia vel exauditionum vel sanitarum sunt, ita vt latentia per tot annos corpora martyrum, quod possunt a multis interrogantes audire, Ambrosio fuerint reuelata, & ad ipsa corpora cæcus multorum annorum ciuitati Mediolanensi notissimus oculos lumēque receperit: aut quia ille somnium vidit, & ille spiritu assumptus audiuit, siue ne iniret in partem Donati, siue vt recederet a parte Donati. Quæcunque talia in catholica sunt, ideo sunt approbata, quia in catholica sunt: non ideo ipsa manifestatur catholica, quia hæc in ea sunt. Iste domin⁹ Iesus cum resurrexisset a mortuis, & discipulorum oculis videndum manibusque tangendum corpus suum offerret, ne quid tamen fallaciæ se pati arbitraretur, magis eos testimoniis legis & Prophetarum & Psalmorum confirmandos esse iudicauit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerant tanto antè prædicta. Sic & Ecclesiam suam commendauit dicens, prædicari in nomine suo penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse scriptum ipse testatus est, hoc eius ore commendatum tenemus. Hæc sunt causæ nostræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmamēta. Legimus in Actibus Apostolorum dictum de quibusdam credentibus, quod quotidie scrutarentur scripturas, an hæc ita se haberent. Quas itaque scripturas, nisi canonicas legis & Prophetarum? Huc accesserunt Evangelia, apostolica epistola, Actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Scrutamini hæc omnia, & eruite aliquid manifestum quo demonstratis Ecclesiam vel in sola Africa remansisse, vel ex Africa futuram esse, vt impleatur quod dominus dicit, Prædicabitur hoc Evangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Sed aliquid proferre quod non egeat interprete, nec vnde conuincamini quod de alia re dictum sit, & vos illud ad vestrum sensum detorquere conemini. Videtis enim illud vnicum quod proferre cōsuectis, Vbi pascis, vbi cubas in meridie: quemadmodum excussis omnibus eiusdē loci verbis, longe aliud indicat quam vos putatis. Et si hoc sonaret quod vultis, Maximiniana istæ vos in eo vinceret. Magis enim merides provincia Byzantium Tripolis, vbi illi sunt quicunque sunt, quam Numidia vbi vos præpōsetis. Ita ergo ipsi germanius & distinctus possunt de meridie gloriari, vt eos excludere ab hac sententia non possitis, nisi in illis verbis verum sensum & catholicum teneatis, ostendentes ei secundum quatuor angulos orbis terrarum ab Austro magis quam ab Africa esse meridiem: secundum figuratas autem scripturarum locutiones, perfectam mentis illuminationem feruoremque maximum charitatis, vocari meridiem, vnde scriptum est, Et tenebræ tuæ tāquam merides erūt. Aliquid ergo proferre quod non contra vos verius in-

terpretetur, sed quod interprete omnino nō egeat, si-
cut nō eget interprete, In femine tuo benedicerent omnes gentes, quia semen Abraham Christum, non ego, sed
Apostolus interpretatur. Sicut non eget interprete, Tu
enim vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua orbis
terrarum, quia ei dicitur quam nemo Christianus nisi
Ecclesiam Christi intelligit. Sicut non eget interprete,
Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi
fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ
patriæ gētium, quoniam ipse est regnum, & ipse
dominabitur gentium: quia in eo Psalmo dicitur vbi
palsio domini etiam teste Euangelio declaratur. Sicut
non eget interprete, Quia oportebat Christum pati,
& resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam
& remissionem peccatorum per omnes gētes,
incipientibus ab Hierusalem. Sicut nō eget interprete,
Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudæa & Sa-
maria & vsque in totā terram. Cæpisse enim Ecclesiam
ab Hierusalem atque inde isse circum Iudæam & Sama-
riam & cæteras gentes, consequentia gesta testatur ca-
nonicis firmata documentis. Sicut non eget interprete,
Et prædicabitur hoc Euāgelium regni in vniuerso orbe
in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.
Interrogatus enim dominus de fine huius seculi,
cum quædam initia parturitionum dixisset, ait, Sed nō-
dum statim finis. Finem autem futurum prædixit post
prædicationem Euangelij in vniuerso orbe in omnibus
gentibus. Sicut non eget interprete, Sinite vtraque cre-
scere vsque ad messem: quia cum egeret interprete, ipse
dominus interpretat⁹ est, & ipse exposuit cui nemo cōtra
dicere potest, maxime i ea parabola quæ ab illo pro-
lata est, & ipse ait, bonum semē esse filios regni, agrum
mundum, messem finē seculi. Tale aliquid proferte vel
vnum, quo apertissime Africa declaratur vel i reliquis
sola derelicta, vel ad principium renouandi & imple-
di orbis sola seruata. Neque enim tot testimoniis com-
mendaretur quod erat cito periturum, & sic taceretur
aut quod solum esset relinquendum, aut ex quo solo to-
tum esset reparandum & implendum. Si autem nō pos-
testis quod tam iuste a vobis flagitamus ostendere, cre-
dite veritati, cōticescite, obdormiscite, a furore exper-
giscimini ad salutem. An adhuc dicitis, Si apud vos est
Ecclesia, vt quid nos ad eius pacem persequendo com-
pellitis: aut si mali sum⁹, quid nos queritis: Et si zizania
sumus, sinite nos crescere vsque ad messem? quasi nos
quibus modis possumus aliud agamus, nisi ne triticum
simul eradictur dum ante tempus zizania separantur.
Quicunque enim boni in æternum futuri sunt, & si ad
tempus mali sunt, non zizania, sed triticum sunt in præ-
scientia dei. Sic autē nos accusatis, quare vos queramus
si mali estis, quasi nō eo perieritis quo mali estis, & ideo
sitis querēdi, quia peristis, vt perditū queramini, quæ sibi
inueniamini, sicut illa ouis a pastore, sicut illa drachma a muliere, sicut ille filius, qui mortuus
erat, reuixit, perierat & inuentus est. Ille vos enim
querit qui in sanctis habitat, & imperat vt queramini.
De persecutione autem vestra queri eladabitur, si
cogitetis & intelligatis prius, nō omnē persecutionem
esse culpabilem, alioquin non laudabiliter diceretur, De-
traheret secreto proximo suo, hūc persequer. Nam
quotidie videmus & filium de patre tanquam de per-
secutore suo conqueri, & coniugem de marito, & seruum
de domino, & colonū de possessore, & reum de iudice,
& militem vel prouincialem de duce vel rege, cum illi
plerūq; ordinatissime potestate sibi homines subditos

Gene. 22.
Gal. 3.
Esai. 62.
Psal. 22.
Luc. 24.
Act. 1.
Matth. 24.
Matth. 13.
Luc. 15.
De persecu-
tione.
Cap. XII.
Psal. 100.

G peruenire non possit. Quapropter cum dicatur hereticis, iustitia vobis deest, quam sine charitate ac vinculo pacis habere nullus potest, cumque & ipsi fateantur multos baptismum habere & iustitiam non habere, & si non fateantur, eos conuincat scriptura diuina: miror quomodo putent, cum eos habentes non suum, sed Christi baptismum, iterum nolimus baptizare, ita nos agere, ac si eis iam nihil deesse iudicemus, & quia baptismus eis in catholica non datur, quem habere inueniuntur, nihil se illic accipere arbitratur, vbi hoc accipiunt, sine quo illud quod habent, eis ad perniciem valeat, non ad salutem. Quod si noluit intelligere, sufficit nobis, quod eam tenemus Ecclesiam qua manifestissimis sanctarum & canonicarum scripturarum testimoniis demonstratur. Dicat mihi nunc haereticus, Quomodo me suscipis? Cito respondeo, Sicut suscipit ecclesia cui Christus perhibet testimonium. Nunquid tu melius potes nosse quomodo suscipiendus sis, quam saluator noster medicus vulneris tui? Hic forte dicis, Lege ergo mihi quemadmodum Christus suscipi iusserit eos qui ab haereticis transire ad ecclesiam volunt. Hoc aperte atque euidenter nec ego lego, nec tu. Si enim haereticus esset Ioannes, & in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizaret, post cuius baptismum iussit Paulus homines baptizari, tu obtineres quod dicis, ita ut contra quid dicerem, non haberem. Rursus si Petrus in nomine patris & filij & spiritus sancti ab haereticis baptizatus fuisset, cui dominus ait, Qui lotus est semel, non habet necessitatem iterum lauandi: ego obtinerem quod dico, ita ut te contra quid dicerem, non haberem. Nunc vero cum in scripturis non inueniamus aliquos ad ecclesiam transisse ab haereticis, & sicut ego dico, aut sicut tu dicis esse susceptos, puto si aliquis sapiens extitisset, cui dominus Iesus Christus testimonium perhibet, & de hac questione consulere tui, nullo modo dubitare deberemus id facere quod ille dixisset, ne non tam ipsi quam domino Iesu Christo, cuius testimonio commendabatur, repugnare iudicaremur. Perhibet autem testimonium Christus ecclesiae suae, Ecce euangelium, lege vbi ait, Oportet Christum pati & resurgere tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quomodo ergo suscipit ista ecclesia per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem remotis omnibus ambagibus & tergiversationibus, sic suscipiendus es. Quod si non vis, non mihi, aut cuiquam homini, qui vult ita suscipere, sed ipsi saluatori contra salutem tuam perniciosissime reluctaris, qui te sic suscipiendum esse non vis credere, quemadmodum suscipit illa ecclesia, quam testimonio suo commendat ille cui fateris nefarium esse non credere. At enim dixit Hieremias, Facta est mihi vt aqua mendax, non habens fidem. Non de hac aqua dixit quam putas: lege diligenter. Ipsam enim hominum mendaciam multitudinem dixit aquam mendacem, more prophético, sicut figuratè loqui solent, sicut in Apocalypsi, populos aquarum nomine nouimus appellatos. Nam sic ait Hieremias, Vt quid qui contristat me praevalent: Plaga mea valida est, vnde sanabor? Facta est mihi vt aqua mendax non habens fidem. Plagam suam tibi dixit factam vt aquam mendacem, eandem vero plagam suam eos appellauit qui se contristabant. Quod enim ait, qui contristat me: hoc dixit postea plaga mea: & quod supra dixit, praevalent: hoc postea dixit, valida est. Sic & illic facitis vbi scriptum est, Ab aqua aliena abstinete, & de fonte alieno ne biberis. Putatis

enim de baptismo dictum, qui est apud hereticos, vt ideo R sit aqua aliena, quia haereticus regnum dei non possident: quasi non ita sit & apud ebriosos & apud inuidos, & ceteros huiusmodi, de quibus pariter dictum est, Regnum dei non possidebunt: & tamen in omnibus talibus si secundum Euangelium baptizati sunt, Christi est baptismus, non ipsorum. Vnde aqua illa non est aliena, cum ipsi alieni sint, quibus dicitur est, Non noui vos. Cur non ergo potius intelligam aquam alienam & fontem alienum doctrinam esse maligni spiritus qua decipiuntur & seducuntur alienati a deo per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis eorum? Hoc expressius commendate Apostolo, Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum: Haec est aqua aliena & fons alienus. Si enim aqua in bono intelligitur & spiritus sanctus, cur non aqua in malo intelligatur & spiritus malignus? Non enim semper vbi aquam nominat scriptura, hoc visibile baptismi sacramentum vult intelligi, sed aliquando ipsum, aliquando aliud. Iam enim hoc visibile baptismum etiam alios discipuli domini baptizauerant antequam L veniret in eos secundum eius promissionem spiritus sanctus: de quo tamen idem Iesus dicit, Si quis sitit, veniat & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquae viuae fluent de ventre eius. Et sequitur euangelista, & exponit vnde sit dictum, Hoc autem, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant ij qui in eum erant credituri. Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus: Ecce aquam dicit spiritum, qui nondum erat datus, cum iam aqua illa baptismi multis fuisset data. Vnde & illud quod similiter non intelligitur, quod scriptum est, Bibe aquam de tuis vasis & de puteorum tuorum fontibus, & fons aquae tuae sit tibi proprius, & nemo alienus comunicet tibi, & non superfluat tibi aqua foras, & in plateis tuis discurrat aqua tua: non visibilem baptismum quem possunt habere & alieni, id est, qui regnum dei non possidebunt, sed hoc donum commendat spiritus sancti, quod proprium est eorum tantum, qui regnabunt cum Christo in aeternum, Quoniam charitas dei, sicut dicit Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa enim latitudo cordis, quam charitas facit, vnde illa M diffusam dicit, & vnde ad Corinthios ita loquitur, Os nostrum patet ad vos & Corinthij, cor nostrum dilatatum est: platearum noie significata est. Quod ergo aperte audimus, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, hoc figurate audimus? Ab aqua aliena abstinete, & de fonte alieno ne biberitis. Et quod aperte audiuimus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, hoc figurate audimus. Fons aquae tuae sit tibi proprius, & nemo alienus comunicet tibi. Multa enim munera dei possunt habere & alieni, non solum ista communia cum lapidibus & arboribus, sicuti spirare, sentire, sed etiam maiora iam hominum propria, sicut est ratio, locutio, artes viles innumerabiles, & alia multa. Ipsa etiam quae domui dei data sunt, nonnulla ex eis habent alieni, id est, non possessuri regnum dei, quibus in fine dicitur, Non noui vos, etiam cum dixerint, In nomine tuo prophetauimus & virtutes multas fecimus: quia etiam habent, inquit, prophetiam, & sciam omnia sacramenta & omnem scientiam, & si habuerint omnem fidem, ita vt montes transferant, charitatem autem non habeam, nihil sum. Hoc est ergo donum

A donum spiritus sancti proprium sanctorum, vnde nemo communicat alienis. Hoc deest omnibus malignis & gehēnae filiis, etiam si Christi baptismum baptizentur, sicut Simo fuerat baptizatus. Hoc deest etiam haereticis. Hoc accipiunt cum correcti veniunt & unitatis vinculum synceriter amplectuntur. Quod si non acciperent, etiam habentes baptismum Christi non erant possessuri regnum Christi, quia non introierant ad fontem illum proprium aquarum discurrentium in plateis sanctorum, & foras non excurrentium, quo fonte charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Desinite itaque illa testimonia commemorare, quae aut non intelligitis, aut pro nobis contra vos esse intelligitis. Quod si ambigue posita, & pro nobis & pro vobis possent interpretari, nihil vtiq; adiuuarent causam vestram, quia & nos si talibus vti vellemus, innumerabilibus vteremur quae causam nostram nihil similiter adiuuarent. Sed plane talia malam causam vel moras faciēdo sustentat. Ecce inquit de corpore domini aqua profuxit. Et quid te hoc adiuuat haereticus? Multum, inquit. Baptisma enim significat non esse nisi in corpore domini, id est, in Ecclesia. Melius dicitur, quod ad hoc forte diligentius requirendum est, aqua illa baptismum esse significatum. Nam & nos baptismum quem habetis, de corpore domini esse dicimus, hoc est de ecclesia, quauis in ea ipsi non sitis, sicut omnes qui non aedificat super petram, sed super arenam. Quare tamen non attēdis aquam illam, qua baptismum significatum dicit, non tantum in corpore domini fuisse, sed etiam de corpore eius foras exisse, & hoc per vulnus persecutoris? Neque enim & haereticis & omnes mali secum foras sacramenta traxissent, si unitatis integritatem in corpore domini custodissent. Sed etiam hoc videtis quam profundum sit, & quanta mysterij altitudine occultum. Iam sufficiat: Desinite talibus agere. Omnia quae huiusmodi protuleritis, aut pro nobis sunt, aut vt multum causam nostram minuam, incertum est pro quibus sint. Sed libenter in operis immorari, ne fateri aperta cogamini. Ecce ecclesia, rogo quid patimini? Ecce ecclesia tot manifestissimis sanctarum scripturarum testimoniis commendata & expressa, praedicta & demonstrata: Sicut audiuius, ita & vidimus. Quid tergiversaris? Quomodo suscipiatis? Cur detrahas sic suscipi quomodo illa suscipi, cui testimonium perhibet qui mentiri non potuit? Doce scripturas canonicas aperte dixisse, baptismum esse in ecclesia catholica, qui apud haereticos in nomine patris & filij & spiritus sancti fuerit baptizatus. Quod si hoc docere non potes, illud doce, huius communioni tuae, id est, parti Donati, vbi hoc didicisti, apertum aliquod & manifestum testimonium a scripturis canonicis perhiberi, & fateor ad te esse traieciendum, nec aliter esse suscipiendos haereticos quam sicut suscipit ecclesia in qua es, quia tali testimonio declarata est. Quid alius? quid perturbationis? Non inuenis in scripturis canonicis quod a te iustissime exigimus? Na quod dicitur soletis, Vbi pacis, vbi cubas in meridie: vides quale sit, & quam pro te non sit. Noli ergo talia querere, quia & si in partibus Aquilonis esset pars Donati, quae contrariis sunt partibus Meridianis, diceret de se esse dictum: Montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Na vti que ciuitas regis magni non est nisi ecclesia, & hoc potius in dubitante sonat ecclesiam, quam illud, Vbi pacis, vbi cubas in meridie. Sed fortasse illo testimonio Marcion haereticus vteretur, qui dicitur Ponticus

fuisse, quae partes ad Aquilonem sunt. Rursus si in Occidente esset pars Donati, diceret de se esse dictum, Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen est illi. Fortassis enim sublimius esse diceret, ascendit super occasum: quia, cubat in meridie. Haec mystica sunt, operata sunt, figurata sunt: aliquid manifestum quod interprete non eget flagitamus. Ego itaque sic te suscipio quemadmodum suscipit semen Abraham, in quo benedicuntur omnes gentes. hoc forte obscurum esset, nisi Paulus aperuisset semen Abraham, quod est Christus. Sic te suscipio, quemadmodum suscipit illa sterilis, cuius multi filij magis quam eius quae habet virum. Quod obscurum esset, nisi Paulus dixisset ipsam esse ecclesiam matrem nostram, cui dictum est, Dominus qui eruit te, ipse deus vniuersae terrae vocabitur: cui dictum est, Terra tua orbis terrarum. Sicut suscipit regina illa, de qua in Psalmis dicitur, Astitit regina a dextris tuis. & cui dicitur, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Postremo ne multa commemorarem, sic te suscipio, sicut suscipit ecclesia per omnes gentes incipiens ab Hierusalem: sicut suscipit ecclesia quae testis est Christo in Hierusalem & in tota Iudea & Samaria, & vsque in totam terram. Ille enim te suscipit, qui hoc de illa dixit, qui in talibus eam verbis ne quicquam de illa dubitaret ostēdit. Sic te suscipio, quemadmodum suscipit triticum seminatum in agro, quod cum zizaniis crescit vsque ad messem. Hi sunt enim filij regni, ager autem est mundus, messis est finis seculi. Dominus exposuit, Euangelium est, verba domini sunt, manifesta sunt. Possem tibi dicere, sic te suscipio, quemadmodum & vos suscepistis quos Praetextatus & Felicianus a vobis damnati, extra vestram communionem baptizauerunt. Cui rei quid contradicas omnino non habes. Sed hoc potius dicam, quod & aduersus ipsos Maximianistas inuictissime valeat, qui vos in duobus praecipue testimoniis, quibus imperitissime, tamē creberime vti soletis, omnino vicerunt, & de paucitate, & de meridie. Hoc ergo dicam quod vos omnes tanquam pariter contra nos insurgatis, extinguat. Sic vos suscipimus si corrigi vultis, quemadmodum suscipit ecclesia quam dominus Iesus dicit ab Hierusalem capturam: & in Actibus Apostolorum legitur inde coepisse, & per omnes gentes ituram. Et in Actibus Apostolorum legitur per multas esse antequam veniret in Africam, & per omnes gentes ituram antequam veniat finis, quia ipse dominus ait, Praedicabitur hoc euangelium in omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Ecce purgamenta eius, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas mulorum. Ecce frumenta eius, Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vbi hic Africa nominata est in parte Donati? Ecce iterum frumenta eius, Vt scias, inquit Apostolus, quemadmodum te oporteat in domo dei conuersari, quae est Ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et sine dubio magnus est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, & iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Ecce purgamenta eius: Spiritus autem, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoibus doctrinisque demoniorum, & cetera. Vbi hic Africa in parte Donati nominata est, vt in ea remanserit columna & firmamentum veritatis aut pietatis sacramentum, de quo vsque in finem ita cucurrit, vt diceret: Praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo,

Ioan. 13.

Luc. 24.

Hier. 15.

Apoc. 17.

Prout. 5.

Prout. 4.

Rom. 4.

1. Cor. 6.

1. Ioan. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

Gene. 22.

Galat. 3.

Esai. 54.

Galat. 4.

Esai. 54.

Psal. 44.

Psal. 44.

Luc. 24.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Gisset, vtrum de cōstituendo numero disputantium edicto eius paritum fuerit, quia per hoc oporteret agi omnia quę agēda essent: cōperūt Donatistę agere de tempore, quoniam causa ipsa agi non posset quin dies præterisset. Quartodecimo enim kalendas luniarum die completi fuerant quatuor menses ex die edicti cognitōris quod ad prouinciam miserat, sicut interrogatum respondit officium. Et quoniam inter quatuor menses agi causam præceperat Imperator, ideo diē iam transisse dicebāt, & petebant vt tanquam in cōtumaces catholicos sententia proferretur, quasi catholici absentes essent, aut Donatistę aliquādo ad agendam causam illis absentibus intrauissent, aut admoniti catholici vel euocati defuissent. Ista ergo calumnie & tergiversatione, quę nec in foro iure agerentur, dicebāt, nolentes vt aliquid ageretur. Sed ad hoc eis respondit ipse cognitōr, quod in kalendas lunias pars vtraque consenserit, quauis etiam si quęlibet pars adhuc vsque non occurrisset, duos alios menses super esse potuisse, quos

IX. Imperator adiūxit trinis edictis fuisse seruādos. Non loco, quoniam cognitōr superius dixerat de tempore præscribere, vt causa non ageretur, non esse Episcopalis, sed forensis potius esse obiectionis, inuenit occasionem pars Donati, qua diceret, nihil ergo secum agi publico iure debere, sed tantū diuinis scripturis. Vnde cū quaesisset cognitōr, quid vtrique parti de hac re placeret, responsum est à catholicis, vt iuberet mādatum catholici concilij recitari, vbi electis disputatoribus agēdi modus iniunctus est, ibi posse melius apparere, quod non forensibus tergiversationibus, sed magis diuinis testimoniis ageretur. Et aliquādiu conflictio producta est, cum catholici instarent recitari mādatum, illi autem recusarent. Sed postea remotis omnibus moratoris contentionibus, recitari mādatum cognitōr iussit.

X. Decimo loco mādatum catholici concilij recitatum est, quo electis ad disputandum Episcopis, catholice Ecclesię est iniuncta defensio aduersus criminationes Donatistarum. Hoc mādato iterum sicut in superioribus literis breuiter tota causa comprehensa est prius, vt causa Ecclesię quę toto sicut promissa est terrarum orbe diffunditur, à causa Cęciliani qualiscunque illa fuisset sic distingueretur, vt ostenderetur malos in Ecclesia qui vel ignorāter vel pro vnitatis pacis tolerātur à bonis, non eis ad mala consentientibus, obesse nō posse, similitudinibus Euangelicis & exemplo Prophetarum & ipsius domini Christi & Apostolorum & Episcoporum, & iudicio ipsorum etiam Donatistarū propter Maximinianas. Deinde ipsius Cęciliani causa non mala fuisse certis documentis demonstraretur, quibus & ipse & ordinator eius Felix Aptuginensis, quem in concilio suo criminosis accusauerunt, probaretur esse purgatus. Et cętera quę mādato eodem continentur, siue de baptismo, siue de persecutione quę solet catholicis obicere pars Donati. Nam commemorata ibi est iterum sicut in superioribus literis causa Maximinianas, qua demonstrarentur Donatistę suo iudicio cuncta diluisse, quę obicere catholicis vel de baptismo, vel de persecutione, vel de cōmunionis cōtagione confueuerunt. Adiectum est etiam, vt si quę etiam nunc Episcopis catholicis morarum interponenda gratia voluissent crimina obicere, propter finēdam quę prius vgeret causam, audienda & discutienda postea differrentur: hoc autem, id est, vt tota causa & superioribus literis & isto mādato comprehenderetur, eo consilio à catholicis factum est, ne forte sicut

fama iactabat, aliquas moratorias præscriptiones Donatistę ingerere conarētur, & forsitan non permisi ab ipsa collatione resiliēt, acta licet breuiter Ecclesię catholicę causa, in conscriptione gestorum legēda remanerent, quam timuisse intelligerentur, & ideo noluisse conferre. Vndecimo loco cum cognitōr interlocutus esset in mādato catholicorum, magis diuina testimonia quām forensia vincula esse prolata, & iussisset etiam subscriptiones omnium recitari, conflictus exortus est, & aliquādiu productus est, cum Donatistę exigerent eorum præsentiam qui mādato subscriperāt, obiciētes, quod eis suppositis qui Episcopi nō fuerint, potuissent fallere cognitōrē, quo præsentibus subscripsisse legebantur, & quod antiquis cathedris alios Episcopos addiderint, vt numerus augetur. Catholici autem ne sui præsentarentur resistebant, verētes ne illi tumultum aliquem præpararent per quem rursus abrupteretur ipsa collatio, quam fieri Donatistę nolle omnino videbantur, maxime quādo de tempore quasi iam causa lapsa esset & audiri non posset, præscribere voluerūt. Quem tumultum ideo putabantur nondū fecisse, quia si fieret, videbāt non posse imputari catholicis qui paucissimi aderant, sed sibi potius, quorum præsentia fuerat multitudo. Sed voluntati eorum cedētibus catholicis, vt omnes qui subscriperāt ingrediētur, apparuit postea hoc ideo voluisse Donatistas, quia existimabāt non conuenisse Carthaginem tot catholicos, quot subscriptiones ostendebātur. Hoc autem propterea credidisse putati sunt, quia catholici nō ea pompa qua illi Carthaginem fuerāt ingressi, & ob hoc eos paucos venisse suspicabantur. Duodecimo loco ingressis Episcopis catholicis, quorum præsentia petebatur, omnes singillatim recitati & in medium procedentes à Donatistis recogniti sunt, vel vicinis suis, vel cū quibus in vno loco erant: & quicunque recitabātur catholici Episcopi ex his locis vbi non erat pars Donati, satis & ipsis Donatistis notum erat se ibi non habere collegas, vel communionem suam, & esse illic catholicos, vel quos nouerant, vel de quibus audierant in suę vicinitate regionis. Ita factum est, vt omnino nullius catholici recitaretur subscriptio de cuius præsentia dubitarent. Sanē cum ventum esset ad nomen Victoriani Mulficani catholici Episcopi, & in medium procedens respondisset se habere contrarios duos, Felicianum in ciuitate Mulficana, & Donatum in loco Turrensi, exegerūt catholici vt actis constaret Felicianum in communionem esse Primiani: ipsum enim inter alios cum Maximiniano damnauerant, damnatorem Primiani & ordinatorem ipsius Maximiniani, quem postea in integro honore receperant, nec destruxerant baptismum in eis quos in Maximiniani schismate baptizauerat, sed ad interrogationem catholicorum respondeat noluerunt, dicentes nō debere hoc ab eis exigi. Et cum iterum pressius exigeretur, dixerunt iam internę actionis hoc esse: & secundū eos interlocutus est cognitōr, vt hoc quod ceptum fuerat, ageretur, & illud si opus esset postea quaereretur. In ipsa autem diocesi Mulficana apparuit & ipsos Episcopū alium antiquę cathedrę addidisse, quod inani inuidia catholicis obiecerant, hoc & in aliis locis eos fecisse postea declaratum est. Tertiodecimo loco recensitis & recognitis præsentibus catholicis qui subscriperant, cognitōr obtulit petens, vt confidentes potius agerent quam stantes. Donatistę autem recusauerunt, gratias tamen agētes quod talibus senibus obtulisset cōfessum, & in ea recusatione multa dicētes in laudena

A laudem suā: & in laudē ipsius cognitōris, quę legat qui voluerit in conscriptione gestorū. pertinet enim ad rē, quomodo quę sic laudauerunt, vt dicerent honorificū, iustum, reuerentem, benignum, causam tamen propter cuius actionē tam multi cōuenerāt, apud eum agi nolēbant. Quartodecimo hoc mādātū etiam Donatistarū prolatum & recitatū est, breuiter factum, vt hi quos elegerāt agerent velut aduersus traditores & persecutores suos. Recitata sunt etiam eorū nomina, cum hoc catholici fieri petissent, vt cōstaret vtrū apud Carthaginem præsentibus subscriperāt. Sed Donatistę multo instantius hoc vt fieret cognitōri extorserunt, vt eorum quoque numerus appareret, quod se magna intētionē velle mōstrabant. In ea sane recitatione inuenti sunt quidā pro quibus absentibus alij subscriperūt. Inuentus est etiā vnus qui cū suo nomine recitato non respōderet, dixerūt eū in itinere esse defunctū. Et cū quaererent catholici, quomodo potuerit apud Carthaginem subscribere, qui fuerat in itinere defunctus: illi diu fluctuauerūt perturbati, & nescientes quid respōderēt. Nam primo dixerunt, nō de ipso, sed de alio fuisse suggestū: Et cum catholici putassent de alio, id est, de clerico eos dicere, B qui pro mortuo subscribere potuit: questū est, vtrū clericus suo nomine an illius pro mortuo subscriperet. sed potius respōderunt ipsum quidem subscripsisse præsentē, cum octauo kalendas lunias mādātū fieret, sed quoniam eger subscriperat, remeantē ad propria in itinere defecisse. Quo audito, catholici petierūt superiora eorū verba recitari, vt ipsa varietas deprehēsa claresceret. Quod cū factū fuisset & appareret, quæsuit cognitōr vtrum saltem sub dei testificatione firmaret eum fuisse Carthagini, quando præsentibus mādauerit vt subscriberet. Vbi vehemētius perturbati respōderunt, Quid si & alius pro eodē apposuit: Hanc eorum falsitate deprehensam iudicio dei relinquens, iussit cętera nomina recitari. Quibus recitatis, quæsuit de numero Episcoporum partis vtriusque. Respondit officium, nomina Donatistarum Episcoporum esse ducēta septuaginta nouē, annumeratis etiā illis pro quibus absentibus alij subscriperāt, cōputato & illo defuncto. Catholicorū autē omnium præsentium nomina esse cōstitit ducēta octoginta sex: Viginti enim nō subscriperāt, qui tamē suā exhibētes præsentia & in mediū procedētes, nisi quos infirmitas corporis illic apud Carthaginem tenuit, præsentibus gestis se mādare & cōsentire professi sunt. In loco ergo collationis, hoc est in thermis Gergilianis, quia ipse postea locus placuerat, ex his catholicis qui mādato subscriperāt, & qui præsentibus mādauerāt, hi soli defuerūt qui illic apud Carthaginem incōmoda valetudine tenebantur. Ex his autem quorum nomina Donatistarū subscriptio continebat, nō solum illi deerant quos apud Carthaginem ægrotare responderāt, sed etiā illi pro quibus absentibus, id est, apud Carthaginem nō constitutis alij subscriperant. Quoniam itaque se Donatistę de numerositate iactabāt, excepto eo quod catholici plures venisse Carthaginem cōstitit, dictum est à catholicis alios Episcopos cētū viginti nō venisse Carthaginē, quod quidam eorum senectute, quidā infirmitate, quidā diuersis necessitatibus impediti. Quod cum audissent Donatistę, responderūt etiā suos multo plures nō venisse Carthaginē, & multas esse apud se cathedras viduas Episcopis, cū in sua notaria quę cognitōri dederāt, apertissimè dixerint vsque adeo se omnes venisse Carthaginem, vt nec grauissimos senes ætas & labor potuerit deterrere: eosque solos non venisse quos

aduersa valetudo in suis sedibus, vel in itinere tenuisset. Sanē propter cathedras quas Episcopi vacuas apud se esse dixerunt, respōsum est etiam à catholicis, sexaginta esse quibus successores episcopi nondum fuerant ordinati, ac per hoc in istis vtriusque partis subscriptionibus & falsitates in Donatistis constitit fuisse deprehensas, & eorum numerum episcoporum minorem, quandoquidem soli ægroti non venerant Carthaginem, pro quibus tamē in itinere ægrotantibus alij subscriperant, & omnium nomina cum ipsis etiā pro quibus alij subscriperant, ducēta septuaginta nouem subscriptio continebat. Neque villo modo credibile sit multo plures quā centum viginti, hoc est, tertiam partē omnium eorum in suis sedibus ægrotasse potuisse, & ideo non venisse Carthaginē. Quintodecimo loco egressis omnibus qui iam superfluo præsentibus erant, & remanentibus eis quos necessarios vtrique delegerant, in perendinum diem collatio dilata est vtrorumque cōsensu, quoniam dies præsentibus iam videbatur emensus.

Collationis primi diei finis.

SECVNDI DIEI COLLATIO.



DPRIMO loco cum die intermisso, ad memoratum locū sicut placuerat & cōstitutum fuerat conueniretur, obtulit cōfessum iterū cognitōr, deprecans vt fieret. Et mox catholici cōsederunt, Donatistę autē recusauerūt. In qua recusatione inter cętera id quoque dixerūt, quod scriptū sibi esset cum talibus non sedere. Ad hoc catholici ne morę fierent, tunc nō responderunt, sed opportuniore loco in tertij diei collatione. Tunc ergo etiam ipse cognitōr stando se cogniturum esse respondit. Secundo loco recitata est notaria quę pridie dederant, petētes, vt sibi mādatum catholicorum ederetur, quo cōsiderato possent in diem constitutum instructi adesse, eo quod exceptores cum conscriptione gestorū occurrere non valerent, & respōsio cognitōris in eadem notaria qua iussit fieri quod petebant. Tertio loco cum quaesisset cognitōr, quid etiam de subscriptionibus responderet: id est, vtrū eis placeret quod edicto proposuerat, vt prosecutionibus suis quisque subscriberet: & respondissent catholici, iam se in hoc cōsensum suum literis expressisse: illi se multum moueri dixerunt, quod hoc cōsuetudo non haberet. Et cū cognitōr interrogasset, vtrū eis sufficeret quod dati fuerant gestorū cōscribendorū ex vtraque parte custodes: dilationē petere cōperūt, vt sibi cōscripta gesta ederentur, & tūc responderent. Hic ortus est diuturnus cōflictus cum eis, cum cōsensus eorum, quo placuerat vt illo die res ageretur, sepe recitaretur ex tabulis. Et cū se notas ignorare dicerent, petētes vt prius eis ederentur gesta conscripta, cognitōr iussit, vt quod eorū notarij exceperāt, per latis codicibus qui signati custodiebantur, eis recitaretur, ne contra suū cōsensum venirent. Cumque & ipsi saepe de gestorū editione causarentur, quod exceptores nō occurrissent gesta conscribere: etiam hoc eis respōsum est, quod notaria sua ideo se petisse dixerāt edi sibi catholicorum mādātū, vt ad presentem diem instructi occurrerent, quia exceptores occurrere cum gestorum editione nō possent. Vbi non inuenientes quod dicerent, vulerunt iterum præscri-

ptionē diei refricare, de qua fuerat eis satis superq; responsum, & inde iam fuerat primo die transitum. Sed tunc eis catholici etiam ad hoc responderunt, quod nō solum in edicto cognitoris kalendarum luniarum dies constitutus legeretur, sed etiam ipsi octavo kalēdas lunias suum mandatum cōscripsissent. Cum iam transisset dies quo dicebāt agi debuisse causam, id est, quatuordecimo kalēdas lunias, dictum est etiam ipsum Primianum ad kalēdas lunias se pollicitū occurrere. Quā omnia ideo à catholicis dicta sunt, quod audierant eos etiam in populo suo de hac re inuidiose locutos, & tamen inter hac omnia illi in petēda dilatione vehementissime perstiterunt. Quod cum vidissent catholici ad hoc eos diu nugari, vt gesta multis verbis onerarentur, petierūt cognitorem, vt eis quam petebāt dilacionem concederet. Et concessa est sex dierum dilatio, respondentibus exceptoribus, quando editio gestorum posset occurrere, & illis promittentibus cum gesta edita fuerint, se suis prosecutionibus subscripturos.

H

Collationis secundi diei finis.

COLLATIO TERTII DIEI.

TERTIO die collationis, id est, sexto idus lunias, ingressis partib; Primo loco, vtrum edita eis gesta fuerint, cognitor inquisiuit. Respondit officium, se ante diem quā promiserat edidisse, quod ex vtriusq; partis cautionibus probaretur. Et recitatae sunt cautiones quibus constitit catholicos accepisse gesta octavo idus lunias hora diei quinta, Donatistas autē eodem die, tertia. Secundo loco cū cognitor iussisset principale negotium iam proponi, dictum est à catholicis, olim se agere velle principale negotiū, & hoc esse vt crimina quæ solent Donatistæ dicere in Ecclesia toto orbe diffusam, si possent probarēt. Respōsum est à Donatistis vt prius quæreretur qui essent qui agerent, vt moræ fierent de discussione personarum. De qua re cum diu cōsideretur, catholicis recusantibus, & vt remotis superfluarum morarum tergiversationibus ad causam veniretur vehementer instātib; contra Donatistæ obnixissime contendebant, vt personæ discuterentur, & flagitabant vt exprimeretur qui petissent ab Imperatore istam fieri collationē. Volebant enim vt cōstaret catholicos esse petitores, vt ex forensi iure possent discutere personas petitorum, cum iam in actione prima recitatū fuisset catholicorū mandatum, vbi se ostendebant nō petitores esse sed defensores aduersus crimina, quæ illi eorū communioni obii-cere solent, cum ipsi prius exegerint, vt Ecclesiæ causa non forensibus formulis, sed magis diuinarum scripturarum testimoniis ageretur, confessisque fuerint lecto catholicorum mandato, scripturis sanctis eos Ecclesiæ causam firmare voluisse, seque ex eadem diuinæ legis autoritate vicissim acturos esse promiserint. Tunc ergo quasi obliti quid exegerint, & quid etiam ipsi polliciti fuerint, cum de Ecclesiæ criminatione & purgatione catholici proposuissent agi oportere, cōperant personas quærere petitorum, vt eas possent ex forensi iure discutere. Contrā ergo catholici resistebant, & propter præsciendās moras quas eos & præparare audierant & innectere iam videbant, perseveranter instabant,

vt Ecclesiæ causa potius ageretur in conspectu. Peruentū est, vt Imperatoris præceptū quo collationē iussisset fieri legeretur, vt eo modo petitorū persona cōstaret. Videbatur enim & cognitori, ne quid Donatistis etiā de ipso iure forensi veluti iusta poscētibus negaretur, prius petitorū cōstituēdas esse personas. Præcepto ergo imperiali recitato, collationē petisse catholicos declaratum est, eaque esse cōcessam. Tūc Donatistæ etiā preces quibus ab eis illa collatio petita est, postulare cōperūt. Hic cū eis ipse cognitor responderet, in pragmatico rescripto preces inseri nō solere: ad id se cōuerterūt, vt mandatū catholicorū, quo mādauerant peti ab Imperatore collationē, eosdemq; legatos quos ad hoc impetrandū miserant, sibi ederet atq; proderet, asserētes discutere se debere quæ mādata sunt, atq; ibi inuenire posse mādata catholicorū quæ de illis Imperatori locuti sūt. Hoc cū intelligerēt catholici, ad hoc inquiri vt inuenirētur occasiones quib; prolixi tēporis moræ ac dilaciones ingererētur, asserēbant omnino quod peterēt ad causā nō pertinere, quādoquidē collationē ab eis petita ipse Imperator apertissime ostenderet cui cognitorē dederat, vt superstitionē manifesta ratio cōfutarer. Et vehementer vrgebantur, vt remotis omnibus morarū interpositionibus, & aliarū interponendarū inquisitionibus, id potius ageretur quod ea collatione agi ab Imperatore præceptū est, quam & petitam ab illo & concessam esse cōstabat. Inter hæc etiā de catholico nomine apud quos potius esset, pauca ab vtraq; parte inuicem dicta & obiecta sunt, & iustum est principali causæ potius referuari. Et post aliquāta identidem cum catholici nominis facta mētionē dicerent Donatistæ apud se potius esse catholicā, interlocut^o est cognitor, se interim sine cuiusq; præiudicio non posse aliter appellare catholicos quam eos appellauit Imperator, à quo cognitor dat^o est. illos autem quanto magis se esse catholicos dicerent, tanto magis iam causam ipsam remotis morarum interpositionibus agere debere, in qua probare possent se potius esse catholicos. Hic Donatistæ post tantas moras & tot interlocutiones cognitoris contra eos prolatas, exigentis vt causa potius ageretur, atque testantis de legatorum personis, vel mandato quod eis iniunctum est, nec ad causā aliquid pertinere, nec sibi aliquid vt hinc requireret fuisse præceptum, dixerunt vt si in legatis, vel mandato quod eis datum est manifestando, noluisent catholici obtemperare iudicatis, saltem hoc responderent, vtrum loco petitorum cōsisterent, multum mirantibus catholicis, cur eos Donatistæ dixerunt in edendo legatorum mandato non parēre iudicatis, cum potius contra ipsos tam multis interlocutionibus cognitor pronunciauerat. Interrogauerūt ergo catholici quibus iudicatis non paruerint. Et Donatistis ad hoc non respondentibus, interlocutus est cognitor ad illud quod de loco petitoris Donatistæ quæsierant, catholici responderent. Et responderunt se hoc proponere, vt crimina quæ solent Donatistæ communioni eorum obii-cere, vel probentur vel diluantur, vt possit Donatistarū separatim vel defendi, vel corrigi. Tunc cognitor cū respōsionē à Donatistis exigeret, responderūt Afros qui se catholicos dicerēt, alienam causam velle defendere, hoc est, toti^o orbis ecclesiam: de qua sibi nihil debere præiudicari, cum inter Afros hoc negotiū ventiletur, & expedire potius ecclesiam transmarinā, vt qui vicerint, ipsi ad eam pertinere videantur, & ipsi habeant catholicum nomen. Sed in fine prosecutionis suæ rursus de persona petitoris vt sibi respōderetur, postulauerunt.

Arunt. Hic catholici ad vtrunq; breuiter responderūt. Et quia de personis iam primo & secūdo iudicio quæstio fuerit terminata, & quia Ecclesiæ toto orbe diffusæ, cui testimonium perhibet scriptura diuina, ipsi, non Donatistæ cōmunicant, vnde catholici merito & sunt & vocantur. Donatistæ autē responderunt, non catholicum nomen ex vniuersitate gentiū, sed ex plenitudine sacramentorū institutum: & petierunt, vt probaret catholici sibi cōmunicare omnes gentes. Quod catholici cū gratissime acciperent, & peterent vt hoc probare permitteretur, rursus illi de mandato illo quod legatis iniunctum edi sibi petuerant, quæstionem refricare cōperunt, & à causa Ecclesiæ, quæ iam in medium discutienda peruenerat, iterū resiliere, modo mandatū supradictum petendo, modo de petitoris persona vt cōstaret instando, modo vt de his ipsis quæ petierāt iudicaret cognitor, exigendo, de quibus iam toties fuerat interlocut^o, & eos illa frustra petere pronunciauerat. Sed cognitor, quanquā viderentur non recte petere, edi sibi mandatum quod legatis iniunctū est, quia id quod sufficiebat ad causam, collationē petita cōcessamq; cōstabat, non ei tamen videbatur iniuste illos petere vt petitoris persona cōstaret. Catholici autem videntes, quod iā sibi fuerat antea nunciatum, & hoc eorum intentione satis intelligebant, non ob aliud Donatistas personas quærere petitorū nisi vt liceret eis personarum discussione longissimas temporū & dilacionū moras inserere, quoniam vehementer nolebāt, vt perueniretur ad causam in qua senihil habere quod dicerent, sicut res ipsa vel sero postea patefecit, plenissime sciebat. Hoc ergo videntes catholici noluerunt personam suscipere petitorū, asserētes nō se obii-cere crimina, sed obiecta defendere, quæ cum defendissent & falsa esse demonstrassent, cōsequenter eos apparere qui sunt, & quanta iniquitate se ab vni-tate diuiserint. Hic Donatistæ asserēbant, quocunq; modo etiam de ipsis criminibus quæ vellent diluere, vltro catholici cogere sibi aduersarios respōdere, petitorum eos habere personam. Sed catholici respondebant ad hoc se petisse collationem, nō vbi obii-cerent diluenda, sed vbi obiecta diluerent, quoniam & mandatum Donatistarum aduersus traditores & persecutores factum erat, & verba Primiani, quādo prius à catholicis de collatione cōuentus est, crimen eis eū obii-cere testabantur, vbi dixerat, Indignum est vt in vnum cōueniant filij martyrum & progenies traditorum. & quamuis tunc conferre noluisent, postea tamen in iudicio præfectorum se audiri & discuti velle dixerat. Quem eorum de collatione consensum tenētes catholici, hoc vt fieret ab Imperatore petierant. Tunc iussit eos cognitor obiecta à se crimina iā probare, nec de petita collatione personam petitoris ostēdi, si etiam vtrique petisse probarentur. Hic Donatistæ identidem petere cōperūt, vt de persona pronūciaret. Et pronūciavit cognitor, dicēs, Si collationē pars vtraq; petuisset, eū esse petitorē, qui crimina obii-ceret. Et exegerūt Donatistæ, vt probaretur à catholicis vtrum collationem vtrique petuerint. Vbi cognitor cū dixisset, hoc catholici probare debebant, ortus est iterum moratorius cōsilius de catholico nomine & Donatistarum & Cæcilianistarum. Deinde obtulerunt catholici gesta habita in iudicio præfecturæ, quibus probarent etiam Donatistas collationem petisse. Quæ cum iussisset cognitor recitari, rursus illi ad præterita redierūt, & de his vt pronūciaret cognitor flagitare cōperūt, de quibus toties pronūciauerat, id est, de persona & de mādato legatorum, quod sibi vt ederetur toties superfluo postulauerant. Hoc autē agebant, quantū intelligebatur, cimetes ne gesta præfectoria legerētur, vbi suā causam quibusdam inconsideratis & temerariis respōsionibus vulnerauerant. Diu itaque conflictatum est ab eis, & maxime cum ipso cognitore, cum ipsi peterent edi sibi mādātū legatis iniunctum, aut pronūciaret eos hoc superfluo petuuisse: ille autem & pronūciasse se diceret, & pronūciaret hoc omnino ad præsens non pertinere iudiciū, vbi declararetur imperialibus literis quid petitiū esset quidve concessum. Et tādē aliquādo ad iustum eius cōperant gesta præfectoria recitari. Quorū gestorum cum dies & consules fuissent recitati, cōtinuo rursus Donatistæ interrupperunt, & eadē illa præterita poscere cōperunt. Sed cum cognitor interloqueretur, debere gesta recitari, vt de petitoris persona cōstaret, illi contra ab initio cōperūt dicere esse gesta priora, quæ deberēt potius recitari. Contra à catholicis dictum est ideo illos nolle vt gesta præfectoria legerentur, quod in eis prosecutiones proprias formidarent. Obtulerunt ergo Donatistæ gesta proconsularia, & vicaria præfecturæ, vbi catholici petierāt eos actis municipalib; cōueniri, vt collatione vtrorumque facta error de medio tolleretur, longe antequam ipsam collationē ab Imperatore petuissent: & his gestis catholicos volebāt ostēdere loco assistere petitorum, quia illic eos dixerāt hæreticos multa contra diuinas leges humanasque committere. Cōtra hoc catholici dicebant, ideo se etiā tunc flagitasse collationem, vt contra eorū crimina pro Ecclesia responderent. Itaque petuerūt sapius, vt si ea gesta recitanda essent, quæ priora esse cōstaret, illa potius legerentur, vbi Donatistæ primitus causam Cæciliani ad Imperatorē Constantinum per Amillinum * proconsulem accusando miserunt, recitatisque gestis quæ ipsi proferebant, non sunt recitata illa quæ apud præfectos habita iam cōperant recitari: & cōcepit esse conflictus, vt si propterea gesta quæ Donatistæ protulerāt præ-lata sunt gestis quæ à catholicis prolata fuerant, quia priora reperta sunt, vt ipsa potius recitarentur, saltem post ipsorū recitationē recitarētur etiā illa lōge priora, vbi eos appareret in hac tota causā quæ agebatur, primitus accusatores extitisse per proconsulē apud Imperatorē. Ista ergo ne recitarētur, vehementer Donatistæ obli-citabantur, multis & multiplicib; prosecutionibus resistentes, sicut obli-citati fuerant & extorferant ne illa præfectoria legerētur. In hac autem obli-citatione saepe repētebāt illud iam detritū & tot interlocutionib; cognitoris repulsum, de mādato legatorū sibi edēdo. Repetebant etiam quæstionē quæ fuerat iā antē transacta, Vtrum testimoniis legis, an publicis gestis catholici agere mallent: Et dicebant, vt si testimonia diuinæ legis eligerent, facerēt omnium legū publicarū gestorumq; iacturam. si autē publicis legibus & gestis agere potius vellent, omitterent diuina documenta. Et tamē si hoc eligerent catholici, vt publicorum gestorum documentis potius agerent, dicebant se Donatistæ nec hoc permituros, vt ea quæ à catholicis offerēbātur gesta legerentur, eo quod haberent validam tēporis præscriptionem, illam scilicet, de qua eis fuerat sufficienter & à catholicis & ab ipso cognitore respōsum, quia ipsam causam lapsam & agi iā non posse dicebāt, quia dies transierat quo menses quatuor complerentur. Vehementer enim eos timere apparebat, ne gesta legerentur, quibus doceretur à maioribus eorū Cæcilianū apud Imperatorē primitus accusatū, & deinde iudiciis & Ecclesiasticis

G & imperialibus absolutum atque purgatum: Hoc est, ne ipsa causa omnino propter quam ventum fuerat, ageretur, ubi se evidenter superari posse sentiebant. Sic autem volebant & timebant, ut hoc etiam cōfiteri cogerentur, dicentes quod sensum, id est, paulatim inducerentur in causam, & ad causam internam deducerentur, quod utique optare deberent, si non de inanibus & moratoribus prescriptionibus, sed de ipsius causae veritate cōsideret. Contra ergo catholici cum vehementer conaretur ut ad causam perveniretur, quod eos prorsus nolle pervenire cernebant, respondebant tamen iterum atque iterum eisdem ipsis quae illi toties iam transacta repetebant. Et quoniam duo erant quae in medium venerant, unum de editione mandati quod legatis iniunctum est, alterum utrum divinis testimoniis, an gestis publicis catholicis agere malent: De mandati illius editione & catholici responderunt, non ad eos, neque ad presentem causam omnino pertinere. Ipse cognitor, quod saepius pronunciauerat, iterum pronunciauit, legatorum personam & mandatum quod susceperunt omnino se non posse discutere, & ab eo quod sibi iniunctum est non debere discedere, quandoquidem

H satis apparebat imperialibus literis, quibus iudex huic causae fuerat constitutus, collationem ab Imperatore concessam. De illo autem altero, ubi quaerebant quid eligerent catholici, utrum divina documenta, an gesta publica, saepius catholici responderunt, si Donatistae hominum crimina non obicerent, quae velut traditoribus obicere consueverunt, sed tantummodo id quareretur, quae, vel ubi esset Ecclesia, nihil se acturos publicis gestis, sed scripturarum divinarum tantummodo testimoniis. si autem in illa hominum accusatione & criminatione persistenterent, quia & ipsi ista nisi talibus gestis demonstrare non possent, sine dubio & catholicos huiusmodi crimina gestis publicis defensuros: Aliter enim ista nec accusari poterant, nec defendi. Haec eis saepius & a catholicis & ab ipso cognitore repetita & inculcata sunt, multis & variis modis multarum persecutionum illis ad eadem redeuntibus & eadem repetentibus ne ageretur causa, & ne gesta legerentur quae iam in manibus esse cernebant. Sed aliquando evicit cognitor tam longas obstinationes, & iussit recitari quae a catholicis data sunt, & coepit tandem agi causa propter quam tot episcopi partis utriusque conuenerant. Quod mirabiliter factum est, ut cum Donatistae propterea quarerent petitoris personam, ne perveniretur ad causam, ipsa inquisitio petitoris subito in medium mitteret causam.

III. Tertio ergo loco haec acta sunt. Lecta est relatio Marcellini* proconsulis ad Imperatorem Constantinum, quam quaerentibus Donatistis unde prolata sit, catholici responderunt, in archivo proconsulis, si dubitaret, esse querendum. In qua relatione evidenter continetur ipsos primitus ad Imperatorem Constantinum per memoratum proconsulem ea quae Caeciliano crimina obiciebant, accusando misisse. Qua per lecta, Donatistae quaerere coeperunt quae sibi catholici dicerent patrem. Quibus cum ab eis esset responsum secundum Evangelium, ubi scriptum est, Ne vobis dicatis patrem in terra, vnus est enim pater vester deus: etiam hoc auditum nihilominus quaerere coeperunt, utrum eis Caecilianus pater esset, an mater. Cum iam dictum fuisset a catholicis, nec patrem sibi esse nec matrem, sed fratrem, siue bonum si bonus esset, siue malum si malus esset, quia & malus propter sacramenta communia frater esset: hinc aliquando diutius confixerunt, Donatistis eadem repetentibus, & catholicis eadem respondentibus. Nam & hoc obiecerunt

Donatistae, quomodo diceret Apostolus, Et si multos R pedagogos habetis in Christo, sed non multos patres: In 1. Cor. 4. Christo enim Iesu per Evangelium ego vos genui. Et responsum est a catholicis, hoc honorificentiae causa dictum propter Evangelicum ministerium quod dispensabat Apostolus. Nam patrem ad fidem salutemque aeternam non esse nisi deum. Neque enim posset contrarium Christo Apostolus loqui, ut cum ille diceret, Ne vobis dicatis patrem in terra, vnus enim pater vester deus: contra Apostolus tanquam resistens verbis Christi, patrem se diceret eorum quibus annunciauerat Evangelium, nisi esset utique distinguendum, quid divinae gratiae, quid humanae honorificentiae causa diceretur. Quaesierunt etiam quis ordinaverit Augustinum, nescio quas sicut iactabatur, calumnias preparantes. Vbi cum eis intrepide responderet a Megallio se ordinatum, qui tunc fuerit Primas Episcoporum in Numidia Ecclesia catholica, & vrgeret instanter, ut iam proferrent quae preparauerunt, ut ibi etiam calumniosius demonstrarentur, illi intentionem in aliud detorsit, redeunt ad Caeciliani personam, quam dicebant catholica Ecclesia non obesse etiam si vera eius crimina monstrarentur: & tamen etiam ipsa non posse vera monstrari. Tunc itaque Donatistae protulerunt literas, quas ab universo concilio suo se accepisse dicebant, quibus responderetur mandato catholicorum, quod primo die actionis fuerat allegatum, & die sequenti antequam ad secundam actionem die tertio veniretur, data notoria Donatistae edi sibi poposcerant, ut instructi possent ad cognitionem venire. Et fortasse propter has literas diligenter scribendas etiam ipsa secunda actione dilationem petierunt, quae illis sex dierum concessa est.

Quarto itaque loco haec acta sunt, lecta sunt scripturae literae Donatarum, quibus conati sunt respondere mandato catholicorum, quod gestis prima actionis inferuntur. Cui mandato non eos potuisse respondere inueni: & qui utraque legere & considerare voluerit, comperiet, quia testimonia ex lege & prophetis & psalmis & apostolicis atque euangelicis literis deprompta, quibus ostenditur Ecclesia catholica per totum mundum diffundi incipiens ab Hierusalem, unde in propinqua & longinqua crescendo etiam in Africam venit, & in alia loca & civitates per quas primitus dilatata est, in quibus multa Ecclesiae ad ipsam viciniam pertinentes, apostolico labore fundatae sunt, quibus Donatistas non communicare manifestum est, non solum non pertractare, sed omnino nec attingere voluerunt, nec aliquod testimonium in tam proluxa epistola sua proferre ausi sunt de scripturis sanctis, quo assererent Ecclesiam partis Donati esse praedictam & praenunciata, sicut tam multa catholici protulerunt pro Ecclesia cui communicant, quae incipiens ab Hierusalem toto orbe diffunditur. Has ergo partes testimoniorum tatorum cum omnino non attigissent, sed tanquam in illo mandato catholicorum, cui respondere videbantur, dicta non fuerint, praeterissent, illud ostendere tentauerunt prolati multis testimoniis divinarum scripturarum, quod Ecclesia dei non cum malorum hominum commixtione futura praedicta sit: & tamen postea cum ad evangelicam similitudinem venissent, quae catholici in mandato suo posuerat de rebus in mare missis, quibus congregari dixit dominus omnia genera piscium, & bonos a malis in litore, hoc est, in fine seculi separari: etiam ipsi falsi sunt in ecclesia esse permixtos saltem occultos malos. Zizania vero inter triticum non in ecclesia, sed in ipso mundo permixta dixerunt,

dixerunt, quoniam dominus ait, Ager est hic mundus. De area sane cui paleam catholici dixerant usque ad tempus ventilationis admixtam, tanquam omnino in Evangelio nihil tale scriptum sit, exponere similitudinem istam nec conati quidem sunt, sed quasi hoc a seipsis catholici dixerint, eam tantummodo reprehenderunt, velut ex testimonio Hieremie Prophetae qui ait, Quid paleis ad triticum attendentes unde hoc ille dixisset. Non enim aiebat de ecclesia, sed de divinis Prophetarum visionibus & humanis somniis, ne vilo modo compararentur. Illam quoque similitudinem de oibus & haedis qui simul pascentur, & in seculi sine segregabuntur, quam inter alias catholici ex Evangelio posuerant, omnino attingere non inueni. Neque enim poterant illic dicere etiam haedos a pastoribus in communibus pascuis ignorari, sicut dixerunt intra retia pisces malos in mari a piscatoribus non videri. Item cum catholici in mandato suo volentes ostendere toleratos a bonis in Ecclesia malos, nec bonos martyrum contagione pollutos, commemorassent exempla Prophetarum & ipsius domini Christi & Apostolorum, & post haec etiam honorum Episcoporum, & iudicio ipsorum quoque Donatarum, qui quosdam suorum in Maximiniani schismate positos negauerunt Maximiniani contagione pollutos: illi in suis literis ad haec respondere conati de Prophetis & de domino Christo & Apostolis, quodcumque dixerunt, de Episcopis autem & Maximinianistis siluerunt. In Episcopis enim premebantur autoritate Cypriani, cuius verba ex epistola eius prolata catholici in suo mandato posuerunt, quibus manifestissime ostendebatur & praecipisse ut pro vnitatem in ecclesia mali toleraretur, nec propter ipsos ecclesia relinqueretur, & quosdam collegas suos etiam ipsum a quorum malis moribus longe abhorrebat, & de quorum factis pessimis non tacebat, in ecclesia tolerasse. Huius ergo autoritate oppressi Donatistae, cum de Prophetis & domino Christo & Apostolis aliquid dixissent, ad hoc tamen non tolerandos in ecclesia permixtos malos, de episcopis omnino nihil dicere voluerunt. Et tamen etiam de Iuda traditore, & de iis quos Paulus toleravit per invidiam Christum annuncians, ipse Cyprianus sic intellexit, sic scripsit, quae admodum ea catholici in suo mandato posuerunt, quod & dominus Iuda ad exemplum malorum in ecclesia toleradorum pertulerit, & Paulus eos de quibus talia dixit, non extra sed intra ecclesiam sustinuerit: de Maximinianistis autem quid responderent cum adhuc homines viuerent, de quibus possent aperitissime facillimeque convinci? Proinde ad illud quod in mandato suo catholici dixerant, eosdem Maximinianistas a Donatistis per iudicia publica basilicis pulsos, utcumque respondere conati sunt, non se criminaliter accussasse, aut ad communionem suam inuitum aliquem coegisse, sed res suas vel suorum civitatem repetisse, oblitum quod Primianus aliquando dicendum apud acta mandavit, Illi auferunt aliena, nos intermittimus ablata. Ad illa vero quae de Maximinianistis in catholicorum mandato dicta sunt, quod a se danatos in integro honore susceperint, quod Maximiniani socios ab illo pollutos esse negauerint, quod baptismum ab eis in schismate datum approbare potius quam rescindere atque iterare maluerint, nec leuiter respondere tentauerunt: sed illa omnia mirro quodam silentio tanquam dicta non fuerint, transierunt. De ipso etiam baptismum, quod in illo mandato a catholicis dictum est Apostolus de quibusdam dixisse, Veritatem in iniquitate detinent: ut ostenderetur fieri posse, ut non destruenda veritas in destruenda iniquitate

teneatur, aut non intellexerunt, aut id quod ipsi intellexerant, ne ab aliis intelligeretur, verbis suis obscurare voluerunt, dicentes hoc Apostolum de gentiliu errore dixisse: quasi ad rem pertineat, de quorum errore dixerit: cum tamen ostenderit posse veritatem in iniquitate detineri: ut haec duo cum in vno homine inuenta fuerint, & approbatur veritas & iniquitas corrigatur: sicut catholica facit, cum agnoscit in Donatistis & amplectitur sacramenti veritate, detestatur autem in eis & corrigit haeticam iniquitatem. Et illud quod a catholicis in mandato dictum est, non ideo destruendum baptismum Christi, quia eum etiam haetici tradunt, sicut non ideo negandus est Christus, quia eum etiam daemones cōfitentur: similiter aut non intellexerunt, aut obscurare voluerunt, dicentes catholicos contra martyres locutos, non tamen experimentes quos martyres dicerent. Dicentes etiam eos daemoneis velle communicare: quasi haeticis comunicetur quando eorum anathematizatur iniquitas, quauis in eorum cōsecratione inuentus baptismus non destruat: sicut anathematizatur iniquitas daemoneum, quauis in eorum confessione auditum nomen domini non negetur. De persecutionibus etiam quas perpeti se querunt, multa in suis literis posuerunt: nec tamen respondere ausi sunt ad illud quod mandato catholicorum dictum est, quod ipsi primitus apud Constantinum Imperatorem accusauerunt Caecilianum, qui de Imperatorum legibus cōqueruntur inuidiam catholicorum exaggerantes, siue mortes, quas eorum Circumcelliones sibimetipsis inferunt, siue omnia quae non pro communionem Donati, sed pro sceleribus quibus violenter sauiunt, nefarieque viuunt, per leges publicas disciplinasque patiuntur: sicut etiam de oppido Vagaitano commemorasse ausi sunt, ubi manifestum est quanta mala commiserint, & quam minora perpessi sunt. Ad illud quoque in catholicorum mandato, quod dictum est de purgatione & absolutione Caeciliani & Felicis Aptuginensis, de quorum criminibus apud imperitos solebant catholicis magnam inuidiam cōcitare: cum illic tota causa propter quam venerat versaretur, nihil omnino respondere in tam proluxis literis voluerunt, quia & in eo quod dicebant, & diuinis testimoniis velut astruebant, non esse malos in Ecclesia tolerandos, sed ab eis recedendum propter contagium peccatorum: ita se dicere demonstrabant, ut tamen ignoratis peccatis alienis neminem maculari posse fateretur. Hoc enim & de malis piscibus dixerat, quod sicut illos latentes in fluctibus, quauis iam intra retia non vident piscatores, sic latentes malos in Ecclesia nesciunt sacerdotes, & ab eis ideo minime polluntur. Nec tamen vel leuiter vel tenuiter in tam proluxis & tanta dilatione accepta cōscriptis literis probare conati sunt, quod maxime in mandato catholicorum commemoratum est, ut probarent non solum vera esse crimina Caeciliani, nam hoc parum est, sed etiam Ecclesiae, quae per omnes gentes usque ad terrae terminos dilatatur, ea probari & innotescere potuisse, ut cōsequenter saltem secundum ipsos posset cognitor peccatorum contagione maculari. Cum itaque literae Donatarum recitatae dederant legerentur. Sed Donatistae ad ea quae scripserat ut responderetur flagitare coeperunt. Quod & catholici magis volebant, ne ille literae sic manerent quasi eis non potuerit responderi. Incipientibus ergo catholicis respondere, Donatistae interrumpere & obstrepere coeperunt, ne perpetuus respondens sermo decurreret, sicut eorum literae nullo interpellate fuerat recitatae. Volentibus ergo catholicis diuina testimonia quae ipsi

G posuerant, & ea quæ illic commemorauerant ostendere quemadmodum essent accipienda, ne inter se deprehenderentur esse contraria, cum essent vtraque diuina, & vtiq; consona nõ dissona esse deberet, primitus de arca similitudine cõperunt dicere. Tunc Donatistæ interrumpentes dixerunt, quod de arca non legeretur in Euangelio scriptum. Cũque expressius à catholicis loc^o Euangelij commemoraretur, rursus irrumpendo dixerunt occultos malos dictos esse paleam postea ventilandam. Inde inter strepitus & interruptores eorum de zizaniis & tritico dissensio nata est propter mundi nomẽ, quod Donatistæ nolebant intelligi Ecclesiam, quia scriptum est, Ager est hic mundus. Et multa testimonia protulerunt, quibus sancta scriptura mundum non nisi malos commemorasset, sicuti est: Qui dilexerit mundum, non est charitas patris in illo: & cetera talia, vt quasi ex hoc ostenderent mundi nomine Ecclesiam significari minime potuisse. Contrã catholici alia testimonia prefebant, quibus in bono mundi nomen esse positum ostenderetur, sicuti est, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: & cetera huiusmodi, vbi ostenderetur ecclesia, quoniam ipsa vtiq; per Christum reconciliatur deo. Et hæc agebantur, catholicis sermonem suum prosequendo perpetuare conatibus: illis autẽ ne id fieret perstreptibus, cũ suam respõsionem non reseruarent, sicut catholici fecerant cum eorũ epistola legere, sed crebras cõtradictiones interponendo, ne catholicorum persecutio imperturbata procurreret, impedirent. Flagitantibus itaque patientiam eorũ catholicis, & per multas cognitoris interlocutiones vix impetrãtib; respõderunt literis eorũ, ostendentes multis sanctarum scripturarum testimoniis & exemplis malos in ecclesia sic non esse permixtos, vt quauis debeat vigilare ecclesiastica disciplina ad eos nõ solum verbis sed etiam excommunicationibus & degradationibus corripiendos, tamen non solum in ea latentes nesciantur, sed plerũque propter pacem vnitatis etiam cogniti tollerentur: sic ostendentes diuina testimonia cõsonare, vt & illa quibus cõmendaretur ecclesia cum malorũ commixtione, hoc tẽpus eius significarent, qualis est in presenti seculo: & illa testimonia quibus cõmendatur non habere cõmixtos malos, illud eius tempus significaret, qualis venturo seculo in æternum futura est, sicut nunc mortalis est, id est, ex mortalibus hominibus cõstat: tũc autem immortalis erit, quando in ea nemo morietur, I sicut ipse Christus isto tempore fuit pro illa mortalis, post resurrectionem autẽ iam non moritur, & mors illi vltra nõ dominabitur, quod etiam ecclesiæ suæ in fine seculi præstaturus est. Hæc duo tempora ecclesiæ, quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiã duabus piscationibus, Vnum ante resurrectionem Christi, quando mitti iussit retia, nec sinistram, nec dexteram nominans partẽ, vt nec solos malos, nec solos bonos, sed cõmixtos bonis malos intra retia suorum sacramentorum futuros doceret. Post resurrectionem autẽ quãdo iussit retia mitti in dexteram partem, vt post resurrectionẽ nostrã bonos solos in ecclesia futuros intelligeremus, vbi vltorius hæreses & schismata nõ erunt, quibus modorẽtia dirumpuntur. Nam & Euangelium non tacuit in prima piscatione cõmemorare retia esse dirupta, & in nouissima dictum, Et cũ tam magni essent pisces, retia non sunt dirupta: De tali ecclesia dictum esse, quod per illam non erat transiturus incircuncisus & immundus. Ad immundos enim pertinere schismaticas separationes, quia tunc non erunt, quia retia non sunt diru-

pta. Hoc etiam significasse, quod coruus auis immunda R exierit de arca, & nõ redierit. Quæ tamen arca exeunte Gen. 3. coruus non vtiq; omnibus immundis animalibus caruit, sed in ea fuerunt & munda & immunda vsq; ad diluuium, sicut in ecclesia boni & mali vsque ad seculi finem. Sed sicut non de immundis sed de mundis animalibus Noẽ obtulit sacrificiũ, ita non ij qui mali sunt in ecclesia, sed ij qui boni sunt perueniunt ad eum. De Prophetis etiã, quia dixerant Donatistæ in literis suis nõ eos communicare illis in quos mala tanta dixerunt: Responderunt catholici, quod vnum templum fuerit quo vniuersi utebãtur, nec quemquam Prophetarũ qui tanta dixerunt in malos, constituisse sibi aliud templum, sacrificia, sacerdotes: Et quod Donatistæ in literis suis posuerant testimonia scripturarum, quibus ostenderent ad peccata parentum etiam filios pertinere, cum hoc vtiq; nunquam recte intellectũ sit, nisi de iis filiis qui parentum iniquitates imitarentur: Responderunt catholici, Cum tantum in illum populum & acerba dicta sint diuinis eloquiis, quæ etiã ipsi in suis literis cõmemorauerunt, vt quasi nullus illic remãssisset videretur bonus, non solum ibi fuerunt iidem ipsi Prophetæ sancti, verũ etiam ex ipso populo exorti erãt, quos ipse dominus in L sua carnis aduentu laudabiles reperit, sicut fuerunt Zach. Luc. 1. charias & Helizabet, & sicut Ioannes filius eorum, sicut Simeon senex & Anna vidua. Vnde apparet quã impie, quã calũniöse obiiceretur catholicis toto orbe diffusis crimina Cæciliani, cum Simeoni & Annæ & ceteris talibus obiici non possent crimina illius populi in quo nati fuerant sacramentis eiusdem populi consecrati, quæ crimina eidem populo non humana opinio, sed sermo diuinus obiecerat. Cõmemoratum est etiam testimoniũ prophetiũ, vbi signati sunt, ne cũ malis perirẽt, qui gemebãt facinora quæ fiebãt in medio eorũ: nec tamen corporaliter separati sunt. Deinde vbi cõmemoratum est qualis separatio bonis hoc tempore ab impiis & malis fieri debeat, ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet & vitæ morumque dissimilitudine, nec aliter intelligi debere quod scriptum est, Exite de medio eorum, recedite inde, & immundum ne tetigeritis: id est, discernamini aliter viuendo, & immunditia non cõsenseritis: ibi etiam opportunissimo loco respõsum est Donatistis ad illud quod dixerant, cum eos peteret cognitor vt sederet, scriptum sibi esse, vt cum talibus non sederent. Dictum est enim à catholicis cum eorũ literis responderent, non sic intelligendam esse separationem à malis hoc tẽpore, quemadmodũ illi intellexerant, qui M secum tanquã cum impiis nõ sederent, quia scriptum est, Non sedi in cõcilio impiorũ: cum vtiq; li impios putarent, nec illud quod in eodẽ Psalmo cõsequenter prohibetur, facere debuerunt, Nam ibi sequitur, Et cum iniqua gerentibus non introibo. Cum ergo illi intrassent cũ eis quos impios putarent, quare non etiam sederunt, vt in vtroq; non corporalem sed spiritalem cõsensus & ingressum deuitasse videretur: Ibi commemorata est etiam causa Maximinianistarum totiens iam illis obiecta, vbi & se & illos quibus dilatione dederunt in Maximiniani schismate positos eiusdem in damnatione Primiani socios, tamen illius contagio dixerunt non esse pollutos, qui Cæciliani criminibus orbem Christianum vsque ad terminos terræ perisse cõtenderent. Ad hæc Donatistæ cum validissimis scripturarum documentis & exemplo suo de Maximinianistis, respondere non possent, ad illud quod iam peractum fuerat redierunt, dicentes mundum non bene intelligi eccle-

siam, in qua simul & triticũ & zizania iussa sunt crescere: cũ catholici & tot testimonia diuina iam cõmemorassent, quibus ostenderetur mundus etiã in bona significatione positus, & in ea nõ nisi Ecclesia posset intelligi: & quomodolibet acciperetur mundus, quãdo vtrũque semen per mundum cresceret, non debere propter zizania totius mundi triticũ desereri. Cum ergo hæc iam dicta fuissent, & questio ipsa iam terminata videretur, ad eam rursus summa inopia redierunt eadem per eadem replicantes, quærentes quomodo potuerit diabolus in Ecclesia seminare zizania. Deinde calumniantes quod duas Ecclesias catholici dixerint, vnã quæ nõ habet permixtos malos, aliam quæ post resurrectionẽ eos non esset habitura, veluti non iidem futuri essent sancti cum Christo regnaturi, qui nũc pro eius nomine cum iuste viuunt tolerat malos: Ad hæc catholici responderunt, etiam ipsos iam fuisse confessos esse in ecclesia vel occultos malos: & vicissim quæsierunt, quomodo eos in ecclesia diabolus seminauerit, quod illi quasi fieri non posset, de zizaniis requirebant. Reperierunt etiã catholici testimonium Cypriani, qui eandẽ euãgelicam similitudinem nõ aliter intellexit, quã vt in ecclesia diceret esse zizania, nec latere sed cerni. Contra quod testimonium illi omnino nihil ausi fuerant respõdere, cũ auctoritate Cypriani tanti habeat, vt per illã cõtentur defendere, quod male de iterãdo baptismo sentiunt & faciunt. De duabus etiã Ecclesiis calũniam eorũ catholici refutarunt, identidem expressius ostendentes quid dixerint, id est, nõ eam ecclesiam quæ nunc habet permixtos malos, alienã se dixisse à regno dei, vbi nõ erũt mali commixti, sed eandẽ ipsam vnã & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram. Nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, sicut nunc mortalem, quod ex mortalibus cõstaret hominibus: tũc autem immortalem, quod in ea nullus esset vel corpore moriturus: sicut non ideo duo Christi, quia prior mortuus, postea nõ moriturus. Dictum est etiam de homine exteriore & interiore: quæ cum sint diuersa, non tamen dici duos homines, quanto minus dici duas Ecclesias, cum iidem ipsi qui nunc boni tolerant permixtos malos, & resurrecturi moriuntur, tunc nec mixtos malos habituri sint, nec omnino morituri: De ipso quoque numero, quoniam Donatistæ scripturarum testimonio vnã ecclesiam commendauerunt, velut contra duas quas catholicos affirmasse iactabant, respõsum est à catholicis, etiam multas ecclesias in scripturis inueniri dictas, & septem ad quas Ioannes scribit, quæ tamen multæ illius vnica membra esse intelligeretur, vt hinc appareret, multo minus sibi debere obiici duas, cũ eãdem ipsam vnã dixerint, non talem nunc esse qualis in resurrectione futura esset, quandoquidem Apostolicis literis non obiiciantur multæ, ex quibus ipsa vnã constaret. Ad hæc Donatistæ rursus eadem replicare non destiterunt, insuper adiucentes & inuidiose iactantes, quod ecclesiam mortalem catholici dixerint, & ideo negantes eam mortalem esse, quia trinitas immortalis est, cuius gratia cõsecratur ecclesia. Et quia Christus ideo pro ea mortuus sit, vt eã faceret immortalem, quasi catholici dixerint, non eã fieri immortalem gratia dei, & effuso pro ea sanguine saluatoris, sed tẽpora esse discernenda dixerunt, presens videlicet quo moriuntur omnes sancti, sicut mortuus est ipse Christus: & futurum, quo resurgunt, & nullo morituro viuunt cum illo, qui iam resurrexit. Hæc inter eos cum agerentur, & quauis manifesta atque dilucida Dona-

tistis certantibus superflua replicarentur, promissit cognitor de his se quæ satis audisset extrema sententia iudicaturũ, & iussit illud agi potius vnde extiterit primã causa dissidij. Tunc Donatistæ vrgere cõperunt, vt de his quæ audisset, primitus iudicaret. Quod cum etiam catholici exigèrent, & ille in eo quod dixerat permaneret, iuberetque illud agi potius, vt causa primi dissidij monstraretur, petierunt catholici, vt quæ offerebãt recitarentur. Quod cum fieri præcepisset, obnixius Donatistæ resistere cõperunt, & cogere vt iam de cognitis iudicaret, eadẽ quæ transacta fuerant repetentes, & addentes, quod omnino iudicare de illa causa nõ deberet quã volebat agi recitatione eorũ quæ à catholicis oblata fuerat recitanda, dicentes huius causæ Christũ iudicẽ esse debere, & inuidiã facientes catholicis, quod hominem petiuerant iudicem, dicentes etiam solita de perfectionib; quas perpeti videretur. Ad hoc catholici respõderunt, Nec de homine iudice postulato eos debere facere inuidiam, qui & de causa Maximinianistarũ iudicauerunt, nec eam Christo iudici seruauerunt, & ipsam Cæciliani causam primitus ad hominẽ, hoc est, ad Imperatorem Constantinum accusantes miserunt. Nec de persecutionibus, quod aliquid ab Imperatorib; pro ecclesia catholici peterent, cum eorum Circumcelliones ducibus clericis tam horrenda mala committerent. Vbi frustra responderunt, nihil hoc ad sacerdotes pertinere, cum clericis ducibus illi talia fecisse asserbant. Ibi etiam cum dictum esset, quod calce & aceto humanos oculos persecuti sint, in quo scelere diabolus crudelitate pernicerunt, qui hoc in sancti viri carne non fecit, quam in potestatem acceperat affligendam: hic Donatistæ quæsierunt vtrum qui faciunt filij essent diaboli, an qui patiuntur. quasi catholici aliud quã passionem suas dixerint immanissimas à clericis & Circumcellionibus eorũ. Veruntamen etiam hic nõ pratermiserunt catholici, occasione oblata eis, Maximinianistas obiicere, & dixerunt secundũ eorum sententiam meliores esse Maximinianistas quos apud tres vel eo amplius proconfules persecuti sunt. Illi enim si passi sunt, victi fecerunt. Et vrgerent catholici vt responderet vtrum ex ipsis quos damnauerunt & persecuti sunt, non susceperint Felicianum, & vtrũ non eũ habeant in collegio suo. Ad quod illi obiecerunt sicut semper omnino obmutescerent in aliud ierunt, obiiciendo catholicis, quod diabolus defendissent, quia dixerant eum sancti Iob oculis pepercisse, vnde illum isti crudelitate vicissent. Et susceperunt accusare diabolus velut defensum à catholicis, dicentes eũ magis crudeliter in carne Iob oculis pepercisse, vt maneret ad spectaculũ vulneris, quod vniuerso corpori infixerat. Quod multũ mirũ est quare hoc pro magno dicere voluerint, nisi forte vt intelligeretur pepercisse, qui oculos in hominib; persecuti sunt, ne cruciarentur videndo vulnera sua, quæ ab eis per totũ corpus acceperat. Sed cum iterũ Donatistæ persecutiones quas patiuntur exaggerantes, suorum quãdam mortes commemorarent in oppido Bagaiensi, Responsum est à catholicis eos, hoc passos esse, dum eorum violentia resisteretur, quam & iudici inferre conati sunt. In illo oppido cõmemorauerunt catholici ab eis horrenda esse cõmissa, ita vt etiam basilica esset incensa, & in igne missi codices sancti. Mortes autẽ illorũ magis esse ex consuetudine quã habet vt se ipsi præcipitent. Cumq; his Donatistis respõdentes exaggerarent idẽdem velut persecutiones quas pateretur, tanquã ex his fructibus suos aduersarios malam esse arborem iactantes, & peten-

tes identidem vt de agro & zizaniis & de vna immortali ecclesia iudicaretur: contra autem catholici fructus eorum commemorarent schismata & rebaptizationes, & quod ipsi primitus maiores suos apud Imperatorem accusassent, atq; in huiusmodi mutuis obiectis diu cōsilio versaretur: maluit cognitor hæc omnia cohibere, promittens de his iudiciū posteriore sententia. Et recitari iussit quod à catholicis oblatū iam legi cōperat, & fuerat interruptum. Sic peracta est causa ecclesie, quā magnopere catholici curauerant à Cæcilianī causā distinguerē, quoniam ei nō posset cuiuslibet præiudicari criminibus, quæ cōtra omnes humanas criminationes tot testimonia diuina meruisset. Ex hoc iam cōcepit agi etiam causā Cæcilianī. Quinto ergo loco hæc acta sunt. Recitatae sunt duæ relationes Amillini procōsulis ad Constantinū Imperatorē. Vna quæ iam superius erat recitata, quæ ostendit maiores Donatistarum, id est, de parte Maiorini, dedisse sibi chartas criminū Cæcilianī, & postulasse Cōstantino mittendas, seque illas memorato imperatori misisse. Altera autem qua ostendit, ex eiusdem Imperatoris iussione denos ex vtraque parte, ad agendam causam vt mitterent eos se conuenisse, atq; illos promississe facturos. Tum deinde lectæ sunt etiam literæ supradicti Imperatoris ad Episcopos datæ, vbi eis causam Cæcilianī iniunxit audiendam. Atque inde ex ordine legi cōcepit etiā episcopale iudicium Melchiadis Romani Episcopi, & aliorū cum illo Gallorum & Italicorum Episcoporū, in eadem vrbe Romæ factum, cuius iudicij prima parte, id est, gestis primi diei recitatis, vbi accusatores Cæcilianī qui missi fuerant, negauerūt se habere quod in eum dicerēt, vbi etiā Donatus à Casis nigris in presenti cōiunctus est, adhuc diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine. De Carthaginis enim schismate exorta est aduersus ecclesiam catholicā pars Donati, vbi etiam promiserunt iudem aduersarij Cæcilianī alio die se representaturos, quos causa necessarios subtraxisse arguebantur. & hoc mentiti, vltius ad iudicium accedere noluerunt. Hac ergo iudicij parte recitata, cū cōpisset recitari quod alio die gestum sit, interrupterunt Donatistæ, & petere instatissime cōperūt, vt prius ea quæ offerebant recitarentur, asserentes non esse ordinis, vt prius absolutio Cæcilianī, quæ nondum accusauerāt legeretur: & de hoc aliquanto diutius confluxerunt, cū catholici dicerent non debere interrumpi quod legi iam cōperat, donec eiusdē iudicij omnia gesta terminarentur: illi autem è diuerso assererēt ea quæ interrūpebantur, nec incipi debuisse vt legerētur, quoniam non cōpeteret prius defendi hominē quam accusari. Ad hoc catholici respondebant, Cum causa schismatis à cognitore quæretur, petisse vt illa legeretur, quæ oblata fuerant ad legendum cum ageretur de persona petitoris. Duas itaque ob res illas voluisse recitari, vt appareret eos primitus in hac causa hominē iudicem postulasse, qui faciebant catholicis inuidiam, quod in hac collatione homo cognitor residebat, & vt petitioni constaret, quoniam legi cōpta fuerant, non debere interrumpi, sed vsque ad finem recitando perducere. Inter hæc cognitor cū hoc primo voluisset, quod à catholicis petebatur, vt ea quæ recitari cōperat finirentur: postea tamē ei Donatistæ extorserunt, vt ea quæ ipsi offerebant dilatis illis legi permitteretur. Tunc Donatistæ aliquantum prælocuti sunt, quod Mensurius qui fuerat ante Cæcilianum ecclesie Carthaginensis Episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas scripturas. Et hoc vt probaret, legerunt eius epistolam

ad Secundum Tigistanum datam, qui tūc habebat priuatum Episcoporum Numidia. In qua epistola videbatur Mensurius velut de suo crimine confiteri, qui tamen nō scripserat se sanctos codices tradidisse, sed potius ne à persecutoribus inuenirentur abstulisse atq; seruasse: dimisisse autē in basilica Nouorū quæcūq; reprobata scripta hæreticorū, quæ cū inuenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verū tamē quosdā Carthaginensis ordinis viros postea suggessisse proconsuli, quod illi fuerant qui missi erant ad Christianorū scripturas auferendas & incendendas, quia nō inuenerant nisi nescio quæ ad eos non pertinentia, ipsas autem in domo Episcopi custodiri vnde deberent proferri & incendi: procōsulem vero ad hoc eis cōsentire noluisse. In eisdē etiam literis lectū est, eos qui se offerent persecutionibus non cōprehensi, & vltra dicerent se habere scripturas, quas nō traderēt à quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio, & ab eis honorandis eū prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadē epistola facinorosi arguebantur fisci debitores, qui occasione persecutionis vel carere vellēt onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarēt, & quasi abluere facinora sua, vel certe acquirere pecuniā, & in custodia delictis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio, nisi de codicibus traditis. mentium eum quippe dicebant, quod illi non fuerint codices sancti, & peccatum suum tege-re voluisse, quauis & ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam rescripta Secundi Tigistani ad eundem Mensurium pacifice data, vbi & ipse narravit, in Numidia persecutores quæ egerint. Et qui comprehensi & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi, & grauissimis suppliciis excruciatī & occisi sunt, eosque honorandos pro martyrij sui merito commendauit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos exploratores in Hiericho, in quibus figurarentur duo testamēta vetus & nouum, tradere persecutoribus noluit. Quod quidem exemplum si sub hac figura est intelligendum, Mensuriū potius adiuuabat. In suis enim literis Mensurius reprehendebat eos, qui scripturas sanctas, quauis eas nō traderent, se tamen habere faterentur, quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores qui querebantur, apud se esse confessa est, sed negauit. Scripsit etiam Secundus & ad seipsum missos à curatore & ordine Centurionē & beneficiarium, qui peterent diuinos codices exurendos, eisque respondisse, Christianus sum & Episcopus, non traditor. Et cum ab eo vellent aliqua ecbola, aut quodcūq; accipere, neque hoc eis dedisse, exemplo Eleazari Maccabæi qui nec fingere voluit suillam carnē se māducare, ne aliis præberet præuaricationis exemplū. Hæc literæ Mensurij & Secundi donec legēdo terminarentur, catholici patienter audierūt, quauis testati fuerint eas esse familiares, nec ad causam ecclesie pertinere. Cognitor ergo commonens Donatistas vt patienter vicem redderent, iussit perlegi quæ oblata à catholicis iam ex parte fuerāt recitata. Hic Donatistæ poposcerūt vt prius etiam legeretur quod de causa Cæcilianī offerebant. Hoc quoque sine vlla difficultate catholicis permittentibus & cōmendantibus, quā patienter hoc permitterent, vt hoc eis & illi rependerent, iussit quod offerebatur cognitor recitari. Et recitatio est à Donatistis conciliū fermē septuaginta episcoporū contra Cæcilianum apud Carthaginē factum, vbi eum absente damnauerunt, quod ad eos venire noluerit tanquā à traditoribus

A toribus ordinatus, & quia cum esset diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis, prohibuisse dicebatur. Nominati sunt etiam quidā collegæ Cæcilianī, qui traditores assererentur publicis gestis, quæ tamen gesta non legebantur. Inter hos autem maxime Felix Abtugnensis acerbius accusatus est, ita vt fons malorum omnium diceretur. Deinde sententiæ à singulis dictæ sunt. Primitus à Secundo Tigistano qui eorum princeps fuit, deinde à cæteris, quibus expresserunt se Cæciliano & collegis eius non communicare. Hoc itaque concilio recitato, catholici responderunt illas literas Mensurij & Secundi adinuicem datas, satis demonstrasse pacatos, nihil postea criminis de facto Mensurij vel accusati vel iudicatum: concilium vero quod cōtra Cæcilianum factum legerant, non quidem habere consulem & diem, sed hinc se in illum crimen obiecere, quod magis negligētiam quā fraudis esse potuerit. Sed obtulerūt iudem catholici aliud conciliū sub eodem Tigistano habitum in ciuitate Cirtensī, cuius cōsul & dies cum legeretur, Donatistæ dixerunt, nec consulem nec diem talia solere habere decreta. Hic catholici responderunt, illorū esse istum forsitan morem, qui concilia sua nollent in aliqua falsitate conuinci, catholicorum autem concilia consules & dies semper habuisse. Deinde cōcepit identidem cōcilium quod catholici attulerāt recitari, vbi Secundus quosdam de quorum traditione audierat, & singillatim interrogabat, & eos cōfessus à cōfessu remouebat. Quod eo modo recitabatur, vt cum ex Cirtensī concilio lecta esset confessio traditorum, legeretur etiam de concilio Carthaginensi nomen eius velut traditoris in Cæcilianī causa damnati. Deinde ventum est ad ipsius Secundi Tigistani à Purpurio Limatensī crimen obiectum, cui Purpurio idem Secundus occisos ab eo in carcere Milei filios sororis eius obiecerat. Vbi ille vicissim ei crimen traditionis obiecit, dicens detentum eum fuisse à curatore & ordine vt scripturas daret, nec eum potuisse dimitti nisi aliquid tradidisset. Hoc autē quod ei obiecit Purpurius, detentum eū fuisse à curatore & ordine, vt scripturas daret, idē Secundus in literis quas Mensurio rescripserat penē confessus est, vbi ait missum ad se fuisse à curatore & ordine ceterionem & beneficiarium, & à se scripturas petitas, vel qualibet ecbola quæ quidem se non tradidisse dixit. Sed cum ipse illi cōmemorauerit tot martyres qui cū tradere noluisset, excruciatī & occisi sunt, quod ipse detentus & cōiunctus, & nolēs aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit. Non enim centurioni & beneficiario dixit se scripturas non habere, sed respondit se omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimisso renūciare potuerint sine suo exitio, nō apparet, præsertim quia idem Secundus nō quoslibet infimos, sed etiam patresfamilias, cum hoc iudem persecutoribus respondissent, crudelissimis mortibus dixit occisos. Sed de hac re catholici nullū Secundo crimen obiecerunt, sed tātummodo quid ei Purpurius obiecit, & propter quod pacē ne schisma fieret omnia illa deo dimittens, cum traditoribus fecit recitari voluerunt, vt quales homines in absentem Cæcilianum sententiā dixerint, appareret. Hoc autem recitato, petierunt catholici vt etiam illa quæ dilata fuerant legerentur de concilio Carthaginensi, in quo lectum fuerat absentem Cæcilianum à multis Episcopis fuisse damnatum. Hoc illud concilium quia catholici recitauerant, relationes Amillini procōsulis quibus appareret chartas criminū

Cæcilianī Cōstantino Imperatori esse trāsmisissas. Quod Dvltique agentes confirmauerunt à maioribus suis Cæcilianum apud Imperatorem accusatum. Responsum est autem à catholicis, illud Carthaginense concilium sic non præiudicare absenti Cæciliano, quæ admodum nō præiudicauit absenti Primiano cōcilium eorum à quibus in Maximiniani causa damnatus est, quoniam magis tenuit pars Donati quod actum est postea pro Primiano, quā illius concilij authoritatem quo fuerat antē dānatus. sic ergo & in Cæcilianī causa debere attendi quod postea gestum est. Hic Donatistæ de Maximiniani causa coarctati dixerūt nec causam causæ, nec personam præiudicare personæ. Quam sententiā in ore habere solent omnes catholici, cū Donatistæ aliorum crimina aliis obiectes suam separationem defenderent, & orbem Christianum nescio quibus Afrorum criminibus accusarent. Nam & ista collatione totum quod egerant catholici, vt ecclesie causam à causā Cæcilianī distinguerent, asserentes in ecclesia permixtos malos non obesse bonis, nec eos suis maculare peccatis, hoc vtique egerant, vt nec causa causæ præiudicaret, nec persona personæ. Quod ab aduersariis dū aliud ageretur, voce apertissima confirmatum est. Sed cognitor cum quæsisset quid de Carthaginensi concilio catholici responderent, iterum responderunt non esse contemnendam similitudinem causæ Primiani, quia & dominus Christus Iudæos de factis eorum conuincens perducebat ad verum. Deinde Donatistæ longa prosecutione agebant, vt ex illius authoritate Carthaginensis concilij cōfirmaretur Cæcilianī damnatio, quod ad tot sacerdotes venire noluerit, quasi non & Primianus ad eos à quibus dānatus est, cum eorum factionem cognosceret, simili voluntate non venerit, & quod nō expectauerit Cæcilianus, vt princeps à principe ordinaretur, cum aliud habeat ecclesie catholice cōsuetudo, vt non Numidia, sed propinquiores Episcopi, Episcopum ecclesie Carthaginis ordinent, sicut nec Romana ecclesie ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc autem dicentes de sua consuetudine, quam nescio quando instituerūt, ecclesie catholice præiudicare conabātur, quæ cōsuetudo si antiqua esset, hoc ipsum obiecissent Cæciliano, quando eum absentem damnauerunt. Dixerunt etiā scripsisse Optatum, quod Cæcilianus dixerit, Si traditores sunt qui me ordinauerunt, ipsi veniant & ordinent me. Quod quidem si dictum est, ideo dici potuit ad illos irridendos, quibus hoc mandasse perhibetur, quoniam certus erat ordinatores suos nō esse traditores. Non enim ait, quia traditores sunt: sed, si traditores sunt vt innocentia eorum probanda restaret, vbi probari recte potuisset. Ad hæc & si qua alia proluxa prosecutione dixerunt, breuiter responderunt catholici non sufficere ad causam Cæcilianī Carthaginense cōcilium, ipsos etiā iudicasse qui eam ad Imperatorem accusando miserunt: & sic demonstrarunt hoc potius esse expectandum, quod res peruenerit vsque ad Imperatoris sententiā, qui eandem causam mittendam dixerunt. Hoc enim catholici instabant, vt omnibus morarum umbraculis amputatis illa potius legerentur, quibus lectis olim causa finita & Cæcilianī innocentia manifestata luce clarius appareret. Quæ Donatistæ vt legerentur, omnino nolentes, quidlibet aliud interponendo impediebant. Nam cum cognitor quæsisset, vt primum prius esset factum Carthaginense concilium, & postea missa fuerit ad Imperatorem causa Cæcilianī: dixerūt catho-

Romanus
Episcopus
quomodo
ordinabatur.

G lici, quoniam consulem & diem illud concilium non haberet, ad vtrunq; se respondere, quia si prius causa ad Imperatorē missa est, quo exitu terminata sit expectari oportere. Si autem postea, nihilominus nō istorum, sed illius iudicium esse quæredum, quōd eam post iudicium suum mittendā putarūt. Sed cum multa Donatistæ infererent de consule & die, cur in suorum maiorum cōcilio non legeretur, ne hinc falsitatis arguerentur, & assererent hanc esse Ecclesiasticam consuetudinem, ne dies & consules decretis Episcoporum conscriberetur, legi volentes etiam concilium Cypriani, vt hoc probarent, quia nihil aliud nisi moræ quærebantur: neque enim catholici in eo causam suam constituerant quando ad vtrunq; responderent, siue prius, siue posterius esset illud concilium, quod cōtra Cæcilianū apud Carthaginē fecerant, iussit cognitor catholicis instatibus, vt ista potius quæ dilata fuerant, legerentur. Tunc Donatistæ aliam quæstionem interposuerunt morarū plenissimam, sed re vera in qua pro se laborare voluerūt, si possent ostendere quod volebant, illud scilicet Cirtense conciliū falsum esse, vbi lectæ fuerant confessiones traditorum inuicem sibi ignoscentium ne schisma fieret, quia ipsi legebantur inter ceteros contra Cæcilianum absente sententias protulisse. Hoc ergo falsum demonstrare conantes multa dixerunt, sed alia leuia esse ipsi iudicantes, duo quædā in ea quæstione multū commendauerunt, & in eis multum immorati sunt. Vnum, quia contra ecclesiasticam consuetudinem ipsum Cirtense conciliū diem & cōsulem haberet. Alterum autē quod persecutionis tēpore non posset concilium congregari. Exigebant ergo Donatistæ à catholicis, vt vel alia concilia proferrent antiqua episcoporum, vbi ostenderent consules & dies etiam conscriptos, vel de ipsis sanctis scripturis tale aliquid recitarent. Vbi catholici cum viderent de re inanissima moras mirabiles & inexplicabiles interponi: quis enim eos hinc falsitatem crederet obiecturos, vt præpararet antiqua cōcilia, quibus hanc consuetudinem demonstraret: aut quis tunc iret & vetusta ecclesiastica archiua reuolueret? Cū hoc viderent catholici, & in Melchiadis concilio diem I. & consulem demonstrabāt, & de ipsis sanctis scripturis cōmemorauerunt prophetas indicia antiquissimorum temporum suis literis prænotasse, quoto anno, cuiusque mense anni, quoto die mensis factum esset super eos verbum domini. Cognitor autē illud de die & cōsule obiectum contemnendum & remouendum existimās, iussit gesta apud Melchiam habita cætera recitari, & recitata sunt. Quibus apparuit omnium qui tūc confederant episcoporum sententiis, & ipsius Melchiadis, Cæcilianum absolutum atque purgatū, Donatum vero damnatum, qui præsens in prima fuerat actione cōiunctus, ille scilicet Donatus à Casis nigris, quem præsentem fuisse tunc cōstitit. Sed hoc recitato, cum quæreretur à Donatistis, quid responderent ad illud Cirtense concilium, eō redierunt conātes falsum esse monstrare. Tum dixerunt tempore persecutionis congregari non potuisse cōcilium. Quod cognitor non contempsit, & validum existimans, à catholicis responsionē poposcit, atque inter hæc quæsiuit, vnde probaretur tempus fuisse persecutionis. Tunc Donatistæ protulerunt martyrum gesta, vbi auditi & pro confessione passii sunt. Iussit etiā cognitor computare officium, & renū-

ciare consideratis vtriusque consulis & diebus, & qui de cōcilio Cirtensi, & qui de gestis martyrum legebatur, quia dictum fuerat à catholicis, post illorum martyrum passionem, vnde persecutionis tempus probabatur, prope annū consecutum fuisse vsque ad consule & diem concilij Cirtensis. Respōtio autem computantis officij, mensē inter fuisse suggesserat. Voluerunt ergo catholici de tabulis tolli quod dixerāt, vt hoc solū gesta retinerent quod officium respōderat, hoc enim verius esse crediderant: Sed Donatistæ quod à catholicis dictū erat, noluerunt de tabulis tolli, vnde catholici nō contenderunt, vt eorū in hoc calumniosus animus appareret. Porro autē illud erat verius quod catholici dixerant. Officium autem in computandō errans falsum renunciauerat, quod postea cōscripta & diligentius cōsiderata gesta docuerunt, sicut potest probare, quem libuerit legere & non piguerit cōputare. Nā gesta martyrum quibus ostendebatur tempus persecutionis, consulis facta sunt Diocletiano nonies, & Maximiniano octies, pridie idus Februarias: gesta autē episcopalia decreti Cirtensis post eorundē consulatum, tertio nonas Martias, ac per hoc tredecim mēses interesse inueniuntur, plures vtiq; quā vndecim, quos prius catholici minus diligenter cōputando responderant, sed officij vt falleretur, & mensē interesse responderet, eundem consulatum putauit: post consulatum autem non aduertit vbi annus iā alius agebatur. Proinde catholici tanquam ex vera officij responsione cogebantur ostendere, tempore persecutionis illos vndecim vel duodecim episcopos in domum priuatam conuenire potuisse, Donatistis instantibus, vt hoc ex aliis conciliis ostenderent, si aliquo tempore persecutionis facta Episcoporum concilia reperire potuissent. Quod catholici quoniam tūc inquirere, & ad horam veteres chartas in archiuis Ecclesiasticis discutere non poterant, respondebant multo facilius duodecim homines in domum conuenire potuisse eo tempore, quo etiam cōgregationes plebium fieri solebāt, quanuis persecutione feruente, sicut ipsis gestis martyrum monstrabatur, qui confitebatur in passionibus suis se collectam & dominicum egisse. Hoc autem catholici dixerant: & antequam supputaret & responderet officium, dictum est etiam à catholicis, episcopalia gesta illa Cirtensia quæ diligentia maiorum vsque ad hæc tempora seruari & inueniri potuerint, sic habenda quemadmodum illæ epistolæ Mésurij & Secundi, quas Donatistæ recitauerūt. Cōcilium quippe Carthaginēse, vbi absentem Cæcilianū septuaginta damnauerunt, commemoratum est etiam à Melchiade habitū, vbi Cæcilianus est absolutus. Literæ vero illæ Mésurij & Secundi nusquam alibi commemorata dicebatur, vnde, nullo alio testimonio veritas earum asserabatur, nec tamen ideo dicebant catholici falsas esse. Dictum est etiam hoc à catholicis, vt probaret Donatistæ si possent tempore persecutionis sic ad se inuicem scripsisse episcopos, quemadmodum Mésurium & Secundum scripsisse proferebant. Quod nō ideo dicebāt catholici, vt hinc illas Mésurij & Secundi literas falsas esse monstraret, quæ seu veræ seu falsæ essent, causæ nihil officerent, sed vt hinc intelligerent Donatistæ, quā vana tergiversatione catholicos cogere alia proferre concilia persecutionis tēpore cōgregata, quia si eis simili obstinatione diceretur, proferte & vos alias epistolæ persecutionis tempore sic scriptas & missas, quæ si aliquo modo deprehēderetur, & codices occultati exigi possent, & ordo & curator & centurio & beneficiarius

A beneficiarius ad discrimē capitis peruenire, qui Secundum tradere nolētem impunitum dimittisse prodebat, nullo modo ad horā reperirent alias epistolæ tempore persecutionis ab episcopis ad episcopos in tā longinqua terrarum similitudo datas. Cū ergo hinc diuturna cōflicatio fieret, sepe repetentibus Donatistis non potuisse tempore persecutionis conciliū congregari ad episcopum ordinandum, quia in apostasia erat mūdus, nec erant quibus ordinaretur, & cætera talia: catholicis autem respondentibus, quod & episcopi facile congregarentur tam pauci, vt nec cōcilium dici debeat quando plebes congregabantur, sicut gesta martyrum testarentur, & erant sine dubio quibus ordinaretur episcopi, ipsi vtiq; plebes quas tunc solitas congregari gesta martyrum loquebatur. Hæc cum assidue multis & variis modis dicerentur & respōderentur, nam & domū priuatam Christianis congregandis præstitam constitit tempore persecutionis, sicut in quibusdā gestis martyrum loquebatur, quia Donatistæ dixerunt fieri non potuisse, vt illo tempore domum suam quisquā præberet, & commemoratum est vsque adeo non esse incredibile quod in priuatā domum pauci illi episcopi persecutionis tempore conuenerunt, vt feruente persecutione etiam in carcere doceatur baptizati martyres, & illic à Christianis celebrata sacramenta, vbi Christiani propter eadem sacramenta tenebatur inclusi: Inter hæc ergo tandem aliquādo, sepe etiam cognitor interlocutus, fieri potuisse illum conuentum ab episcopis, quando & plebes congregatæ probabatur, compulsi Donatistæ, vt cōtra concilium iudiciumq; Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque absolutus legebatur, si haberent aliquid dicerent, quoniam illic potius quā in illo Cirtensi concilio causa consisteret. Tunc Donatistæ ipsum Melchiam cœperunt crimine traditionis arguere, & dicere maiores suos propterea illius iudicium refugisse, q̄ traditor fuisse, quali non iam iudicio eius assiliterent, & responderent se in Cæcilianum non habere quod dicerent. Sed tamen factō iudice intento, vtrū de traditionis crimine Melchiadis aliquid iudicium vel publicum vel ecclesiasticum proferretur, ipsiq; catholicis id vt probaretur expectatibus & exigētib; legerūt Donatistæ gesta quædā prolixissima apud præfectum, vbi nec præfectus ipse cuiusmodi esset appareret, nec locus legebatur vbi hæc agebantur. Sed gesta ipsa multos multa Ecclesiastica tradentes longissima recitatione sonauerūt, vbi nomen Melchiadis omnino nō sonuit. Quibus peractis cum cognitor miraretur aliud promissum & aliud recitatum, illi adhuc eius patientiā deposcentes, gesta alia recitauerunt, in quibus legebatur Melchiadis misisse diaconos cum literis Maxentij Imperatoris & literis præfecti prætorij ad præfectum vrbis, vt ea reciperent quæ tempore persecutionis ablata memoratus Imperator Christianis iusserat reddi. Et cū his quoque gestis nullum Melchiadis crimen & cognitori & catholicis defensoribus appareret, dixerūt Donatistæ, Stratōnem diaconum, quem cū aliis Melchiadis ad recipienda loca ecclesiastica miserat, superioribus gestis recitatum esse traditorem, & ideo volebant etiā Melchiam crimine traditionis aspergere, quod diacono illo non degradato vteretur. In prosecutione autem sua dixerunt Melchiam tertium episcopum fuisse ab illo qui tunc erat cum traditio illa facta esset. Hic cognitor requisivit, vtrum saltem in illis traditionis gestis esset expressum, quod Stratō diaconus fuerit. Et recitatum est cum hortatorem vanissimæ super-

stitutionis appellatum, quod non solū ipse, sed etiam ex- D
teri qui tradebant, appellabatur. Sed Donatistæ respō-
debant à gentibus persecutoribus in contumeliam religionis & diaconos & presbyteros ita vocatos. Ergo catholici responderunt. Cū mirum non esset, essetq; in rebus humanis vilitatissimum, vt nō duo tantum, verū etiā plures homines vno nomine vocarentur: fieri quidem potuisse vt ille traditor Stratō presbyter fuerit, iste autem alius Stratō diaconus, quoniam Donatistæ dixerant & diaconos & presbyteros hortatores vanissimæ superstitionis à gentilibus appellari, quāquam omnes clericos isto contumelioso nomine gentiles appellare potuerint, & multo esset incertius cuius gradus clericus ille traditor fuerit: veruntamen etiam si eum diaconum fuisse posset ostendi, neque hoc esse incredibile aut mirum, cum ante paruum tempus in ipsa vrbe Roma duo Petri diaconi fuerint. Illud quoq; additum est à catholicis, quia etsi demonstraretur, quod omnino nō demonstrabatur, eundem Stratōnem diaconum tradidisse, quem postea Melchiadis ad recipienda loca ecclesiastica cum aliis diaconis misit, non continuo Melchiam isto crimine aspergi, quem potuit persecutio longe facere absentem, vt hoc omnino nesciret, eumq; innocētē putaret, quem nemo reum accusando monstrat. Cōtra hic frustra Donatistæ eadem per eadem diutissime clamauerūt. Post collationem sane etiam de Casiano Melchiadi calumniati sunt, quia etiā hoc nomen & in diaconis inuenitur, quos ad præfectum militū Melchiadis, & in illis gestis vbi facta traditio recitata est. Quod si in collatione diceret, facile potuit à catholicis responderi, in tanta turba Romanorū clericorum nihil mirum fuisse si duo vel plures non solum Stratōnes, sed etiam Casiani reperirentur, cum in duodecim Apostolis nō solum duo Iudæ, sed etiam duo Iacobi iegerentur, nisi forte ipsis liquisset Casianem à Donato Carthaginensi distinguere, cum timerent ne maior author ipsorum Donatus Carthaginēsis dānatus in Melchiadis iudicio putaretur, & catholicis nō liceret in tāta multitudine clericorū Romanorū habere plures similibus nominibus appellatos. Falsum enim erat quod Donatistæ dixerāt, conuenire personas, cōuenire loca, conuenire regiones: quādo nec loca, nec regiones, nec ipsæ expressæ personarū dignitates de vtriusque gestis, sed sola nominum conuenientia legebatur, quā in diuersis personis generis humani consuetudo frequentat non cessat. Spernens itaq; cognitor incertissimas suspiciones, iussit aliquid manifestū contra illa gesta proferri, aut certē Constantini iudicium, cuius mentio iam facta fuerat, recitari. Et recitatum est iudiciū Constantini, quemadmodum se inter partes causam Cæcilianū cognouisse, & ad Eumelium vicariū Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognouisse testatus est, cōmemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum episcopale iudicium, cui iudicio iam plurimi ex diffensione cōsenserant, reliquis adhuc resistentibus & discordatibus: vnde ipse de re tota inter partes coactus est iudicare. Post harum imperialium literarum recitationem, quæsiuit cognitor à Donatistis quid contradiceret. Ibi Donatistæ rursus ad Melchiadis calūniosam criminationem redire conati sunt: vnde cū essent cognitoris interlocutione depulsi, & ab eis esset flagitatum, vt contra iudicium Melchiadis, vel imperialem sententiam, si haberent aliquid recitaret, responderunt etiam imperatorias aures præuis suggestionib; inflatas. Ibi eis

Gnitor respondit, quod atterissime aduerterat inter partes fuisse iudicatum. At illi exigere cœperunt, ut hoc legeretur, vtrū inter partes iudicauerit Imperator. Quod cum fuisset cognitore iubente recitatum, nihil inuenientes quod dicerent, cœperunt de consule memoratis imperialibus literis calumniari, quod sine consule fuerant recitata. Hinc exorto cōflictu, cū Donatista inuidiose dicerent episcopale cōcilium cum consule fuisse recitatum, & Imperatoris literas consulem non habere: & catholici responderent, non ibi causam consistere, cognitorem etiā interlocutus est euidentissimis legibus definitum, imperialia constituta, etiam si consules non legerentur, in dubium non vocari. Deinde catholici vrgebant ut aperte dicerent falsum esse quod lectum est, posse enim archiua conquiri. Sed hinc repulsi, velut aliquid validissimum prolaturi, petierunt Optatum legi, quod & ante petierat, vnde se probaturos dicebat Cæcilianum ab Imperatore damnatum, & promissum eis fuerat, sed dilatum. Prius ergo volebat cognitorem vt exprimerent, vtrum literas imperatorias arguere falsitatis auderent. Quod quidem illi minime audebant: tamen nihilominus consulem deesse inuidiosissime causabatur, Optatum vero legi multo instantius flagitabant. Hęc cum diutius agerentur, in alia charta illarum imperiarum literarum inuentus est consul. Quod cū esset suggestum, Donatista dixerunt, Certē consulem habere nō debuit: quasi hoc aliquando dictum esset quod habere non debuerit, ac non etiam si consul defuisset, non impediri imperialis constituti veritatem. Quod cum eis cognitorem identidem respōdisset, recitatus est & Optatus. Recitantibus Donatistis vbi ait, Eodē tempore idē Donat^o petiit vt ei reuerti licuisset, & ad Carthaginem accederet, tūc à Philomeno suggestore eius Imperatori suggestum est, vt bono pacis Cæcilianus Brixā teneretur, & factum est. In quibus verbis Optati, cum omnino nulla Cæcilianum damnatio, sicut illi demonstraturos se esse promiserant, reperiri potuisset, iussit cognitorem totam paginam recitari, vt de superioribus & inferioribus verbis voluntas eius qui scripserat nosceretur, & ex officio recitatum est, Cæcilianus omnium supra memoratorum innocēs est pronuntiatus. Quod cum recitaretur, Donatista dixerunt hoc se non petisse recitari, stomachates aduersus eos qui risum tenere nō poterant, cum audissent quā apertam contra semetipsos paginam protulissent. Deinde cum illis verbis quæ ipsi recitauerant, extenuasse dicerent Optatum damnationem Cæcilianum & exprimere noluisse, flagitatum est ab eis vt aliunde manifestum legerent quod ab illo diceret extenuatum. Quod cum minime potuissent, etiam inde post aliquantas morarum inanum perplexitates, cū & de Donati nomine contēdissent quod non Carthaginensis, sed Casensis Donatus in iudicio Melchias aduersus Cæcilianum astitisset, quod & catholici concedebant, aliquando transitum est. Deinde quia Constantini literis, quibus eū inter partes cognouisse, & pro Cæciliano contra illos iudicasse cōstabat, cognitorem eos si quid haberent respondere cogebat, petierunt suum libellum esse recitandum, quem dicebant datum Constantino à maioribus suis. In quo libello satis aperteque monstrarunt quā falsum dixerint de dānatione Cæcilianum apud Brixā. Idem quippe libellus ostēdit quem admodum contra eos senserit Constantinus. Nā ibi dicit nullo modo se communicaturos antistiti ipsius nebuloni, paratōque esse perpeti quicquid eis facere voluisset. Quem Constantini antistite nebulonem vtrique

Cæcilianum intelligi volebant. Quomodo ergo cum Constantini antistite dicebant, cui se contra Constantinum loquentes non communicare confirmabant, si eum apud Constantinum superauerant, ita vt ab illo Brixā scirent esse damnatum? Cum ergo catholici dixissent hoc eos contra seipsum recitasse, hoc idem ipse etiam cognitorem esset interlocutus, addiderunt etiam illi suā falsitati conuincendā magnū aliud firmamentum, recitantes ipsius Constantini literas scribentis ad Verinum Vicarium, vt libero eos dimittat arbitrio, se iussisse insinuans vt de exilio remearent. In quibus literis Constantinus sic eos detestatur, vt nihil illa indulgentia possit deformius inueniri. Quos vtrique non ita culpasset, sed magis laudasset, si ab eis Cæcilianus apud illum victus ab eoq; damnatus Brixā relegeretur. Ac per hoc ita contra seipsum proferentes atque recitantes, & à Cæciliano se superatos memorati Imperatoris iudicio manifestissime monstrauerunt, & suam falsitatem, quam dicebant esse damnatum apertissime conuicerunt. Et quia catholicos persecutionem facere, se autem pati gloriabantur, Cæcilianum tamen per suas acufationes ab Imperatore damnatum etiam falso gloriari voluerunt. His itaque recitatis cum catholici dicerent & cognitorem breuiter admoneret, quod etiam ipse cernebat pro se illa, hoc est, pro innocētia Cæcilianum contra illos fuisse recitata, & hoc idem etiam ipse fuisset interlocutus, Donatista responderunt dicentes, De libero arbitrio nihil dicit potestas tua. hoc enim purantes secundum Constantini literas sibi posse à presente cognitore concedi, eas etiam cōtra se pro Cæciliano causa recitandas existimauerunt. Hic cum eis cognitorem respondisset, aliud sibi esse à presentis temporis Imperatore præceptum, ierūt in aliud quod contra se identidem multo mirabilius protulerunt. Recitauerunt etiam alias literas eiusdem Constantini Imperatoris ad Probianum proconsulem datas, quæ quidem consules nō habebant, sed nihil quasi de obiectione mutua catholici agere voluerunt, quāuis & hinc seipsum Donatista conuinceret quā calumniōse catholicis id obiecerint, cū prior chartula ex qua recitatum est iudicium Constantini, quo absolutus est Cæcilianus, cōsules non haberet, qui tamen mox in alia chartula inuēti sunt. Ista itaque literæ ad Probianum proconsulem data, continent Imperatoris iussionem, qua præcepit vt ad se Vigentium mitteretur, cuius confessione in proconsulis Heliani iudicio Felix Abtugnensis ordinator Cæcilianum à crimine traditionis fuerat absolutus. Hoc autem imperiale præceptum ideo Donatista se recitare dicebāt, vt quasi ostenderent Cæcilianum causam adhuc fuisse suspensam, etiam post illud iudicium quo se Constantinus inter partes omnia terminasse iam scripserat, cum & in ipsis literis quas ad Probianum proconsulem datas recitauerint, quibus quasi ostenderent adhuc pendere iudicium, quoniam ad se mitti iusserat Imperator Vigentium, tanta contra se legerunt, vt omnino mirum sit quibus illa oculis aspicere, vel quo ore pronuntiare potuerint. Ibi enim Constantinus dixit ab Heliano proconsule audientiam præstitam competentem, Felicemque innocentem ab exultione codicum diuinorum constituisse, illos autem esse in presentia consuendos qui diuturnis diebus eū interpellare non quiescerent, vt eis liquido appareret frustra eos Cæciliano inuidiam comparare, & aduersus eum violenter insurgere voluisse. Hic ergo per illas literas nō solum Cæcilianum, sed etiam Felicem purgatum, seq; innocentium per-

Asecutores apud Imperatorem exitisse docuerunt. Hac autem accepta opportunitate catholici recitandā protulerunt, & ipsius Heliani tunc proconsulis relationem de hac re ad Constantinum datam, vbi se causam Felicis audisse & finisse commemorat, & ipsa gesta proconsularia quibus absolutus est Felix, & omnium necessariorum personarum testimonio à traditionis crimine innocens comprobatus. Quibus recitatis quid cōtradici posset, cognitorem inquisiuit. Tūc Donatista quod & ante dicere cœperant, identidem repetierunt, quærentes vtrum ex præcepto Imperatoris directus ad comitatū fuisset Vigentius, & quid postea gestum est, vt ostenderetur à catholicis exigentes & gesta proconsularia, quibus possent verbis refellere conates, quib; absolutus est Felix, obiectentes gratiam iudicis, vel suppositas fuisse personas, & cætera quæ solēt homines cōtra gesta quibus vincuntur suspiciosa querimonia iactitare. Dicebāt etiam nō recte Felicem absentem fuisse absolutum. Ad ista respōsum est à catholicis, omnia quæ lecta sunt, ad absolutionem Cæcilianum & Felicis apertissime pertinere, si quid autem Donatista arbitrarentur misso ad comitatum Vigentio pro se fuisse iudicatum, & mutatum esse iudicium, quo Constantinus inter partes cognoscēs purgato Cæciliano illos calumniosissimos iudicauerat, ipsos debere proferre. Quādo autem hoc catholici dicebant, in illa temporis breuitate non poterāt considerari consules, quorum ordinē in ipsis gestis qui voluerit considerans, inueniet posterius ab Imperatore Constantino absolutum esse Cæcilianum, quā Felicis causam ab Heliano proconsule discussam atque purgatam. Post aliquot etiam annos Constantinus scripturæ ad Verinum vicarium, quas literas ipsi recitauerunt, vbi sibi asserant liberum arbitrium ab illo Imperatore concessum, in quibus literis eos tanquam pessimos & Christianæ pacis inimicos ostendit. Quod vtrique nō fecisset, si aliquid pro illis contra Cæcilianum iudicasset cū ad comitatum missus esset Vigentius. Cognitor ergo interlocutus est, non posse gesta quæ tanta roborauit antiquitas remoueri, nisi aliis posterioribus gestis e contrario recitatis. Dictum est etiā à catholicis magis ad declarandam Felicis innocentiam profuisse quod absens fuerat absolutus, quia gratia suspicio si præsens esset potius oriretur. Vrgere deinde cognitorem cœpit, vt si qua posteriora gesta Donatista haberent contra absolutionem Cæcilianum vel Felicis, iam iamq; proferret. Hic illi ad ea quæ iam totiens dixerant, & catholicis totiens ad omnia respondentibus transacta iam fuerant, rursus quasi à capite redire & ea replicare conati sunt. Vbi cum interlocutus esset cognitorem, admonēs vt eos iam pigeret eadem repetere quæ peracta & transacta iam fuerat, & identidem proferre compelleret si quid recitandum haberent aduersus Cæcilianum & Felicem sic euidentissimas absolutiones, & illi nihil omnino aduersus illa proferentes, eadem repetere non cessarent, vt de illis quæ dixerant iudicaretur, & cōtra cognitorem illud potius flagitaret, vt legerent si haberent quod legi posset aduersus imperiale & proconsulare iudicium, vt posset de omnibus pronuntiarum, quoniam legibus prohibetur semiple nam proferre sententiam, instarent etiam catholici vt rebus omnibus cognitorem manifestatis, & Donatistis quid respondeant non inuenientibus, eadem repetentibus, tandem aliquando causa finiretur: in vltimo cognitorem dixit, Si contra nihil est quod legatis, exire dignemini, vt possit plena de omnibus scribi sententia. Et vtrique exeuntibus, sententiam scripsit, quam rursus

intrōmissis partibus recitauit, qua complexus est omnia De quæ de proluxa trium dierum actione potuit recordari. In quibus quædam non eo ordine quo gesta sunt commemorauit, omnia tamen veraciter posuit, consultatos à catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuntians.

Collationis tertij diei finis:

AD LECTOREM.

Hoc loco sequatur Epistola nomine concilij Cirtenfis ad Donatistas, scripta post collationem, quam ipse Augustinus negat esse inter Epistolas suas. Certe nos inter Epistolas comperimus, eoque non visum est hic repetere. Est autem inter Epistolas 152. fo. 143. columna. 2.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS episcopi Liber contra Donatistas post collationem.



Vid adhuc Donatista seducimini ab Episcopis vestris, quorum fallaces tenebræ clara luce discussæ sunt, quorum apparuit error, quorum pertinacia superata est. Quid adhuc vobis iactat vana mendacia? Quid adhuc creditis hominibus victis, cum vobis dicunt iudicem pramio fuisse corruptum? Quod nouum faciunt? Quid aliud omnes victi facere consueverunt, qui veritati consentire nolant, nisi vt de iudicis iniquitate mētiantur? Quærite ab eis, & ad hoc primum vobis respōdeant, quare ausi sunt venire Carthaginem, & in vnum locum nobiscum collationis gratia conuenire? Iam ante aliquot annos conueneramus eos publice, vt vobis conferentibus veritas appareret, & dissensio quæ nos diuidit, de medio tolleretur. Sed ipsam veritatem refugientes, actis respondeant, Indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum, & progenies traditorum. Quare ergo modo nobiscum conuenire voluerunt? Puto quod non facerent quod eis videbatur indignum, nisi cognoscerent non esse nos progeniem traditorum. Aut certe ipsi vobis respondeant, quare dixerunt indignū esse vt in vnum conueniant filij martyrum & progenies traditorum, & in vnum postea nobiscum conueniant. Quæ res eos cōegit facere quod indignū est? Nō enim ligati adducti sunt, sed omnino liberi conueniunt. Si dixerint, quia iusserat Imperator: ergo tunc faciunt quod indignum est quādo iusserit Imperator? Quid ergo irascuntur nescio quibus traditoribus ad causam nostram non pertinentibus? Codices enim dominicos persecutoribus dare, vtrique indignum est. Quod cum fecit traditor, non habet crimen, quia iusserat Imperator. Hoc dicimus non secundum veritatem, sed secundum ipsorum peruersitatem: Ipsi enim dixerunt, publica gesta proclamant, apud acta dixerunt. Non quilibet ignotus, sed Carthaginensis Episcopus eorum Primianus hoc dixit. Primianus hoc scriptum magistratui Carthaginis dedit, & à diacono dicendum apud acta mandauit, Indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum, & progenies traditorum. Ecce conuenimus

G in vnum, quid ad ista respondent: Si dicunt, non est indignum: quare mériti sunt quādo indignum esse dixerunt: Si dicūt, indignum est: quod indignum est quare fecerunt? Vno modo se potuerunt asserere quod indignum est nō fecisse, & in illis Primiani verbis nō fuisse mentitos, si dicant, indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum & progenies traditorum: sed nos ideo vobiscū in vnum conuenimus, quia cognouimus vos non esse progeniem traditorū. Quod si ita est, quare nobis iam cōuenientes in vnū, ipsas calumnias obiecerunt, nisi forte vt etiam nos eos cognosceremus non esse filios martyrum: Martyres enim testes dicuntur, testes autem Christi, veri testes sunt. Isti autem falsi testes inuenti sunt, qui traditionis crimina & aliena aliis obiecerunt, & nec ipsa probare potuerūt. Quid adhuc attenditis humana mendacia, & diuina testimonia nō attenditis: Quid adhuc videtis hominibus creditis, & veritati quæ nunquam est vicia non creditis? Veritas enim dei, sicut in ipsa etiam collatione probauimus, perhibuit testimonium Ecclesiæ suæ per multa documenta scripturarum sanctarum, per propheticas & euāgelicas literas, & locus designatus est vnde Christi Ecclesia fuerat inceptura, & finis terræ quousque peruertura. Per omnes gentes futuram Ecclesiam suam dominus dicit, incipientē ab Hierusalem. Diuina lectio recitat quæ admodum cœperit ab Hierusalem, vbi primū congregatis fidelibus missus est de cœlo spiritus sanctus. Diuinæ lectiones recitantur quemadmodum se ab Hierusalem per vicina & longinqua diffuderit. Expressa sunt nomina locorum, manifesta sunt nomina ciuitatum, in quibus Ecclesia Christi apostolico labore fundata est. Quæ loca & ciuitates etiam epistolas ab Apostolis accipere meruerunt. Quas epistolas & ipsi in vestris congregationibus legunt, & tamen non communicant eorum locorum & ciuitatū Ecclesiis, quæ ipsas epistolas accipere meruerunt, obiciētes eis nescio quæ crimina Afrorum, quod eorum contagione perierunt, cum ipsi dixerint in hac ipsa collatione, quam modo Carthagini habuimus, quod nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat. Tunc autem hoc dixerunt, quando eis diximus, Concilium quod contra Cæcilianum profertis, sic non obest absentī Cæciliano, quemadmodum concilium, quod in causā Maximiniani factū est, vbi damnatus est Primianus, nō obest absentī Primiano. Protulerunt enim ibi septuaginta & quod excurrit Episcopos, qui absentem damnauerūt Cæcilianū, cum proferantur non minus centum Episcopi partis ipsorū qui damnauerant absentem Primianum. Quia ergo diximus eis, sic illud non obesse Cæciliano, quemadmodum hoc non obest Primiano, quoniam contra absentes facta sunt ambo concilia: cōtinuo non inuenientes quid respōderent, & horribiles angustias passi, dixerūt nec causam causæ, nec personam præiudicare personæ, quod aduersus omnes humanas calumnias in ore habet vniuersa catholica Ecclesia, nunc autem multo fortius multoq; liberius quando id semper veritas tenuit, etiam inimicorum cōfessio cōfirmavit. Quis ergo hæc sine tristitia perferat graui? Quis genitum cohibeat? Quis non in lachrymas & in vocem doloris erumpat, qui hoc digne cōsiderauerit? Ecce vt ab Episcopis partis Donati damnatus Primianus nō amittat episcopatum, aut vt Primianus damnatus non inquietet partem Donati, nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat: vt autem Cæcilianus, quem absentem inimici similiter damnauerūt, non deputetur Episcopus, & cōtami-

net omnes Christianas gentes vsque ad terminos terre, & causæ causa, & personæ persona præiudicat: Sed voce ipsius vnitatis clament Ecclesiæ Ponti, Bithynia, Asia, Cappadocia, cæterarūque orientalium regionum, ad quas beatus Petrus Apostolus scripsit, O pars Donati, nō nouimus quid dicatis, quare nobis non cōmunicatis: Si Cæcilianus mali aliquid fecit, quod nobis non probatum est nec demonstratum, tamen si mali aliquid fecit, quare nobis præiudicat? Si nos audire non vultis, vos ipsos audite dicētes, nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat. An vsque adeo potest vestra peruersitas, vt hæc verba valeant ne vobis præiudicet Primianus, & hæc verba non valeant vt nobis præiudicet Cæcilianus? Clament etiam similiter Ecclesiæ septem orientales ad quas scribit Apostolus Ioannes, Ephesi, Smyrnæ, Thyatiræ, Sardis, Philadelphie, Laodicia, Pergami, & dicant, Quid vobis fecimus fratres, qui potius Donati quàm nostræ cōmunionis esse voluistis? Si Cæcilianus peccauit, quauis & ipsius crimen non potuistis ostendere, quia sicut Primianus vester, sic etiam absens iste damnatus est. Veruntamen qualiscunque ille fuerit, nos vobis quid fecimus? Quare christiani cum christianis pacem habere non vultis? Quare in nobis cōmunia sacramēta respōditis? Quid vobis fecimus? Quare Primiani causa non præiudicat parti Donati, nisi quia verū est quod dixistis, nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat? Quare ergo causa Cæciliani præiudicat hereditati Christi in qua sumus Apostolorum labore plantati? Ad vnam nostrum scribit Apostolus Ioannes, quod habeat pauca nomina in Sardis, eorum, qui non inquinauerunt vestimenta sua, nec tamen ab eis qui in ipsa Ecclesia immundi fuerunt, illorum paucorum vestimenta polluta sunt, quoniam verum est quod dixistis, nec causam causæ, nec personam præiudicare personam. Quomodo ergo potest causa & persona Cæciliani præiudicare nobis? Aut si non præiudicat, quare separamini à nobis? Dicant etiam Ecclesiæ ad quas Paulus Apostolus scribit, Romanorum, Corinthiorum, Philippensium, Colossensium, Thessalonicensium, nam de Galatia & Epheso iam supra dictum est. Dicant ergo & isti, literas ad nos datas fratres quotidie legitis, qui vultis adhuc esse de parte Donati. In ipsis epistolis per nomē pacis nos Apostolus salutauit, dicens, Gratia vobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo. Quare pacem in nostris epistolis legendo didicistis, & eam nobiscum tenere noluitis? In tam longinquis terris trans mare positus Afrum nobis obiciētis Cæcilianum. Certe verum est quod dixistis, nec causæ causa præiudicat, nec personæ persona. Quæ est ista priuata & peculiaris sanctificatio, qua vobis licet vt Afræ parti Donati causa non præiudicet Afrī Primiani, nec personæ Primiani Carthaginensis præiudicet Multicani Feliciani, & ad nos Africana præiudicia tam longe præmittātur, vt nobis præiudicet causa Cæciliani? Dicat etiam catholica Ecclesia in ipsa Africa constituta, & per pacem atque vnitatem Christi illis omnibus cōmunionē copulata, Dicat etiam ipsa, Nec mihi Cæciliani causa præiudicat, contra quem absentem septuaginta Episcoporū est prolata sentētia, quia nō præiudicat Ecclesiæ quæ toto orbe diffunditur, in cuius cōmunionē permaneo: aut certe præiudicet parti Donati causa Primiani, quæ sui collegæ similiter absentē in numerosiore cōcilio dānarunt. Si autē ideo nō præiudicat, quia nec causæ causa, nec personæ persona, multo magis seruanda est ista iustitia erga vnitatem catholicam

Atholicam Christi, si eā seruari erga se postulat pars Donati. Hoc Ecclesia catholica in Africa cōstituta proclamauit. O pars Donati, tu ista verba dixisti, tu ista verba tua recognouisti, tu istis verbis etiā subscripsisti, nec causæ causa, nec personæ persona præiudicat. Ego iter spiritus olim requiescētium recito Cæcilianum, tu adhuc vides & tecum habes in corpore Felicianū, à quo damnatus est Primianus. In ipsa Primiani causa damnati, & postea sicut erat episcopi, tibiq; sociati, si tantum valet quod nec causæ causa præiudicat, nec personæ personæ, vt tibi non præiudicet hodie tecum viuētis cōmunio Feliciani, mihi quomodo præiudicat olim defuncti memoria Cæciliani? Quid ad ista respōdent, qui nobis adhuc iactāt inania, & suæ salutis si non se correxerint, nocturna mendacia? Quid adhuc dicunt nos iudicem corrupisse vt pro nobis sententia proferretur? Nūquid & tanti apud nos meriti episcopum præclarissimū defensorē corrupimus, vt pro nobis talia loqueretur? Hoc enim agebamus omnibus viribus, hoc instabamus, vt Cæciliani causa atq; persona qualiscūque fuerit, ad causam & personam Ecclesiæ, quam deus suis testimoniis roborauit, non pertinere monstraretur. Hoc agebamus similitudinibus euāgelicis, vt causa & persona zizaniorum nō præiudicaret causæ & personæ tritici, quauis in eodem agro eadem pluuia simul cresceret vsque ad messem, quādo separari oporteret. Vt causa & persona paleæ nō præiudicaret personæ frumētī, quauis in eadem area simul trititur areretur donec nouissima ventilatione separarentur: vt causa & persona hædorum non præiudicaret causæ & personæ ouium, quauis cōmunitibus pascuis vtraq; pecora permixta seruentur, donec à pastore summo, in iudicio nouissimo, alij ad sinistrā, alij ad dextrā segregētur. Vt causa & persona piscium malorū nō præiudicet causæ & personæ piscium bonorum, quauis intra eadē retia tenerentur in extremo litore separandi, hoc est in fine maris, quod significat finem seculi. Quibus parabolis & figuris Ecclesia prænunciata est vsq; in finem seculi bonos & malos simul habitura, ita vt nec mali bonis obesse possint, cum vel ignorātur, vel pro pace & tranquillitate Ecclesiæ tolerantur, si eos prodi aut accusari nō oportuerit, aut aliis bonis nō potuerit demonstrari: ita sanē, vt nec emendationis vigilantia quiescat, corripiendo, degradādo, excōmunicādo, cæterisq; coercitionib; licitis atq; cōcessis, quæ salua vnitatis pace in ecclesia quotidie sunt seruanda præceptum apostolicum charitate seruata, qui dixit, Si quis autem non obaudit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite cōmisceri cum eo, vt erubescat: & non vt inimicum existimetis, sed corripite vt fratrem. Sic enim & disciplina seruat patientiam, & patientia temperat disciplinam, & vtrūque refertur ad charitatem, ne forte aut indisciplina patientia foueat iniquitatem, aut impatiēs disciplina dissipet vnitatem. Ista cum sunt à bonis, nō inquinantur à malis, quia nec eorum peccatis consentiendo communicant, & ab eis est non corporali segregatione, tamen spiritali vitæ dissimilitudine & morum diuersitate discedunt, eo modo obediētes præcepto dominico quo ait, Discidite inde, & immundum ne tetigeritis. Nam qui hoc non spiritaliter obseruandū putant, arrogantia vanitatis in illud incidunt quod per eundem Prophetam dominus detestatur dicens, Qui dicunt, nolī me tangere, quoniā immundus sum, hi fumus indignationis meæ. Hoc episcopi vestri faciendum putauerunt, quādo vtriusque nominis à iudice oblato cōfessū, nobiscum sedere nolue-

runt, dicētes sibi scriptum esse, ne cum talibus sedeāt. D illud vtique nō spiritaliter, sed carnaliter intelligentes quod in Psalmis positum est, Et cum impiis nō sedebō. & tamē fecerunt quod in eodem ipso loco Psalmi pariter prohibetur. Nā ibi dicit Propheta, Et cum iniqua agētibus nō introibo. Si ergo nos quia iniquos vel nouerant vel putabant, ideo nobiscum sedere noluerunt, quare quod similiter prohibetur, nobiscum introierūt, ex parte sancti, ex parte polluti, nisi quia scripturas sanctas nō intelligendo & carnaliter sapiendo, ipsam vnitatem dissipauerunt? Non itaque pollunt mali bonos in eodem agro, in eadem area, in eisdem pascuis, in eisdem retibus constituti, quia non eis cōmunicant boni, sed altari & sacramentis dei. Communicant autem malis, qui consentiunt malorum factis. Scriptum est enim, Non solum qui faciunt ea, verumetiam qui consentiunt facientibus. Cum vero mali pacis cōseruandæ necessitate tolerantur, non iniquitatis cōmunicandæ societate appetuntur, vt cum zizanii triticum suam pluuiam pariter bibat, seruet tamen vbertatem suam, nec conuertatur in zizaniorum sterilitatem, sed vtrumque simul vsque ad messem crescat, ne forte cum colliguntur zizania, eradicetur simul & triticum: nullā cum bonis habet mali participationem salutis vel perditionis. Quæ enim participatio iustitiæ ad iniquitatem? Nullam habent cum bonis mali societatem regni, aut ignis aterni. Quæ enim societas luci ad tenebras? Non habent mali cum bonis consonantiam vitæ ac voluntatis. Quæ enim consonantia Christi ad Beliam? Nō habet boni cum malis partem nec in pœna criminis, nec in præmio pietatis. Quæ enim pars fideli cum infidelis? Et cum intra eadem retia donec ad litus perueniant, pariter diuina sacramenta percipiunt, isti sociantur, illi dissociantur: isti consonant, illi dissonant: isti habet partem cum misericordia, illi cum iudicio: quoniam misericordiam & iudicium cantat Ecclesia domino: & qui manducat indigne, iudicium sibi manducat, nō alteri. De ipso quippe pane & de ipsa dominica manu & ludas partem & Petrus accepit, & tamē quæ societas, quæ cōsonantia, quæ pars Petro cum Iuda? quoniā nec causæ causæ præiudicat, nec personæ personæ. Siue ergo exeāt, de quibus scriptum est, Ex nobis exierunt, sed nō erant ex nobis: siue intus iudicātur esse de quibus beatus Cyprianus apertissime loquitur dicens, Nam etsi videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Quibus verbis episcopi vestri nihil omnino ausi sunt respondere, quauis diu frustra contenderint, quod non in Ecclesia prædicta sint futura zizania, quia dixit dominus, Ager est hic mūdus: nec dixit, ager est ecclesia. Nos autē mūdum pro Ecclesiæ significatione positum dicebamus, sicut etiam Cyprianus intellexit, quia per totū mundum futura præfigurabatur ecclesia. Vnde illi dicebant, mūdum semper in malā significationem positum: & testimonia de scripturis dabāt, quia scriptum est, Si quis dilexerit mūdum, non est charitas patris in illo: & cætera talia. Nos vero nō solum in malam, sed etiam in bonā significationem mūdū in scripturis positum respōdebamus, & cōmemorabamus etiam illud quod scriptū est, Deus erat in Christo mundum recōcilians sibi, qui vtique non sibi reconciliat nisi Ecclesiam. Siue ergo exeant mali, siue intus vel ignorentur, vel videntur, hoc agit misericordia & iustitia dei, vt sibi ad mala nō consentientibus bonis, mali non obfint, sed vtriusq; pro-

Cap. II.

Luc. 24. Acto. 2.

Cap. III.

Cap. III. Acto.

Acto.

Acto.

Cap.

Acto.

Acto.

Psalm. 25.

Roma. 1. Cap. VI.

Mat. 13.

1. Cor. 6.

Psalm. 110.

1. Cor. 11.

1. Ioan. 2.

Mat. 13.

1. Ioan. 2.

Cap. VII.

G priam sarcinam portant: vt nec filius accipiat peccata patris, nisi cum fuerit in malis imitatus, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Cum ergo malis consentit ad malum, iam vnam causam habet cū eis, & totius societatis malorū fit vna persona: ac per hoc cū simul pereūt simulq; damnatur, causa sua & persona sua cuique præiudicat, nō aliena. Cū vero boni & mali idem verbum dei simul audiunt, & simul dei sacramenta percipiunt, & tamē dissimiles habent actuum suorū causas, & dissimiles gerunt voluntatis diuersitate personas, eūdem cibum sanctum aliis manducantibus digne, aliis indigne, nec causa causa præiudicat, nec persona persona: ac per hoc quæcunque testimonia diuinarū scripturarū Episcopi nostri commemorare potuerunt, quibus ab omni malorum hominum permixtione pura prænunciabatur Ecclesia, nō qualis nunc est illis testimoniis prænunciabatur, sed qualis post istam mortalitatem in vita æterna futura est. Et quæcunque testimonia scripturarum posuerūt de filiis, quos merito parētum imitando malitiam, vnam cum eis causam habere noluerunt, quod non intelligentes diuina testimonia secum pugnare cogebāt, nec vtraq; voces dei pro diuersitate temporum, causarum, personarūque distinguentes in concordiam redigebant, sed sicut cōtra nos ipsi, etiam volebant inter se ipsa diuina documenta pugnare. Nec mirum si pacem scripturæ dei nō intelligebant, qui pacem cum eius Ecclesia non habebāt. Nos autem vtraq; accipientes testimonia, demonstrabamus vtrorūq; cōcordiam. Nam & illud accipiebamus, quod in suis literis cōmemorauerūt Ecclesiæ dictum esse, Nec adiiciet vltra per te transire incircuncisus & immūds. & illud quod scriptum est, Sinite vtraq; crescere vsque ad messem: sed hoc esse in agro, illud futurum in horreo. Denique & ipsi qui diu cōtenderunt, dicentes zizania quæ cū tritico simul crescere vsq; ad messem permixta sunt, non in Ecclesia, sed in mundo esse, contra intellectum martyris Cypriani qui dixit, Etū videntur in Ecclesia esse zizania, nō tamē impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Et nolentes consentire mundi nomine Ecclesiam posse significari, contra verba Apostoli qui dixit, Deus erat in Christo mūdum reconcilians sibi: & contra ipsius verba domini qui dixit, Non venit filius hominis vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Neque enim reconciliari deo & saluari per ipsum mundus potest, nisi mūdi nomine intelligatur Ecclesia, quæ sola per eum deo recōciliata saluatur: tamen in illa similitudine quam ex Euangelio commemoramus, quod & boni & mali pisces quousque in littore, hoc est in fine seculi separentur, intra eadem retia continentur, vici euidencia veritatis, malos in Ecclesia vsque in finem seculi permixtos esse cōfessi sunt: sed occultos eos esse dixerūt, quoniam sic & sacerdotibus ignorantur, quemadmodum pisces intra retia cum adhuc in mari sunt à piscatoribus non videntur. Quomodo ergo testimonium propheticum quod in sua responsione posuerunt, quod Ecclesiæ dictum est, Non adiiciet vltra per te transire incircuncisus & immūds, ad hoc tempus pertinere intelligitur, quando Ecclesia retibus cōparata est, quibus in mari adhuc positus pisces malos permixtos vel occultos esse cōfessi sunt: Vnde manifestum est nō nisi de futuro seculo post iudicium nullum incircuncisum & immundum per Ecclesiam transiturum violentia veritatis, quæ suos non in carne, sed in corde torquet inimicos, vt etiam

constentur inuiti. Ecce manifestum est quod dicebatur à nobis, distinguenda esse tempora Ecclesiæ, non iam nunc esse talem, qualis post resurrectionem futura est: nūc malos habere permixtos, tunc omnino non habituram: ad illam eius puritatem non ad huius temporis permixtionem illa diuina testimonia pertinere, quibus eam dominus prædixit ab omni malorum permixtione penitus alienam. Ecce etiam ipsi veritate euangelica nō aliud coacti sunt confiteri, quàm malos occultos nunc ei permixtos esse. Sed dixerunt, Ecce nunc transit per illam licet occultus immūds, non est ergo tempus quod prædictum est dicente Propheta, Nō adiiciet vltra per te transire immūds & incircuncisus: nunc ergo trāsunt vel occulti. Nā & hoc ipsum quod ait, non adiiciet vltra: ostendit eos prius solere trāsire, sed vltra non transuros. Et à nobis inuidiose requirebāt, quomodo potuerit in Ecclesia Christi diabolus seminare zizania, cū ipsi faterētur in Ecclesia malos saltē occultos esse permixtos, nec vellent attere à diabolo vtique seminatos. Hoc etiam ipsum quod sibi acutū inuenisse videbantur, contra se potius proferebant. Si enim propterea retibus bonos & malos congregantibus Ecclesiam comparauit, quia malos in ecclesia non manifestos sed latētes intelligi voluit, quos ita nesciunt sacerdotes, quemadmodum sub fluctibus quid acceperint retia nesciunt piscatores: propterea ergo & area comparata est, vt etiam manifesti mali cum bonis in ea prænunciarētur futuri. Neque enim palea qua in area est permixta frumentis, etiam ipsa sub fluctibus latet, quæ sic omnium oculis est cōspicua, vt potius occulta sint in ea frumēta, cum sit ipsa manifesta. De hac autem area similitudine, quia & ipsam intra ceteras ex Euangelio posueramus, nihil in literis suis contra nos scribere potuerūt, nisi Hieremiam Prophetam dixisse, Quid paleis ad triticum? Quod ideo dixit, quia similia non sunt, nō quia permixta esse nō possunt, quia in horreo non simul erunt, non quia in area pariter non trituratur, quāquam Hieremias cum hoc diceret nō agebat de populo dei, sed de somniis hominum & visionibus Prophetarum, quia hæc duo nulla similitudine cōparāda sunt, sicut plenitudini tritici, inanitas paleæ nō potest comparari. Tētauerunt sanē episcopi vestri negare in euāgelio scriptum, quod area sit ecclesia comparata, sed mox euangelicorū verborum commemoratione conuicti, ad idē se conuerterunt, vt etiā ibi dicerent occultos malos significatos, nō manifestos, de quibus scriptū est, Veniet ferens ventilabrum in manu sua, & mūdabit aream suā, frumenta recōdet in horreo, paleas autē cōburet igni inextinguibili. Vos autē iudicate, aperite oculos, aures intēdite veritati, si propterea sicut ipsi dixerunt, dominus ecclesiā retibus cōparauit, quia non manifestos sed latētes in eo voluit intelligi, quos ita nō vident sacerdotes, quæadmodum pisces intra retia sub fluctibus nō vident piscatores: nūquid & area sub aqua vel sub terra trituratur? Aut certē nocturnis horis, non in sole cōteritur, aut in ea rusticus cæcus operat? Quāto ergo melius seipos corrigūt quàm euangeliā sancta peruertūt, & ad vanū suæ mentis errorē eloquia dominica detorquere conātur? Aut enim illa pisciū similitudo nō propter occultos, sed tātū propter mixtos in ecclesia malos, quæ sicut illi ante litē, sic isti ante ventilabrum in Ecclesia misceatur. Ipsi etiā nos admonēt vt in area palea, manifestos in Ecclesia malos intelligamus, qui pisces intra natantia retia ppter occultos malos intelligi volūt, quia sicut illos nesciūt piscatores, sic istos nesciunt

A nesciunt sacerdotes. Cur enim nō dicamus, sic ergo & palea manifesti sunt mali, quia in aperto eam vidēt trituratores: Sed sicut illi nō possunt ante littoris exitum separari, sic nec illa potest ante finem debitum ventilari. Custodit autem deus innocentiam sanctorum & fidelium suorum, sicut piscium honorū, sicut pinguium frumentorum, vt intra ista retia non eis noceant permixta genera reprobanda, & in ista area non eis noceat permixta palea vētilāda, quia sicut ipsi dixerūt, relegerūt, subscriperūt, nec causa causa, nec persona poterit præiudicare persona. Hæc verba negarēt se forte dixisse, nisi sua possent subscriptione cōvinci. Ecce quā diligenter actum est pro salute nostra, vt verbis nostris subscriberemus, quod fieri omnino nolebant, & vt facerent, tandem aliquando pudore compulsi sunt. Nam extant verba eorum vbi hoc facere recusarunt, rursus alia verba vbi hoc facere consenserūt, quod primo negauerāt. Omnia scripta sunt, omnibus subscriptum est. Ideo enim videbantur nolle subscribere, vt negare se possent dixisse quod dixerant, & de gestis corrupti iudicis calumniari. Quod modo quia nō possunt, dicunt ipsum esse corruptum. Quod vt contra illos iudicaret, non nisi ipsi fecerunt, qui cōtra seipos pro nobis tanta dixerunt. Quæ vt negare non possent, etiam si coacti & iniuri, suis tamen prosecutionibus subscriperunt. Ideo ergo nolebāt subscribere, vt liceret eis per calumniam corruptorum gestorum negare quod dixerant, & ideo postea instante iudice consenserunt: quia sentiebant omnib; apparere, nihil sibi adiudicari nōlēdo subscribere, nisi se verba sua vt sibi legerentur timere. Maluerūt enim prosecutiones suas quibuscunq; nebulis postea defendere, quàm eas tam cito damnare. Sed videte, rogamus vos, quemadmodum ipsa sua defensione se prius implicent, & agant causam nostram, & omnino perimant suam. Nam post collationem posteaquam vici appellare voluerunt, obiecta sunt eis hæc verba, & ea conantur peiore sua implicatione defendere, quando ab eis quid egerint queritis. Ita enim vos putāt nō habere cor, vt non intelligatis eos omnino esse superatos, quædo vobis ea dicunt quæ omnino nō dicerent si aliquid vtile quod dicerent inuenirent. Quis enim ferat victos homines conqueri quod nocte cōtra eos est prolata sententia: quasi non sape iudices audiendi necessitas teneat, vt vsq; ad multam partem noctis sedere cogantur? Aut ideo non est verum quod dicitur, quia per noctem dicitur? Nec audiunt scripturam clamantem, Per diem mandauit dominus misericordiam, & nocte declarauit. Et iterum, Ad annuncianum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Ad quod dixerunt, nocte venisse ad dominum tenendum persecutores: non attendentes quoniam ipsis nocturnis horis etiam dominus veritatem suis discipulis prædicauit. Nec aduertere volunt quod scriptum est, Apostolum Paulum vsq; ad medium noctis produxisse sermonem. Si haberent verum quod dicerent, nox eos impedire nō posset, sed sanē tenebrosissimam noctem in suis mētibus patiebātur, quando cōtra seipos tanta proferebāt, nec ad veritatis lucem peruersum animum corrigebant. Et adhuc vtiq; dies erat, quando nobis forensi more de tempore præscribebant, dicentes causam lapsam esse, & agi iam omnino non posse: nec intelligentes nihil se hominibus ostendisse, nisi quātum timuerunt ne agerētur vbi eorum peruersitas, & catholica veritas monstraretur. Adhuc dies erat, quando volentes destruere iudicium Romāni episcopi Melchias Tomus septimus.

dis, quo purgatus & absolutus est Cæcilianus, etiam ipsum Melchiam traditorem fuisse dixerunt. Cuius criminacionis cum ab eis esset exacta probatio, gesta prolixissima recitarunt, vbi Melchias nomen quod aliquid tradiderit non fuit. Et recitauerunt etiam alia gesta, vbi Melchias legatur misisse diaconos cū literis Maxentij Imperatoris & præfectorij ad præfectum vrbs, vt reciperent loca quæ fuerāt à Christianis tempore persecutionis ablata. Vbi cum Melchias crimen nullum appareret, dixerunt superioribus traditionis gestis traditorem Stratonem fuisse recitatum, quod vocabatur vnus etiam ex diaconis quos ad recipienda loca miserat Melchias, eundem ipsum esse contententes, & non ostendentes. Neque enim Stratonem qui tradiderat, saltem diaconū fuisse monstrabant. Quod etiam si esset, respōdimus eis ante paruum tempus, in eodē clero Ecclesiæ Romanæ duos Petros diaconos fuisse. Ita mente cæci, tenebrosas calumnias inuestebant, addentes etiam manifestissimam falsitatem, quod non solum nomen, sed etiam loca & regiones & personæ conuenirent, quibus non alius sed ipse esse Straton ostenderetur, cum in illis gestis omnino nihil conueniens præter similitudinem nominis legeretur, quæ plena est cōsuetudo generis humani, vt non solū duos, sed etiam plures vno nomine vocitent. Nam ipsi quoque Donatum suum Carthaginensem, ne in iudicio Melchias ipse damnatus putaretur, quem multi pro magno habēt, à Donato Casensī distinguendum esse clamauerunt, quia Donatus Carthaginensis contra Cæcilianū missus fuerat ad Melchias episcopale iudicium, tam crassam noctem in corde gestantes, vt Donatum infamari nolent similitudine nominis sui, & Melchiam maculari vellent similitudine nominis alieni. Nunc autem Stratonem etiam Casianum nomen addere dicuntur, quod in collatione tacuerūt, quati Straton solus cognomen tale habere potuisset, & Casianus nō potuerit. Nec attendere potuerunt interna sua nocte impediti, non solum duos Ioannes, vnum baptistam, alterum euangelistam, sed etiam duos Simonos, vnum Petrum, alterum magum: in ipso deniq; tam paruo numero Apostolorum, non solum duos Iacobos, vnum Alpham, alterum Zebedei, sed etiam duos Iudas, vnum sanctum, alterum diabolum, cui tamen Iuda Apostolo sancto quisquis similiter mente cæcus de crimine Iudæ traditoris calumniaretur, non nisi istos imitaretur. Non enim mirum est si tales istos calumniatores post tam longum tempus patitur existimatio Melchias de duobus Casianis, vel de duob; Stratōnibus, qualis euangelica veritas parit de duobus Herodibus. Nam quia nō est expresse Herodes pro Christo occisis infantibus continuo mortuus fuerit, & quis Herodes cum Pilato dominum persecutus sit, putantes vnum fuisse, obiciunt Euangelio crimen falsitatis. Sic isti putantes vnum fuisse Stratonē vel Casianum, obiciunt Melchias maculam traditionis: & tamen illi tolerabilius errant, quum non solum nomen, verum etiam dignitas consonat, vterq; enim legitur rex Herodes: isti autem dignitatem cōsonare mentiti sunt, quia vtrorūque diaconos fuisse nullo modo legere potuerunt. Adhuc dies erat quando Cirtense concilium, si tamen concilium dicendum est, in quo vix vnde decem vel duodecim Episcopi fuerunt, vbi recitauimus traditores fuisse quosdam, qui cum Secundo Tigisitano contra Cæcilianum sententias protulerunt, falsū nō volentes ostendere, dixerūt persecutionis tempore nō

Execl. 18.

Ca. VIII.

H

Esai. 52.

Mat. 13.

2. Cor. 5.

Ioan. 3.

Ca. 12.

Mat. 13.

Esai. 52.

Cap. IX.

Cap. X.

Hierem.

M

Mat.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. XIII.

Cap. XIII.

G potuisse in aliquam domum illos vndecim vel duodecim Episcopos congregari: & vt probarent tepus fuisse persecutionis protulerunt martyrum gesta, vt diebus & consulibus cōsideratis, quod tempus fuerit appareret. Quæ martyrum gesta, cōtra seiplos protulisse conuicti sunt. In eis quippe gestis, manifestum est illo tempore persecutionis Christianas plebes solitas cōgregari. Vnde constat non esse incredibile, quod etiā illi episcopi in priuatam domum similiter conuenisse legebatur, vt plebi quæ poterat, sicut gestis martyrum cōtinebatur, etiam persecutionis tempore cōgregari, occulte ordinaretur episcopus, qui posset sibi etiam ipsi occulte clericos ordinare in tanta necessitate, vbi anterior episcopus cum clero lapsus, per epistolam ipsius Secundi, quæ ab istis allegata est, monstrabatur. Ex his martyrum gestis quæ ipsi proferebāt, admōniti sumus & in alia gesta martyrum intendere, & inuenimus, & diximus, feruente tempore persecutionis, & priuatam domum, quod illi fieri potuisse negauerant, cōgregationi Christianorum fuisse concessam, & in carcere fuisse baptizatos, vt viderent quā non esset incredibile tepore persecutionis in priuatam domum paucos Episcopos congregari, quando & in ipso carcere celebrabantur sacramēta Christi, in quo inclusi homines tenebatur pro fide Christi. Quantum nos ergo adiuuerint gesta martyrum proferēdo, quis non videat qui nō similem noctē habet in corde, qualem illi habebant qui hoc non videbant? Qui etiā hinc gestis ipsius Cirtensibus calumniabantur, quia ibi dies & cōsules legebantur, & exigebant à nobis, vt aliqua ecclesiastica concilia proferremus, vbi dies recitarentur & cōsules. Ipsi enim Carthaginense conciliū factum sine die & cōsule proferebant. Dicebāt enim etiam concilium Cypriani cōsules non habere, vbi tamen legitur dies, in illo autem ipsorum Carthaginensi nec dies. Nos autem, quod in manibus erat, Romanum concilium Melchiadis sicut illud Cirtense & diem habere demonstrabamus & cōsules: neque enim tūc ad horam antiqua archiua ecclesiastica discutienda nobis fuerunt, vnde ista cōsuetudo etiam veterum fuisse doceretur. Nec tamen inanes eis etiā nos calumnias mouere volumus, quare in Cypriani cōcilio dies inueniretur, in ipsorum autem nō inueniretur: quia illi vanas moras volebant innectere. Nā etiam hoc exigebant vt de scripturis sanctis ostenderemus alicubi dies & cōsules esse cōscriptos, quasi episcoporum concilia scripturis canonicis aliquādo fuerint comparata, aut possint etiam ipsi de scripturis sanctis proferre concilium, vbi Apostoli iudices sederint, & accusatū aliquem vel damnauerint, vel absoluerint. Et tamē respōdimus eis, etiam Prophetas libros suos prænotatis & definitis cōmendasse teporibus, quo anno, cuius regis, quoto mense anni, quoto die mensis factum fuerit super eos verbum domini, vt ostēderemus quā inaniter & calumniose de diebus & consulibus episcopaliū conciliorum questiones vanissimas excitarent. Fieri autem potest vt in codicibus sit varietas, dum alij etiam dies & cōsules diligentia maiore describunt, alij superfluum præmittunt. Sicut etiam codex de quo primum legimus iudicium Constantini, quo inter partes Cæcilianum innocētē, illos autē calumniosissimos pronūciauit, diem & cōsulem nō habebat. Quo etiam illi inuidiosissime proclamauerunt qd Imperatoris literas sine die & cōsule recitauimus, & tamen etiam ipsi alias eiusdem Imperatoris literas in causa Felicis ordinatoris Cæciliani, quas mirabili cæcitate cōtra seiplos protulerunt, sine

die & cōsule recitarūt, nec eis inde aliquid obieciunt, R ne similiter vt ipsi tempora necessaria superfluis verbis occuparemus. Hæc autem modo dicimus, vt vobis saltem oculos aperiamus, & tenebrosa nocte carere, quæ vestri episcopi corde gestabant, qui nocturnam sententiam cogitationi iudicis obiecerūt, & ipsi per diem interioribus tenebris inuoluti, mirabili cæcitate cōtra seiplos tanta dixerunt. Leguntur in Actis apud Carthaginis magistratū expressa verba Primiani, vbi dicit quod parentes eorum, nostri maiores variis exiliis vexauerunt: & in collatione probare conantur accusantibus maioribus suis, ab Imperatore Cæcilianum exilio esse damnatum. Dicunt in literis suis communionem suam esse ecclesiam veritatis, quæ persecutionem patitur, non quæ facit: & conantur ostendere Cæcilianum damnatum iudicio Imperatoris persequentibus maioribus suis. Et hoc dicunt factum non per Donatū Casensē, sed per eum quæ præ cæteris prædicant Donatum Carthaginensem. Hoc enim scriptis suis per suos modo iactare dicuntur, vbi victi iudicem accusant, quia noctē in corde ipsorum nocturna veritas cōfutat, Donatum illum, illum inquam Donatum, quem dixerunt Ecclesiæ Carthaginensis ornamentū, & martyrialis gloria virum, sic commendare voluerunt vt dicerēt, quod apud Imperatoris Cōstantini cognitionem, ipse reum & asseruerit & conuicerit Cæcilianum. Illū ergo virum gloria martyrialis apud Imperatoris cognitionē, Cæciliani damnatio cōsecuta est. Illo viro gloria martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore damnatus est. Quod quidem nos falsum esse conuincimus, qui eiusdem Imperatoris literas quibus se inter partes audiisse & iudicasse testatur, vbi Cæciliano absoluto atque purgato illorum calumnias detestatus est, prolata archiua publico recitauimus. Contra quas omnino quid responderent nihil inuenire potuerunt, ad eas cōfirmandas cōtra seiplos alia protulerunt. Proinde à maioribus eorum apud Imperatorem accusatum constitit Cæcilianum, damnatum autem non constitit, immo etiam constitit absolutum. Sed tamen vel vos videte quantum adiuuerint causam nostram episcopi vestri, qui de illa voluerūt etiam falsitate gloriari. Si enim Donatus ille vir gloria martyrialis apud Imperatoris cognitionem reum asseruit Cæcilianum, & illo viro gloria martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore damnatus est, respondeant nobis quando hæc agebantur, quis erat martyr, vtrum Donatus qui hominem apud Imperatorem persequeretur, an Cæcilianus, qui illo persequente ab Imperatore damnatus est? Vbi est nunc illa definitiua regula ipsorum communionis Donati, esse ecclesiam veritatis quæ persecutionem patitur, non quæ facit? Ecce patitur Cæcilianus, Donatus facit. Quis eorum est vir gloria martyrialis? Attendite, aduertite, nolite in errorem perniciosum adhuc vsq; seduci. Veritatem quæ vobis occultabatur, deus aperire dignatus est: falsitatem quæ nobis ostēdebat, deus confutare dignatus est. Tanto eius beneficio quare adhuc estis ingrati? Hoc est nempe quod vobis sæpe dicebant, vnde cordis vestri oculos astra fallacia caligabant. Et adhuc etiam conuicti inde se iactant, inde nos lacerant, quia nos facimus persecutionem, ipsi patiuntur. Hoc eis remāsit omni ex parte superatis, vnde adhuc nebulas faciant imperitis, hinc se quasi ostēdentes ecclesiam veritatis, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Non vos ergo adhuc fallant, hoc eis facimus, quod maiores suos, & ipsum quæ prædicant velut martyrialis

A tyrials gloria virum Cæciliano fecisse gloriatur. Hoc ille egit apud Imperatorem, vt conuictus Cæcilianus illius iudicio damnaretur. Hoc & nos egimus, vt isti conuicti similia paterentur. Si male fecit, quare hoc ille Donatus faciebat? Si autē recte fecit, quare hoc catholica Ecclesiæ parti Donati non faciat? Immo recte fieri nec illi dubitant, qui hoc maiores suos quos multum laudant, fecisse gloriantur: nec nos dubitamus qui hoc esse faciendum negare non possumus, vt sine effusione sanguinis, qui verbis nō emendantur, aliqua mitissima pena legum corripiantur inquieti. Et si forte imperator permotus mente, sacrilegam pertinaciam grauiore supplicio statuit esse plectendam, mitius agant iudices quibus semper licuit lenire atque euollire sententiam: quamuis non possit ostēdi Cæcilianum ab Imperatore Constantino esse damnatum. A vobis tamen error ille sublatus est, quo putabatis eam esse veram Ecclesiam quæ persecutionem patitur, nō quæ facit: fecit enim Donatus, passus est Cæcilianus. Et si persecutionem patitur pars Donati, patitur cum illa etiam pars Maximiniani, quam & ipsi Christi Ecclesiam nō esse confirmant. Ac per hoc & facere persecutionem non est iniquitatis indicium, quia & boni faciūt malis, & mali bonis: & pati persecutionem non est iustitiam documētum, quia eam nō soli boni pro pietate, sed mali pro iniquitate patiuntur. Cum enim dixisset dominus, Beati qui persecutionem patiuntur: ne inde se iactent heretici, addidit, propter iustitiam. Nam quāta mala nostris fecerint furiosissimi clerici & Circumcelliones partis Donati, nos & vos. Incensa sunt Ecclesiæ, missi in flammam codices sancti, incensa etiam priuata domus, rapti homines de sedibus suis, & omnibus quæ inerāt ablatis aut perditis, ipsi etiam laniati & excæcati. Nec ab homicidio potuit reperari, quamuis sit mitius huic luci mori, quā istam lucem auferre viuenti. Ventum est ad homines, non vt retenti aliqūd ducerentur, sed tamē vt ista paterentur. Nec tamen nostros ideo iustificamus quia ista perpessi sunt, sed quia pro Christiana veritate, pro Christi pace, pro Ecclesiæ vnitatis perpessi sunt. Illi autē sub tā multis sub tam feruis legibus, & sub tanta Ecclesiæ catholice quæ dominus ei tribuit potestate, quid tale patiuntur? Si quando enim morte multatū, aut ipsi se occidunt, aut eorum cruentæ violentiæ dū resistitur occiduntur, non pro communionem partis Donati, nec pro errore sacrilegi schismatis, sed pro apertissimis facinoribus suis & sceleribus suis, quæ more latronū ruentes furore & crudelitate committunt. Pro parte autē Donati vix aliqūd tale patiuntur, quale Cæcilianum Donato instante passum esse dixerūt. Aut ergo persecutio non omnis iniusta est, aut non est persecutio dicenda cum iniusta est. Quapropter aut persecutionem pars Donati patitur iustam, aut persecutionem nō patitur, quia patitur iuste. Non autē iuste passus est Cæcilianus, quia innocēs probatus & absolutus est. Quod quidē illi negauerūt, & potius ab Imperatore damnatum esse dixerūt, & ideo maiores suos maximeq; Donatum, à se tanta prædicatione laudatum, Cæciliano persecutionem fecisse confessi sunt. Illum autem cōuictum atque damnatum probare minime potuerunt, immo etiam, quod nos dicebamus eum esse absolutum atq; purgatum, ipsi quoque multa contra seiplos legendo firmarunt, & tamen liberum arbitrium sibi ab imperatore concessum esse iactant. Victi itaq; & confusi, id sibi etiam nunc flagitabant debere cōcedi, quod maiores eorum Cæciliano non cōcedebāt, quem sic apud Imperatorem accu-

farunt, quem illis accusationibus ab Imperatore damnatum isti etiam mentiri voluerunt. Si voluntas libera vnicuique tribuenda est, Cæciliano prius tribueretur. Si hæc non homini iudici permittenda, sed deo potius dimittenda sunt, Cæcilianus prius apud Imperatorem non accusaretur. Expergiscimini aliquando, non vos tartareus obliget somnus, nō in profundum sacrilegi erroris adhuc impia cōsuetudo demergatiam cōsonate paci, cohærete vnitati, acquiescite charitati, cedite veritati, Ecclesiam catholicam incipientē ab Hierusalem cognoscite vsquequaq; diffundi. non communicat pars Donati, cui causa præiudicat Cæciliani. Totiens enim purgatus, totiens absolutus, etiam si nō esset innocens, nec causa causa præiudicat, nec persona persona. Hæc verba per orbē terræ vniuersa personat Ecclesiæ, clamat etiam membrū illius in Africa. Testimonium dei noui, negotium Cæciliani non noui. Credo innocentem à vestris maioribus insectatum, quem lego totiens absolutum: sed qualiscunq; sit causa eius, causa meæ nihil præiudicat: qualiscunq; sit persona eius, persona meæ nihil præiudicat. Vos hoc dixistis, vos ad hoc subscripistis, nec causa causa præiudicat, nec persona persona. Ecce dominus dicit per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem: diuinam veritatem in vna Ecclesia teneamus, & humanas lites aliquando finiamus. Nunquid enim verba ista vbi dixerunt, nec causam causæ, nec personam præiudicare personæ, vllō modo post istam collationem defendere potuerūt, ac non potius se multo perplexius implicauerunt? Sic namq; in quibusdam scriptis suis locuti sunt, causam causæ & personam non præiudicare personæ. A vobis, inquit, dictum esse memoriter recentium est, sed alloquimur nobis nō præiudicari ab iis qui à vobis vel reiecti sunt, vel damnati. ij autē qui ex Cæciliani ordinatione descendūt, quos de prædecesore origo numerat ad reatum, quemadmodum nō possunt ordinatoris sui criminibus obligari, cum per seriem protensus peccatorum funis quoscunq; communionis vinxerit vinculo, necesse est vt consortes faciat esse peccati. O mira defensio, tam densum & arctum est vbi eis adhaeruerunt pedes, vt eum euellere conantes, frustra & manus & caput figant, & in eodē luto hasitantes arctius inuoluantur. Ex eis enim quos vel reiecit se, vel damnasse cō-

Ca. XVIII.

Lucæ 24.

Lucæ 24.

Cap. XIX.

In eodē In-

F

ij

G Præiudicat nobis olim defunctus ignotus, & istis non præiudicat viuus, à quibus legitur paulò ante dånatus, & quibus cernitur modo sociatus? Nobis inuoluitur funis Cæciliani à quibus ignoratur, & illis nõ inuoluitur catena Feliciani, quorum in eum sententia recitatur vbi ipsa catena dånatur? Illis licet dicere, suscepimus quos dånauimus pro pace Donati, quia nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ: & nobis non licet dicere propter eos quos damnastis, non deserimus pacem Christi, quia nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ: O ferream frontem, ò furoris tenebras, nocturnam sententiam iudici obiiicientes, & visu cordis nocte palpantes, offendetes, cadentes, cõtra nos rabide litigates, & pro nobis tanta dicentes. Insuper adhuc etiam modo commemorare audet prophetica & apostolica testimonia, quibus nos vniuersaliter in illa collatione respondimus, ostendetes ipsos Prophetas sanctos cum iniquis in vno tẽplo, sub eisdem sacerdotibus, inter eadem sacramenta versatos, nec tamen à malis fuisse pollutos, quia nouerant inter sanctum & immundum, nõ sicut isti sentiunt, corporaliter populum diuidendo, sed bene iudicando & bene viuendo discernere. Et hoc sine intermissione faciebant, vt in illa domo magna, sicut dicit Apostolus, alia vasa in honorẽ, alia in contumeliã, seipsos à talibus morum diuersitate mundaret, & essent vasa in honorem vtilia domino ad omne opus bonũ parata. Sed bene quod ipsi ex multis testimoniis, quæ in literis suis non intelligentes inseruerunt, quas in collatione protulerunt & legerunt, tanquam præcipuum de Aggæo Propheta testimonium modo post collationem vici commemorarunt. In isto ergo Propheta multo euidentiùs quod volumus demonstramus, quia non corporalis sed spiritalis contactus, qui fit per consensionem, ipse polluit homines, quorum causam vnam facit ipsa consensio. Nam quando impios dominus etiã visibili pœna perdere voluit, ipse ab eis iustos admonitione separauit: sicut Noë cū domo sua ab eis quos diluuium fuerat perditurus: Sicut Loth ab eis quos igne fuerat consumpturus: Sicut populũ suum à synagoga Abiron, quã fuerat extinguiturus. Ideo & illũ qui non habebat vestem nuptialem, non illi qui inuitauerunt, sed ipse dominus cuius erat conuiuium, ligari iussit & proiici. Neq; enim & ipse sicut piscis sub fluctibus erat, & sic ab inuitatoribus quomodo piscis à piscatoribus videri nõ poterat. I Proinde ne putaretur, sicut isti putant, quod velut vnũ in turba latenter subrepsisset ignarus, cõtinuo dominus in eodẽ ipso vno, quẽ ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores ex illo conuiuio proiici iussit, multã societatem malorum esse intelligendam, inter quos pauciores boni in cõuiuio dominico viuunt, significare non distulit. Nam posteaquã dixit, Ligate illi manus & pedes & proiicite eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium: cõtinuo subiecit, Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quomodo hoc verũ est, cum potius vnus è multis fuisset proiectus in tenebras exteriores, nisi quia in illo vno grãde corpus figurabatur omnium malorum ante domini iudiciũ cõuiuio dominico permixtorum? A quibus se boni corde interim ac moribus separant, simul māducantes & bibetes corpus & sanguinem domini, sed cum magna distinctione: quia isti in honore sponsi induti sunt veste nuptiali, non suauenter, sed quæ Iesu Christi: illi autẽ non habent vestem nuptialem, hoc est, fidelissimam sponsi charitatẽ, sua querentes nõ quæ Iesu Christi. Ac per hoc etiã est in vno eodemq; conuiuio, isti misericordiam mandu-

cant, illi iudicium, quia ipsius cõuiuij canticũ est, quod K & supra cõmemorauit, Misericordiã & iudicium can. *Mal. 1. 11.* tabo tibi domine. Nec ideo tamẽ dormit Ecclesiastica disciplina, vt corripiat iniquos. Neq; enim à populo dei separamus, quos vel degradãdo vel excommunicãdo ad humiliorem pœnitẽdo locum redigimus: & vbi hoc facere pacis & tranquillitatis Ecclesiæ gratia non permittimur, non tamen ideo Ecclesiã negligimus, sed toleramus quæ nolumus, vt perueniamus quod volumus, vt tẽtes cautela præcepti dominici, ne cum voluerimus ante tẽpus colligere zizania; simul eradicemus & triticum: Vtentes etiam exẽplo & præcepto beati Cypriani, qui collegas suos fœneratores, fraudatores, raptores, pacis contẽplatione pertulit tales, nec eorum contagione factus est talis. Vnde & nos si triticum sumus, eiusdem beati martyris verba fidelissimè dicimus, quia est videtur in Ecclesiã esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania in Ecclesiã cernimus, ipsi de Ecclesiã recedamus. Hæc verba iustissime ac piissimè dicent maiores nostri, etiam si Cæcilianũ & aliquos Episcopos eius malos viderent, quos tamen ab Ecclesiã separare non possent propter illos quibus mali demonstrari non poterant, & eos bonos & innocentes putabãt: Hæc verba omnino L dicerent, hoc omnino sentirent, ne cum vellent temere zizania separare, simul & triticum eradicarẽt. Quod ergo iustus est quidam Propheta nec panem manducare nec aquam bibere in Samaria, quod missus fuerat vt corripere eos, qui vacas cõstituerant adorãdas more idolorũ Aegyptiorũ, hoc omnino facere debuit quod præceperat dominus, cui tunc eo modo illos corripere placuit, vt nihil ibi alimentorũ tangeret Propheta quẽ miserat. Nũquid enim in Ecclesiã nõ fit quotidie, quãdo eos quos a crius corripimus, etiam si in eorũ possessione sumus, nihil ibi apud eos cõtingimus, vt sentiant quantũ eorũ peccata dolemus? Nunquid tamen ideo etiam plebis discessio faciendã est, vt sicut mollis herba indiscrète eradicentur infirmi, qui de pectorib; hominum & ignotis factis, etiam si nobis sint cognita, iudicare non possunt? Nam in ipsa Samaria & Helias & Helisæus erant, est si ipsi in solitudine, nõ tamẽ deuitandorũ sacramentorum causa, sed quia persecutionẽ ab impijs regibus patiebantur: Nam illic erant nõ vtiq; in solitudine separata, quæ ipse ignorabat Helias septem milia virorum, qui non curauerunt genu ante Baal. *1. Reg. 18. 19.* Deniq; inter præcipuos sanctos habitus Samuel & grauius Saulem corripuit, & cum eo tamẽ ad offerendum deo sacrificium sine excusatione perrexit, nec peccatorum eius cõtagione pollutus est, sed omnino mundus meritorum suorum cõseruatione permansit. Sed istam nobis quæstionem quãuis euidẽter & in collatione & modo soluta sit, euidentiùs tamen soluit Aggæus, cuius testimoniũ præ cæteris elegerunt, vt solum adhuc præ omnibus iactent. Arguit dominus per Aggæũ Prophetã, populũ ex Babylonia residuum vbi captiuus tenebatur, quod domum dei negligenter, & suas domos extollerent, & dicit propterea se plaga sterilitatis eorum percussisse regionem. Tunc Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnis ille populus diuinitus inspiratõ operari cœpit in domo domini dei sui. Sicut enim eadẽ scriptura dicit, Et suscitauit dominus spiritũ Zorobabel filij Salathiel ex tribu Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritũ residuorum omnis populi, & introierunt & faciabant opera in domo domini omnipotentis dei sui *quarta*

A quarta & vicesima die mensis sexti: secundo anno sub Dario rege. Ecce & dies & mensis & annus definitus est, quando intraverũt ad operandũ in domo domini. Credo quod illi viri, & ille populus operans in domo domini immundus, præsertim quia dixerat ei dominus, Ego vobiscum: Denique videte quid sequitur, cõtextit enim eadẽ scriptura & dicit, Septimo mense vna & vicesima die mensis, locutus est dominus in manu Aggæi Propheta dicens ad Zorobabel filium Salathiel ex tribu Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum, & ad omnem populum residuum, dicens, Quis ex vobis vidit domum hanc in claritate pristina? Et quomodo videtis eam modo, cum nõ sit in conspectu vestro? Et nunc præuale Zorobabel dicit dominus, & præuale Iesu filij Iosedech sacerdos magne, & præuale sce omnis populus terre, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus præest in medio vestrum. Bono animo estote, quoniam hæc dicit dominus omnipotens, Adhuc semel & commouebo cælum & terram, mare & aridam, & concutiam omnes gentes, & venient omnia electa gentium, & implebo domum hanc, dicit dominus omnipotens: & cætera quæ addidit, etiam futura prophetans quæ domini nostri Iesu Christi rectius intelligi solent, cuius populus verissimũ & sanctissimũ est templum dei, non etiam in eis qui permixti tolerantur, sed etiam in eis qui nunc interim à talibus bene viuendo spiritaliter separantur, post vero etiam corporaliter separandi sunt. Veruntamen illum populum cui propheta ista prænunciata est, & qui tunc operabatur in domo dei, vbi erant & illi duo, Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, quomodo sit exhortatus & commedatus à domino, satis in promptu est videre in his verbis prophetiæ quæ sicut dicta sunt inferuimus. Nunquidnam ergo istum populũ immundũ possumus dicere, ad quẽ si quis accesserit inquinabitur, cui populo dicitur, Et nunc præuale Zorobabel dicit dominus, & præuale Iesu filij Iosedech sacerdos magne, & præuale sce omnis populus terre dicit dominus omnipotens, & spiritus meus præest in medio vestrum? Quis demencissimus dixerit istum esse populũ ad quem si quis accesserit inquinabitur? Nunc ergo attẽdite quid post illam prophetiam, quæ huic populo de Christi tẽporibus annunciata est, consequenter scriptura cõtextit, Quarta & vicesima noni mensis anno secundo sub Dario rege, factum est verbum domini ad Aggæum Prophetã, dicens, Hæc dicit dominus omnipotens, Interroga sacerdotes legem domini, dicens, Si sumpserit homo carnem sanctificatã in summo vestimenti sui, & attigerit summum vestimenti sui, panem aut pulmẽtum aut vinum, aut omnem escam, si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, non. Et dixit Aggæus, Si tetigerit inquinatus in anima aliqua horum, si inquinabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, inquinabitur. Et respondit Aggæus & dixit, Sic populus hic & gens hæc in conspectu meo dicit dominus, & sicut opera manuum ipsorum: & quicumque accesserit ad illum inquinabitur propter præsumptiones eorum matutinas à facie labiorum suorum, & odio habebatis in portis arguentes. Quis est iste populus tam immundus, vt quisquis ad illos accesserit, inquinetur? Nunquid ille cui dictum est, Præuale sce, & spiritus meus in medio vestrum? Absit vt ille sit. Duo igitur erunt, vnus immundus, & alter qui ad immundum prohibetur accedere, qui exhortabatur præualescere, quia spiritus dei erat in medio eorum. Si ergo duo erant, ostendatur & duo tẽpla, vnum Tomus septimus.

quod iste, alterum quod ille ingrediebatur. Ostendatur & duo altaria, vnũ in quo iste, alterũ in quo ille victimas offerebat. Ostendatur & sacerdotes, huius alij, & illius alij, qui pro suo quisque populo separatim sacrificabãt. Si autem quisquis hoc affirmare conatur, insanit, sic erant isti duo populi in vno populo, sub vno sacerdote magno, vnum templum intrantes, sicut erant etiam sub vno Moysẽ quidam deũ offendetes, quidam deo placetẽs, de quibus Apostolus dicit, Non in omnibus illis beneplacitum est deo. Neque enim ait, in omnibus illis beneplacitum non est deo: tanquam omnes displicerent deo, sed ait, non in omnibus illis beneplacitum est deo: ergo in quibusdam, nõ in omnibus. Et omnes sub eisdem sacerdotibus erant: in vno eodemq; tabernaculo, in vno eodemque altari hostias offerebant, & tamen distinguebantur factis, non locis: animo, non templo: moribus, non altaribus. Sicut alij ad alios non accedebant, ne ab eis inquinarentur: hoc est, eorum malis factis non consentiebant, ne simul damnarentur. Non enim & illos malos Moyses tãtus Propheta nesciebat, quorum impia murmura & horrendas amaritudines quotidie sufferebat. Sed istum nescisse faciamus. Nunquid & Samuel Saulem nesciebat, quem per os eius æterna sententia damnarat deus? Veruntamen & ipsũ & sanctum David vnũ dei tabernaculũ intrantes inter eadem sacrificia videbat, sed distincte vtiq; videbat, quia distinctos videbat, & vnũ eorũ in æternum amabat, alium pro tempore tolerabat. Sicut & Aggæus nouerat in vno populo duos populos, vnum templum intrantes, sub vno magno sacerdote viuentes, & alterũ ostendebat immundum, alterum ad immundum accedere prohibebat, & tamen nec illos nec seipsum ab eodem templo & ab eisdem altaribus separabat. Ergo spiritalẽ prohibebat accessum consensionemq; factorũ, quod & ipsa verba clamant, si aures asint quas animositas furiosa non claudat, aut strepitus variæ contentionis non impediãt. Ait enim Propheta, Omnis qui accesserit illõ, inquinabitur. Vitũ notat quo accedi prohibuit, non homines ab hominibus corporali disunctione seclusit. Acceditur autem ad vitum corruptionis, vitio cõsensionis. Ac ne quisquã diceret illum populum, cui primo dictum est, Præuale sce, quoniam spiritus meus præest in medio vestrum: paucis interpositis diebus in deterius commutatũ, vt audire mereretur, Sic populus iste & gens ista, omnis qui accesserit illõ, inquinabitur. dies enim ferme nõnaginta computatur inter verba illa quæ bona in populũ dicta sunt, & ista quibus eius immunditia vitanda præcipitur. Ne quis ergo hoc putaret, bonum illum populũ, quãuis hoc paruo temporis interuallo tam pessimum effectum, videte quod sequitur, attendite quid dicitur eo ipso die, hoc est, vicesima & quarta noni mensis, quo die dictum est, Sic populus iste & gẽs ista, omnis qui accesserit illõ, inquinabitur. cum enim hoc dixisset, & mala eorum commemorasset, quorum merito demonstrarentur immundi, addens etiam & dicens, Odio habebatis in portis arguentes: continuo subiunxit, Et nunc ponite in cordibus vestris à die hoc, & supra, priusquam ponatur lapis super lapidem in templo domini, qui eratis cum mittebatis in capsella viginti sata hordei, & siebant decem sata: & intrabatis in torculari exhaurire quinquaginta amphoras, & siebant viginti. Percussi vnus infœcunditate, & venti corruptione & grandine omnia opera vestra, & non estis conuersi ad me dicit dominus. Constituite igitur corda vestra à die hoc & deinceps à quarta r iij

G & vicesima noni melis, & a die qua fundatum est templum domini, ponite in cordibus vestris, si adhuc cognoscatur in area, aut si vitis, aut malum, aut ficus, aut malogranatum, & ligna oleæ quæ non fecerunt fructum, a die hoc benedicam. Ecce ipso die etiam benedici meruerunt. Benedictio ergo hæc puto quod non pertineat ad illos ad quorum immunditiam prohibet accedi, sed ad illos bonos qui prohibentur accedere. In vno ergo fuerit & permixti & separati: permixti quippe corporali taeta, separati autem voluntatis abscessu. Sed more suo scriptura loquitur, quæ sic arguit malos, tanquam omnes in eo populo mali sint: & sic consolatur bonos, tanquam omnes ibi tales sint. Pro nobis ergo Episcopi vestri, etiam in eo quod post collationem victi subscripsisse dicuntur, Aggæi Prophetiam posuerunt, unde commemorant euidentius probari quod dicimus, quia in vno populo, in vno templo, sub eisdem sacerdotibus, inter eadem sacramenta, hominibus dissimili voluntate in mentibus & diuersis moribus separantibus, hæc causa causæ, nec personæ potest præiudicare persona. Id etiam quod ex Apostoli Epistola, scriptis suis etiam modo commemorant, ubi ait, Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio luci ad tenebras? &c. quæ supra commemorauimus, & quomodo recte intelligeretur ostendimus, quid aliud agunt, nisi vt nos commemoratione quibus hoc Apostolus scripserit? In eo quippe populo Corinthiorum quod dicimus demonstramus, ne forte arbitrentur prophetarum tantummodo moris fuisse, & non ad noui testamenti, sed ad veteris consummationem pertinere, sic arguere reprehensibiles, quasi omnes in eo populo agnoscantur: & sic alloqui laudabiles, quasi omnes ibi laudentur. Ecce & ad Corinthios sic Apostolus loquitur, Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sothenes frater, Ecclesiæ quæ est Corinthi, sanctificationis in Christo Iesu vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro: gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Quis hæc audiens credat in Ecclesia Corinthiorum esse aliquos reprobos, quando quidem verba ista sic sonant, vt ad omnes directa sit ista laudatio? Et tamen paulopost dicit, Obsecro autem fratres vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Rursum tanquam in hoc horrendo vitio velut omnes arguens atque increpans, dicit, Diuisus est Christus: Nūquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Puto autem eos qui in eo populo dicebant, Ego sum Christi: non duxisse iugum cum eis qui dicebant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha: & tamen omnes ad vnum altare accedebat, & eadē sacramenta communicabāt, qui eadē vitia non comunicabāt. His enim Corinthiis etiam illud dictum est, Qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. Quid enim aliud Apostolus nisi istos vaniloquos cogitabat, vt ei non sufficeret dicere, iudiciū manducat & bibit: nisi adderet, sibi ne hoc etiam ad illos pertineret, qui pariter quidē sed non iudicium manducabāt. In ipsis etiam Corinthiis ibi erant qui non credebant resurrectionem mortuorum, quæ singularis fides est Christianorum. Quod eis ita dicit Apostolus, Si autem Christus prædicatur quod re-

surrexerit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Non dixit in hac terra vel in hoc mundo: sed, in vobis, inquit. Neque posset de Christi resurrectione præscribere, nisi iam vtique Christianis, quibus de ipsa resurrectione Christi dicit, Sic prædicamus, & sic credidistis. Nunc attendamus verba illa quibus Corinthiorum Ecclesiam in Epistola principio sic laudat, vt dicat, Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Ecce sic erant ditati in Christo in omni verbo & in omni scientia, ita vt eis nihil desisset in vlla gratia, vt in illis essent qui resurrectionem mortuorum ad huc usque non crederent. Puto autem quod isti quibus nihil deerat in vlla gratia, non ducebant iugum cum eis qui resurrecturos mortuos non credebant. Ecce quomodo non ducunt iugum cum infidelibus, quæ uis eidem populo miscantur, & sub eisdem sacerdotibus, eisdem sacramentis imbuantur. Denique ipse Apostolus ne huic infidelitati consentiret, quorum iam fides tenebat resurrectionem mortuorum, non eis præcepit corporalem separationem. multi quippe erant, non sicut ille vnus, qui vxorem patris sui habuit, quem liberiore correptione & excommunicatione iudicat dignum. Longe aliter iste, aliter vitiosa curanda & sananda est multitudo, ne forte si plene separaretur, per schismatis nefas etiam triticum eradicetur. Eos ergo qui iam credebant resurrectionem mortuorum, ab his qui eam in eodem populo non credebant, non corporaliter separari sed spiritaliter separare non cessat, dicens, Nolite seduci, Corin. rumpunt mores bonos colloquia mala. Non eorum congressum, sed consensum timet, ne malis colloquiis accommodent fidem, quæ corrumpit bonos mores. Moribus ergo eos non altaribus admonet separari. Postremo antequam eis hæc Apostolus scriberet, in eadem Ecclesia erant qui resurrectionem non credebant, in qua erant quibus nihil deerat in vlla gratia, & illi istos infidelitate sua non inquinabant, quia isti illis ad eandem infidelitatem non consentiebant. Ecce quomodo illud non acceditur, ne quisquis accesserit inquinetur: Ecce quomodo nulla participatio est lumini ad tenebras: Ecce quomodo quauis intra eadem retia natent pisces, vtrique, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Quod cum ita sit, quæ tam cruda stultitia, quis tam ferreus cordis somnus posset non aliquando sentire Cæciliani causam catholico orbi terrarum, cui non communicat pars Donati, præiudicare non posse, si non præiudicat parti Donati causa Maximiniani, vel potius causa Feliciani & Primiani modo coniunctorum, paulo ante damnatorum? Sufficit certe, vt secundum ipsos loquamur, quod pisces mali sub fluctibus latitantes ignaros non polluit piscatores, quauis non sit de piscatoribus questio, quos fortasse in illa similitudine dominus angelos intelligi voluit. Magis enim attendendum est intra ipsa retia pisces bonos a malis non posse maculari. Neque enim & ipsi non vident inuicem simul nates, sicut a piscatoribus intra aquam positi non videntur, sed vt dixi sufficit causa nostre, quod mali non pollunt, quorum malefacta nesciuntur. Fuerit quidem tempore Cæciliani beati pacifici, qui cum etiam innocens non esset, scientes pro catholica vnitatem tolerarent, cum eum viderent tot ignotis gentibus per quas ipsa vnitatem dilata-

LIBER VNVS: 132

A coherere, eisque talem non posse monstrari, qualem ipsi cum esse cognoscerent, ipsique se contra istas calumnias defenderent verbis beati & pacifici Cypriani, clamarentque fideliter & dicerent: Ideo propter Cæcilianum non deserimus vnitatem, quia etsi videntur in Ecclesia esse zizaniam, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniã zizaniam esse in Ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Istorum pacificæ patientiæ conueniret præclarissima laus illa qua laudatur angelus ecclesiæ Ephesi: Eum nemo recte intelligere dubitat ipsius ecclesiæ gestare personam, cui dicit in Apocalypsi, Scio opera tua & laborem & patientiam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse & non sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiam habes, & sustinisti eos propter nomen meum, & non defecisti. Sicut illi laudantur qui in ista vita Cæciliani tempore fuerunt, qui propter nomē domini, quod sicut vnguetum effusum per innumerabiles gentes toto iam orbe fragrabat, non defecere patientissime sustinendo etiam quem malum nosset, si malus ille esset, qui eorum iudicio aliis monstrari & ab eis velle separari non posset. Nostri alia causa est, arrogare nobis laudem huius patientiæ non debemus: Non enim possumus dicere nos pro pace tolerantē quod ad nostrā cognitionē profusus non potuit peruenire. Nobis Cæciliani causa sub fluctibus fuit, vox nostra talis est qualis Christianarum gentium ceterarum, contra quas isti non inuenerunt omnino quod dicerent. Veruntamen ignotam Cæciliani causam recte credimus bonam, quem semel inimicorum factione damnatum, ipsis autem accusantibus tertio legimus absolutum. Aut credant isti centum ferme Episcopis partis Donati de criminibus Primiani, & tunc cogant nos credere septuaginta maioribus suis de criminibus Cæciliani. Quod autē dicunt Cæcilianum obiecta sibi nullo concilio criminata cum absens fuerit tacēdo firmasse, firmavit ergo & Primianus crimina, quæ a centum Episcopis sibi obiecta nec postea saltē ostenditur diluisse. Sed videlicet nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ, ne pars Donati minuat: præiudicat autē, vt Christi hæreditas diuidatur. In vero Cæciliani causa non præiudicat vnitati catholicæ quam tenemus, & cuius societate gaudemus, cum fuerit Cæcilianus Carthaginensis Episcopus, & præiudicat ei causa Cæcilianus postea sicut Cæcilianus Feliceque putauerunt, quorum nomina, imò vero ipsarum in quibus fuerunt ciuitatum nec vniuersæ Africa nota sunt, aut fortasse nec vniuersæ proconsulari prouinciæ? Ecce quorum pisciculatorum, etiam si mali fuerunt tam in profundo latentium causa volunt præiudicare causam tantæ piscationis, cui plena retia toto orbe diffusa sunt, qui piscibus iuxta natantibus vix noti esse potuerunt. Cur autem non credamus etiã istos innocentes fuisse, quando nec accusari ab eis, sicut dixi, postea meruerunt, & ille purgari potuit quæ maiores eorum malorum omnium fontem in concilio illius inimica conspiratione dixerunt? Sed qualescunque isti fuerint, quid pertinet ad nos? Neque enim vere non nobis concedunt, vt istorum nefcio quorum causa atque persona non præiudicet causæ atque personæ Ecclesiæ catholicæ, vel si nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ: & tamē obiciunt nobis vt adhuc vos seducant, quod aurum iudici dederimus, vt pro nobis contra illos sententiam diceret: vos dicite si potestis, quantum dare debuerimus electis de senioribus Episcopis vestris, vt tanta contra se pro no-

bis vel diceret vel proferreret, vt sic agerent causam nostram, sic perimerent suam? Quanti emere debuimus, vt post verba Primiani, quibus dixerat, Indignum est vt in vnum conueniant filij martyrum & progenies traditorum: venirent tamen, & in vnum nobiscum, quod indignum dixerant, conuenirent? Quanti emere debuimus, vt more forensium aduocatorum de temporibus & diebus, de personis etiam nobis præscribere conareretur, & sic omnibus hominibus etiam illis qui nostras disputationes intelligere non possent, satis apparere monstrarent quam malam causam haberent, quam proferre & agere sic timebant apud eum iudicem, cuius erga se benignitatem atque iustitiam tanto præconio laudauerant, & cuius motum aduersum se nullum adhuc senserant? Quanti emere debuimus, vt ipsi deinde exigenter non secum agi debere foribus for mulis, sed diuinis potius testimoniis, & de scripturis sanctis similiter se responsuros esse promitterent: & cum mundatum concilij catholici, quod obtuleramus, recitatus esset, atque in eo ipsis etiam contentibus claruisset, nos Ecclesiæ catholicæ testimoniis sanctarum scripturarum agere voluisse, rursus tanquam obliti quid sibi placere dixissent, ad eandem forenses præscriptiones perplexis & odiosis contentionibus remearent? Quanti emere debuimus, vt subscriptionum nostrarum qua in eodem mandato demōstrabatur, numerositate commoti, exigenter totius concilij nostri præsentiam, ex quo concilio non nisi decem & octo secundum edictum cognitoris aderamus, & questionem falsitatis inferrent quod aliis subscribere non potuerunt? Sic enim peruentum est, vt eorum quoque numerus recederetur, & ipsi in ea falsitate deprehenderentur cuius in nos suspicionem intedere voluerunt, ita vt non solum quidam eorum mandato legerentur subscripsisse pro absentibus, qui nec Carthaginē venerant, verum etiam quendam recitatum & non respondentem cum in itinere defecisse dixissent, quæsitumque ab eis esset quomodo apud Carthaginem subscribere potuerit qui in itinere iam defecerat, post magnas angustias perturbationis atque inconstantis & variæ responsionis suæ, non venientem, sed postea quam subscripsit ad propria remeantem in itinere defecisse asseueraret. Denique sub diuina testificatione interrogati, vtrum eum constaret fuisse Carthaginē, vehementius perturbati diceret, quid si & alius se pro eodem apposuit? atque ita verbis suis falsitatem quam nobis obiecerant, in suo mandato apparuisse, & conuictam claruisse firmaret. Quanti emere debuimus, vt cum vellent de numerositate gloriari, etiam in hoc mendacia sua prodiderunt? Nam cum aliquanto amplior nostrorum numerus affuisset, dictumque a nobis esset, alios centum ferme episcopos catholicos, partim senectute, partim valetudine, partim diuersis necessitatibus impeditos non venisse Carthaginem, illi hoc audito, multo plures suos non venisse dixerunt: Sicut etiam nunc plusquam quadringentos per totam Africam se esse iactantes, obliti sunt quod in sua notaria posuerunt, vsque adeo se omnes venisse Carthaginem, vt eis solis exceptis quos vel in propriis sedibus, vel in itinere tenuit corporis egritudo, nec grauissimos senes annositas & labor prolixo itineris potuerit impedire. Electæ sunt in mandato eorum subscriptiones, sicut facta supplicatione respōdit officium, ducenti septuagintatres, annumeratis etiam iis in quibus falsitas deprehensa est, & qui pro absentibus subscripserant, quod egritudine detenti non potuerunt venire Carthaginem. Quomodo ergo verū est plures quadringentis eos esse,

2. Corin. 6.

1. Corin. 11.

Ibidem.

1. Corin. 11.

1. Corin. 15.

1. Corin.

1. Corin.

1. Corin.

1. Corin.

Cap. 22.

coherere,

Ca. XXIII.

Quando illos solos Carthaginem non venisse dixerunt, quos valetudo corporis impediuit, cum & pro ipsis quibusdam alij subscriperint, ut non dicamus hoc pro omnibus agrotantibus esse factum? An forte sic eos inuaserat pestilentia, ut eorum partem repente proflerent? Sic autem a primatu suo per tractatorem fuerunt euocati, cum illis pratermissis properarent conuenire Carthaginem, ut scirent se decepsisse quod haberet optimum in causa, ut ingens eorum numerus appareret, quasi tanto plus profuit ad aliquid facilius inueniendum quanto maior fuerit quarentium multitudo eorum? Quanti emere debuimus, ut in diem perendinum vtriusque nostrum consentientibus cognitione dilata, pridie per notarium peterent, ut sibi nostrum mandatum ab officio ederetur, quo instructi adesse possent, cauantes quod conscribendis gestis tam angusto tempore occurrere non posset officium? Sic enim factum est, ut sequenti die cognitionis, quanuis iniuste petentes, acciperent dilationem. Qui considerata causa quae mandato nostro tota continebatur, magnas patiebantur angustias cum vincerentur, tamen contra suos venere consensus. Quid enim iustus quam petere dilationem tanta veritatis firmitate conturbatos? Quod his vti nam profuisset, ut considerato mandato nostro cui respondere minime poterunt, corrigere potius prauitatem quam in deterius augere maluisse: Iuste itaque dilationem petebant: Sed pridie non debuerant in notaria sua dicere, ideo sibi nostrum edi debere mandatum, ut parati ad diem constitutum venirent, quia exceptores occurrere cum gestorum conscriptione non possent. Nam istud quanti emendum fuit, ut ipsam peterent dilationem & acciperent sex dierum, ut nemo possit eos dicere angustia temporis impeditos, non potuisse nostro respondere mandato dato? Ipso vero tertio nostrae collationis die quanti emendum fuit, ut inanissimis & superuacuis morarum interpositionibus se omnino peruenire ad causam nolle monstrarent: Et quam malam causam haberet, ipso suo timore clamabant, quamquam eorum timor etiam in testimonium manifestissima vocis erupit, quando dixerunt, Sensum inducimur in causam. Et alio loco, Prouidet, inquit, potestas tua sensum nos in causa interna deduci. O violentia veritatis, quolibet eculo, quibuslibet vngulis fortior ad exprimendam confessionem.

Cap. XXV. Congregantur ex vniuersa Africa Episcopi, ingrediuntur Carthaginem cum tanta speciosa agminis pompa, ut tam magna ciuitatis opus in se intentionemque conuertant. Qui loquantur pro omnibus, eliguntur ab omnibus. Locus etiam re tanta dignus in vrbe media procuratur. Vtrique conueniunt, iudex praesto est, tabulae patent, suspensa omnium corda exitum tanta collationis expectant. Tunc a lectissimis & disertissimis viris, quantis viribus agi debuit aliquid, tantis agitur ut agatur nihil. Quarunt personas forensi more discutere, in qua quaestione anno, etiam tempora litigatores contereere consueuerunt. Ista quippe actione catholicos mandatum suum diuinis potius testimoniis quam forensibus formulis confessi sunt, & similiter se de scripturis responduros esse promiserunt. Et quoniam mirifica opitulatione deus voluit, ut cum quarunt personam petitoris, ne veniret ad causam, ipsa inquisitio petitoris in medium subito mitteret causam. clamant praecleari viri qui ad agendum videbantur electi, ac se potius ad non agendum electos esse testantur, & inuidiose iudici conqueruntur, sentiam se in causa interna deduci, quasi aliquid aliud pratermissis omnibus agi deberet quam illud

quod tanto post vel sero agi volebant, quia nunquam prorsus agi volebant ubi vinci metuebant. Huius timoris apertissimam vocem quis de illorum clauso pectore excuteret, & non dico si eos donis largissimis daret, sed si eos poenis crudelissimis torqueret? Cum enim personam petitoris forensi tritura conquirent, & volentes ostendere nos esse petitores, ut personas nostras permittentur iure discutere, & moras annoissimas inuenire, legerunt libellum nostrum aliquando proconsuli datum, quo eos petimus conuenire ut ipsa inter nos tunc collatio fieret, quod modo ab Imperatore ut fieret impetrauimus, & eo libello nos quasi petitores esse monstrarent, responsum est a nobis, ideo nos semper voluisse fieri collationem, non ubi eis crimina obiceremus, sed ubi ea quae solent obicere purgaremus, propter hoc haeretici & ab Ecclesiae vnitatem separati, quia crimina obiciunt quae probare non possunt. Deinde quia videbatur cognitio secutus ordinem temporum, ut gestis quae protuleramus, ubi & ipsi apud praefectos collationem protulerant, ideo praefert libellum nostrum ab ipsis prolatum, quia gesta illa praefectoria tempore praecedebant, facillime nos atque iustissime hac occasione oblata a cognitore impetrauimus, ut ea praefert quae tempore priora esse constaret, illud inberet potius recitari, ubi ipsum apud Imperatorem Constantinum per Amillinum proconsulem accusarunt Caecilianum, cuius crimina nostrae comunioni obiciunt, quae volebam? illa collatione purgare. Proinde postquam legi coepit, quoniam illic apertissime in omnibus vincebantur, clamare coeperunt, Sensum inducimur in causam. Et iterum, Prouidet potestas tua sensum nos in causa interiora deduci. O magna, sed non miranda consilio. Quando enim daemone sic exorcistam timeret, quomodo timuerunt ne illa legerentur, ubi apparebat Caecilianus & ab eorum praedecessoribus apud Imperatorem accusatus, & tot iudicium non solum episcopalis sed etiam imperialibus absolutus: Vel quanto precio emere possemus, quod ipso timore turbati, redire ausi sunt etiam ad illius temporis praescriptionem, ubi dixerant lapsam iam esse causam, & quatuor mensibus euolutis agi iam omnino non posse? Quid est hoc? Quis tam idoneus iudex inueniri potest animi eorum, quam timor iste sic expressus, sic apertus, ut cum timor soleat adimere libertatem, isti tam libere timuerint, ut iudicium suum de mala sua causa nec silentio tesserint, sed verbis apertissimis prodiderint: O vehementem trepidationem ad extorquendam confessionem. Tam fortis ex ore profiliuit timor, ut eius impetu de fronte fugerit pudor. Sed cum legerentur ea quibus ostendebatur Caecilianus accusatus atque purgatus, petitores propter agendam causam inquirere, personae discutebantur. Et quanuis morarum tendiculae ne ad ipsam causam perueniretur, tergiversatione ne tererentur, tamen propter agendam causam etiam ista postulari veluti iure videbantur. Postquam causa optima Caeciliani recitanda prolata est, reuocatur explosa & conuicta praescriptio, die causae agendae iam transisse clamatur. Quid adhuc expectatis quid pro nobis pronunciauerit cognitio, cum videatis quid contra se ipsos Episcoporum vestrorum pronunciauerit timor? Dederat certe ipse cognitio potestatem, ut alium cum ipso quem vellent iudicem constituerent. Quod illi recusarunt, quoniam si aliquid delegissent, mentiri vobis non possent etiam a nobis ipsum fuisse corruptum. Sed fecerunt quod recusauerunt: constituerunt prorsus cum illo alium iudicem, non quemlibet extraneum,

extraneum, sed intimum suum. Ecce ipse timor eorum alius iudex fuit, certe ipse a nobis nihil accepit, & pro nobis libere iudicauit. Non gratificatus est eorum personae quibus inter nos haerebat, de quorum secreto cubiculo procedebat. Et antequam causa diceretur, prior iudicauit, quia eam prior in ipsorum corde cognouit. Denique processit ille ut causam nosset, processit iste qui noverat. Ille iudicauit stando, audiendo, loquedo, iste tantummodo in medium procedendo, puto quod melius dicerent, ut causa iam non ageretur. Quanto enim citius ea finit litigatoris timor quam cognitoris labor? Ille quaerebat quid ex eorum chartulis legeretur, iste indicauit quid in eorum cordibus ageretur. Quomodo autem ad hoc venerant territi eis quae prolata fuerant recitanda, ut diceret iam lapsam causam esse temporibus & agi non posse? Proposuerunt nobis quod iam fuerat ante tractatum, ut si de scripturis sanctis ageremus, illa minime legerentur. Si autem illa recitanda legeremus, habere se validam praescriptionem, ut lapsam temporibus causam omnino agi non sinerent, cum ipsi non seruauerint quod ante promiserant se mandato nostro, ubi nos Ecclesiae causam agimus, scripturarum testimoniis responduros, qui petitorum discutiendae esse personas, non more disputantium, sed more litigantium contendebant. Respondimus ergo eis, ut si nihil aliud agi mallerent nisi ut quaereretur quae vel ubi sit catholica Ecclesia, causam eius nos non nisi diuinis quibus praenunciata est testimonio ageremus. Si autem hominibus aliqua crimina obicerent, quoniam nec ipsi possent ea testimonio diuinis, sed aliquibus aliis talibus documentis ostendere, etiam nos ea documentis talibus purgatos. Sic illis assidue inania repetentibus, haec a nobis perseverantissime repetita sunt: sic eos veritas vicit, ut ad illa quae protuleramus audienda, confutatos superatosque constrinxerit. Videbant enim, si nulla crimina Caeciliani obicerent comunioni nostrae, nihil sibi remanere unde suam ab vnitatem separationem quoquo modo excusarent: Si autem obicerent crimina Caeciliani, nec a se nihil talibus documentis posse asseri, nec a nobis posse aliter defendi. Iam vero inter hos eorum contentiosissimos strepitus quanti emendum fuit, quod cum diceremus hoc nos proponere, ut crimina quae solent obicere nostrae comunioni, quae per omnes gentes dilatatur, probarent si possent, ut hinc eorum separatio vtrum iusta fuerit nosceretur, responderent alienam causam nos agere velle, hoc est, transmarinam Ecclesiarum quibus haec non obicerent, quoniam inter Afros esset ista contentio, illas vero Ecclesias potius expectare debere, ut eos sibi copularent, qui in hac collatione vicerint, & ipsi cum eis habeant catholicum nomen? Quid ergo adhuc queritis, quidve dubitatis, quae Ecclesiam tenere debeatis? Ecce habetis eam, contra quam ipsi Episcopi causam se non habere confessi sunt, cui comunio nostra coniuncta est, unde ipsorum comunio separata est. Si enim modo eam expectare debere dixerint, ut qui nostrum vicerint, ipsi ei copulentur, & cum illa teneant catholicum nomen, iam vtrique maiores nostri, maiores eorum ante vicerunt: ideo illi Ecclesiae copulati catholicum nomen in eius vnitatem tenuerunt: Isti autem si a maioribus nostris iam in suis maioribus victi sunt, quare nobiscum adhuc vsque contendunt? Si autem victi non sunt, quare non communicant illi Ecclesiae quam negare catholicam non valentes, nullam causam contra eam se habere confessi sunt? Ecce Ecclesia catholica transmarina in tot gentibus dilatata, quam debere expectare dixerunt,

ut eos sibi qui vicerint copulet, quomodo expectare debet eos sibi copulari qui vicerint, nisi ab eis criminibus de quibus inter nos agitur, aliena sit? Porro si ab his criminibus sicut fatetur aliena est, alieni & nos sumus quidem comunioni cohaeremus. Nam si propter comunionem nos contaminat crimen alienum, & ipsam cui communicamus crimen contaminat nostrum. Sed ipsam professi sunt non pollutam crimine Afrorum, quanuis ei sacramentorum comunione sociantur. Ibi ergo conuicti sunt nec nos pollui potuisse crimine eorum, quibus sacramentorum comunione sociamur, quia nullo nexu consensionis inuoluimur: quanquam & ipsius Caeciliani victrix causa eisdem verbis istorum facillime demonstratur. Si enim consigentibus nobis expectare debet Ecclesia transmarina ab istis criminibus aliena, ut eos qui vicerint, sibi & catholico nomini adiungat, tunc expectabat quando maiores istorum cum Caeciliano acriter conflictabant. Ille ergo vicit quem sibi post conflictum illa quae hoc expectauerat copulauit. Aut si potuit & pollutum sibi in sacramentorum comunione copulare, & sicut iam confessi sunt ab his criminibus inpolluta persistere, multo magis euincimus ostendentes proprium omnem quemque portare, & nec causam causae, nec personam praedudicere personae. Iam vero ut mandato nostro ubi vniuersam causam complexi fueramus, nec repentinis verbis sed conscriptis literis respondendum putarent, quanti emendum fuit? Sic enim constitit eos respondere non potuisse his omnibus quae in nostro mandato posita nec attingere voluerunt. Neque enim potest aliquis dicere prosecutionem nostram memoriter eos non potuisse retinere, & propterea rebus necessariis, non omnibus respondere voluisse. Editum est eis mandatum nostrum per notarium postulatibus, & hoc ipsum allegatibus, ut instructi possent ad omnia respondere. Et cum iam septem essent electi a ceteris qui omnia pro omnibus agerent, literas tamen ipsas quibus nostro mandato respondere conati sunt, totius concilij sui nomine protulerunt, tanquam Epistolam ab omnibus illis ad cognitorem datam. Quam si nollemus admittere, iure optimo faceremus. neque enim ordinis erat ut post iniunctam septem hominibus causam, iam quicquam nisi per illos qui delecti fuerat ageretur. Sed ne literis nostris, literas eorum timuisse videremur, sine ulla haesitatione ut legeretur admiximus. Optatum enim fuit, & ut dixi, emendum fuit, ut post tot dierum dilationem quam eis petentibus concesseramus, afferrent elucubratum laborem, in quo eos mandato nostro non respondisse, satis vtriusque literas legentibus appareret, & nos eisdem literis ipsis sine ulla dilatione mox respondisse constaret. Si enim homines tantarum ingenio sunt, ut eos arbitretur aliquid dixisse in quibus locis mandati nostri tacere noluerunt, neminem puto esse tam stolidum qui etiam in his locis aliquid eos respondisse existimet in quibus omnino tacuerunt. Non enim parua vel quasi contemnenda sunt, cum in his potius omnis causa consistat: Nam testimonia scripturarum quibus asseruimus Ecclesiam cui comunicamus ab Hierusalem coeptam, in toto terrarum orbe diffundi, tanquam omnino dicta non fuerint, praeterierunt, magna mole diuinis auctoritatis oppressi. Itaque quod in nostro mandato positum est de beato Cypriano, qui tolerandos potius in Ecclesia malos quam propter eos Ecclesiam deferendam, & praeccepto admonuit, & suo confirmavit exemplo, attingere omnino ausi non sunt. Ceterum intelligentes quod Cypriani auctoritate si in aliquo scripto eius labefactare teterent, fateretur etiam recte nos

Gala. 6.

Ca. xxv.

F

Luce. 24.

G authoritati eius non obedire, in eo quod de iterando baptismo solent proferre, quam nec ipsam de baptismo Cypriani sententiam aperte commemorare voluerunt, scientes etiam illic si facerent se offensuros esse naufragium, quonia Cyprianus non reliquit unitatem, & cum eis in illa permansit, qui de hac re diuersa senserunt: unde aut tunc Ecclesia perisse dicenda est, & non iam ex qua nasceretur Donatus illorum, aut si quod verum est permansit Ecclesia, non in ea contaminant mali bonos, sicut etiam Cyprianus iudicauit, qui cum diuersa sententiis in eadem diuersitate permansit, ac per hoc isti se detestando sacrilegio schismatis induerunt, qui propter nescio quorum crimina non probata, etiam si vera essent, nullo modo se ab unitate toto orbe diffusa separare debuerunt. Hoc illi quantum intelligitur prauidentes, illud testimonium Cypriani quod in nostro mandato commemoratum est, toto silentio transierunt. Illud etiam quod in causa Maximinianistarum ipsi quoque suo iudicio declararunt, non propter malos unitatem deserenda, qui Maximiniani socios a Maximiniano dixerunt non fuisse pollutos, & eos quos damnauerunt in honore integro susceperunt, & baptismum Christi licet foris ab Ecclesia datum, agnoscendum potius quam destruendum esse monstrarunt, cum a Feliciano in schismate baptizatos, & cum illo postea receptos iterum baptizare non ausi sunt. hoc ergo cum in nostro mandato legerent, tacendum potius & praetermittendum, quam vlla contradictione refutandum esse censuerunt. Causam etiam Caeciliani a causa Ecclesiae distinctam, & tamen etiam ipsam ex omni parte defensam, respondendo prorsus non attigerunt. Quis ergo eos illi mandato nostro respondisse arbitretur, quando contra haec omnia nullum verbum facere, nec saltem qualiscunque responsionis obumbratione conati sunt? Quod autem nisi sunt respondere, legat qui voluerit & iudicet, eidem ipsi mandato nostro conferens literas eorum, praeterea responsionem, quam continuo reddidimus, qua omnia vanitatis eorum machinamenta subuersa sunt. Iam illud si motes aureos daremus, quanto emere possemus quod obiecta sibi Maximiniani causa, vt intelligeret eo modo non obfuisse Caeciliano concilium, quo in eum absentem septuaginta Episcopi quod voluerunt pronunciauerunt, quomodo non obfuit Primiano, cum similiter absentem pro Maximiniano centum ferme Episcopi damnauerunt, vehemensissime perturbati, & in horrendas contritus angustias responderunt, nec causam causa, nec personam prauidicare personae: His paucissimis verbis totam nostram causam, de qua cum eis superius confabulabamus, omnino inuictam esse firmantes. Quid enim aliud agebamus tot testimoniiis sanctorum eloquiorum, tanta authoritate Prophetarum, Apostolorum, Episcoporum, ipsorumque aduersariorum demonstrantes bonos a malis sacramentorum communione non pollui, si corde, voluntate, moribus, operibus diuersas habeant causas gerantque personas: Quid enim aliud laborabamus, nisi vt appareret, nec causam causa, nec personam prauidicare personae? Hoc ipsi breuiter compulsi summa necessitate dixerunt, qui cum a nobis diu diceretur, veritati cedere noluerunt. Illud etiam quibus thesauris, quibus opibus, quibus preciosorum lapidum aggeribus emedum fuit, quod maiores suos apud Imperatorem Constantinum persecutos Caecilianum non conuictarum, verum etiam profiteri atque gloriari minime dubitauerunt, eumque ab Imperatore damnatum etiam mentiendo asserere conati sunt: Vbi est illa vox, qua vos decipere conuenerunt, nobis inuidiam concitantes,

Ca. XXX.

Ca. XXXI.

quod apud Imperatorem causam agamus Ecclesiae: Vbi sunt verba Primiani apud acta magistratus Carthaginensis expressa: Illi portat multorum Imperatorum lacera, nos sola portamus Euangelia. Vbi est illa praecleara laudatio, qua extollunt separationem suam, dicentes eam esse Ecclesiam veritatis, qua persecutionem patitur, non qua facit: Nempe elisa est, nepe prostrata, leguntur subscriptiones eorum, negare non possunt, quia leguntur subscriptiones eorum. Tenemus eos confitentes, profitentes, gloriantes maiores suos Caecilianum apud Imperatorem grauer persecutos, Tenemus etiam Caecilianum eis persequentibus ab Imperatore damnatum. Non ergo iam clament segregationem suam ideo esse Ecclesiam veritatis, quia persecutionem non facit sed patitur: aut fateantur non eam fuisse Ecclesiam veritatis, quando a maioribus eorum Caecilianum patiebatur: Si enim continuo boni sunt qui persecutionem patiuntur, bonus erat Caecilianus quando patiebatur. Si autem potest quidem fieri vt & mali persecutionem patiuntur, sed boni non possunt esse qui faciunt, non erant boni maiores eorum quando Caecilianum persequerentur: Porro si fieri potest vt & boni faciant, & mali patiuntur, non ideo nos culpandi sumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid patiuntur, quale Caecilianum maioribus suis facientibus passum esse gloriantur, & tamen Caecilianum ab Imperatore damnatum omnino non constitit, sed in eius absolute atque purgatione, qua iudicij Episcopalis & imperialis recitatione constitit, nihil postea probari potuit immutatum. Ita factum est vt remota Caeciliani damnatione, de qua ipsi mentiti sunt, remanserit persecutio, quam maiores suos fecisse confessi sunt. Parum fuit vt Caecilianum ab Imperatore damnatum & mentiendo gloriari auderent, & asserendo probare non possent: insuper etiam probauerunt, & nostra in ea rem documenta fortius adiuuerunt, Caeciliani absolute non mansisse firmissimam, non sicut mentiti fuerant, Imperatoris posteriore iudicio in contrarium commutato. Nam primo Mileitana Ecclesiae catholici Episcopum Optatum recitandum putauerunt, pollicentes inde se probaturos Caecilianum ab Imperatore damnatum. Quae lectio cum magis contra eos recitaretur, nemo risum potuit continere. Qui tamen risus non vtiq; conscriptioni gestorum potuisset adiungi, & omnino lauisset, nisi & ipsum latere non sinerent dicentes, Audi qui riserunt. hoc sane scriptum est, & subscriptum. Quod enim pro se legi voluerunt, ambiguum fuit. Vnde cum rectissime cognitor iussisset paulo superius recitari, vt inde si possent verba illa clarescerent, hoc recitatum est quod nolabant, id est, Caecilianum fuisse purgatum, quem prius legendum dederant, non sicut iactabant damnatum, sed Brixiae bono pacis retentum. Hoc cum dixissent, illis verbis Optatum damnationem Caeciliani extenuare voluisse, dictum est eis, vt euidenter Caeciliani damnationem aliunde recitarent, vt ab Optato eam extenuatam posset ostendi, qui apertissime scripserat Caecilianum fuisse purgatum. Hoc enim cum facere omnino non possent, interiectis atque consummatis omnium morarum superfluis ambagibus, apertissime nos adiuuare coeperunt. Tanquam enim a nobis essent instructi, vel tanquam nobiscum ad innocentiam Caeciliani defendendam declarandamque, cum quaereretur ab eis vt si possent ostenderet quod dicebat, posteriore iudicio Caecilianum ab Imperatore damnatum, cuius Imperatoris literas legeram, qua illum ostenderet absolutum, protulerunt libellum maiorum suorum ad eundem Constantinum Imperatorem datum,


rem datum, quo apertissime demonstrarent illius iudicio se potius fuisse danatos. Contigit enim eis apud Imperatorem potestatem, quod inimicis sancti Dapnelis, qui hoc ab eis de leonibus passis sunt. Hic cum breuiter admonuissent illum libellum pro nobis contra se potius recitasse, alias addiderunt eiusdem Imperatoris literas ad Verinum vicarium datas, vbi eos grauer detestatur, & domini iudicio qui iam in eos coeperat vindicare, dimittens, ignominiosissima indulgentia de exilio relaxauit. Ita manifestissime constitit, non solum nullam Caeciliani damnationem fuisse postea consecutam, verum etiam eius absolute atque purgationem, & poenam illorum & detestabilem indulgentiam fuisse firmatam. Haec tam excellentia documenta, quod fatendum est, non habebamus in manibus, sed forsitan si alicubi esse audiremus vnde nobis gratis dari non possent, per quolibet premia perueniremus vt nobis scribenda permitteretur. Quantum autem daremus, si venale proponeretur, vt pro nobis etiam ab ipsis aduersariis legeretur? Quid videtur addi iam posse vt nos cumulatus adiuuarent? Et tamen addiderunt, Commemorauerunt enim causam Felicis Aprugnensis a quo Caecilianus fuerat ordinatus, cui Felici traditionis crimine intenderant. Absoluto autem Caeciliano cum perficienda instaretur iudicio, quaestione de isto Felice commouerant, eo modo arbitrantes posse Caecilianum iam purgatum alienis criminibus irritari. Causa ergo haec Felicis discussa est proconsulari iudicio, vbi liquidissime de innocentia Felicis factum se fecisse confessus est: nec puniri facile debuit vbi causa Episcopi vertebatur: nec facile a proconsule dimitti potuit tanti criminis reus, nisi Imperatore consulto, quo instate illa omnia gerebantur. Reuult inde proconsul, & rescripsit Imperatori, vt ad eius comitatum idem Vigentius mitteretur, volens maiores istorum a quibus quotidie interpellabatur, in praesentia confutari, nihil tamen dubitans de purgatione, imo eam verborum quoque suorum manifestatione confirmans, sicut rescriptum eius ostendit. Haec nos omnia documenta causa Felicis in manibus habebamus, & disposueramus tradere recitanda. In quo ipsi nos preuenierunt, & eandem Imperatoris literas de Vigentio ad se mittendo priores protulerunt & recitauerunt, iam fortasse nobis ea non recitaturis, quia sufficere putabamus etiam causam Caeciliani peractam esse vt nihil amplius exigi videretur. Sed aduersariis nostris id agentibus, vt prosecutio qua per maiores eorum apud Imperatores nostros maioribus nostris acta est, & eorum calumnia superata cumulatus apparuerit: quid faceremus, nisi oblata libenter accipere, & gratias domino in omnibus agere? Constantini ergo literas ipsi protulerunt, ipsi recitauerunt. Incredibile videtur esse quod dico, sed gesta testantur. Conscripta sunt eorum prosecutiones, tenentur subscriptae. Ipsi, inquam, recitauerunt Constantinum subscripsisse, quod Heliano proconsuli in causa Felicis audientiam praebuerit competentem, & quod a criminibus traditionis innocentem Felicem fuisse constitit. Sed Vigentium ad comitatum suum propterea mitti voluisse, vt his, inquit, qui in praesentiarum agunt, & diuturnis diebus interpellare non desinant, praesentibus & coram assistentibus apparere & iustitiam possent, frustra eos Caeciliano inuidia comparasse, & aduersus eum violenter insurgere voluisse. Ipsi recitauerunt, quis nostrum hoc non audire optaret, vt quos iniquitas fecerit nostros impugnatores, equitas nostros faceret defensores: Sicut & illum Balaam quem temporibus antiquis ad maledicendum dei populum conduxit

iniuitas, benedicere compulsi veritas. Sicut autem ordo consulum ostendit, quem tunc considerare angustia temporum non sinebat, neque enim praesto erant libelli qui consulares vocantur, aut quisquam eos rem tam inanem crederet obiecturos, vt respondere nos vellat, quid misso Vigentio gestum fuerit, vel vtrum omnino sit missus Vigentius, cum & innocentiam Felicis proconsularis sententia declarauerit, & eandem sententiam responsio Imperatoris ab ipsis prolata & recitata firmauerit, quod magis vtiq; ipsi protulissent, si quid misso Vigentio pro se gestum fuisse considerent: Sicut ergo consulum ordo declarat, primo Caecilianum Episcopali iudicio Melchiadis est absolutus, deinde non post longum tempus Felicem proconsulis iudicio constitit innocentem, ac sic postea Caecilianus etiam ab Imperatore inter partes cognoscente purgatus est. Deinde post annum aduersarij eius ignominiosa illa indulgentia relaxati sunt. Nam Melchades iudicauit Constantino tertium & Luciano iterum consulibus nonis Octobris, Helianus proconsul causam Felicis audiuit Volusiano & Aniano consulibus quindecimo kalendas Martias, id est, post menses ferme quatuor. Constantinus ad Romam vicarium de purgatione Caeciliani scripsit, Sabino & Rufino consulibus, quarto Idus Nouembris, id est, post biennium & menses prope octo. Et idem Imperator ad Valerium vicarium de illorum exilio soluto, & eorum furore deo vindici remittendo, literas dedit Crispo & Constantino iterum consulibus tertio nonas Maias: id est, post quartum annum & mensem ferme sextum. Vnde sine vllis ambagibus liquidissime constat siue misso ad comitatum siue non misso, nihil postea contra Caecilianum fuisse iudicatum, imo cum iudiciis quoque Imperatoris victorem aduersariorum, & persecutorum suorum postea declaratum. Eat nunc pars Donati totiens mendax, totiens confutata, totiens modis omnibus superata atque confusa: adhuc iactet iudicem a nobis fuisse corruptum, quasi non vox illa victis esse consueuerit. Proflus iudex corruptus fuit, vt quod illi bene egerat, illius infirmaret authoritas. Sed nec male illos egisse dixerim. Imo vero optime egerunt, qui contra suos errores pro veritate tanta dixerunt. Nam si causa eorum consideretur, re vera contra ipsos: si autem prosecutiones eorum legantur, magis secundum ipsos iudicauit. An vero in ea causa, ille qui medius erat aduersaretur nobis, i qua illi qui ex aduerso stabant dixerunt, protulerunt, recitauerunt tanta pro nobis? Quid emere ab iudice deberemus, quando ab aduersariis illa non emimus, qua iudicem coegerunt, etiam si ab ipsis accepisset pecuniam pro nobis ferre sententiam? Quanquam si non eum nossemus deum timentem & iustitia dilectorem, & ab omnibus huiusmodi sordibus alienum, nos nullam talem suspicionem diligere deberemus, qui nimia patientia cum eos videret premi veritate, nec eis videri vellet aduersus, nimirum patienter pertulit homines per inania vagantes, & tam multa superflua dicentes, & ad eadem totiens conficta redeuntes, vt gesta tantis voluminibus onerata penes omnes pigeret euolueret, & quemadmodum acta sit causa legedo cognoscere: quod illi vtrum magis inopia veritatis, an industria calliditatis egerint, nescio. Hinc tamen suam causam tam pessimam, vt eunque adiuuare potius, quam deserere putauerunt. Denique si in illos qui egerunt intendant ceteri a confutationem, eosque potius asserat a nobis fuisse corruptos, vt tot prosecutionibus, vel a se prolatis lectionibus sic adiuuarent causam nostram, sic perimerent suam, nescio quemadmodum se

Ca. xxxij.

Ca. xxxij.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, super gestis cum Emerito Sermo.



Lacritatem vestrae charitatis quanto gaudio suscipiamus, agnoscitis. Exultamus enim in domino deo nostro, de quo Apostolus ait, Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque vnum. Agimus ergo eidem domino & saluatori nostro Iesu Christo gratias. Hic praesertim nobis ut antequam habeamus fratris nostri Emeriti voluntatem, iam cognouerimus quantum diligit vnitatem. Quae tamen principia deus voluerit, ut de ore ipsius audiremus, accipite. Mox ut ingressus est istam Ecclesiam, illo loco stans ubi primum coepimus cum eo colloquium, inspirante domino qui & cor instruit, & linguam regit, ait nobis, Non possum nolle quod vultis, sed possum velle quod volo. Videte quid promiserit, qui se dixit non posse nolle quod volumus. Si enim non potest nolle quod volumus, scit quid velimus. Hoc enim volumus quod & vos vultis: hoc omnes volumus, quod vult dominus. Quid autem velit dominus, occultum non est. Legitur enim testamentum eius qui nos sibi fecit coheredes, in eo recitatur, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Siue ergo cito, siue sero, non potest nolle quod volumus. Moras autem aliquas nobis facit secunda sententia, Possum velle quod volo. sic enim dixit, Non possum nolle quod vultis, sed possum velle quod volo. Potest velle quod vult, sed non potest nolle quod volumus. Illud enim quod se dicit posse, videmus. Nam vult modo quod vult, ipsum autem quod non vult, non vult deus. Quid enim modo vult esse in dissensione a catholica Ecclesia, esse adhuc in communionem partis Donati, esse adhuc in schismate, esse adhuc inter illos qui dicunt, Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cepha? Sed hoc non vult deus, dum increpat Apostolus. Dimissus est Christus? Potest ergo velle quod vult, sed ad tempus, sed ad horam, sed ad verecundiam, non ad rationem sapientiae potest velle quod vult. Nam modo hoc est quod vult, & potest velle quod vult. Sed quia non potest nolle quod volumus, nolit deus quod vult, & faciat quod volumus. Non vos ergo pmoueat fratres aliqua morula dum quod vult vult, sed orate ut faciat quod promissit, ut non possit nolle quod volumus. Et ab omnibus acclamatum est, Aut hic, aut nusquam. Qui corda vestra declarastis vocibus, adiuuate nos & orationibus. Potens est dominus qui praecipit vnitatem, mutare in melius voluntatem. Quod autem acclamauit charitas vestra, aut hic aut nusquam: vocem in illum vestrae charitatis agnouimus & amamus. Hoc etiam nos non nunc primum, sed semper cogitamus, semper optamus. Id est & animus, quod praecipue necessarium est, fratris & coepiscopi nostri, Episcopi vestri Deuterij. Olim nobis notus est animus eius, Nobiscum preces de hac re domino fudit, cum concilio ubi hoc illis qui foris sunt promissimus & obtulimus. Iam de hac re subscriptiones nostrae retinentur. Nunquam enim nos ita honorem nostrum fouemus, ut vnitati inuideamus. Minores sumus honore, cum simus maiores dilectione. Nouimus quem admodum inuitada sit infirmitas, ut perficiatur vnitatis. Nec ideo dicimus haec fratres, quasi

G possent defendere, & ab ista suspitione purgare, nisi forte dicat, Si corrupti essemus, causam tam malam & per nos & per illos conuictam, cito etiam finiremus, nunc vero vel inde credite nos ex animo affuisse & aliquid prodesse voluisse, quod multum loquendo egimus ne quod actum est facile gereretur, & nos esse victos cito cognosceretur. Si hoc ab eis non fieret, nec ipsis nec nobis iurantibus forsitan crederentur illa quae pro nobis contra se & tam multa dixerunt & tam multa legerunt, gratis eos nobis omnia praestitisse. Nec tamen ipsis sed deo potius hinc agimus gratias. Ut enim illa omnia vel loquendo vel legendo pro causa nostra promerent atque propalarer, veritas eos torfit, non charitas inuitauit.

Ca. XXXVII

Quapropter fratres, si tamen non irascimini quia fratres vocamus. Illi enim cum hoc a nobis audirent, iniuriam sibi fieri apud acta dixerunt, nec mandato nostro admoniti, ubi hoc ex propheta testimonium positum est, recolare potuerunt deum praecipisse, Dicite fratres nostri estis, qui vos oderunt & qui vos detestantur, ut nomen domini honorifice appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescerent. Ergo iam fratres appareat vobis nomen domini in iocunditate, quod super nos inuocatum est, & cuius vtrique sacramentum portantes, non immerito dicimur fratres: iam pacem amate, consuetudinem calumniosam & litigiosam iam saltem conuictam confusamque relinquit: nec eos oderitis quando ad nos correcti transeunt, sed quando in errore nefario permanentes, vos adhuc vsque seducunt: nec ipsi sibi magni videantur, quod eis honore in vnitatem deferimus quem possidebant liberandi: hunc enim habentes extra vnitatem magis sunt inde damnandi. Signa quippe militaria perniciosius ab usurpatoribus habentur, quam si omnino non haberentur: nec tamen eis correctis & in castra Imperatoris redactis illa franguntur aut abolentur, sed eos quos ante prodebant atque puniebant, iam ornare incipiunt & munire. Quid adhuc attenditis ad eorum insanas querelas, & vana mendacia? Nocte causa finita est, sed ut nox finiretur erroris. Nocte dicta sententia est, sed fulgens lumine veritatis. Inclusos & tanquam in carcere se fuisse conquesti sunt, ibi & nos eramus. Aut vtrisque facta est iniuria, aut vtrisque adhibita diligentia. Sed quomodo dicamus iniuriam, quando in tam spaciofo & lucido & refrigerati loco nos fuisse recolimus? Aut quomodo erat carcer ubi erat & iudex? Postremo clausos fuisse nos nesciebamus: sed qui fugere fortasse voluerant. Ista inania & ridenda potius quam refellenda de tali cognitore non dicent, si pro sua causa possent validum aliquid inuenire quod diceret. Scimus quam multi vestrum & forte omnes aut penes omnes dicere soleatis, O si in vnum locum conuenirent, & si aliquando conferrent, atque illis disputatibus veritas appareret. Ecce factum est, ecce conuicta est salutas, ecce apparuit veritas. Quid adhuc contemnitur charitas? Quid nobis est per hominum nomina diuidi? Qui nos creauit, vnus est Christus: qui nos sociare debet, vnus est Christus. Iam nomen domini honoretur, & appareat vobis in iocunditate, ut cognoscatis fratres vestros in ipsis vnitatem. Iam in prosecutionibus Episcoporum vestrorum error qui nos separabat est victus, aliquando in cordibus vestris vincatur & diabolus, & gregi suo collecto atque pacato sit propitius qui hoc praecipit Christus.

Libri contra Donatistas post Collationem Finis.

A quasi illi qui sub schismate remanserint, aliquam spem habeant ad dominum. Multi enim disputant parum intelligentes quid loquantur, & dicunt, Si schismatici sunt, si haeretici sunt, quare sic illos suscipiunt? Audite fratres mei, si eos suscipiemus, iam istum suscipiemus fratrem nostrum Emeritum, siue bonum, siue malum, tamen fratrem. Quod ideo dico, quia & ipse nouit per prophetam nobis dictum esse, quod illis etiam in collatione diximus, Dicite, fratres nostri estis, his qui vos oderunt. Oderunt nos, credimus finiedum esse quod odiunt. Tamen & quamdiu odit frater, audit, donec finiatur odium, erit nomen in testimonium. Non ergo sic illos suscipimus ut sunt, Absit a nobis, Nam haeretici sunt. Suscipimus autem catholicos. Mutantur, suscipiuntur. Sed propter malum quod habent, non in eis possumus persequi bona quae agnoscimus. Malum enim dissensionis, schismatis, haereticis, malum suum habent. Bona vero quae in illis agnoscimus, non sunt sua, domini nostri habent bona, Ecclesiae habent bona. Baptismus non est ipsorum, sed Christi. Inuocatio nominis dei super caput ipsorum quando ordinantur Episcopi, inuocatio illa dei est, non Donati. Non eum suscipio Episcopum, si quando est ordinatus, super caput eius Donatus est inuocatus. In errante & deserente milite crimen est desertoris, character autem non est desertoris, sed Imperatoris. Sed frater noster non deseruit, ubi adhuc nunquam fuit. Si quidem in illo desertoris error est natus, quando est a desertore signatus. Qui primo schisma fecit, qui se ab Ecclesia catholica separauit, cum his quos secum traxit, desertor fuit. Cateri a desertoribus signati sunt, non tamen signo desertoris, sed signo Imperatoris. Non enim desertor characterem suum fixit. Quid est quod dico, desertor characterem suum non fixit? Donatus non baptizauit in nomine Donati. Nam si Donatus quando schisma fecit, in nomine Donati baptizaret, desertoris characterem infigeret. ego quando vocarem ad vnitatem, si inuenirem desertoris characterem, exterminarem, delerem, abolerem, abiicerem, non approbarem, respuerem, anathematizarem, damnarem. Nunc vero ipse desertor characterem fixit Imperatoris sui. Deus & dominus noster Iesus Christus quaerit desertorem, deleat erroris crimem, sed non exterminat suum characterem. Ego quando venio ad fratrem meum, & colligo errantem fratrem meum, attendo fidem in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iste est character Imperatoris mei. De isto characterem militibus suis, vel potius comitibus suis, ut huc imprimerent eis quos congregabant castris eius, praecipit dicens, Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iste characterem a domino dictum omnibus credentibus imprimendum quia nouerat Paulus, expauescit ad eos qui volebat esse Pauli, & dicit eis, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Quid vultis esse mei, & non magis domini mei? Quid vultis esse mei, & non potius cuius ego sum? Agnoscite, aduertite characterem vestrum. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo eos colligimus, ut non sibi blandiantur illi quos non colligimus. Et ipsi colligantur, non infentur: veniant, suscipiantur. Non in eis odimus quod dei est: non odimus & ipsos, quia dei sunt. Et quod habet, dei est: dei sunt, quia homines sunt. Et omnis homo creatura dei est: dei est quod habet nomen patris & filij & spiritus sancti. Baptismus trinitatis, dei est: dei est Euangelium quod habent, dei est fides quam habent. Et quid non habent, ait mihi aliquis, qui haec habent? Tu dicis, Habent baptismum Christi. Dico, Tu dicis, habent fidem Christi.

Dico, Si ergo haec habent, quid non habent? Quid est D. baptismum? Sacramentum. Audi Apostolum, Si sciero omnia sacramenta. Multum est, scire omnia dei sacramenta. Quanta cuique sciamus sacramenta, quis nouit dei omnia sacramenta? Quid ait Apostolus? Si sciero omnia sacramenta, si habeam omnem prophetiam. Adde adhuc, Et omnem scientiam. Sed de fide dixerat. Audi adhuc, Si habeam omnem fidem. Difficile est habere omnem fidem, quomodo difficile est nosse omnia sacramenta. Et quid est quod dicit, omnem? Ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Intendite fratres, intendite obsecro vos Apostoli vocem, & videte quare cum tantis laboribus & periculis fratres nostros quaeramus. Charitas eos quaerit de cordibus nostris. Propter fratres meos & propinquos meos dicit Psalmus, loquebar pacem de te: ad sanctam Hierusalem loquens. Videte ergo fratres mei quid dixit Apostolus, Si habuero omnia sacramenta, omnem scientiam, prophetiam, fidem. Qualem fidem? Ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Non dixit, illa omnia nihil sunt: sed, si charitatem non habeam, nihil sum. Quis enim de mens diceret, nihil sunt dei sacramenta? Quis de mens diceret, nihil est prophetia, nihil scientia, nihil fides? Non illa nihil sunt, sed cum illa magna sint, ego magna habens si charitatem non habeam, nihil sum. Magna illa sunt, & magna habeo, & nihil sum si charitatem non habeo, per quam mihi profunt quae magna sunt. Si enim non habeo charitatem, illa inesse possunt, prodesse non possunt. Attende ergo frater, attende obsecro te. Dicis mihi, Quid me quaeris? Respondeo, Quia frater meus es. Respondest mihi & dicis, Si perij, quid me quaeris? Et ego respondeo, Si non perisses, non quaererem. Quid me quaeris dicis mihi, si perij? quid me quaeris? Cum ego respondeam, quare quia peristi. Et quare quaero? Quo fructu quaero? Ut aliquando dicatur mihi, Frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Respondest & dicis mihi, Sed habeo sacramentum. Habes, agnosco. Propter hoc te quaero. Magnam causam addidisti quare te diligentius quaeram. Ouis es enim de grege domini mei, cum signo errasti. Ideo quaero magis, quia ipsum signum habes. Quare vnam Ecclesiam non possidemus? Vnum signum habemus, quare in vno ouili non sumus? Ideo te quaero, ut hoc sacramentum sit tibi in salutis adiutorium, non in damnationis testimonium. Nescis quia desertor de characterem damnatur, de quo militans honoratur? Ideo te quaero ut non pereas cum signo. Salutis enim signum est, si habeas salutem, si habeas charitatem. hoc enim signum salutis extra tibi inesse potest, prodesse non potest. Veni ut proficit tibi quod habebas, non ut accipias quod habebas, sed ut prodesse tibi incipiat quod habebas, & accipias quod non habebas. Habebas enim signum pacis, ipsam pacem non habebas. In domo illa, id est, in te discordia habitabat, & in limine titulus pacis figebat. Agnosco titulos, sed quaero habitantem. Lego titulum pacis, baptismum in nomine patris & filij & spiritus sancti. Titulus pacis est, lego. Quis habitabat quaero, fratrem meum attendo, titulum pacis agnosco. Ipsum & ego habeo, intrare volo. Quid est intrare volo? Fratrem me accipe, ut simul oremus patrem. Non tecum oro. Titulus pacis sunt, & mihi discordia contradicit: Plane laborabo adiuvante domino, eicere discordiam male possidentem, & introducere pacem tanquam legitimum possessorem. Cum ergo discordiam excludo, pacem introduco, titulos pacis quare depono? Dico plane

Ephe. 2.
Psal. 132.
Luc. 23.
Mat. 6.
Gene. 16.
1. Cor. 7.
Gene. 27.
Ioan. 14.
Gene. 22.
Apoc. 7.

G domino meo. O Christe qui es pax nostra, qui fecisti utraque vnum, fac nos vnum, ut recte cantemus, Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Introduc cōcordiam, pelle discordiā, introduce teipsum in titulos tuos. Tu mane, Non alter possideat, & de tuis titulis fallat. Tu muta istum cōtradictorem, qui vna hora in cruce mutasti latronē. Et certe videamus quid habes. Habeo, inquit, sacramētum, habeo baptismum. Si dicam tibi, proba: ostēdis mihi quid acceperis, dicis quid confessus fueris, dicis quid teneas. Agnosco, non muto, non exufflo. Absit ut cum quæro salutem desertoris, faciam iniuriā imperatori. Ergo probasti mihi quod habeas sacramentum, exponendo sacramentum. Probasti mihi te habere fidem, proba mihi quod habeas charitatem. Tene vnitatem, nolo mihi dicas, habeo charitatem. Proba, vnum patrem habemus, simul oremus. Quid tu dicis quādo oras, rogo te? Pater noster qui es in cœlis. Deo gratias. Secundum magistrum domini nostri addidisti, qui es in cœlis. Singulos enim patres habebamus in terris, vnum inuenimus simul in cœlis. Pater noster qui es in cœlis, ipsum inuocas patrem. Pater noster vnam coniugem voluit habere. Qui ergo adoramus vnum patrem, quare nō agnoscimus vnam matrem? Si natum te dicis de alia & de sinu alieno, ipsa te peperit. Quod dixi, non omnes intelligere potuistis. Nouimus per legitimas coniuges factum esse, ut etiam qui non de legitimis cōiugibus nascerentur, in eadem hereditate sociarentur, hoc voluntas coniugis fecit. Nam Hismāel exheredatus est, ipsum Sara pepererat, & si de vtero alieno, Sara pepererat vtero alieno, voto suo. Ipsa enim dixit, Volo enim de ista mihi filios facias. Et ideo fecit Abraham. Vxor enim nō habet potestatem corporis sui, sed vir: Similiter vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nam filius esset, si non superbisset. Superbus est exheredatus Hismāel. Exiit enim ancilla ceruicem, ut diceret, Eiace ancillam & filium eius: non enim haeres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Nam vis nosse quid valeat pax, quid valeat concordia, quid valeat humilitas, & quid impediatur superbia: Hismāelem exheredauit. Filios autem ancillarum de Iacob, quia & illi ut nascerentur coniugia iusta voluerunt, filios ergo ancillarum de Iacob nouimus in vnam hereditatem aduocatos. Simul numerati sunt omnes Patriarchæ duodecim. Nullū ab altero vteri diuersitas separauit, quia omnes charitas sociavit. Quid interest ergo vbi baptismum acceperis? Baptismus meus est, dicit tibi Sara. Baptismus meus est, dicit tibi Rachel. Noli superbire, veni ad hereditatem, Maxime quia ipsa hereditas non est illa terra, quæ data est filiis Iacob. Filiis Israël data est terra. Quanto à pluribus possidebatur, tātō plus angustabatur. Hereditas nostra pax vocatur. Testamentum lego, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Simul teneamus, quod diuidi non potest. Non eam angustat numerosus possessor quantūcunque venerint, sicut promissum est. Sic erit semen tuum tanquam stelæ cœli, & sicut arena quæ est ad labium maris: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et vidi, inquit, in Apocalypsi, multos in stolis albis, & habentes palmas, quos numerare nemo potest. Veniētes ex omnibus gentibus veniant, pacem teneant. Angusta non sit nostra possessio. Angustias non facit, nisi sola dissensio. Ecce fratres mei, ut angustias adhuc patiamur, dissensio facit fratris nostri. Consentiat in pace, & facta est latitudo. Sed quid faciamus, nisi fraternam infirmitatem fe-

ramus & non deficiamus? Sudor iste meus credimus quod erit fructuosus. Dominus deus noster qui voluit ut veniremus ad vos, qui iussit ut eum quæreremus, qui fecit ut eū interim facie tenus inueniremus, adiutos orationibus vestris faciet nos inuenire cor eius, letari de concordia eius, gratias agere deo de salute eius, quam nō potest habere nisi in Ecclesia catholica. Extra Ecclesiam catholicam totum potest præter salutē. Potest habere honorem, potest habere sacramentum, potest cantare halleluia, potest respondere amen, potest Euangelium tenere, potest in nomine patris & filij & spiritus sancti fidē & habere & prædicare, sed nusquam nisi in Ecclesia catholica salutem poterit inuenire. Transeunt enim omnia ista fratres mei. Modo putat quia magnus erit apud suos si non consenserit, & dictus fuerit martyr partis Donati? Absit, tollatur in nomine domini de corde eius iste typhus. Nouit & ipse, legit & ipse, Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Ego nō dico, si aliquas iniurias quasi iactet se passum esse pro parte Donati, aut aliqua damna terrena, nihil ei prodest. Ego plus dico, si patitur foris inimicū Christi, non catholicū fratrem suum quærentem salutem eius, sed inimicum Christi si foris patitur, & dicat ei foras ab Ecclesia Christi, inimicus Christi, Pone thus idolis, adora deos meos, & nō adorans occidatur ab inimico Christi: sanguinem fundere potest, coronam accipere nō potest. Ipsi nouerunt quando in collatione nostra fuerūt, quam Carthagine habuimus, quomodo confessi sunt, quia parētes eorum fecerunt persecutionē Cæciliano Episcopo. Tunc à catholica discordantes, schisma fecerunt, persecuti sunt illum parentes ipsorū, id est, primi qui fecerunt partem Donati, persecuti sunt Cæcilianum, perduxerunt illum persequendo vsque ad iudicium imperatoris. Miserunt crimina ipsius Imperatori, quæ vera nō existebāt. Iussit audiri causam Imperator. Audita est apud Episcopos, falsa illa crimina inuēta sunt, absolutus est Cæcilianus. Nec illi à persequendo desisterunt, sed Imperatorē sepe interpellarunt, vbi postea iudicem causæ constituerūt. Et ipse inter partes audiuit & cognouit. Cognouit Imperator, innocētē Cæcilianū iudicauit. Et cū hoc obiceremus, cōtenderunt nobiscum & dixerūt, quia Cæcilianum damnauit Imperator in exilium. quod falsum est. Sed tamē videte quid dixerunt. Quia persequētibus maiorib⁹ suis adductus est ad Imperatorē Cæcilianus, & missus in exiliū. Gesta legimus, prosecutiones ipsius sunt, manus ipsius tenentur subscribētis verbis suis, intēdite obsecro vos, diiudicate modo causam nostram. Certe persecuti sunt maiores sui Cæcilianum, certe ad Imperatorē perduxerunt, certe ut damnaretur fecerūt. Nolo dicere, quia non est dānatus, nolo dicere, quia innocēs est pronunciatus. Sed hoc sit quod dicūt. Quando eum persequēbāt, quando damnari fecerunt, tunc quid erat Cæcilianus? Quando persecutionem patiebatur à maioribus istorum, quid erat? Dicatur mihi, quid erat? Christianus erat? catholicus, aut quid erat? Non dicunt, non erat catholicus, sed criminofus. Possunt ergo pati persecutionem à sanctis homines criminofus? Prorsus hoc accipiamus. Criminofus erat Cæcilianus, qui persecutionem patiebatur. Sic enim non dico mentiebantur, sed fallebantur, ut & nos illis cōsentiamus. Criminofus erat. Quid faciebāt, quid erant? Quod vis elige, Si iniqui erant, desere iniquos, veni ad nos. Si autem sancti erant, potest ergo fieri, ut sancti persequantur iniustū? Noli nobis irasci, si persequimur, noli dicere, iniusti

A iusti estis qui persequimini. Iam enim ostendistis, quia fieri potest, ut & iusti persequantur iniustū. Fieri potest, aut nō potest? Vnum de duobus dicatur mihi. Si fieri nō potest, quare vestri persecuti sunt Cæcilianus? Si autem fieri potest, quid miraris? Quid laudas pœnam, & non ostēdis causam? Beati, ait dominus, qui persecutionem patitur. Adde, propter iustitiā, & separasti latrones, separasti maleficos, separasti adulteros, separasti impios, separasti sacrilegos, separasti hæreticos. Tales persecutionem patiuntur, sed non propter iustitiā. Et tamen qualem persecutionē patitur frater noster qui adductus est ad nos? Ipsa est persecutio gloriosior. De illa prorsus profiteor. Reprehendat qui vult, talem persecutionem profiteor. Psalmum lego, Detrahentē proximo suo occulte, hūc persequer. Si recte persequor occulte proximo detrahentem, non rectius persequor dei Ecclesiā publice blasphemantē, quando dicit, non est ipsa: quādo dicit, nostra est quæ in parte est: quando dicit, illa meretrix est? Ergo blasphemantem Ecclesiam non persequar? Persequar planē, quia membrum sum Ecclesiæ: persequar planē, quia filius sum Ecclesiæ. Ipsius voce Ecclesiæ vtor, ipsa Ecclesia per me dicit in Psalmo, Persequar inimicos meos & cōprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Deficiant in malo, proficiant in bonū. Fratres, ne putetis aliquid nouū factū esse fratri nostro. Pars Donati quādo præualebat, Cōstantiæ laicū nostrū catechumenum, natum de parētibus catholicis, Petilianus tenuit, vim fecit nolēt, scrutatus est fugientem, inuenit latentē, extraxit pauentem, baptizauit timentem, ordinauit nolētē. Ecce qualem violentiam fecit in nostro. Rapuit ille ad mortē, nos non trahimus ad salutem? Hæc locutus sum charitati vestræ, propter illud quod dixistis, aut hūc, aut nusquā. Hoc enī & nos volumus, ut hūc hūc, sed in vnitare in pace, hūc hūc, sed in charitatis societate. Tūc bene hūc. Nam melius nusquam q̄ hūc. Sed præstet dominus, ut hūc potius, quē nusquam. Si nō hūc, absit ut nō alibi: absit hūc, aut alibi. Audistis, audiuit, Quid in eius animo deus egerit, ipse nouit. Nos enim autem forinsecus percutimus, ille nouit intus loqui, ille intus prædicat pacē, nec cessat prædicare si audiatur. Aderit misericordia eius, adiuuantibus orationibus vestris, ut sit fructuosus labor noster. Tamen si hodie cōmunicare noluerit, quantum fatigari nō debeamus, sed instare quantum possumus debeamus, C nec sic tamen fatigari debemus. Differri possumus, auferre instantiam nostram nec possumus nec debemus. Aderit ille qui huc illum ad nos perduxit, ut nos faciat cum illo in vnitare vobiscum & in sua pace gaudere,

Concionis Augustini super gestis cum Emerito Donatist. Episcopo finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi de gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo, Liber vnus.

ALioriosissimis Imperatoribus, Honorio duodecimū, & Theodosio octauū consulibus, duodecimo calendis Octobris. Cæsariæ in Ecclesia maiori, cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis, vna cum Alipio Tagastensi, Augustino Hipponensi, Possidio Calamensi, Rustico

Cartenitano, Palladio Tigabitano, & ceteris Episcopis, in exedram processissent, presentibus presbyteris & diaconibus, & vniuerso clero, ac frequentissima plebe, adesset etiam Emeritus partis Donati Episcopus, Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit, Fratres charissimi, qui ab initio catholici fuistis, & quicunque ad catholicam ex Donatistarum errore venistis, & pacem huius sanctæ Ecclesiæ catholicæ cognouistis, & veraci corde tenuistis, & qui adhuc forte de catholica vnitatis veritate dubitatis, audite nos sollicitos pura dilectione pro vobis. Quando venit ad hanc ciuitatē die nudiustertiana frater noster Emeritus Donatistarum adhuc Episcopus, perlatum est ad nos subito eum esse presentem. Et quoniā claritate, quam deus videt, desiderabamus eius presentiam, ad eum videndum continuo conuoluimus, inuenimus eum stantem in platea. Facta inuicem salutatione, admonimus, quod durum esset ac turpe eum in platea remanere, ut ad Ecclesiam nobiscum veniret. At ille nobis sine vlla recusatione consensit, vbi nos putauimus eum ita communionem catholicā non recusaturum, quemadmodū vel spontaneum obtulit adactum, vel ad Ecclesiam venire minime dubitauit. Illo autē in perueritate hæretica quantum intra Ecclesiam catholicā diutius remorante, allocutus sum dilectionem vestram, sicut meminisse dignamini. Multa dixi quæ audistis, & quæ sine dubio quantum potestis etiam meministis. Multa de pace, multa de charitate, multa de sanctæ Ecclesiæ catholice, quæ deus promissit & præstitit, vnitare. In quo meo sermone & vos alloquebar, & illum exhortabar, & quantum in me poterant viscera charitatis, omnes in periculo animæ suæ cōstitutos, in illo meo sermone parturiebam & parere domino cupiebā. Hoc enim & beatus Paulus Apostolus dixit quibusdam, Filioli mei, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Sed etiam post sermonem nostrum cum adhuc in illa sua perduraret pertinacia, nec sic desperandum putauimus, sed nec de quoquā quamdiu viuit in hoc corpore homine desperandum putamus. Neque enim sic dixi nudiustertius me non desperasse, ut hodie audeam desperare. Sed ad hunc articulum causa perducta est, ut quoniam venit, & quantum cognouimus, sponte venit, non sit huic Ecclesiæ infructuosus eius aduentus. Aut enim quod magis optamus & cupimus, etiam de illius salute vobiscum in catholica pace gaudebimus: aut si, quod abominamur & detestamur, ipse in illa pertinacia perdurauerit, debetis vos eius presentia melius nosse quid intersit inter catholicam pacem & hæreticam dissensionem. Partis enim Donati Episcopus est, sed à Donatistis huius ciuitatis ordinatus. Quos Donatistas in nomine Christi in gremium catholicum iam magna ex parte suscepimus, ita ut penē omnes communioni catholice sociatos esse gaudeam⁹. Sed quoniam & quiam communicauerunt, non quidem vniuersi, sed quidam videtur de ipsa, ut paulo ante dixi, catholica veritate dubitare, quidam vero nō saltem dubitant, sed adhuc corde positi in parte Donati, presentiam nobis exhibēt corporale, siue viri siue femine, carne intus, spiritu foris, bonum esse estimamus Episcopum ipsorū interrogare, ut si habet aliquid quod p ipsa parte adhuc dicat, post factam apud Carthaginem omnibus notam collationē, si habet aliquid quod adhuc dicat, dicat sine præiudicio partis Donati, quod tamē pdesse existimet vobis, in quorū ciuitate pro vestra in Christo salute se existimat ordinatū, & nos respōdebim⁹ sine præiudicio

G catholica, quoniam modo nullas partes defensionis imposuit: quod tamen, sicut existimamus & volumus, prodesse vobis possit presentibus contra presentem, vt si seductus est, non seducat: si autem nos seducebamur, ipso presente qui foris fortasse multa iactitat arguamur, refellamur, conuincamur, doceamur. Hoc propterea dixi, ne ideo loqui nolite, quia potest dicere, Nullas mihi modo pars mea partes defensionis imposuit. Nō enim post ipsam collationem non loquebatur, aut post illam collationem non ad istam ciuitatem venit, aut de ista prouincia aliquando discessit, aut credimus eum omnino post illam collationem nulli homini verbum pro parte Donati fecisse. Noui quæ vobis dicebatur, eos alloquor, qui ex ipsa parte venistis, noui quid dicebatur vobis, nos cognitoris emisse sententiam. Noui dictum esse vobis, quod ille fuerit cōmunionis nostræ, & propterea istos loqui omnia quæ vellent minime permisit, & eos potestate potius oppressit, quàm probitate: quod loquebantur non accepit. Ista omnia iactata sunt post collationem, siue ab ipso, siue ab hominibus cōmunionis illius. Quid interest à quo vos perturbemini,

H quos volumus in catholica pace esse tranquillos? Si absens esset, dicerem de illo vobis, Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicumque est ille. Hæc enim quæ dixi, beati Pauli verba sunt aduersus absentes, à quibus simplices turbabantur. Nunc autem presens est, modo nobis dignetur dicere quare aduenerit. Frater Emerite, presens es, collationibus interfuisti. si victus es, quare venisti? Si autē te victum esse nō putas, loquere vnde tibi victor esse videaris? Tunc enim victus es, si veritate victus es. Si autem videris victus potestate, & vicisti veritate, non est hic potestas, qua victus videris. Audiant ciues tui, vnde te victorem presumis esse. At si nosti aduersus te victorem fuisse veritatem, quid adhuc respicis vnitatem? Emeritus Episcopus partis Donati, dixit, Gesta indicant, si victus sum, aut vici. Si veritate victus sum, aut potestate oppressus sum. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholice dixit, Quare ergo venisti? Emeritus Episcopus partis Donati dixit, Vt hoc dicerem quod requiris. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholice dixit, Requiro quare veneris: hoc non quarerem si non venisses. Emeritus Episcopus partis Donati dixit notario qui excipiebat. Fac. Cūque reticeret,

I Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholice dixit, Si ergo sub veritate tacuisti, non sine causa venisti, nisi quia istos decipere voluisti. Cūque diu reticeret, Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholice dixit, Videtis fratres diu tacetis, moneo vt optetis respiscetis, obsecro ne sequamini pereuntem. Veruntamen quoniam cum gesta cōmunionis nostræ commemorauit, vbi apparere posse dixit, vtrum veritate sit victus, an potestate oppressus, multa sunt quidem, vbi superfluis & moratoris prosecutionibus gesta cūmularunt, nihil aliud magnis viribus agentes, nisi vt nihil ageretur. Sed domino presidente, & causam suam agente, ventum est quō noluerunt. Dicta causa atque definita est. Sed si omnia gesta vobis legere velimus, quanquam presentibus vobis fratrem & cōepiscopum meum Deuterium obstringo, vt quæadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagasten, apud Constantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes Ecclesias, sic etiam deinceps facere non pigrescat. Vt annis omnibus per ieiuniorum dies, id est, quadragesima ante pascha, quando vobis maxime ieiunantibus plus vacat audire, eadem gesta collationis per annos singulos, vniuersa à capite in finem ex

ordine recitentur, Tamen vt dicere cōperam, quia nō omnia vobis modo legere possumus, dignamini prius audire ante collationem, quas literas dederimus ad cognitorem, vbi promissimus vel quemadmodum suscipi vellemus si victi fuissetis, vel quemadmodum suscipi vellemus si vinceremus, vt videretur non in contentione, sed in humilitate esse victoria. Alipius Episcopus Ecclesiæ catholice Epistolam recitauit: Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili, tribuno & notario Marcellino, Aurelius Siluanus, & vniuersi Episcopi catholici. Dicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique seruandæ, & veritati manifestandæ ac muniendæ consultum est, in omnibus nos cōsentire, sicut ad monere dignatus es, per has intimamus: illa etiam veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, vt si nobis hoc cum quibus agimus demonstrare potuerint, cum secundum dei promissa populi Christiani vsquequaque crescedo, iam magnam partem orbis impleverint, & in ceteram dilatentur implenda, subito Ecclesiam Christi nescio quorum quos isti accusant peccatorum perisse cōtagione, & in sola remanente parte Donati. Si hoc vt dictum est demonstrare potuerint, nullos apud eos honores Episcopatus requiremus, sed eorum sequemur pro sola salute consilium, quibus tanti gratiam beneficij cognita veritate debeamus. Si autem nos potius valuerimus ostendere, Ecclesiam Christi omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum prouinciarum, multarum gentium spatia, feracissima populorum copia iam tenentem, & sicut scriptū est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse, Si denique ipsorum qui tūc accusare voluerunt potius quàm conuincere valuerunt quæstionem definitam, quāuis nō in eis Ecclesia consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse iudicatos ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes suas vltro accusando miserunt, Postremo si quid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel diuinis probauerimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitam, aut Christi Ecclesiam, cuius cōmunioni cōhæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic eius nobiscum teneant vnitatem, vt non solum viam salutis inueniant, sed nec honorem Episcopatus amittant. Neque enim in eis diuina sacramenta veritatis, sed commenta humani defectamur erroris. Quibus sublatis, fratrum pectus complectemur Christiana nobis charitate coniunctū, quod nūc dolemus dissensione diabolica separatam. Poterit quippe vnusquisque nostrum honoris sibi socio copulato vicissim sedere eminentius, sicut peregrino Episcopo iuxta confidentē collegam hoc cum alternis basilicis vtrunque conceditur, vtroque alterum cum honore mutuo preueniente: quia vbi præcepto charitatis dilatauerit corda, possessio pacis nō fit angusta, vt vno eorum defuncto, deinceps iam singulis singulis pristino more succedant. Nec nouum aliquid fiet. Nam hoc ex ipsius separationis exordio in eis qui damnato nefarie dissensionis errore vnitatis dulcedinem vel sero lapsauerunt, catholica dilectio custodiuit. Aut si forte populi Christiani singulis delectantur Episcopis, & duorum cōsortium inuisitata rerum facie tolerare non possunt, vtrique de medio discedamus, & Ecclesiis singulis damnata schismatis causa in vnitatis pacificæ cōstituitur, ab his singulis in Ecclesiis singulis annuentibus vnitati

facta,

A facta, per loca necessaria singuli constituentur Episcopi. Et cum legeret, Augustinus Episcopus dixit, Dicam charitati vestræ & cōmemorē re dulcissimā & suauissimā, quam domino adiuuante sumus experti: Cū ante ipsam collationē inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, quia pro pace Christi episcopi debent esse, aut debent nō esse, quod vobis fatendū est, circūspicientes omnes fratres & cōepiscopos nostros, nō facile nobis occurrerant qui hoc vellent suscipere, & de hac humilitate domino sacrificare, dicebamus vt fieri solet: ille potest, ille nō potest: ille consentit hoc, ille nō tolerat: loquentes magis pro suspicionibus nostris, qui corda illorum videre minime poteramus. Quando autem ventum est vt hoc palam fieret, in concilio vniuersorum tam frequenti penē trecentorum episcoporum, sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, vt parati essent Episcopatum pro Christi vnitatis deponere, & non perdere, sed deo tutius commendare. Duo ibi vix inuenti sunt, quibus displiceret. Vnus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est, alter voluntatem suam tacito vultu significauit. Sed posteaquā illū senē liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutauit. Audite ergo quibus modis etiam ipsa exhortatio facta est, propter illum qui ait, Qui se humiliter exaltabitur. Item legit, Quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de cœlis in humana membra descendit, vt membra eius essemus, & nos ne ipsa eius membra crudeli diuisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, quàm Christiani fideles & obedientes sumus. Hoc ergo semper sumus, Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodesset, hoc de nostro Episcopatu faciamus. Augustinus Episcopus dixit, Propter vos hoc debemus esse quod vos. Quid debes esse tu, cuiusque loquor vestrū? Christianus fidelis, obediens: hoc tu propter te, hoc & ego propter me. Ergo quod tu propter te, & ego propter me semper esse debemus. Quod autem sum propter te, si tibi prodest, non sim si tibi obest. Ecce quod dictum est, attendite. Item legit, Si serui vtilis sumus, cur domini aternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus inuidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi deposita magis collegerit, quàm retenta disperserit. Cūque recitaret, Augustinus Episcopus dixit, Fratres mei, si dominum cogitamus, locus iste altior specula vinitatis est, non fastigium superbiētis. Si cum volo retinere Episcopatum meum, dispergo gregem Christi, quomodo est damnum gregis, honor pastoris? Itē legit, Nam qua frōte in futuro seculo promissum à Christo sperabimus honorem, si Christianā in hoc seculo noster honor impedit vnitatis? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribendæ curauimus, & vt per te innotescat omnibus postulamus, vt in adiutorio domini dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quoadiuuante nos implere posse cōfidimus, etiam ante collationem si fieri potest, corda hominū vel infirma, vel dura, pia charitas aut sanet, aut edomet: ac sic iam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolūt esse pacificos beatos, quoniam ipsi filij dei vocabuntur, multo dignius & facilius eos velle vt pars Donati vniuerso orbi Christiano reconcilietur, quā vniuersus orbis

Tomus septimus.

Christianus à parte Donati rebaptizetur, cū præsertim de Maximiniani sacrilego & dānato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum iussionibus infectando emendare curarūt, tanta diligentia quaesierūt, vt nec baptismum ab eis datum rescindere audent, & quosdā eorum dānatos sine vlla honoris diminutione susciperent, quosdā vero in illius dissensionis societate impollutos esse censerent. Quorum inter se cōcordiæ nō inuidemus. Sed eos oportet aduertere quàm pie ramū à se fractum tāto studio radix catholica inquirat, si ramus ipse similiter à se parū fragmen incisum sic colligere laborauit. Et alia manu. Optamus te fili in domino bene valere. Quo recitato Augustinus Episcopus dixit, Audite qui nescitis, audite obsecro vos. Deo gratias, quia ipso presente loquor. Causam istam Maximinianistarum, quā volo modo vobis exponere, vbi omnium calumniarū suarum tanquam malarum mercium nauem frugerunt. Causam ergo istā Maximinianistarū cū toties obiecissetis in nostra collatione, nihil aduersus eā dicere potuerūt: id est, aduersus obiectionē nostrā totiens insertam, totiens repetitā, totiens eorū frōtibibus illisam, nihil omnino respondere potuerunt, quia quod responderent non inuenērūt. Audite ergo illam diligenter. Ecce hic est, audite me, si mentior redarguat, E probare me compellat. Gesta quidem ipsa hic nō sunt, sed ibi sit causa. Feramus quassibet dilaciones, vt ad documēta necessaria veniamus, si probauero, quod dico. Si tamē inde dubitat, aut quod absit dubitare se fingit, quod pace eius dixerim, non cōmunicet, si non probauero. Si autē scit iam me verū dicere, & nouit propterea respondere noluisse, quia quod responderet non potuit inuenire, rogo vos vt ipsi iudicetis, quid sit tolerabilius, in honore suo suspicere à se dānatū, an fratrem agnoscere non aliquando à se conuictum. Intendite obsecro, audite narrationem. Maximinianus quidam diaconus fuit Carthaginensis, in parte Donati, siue merito superbiæ suæ, siue vt ipsi putant merito iustitiæ suæ, offendit Episcopum suum, id est, Primianum Carthaginensem, siue iniuste, si superbus meliorem: siue iuste, si probus improbiorem. Excommunicatus est à Primiano, perrexit ad Episcopos vicinos, concitauit inuidiam Primiano, accusauit eum apud illos. Ventum est ad Carthaginem. Voluerūt qui venerunt multi episcopi Donatistæ, ad se venire Primianum, sicut voluerunt maiores istorum ad se venire Cæcilianum. Factione cognita, noluit ad istos venire Primianus, sicut ad illos noluit venire Cæcilianus. Damnatus est ab istis absens Primianus, sicut ab illis damnatus est absens Cæcilianus. Qualē imaginem rerū voluit deus ante oculos nostros recenti tēpore ponere, quoniam nimis antiqua iam debebat obliuio. Dānatus est absens. Ab aliis Episcopis partis Donati, Primianus cōmunioni est restitutus, imō quia eum non deposuerūt, in sua sede firmatus est. Dānati sunt Maximinianistæ, sicut à peregrinis Episcopis & transmarinis absoluto Cæciliano meruit dānari Donatus. Dānatus est Maximinianus cū duodecim ordinatorib⁹ suis. Factio quidē ipsa plurimius cōtinebat, ceteri erāt fortassis Episcopi. Sed ne maior præcisio fieret, isti noluerunt paucis deiectis, multis imponere disciplinā. Dānarunt solos qui affuerūt ordinationi Maximiminiani, quando contra episcopū suum illicite est eleuatus episcopus. Ceteri in ipsa factione cōstituti, si redire ad ecclesiā vellent, in suis permitterētur honoribus. Verbis quidē suis ostendebāt, eos foris esse ab Ecclesia. Quem enim hortaris vt intret, foris est. Constituto er-

f

Go die, intra quem diem si redirent, nihil eis obessent quæ aduersus Primum dicebantur, decreto Bagaiensi firmarunt. Damnatu est Maximianus cum duodecim. Cæpit agi, ut damnati de basilicis pellerentur. Interpellantur iudices, interpellantur proconsules, in iudicium allegatur episcopale Bagaiense concilium. Dicuntur hæretici, demonstrantur damnati, impetrantur iussiones, auxilia congregantur, venit ad eiicendos de basilicis homines damnatos, & in sua pertinacia constitutos. Illis condemnatis, populi qui fauebant resisterunt. Vbi non potuerunt, victi sunt. In locum eorum qui victi sunt & expulsi, alij ordinati sunt. Ex quibus duos nominamus, ut de cæteris taceamus, vnum Felicianum, alterum Prætextatum Assuritanum. Quos post annos duos aut tres, per Optatū Gildonianū post multas illis illatas persecutiones, iudicialibus persecutionibus & tota acrimonia potestatum, in suis honoribus susceperunt. Post damnationem suam, post eiectioem, post persecutiones susceperunt illos in honoribus suis, adiunxerunt sibi socios atque collegas. Nam in loco vnus ipsorum Prætextati Assuritanum, alium iam ordinauerunt nomine Rogatū, qui modo catholicus est, cui exercitus istorum, hic est, agmen Circūcellionum, linguam & manū præcidit. Illi autem qui per ipsum tempus quo illi dånati foris erant, ferme per triennium baptizati sunt à damnatis, baptizati sunt foris ab ecclesia istorum, sic sunt suscepti. Nemo dixit, non habes baptismum, quia foris es baptizatus. Et rebaptizat qui venit de Epheso, de Smyrna, de Thessalonica, de cæteris Ecclesiis quas suo labore Apostoli plantauerunt, & ad quas legimus missas Apostolorum epistolam, quas audimus in Ecclesia recitari. Sententia tenetur. Et quantum audiimus ab ipso fratre nostro, quæ deus faciat pacatum fratrem nostrum, ab isto Emerito est dictata sententia vbi illi dånati sunt. Legatur ipsa sententia vbi illi damnati sunt, & legatur sententia vbi Cæcilianum damnauerunt maiores istorum, & videamus qui rei peiores facti sunt, qui grauiore sententia puniti, qui strepitu maiore damnati. Ibi dixit: Licet enim viperæ feminis noxios partus venenati vteri alveus diu texerit, & cõcepti sceleris, vda coagula in aspidum membra tardo se calore vaporauerint, tamen conceptum virus euanescente ymbaculo occultari non potuit. Nam etsi sero, publicum tamen parricidium, & facinus suum facta scelerum vota perpererunt. Quod ante prædictum est, Parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Sed quoniam serenam iam fulget è nubilo, nec est confusa crimum sylua cum ad pœnam designata sunt nomina: indulgentiæ enim antehac fuerat, dum clementiæ dimittimus lineam, inuenit causam quos punit. Et iter cætera, Loquamur charissimi fratres, schismatis causas, quia iam nõ possumus tacere personas. Maximianum fidei æmulum, veritatis adulterum, ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Core & Abiron ministrum. Hæc verba sunt partis Donati in Maximianistas, isto ut audiimus dictante prolata. Scius autem qui sint Dathan Core & Abiron, ipsi primo schisma fecerunt, quibus pœna vsitata non sufficit, viuos aperta terra deuorauit Dathan Core & Abiron ministrum. Verba ipsius sunt. De pacis gremio sententiæ fulmen excussit. Audite adhuc, Et quod adhuc eum inquit, debilem terram nõ absorbit, ad maius iudicium superis reseruaui. Raptus enim pœnã sui cõpeditio lucraturat funeri, vsuras nũc grauioris colligit fœnoris, cum mortuus interest viuis. Verba sunt ipsius Maximianum dånantis, vel potius ut ipse dicit, ore veridico fulmi-

nantis: Et tamẽ collecti sunt aspides, viperæ, parricidæ, nec exuffiatur baptismus quem dedit aspis, vipera, parricida. Audistis quantus ignis exarserit eloquentiæ, quando inuenit fœnum quod posset incendere. Frater Emerite amplexus es fratrem tuum Felicianum, tui oris fulmine condemnatum, agnosce fratrem Deuterium, tibi etiam genere sociatum. Quotiescunque fratres mei causam istam Maximianistarum, quam sicut potui vobis exposui, eis cum in collatione ageremus obiecimus, plus inde tacuit, quam modo in omnibus tacet. Non se occultent tergiversatoria nõ defensione, sed fuga. Dicunt enim quod dilationem illis dederint, & intra dilationem illos susceperint. Hoc falsum est. Duodecim enim cum Maximiano damnati sunt, cæteri autem non aderunt ordinationi eius, quando ei manus imposita est. Illis dilationem dederunt. Nam verba ipsius ista sunt, Nec solum hunc, inquit, sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad cõsortium criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptum est, Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum õs maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor dei ante oculos eorum. Nollemus quidem tanquam proprii corporis secare iuncturam, sed quoniam tabescit vulneris putredo pestifera plus habet in absisione solaminis, quam in remissione medicaminis, inuenta est causa salubris, ne per cuncta membra pestilens irreperet virus, ut compendioso dolore natum decidat vulnus. Famoli ergo criminis reos esse nominat duodecim, inter quos & Felicianum & Prætextatum: Sed nomina omnium mihi non occurrunt. Et infert sic, Qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta seculæta sordidarunt. Sed & clericos aliquando ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori interfunt, illicito incestui præbuerunt lenocinium, dei præidentis arbitrio vniuersalis concilij ore veridico dånatos esse cognoscite. Eos autem quos sacrilegi furculi non polluere plantaria, hoc est, qui à Maximiani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem ecclesiæ redire permisimus. Volebant pumicare faciem suam, qua sacrilegis ignoscerebant, & a parte schismaticis viam redeundi concedebant. Quid est hoc? Rogo modo mihi dignentur exponere, quomodo eos sacrilegi furculi non polluere plantaria? Quare illis dilationem das si nullam partem in Maximiani schismate habere poterunt? Si autem socij sunt factionis, quomodo non fuerint præfentes ordinationi, quomodo illos non inquinat Maximianus, & totum orbem terrarum semel absens damnatus, tertio præfens absolutus inquinat Cæcilianus? Non inquinat Afer Afros, viuos viuos, notus notos, particeps socios, & Cæcilianus inquinat transmarinos, inquinat longe positos, inquinat non damnatos? Tecum sedit à te damnatus, & non te inquinat Felicianus. Ego illum non vidi, tu istum nosti. Ego illum innocentem credo, tu istum nocentem damnasti. Aut si fateris innocentem te fuisse receptorum, fateris te innocentem fuisse damnatorem. Et tamen fratres mei non inuidemus concordiam ipsorum, inter se suscitata odia diabolica finierunt, quomodo putant, in pacem redierunt. Sed hoc dico, Si ramus fractus quæsiuit virgultum à se fractum, qua diligentia debet arbor ipsa querere ramum ex se fractum? Ideo sudamus, ideo laboramus, ideo inter eorum arma & cruetas furias Circūcellionum periclitati sumus, & adhuc reliquias eorum qualicum-

A qualicumque donata à deo patientia toleramus, dum arbor querit ramum, dum grex ex ouili Christi oues perditam querit. Si pastoralibus visceribus præditi sumus, per sepes & spinas nos coartare debemus. Membris lacertatis ouem quaramus, & pastori principij omnium curam lætitia reportemus. Multa diximus etiam fatigati, & tamen frater noster, propter quem ista dicimus vobis, & cui pariter dicimus, & pro quo tanta agimus, adhuc pertinax consistit. Constantem se putat fortitudo crudelis. Non adhuc de vana & falsa fortitudine gloriatur, Audiat Apostolum dicentem, Virtus in infirmitate perficitur. Oremus pro illo, Vnde scimus quid velit deus? Multa cogitationes, sicut scriptum est, in corde viri, consilium autem domini manet in æternum.

AD LECTOREM.

Hic loco congruebat liber ad Bonifacium comitem de correctione Donatistarum. Cuius Augustinus meminit in retrationibus, sed is excusus est inter Epistolas, numero quinquagesima: satis voluminum est, etiam si non iterentur eadem, quem admodum factum est in editione prima.

Finis.

Hic libelli nõ meminit Augustinus in Catalogo suo. Multa tamen insunt, quæ congruunt cum illius pbrasi, quadam discrepant. Videtur alicubi mutilus.

ADIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
EPISCOPI, CONTRA FVL-
gentium Donatistam
Liber.

IBELLVM, quem mihi religio tua frater Fulgenti direxit, non aspernatus accepi, quem vtrum ipse distaueris, an aliunde quaesieris, non satis admiror. Est enim & hoc nostræ religionis officium, non personas intendere, sed veritatem in omnibus querere, inuentam agnoscere, & agnitam custodire. Sic enim Apostolus Paulus dicit, Omnia probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala vos abstinet. Breuiter igitur dicam quod ingeniosius literis dilatasti. Dixisti vnum esse baptismum, quod Samaritanus, id est, hæreticus habere non meruit. Vnum hortum conclusum, qui est Ecclesia, fontem habere signatum, de quo nullus alienus attingit. Vnum oleum quod est chrisma sanctissimum, quod morituræ muscæ corrumpunt, & peccatores omnino non dabunt. Contra hæc mihi in adiutorio domini paranda responsio est, nec aliunde sumenda, nisi ex lectioe diuina. Verbi ergo principium iam sumamus, imò ipsum verbum principium Iesum dominum, ducem ac principem cœlestis militiae teneamus, bella geramus, & eius manu sacrata tuba petamus viros validissimos ciuitatis nefariæ Hiericho: id est, altitudinem mundanæ sapientiæ testamenti dominicis circumdemus, veritatis & libertatis vocibus concrepemus, aduersarios in domo Raab, id est, Ecclesiæ quæ nuncios eius suscipit, propter mundi excidium confutere compellamus: pertinaces anathemate condemne-

mus, ut hætenus victores esse possimus. Hæc ergo ex lege aduersus legem, ex dei testamento aduersus dei testamentum, ex veritatis fonte aduersus veritatis fontem tam obice forti prima fronte sumplisti, quasi possit veritas à semetipsa deuinci, aut gloria luminis sua luce fuscari. Donatista dixit, Dominus & saluator noster Iesus Christus vni baptismi doctor & custos ne sitientes animas per aridos lacus mētis error abduceret, perennes haustus sibi esse proclamans, in Evangelio suo ita testatus est, dicens, Qui sitit, veniat & bibat, qui credit in me, sicut Esaias dicit. Cath. respondit, Non habet, sicut dicit Esaias: sed, sicut dicit scriptura. Sed ista velut impedimenta despiciam, ne longo sermone utilitatem legentis excludam. Donatista dixit, Qui credit in me, sicut dicit Esaias, flumina de ventre eius fluent aqua viua: & ne passim & vbiq; bibi posse diceretur, merita aquarum ipse discreuit, dum Samariae apostasiæ originem in proprio fonte damnauit. Qui biberit, inquit, ex hac aqua, sitiet iterum: qui biberit ex aqua quam ego dederò, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Cath. respondit, Hæc vtiq; ideo posuisti, ut nos catholicos quasi Samaritanos & sine baptismo demonstrares. Iam ergo Donatistas in Samaritanis incipe speculari. Samaritanorum dogma Regnorum libro docente tale fuit, Deum timebant, & simul signa colebant: diuinam legem seruabant, & patrum errores minime deserebant: circuncisionis signum habebant, & Israëlitarum collegiū non tenebant. Hoc & vos facitis, Deum metuitis, & signum luteum Donatū pariter colitis. Et hic enim ex terræ puluere figuratus est. Diuinam legem seruatis, & parentum errorem non relinquitis. Baptismi habetis sacramentum, & catholicorum non vultis habere cõsortium. Ecce vos eis per omnia similitis. Sicut ergo tunc Samaritanorum circūcisio secundo dari non poterat, ita nunc Donatistarum baptismus iterari non debet, domino Christo dicente, Qui semel lotus est, nõ habet necessitatem iterum lauadi. Circūcisio enim Samaritanorum baptismus significat Donatistarum, dicente Apostolo, Circūcisus estis circūcisioe non manu facta in expoliatioe corporis carnis, sed in circūcisioe Christi cõsepulti ei in baptismo. Quod autem ait dominus, Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: non de baptismate, sed de terreno locutus est elemēto. Nam si baptismus hic vellet ostendere, nullo modo à Samaritana muliere postulasset. Denique puteus ille non Samariæ dicitur sed Iacob, & vtiq; Iacob non fuit hæreticus, sed deo dilectus, semper charus, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius. Donatista dixit, Nunquam ergo Ecclesiæ spiritus patitur iugum quod ore diuino meruit diffamari, legis præconio præmonente, Duo contra duo, vnum contra vnũ. Et dominus in euangelio, Tūc, inquit, duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur: duo molentes in molendino, vna assumeretur, & vna relinquetur. Vides ergo duo genera esse baptismatū & duo premia meritõrum, dum vnũ letalis ingenij ardor exurit, & bibulæ sitis perenes haust? excoquit: alterũ quod semel potandarũ meatibus sitiũ vitæ perenitatẽ sanciuit, vtiq; in effosis gurgitibus perpetuas ariditates ostēdit, & dũ eius pie meritũ claudit, mortis aditũ patefecit, dicente Hieremia, Duo mala fecit populus iste: Me dereliquerunt, & effoderunt sibi lacus detritos, qui copiam non possunt portare. Et iterũ, Omnes qui derelinquunt te, cõfundentur: recedentes à te, scribetur in libro mortis, quoniam dereliquerunt te fontem vitæ. Cath. respondit, Tu vnum

Contra Cre-
scenium. li.
4. cap. 2.

Psal. 7.

Contra Cre-
scenium. li.
3. ca. 19. &
53.

Num. 16.

Ioan. 7.
Ioan. 4.
Cõparatio
Donatist.
ad Sa-
maritanos.
Ioan. 13.
Coloss. 2.
Ioan. 4.
Ecclesi. 32.
Matth. 24.
Hiere. 2.
Hiere. 17.

G contra vnum, ego multa baptisimata assero cōtra vnū. Etenim Pagan⁹ baptizat, & Iudæus baptizat, & Sadducæus baptizat, & multi extra regulam data legis baptizare non cessant, sed illud est vnum quod verum, illud verum quod Christi, illud Christi quod patris & filii & spiritus sancti: hoc est verum, hoc salubre, huic nullum est comparandum. Hoc qui non accipit, ipse sibi & vite meritum claudit, & mortis aditum patefecit. Donatista dixit, Quod sicut asseris, vna fides in vtroque consistit, cur inter fidelem aquam & perfidam iusta separatione discreuit, testante domino per Esaiam, Quis nūciauit vobis quia ignis ardet? Quis nūciauit vobis locum illum æternum? Ambulans in iustitia, prædicans viam rectam, odio habens facinus & iniustitiam, & manus abstinens à muneribus, & grauians aurem vt nō audiat iudicium sanguinis, & comprimēs oculos suos ne videant iniquitatem, hic inhabitabit in alta spe fortis, panis illi dabitur, & aqua eius fidelis. A cuius fide perfidiam separans, Hieremia testante sic posuit, Vt quid iniuriāntes me prævalent? plaga mea solida facta est, vnde sanabo: facta est mihi sicut aqua mendax non habens fidem. Cath. respondit, Hæretici omnes licet in sua sibi disputatione discordent, in baptisimi tamen traditione solenni verbo concordant, sicut circuncisio vna, sed fide varia in Iudæis & Samaritanis veteribus cōsistebat. Necessē est ergo sicut tunc ita & nūc fieri oportere cōuersis, vt quod disputatione sola petatur, sola iterū disputatione soluat, vt audire de domino possint, iam mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis, Manete in me, & ego in vobis. Omnia enim in figura continebat illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deueniunt. Donatista dixit, Ezechiel quoque sic dixit, Et videbunt, quia plures sunt qui auerterunt aquā antiquæ piscinæ, & non aspererūt ad eum qui fecit eam ab initio: & eum qui illam condidit non viderunt. Inaudita dementia perfidorum, nec diuinis velle vocibus credere, nec Apostoli simplicem doctrinam erroris sui faucibus velle seruare. Cath. respondit, Absit, absit vt aquam antiquæ piscinæ, sicut vos in partem ducamus, aut diuinis eloquiis non credamus: quod legimus credimus: & quod credim⁹, prædicamus. Audi quæ sit origo nostra, & vbi eius aqua diffusa. In Zacharia sic habes, Exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, medium earū ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum: hoc est, ab Hierusalem vsque ad fines terræ: ætate & hyeme erunt: id est, omni tempore erunt. Et erit dominus rex super omnem terram: hoc est, omni terræ Christus dominabitur, nō Donatus. Hæc est possessio, hæc hæreditas Christi, quæ à sanctis colitur, & perenni fonte rigatur, de qua ei dictum est, Dabo tibi gētes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Qui in ipsa est, hæres ascriptus est: qui in ipsa non est, iam damnatus & morti destinatus est, scriptura dicente, Qui egressus fuerit fores domus tuæ, ipsi sibi reus erit. Donatista dixit, Hinc sibi deus vnicum baptisima esse proclamat: hinc Apostolus vnū cunctis dixisse cōfirmat, deo per Salomonem probate, Hortus cōclusus, soror mea, sponsa mea, fons signatus, puteus aquę viuæ, paradysus cum fructu pomorum. Cath. respondit, Recordare, lege omnia, aduerte diligēter, & vide quod ex hoc paradiso, ex hoc orto conclusio, ex hoc fonte signato, etiam foris salutis vnda decurrat, quæ vadit cōtra Assyrios, cōtra vos videlicet Donatistas. Ex Assyriis enim Samaritani illi nascuntur, qui vobis sunt compa-

rati. Ipse est, inquit scriptura, flauius qui vadit contra K Assyrios, contra inimicam dei populo gentem: nō pro illis vadit, sed contra. Quibusdā enim est odor mortis in mortem, quibusdā vero odor vite in vitam. Si-^{2. Cor. 11.} cut enim qui manducat & bibit sanguinem domini indigne, iudicium sibi māducat & bibit: sic & qui accipit indigne baptisima, iudicium accipit, non salutem. Nam & Iudas proditor bonum corpus, & Simon magus bonum baptisima Christi percepit, sed quia bono bene nō vsi sunt, mali male vtendo delati sunt. Bonū est baptisima, bonū est Christi sanguis & corpus, bona est & lex, sed si quis ea legitime vtatur. Naque enim & quia foris est, diuina nō est: aut quia ab alienis habetur, aliena putabitur: aut quia à malis iniuste tractatur, à nobis iuste damnabitur. Aqua paradisi, aqua trinitatis est. hanc vbi agnoscimus, paradisi nō negamus. hæc vbi non respicimus, paradisi omnino non dicimus. quæcunque foris nata est, paradisi nullo modo dicenda est. Vt puta Manichæus, quia nūquam fuit in paradiso, nec sicut vos de Ecclesia foras egressus est, aqua paradisi potandus est, quia foris exortus est. Hic opus habet vt viuat, ne in æternum moriatur, sed vt legitime viuat, in ipsa viuat ne iudicium manducet & bibat. Donatista dixit, Econtra Apostolus dixisse testatur, Vnus deus, vna fides, vnū baptisima. Nulla in doctrina diuina varietas, per omnia dominum sequitur seruus, in nullo differt à magistro discipulus. Quem sequeris, quem imitaris, quem huius flagitij arbitraris authorem? Cath. respondit, Da mihi aliquem sanctorum post trinitatē rebaptizare, quod facis. Lege mihi non illas scripturas quarum autoritate non teneor, sed noui & veteris testamenti quibus vtrique subiicimur. Si vnum est baptisima, cur duplices vnum? Non enim aliud iteras quàm quod inuenis verum. Quoniam ergo quæ destruxistis, ea iterum reedificatis, prauaricatores vos esse monstratis. Donatista dixit, Aut si vnum putas cum reis aliqua permixtione coniunctum sacramentū baptisimi, audi prophetas quibus sit recte dispensum, dicente Salomone, Fōs vite in manibus iusti. Cath. respondit, Bene de vobis dominus dixit, qui errorem vestrum ante præuidit, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, dominus autem nouit corda vestra: quia quod altum est hominibus, abominabile est apud deum. Si iustus es, & fons vite in manu tua est, nō homo, sed deus es. Ad te confugiatur, tibi credatur, in te spes omnis vite ponatur, ipsum baptisima in nomine tuo detur, & de domino taceatur. Vis scire vbi hunc fontē vite requiras? In Psalmo habes, Apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen. Non legisti, Filius malus superbos oculos habet: filius malus ipse se iustum dicit, exitus autem suos non abluet: Nisi te vt hominem reū esse cognoueris, nisi te peccatorem veraci corde clamaueris, iustificari omnino nō poteris, dicente Propheta, Dic prior iniquitates tuas vt iustificeris. Et Ioannes Apostolus, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Donatista dixit, Et David oleum autem peccatoris non impinget caput meum. Catho. respondit, Dic ergo mihi aliquem tuorum quem probes non esse peccatōrē, vt oleum vestrum non possit esse peccatoris, cū scriptum sit, Nullus est hominū qui nō peccet. Interpretes malo desuper lege, vt sensum possis accipere: sic ait, Corripiet me in misericordia, & increpabit me, oleū autē peccatoris non vngat caput meum: hoc est, Melior est misericors increpacio quàm lenis adulatio, sicut & illud, Meliora sunt

A sunt vulnera amici quàm voluntaria oscula inimici. Oculi peccatoris blandimentum est adulatoris, de quo alibi dicit, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Oleum iusti spiritus est dei, dicente Petro, Iesum à Nazareth, quem vnxit deus spiritu sancto. Desine itaque spiritum sanctum oleū dicere peccatoris, ne deum incipias asserere peccatōrē. Donatista dixit, Aperta confessio perfidorum isto loco monstratur, quæ inimicæ præsumptione à facinoroso sacerdote contacta polluitur, cuius sacrificium velut oleum voce diuina respuit. Facinorosus, inquit, qui sacrificat mihi velut qui canem occidat: & qui offert simlaginē, quasi sanguinem porcinum: & qui offert thus in memoria, quasi blasphemus. Cath. respondit, Certum est quod sacerdotis & plebis execret de ac despiciat hoc locustis, si bona non affuerit conscientia. Aut si de sacerdotibus solum dictū cupis intelligi, quomodo apud vos facinorosorum nō polluitur cōsecratio sacerdotum? Dicis, quādiu mali latet, inquinare nō possunt. Propter quod scriptum est: Quæ occulta sunt mihi, quæ manifestata sunt vobis? Si ergo quādiu mali latet inquinare non possunt, cur longe positas nationes, quibus nomen Donati & Cæciliani habetur incognitum, rebaptizare non times? Quis vestrum aliquorum mala in eorum pertulit aliquid notitiam? Et si pertulisset & non probasset, in nullo profus obesset, iuxta illud, Quæ occulta sunt mihi: quæ manifestata sunt vobis? Donatista dixit, Adhuc eius aquas turbidas Propheta spiritu manifestat. Imposuisti, inquit, in mari equos tuos turbantes aquas multas. Me cōtempit Galaad ciuitas, quæ operatur stulta, turbas aquas, & fortitudo tua sicut hominis piratæ. Cath. respondit, Agnosce in te tua tela conuerti, sicut scriptum est, Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Fortitudo tua Donatista, sicut hominis piratæ, qui viribus rebaptizas, viribus in aqua pugnas, viribus in aqua necas. Ita gerens, pirata captus occideris, nisi conuersus penitueris, & regi Christo in catholica militaueris. Donatista dixit, Si ergo vnico fonte Ecclesia gloriatur, vtrique traditorum spelunca est, quæ in aquarum multitudine extollitur, & baptisimi sui ebrietate confusa, cum regibus fornicatur, dicente Ioanne, Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis super aquas multas, & inebriati sunt omnes inhabitantes terram à vino fornicationis eius. Rogo quæ sunt aquæ multæ, nisi plura baptisimata: quæ mulier fornicaria, nisi traditorum spelunca, quæ regum voluptatibus seruit obnoxia, à quibus persecutionibus poculū bibēs, ebriitate populis miscet, & in amētia quos rigauerit ducit? Cuius accessum sapientissimus Salomon interdixit, Ab aqua, inquit, aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, vt longo viuas tempore, & adiciantur tibi anni vite tuæ. Fons aquæ tuæ priuatus sit tibi, Ne quisquā extraneus communicet tibi. Solus ergo priuatus non habet fontem, qui vi meretricis aquarū possidet multitudinem. Ioannes quoque Apostolus aquarum multitudinem improbat dicēs, Et dixit mihi angelus, Aquas quas vidisti, super quas sedet fornicaria illa, populi, turbae & nationes sunt. Cath. respondit, Vt video, vbi quæ aqua nominata est male, bene baptisima credidisti. Sed in bono tibi, in malo mihi illam tribuere voluisti, vt de vobis impleteret quod Paulus Apostolus dixit, Nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus asserunt. Quæ admodum enim Iannes & Mambres resistunt Moysi, ita hi resistunt veritati. Angelus dicit, Tomus septimus.

Aquas quas vidisti, populi, turbae, & nationes sunt. Et tu D angelo exponenti dicis, Rogo quæ sunt aquæ multæ, nisi plura baptisimata: quæ mulier fornicaria, nisi traditorum spelunca: Si & traditorum vocabula cupis addiscere, habes vestros, Syluanum Cirtensem, Felici curatori sacramenta tradentem. Habes Marianum ab aquis Tibilitanis, Romano curatori tres codices offerentem: Habes Victorem Rusicazensem quatuor Euangelia veluti delectitia comburentem, qui Cæcilianum absente daminare ausi sunt innocentem. Hæc est spelunca latronum, hæc progenies traditorum, hæc mulier fornicaria, quæ relicto Christo, Donato prostituit lupanaria, cuius domus iuxta Salomonem secessus est mortis, cuius via sunt inferorum: quæ se mundam vocat, cū sit sordibus plena: quæ se innocentem clamat, cum sit sceleribus irretita: quæ pudenda committit, & facta sua in alteram dicit, ne prior audiat quæ commisit. De factis enim vestris catholicos infamatis, vt populos à domino separatis. Proinde quod quasi tuos vt ab aqua nostra se abstineant, hortaris & dicis, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis: fons aquæ tuæ priuatus sit tibi, ne quisquam extraneus communicet tibi: quis non videat Prophetam coniugibus pudicitiam commendasse, & te à veritate procul errasse? Aut si fonti tuo communicare nullus debeat extraneus? Cur extraneos quæris, cur catholicos rebaptizas? Donatista dixit, Claret ergo apud traditores esse multitudinem aquarum, vbi diuersa schismatum semina, vbi hæreticorum multimodas pestes, vbi Manichæorum detestanda sordium feculenta, vel in abruptum cœnosus gurgitis lacum in æterna morte abrepto, charybdis vidit, & exterminij oleum flammis edacibus animauit. Cath. respondit, O probare, & errare, & delirare. Claret ergo apud traditores esse multitudinem aquarum vbi diuersa schismatum semina, vbi hæreticorum multimodas pestes, vbi Manichæorum detestanda sordium feculenta, quomodo probas nobiscum esse schismaticorum multimodas pestes? Si nobiscum essent, non hæretici, sed catholici essent. Donatista dixit, Audi dicente Salomone, Musca moritura exterminant confectionem suauitatis. Olei est ergo genuina suauitas, quæ si tactu improbo fuerit violata, sit ingrata confectione polluta. Et recte spiritum sanctum immundis alitibus traditores æquatis, quod in aliena mensa improbi corruiant, & olei suauitatem immundis tactibus sordent. Cath. respondit, Quis tactu improbo violat, qui quod inuenit perbo, an qui confectionem impudenter exterminat? Quando oleū vestrum tetigimus, quando spiritum sanctum iniuriando fugauimus? Docete aliquem nostrum in diuinitatis oleum improbe cecidisse, aut trinitatis baptisima, sicut vos, illicite violasse. Muscæ morituræ Donatistæ circūuolant per totius corporis membra, sicubi reperiant vulnerata, sana pungunt, ægra lambunt, & eorum viceribus peccatorum vermes fundunt, quæ conscientiam mordeant, quæ animam finiant, quæ putredinem nutriant, quæ nec ipsis mortuis cadaveribus parcant. Muscæ morituræ cum oleum exterminant, oleo perimuntur, neque enim viuunt qui spiritum sanctum efflatis. Donatista dixit, Hoc proprie David sanctissimus, nostræ fidei regulam subministrans, edocet idem peccatoris oleum nec salutem asserere, nec cuiusquam caput debere contingere. Oleum, inquit, peccatoris non vngat caput meum. Ergo diligenti examine peccatoris requirenda persona est, si non de sacerdote sacrilego, vt profani asserunt, dominus dixit. Cath. re-

Esai. 33.

Hiere. 15.

Ioan. 15. 1. Cor. 10.

Zach. 14.

Psal. 100.

Canti. 4.

Gene. 2.

Prover. 7.

E

13

Eccle. 10.

F

Psal. 140.

G. spondit, Cum sis peccati conscius, audes dicere, peccator ista persona est? Audi quæ sit peccatoris ista persona. Apostolus dixit, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Et Salomon, Nullus est hominum qui non peccet. Et Iob, In angelis suis reperit prauitatem: quanto magis in filiis hominum, qui terrenum habent domicilium? Hæc est persona peccatoris, id est, omnis homo peccator. Si sacerdos es, homo es: & si homo es, peccator es. Quem te ipsum facis? Dixisti te solum esse sanctum, solum iustum, solum sine peccato, solum sine macula. Dixisti tuum esse baptismum, tuum oleum sanctum, tuam mensam dominicam, tua illa omnia quæ fidelibus diuinitus tribuuntur. Quid restat, nisi ut scelerate & impie deum te esse pronuncies? Sed audi quid caput superbiæ audire meruit, Quomodo cecidisti de caelo lucifer qui mane oriebaris, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, Super cælum ascendam, & super astra dei exaltabo sedem meam, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, & ero similis altissimo: Veruntamen in infernum descendes, & in profundum lacu. Nisi ergo penitueris, nisi conuersus fueris, nisi deposita superbia peccatorum veniam postulaueris, audies quod & ille, quia cum sis homo, facis te ipsum deum. Donatista dixit, Similiter dominus per Aggæum Prophetam, immundos tactus, inquinameta conferre, nec pollutum quenquam posse sancire, si illicita presumptione conetur attingere quod sanctum videat contineri, salubri expositione monstrauit, dum pro nobis Prophetam cautum exhibuit. Interroga, inquit dominus, sacerdotes dicens, Si alligauerit homo carnem sanctam in summo vestimento, & tetigerit summitas vestimenti aliquam creaturam panis aut vini, aut olei, si sanctificatur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, Non. Et dixit dominus, Si tetigerit inquinatus in animam horum aliquid, si inquinabitur? Et dixerunt sacerdotes, inquinabitur. Et dixit dominus, Sic & populus hic, & sic gens ista. Omnis qui illuc accesserit, inquinabitur. Cath. respondit, Hoc aduersum te vsus est testimonio, qui donum dei in tuo ponis arbitrio. Si enim tactus sancti, immundi inquinamenta non tollit, vanum est quod geritur, quod conficitis, quod lauitis. Si tetigerit, inquit, quod sanctum est, creaturam panis aut vini vel olei, sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, Non. Vbi est quod vos extollitis, quod sanctitatem vestram munditiam conferre iactatis? Aut si illud mouet quod ait, Sic populus hic, & sic gens ista, Omnis qui illuc accesserit inquinabitur: docete Aggæum qui ista dicebat, de medio eiusdem plebis exiisse, ne inter eos etiam & ipse pollutus uiuere. Tactus ille opera significat. Si sanctus, inquit, tetigerit immundum, non sanctificabitur. Si immundus tetigerit sanctum, inquinabitur: id est, facilius sanctus qui iunctus fuerit genti huic pessimæ pessimatur, quam gens ista in melius commutetur, quia procliuius ad imitationem malorum curritur, quam ad virtutes bonorum animus excitatur, sicut mellis plurimo parum absinthij iniectum, velocem amaritudinem trahit: mellis vero etiam si duplum iniiciatur, non poterit eius obtineri dulcedo. Exeundum ergo nobis est in medio malorum mente, non carne: operibus, non corporibus. Nolite, inquit, Apostolus, communicare operibus infructuosis tenebrarum, operibus aut, non altaribus, scriptum est enim in Esaiâ, Qui dicunt, recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es, isti fumus erunt in ira mea, ignis ardens rota die. Site hominum dicta non

terrent, saltem dei minantis ira conuertat. Donatista dixit, Nunquam latro in lucernam protulit prædã, semper operarij noctis, gratam bonis omnibus lucem sepius horruerunt, solus traditor nec dei minis frangitur, & in aliena veste improbus gloriatur. Contra quem per Sophoniam dominus proclamat, nec auditur: Erit, inquit, in die sacrificij dominij, & vindicabo in principibus, & in omnes vestitos veste aliena. Cath. respon. Tua non timeo crimina, quia mea munita est conscientia. Quem dicit tradidisse, nomen locumque traditoris ostendit: nunquam id valebis ostendere, sicut nec antea valuisti. Sed & si aliquem protuleris, mihi obesse non poterit, dicente domino, Anima patris mea est, anima filij mea est, anima quæ peccauerit, sola morietur. Ego tamen non in aliena veste cõgaudeo, qui in catholica fide semper exulto. Illa est quam habeo, qua me in die redemptionis misericors & benignus pater in decore vestiuit. Asserte, inquit, stolam illam primam, & induite illum, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit: perierat & inuentus est. Illam nimirum de qua Paulus Apostolus dixit, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hanc habeo, in hac gaudeo, in hac semper gloriosior apparebo. Hæc est quam vos aut ut latrones abstulistis, aut miseris fordidatis. Dona dixit, In quantum enim improbitas deuios errores alienis bonis cupit astruere, & falsa catholica mendacij nebulas conatur obtegere, per colles tortuosos incedit. Cui per Hieremiam dominus contradicitor obuiauit, Noli, inquit, fidere in vobis in verbis falsis, quia per omnia non proderunt vobis, dicentes, templum domini, templum domini est. Et dominus in Deuteronomio, Attende tibi, ne offeras holocaustomata in omni loco quæcunque videris, sed in loco quæ elegerit dominus deus tuus in tribu tua, in hac offeres holocaustomata, & ibi facies omnia quæcunque præcipio tibi hodie. Cath. respon. Optime, & salutis tuæ multum conueniens testimonium posuisti. Attende tibi ne offeras holocaustomata in omni loco quæcunque videris, sed in loco quæ elegerit dominus deus tuus in tribu tua, in hac offeras holocaustomata, & ibi facies omnia quæcunque præcipiet tibi. Audi ergo qui sit locus electus, & quæ tribus domini prædicata, in Psalmo CXXXI habes, Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam præleget eam. Item in Psalmo CXXI, Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini testimonium Israë. Hic est locus electus, hic mons sanctificatus, hæc ciuitas super montem posita, ita ut abscondi non possit, hæc radix catholica, hæc vitis fructifera longe latèq; diffusa, quæ in Ecclesiastico clamat & dicit, In Sion fundata sum, & in Hierusalem potestas mea. Etenim oportuit pati Christum, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Recte te argueres si in hac hereditate maneres. At cum in hac dei patris hereditate non maneat, in hac Christi regis tribu non milites, cur desertor corripis militem, cur reus increpas innocentem? Et ego tibi dico, Attende tibi ne offeras in omni loco, hoc est, in omni hæresi, & dicas, & hic deus, & ibi deus est: sed in loco quem elegerit dominus deus tuus in tribu tua, hoc est, in tribu eius, ibi offeres holocaustomata tua, & ibi facies omnia quæcunque præcepta sunt tibi: hoc fac & viues. Dona dixit, Baptisma

A Baptisma utique dici non potest quod aquarum turba dispersit, quod ab Ecclesiæ fonte malicia separauit, quod sterilis vnda siccauit, quod nec angelus vidit, nec Prophetam, qui se mederi posset inuenit, sicut in libro Regnorum quarto letales aquas Elifæus sanctissimus discussa morte sanauit, & maritante sermone in fetus vberes meare permisit. Et dixerunt viri ciuitatis ad Elifæum, Ecce commemoratio ciuitatis bona, sicut & tu domine vides, sed aquæ multæ & steriles sunt hic: & dixit Elifæus, Accipite mihi vnum vas fictile, & immittite in illud sal. Et acceperunt illud, & venit ad exitus aquarum, & proiecit sal & dixit, Hæc dicit dominus, sanauit aquas istas, & nõ erit mors in eis neque sterilitas. Et sanatae sunt aquæ vsq; in hunc diem. Cath. respon. Gratias deo patri, qui quod futurum ostendit, in nobis fidelis impleuit. Gratias, inquam, deo patri, qui nobis non angelos solum, nõ Prophetas, sicut prius in Hiericho nostram, id est, in hunc mundum, sed proprium filium destinauit, dominum videlicet angelorum, & principem Prophetarum, Qui aquarum sterilitatem, hoc est, gentium infecunditatem discussa morte sanaret. Accepit vas fictile: hoc est, corpus fragilitatis humane: sal misit: id est, sapientia diuina repleuit. In aquam proiecit, hoc est, in Iordanem descendit: aquas suo descensu sanauit, id est, gentes suo aduentu redemit, & maritate sermone, Ecclesiam ex gentibus congregauit, & in fetus vberes longe lateq; diffudit. Hoc in nobis impletum qui non videt, cæcus: qui non credit, insanus est. Attende vberes fetus, dic vbi hæc non sit Ecclesia, dic vbi tua, præterquam in angulo Africæ inueniatur male collecta: tanquam sarmentum inutile, ex hac vbi præcisa est, ibi remansit, ultra extendi non potuit, quia de radice præcisa statim exaruit. Dona dixit, Accepit vna ciuitas salutaris aquæ substantiam, accepit & olei dona vna cum liberis vidua, nec beneficium diuinum passim Prophetam commisit, nisi ei quam vnum vas olei habere cognouit, regnorum veritate probante, Et mulier vna ex mulieribus Prophetarum clamabat post Elifæum dicens: Seruus tuus, vir meus mortuus est, & tu scis quomodo seruus tuus erant timeus dominus: Et ecce quibus debeo, venerunt accipere duos filios meos in seruos. Et dixit Elifæus, Quid faciam? Indica mihi, quid est tibi in domo tua? At illa dixit, Non est mihi ancilla tuæ aliquid in domo nisi vas vnum olei. Et dixit Elifæus, Vade, pete tibi vasa de foris ab omnibus commemorantibus tecum vasa copiosa, & introibis, & claudes ostium ad te & ad filios tuos, & implebis vasa oleo, & reddes debitum. Elifæus enim per veri baptismi lineamenta operatus est, Nam quia tuum non comprobo, ideo tuos fideles exufflo. Cath. respon. Omnes enim hoc faciunt, quod & tu, omnes fideles exufflat, dum vnicum baptismi sibi vindicant sacramentum. Talem cum inuenieris, nõ capies, non tenebis, non isto vinculo colligabis, sed agnito signo piratico, ut tecum artem peragat, securum abire permittis. Fulgen. dixit, Absit ut abire permittam, quoniam deus dixit: Compelle omnes introire ut impleatur domus mea. Qui omnes dixit, nullum excepit. Aug. respon. Quid ergo facies? Fulgen. dixit, Docedo illum Ecclesiam meam esse certissimam. Aug. respon. In quo? Nunquid Christum qui a patre omnes gentes accepit, ad Africanam particulam tantum remansisse monstrabis? Fulgen. dixit, Dicam quod in paucis constet. Aug. respon. Quid si & eius paucos habebit? Omnes enim in comparatione catholice paucos habent. Ful. dixit, Ostendam quoniam hæc est vera Tomus septimus.

qua persecutionem patitur, non quæ facit. Aug. re- D spon. Quid si & eius persecutionem omnino nõ fecit? Fulgen. dixit, Insinuabo secundum Apostolum, quod Ecclesia mea rugas & maculas sola nõ habeat. Aug. respon. Continuo probabitur habere. Scriptum est enim, Nemo mundus a sorde, nec si vnus diei fuerit vita eius super terram. Sed quid pluribus? quolibet ingenio capies & tenebis, quomodo suscipis qui fideles tuos fortè retinuit, qui spiritum sanctum in corde credetis extinxit? Fulgen. dixit, Distringo illum, exufflo, & in remissione peccatorum vera aqua baptizo. Aug. respon. Quomodo ei peccata dimittis, cum scriptum sit, blasphemiam spiritus sancti in seculum dimitti non posse? Sed hunc omittamus, alterum videamus. Dic & Maximinianista æmulo tuo, quod & mihi dixisti, quomodo alter habere potest, si mihi soli concessum est? Aut si iuri tuo asseris traditum, quare comprobas alienum? Respondebit & iste Maximinianista, Quomodo alter habere nõ potest, cum & mihi sicut tibi tu probaueris esse concessum? Christianos enim meos & clericos extra Ecclesiam tuam baptizatos vel ordinatos absque vlla demutatione baptismi vel honoris in integro recepisti: quod vbi Marcellini gestis obiectum est, refellere nullatenus valuisti. Item Augustinus respondit, Si iustus es, Eusebii sententia tua diuersa est? Cur Maximinianistas suscipis, & meos fideles exufflas? Fulgen. dixit, Quia ille meus erat. Aug. respon. Et tu meus eras, cur in schismatico tuo pius, in catholico impius & implacabilis perseueras? Fulgen. dixit, Plus peccasti, & ideo in te aliter vindicatur. Aug. respon. Quid ergo baptismum pro vindicta ponis, & quod ad salutem promittitur, a te pro peccata tribuitur? Si in baptismo nõ delicta donas, sed peccata castigas, si in aqua non liberat, sed flagellas, piratam esse aperte demonstras: & tamè quid pl? peccati, quid feci? Fulgen. dixit, Codices tradidisti, & idolis immolasti. Aug. respon. Doce, non feci, facta tua mihi supponis. Fulgen. dixit, Pater tuus fecit. Aug. respon. Ego patrem nescio nisi deum. Scriptum est enim, Nolite vobis patrem vocare super terram, vnus est enim pater vester cœlestis. Fulgen. dixit, Patrem tuum dico Cæcilianum, ipse tradidit, ipse thurificauit, ipse omnia mala commisit. Aug. respon. Lege quis illum acculauit, quis conuicit, quis coram positum condẽnauit? Esto, fecit quod non fecit, nunquid filius pro patre dånabitur, cum scriptum sit, Anima patris mea est, & anima filij mea est, Anima quæ peccauerit, sola morietur? Fulgen. dixit, Tu filius eius nõ quidem tradidisti, sed nobis persecutionem fecisti. Aug. respon. Equidem non feci, credo tamen quod mei facere potuerint. Quare causam quare, quid si merebamini? Non enim malos persequi peccatum est, nam & sanctos & sanctum sanctorum dominum malos legimus persecutos. demones nanque persecutionem domini non ferentes, clamabant, Quid nobis & tibi Iesu fili dei? venisti perdere nos? Et Paulus Elymam magum vltus est cæcitate, & blasphemum hominem tradidit satanæ. Et Petrus A. & S. & Simonem magum tam diu persecutus est donec morte perimeret. Sed & Dauid in persona Christi clamat, Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertat donec deficiant. Affligam illos, nec poterunt stare. Non igitur omnis qui persecutionem passus est, iustus continuo putandus est: sed qui propter iustitiam passus est, ille profecto beatus est, dicente Petro, Quæ enim gloria est si peccates colaphizati suffer- Petrus. f. iij

Gtis, sed si bene facientes patimini, & patienter sustine- tis, hac est gratia apud deum. Fulgen. dixit, Sancti quos memoras, edicta iudicium secularium non meruerunt, quod vestri fecerunt. Aug. respon. Licet, an non licet? Si licet, de licito murmurare non decet: Si non licet, tuum crimen emenda dum licet: Maximiniani istas enim schismaticos tuos, sicut gesta declarant, & auctoritatibus iudicium secularium, & adminiculis ordinum virorum, & executione militum diuersorum institutis defensoribus Ecclesie persecutus es, ut eos a suis basilicis depulisses. Qui me increpas, cur non te ipsum primum emendas? Fulgen. dixit, Ideo schismaticis nostris basilicas tulimus, ut vera Ecclesie redderemus. Aug. respon. Hoc & nostri fecerunt vobis, suis schismaticis tulerunt, & matri catholice reddiderunt. quod vestri fecerunt pro pace Donati, hoc nostri fecerunt pro pace corporis Christi. Fulgen. dixit, Vos estis schismatici, qui & thurificastis & codices tradidistis. Aug. respon. Efficiamur infirmis infirmi, ut infirmos lucrifaciamus. Video quod fieri non potest, pars Donati totum Christi corpus deuicit. Angulus Africanus orbem terrarum exclusit: Gens vna, vniuersas gentes adduxit: sarmentum de vite praeclidit, & ramulos arborum amputauit: saltem priorum tuorum circa nos constitutas seruares leges, non rebaptizares, sed per poenitentiam errantium, ut astimas, animas liberares: relege decisa patrum tuorum, & vide quid de traditoribus thurificatis & schismaticis quum aduersus Caecilianum Carthaginem conspirati venissent, fieri oportere decreuerint. Marcianus vester inter caeteros talem sententiam protulit dicens, quam vti que septuaginta qui aderant non improbabant. Eam probans in Euangelio suo, inquit, dominus ait, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola: omnem palmitem in me non afferentem fructum, excidet & proiciet, & omnem manentem in me & fructum ferentem purgat illum. Sicut ergo palmites infructuosi amputati proiciuntur, ita thurificati traditores abhorrentes deo, manere in Ecclesia dei non possunt, nisi cognito vlulatu suo per poenitentiam reconcilientur. Vnde Caeciliano in schismate a traditoribus ordinato non communicare oportet. Hac est patrum tuorum fixa sententia. Ecce quod ablit, nos tradidimus, nos thurificauimus, nos schismata comensimus, quur transgredimini mandatum seniorum ut vestras traditiones statuatis? Sicut palmites, inquit, infructuosi amputati proiciuntur, ita thurificati traditores & qui in schismate a traditoribus ordinantur, manere in ecclesia dei non possint nisi cognito vlulatu suo per poenitentiam reconcilientur: per poenitentiam, non per tinctionem. Si dignaris, vel tui te principes vincant, aut illorum confirmata decreta, & tua deponne figmenta: Aut si tua non vis valere statuta, illos errasse pronuncia. Apud nos veritas regnat, quur traditio vestra discordat? Saluator in Euangelio sic ait, Omne regnum in seipsum diuisum non stabit, sed desolabitur.

Libri contra Fulgentium Donatistam

F I N I S.

DIUI AVRELII

AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, DE PECCATORVM MERITIS & REMISSIONE, & de baptismo paruuloru ad Marcellinum Liber I.



QVAVNIS in medijs & magnis curarum artibus atque tedium, quae nos detinent a peccatoribus derelinquentibus legem dei, licet ea quoque ipsa nostrorum etiam peccatorum meritis imputemus, studio tamen tuo Marcelline charissime quo nobis es gratior atque iocundior, diutius esse debitor nolui, atque ut verum dicam, non potui. Sic enim me compulit vel ipsa charitas, qua in vno incommutabili vnum sumus in melius commutandi, vel timor, ne in te offenderem deum, qui tibi desiderium tale donauit, cui seruendo illi seruiam qui donauit: Sic, inquam, me compulit, sic duxit & traxit ad dissoluendas pro tantis viribus quaestiones, quas mihi scribendo indixisti, ut ea causa in animo meo paulisper vinceret alias, donec aliquod efficerem quo me honestae voluntati & eorum quibus haec cura sunt, etsi non sufficienter, tamen obedienter deseruisse constaret.

Qui dicunt Adam sic creatum, ut etiam sine peccati merito moreretur, non poena culpa, sed necessitate naturae, profecto illud quod in lege dictum est, Quae die fuerit mortis, morte moriemini: non ad mortem corporis, sed ad mortem animae quae in peccato fit, referre conatur. Quae morte mortuos significauit dominus infideles de quibus ait, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quid ergo responderent, cum legitur hoc deum primo homini etiam post peccatum increpando & danda dixisse, Terra es, & in terram ibis? Neque enim secundum animam, sed quod manifestum est secundum corpus terra erat, & morte eiusdem corporis erat iturus in terram. Quauis enim secundum corpus terra esset, & corpus in quo creatus est animale gestaret, tam si non peccasset, in corpus fuerat spirituale mutandus, & in illam incorruptionem quae fidelibus ac sanctis promittitur, sine mortis periculo transiturus. Cuius rei desiderium nos habere non solum ipsi sentimus in nobis, verum etiam admonete Apostolo cognoscimus, ubi ait, Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum, quod de coelo est, superindui cupientes, si tamen induiti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a vita. Proinde si non peccasset Adama, non erat expoliandus corpore, sed superuestiendus immortalitate, & incorruptione, ut absorberetur mortale a vita: id est, ab animali in spirituale transiret. Neque enim metuendum fuit, ne dum forte diutius hic viveret in corpore animali, senectute grauaretur, & paulatim veterascendo perueniret ad mortem. Si enim deus Israelitarum vestimentis & calciamentis praestitit quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum si obedienti homini eiusdem potentia praestaretur, ut animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quaedam statum quo sine defectu esset annosum, tempore quo deus vellet a mortalitate ad immortalitatem sine media morte venturus? Sicut enim haec ipsa caro quam nunc habemus, non ideo non est vulnerabilis

A vulnerabilis quia non est necesse ut vulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalitas, quia non erat necesse ut moreretur. Talem puto habitudine adhuc in corpore animali, atque mortali, etiam illis qui sine morte hinc translati sunt fuisse concessam. Neque enim Enoch & Helias per tam longam aetatem senectute marcuerunt, nec tamen credo eos iam in illam spirituale qualitate corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quae in domino prima praecessit, nisi quia isti fortasse nec his cibis egent qui sui consumptione reficiunt, sed ex quo translati sunt, ita viuunt ut similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias ex calice aquae & ex collyride panis sine cibo vixit: aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatum exire meruisset. Habebat enim quantum existimo & de lignorum fructibus refectioem contra defectioem, & de ligno vitae stabilitatem contra vetustatem. Praeter hoc autem quod pueriens deus dixit, Terra es, & in terram ibis: quod nisi B de morte corporis, quomodo intelligi possit, ignoro. Sunt & alia testimonia quibus euidentissime appareat, non tantum spiritus, sed etiam corporis mortem propter peccatum meruisse genus humanum. Ad Romanos Apostolus dicit, Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantem spiritum eius in vobis. Puto quod non expositorem, sed tantum lectoris opus habet tam clara & aperta sententia. Corpus, inquit, mortuum est, non propter fragilitatem terrenam, quia de terrae puluere factum est, sed propter peccatum. quid amplius quaerimus? Et vigilantissime non ait, mortale: sed, mortuum. Nanque antequam mutaretur in illam incorruptionem quae in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale, quauis non moriturum, sicut hoc nostrum potest, ut ita dicam, esse agrotabile, quauis non agrotaturum. Cuius enim caro est quae non agrotare possit, etiam si aliquo casu priusquam agrotet occumbat? Sic & illud corpus iam erat mortale, quae mortalitatem fuerat assumptura mutatio in aeternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est, obedientia permaneret: sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. Quia vero illa in resurrectione futura mutatio, non solum nullam mortem quae facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quam corpus animale habuit ante peccatum, non ait, Qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortua corpora vestra: cum supra dixisset, corpus mortuum: sed viuificabit, inquit, & mortalia corpora vestra: ut scilicet iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale, & mortale hoc induet immortalitatem, & absorbebitur mortale a vita. Mirum si aliquid quaeritur hac manifestatione liquidius, nisi forte audiendum est, quod huic perspicuitati contradicitur, ut mortuum corpus secundum illum modum hic intelligamus quod dictum est, Mortificate membra vestra quae sunt super terram. Sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, non propter peccatum. Ut enim operemur iustitiam, mortificamus membra nostra quae sunt super terram. Aut si putant ideo additum propter peccatum, ut non intelligamus quia peccatum factum est, sed ut peccatum non fiat, tanquam diceret, corpus quidem

mortuum est, propter non faciendum peccatum. Quid sibi ergo vult quod cum adiunxisset, Spiritus autem vita est: addidit, propter iustitiam? Sufficeret enim si adiungeret, vita spiritus, ut etiam hic subaudiretur, propter non faciendum peccatum: ut sic vtrunque propter vnam rem intelligeremus, & mortuum esse corpus, & vitam esse spiritum propter non faciendum peccatum. Ita quippe etiam si tantummodo vellet dicere, propter iustitiam, hoc est, propter faciendam iustitiam, ad vtrunque posset hoc referri, & mortuum esse corpus, & vitam esse spiritum propter faciendam iustitiam. Nunc vero & mortuum dixit esse corpus propter peccatum, & spiritum vitam esse propter iustitiam, diuersa merita diuersis tribuens rebus, morti quidem corporis meritum peccati, vitae autem spiritus meritum iustitiae. Quocirca si ut dubitari non poterit, spiritus vita est propter iustitiam, hoc est, merito iustitiae, profecto corpus mortuum propter peccatum, quid aliud quam merito peccati intelligere debemus aut possumus, si apertissimum scripturae sensum non pro arbitrio peruertere ac detorquere conamur? Huc etiam verborum consequentium lumen accedit. Cum enim praesentis temporis gratiam determinans diceret, mortuum quidem esse corpus propter peccatum, quia in eo nondum per resurrectionem renouato, peccati meritum manet, hoc est, necessitas mortis: spiritum autem vitam esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur, iam secundum interiorum hominem cepta renouatione in fidei iustitiam respiramus, tamen ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret, etiam ipsum quod propter meritum peccati in praesenti seculo dixerat mortuum, in futuro propter meritum iustitiae dicit viuificandum, nec sicut tantum ex mortuo viuum fiat, vel umetiam ex mortali immortale. Quanquam itaque verear ne res manifesta exponendo potius obscuretur, Apostolica tamen sententiae lumen attende. Si autem Christus, inquit, in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Hoc dictum est, ne ideo putarent homines vel nullum, vel paruum se habere beneficii de gratia Christi, quia necessario morituri sunt corpore. Attendere quippe debet corpus quidem adhuc peccati meritum gerere, quod conditioni mortis obstrictum est: sed iam spiritu coepisse viuere propter iustitiam fidei, qui & ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non igitur, inquit, vobis parum muneris putetis esse collatum per id quod Christus in vobis est, quod in corpore propter peccatum mortuo, iam propter iustitiam vester spiritus viuuit, nec ideo de vita quoque ipsius corporis desperetis. Si enim spiritus eius qui suscitauit Christum Iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Quid adhuc tanta lucifumus contentio offunditur? Clamat Apostolus, Corpus quidem mortuum est in vobis propter peccatum, sed viuificabuntur etiam mortalia corpora vestra propter iustitiam, propter quam nunc spiritus iam vita est, quod totum perficietur per gratiam Christi, hoc est, per inhabitantem spiritum eius in vobis, & adhuc reclamatur? Dicit etiam quemadmodum fiat, ut vitam in se mortem mortificando conuertat. Ergo fratres, inquit, debitor sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quid est aliud, quam hoc si secundum mortem vixeritis, to-

tum morietur: si autem secundum vitam viuēdo mor-
 tem mortificaueritis, totum uiuet. Item quod ait,
 Per hominem mors, & per hominem resurrectio mor-
 tuorum: quid aliud quam de morte corporis intelli-
 gi potest, quādo ut hoc diceret de resurrectione corporis
 loquebatur, eamque instantissima & acerrima intē-
 tione suadebat? Quid est ergo quod hic ait ad Corinthios,
 Per hominem mors, & per hominem resurrectio mor-
 tuorum: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic &
 in Christo omnes uiuificabūtur: nisi quod ait etiam ad
 Romanos, Per vnum hominem peccatum intravit in
 mundum, & per peccatum mors: Hanc illi mortem nō
 corporis, sed animæ intelligi volūt, quasi aliud dictum
 sit ad Corinthios, Per hominē mors, vbi omnino ani-
 mæ mortē accipere non sinuntur, quia de resurrectio-
 ne corporis agebatur, quæ morti corporis est cōtraria.
 Ideo etiam sola mors ibi per hominem facta commem-
 orata est, non etiam peccatum, quia non agebatur de
 iustitia quæ cōtrariatur peccato, sed de corporis resur-
 rectione, quæ contraria est corporis morti. Hoc
 autem Apostolicum testimonium in quo ait, Per vnum
 hominem intravit peccatum in mundum, & per pec-
 catum mors: conari eos quidē in aliam nouam detor-
 quere opinōnē tuis literis intinasti, sed quidnam illud
 sit, quod in his verbis opinentur tacuisti. Quantum au-
 tem ex aliis comperi, hoc ibi sentiūt, quod & mors ista
 quæ illic commemorata est, non sit corporis, quam no-
 lunt Adam peccando meruisse, sed animæ quæ in ipso
 peccato sit, & ipsum peccatū nō propagatione in alios
 homines ex primo homine, sed imitatione transisse.
 Hinc enim etiā in paruulis nolunt credere per bap-
 tismum solui originale peccatū, quod in nascētibus nul-
 lum esse omnino cōtendunt. Sed si Apostolus peccatū
 illud commemorare voluisset, quod in hunc mundum
 non propagatione sed imitatione intrauerit, eius prin-
 cipem nō Adam, sed diabolus diceret, de quo scriptū
 est, Ab initio diabolus peccat. De quo etiā legitur in li-
 bro sapiētiae, Inuidia autē diaboli mors intravit in orbē
 terrarum. Nam quoniam ista mors sic a diabolo venit
 in homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed
 quod eum fuerint imitati, continuo subiunxit, Imitan-
 tur autem eum qui sunt ex parte eius. Proinde Apo-
 stolus cum illud peccatum ac mortem cōmemoraret, quæ
 ab vno in omnes propagatione transisset, eum prin-
 cipem posuit, à quo propagatio generis humani sumpsit
 exordium. Imitantur quidem Adam quotquot per in-
 obediētiam transgrediuntur mādatum dei. Sed aliud
 est quod exemplū est voluntate peccātibus, aliud quod
 origo est cum peccato nascentibus. Nam & Christum
 imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam. Vnde &
 idē Apostolus dixit, Imitatores mei estote sicut & ego
 Christi. Sed præter hanc imitationem gratiæ eius, illu-
 minationem iustificationemque nostram etiam intrin-
 secus operatur illo opere de quo idem prædicator eius
 dicit, Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed
 qui incrementum dat deus. Hæc enim gratia baptiza-
 tos quoque paruulos suo inserit corpori, qui certe imi-
 tari aliquem nondum valēt. Sicut ergo ille in quo om-
 nes uiuificabūtur, præterquam quod se ad iustitiam ex-
 emplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus oc-
 cultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit
 & paruulis, sic & ille in quo omnes moriuntur, præ-
 terquam quod eis qui præceptū domini volūtate trās-
 grediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam
 tabe carnalis cōcupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes

de sua stirpe veniētes. Hinc omnino nec aliunde Apo-
 stolus dixit, Per vnum hominem peccatum intravit in
 mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homi-
 nes pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Hoc si ego
 dicerem, resisterent isti, mēque non recte dicere, non
 recte sentire clamarent. Nullam quippe in his verbis
 intelligerent sententiam cuiuslibet hominis qui dice-
 ret hæc, nisi istam quam in Apostolo intelligere nolūt.
 Sed quia eius verba sunt, cuius authoritati doctrinaq;
 succumbunt, nobis obiciunt intelligendi tarditatem,
 cum ea quæ tā perspicue dicta sunt, in nescio quid aliud
 detorquere conātur. Per vnum, inquit, hominem pec-
 catum intravit in mundum, & per peccatum mors, hoc
 propagationis est, non imitationis. nam per diabolum
 diceret, quod autem nemo ambigit, istum primum homi-
 nem dicit, qui est appellatus Adam, & ita, inquit, in
 omnes homines pertransiuit. Deinde quod sequi-
 tur, In quo omnes peccauerūt: quāsi circūspecte, quāsi
 proprie, quāsi sine ambiguitate dictum est. Si enī pec-
 catum intellexeris quod per vnum hominem intravit
 in mundum, in quo omnes peccauerunt: certum mani-
 festumq; est, alia esse propria cuique peccata, in quibus
 hi tātum peccant, quorum peccata sunt: aliud hoc vnū,
 in quo omnes peccauerunt, quādo omnes ille vnus ho-
 mo fuerunt. Si autem non peccatū, sed ille vnus homo
 intelligitur, in quo vno homine omnes peccauerunt,
 quid etiam ista manifestatione manifestus? Nempe le-
 gimus iustificari in Christo qui credunt in eum, pro-
 pter occultam cōmunicationem & inspirationem gra-
 tiæ spiritalis, qua quisquis hæret domino vnus spiritus
 est, quanuis eum & imitentur sancti eius. Legatur mihi
 tale aliquid de iis qui sanctos eius imitati sunt, vtrum
 quisquam dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro,
 aut in quolibet horum, quorum in populo dei magna
 excellit auctoritas, nisi quod in Abraham dicimus be-
 nedici, sicut ei dictum est, Benedicentur in te omnes
 gentes, propter Christum qui semen eius est secundum
 carnem, quod manifestū dicitur, cum hoc idem ita di-
 citur, Benedicentur in femine tuo omnes gētes. Dictū
 autem quenquam diuinis eloquiis peccasse vel peccare
 in diabolo, cum eum iniqui & impij omnes imitentur,
 nescio vtrum quisquam reperiat, quod tamē cum Apo-
 stolus de primo homine dixerit, in quo omnes pecca-
 uerūt, adhuc de peccati ppagine disceptatur, & nescio
 quæ nebula imitationis opponitur. Attende etiam quæ
 sequuntur. Cum enim dixisset, In quo omnes peccaue-
 runt: secutus adiunxit, Vsq; ad legem enim peccatum
 in mundo fuit: hoc est, quia nec lex potuit auferre pec-
 catum, quæ subintravit ut magis abundaret peccatum,
 siue naturalis lex in qua quisque iam ratione vtens, in-
 cipit peccato originali addere & propria, siue ipsa quæ
 scripta per Moysen populo data est. Si enī data lex es-
 set quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia.
 Sed cōclust scriptura omnia sub peccato, ut promissio
 ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Peccatum au-
 tem non deputabatur, cum lex non esset. Quid est, non
 deputabatur: nisi ignorabatur, & peccatum esse nō pu-
 tabatur? Neque enim ab ipso domino deo tanquam nō
 esset habebatur, cum scriptum sit, Quicumque sine lege
 peccauerunt, sine lege peribunt. Sed regnavit, in-
 quit, mors ab Adam vsq; ad Moysen, id est, a primo ho-
 mine vsq; ad ipsam etiam legem quæ diuinitus pro-
 mulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis aufer-
 re. Regnum enim mortis vult intelligi, quando ita do-
 minatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad vitam
 æternam

æternam, quæ vera vita est venire non sinat, sed ad se-
 cundam etiam, quæ penaliter æterna est, mortem tra-
 hat. Hoc regnum mortis sola in quolibet hominē gra-
 tia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis
 sanctis, quicūque antequam in carne Christus venisset,
 ad eius tamen adiuantem gratiam, non ad legis literā
 quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebat.
 Hoc namque occultabatur in veteri testamento pro tē-
 porū dispensatione iustissima, quod tunc reuelatur in
 nouo. Ergo in omnibus regnavit mors ab Adam vsque
 ad Moysen, qui Christi gratia nō a diuinitate, ut in eis
 regnum mortis destrueretur. Ergo & in eis qui nō pec-
 cauerunt in similitudine prauaricationis Adæ: id est,
 qui nondum sua & propria volūtate sicut ille peccaue-
 runt, sed ab illo peccatum originale traxerunt, qui est
 forma futuri, quia in illo cōstituta est forma condem-
 nationis futuris posteris qui eius propagine creatur,
 ut ex vno, omnes in condemnationem nascerentur, ex
 qua non liberat nisi gratia saluatoris. Scio quidem ple-
 rosque Latinos codices sic habere: Regnavit mors ab
 Adam vsque ad Moysen in eos qui peccauerunt in si-
 militudinem prauaricationis Adæ: quod etiam ipsum
 quæ ita legitur, ad eandem referunt intellectum, ut in
 similitudinem prauaricationis Adæ peccasse accipiāt,
 qui in illo peccauerunt, ut ei similes crearentur, sicut
 ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex
 morituro morituri, damnatoque damnati. Græci autē
 codices, vnde in Latinam linguam interpretatio facta
 est, aut omnes aut penē omnes, id quod à me primo po-
 situm est habet. Sed nō, inquit, sicut delictū, ita & dona-
 tio. Si enim ob vnus delictū multi mortui sunt, multo
 magis gratia dei & donū in gratia vnus hominis Iesu
 Christi in multos abundauit, non magis multos, id est
 multo plures homines, neque enim plures iustificauerunt
 quam condemnauerunt, sed multo magis abundauit: A-
 dam quippe ex vno delictō suo reos genuit. Christus
 autem etiam quæ homines delicta propriæ voluntatis
 ad originale in quo hati sunt addiderūt, gratia sua sol-
 uit atque donauit. quod euidentius in consequenti-
 bus dicit. Verum illud diligentius intueri, quod
 ait, ob vnus delictum multos mortuos. Cur enim ob
 vnus illius, & non potius ob delicta sua propria, si hoc
 loco intelligenda est imitatio, nō propagatio? Sed at-
 tende quod sequitur, Et nō sicut per vnum peccatum,
 ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in cō-
 demnationem, gratia autem ex multis delictis in iusti-
 ficationem. Nunc dicant, vbi locum habeat in his ver-
 bis illa imitatio. Ex vno, inquit, in condemnationem:
 quo vno, nisi delictō? Hoc enim explanat cum adiun-
 git, Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.
 Cur ergo, iudicium ex vno delictō in condemnationē,
 gratia vero ex multis delictis in iustificationem? Nōne
 si nullum est originale delictum, non solum ad iusti-
 ficationem gratia, sed etiam iudicium ad condemna-
 tionem ex multis delictis homines ducit? Neque enim
 gratia multa delicta donat, & nō etiam iudicium mul-
 ta delicta condemnat. Aut si propterea ex vno delictō
 in condemnationem ducūtur, quia omnia delicta quæ
 condemnātur, ex illius vnus imitatione cōmissa sunt,
 eadem causa est cur ex vno delictō etiam ad iustifica-
 tionem duci intelligantur, quia omnia delicta quæ iu-
 stificatis remittuntur, ex illius vnus imitatione com-
 missa sunt. Sed hoc videlicet non intelligebat Apo-
 stolus, cum dicebat, iudicium quidem ex vno delictō in
 condemnationem, gratia vero ex multis delictis in iu-

stificationem. Imō vero nos intelligamus Apostolum, D
 & videamus ideo dictum iudicium ex vno delictō in
 condemnationem, quia sufficeret ad cōdemnationē
 etiam si non esset in hominibus nisi originale peccatū.
 Quis enim cōdemnatio grauior sit eorum qui ori-
 ginali delictō etiam propria coniunxerunt, & tanto
 singulis grauior, quāto grauius quisque peccauit, tamē
 etiam illud solum quod originaliter tractum est, nō
 tantum à regno dei separat, quod paruulos sine accepta
 Christi gratia defunctos intrare non posse illi ipsi etiā
 consententur, verum & à salute ac vita æterna facit alio-
 nos, quæ nulla esse alia potest præter regnum dei, quod
 sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab A-
 dam in quo omnes peccauimus, nō omnia nostra pec-
 cata, sed tantum originale traduximus: à Christo vero
 in quo omnes iustificamur, non illius tantum origina-
 lis, sed etiam cæterorum quæ ipsi addidimus peccatorum
 remissionem consequimur. Ideo non sicut per vnum
 peccatē, ita est & donum. Nam iudicium quidē ex
 vno delictō si nō remittitur, id est, originali, in cōdem-
 nationem iam potest ducere: gratia vero ex multis deli-
 ctis remissis, hoc est, non solum illo originali, verum
 etiam omnibus cæteris ad iustificationem perducit. Si
 enim ob vnus delictum mors regnavit per vnum, mul-
 to magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt,
 in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Cur ob
 vnus delictum mors regnavit per vnū, nisi quia mor-
 tis vinculo tenebatur in illo vno in quo omnes pecca-
 uerunt, etiam si propria peccata non addiderūt. Alioquin
 nō solum ob vnus delictum mors per vnum regnavit,
 sed ob delicta multa multorum per vnumqueque pec-
 cantem. Nam si propterea cæteri ob alterius hominis
 delictum mortui sunt, quia illum in delinquendo præ-
 cedentem subsequentes imitati sunt, ille quoque &
 multo magis ob alterius delictum mortuus est, quem
 diabolus delinquendo ita præcesserat, ut ei delictum etiā
 ipse suaderet: Adam vero nihil suavit imitatoribus suis:
 & multi qui eius imitatores dicuntur, eum fuisse & tale
 aliquid commississe vel non audierunt, vel opinio nō
 credunt. Quanto ergo rectius, sicut iam dixi, diabolus
 principem constituisset Apostolus, à quo vno peccatū
 & mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non
 propagationem, sed imitationē dicere voluisset: Multo
 enim rationabilius Adam dicitur imitator diaboli
 quem suaforem habuit peccati, si potest quisque imitari
 etiam illum qui nihil ei tale suavit, vel omnino quem
 nescit. Quid est autem quod abundantiam gratiæ & iu-
 stitiæ accipiunt, nisi quod non ei tātum peccato in quo
 omnes peccauerunt, sed eis etiam quæ addiderūt, gra-
 tia remissionis datur, eisque hominibus tāta iustitia do-
 nat, ut cū Adam confenserit ad peccatū suadenti, nō
 cedant isti etiam cogenti? Et quid est? multo magis in
 vita regnabunt, cum mortis regnum multo plures in
 æternam penam trahat, nisi intelligamus eos ipsos in
 vtroque dici qui transeunt ab Adam ad Christum, id
 est, à morte ad vitam, quia in vita æterna sine fine re-
 gnabunt, magis quā in eis mors temporaliter & cum
 sine regnavit. Itaque sicut per vnus delictum in omnes
 homines ad condemnationem, ita & per vnus iustifi-
 cationem in omnes homines ad iustificationem vitæ.
 Hoc vnus delictum, si imitationem attendamus, non
 erit nisi diaboli: sed quia manifestum est de Adam non
 de diabolo dici, restat intelligēda nō imitatio, sed pro-
 pagatio peccati. Nam & quod ait de Christo, per
 vnus iustificationem: magis hoc expressit, quā si per

G vnus iustitiam diceret. Eam quippe iustificationem dicit, qua Christus iustificat impium, quam non imitandam proposuit, sed solus hoc potest. Nam potuit Apostolus recte dicere, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: nunquam autem diceret, iustificamini à me, sicut & ego sum iustificatus à Christo: quoniam possunt esse, & sunt, & fuerunt multi iusti homines & imitandi, iustus autem & iustificans nemo nisi Christus. Vnde dicitur, Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Quisquis ergo ausus fuerit dicere, iustifico te: consequens est, vt dicat etiam, crede in me. Quod nemo sanctorum recte dicere potuit, nisi sanctus sanctorum: Creditis in deum? & in me credite: vt quia ipse iustificat impium, credeti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Nā si sola imitatio facit peccatores per Adā, cur non etiā per Christū sola imitatio iustos facit? Sicut enim, inquit, per vnus delictū in omnes homines ad condemnationem, sic & per vnus iustificationē in omnes homines ad iustificationē videt. Proinde isti, vnus & vnus, non Adā & Christus sed Adā & Abel constitui debuerunt. Quoniam cum multi nos in huius vitæ tēpore precesserint peccatores, eōsq̄ imitati fuerit qui posteriore tēpore peccauerūt, ideo tamen volūt isti non nisi Adā dictum, in quo omnes imitationē peccauerunt, quia primus hominum ipse peccauit. Ac per hoc Abel dici debuit, in quo vno similiter omnes imitatione iustificetur, quia ipse primus hominum iuste vixit. Aut si propter quendam articulū temporis ad noui testamenti exordium pertinentem, Christus est positus propter imitationem caput iustorum, Iudas eius traditor caput poni debuit peccatorū. Porro si propterea Christus vnus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regeneras gratia, propterea & Adam vnus est in quo omnes peccauerūt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generans pōna. Ob hoc etiam dictum est, omnes, & omnes: neq; enim qui generantur per Adā, iidem ipsi omnes per Christum regenerantur: sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adā, sic spiritalis nullius nisi per Christum. Nam si aliqui possent carne generari non per Adā, & aliqui regenerari spiritu nō per Christum, non liquide omnes siue hic siue ibi diceretur. Eisdem autem omnes postea multos dicit: Possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos & spiritalis, quāuis non tam multos hęc spiritalis quā illa carnalis. Veruntamen quemadmodum illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines: quia sicut nemo præter illam homo, sic nemo præter istam iustus homo: & in vtraque multi. Sicut enim per inobediētiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obediētiam vnus hominis iusti constituuntur multi. Lex autem subintravit, vt abundaret delictum. Hoc ad originale homines addiderunt voluntate iam propria, nō per Adā, sed hoc quoque soluitur sanaturque per Christum, quia vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia, vt quemadmodum regnavit peccatum in mortem etiam quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. Non tamen aliqua iustitia præter Christum, sicut aliqua peccata præter Adā. Ideo cum dixisset, quemadmodum regnavit peccatū in mortem: hic non addidit per vnum, aut per Adā, quia supra dixerat etiam de peccato illo quod subintrāte lege

abundauit, & hoc vtiq̄que non est originis, sed iam propriæ voluntatis. Cum autem dixisset, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam: addidit, Per Iesum Christum dominum nostrum. Quia generante carne illud tantum modo trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem spiritu, non solum originalis, sed etiam voluntarium sit remissio peccatorum. **Po-** Infantes in pore exeuntes in damnatione omnium mitissima futu- baptizati ros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo, Iudiciū tamen de- quid sit ex vno delicto in condemnationem. Et paulo post, Per vnus delictum in omnes homines ad condemnationē. **Cap. XVI.** Quando ergo peccauit Adā non obediens deo, tunc **Roma. 5.** eius corpus quāuis esset animalē atque mortale, gratiam perdidit, qua eius animā omni ex parte obedi- bat. Tunc ille extitit bestialis motus pudendus homi- nibus, quem in sua erubuit nuditate. Tunc etiam morbo quodam ex repentina & pestifera corruptione concep- to factum est in illis, vt illa in qua creati sunt stabilitate ætatis amissa, per mutabilitatem ætatum irerent in mortem. Quāuis ergo annos multos postea vixerint, illo tamen die mori ceperunt, quo mortis legem, qua in senium veterascerent, acceperunt. Non enim stat vel temporis puncto, sed sine intermissione labitur, quicquid continua immutatione sensum currit in finem, nō perficientem, sed consumentem. Sic itaque impletum est quod dixerat deus: Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobediētia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quisquis carnaliter generatur, regenera- ti spiritaliter opus habet, vt non solum ad regnum dei perducatur, verum etiam à peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato & morti primi hominis obnoxij nascuntur in carne, & simul iustitiæ vitęque æternæ secundi hominis sociati renascuntur in baptismo. Sic & in ecclesiastico scriptum est, A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Siue autem à muliere, siue ab Adam dicatur, vtrunq̄ ad primum hominem pertinet, quoniam sicut nouimus, mulier ex viro est, & vtriusque caro vna est. Vnde & illud quod scriptum est, Et erunt duo in carne vna. Igitur iam non duo, inquit dominus, sed vna caro. Quapropter qui dicunt paruulos ideo baptizari, vt hoc eis remittatur quod in hac vita proprium contraxerunt, nō quod ex Adam traduxerunt, non magno molimine refellendi sunt. Quando enim secum ipsi paululum sine certā di- studio cogitauerint quā sit absurdū nec dignū disputatione quod dicunt, continuo sententiā commutabunt. Quod si noluerint, non vsque adeo de humanis sensibus desperandum est, vt metumus ne hoc cuiuspiam persuadeant. Ipsi quippe vt hoc dicerēt, alicuius alteri sententię praiudicio, nisi fallor, impulsū sunt: ac propterea cum remitti baptizato peccata necessario fateantur, nec fateri vellent ex Adam ductum esse peccatum, quod remitti fatebantur infantibus, ipsam infantiam coacti sunt accusare, quasi accusator infantia hoc securior fieret, quo accusatus ei respondere non posset. Sed istos, vt dixi, omittamus, neque enim sermone vel documentis opus est, quibus innocētia probetur infantium, quantum ad eorum pertinet vitam, quam recenti ortu in seipsis agunt, si eam non agnoscat sensus humanus, nullis administrandis cuiusquā disputationis adiutis. Sed illi mouet, & aliquod consideratione ac discussione dignum videntur afferre, qui dicunt paruulos recenti vita editos viscēribus matrum, non propter remittendum

A mittendum peccatum percipere baptismum, sed vt spiritali procreationem non habentes creentur in Christo, & ipsius regni cœlorum participes fiant, eo modo filij & hæredes dei, cohæredes autem Christi. A quibus tamen cum quæritur, vtrum non baptizati & non effecti cohæredes Christi, regniq̄ cœlorum participes habeant saltem beneficium salutis æternæ in resurrectione mortuorum, laborant vehementer, nec exitum inueniunt. Quis enim Christianorum ferat, cum dicitur ad æternam salutem posse quenquam peruenire si non renascatur in Christo, quod per baptismū fieri voluit, eo iam tempore quo tale sacramentum constitutum fuit regenerandis in spem salutis æternæ? Vnde dicit Apostolus, Non ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Quam tamen salutem in spe dicit esse cum hic viuimus, vbi ait, Spe enim salu facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes: Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod nō videmus speramus, per patientiā expectamus. Sine ista ergo regeneratione saluos in æternum posse paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanquam non pro eis mortuus sit Christus? Etenim Christus pro impiis mortuus est: isti autem qui, vt manifestū est, nihil in sua propria vita impie commiserūt, si nec originaliter vllō impietatis vinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est qui pro impiis mortuus est? Si nulla originalis peccati ægritudine fauciati sunt, quomodo ad medicum Christum, hoc est, ad percipiendum sacramentū salutis æternæ suorum currentium pio timore portantur, & non eis in ecclesia dicitur, Auferte hinc innocentes istos, nō est opus sanis medicus, sed male habentibus: Non venit Christus vocare iustos, sed peccatores: Nunquā dictum est, nunquam dicitur, nunquam omnino dicitur in ecclesia Christi tale commentum. Ac ne quis existimet ideo paruulos ad baptismū afferri oportere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt, quomodo ergo quidam meritū huius ætatis à domino laudatū esse commemorant, quando ait, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum? Si enim hoc nō propter humilitatis similitudinē, quod humilitas paruulos faciat, sed propter puerorum vitam laudabilem dictum est, profecto & iusti sunt. Non enim recte aliter dici potuit, talium est regnum cœlorum: cum esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidē non congruenter dicitur, quod paruulorum vitam laudauerit dominus dicens talium esse regnum cœlorum, cum verax sit ille intellectus, quod humilitatis similitudinē in parua ætate posuerit. Veruntamen forsitan hoc tenendum est, quod dixi propterea paruulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt: sed cum dicit, Non veni vocare iustos: quasi ei responderetur, quos ergo vocare venisti: continuo subiunxit, sed peccatores in penitentiam. Ac per hoc quomodo si iusti sunt, ita etiam si peccatores non sunt, non eos venit vocare qui dixit, Nō veni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo baptismū eius qui eos non vocat, non tantum frustra, verum etiam improbe videntur irruere, quod absit vt sentiamus. Vocat eos igitur medicus, qui non est opus sanis, sed ægrotantibus: nec venit vocare iustos sed peccatores in penitentiam. Et ideo quia suæ vitę propriæ peccatis nullis adhuc tenentur obnoxij, originalis in eis ægritudo sanatur in eius gratia qui saluos facit per lauacrum regenerationis. Dicit aliquis, Quomodo ergo & ipsi vocantur in penitentiam? Nunquid tā illis po-

test aliquid pœnitere? Huic respondetur, Si propterea penitentes dicendi non sunt, quia sensum penitendi nondum habent: nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi nondum habent. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur non prius etiā penitentes habentur, cum per eorundem verba gestantium diabolo & huic seculo renunciare monstrantur? Totum hoc in se fit vi sacramento & diuina gratia, quam dominus donauit Ecclesiæ. **Cap. XX.** **E** ceterum quis ignorat, quod baptizatus paruulus si ad rationales annos venies non crediderit, nec se ab illicitis concupiscentiis abstinerit, nihil ei proderit, quod paruus accepit? Verū tamen si percepto baptismate de hac vita emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens in æternum, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines & deū, qua soluitur Christi gratia, per quem mediator reconciliamur cum iustificat impium. Terrentur autē isti sententia domini dicētis, Nisi quis natus fuerit de nouo, non videbit regnum dei. Quod cum exponeret, ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō intrabit in regnum cœlorum: & propterea conantur paruulis non baptizatis innocentiæ merito salutem ac vitam æternam tribuere, sed quia baptizati non sunt, eos à regno cœlorum facere alienos, noua quadam & mirabili præsumptione, quasi salus ac æterna vita possit esse præter Christi hæreditatem, præter regnum cœlorum. Habent enim videlicet quod confugiant, atque vbi delitescant, quia non ait dominus. Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non habebit vitam: sed ait, non intrabit in regnum dei. Nam si illud dixisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri. Auferatur ergo iā dubitatio, dominum audiamus, non suspiciones cōiecturasque mortalium: Dominum audiamus, inquam, nō quidem hoc de sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mentis suæ, quod nemo rite nisi baptizatus accedit, Nisi mādaucaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quid ultra quarimus? Quid ad hoc respondere poterunt, nisi pertinacia pugnares neruos aduersus constantiam perspicuæ veritatis intendat? An vero quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad paruulos hęc sententia nō pertinet, possintque sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam, quia non ait, qui non mādaucauerit, sicut de baptismo, qui non renatus fuerit, sed ait, si non manducaueritis, velut eos alloquens qui audire & intelligere poterant, quod vtiq̄que non valent paruuli: Sed qui hoc dicit, non attēdit, quia nisi omnes ista sententiā teneat, vt sine corpore & sanguine filij hominis vitam habere non possint, frustra etiam ætas maior id curat. Potest enim si non voluntatem, sed verba loquentis attendas, eis solis videri dictum, quibus tunc dominus loquebatur, quia non ait, qui non manducauerit: sed, si non mādaucaueritis. Et vbi est quod eodem loco de hac ipsa re ait, Panis quē ego dederō, caro mea est pro seculi vita? Secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus qui tūc nōdum fuimus quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad seculum nos non pertinere, pro cuius vita Christum suam carnem dedit. Quis autem ambigat seculi nomine homines significatos esse, qui nascendo in hoc seculum veniunt? Nam sicut alibi ait, Filij seculi huius generant & generantur. Ac per hoc etiā pro par-

1. Cor. 4.
Roma. 4.
Ioan. 14.
Confirma-
ex propa-
gatione pecc-
atorum esse
quemadmo-
dum & su-
sistiam ex
regenera-
tione.
Cap. XV.
Roma. 5.

Infantes in
baptizati
quid sit
natur.
Cap. XVI.
Roma. 5.
Gen. 1.
Eccle. 14.
Quidā in-
sanctum
peccatum
persone de
de quo ab-
cubi dubi-
tat Augu-
stinus qui
hic non
absolutē
mum capi-
da.
Cap. XVII.
Frustrum
nisi bapti-
zantur
peccati
caus.
Cap. XVII.
Roma. 6.

Ioan. 3.
E
Ioan. 6.
Ioan. 6.
Luca. 20.

10an. 3. G uulorum vita caro data est, quæ data est pro seculi vita, & si non manducauerint carnem filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. Hinc est etiam illud, Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, nõ habebit vitam, sed ira dei manet super eum. In quo igitur horum genere ponem⁹ infantes? in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui sunt increduli filio? In neutro, ait aliquis, quia cum adhuc credere nõ possunt, nec increduli deputandi sunt. Non hoc iudicat Ecclesiastica regula, quæ baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porro si isti qui baptizantur, propter virtutem celebrationemque tanti sacramenti, quanuis suo corde atque ore non agant quod ad credendum confitentiumque pertineat, tamẽ in numero credentium computantur, profecto illi quibus sacramentum defuerit, in eis habendi sunt qui nõ credunt filio: atq; ideo si huius inanes gratiæ de corpore exierint, sequetur eos quod dictum est, non habebunt vitam, sed ira dei manet super eos. Et vnde hoc, quando eos clarũ est peccata propria non habere, si nec originali peccato tenetur obnoxij? Bene autem non ait, ira dei venit super eum: sed, manet super eum. Ab hac quippe ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando naturaliter filij iræ sicut & ceteri: nulla res liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hæc gratia cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta esse causa potest, iniusta non potest. Nũquid enim iniquitas apud deum absit. Sed prius sanctarum scripturarum autoritatibus colla subdenda sunt, vt ad intellectũ per fidem quisque perueniat. Neq; enim frustra dictum est, Iudicia tua sicut abyssi multa. Cuius abyssi altitudinẽ veluti expauescẽs exclamat Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. præmiserat quippe sententiam miræ profunditatis, dicens, Conclusit enim deus omnes in incredulitate, vt omnium misereatur. Cuius profunditatis veluti horrore percussus, O altitudo, inquit, diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius illius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amẽ. Valde ergo paruum sensum habemus ad discutendam iustitiam iudiciorum dei, ad discutendam gratiã gratuitam nullis meritis præcedentibus, non inquam, quæ non tam mouet cum præstatur indignis, quàm cũ æque indignis aliis denegatur. Nam & hi quibus videtur iniustum, vt paruuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non solum regno dei, quod & ipsi fatentur nisi per baptismum renatos intrare non posse, verum etiam vita æterna & salute priuẽtur, quærentes quomodo iustus sit vt alius ab originali impietate soluat, alius non soluat, cũ eadẽ sit vtriusque conditio: ipsi respondeant secundũ suam sententiam quomodo identidẽ iustum sit, vt huic præstetur baptismus quo intret in regnũ dei, illi non præstetur, cum sit vtriusque par causa. Si enim mouet, cur ex his duobus cum ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc vinculo soluitur cui conceditur baptismus, alius nõ soluitur, cui talis gratia nõ conceditur: cur non pariter mouet, quod ex duobus originaliter innocẽtib; alius accipit baptismum, quo in regnũ dei possit intrare, alius nõ accipit, ne ad regnũ dei possit accedere? Nempe in vtraque causa ad illã exclamationem reditur, O altitudo diuitiarum. Ex ipsi-

deinde baptizatis paruulis dicatur mihi cur alius rapi-
tur, ne malicia mutet intellectum eius, & alius viuat im-
pius futurus? Nonne si ambo raperentur, ambo in reg-
num cælorum ingrederentur? Et tamen non est ini-
quitas apud deum. Quid est illud? quem non moueat,
quem non in tanta altitudine exclamare compellat, qd
alij paruuli spiritu immundo vexantur, alij nihil tale
patiuntur, alij etiam in vteris matrum, sicut Hieremias,
sanctificãtur, cum omnes si est originale peccatum, pa-
riter rei sint: si non est, pariter innocẽtes sunt? Vnde ista
tãta diuersitas, nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius,
& inuestigabiles viæ eius? An forte illud iam ex-
plisum repudiatumque sentiendum est, quod animæ
prius in cœlesti habitatione peccantes, gradatim atque
paulatim ad suorum meritorum corpora veniant, ac
pro ante gesta vita magis minũsve corporeis peccatis
affligantur? Cui opinioni quãuis sancta scriptura aper-
tissime contradicat, quæ cum gratiam commendaret,
Nondum, inquit, natis, nec qui aliquid egerãt boni aut
mali, vt secundum electionem propositum dei mane-
ret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quod
maior seruet minori: nec ipsi tamen qui hoc sentiunt,
euidunt huius quæstionis angustias, sed in eis coarctati
& hærentes similiter, O altitudo, exclamare coguntur.
Vnde enim fit vt homo ab ineunti pueritia modestior,
ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum
victor, qui oderit auaritiã, luxuriam detestetur, atque
ad virtutes ceteras prouectior aptiorque consurgat, &
tamen eo loco sit vbi ei prædicari gratia Christiana nõ
possit? Quomodo enim inuocabunt in quem non cre-
diderunt? aut quomodo credet ei quem non audierit?
Quomodo autem audient sine prædicatẽ? Alius autem
tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitiis & facino-
ribus cooperatus ita gubernetur vt audiat, credat, baptize-
tur, rapiatur, aut si detentus hic fuerit laudabiliter vi-
uat? Vbi duo isti tam diuersa merita contraxerunt, non
dico vt iste credat, ille nõ credat, quod est propria vo-
luntatis, sed vt iste audiat quod credat, ille non audiat.
Hoc enim non est in hominis potestate: Vbi, inquam,
hæc tam diuersa merita contraxerunt, si in cœlo ege-
runt aliquam vitam, vt pro suis actibus propellerentur,
vel laberentur in terras, congruisque suis antea actũ vitæ
corporeis receptaculis tenerentur: Ille vtiq; melius
ante hoc mortale corpus vixisse credendus est, qui eo
non multum meruit prægrauari, vt & bonum haberet
ingenium, & cõcupiscentiis eius mitioribus vrgeretur,
quas posset facile superare, & tamen eam sibi gratiam
prædicari non meruit, qua sola posset ad secundã mor-
tis perniciẽ liberari: Ille autem pro meritis deteriori-
bus sicut putant grauiori corpori implicitus, & ob hoc
cordis obtusus, cum carnis illecebris ardentissima cupi-
dine vinceretur, & per nequissimã vitam peccatis pris-
tini quibus ad hoc venire meruerat, ad deret peiora ter-
rena, aut in cruce tamen audiuit, Hodie mecum eris in
paradiso: aut alicui coheret Apostolo, cuius prædica-
tione mutatus & per lauacrum regenerationis salu⁹ effe-
ctus est, vt vbi abundauit peccatum, superabundaret
& gratia. Quid huic respondeant, omnino non video,
qui volentes humanis coniecturis iustitiam dei defen-
dere, & ignorantes altitudinem gratiæ, fabulas impro-
babiles texuerunt. Multa enim dici possunt de miris vo-
cationibus hominum, siue quas legimus, siue quas ex-
perti sumus, quibus eorum opinio subuertatur, qui cre-
dunt ante ista corpora sua quãsdã proprias vitas gessisse
animas hominum, quibus ad hæc venient pro diuersi-
tate

A tate meritorũ, diuersa hic expertura vel bona vel ma-
la, sed terminandi huius operis cura nõ sunt in his diu-
tius immorari. Vnum tamen quod inter multa mira-
bile comperi, non tacebo. Quis non secundum istos,
qui ex meritis prioris vitæ ante hoc corpus in cœlesti-
bus gestã animas terrenis corporibus magis minũsve
grauari opinantur, affirmet eos ante istam vitam cœle-
ratius immaniũsque peccasse, qui mentis lumen sic a-
mittere meruerunt, vt sensu vicino pecoribus nascerẽ-
tur, non dico tardissimi ingenio, nam hoc de aliis dici
solet, sed ita excordes, vt etiam circati ad mouẽdum ri-
sum exhibeant cordatis delicias fatuitatis, quorum no-
men ex græco deriuatum moriones vulg⁹ appellat? Tali-
um tamen quidam fuit Christianus, vt cum esset om-
nium iniuriarum suarum mira fatuitate patientissimus,
innotiam tamen Christi nominis vel in seipso religio-
nis reuerentia, qua imbutus erat, sic ferre non posset, vt
blasphemantes videlicet cordatos, a quibus hæc vt pro-
uocaretur audiebat, insectari lapidibus non desisteret,
nec in ea causa vel dominis parceret. Tales ergo præ-
destinari & creari arbitror, vt qui possunt intelligant
dei gratiam, & spiritum, qui vbi vult spirat, ob hoc om-
ne ingenij genus in filiis misericordiæ non præterire,
itemque omne ingenij genus in gehennã filijs præteri-
re, vt qui gloriatur in domino gloriatur. Illi autem qui
pro vitæ meritis superioris accipere quasque animas di-
uersa terrena corpora affirmant, quibus alia magis, aliq-
minus grauentur, & pro eisdem meritis humana inge-
nia variari, vt acutiora sint quædam, & alia obtusiora,
prõque ipsius vitæ superioris meritis diuinam quoque
gratiam liberandis hominibus dispensari, quid de isto
poterunt respondere? Quomodo ei tribuent terribilẽ
vitam superiorem, vt ex hoc fatuus nasceretur, & tam
bene meritam, vt ex hoc in Christi gratia multis acu-
tissimis præferretur? Cedamus igitur & consentiamus
authoritati sanctarũ scripturã, quæ nescit falli nec fallere,
& sicut nondum natos ad discernenda merita eorũ ali-
quid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub
peccato esse, quod per vnum hominem intravit in mũ-
dum, & per omnes homines pertransiit, a quo non li-
berat nisi gratia dei per dominum nostrũ Iesum Chri-
stũ, nasci minime dubitemus. Cuius medicinalis ad-
uentus non est opus sanis, sed ægrotantibus: quia non
venit vocare iustos, sed peccatores: in cuius regnũ non
intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu, nec præ-
ter regnum eius salutem ac vitam possidebit æternam.
Quoniam qui non manducauerit carnem eius, & qui
incredulus fuerit filio, non habebit vitam, sed ira dei
manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac ægritudine,
ab hac ira dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiam si
per ætatem non habent proprium, trahunt tamen ori-
ginale peccatũ, nõ liberat nisi agnus dei qui tollit pec-
cata mundi, non nisi medicus qui nõ venit propter sa-
nos sed propter ægros, non nisi saluator, de quo dictũ
est generi humano, Natus est vobis hodie saluator. nõ
nisi redemptor, cui sanguine deletur debitum nostrũ.
Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantum
saluatorem nec redemptorem? Vnde autem saluos fa-
cit, si nulla in eis est originalis ægritudo peccati: vnde
redimit, si non sunt per originem primi hominis ve-
nũdati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio præ-
ter baptismum Christi, salus æterna promittatur infan-
tibus, quam non promittit scriptura diuina, humanis
omnibus ingenijs præferenda. Optime Punici Chri-
stiani baptismum ipsum nihil aliud quàm salutem, &

sacramentum corporis Christi nihil aliud quàm vitam D
vocant. Vnde nisi ex antiqua vt existimo, & apostolica
traditione, qua Ecclesiæ Christi insitum tenent, præter
baptismum & participationem dominicæ mensæ, non
solum non ad regnum dei, sed nec ad salutem & vitam
æternam posse quenquam hominum peruenire? Hoc
enim & scriptura testatur, secundum ea quæ supra di-
ximus. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomi-
nis salutis appellant, nisi quod dictum est, Saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis. & quod Petrus ait,
Sic & vos simili forma baptismã saluos facit. Quid ali-
ud etiam qui sacramentum mensæ dominicæ vitam
vocat, nisi quod dictum est, Ego sum panis vitæ qui de-
cœlo descendi, & panis quem ego dederõ, caro mea est
pro seculi vita: & Si non manducaueritis carnem filij
hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam
in vobis: Si ergo vt tot & tanta diuina testimonia con-
cinunt, nec salus nec vita æterna sine baptismo & cor-
pore & sanguine domini cuiquam speranda est, frustra
sine his promittitur paruulis. Porro si a salute ac vita æ-
terna hominem nisi peccata non separant, per hæc sa-
cramenta nõ nisi peccati reatus in paruulis soluitur, de
quo reatu scriptum est, neminem esse mundum, nec si E-
uius diei fuerit vita eius. Vnde est & illud in psalmis,
Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis
mater mea me in vtero aluit. Aut enim ex persona ge-
nerali ipsius hominis dicitur: aut si proprie de se Dauid
hoc dicit, non vtiq; de fornicatione, sed de legitimo
cõnubio natus fuit. Non itaque dubitemus etiã pro in-
fantibus baptizatis sanguinem fufum, qui priusquã fuf-
deretur, sic in sacramento datus & commendatus est,
vt diceretur, Hic est sanguis meus, qui pro multis effun-
detur in remissionem peccatorum. Negant enim illos
liberari, qui sub peccato esse nolunt fateri. Nam vnde
liberantur, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti?
Ego, inquit, lux in seculum veni, vt omnis qui credide-
rit in me, nõ maneat in tenebris. Hoc dicto quid ostẽ-
dit, nisi in tenebris esse omnem qui non credit in eum,
& credendo efficere ne maneat in tenebris? Has tene-
bras quid nisi peccata intelligim⁹? Sed quodlibet aliud
intelligantur hæc tenebræ, profecto qui non credit in
Christum, manebit in eis: & vtiq; pœnales sunt, non
quasi nocturna ad quietem animantium necessaria. F
Proinde paruuli si per sacramentum quod ad hoc
diuinitus institutum est, in credentium numerum non
transcant, profecto in his tenebris remanebunt. Quan-
uis eas nonnulli mox natos illuminari credant, sic in-
telligentes quod scriptum est, Erat lumen verum, quod
illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-
dum. Quod si ita est, multum miradum est, quomodo
illuminati ab vnico filio, quod erat in principio verbũ
deus apud deum, non admittantur ad regnum dei, nec
sint hæredes dei, cohæredes autem Christi. Hoc enim
eis non nisi per baptismum præstari, etiam qui hoc sen-
tiunt contententur. Deinde iam illuminati, si ad conse-
quendum regnum dei nondum sunt idonei, saltem ip-
sum baptismum, quo ad hoc idonei fiunt, læti suscipere
debuerunt, cui tamen eos videmus cum magnis fletibus
reluctari: eamque ignorantiam in illa ætate contẽ-
nimus, vt sacramenta quæ illis prodesse nouimus, in eis
etiam reluctantibus compleamus. Cur enim & Aposto-
lus dicit, Nolite pueri esse mentibus, si iam illo lumine
vero quod verbum dei est, illuminata sunt eorum mẽ-
tes? Itaque illud quod in euangelio positum est, Erat lu-
men verum quod illuminat omnem hominem veniẽ-

Inscrutabi-
le, quæ in-
fantes alii
discunt aut
frustrati
baptismo,
alij non.
Cap. XXI.
Ephe. 2.
Roma. 9.
Psal. 35.
Roma. 11.

† alius vt
retribuere-
tur ei?

Roma. 11.

Ad Tit. 3.

Ioan. 6.

Job. 25.

Psal. 50.

Matth. 26.

Marci. 14.

Ioan. 12.

Paruuli

quomodo

illuminen-
tur. C. XXX.

Ioan. 1.

1. Cor. 14.

Ioan. 1.

Gtem in hunc mundum: ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis, quod deus est, ne quisquam putaret ab eo se illuminari a quo aliquid audit ut discat, non dico si quenquam magnum hominem, sed nec si angelum ei coniungat habere doctorem. Adhibetur enim sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis, veruntamen neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Audit quippe homo dicentem vel hominem vel angelum, sed ut sentiat & cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur, quod eternum manet, quod etiam in tenebris lucet. Sed sicut sol iste a cæcis non videtur, quanuis eos suis radiis quodammodo vestiat, sic ab stultitiæ tenebris non comprehenditur. Cur autem cum dixisset quod illuminat omnem hominem, addiderit, venientem in hunc mundum: unde hæc opinio nata est, quod in exortu corporali ab utero matris recentissimo illuminet mentes nascentium paruulorum, quanuis in Græco ita sit positum, ut possit etiam intelligi lumen ipsum veniens in hunc mundum: tamen si hominem venientem in hunc mundum, necesse est accipi, aut simpliciter dictum arbitror, sicut multa in scripturis reperiuntur, quibus etiam detractis nihil sententiæ minuatur: aut si propter aliquam distinctionem additum esse credendum est, fortasse hoc dictum est ad discernendam spiritalem illuminationem ab ista corporali, quæ siue per cæli luminaria, siue quibuscunque ignibus illuminat oculos carnis, ut hominem interiorem dixerit venientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mundus: tanquam diceret, illuminat omnem hominem venientem in corpore, secundum illud quod scriptum est, Sortitus sum animam bonam, & veni in corpus incoquinatum. Aut ergo sic dictum est, si distinctionis alicuius gratia dictum est, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: tanquam dictum esset, illuminat omnem hominem interiorem: quia homo interior cum veraciter sit sapiens, non nisi ab illo illuminatur qui est lumen verum. Aut si rationem ipsam qua humana anima rationalis appellatur, quæ ratio adhuc velut quieta & quasi sopita, tamen insita & quodammodo in seminata in paruulis latet, illuminationem voluit appellare, tanquam interioris oculi creationem, non resistendum est, tunc eam fieri cum anima creatur. Et non absurde de hoc intelligi, cum homo venit in mundum, veruntamen etiam ipse quanuis iam creatus oculus, necesse est ut in tenebris maneat, si non credat in eum qui dixit, Ego lux in seculum veni, ut omnis qui credit in me, non maneat in tenebris, quod per sacramentum baptismatis in paruulis fieri non dubitat mater Ecclesiæ, quæ cor maternum eis præstat, ut sacris mysteriis imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamē eos quisquā fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credendo utique nomen est, quanuis hoc non ipsi, sed alij pro eis inter sacramenta responderint. Nimis longum fiet si ad singula testimonia similiter disputemus. Unde commodus esse arbitror acervatim cogere, quæ occurrere potuerint, vel quæ sufficere videbuntur, quibus appareat dominum Iesum Christum non aliam ob causam in carne venisse, ac forma serui accepta factum obedientem usque ad mortem crucis, nisi ut hac dispensatione misericordissimæ gratiæ omnes quibus tanquam membris in suo corpore constitutus caput est, ad capefundum regnum cælorum vivificaret, salvos faceret, liberaret, re-

dimeret, illuminaret, qui prius fuissent in peccatorum & morte, languoribus, seruitute, captivitate, tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorum, ac sic fieret mediator dei & hominum, per quem post inimicitias impietatis nostræ, illius gratia pace finitas, reconciliaremur deo in æternam vitam, ab æterna morte quæ talibus impendebat erepti. Hoc enim cum abundantius apparuerit, consequens erit ut ad istam Christi dispensationem quæ per eius humilitatem facta est, pertinere non possint, qui vita, salute, liberatione, redemptione, illuminatione non indigent. Et quoniam ad hanc pertinet per baptismum quo Christo cõsepeliuntur, ut incorporentur illi membra eius, hoc est fideles eius, profecto nec baptismus est necessarius eis qui illo remissionis & reconciliationis beneficio quod fit per mediatorem, non opus habent. Porro quia paruulos baptizandos esse concedunt, qui contra auctoritatem vniuersæ Ecclesiæ proculdubio per dominum & Apostolos traditam venire non possunt, concedant oportet eos egerē illis beneficiis mediatoris, ut oblati per sacramentum charitatemque fidelium, ac sic incorporati Christi corpori, quod est Ecclesiæ, reconciliantur deo, ut in illo vivat, ut salui, ut liberati, ut redempti, ut illuminati fiant. Unde, nisi a morte, vitii, reatu, subiectione, tenebris peccatorum: quæ quoniam nulla in ea ætate per suam vitam propriam commiserunt, restat originale peccatum.

Hæc ratiocinatio tunc erit fortior, cum ea quæ pro-

Congruentia
misi testimonia multa cõgessero. Iam supra posuimus, *simonius*
Non veni vocare iustos, sed peccatores. Item cum ad *scripturnam*
Zachæum esset ingressus, Hodie, inquit, salus domui *Ca. XXVII*
huic facta est, quoniam & iste filius est Abraham: Venit *Luce. 5.*
enim filius hominis querere & saluare quod perierat. *Luce. 19.*
Hoc & de oue perditæ, & relictiis nonaginta noue que- *Luce. 15.*
sita & inuenta, hoc & de drachma quæ perierat ex de- *Luce. 14.*
cem. Unde oportebat, ut dicit, prædicari in nomine ei *Luce. 14.*
penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gen- *Marc. 16.*
tes, incipientibus ab Hierusalem. Marcus etiam in fine *Marc. 16.*
Euangelij sui dominum dixisse testatur, Euntes in mun- *Marc. 16.*
dum vniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ: *Marc. 16.*
Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero *Marc. 16.*
non crediderit, cõdemnabitur. Quis autem nesciat cre- *Marc. 16.*
dere esse infantibus baptizari, non credere autem, non *Marc. 16.*
baptizari? Ex Ioannis autem euangelio quanuis iam non *Marc. 16.*
nulla posuerimus, attende etiam ista, Ioannes Baptista *Marc. 16.*
inquit de illo, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mun- *Marc. 16.*
di. Et ipse de seipso, Qui de omnibus meis sunt, vocem *Marc. 16.*
meam audiunt, & ego noui illas, & sequitur me: & ego *Marc. 16.*
vitam æternam do illis, & non peribunt in æternum. *Marc. 16.*
Quoniam ergo de omnibus eius esse non incipiunt paru- *Marc. 16.*
uli nisi per baptismum, profecto si hoc non accipiunt, *Marc. 16.*
peribunt: Vitam enim æternam, quam suis dabit omnibus, *Marc. 16.*
non habebunt. Item alio loco, Ego sum via veritas & vi- *Marc. 16.*
ta: Nemo venit ad patrem nisi per me. Hæc doctrinam *Marc. 16.*
suscipientes Apostoli, vide quanta contestatione decla- *Marc. 16.*
rent. Petrus in prima Epistola, Benedictus, inquit, deus *Marc. 16.*
& pater domini nostri Iesu Christi secundum multitu- *Marc. 16.*
dinem misericordiarum suarum, qui regenerauit nos in spem *Marc. 16.*
vitæ æternæ per resurrectionem Iesu Christi in heredi- *Marc. 16.*
tatem immortalem & incontaminatam, florentem, *Marc. 16.*
seruatam in cælis, vobis qui in virtute dei cõseruamini *Marc. 16.*
per fidem, in salutem paratam palam fieri in tempore *Marc. 16.*
nouissimo. Et paulo post, Inueniamini, inquit, in laude *Marc. 16.*
& honorem Iesu Christi, quem ignorabatis, in quem *Marc. 16.*
modo non videntes creditis, quem cum videritis, gau- *Marc. 16.*
debitis gaudio inenarrabili & honorato gaudio, percipi- *Marc. 16.*
entes

Apientes testamentum fidei salutem animarum vestra- rum. Item alio loco, Vos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptione ut virtutes enuncietis eius, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Et iterum, Christus, inquit, pro peccatis nostris passus est iustus pro iniustis, ut nos adducat ad deum. Item cum commemorasset in arca Noë octo homines saluos factos, sic & vos, inquit, simili forma baptismi saluos facit. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli, & in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo dei fuerint sociati tenentes Christum passum, iustum pro iniustis, ut eos adducat ad deum. Ex epistola etiam Ioannis hæc mihi occurrerunt quæ huic quæstioni necessaria visa sunt. Quod si in lumine, inquit, ambulauerimus, sicut & ipse est in lumine, societatem habemus inuicem, & sanguis Iesu filij eius purgauit nos ab omni delicto. Itē alio loco, Si testimonium, inquit, hominum accipimus, testimonium dei malus est, quia hoc est testimonium dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo, Qui crediderit in filium dei, habet testimonium dei in semetipso: Qui non crediderit deo, mendacem facit deum, quia non credit in testimonium quod testificatus est de filio suo. Et hoc est testimonium, quia vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium, non habet vitam. Non solum igitur regnum cælorum, sed nec vitam paruuli habebunt si filium non habebunt, quem nisi per baptismum esse habere non possunt. Item alio loco, In hoc, inquit, manifestus est filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Non ergo pertinerebunt paruuli ad gratiam manifestationis filij dei, si non in eis soluat opera diaboli. Iam nunc attende ad hæc rem Pauli Apostoli testimonia tanto utique plura, quanto plures epistolas scripsit, & quanto diligentius curauit commendare gratiam dei aduersus eos qui de operibus gloriabantur, atque ignorantis dei iustitiam, & suam iustitiam volentes constituere, iustitiæ dei non erant subiecti. In epistola ad Romanos, Iustitia, inquit, dei in omnes qui credunt: Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ eius propter remissionem præcedentium peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tempore, ut sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Item alio loco, Ei qui operatur, inquit, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam: sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum recta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Item paulo post, Non est autem scriptum, inquit, propter illum tantum, quia deputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus deputabitur creditibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et paulo post, Si enim Christus, inquit, cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus, pro impiis mortuus est. Et alibi, Scimus, inquit, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venudatus sub peccato: Quod enim operor, ignoro, non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, cõsentio legi

quia bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum: nam bonum vellet adiacere mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo, ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem mihi volenti facere bonum: quoniam mihi malum adiacet, condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Dicant qui possunt, homines non nasci in corpore mortis huius, ut possint etiã dicere, non eis necessariam gratiam dei per Iesum Christum, qua liberentur de corpore mortis huius. Item paulo post, Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Dicant qui audent oportuisse nasci Christum in similitudine carnis peccati, nisi nos nati essemus in carne peccati. Item ad Corinthios, Tradidi enim vobis in primis, inquit, quod & accepit, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Item ad eosdem Corinthios in secunda, Charitas enim Christi compellit nos, iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus vnus mortuus est, ut & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem, etsi noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quemadmodum? quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: Obliteramus pro Christo reconciliari deo: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in illo. Cooperantes autem rogamus, ne inuacuum gratiam dei suscipiamus. Dicit enim, Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ad hæc reconciliationem & salutem si non pertinent paruuli, quis eos querit ad baptismum Christi? Si autem pertinent, inter homines mortui sunt pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari & saluari possunt, nisi remissa non deputet delicta eorum. Item ad Galatas, Gratia vobis & pax a deo patre, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos de presenti seculo maligno. Et alio loco, Lex transgressionis gratia posita est, donec veniret semē cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est, deus vero vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Ad Ephesios etiam, Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filiis

1. Cor. 3.

ep̄x̄ōme-
vov.

Sapient. 8.

Ioan. 12.

Roma. 10.

Concludit
peccato ori-
ginis om-
nes obno-
xios.
Ca. XXVII.
Philip. 2.

Roma. 8.

E

1. Corin. 15.

2. Corin. 5.

F

2. Corin. 6.

Gala. 1.

Gala. 3.

Ephes. 2.

G disidentia, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideris carnis nostrae, facientes voluntatem carnis, & affectionum, & eramus naturaliter filij irae sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia salui facti sumus. Et paulo post, Gratia, inquit, salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur: Spiritus enim sumus signum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit deus ut in illis ambulemus. Et paulo post, Qui eratis, inquit, in illo tempore sine Christo, alienati a societate Israel, & peregrini testamentorum & promissionis, spem non habentes, & sine deo in hoc mundo, nunc autem in Christo Iesu, qui aliquando eratis longè, facti autem estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; vnum, & medium parietem maceriae soluens inimicitias, in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, ut duos conderet in se vnum hominem nouum, facies pacem, & commutaret utroque in vno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui eratis longè, & pacem his qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Item alibi, Sicut veritas est in Iesu deponere vos secundum priorem conuersationem veterem hominem, eum qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et alibi, Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Ad Colossenses etiam ita loquitur, Gratias agentes patri idoneos facienti nos in parte fortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit nos in regnum filij charitatis suae, in quo habemus redemptionem in remissione peccatorum. Et alio loco, Et estis, inquit, in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: In quo etiam circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, confepulsi ei in baptismo, in quo & conseruastis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum essetis mortui delictis & praecipio carnis vestrae, conuiuificauit cum illo donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirurgographum decreti, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio, & affigens illud cruci, exuens se carnem principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Et ad Timotheum, Humanus, inquit, sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet primo Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Item dicit, Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. In secunda etiam ad eundem, Noli ergo, inquit, erubescere testimonium domini nostri, neque vinculum eius, sed collabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis, & vocatis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante saecula aeterna, manifestata autem nunc per aduentum domini nostri Iesu Christi, euacuantis qui-

dem mortem, illuminatis autem vitam & incorruptio-

nem per Euangelium. Ad Titum etiam, Expectantes, inquit, illam beatam spem & manifestationem gloriae magni dei, & saluatoris nostri domini nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi nos populum abundante, aemulatore bonorum operum. Et alio loco, Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris dei nostri, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia haeredes efficiamur secundum spem vitae aeternae. Ad Hebraeos quoque Epistola quamquam nonnullis incerta sit, tamen quoniam legi quosdam huic nostrae de baptismo paruulorum sententiae contraria sentientes, etiam ipsam quibusdam opinionibus suis testem adhibere voluisse, magisque me mouet auctoritas Ecclesiarum Orientalium, quae hanc etiam in canonicis habent, quanta pro nobis testimonia continent, aduertendum est. In ipso eius exordio legitur, Multis partibus & multis modis olim deus locutus est patribus in Prophetis, postremo in his diebus locutus est nobis in filio suo, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & saecula. Qui cum sit splendor gloriae & figura substantiae eius, gerens quoque omnia verbo virtutis suae, purgatione peccatorum a se facta, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et post pauca, Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus, & omnis praeratio & inobedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Et alio loco, propterea ergo quia pueri comunicauerunt sanguini & carni, & ipse prope modum eorum participauit, ut per mortem euacuaret eum qui potestate habebat mortis, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam rei erant seruitutis. Et paulo post, Unde debuit, inquit, secundum omnia fratribus similis esse, ut misericors esset, & fidelis princeps sacerdotum eorum, quae sunt ad deum propitiandum pro delictis populi. Et alibi, Teneamus, inquit, confessionem, non habemus enim sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: Etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato. Et alio loco, Intransgressibile, inquit, habet sacerdotum, unde & saluos potest perficere eos qui adueniunt per ipsum ad deum, semper viuens ad interpellandum pro ipsis. Talem enim decebat habere nos principem sacerdotum, iustum, sine malitia, incontaminatum, separatum a peccatoribus, altiore celis factum, non habentem quotidianam necessitatem sicut principes sacerdotum primu pro suis peccatis sacrificium offerre, dehinc pro populi: Hoc enim semel fecit offerens se. Et alio loco, Non enim in manu fabricata sancta introiuit Christus, quae sunt similia verorum, sed in ipsum caelum apparere ante faciem dei pro nobis, non ut sepius offerat semetipsum, sicut princeps sacerdotum intrat in sancta in anno semel cum sanguine alieno. Ceterum oportebat eum sapius pati a mundi constitutione, nunc autem semel in extremitate saeculorum ad remissionem peccatorum per sacrificium suum manifestatus est. Et sicut constitutum est hominibus semel tantu mori, & post hoc iudicium, sic & Christus semel oblatu est ut multorum peccata portaret: secundo sine peccatis apparebit eis, qui eum sustinent ad salutem. Apocalypsis etiam Ioannis has laudes Christo

A per canticum nouum testatur offerri, Dignus es accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo, de omni gente & lingua & populo & natione. Itē in Actibus Apostolorum, inceptorē vitae Petrus Apostolus dixit esse dominum Iesum, increpans Iudaeos quod occidissent eum, ita loquens, Vos autem sanctum & iustum onerastis & negastis, & postulastis hominem homicidam viuere & donari vobis. Nam inceptorem vitae occidistis. Et alio loco, Hic est lapis reprobatus a vobis aedificatibus, qui factus est in caput anguli. Non est enim aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oportet nos saluos fieri. Et alibi, Deus patrum suscitauit Iesum, quem vos interfecistis suspendentes in ligno. Hunc deus principem & saluatorem exaltauit gloria sua, dare poenitentiam Israel & remissionem peccatorum in illo. Item alio loco, Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per manum illius omnem credentem in eum. Item in eodem libro Apostolus Paulus, Notum ergo vobis sit, inquit, viri fratres, quoniam per hunc vobis remissio peccatorum annuncietur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moyse iustificari, in hoc omnis credens iustificatur. Hoc tanto agere testimoniorum, cuius aduersus veritatem dei elatio non premarur? Et multa quidem alia reperiri possunt, sed & finiendi huius operis cura non negligenter habenda est. De libris quoque veteris testamenti multas contestationes diuinorum eloquiorum adhibere in hanc sententiam superuacaneum putauit, quandoquidem illic quod occultatur sub velamento velut terrenarum promissionum, hoc in noui testamenti praedicatione reuelatur. Et ipse dominus librorum veterum vilitatem breuiter demonstrat & definiuit, dicens, Oportuisse impleri quae de illo scripta essent in lege & Prophetis & Psalmis, & haec ipsa esse, quod oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierosolymis. Et Petrus dicit, quod paulo ante commemorauit, Huic omnes Prophetae testimonium perhibere, remissionem peccatorum accipere per manum eius omnem credentem in eum. Veruntamen commodius est etiam ex ipso veteri testamento testimonia pauca depromere, quae vel ad supplementum, vel potius ad cumulum valere debebunt. Ipse dominus per Prophetam in Psalmo loquens ait, Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in illis. Non merita eorum: sed voluntates meas. Nam illorum quid, nisi quod sequitur? Multiplicatae sunt infirmitates eorum supra id quod infirmi erant. Ad hoc & lex subintravit, ut abundaret delictum. Sed quod adiungit, Postea accelerauerunt, multiplicatis infirmitatibus, hoc est, abundante delicto, alacrius medicum quaesierunt, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Denique non congregabo, inquit, conuenticula eorum de sanguinibus, quoniam multas sacrificiorum sanguinibus, cum primum in tabernaculum vel in templum congregarentur, conuincantur potius peccatores, quam mundabantur. Non ergo iam, inquit, de sanguinibus congregabo conuenticula eorum. Vnus enim sanguis pro multis datus est, quo veraciter mundantur. Denique sequitur, Nec meminero nominum illorum per labia mea, tanquam iniquorum. Nam nomina eorum erant prius filij carnis, filij saeculi, filij irae, filij diaboli, immundi, peccatorum, postea vero filij dei, homini nouo nomine

uam, canticum nouum cantanti nouum, per testamentum nouum. Non sint ingrati homines gratiae dei, pusilli cum magnis, a minore usque ad maiorem. Totius Ecclesiae vox est, Erraui sicut ouis perdita. Omnium memorum Christi vox est, Omnes ut oues errauimus, & ipse se traditus est pro peccatis nostris. Qui totus propheticus locus apud Elaiam quoque per Philippum sibi exposito, spado ille Candacis reginae in eum credidit. Vide quotiens hoc ipsum commendet, & tanquam superbis nescio quibus vel contentiosis identidem inculcet, Homo, inquit, in plaga, & qui sciat ferre infirmitates, propter quod & auertit se facies eius, iniuriata est, nec magni aestimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est, & nos existimauimus illum in doloribus esse & in plaga & in poena, ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostrae super eum, in liuore eius sanati sumus: omnes ut oues errauimus, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse quoniam male tractatus est non aperuit os: ut ouis ad immolandum ductus est, & ut agnus ante eum qui se tonderet fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate sublatum est iudicium eius, generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Dabo ergo malos pro sepultura eius, & diuites propter mortem eius, ob hoc quod iniquitatem non fecerit, nec dolum in ore suo: dominus vult purgare illum de plaga. Si dederitis vos ob delicta vestra animam vestram, videbitis semen longae vitae vestrae, & vult dominus auferre a doloribus animam eius, ostendere illi lucem, & figurare per sensum, iustificare iustum bene seruientem pluribus, & peccata illorum ipse sustinebit, propterea ipse haereditabit quae plures, & fortium partietur spolia, propter quod tradita est anima eius ad mortem, & inter iniquos aestimatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates eorum traditus est. Attende etiam, illud eiusdem Prophetae, quod de se completum, lectoris etiam sanctus officio in synagoga ipse recitauit, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare humilibus misit me, ut refrigerentur qui in pressura cordis sunt, praedicare captiuis indulgentiam, & caecis visum. Omnes ergo agnoscamus, nec vllus exceptus sit eorum, qui volumus corpori eius adhaerere, per eum in ouile eius intrare, ad vitam & salutem quam vnus misit perpetuam peruenire. Omnes, inquam, agnoscamus eum, qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit corpore suo super lignum, ut a peccatis separati cum iustitia viuamus, cuius cicatricibus sanati sumus infirmi cum essemus tanquam pecora errantia.

Quae cum ita sint, neminem vnquam eorum qui ad Christum accesserunt per baptismum, sana fides & sana doctrina putauit exceptum a gratia remissionis peccatorum, nec esse posse alicui praeter regnum eius, aeternam salutem. Haec enim parata est reuelari in tempore nouissimo, hoc est, in resurrectione mortuorum pertinentium non ad mortem aeternam, quae secunda inors appellatur, sed ad vitam aeternam, quam promissit non mendax deus sanctis & fidelibus suis, cuius vita participes omnes non viuificabuntur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriuntur. Quemadmodum enim omnes omnino pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur nisi in Adam in quo omnes peccauerunt, sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem voluntatis spiritus, non viuificantur nisi in Christo

Roma. 1. In quo omnes iustificantur, Quia sicut per vnū omnes ad condemnationem, sic per vnum omnes ad iustificationē. Nec est vllus vlli medius locus vt possit esse nisi cum diabolo, qui nō est cum Christo. Hinc & ipse dominus volēs auferre de cordibus male credentiū istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam parvulis non baptizatis tribuere, vt quasi merito innocentia sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuam protulit ad hæc ora obstruenda sententiā, vbi ait, Qui mecum non est, aduersum me est. Cōstitue igitur quemlibet paruulum, Si iam cum Christo est, vt quid baptizatur? Si autē, quod habet veritas, ideo baptizatur vt sit cum Christo, profecto non baptizatus non est cum Christo. Et quia nō est cum Christo, aduersus Christum est: neque enim eius tam manifestam debemus aut possumus infirmare vel immutare sententiā. Vnde igitur aduersus Christum, nisi ex peccato? neque enim ex corpore & anima quæ vtraque dei creatura est. Porrō si ex peccato, quod in illa ætate nisi originale & antiquum? Vna est quippe caro peccati, in qua omnes ad damnationem nascuntur, & vna est caro in similitudine carnis peccati, per quam omnes a damnatione liberantur. Nec ita dictum est omnes, velut quicumque nascitur in carne peccati, iidem ipsi omnes mundari intelligantur per carnem similem carni peccati. Non enim omnium est fides, sed omnes pertinentes ad generationem connubij carnalis, non nascuntur nisi in carne peccati, & omnes pertinentes ad generationem connubij spiritualis, nō mandantur nisi per carnem similem carni peccati, hoc est, illi per Adam ad condemnationem, isti per Christū ad iustificationē. Tanquā si dicamus, verbi gratia, vna est obstetrix in hac ciuitate, quæ omnes excipit, & vnus est hic literarum magister, qui omnes docet, neque ibi intelligi possunt omnes, nisi qui nascuntur, neque hic omnes, nisi qui discunt: non tamē omnes qui nascuntur literas discunt, sed cuius claret ingenium, quod & illic recte dictū est, omnes excipit, præter cuius manus nemo nascitur, & hic recte dictū est, omnes docet, præter cuius magisterium nemo discit. Cōsideratis autem omnibus diuinis testimoniis quæ commemoravi, siue singillatim de vnoquoque disputans, siue acruatim multa congestans, vel quæcunque similia non commemoravi, nihil inuenitur, nisi quod vniuersa Ecclesia tenet, quæ aduersus omnes profanas nouitates vigilare debet, omnem hominem separari a deo, nisi qui per mediatorē Christum reconciliatur deo, nec separari quæquam nisi peccatis intercludentibus posse. Non ergo recōciliari nisi peccatorum remissione per vnā gratiam misericordissimi saluatoris, per vnā victimam verissimi sacerdotis: ac sic omnes filios mulieris, quæ serpenti credidit, vt libidine corrumpere, non liberari a corpore mortis huius, nisi per filium virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine fœtaretur. Bonum ergo coniugij non est feruor concupiscentiæ, sed quidam licitus & honestus illo feruore vtendi modus, propagandæ proli, nō explendæ libidini accōmodatus. Voluntas ista non voluptas illa nuptialis est. Quod igitur in membris corporis mortis huius inobediēter mouetur, totūque animum in se deiectum conatur attrahere, & neque cum mens voluerit exurgit, neque cum mens voluerit conualescit, hoc est malum peccati, in quo nascitur omnis homo. Cū autem ab illicitis corruptionibus refrenatur, & ad sola generis humani supplementa ordinate propaganda permittitur, hoc est bonū coniugij, per quod

ordinata societate nascitur homo. Sed nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore. Sicut autē bono vt male, malū est: sic malo bene vt, bonū est. Duo igitur hæc, bonū & malū, & alia duo, vltus bonus & vltus malus, sibi inter adiecta quatuor differentias faciunt. Bene vtitur bono, continentiam dedicans deo. Male vtitur bono, continentiam relaxans aduolens. Bene vtitur malo, concupiscentiam restringens cōnubio. Sicut ergo melius est bene vti bono, quam bene vti malo, cum sit vtrunque bonum: ita qui dat virginem suam nuptui, benefacit: & qui non dat, melius facit. De qua quaestione multo vberius & multo sufficientius in duobus libris, vno de bono coniugali, altero de sancta virginitate, quantum dominus dedit, pro mearum virum exiguitate disserui. Nō itaq; per nuptiarum bonum defendant concupiscentia malū, qui carnem & sanguinē prauaricatoris aduersus carnē & sanguinem redemptoris extollunt: nō erigantur in superbiam erroris alieni, de quorū parua ætate nobis dedit dominus humilitatis exemplum: solus sine peccato natus est, quæ sine virili complexu non concupiscentia carnis, sed obedientia mētis virgo concepit. Sola nostra vulneri medicinā parere potuit, quæ nō ex peccati vulnere germen peccati emittit. Iam nunc scrutemur diligentius quātum adiuuat dominus, etiam ipsum Euāgelij capitulum vbi sic dicitur, ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum dei. Qua isti sententiā nisi mouerentur, omnino paruulos nec baptizandos esse censerent. Sed quia nō ait, inquit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non habebit salutē vel vitam æternam: tantummodo autē dixit, non intrabit in regnū dei: ad hoc paruuli baptizandi sunt, vt sint etiam cū Christo in regno dei, vbi non erunt si baptizati nō fuerint, quanuis & sine baptismo si paruuli moriantur, salutem vitæq; æternam habituri sint, quoniam nullius peccati vinculo obstricti sunt. Hęc dicentes, primo nunquam explicant isti, quia per iustitiam nullum peccatum habēs, imago dei separatur a regno dei. Deinde videamus vtrū dominus Iesus vnus & solus magister bonus in hac ipsa Euāgelica lectione nō significauerit & ostenderit, si nō nisi per remissionē peccatorū fieri, vt ad regnū dei perueniant baptizati, quanuis recte intelligētibus sufficere debuerit quod dictū est, nisi quis natus fuerit denuo, nō potest videre regnū dei. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest introire in regnū dei. Cur enim nascatur denuo, nisi renouandus: vnde renouandus, nisi a vetustate: qua vetustate, nisi in qua vetus homo noster simul crucifixus est cum illo, vt euacuetur corpus peccati? Aut vnde imago dei nō intrat in regnū dei, nisi impedimēto prohibente peccati? Verūtamen vt proposuimus, totam ipsam circūstantiā Euāgelicæ lectionis ad rem de qua agitur pertinentē, intente quātum possumus diligenterq; videamus. Erat autē homo, inquit, ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudeorū, hic venit ad eū nocte, & dixit ei, Rabbi scimus quia a deo venisti magister, Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei, Amen amē dico tibi: Nisi quis natus fuerit denuo, nō potest videre regnū dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in vterum matris suæ iterū introire & nasci? Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne, caro est, & quod natū

est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quō vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei, Tu es magister in Israēl & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & nō credidistis, quomodo si dixerō vobis cœlestia credetis? Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui in cœlo est. Et sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim dilexit deus mundū vt filium suum vnigenitū daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit deus filium suū in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autē non credit iam iudicatus est, quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autē iudiciū, quia lux venit in mundū, & dilexerūt homines magis tenebras, quā lucē. Erant enim eorū mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius: qui autem facit veritatē venit ad lucem, vt manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. Hucusq; est ad rē de qua querimus pertinetis totus sermo ille contextus, deinceps in aliud narrātor accedit. Cum ergo Nicodemus quæ dicebātur nō intelligeret, quæsiuit a domino quomodo possent ista fieri. Videamus quid dominus ad hoc respondeat. Profecto enim si ad interrogata respondere dignabitur quomodo possunt ista fieri, hoc dicturus est, quomodo possit fieri regeneratio spiritualis veniētis hominis ex generatione carnali. Notata itaq; paululum eius imperitia, qui se ceteris de magisterio præferēbat, & omnium talium incredulitate reprehensa, quod testimonium non acciperent veritatis, addidit etiam se illis terrena dixisse nec eos credidisse, querens vel admirās quomodo essent cœlestia credituri. Sequitur tamen & respondet, quod alij credent, si illi nō credūt, ad illud quod interrogatus erat, quomodo possunt ista fieri? Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Sic, inquit, fiet generatio spiritualis, vt sint cœlestes homines ex terrenis, quod adipisci nō poterunt nisi mēbra mea efficiantur, vt ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit nisi qui descendit. Nisi ergo in vnitatem Christi omnes mutandi leuandique concurrāt, vt Christus qui descendit ipse ascendat, non aliud deputans corpus suū, id est Ecclesiam suam, quā seipsum, quia de Christo & Ecclesia verius intelligitur, Erunt duo in carne vna, de qua re ipse dixit: Itaq; iam non duo, sed vna caro, ascendere omnino non poterunt, quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Quāuis enim in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamen suam, qua in cœlo manens descendit in terram, nō indignā censuit nomine filij hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filij dei, ne quasi duo Christi ista accipiantur, vnus deus, & alter homo, sed vnus atq; idem deus & homo: deus, quia in principio erat verbum, & deus erat verbum: homo, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac per hoc per distantiam diuinitatis & infirmitatis filius dei manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra, per vnitatem vero personæ, qua vtraque substantia vnus

Christus est, & filius dei ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibilior fides ex incredibiliore creditis. Si enim diuina substantia longe distantior atq; incomparabili diuersitate sublimior, potuit propter nos ita suscipere humanam substantiā, vt vna persona fieret, ac sic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatē, idē ipse esse in cœlo per participatam carni diuinitatē, quāto credibilior alij homines sancti & fideles eius sūt cū homine Christo vnus Christus, vt omnib; per eius hæc gratiam societatemque ascendentes, ipse vnus Christus ascendat in cœlum, qui de cœlo descendit? Sic & Apostolus ait, Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus, ita & Christus: nō dixit, ita & Christi: id est corpus Christi, vel membra Christi: sed ita & Christus: vnum Christum appellans caput & corpus. Magna hæc & mira dignatio, quæ quoniam fieri nō potest nisi per remissionem peccatorum, sequitur & dicit, Et sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui crediderit in eū non pereat, sed habeat vitam æternam. Quid tunc in deserto factum sit nouimus, serpentum moribus multi moriebantur: tunc populus peccata sua cōstans, per Moysen deprecatus est deum, vt hoc ab eis virus auferret, ac sic Moyses ex præcepto domini exaltauit in deserto anēū serpentem: admonuitque populum, vt illum exaltatum quisquis a serpente morderetur attenderet: hoc facientes sanabantur continuo. Quid est exaltatus serpens nisi mors Christi, eo significādi modo quo per efficiemem id quod efficitur significatur? A serpente quippe mors venit, qui peccatum quo mori mereretur homini per sua. Dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tanquā venenum serpentis, sed tamen transtulit mortem, vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, vnde in carne peccati & culpa solueretur & pœna. Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatū serpentem & a veneno sanabatur & a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismūque eius, & a peccato per iustificationem, & a morte per resurrectionem liberatur. Hoc est enim quod ait, Vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternam. Quid igitur opus est vt Christi morti per baptismum conformetur paruulus, si mors serpentis non est omnino venenata? Deinde si quod consequenter dicit, Deus sic dilexit mundum vt filium suū vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternā: periturus erat paruulus, nec habiturus vitam æternam si per sacramentum baptismi non crederet vnigenitum filium dei, dum interim sic venit vt non iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, presertim quia sequitur & dicit, Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos, nisi inter fideles, sicut vniuersæ vbi que Ecclesie clamat autoritas? ergo inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti, & offerentium responsum: ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui nō crediderūt. Porrō si illi qui baptizati sunt non iudicatur, isti quia carē baptismi, iudicatur. Quod vero adiungit, Hoc est autem iudiciū, quia lux venit in mundum, & dilexerūt homines tenebras magis quā lucē: vnde lux venit in mundum, nisi de suo dicit aduētū, sine cuius aduētū sacra-

G mendo quomodo paruuli esse dicuntur in luce: Aut quomodo non & hoc in dilectione tenebrarum habent, qui quemadmodum ipsi non credunt, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, quando eis mortem corporis timent? In deo autem dicit facta opera eius qui venit ad lucem, quia intelligit iustificationem suam non ad sua merita, sed ad dei gratiam pertinere. Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Hoc modo ergo fit omnium ex carnali generatione ad Christum venientium regeneratio spiritalis. Ipse hoc aperuit, ipse monstravit cum ab eo quaereretur, quomodo possent ista fieri, nemini humanam argumentationem in hac causa liberam fecit, ut non alienentur paruuli a gratia remissionis peccatorum. Non aliter transitur ad Christum, nemo aliter potest deo reconciliari & ad deum venire nisi per Christum.

Duplex de paruulis error. Caput XXXIII. Quid de ipsa forma sacramenti loquar? vellem aliquis istorum qui contraria sapiunt, mihi baptizandum paruulum afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi fuerat responsum pro eodem paruulo quem gestaret, quia ille pro se respondere non posset. quomodo ergo dicitur erat eum renunciare diabolo cuius in eo nihil esset? Quomodo conuerti ad deum, a quo non esset auersus? credere inter cetera in remissione peccatorum, quae illi nulla tribueretur? Ego quidem si contra haec eum sentire existimarem, nec ad sacramenta cum paruulo intrare permitterem: ipse autem in hoc qua fronte ad homines, qua mente ad deum se ferret ignoro, nec volo aliquid grauius dicere. Falsam igitur vel fallacem paruulis tradi baptismatis formam in qua sonaret quod vtique agi videretur, & tamen nulla fieret remissio peccatorum, viderunt aliqui eorum nihil execrabilius ac detestabili dici posse atque sentiri. Proinde quod attinet ad baptismum paruulorum ut eis sit necessarius, redemptionem etiam ipsis opus esse concedunt, sicut cuiusdam eorum libello breuissimo continetur: qui tamen ibi remissionem alicuius peccati aperitus exprimere noluit. Sicut autem mihi ipse literis intimasti, fatentur iam ut dicis etiam in paruulis per baptismum remissionem fieri peccatorum. Nec mirum, non enim redemptio alio modo posset intelligi. Non tamen originaliter, inquit, sed in vita iam propria posteaquam nati sunt, peccatum habere ceperunt. Quamobrem vides iam quantum distet inter eos contra quos in hoc opere diu iam multumque disserui, quorum etiam vnus legi librum ea continentem, quae ut potui refutaui. Inter istos ergo ut dicere ceperam, qui omnino paruulos ab omni peccato & originali & proprio puros & liberos esse defendunt, & istos qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata, a quibus eos credunt per baptismum oportere purgari, quantum intersit vides. Proinde isti postiores intuendo scripturas & auctoritate totius Ecclesiae, & formam ipsius sacramenti, bene viderunt per baptismum in paruulis peccatorum fieri remissionem, sed ut originale esset quicquid illud in eis est, vel nolunt dicere, vel videre non possunt: illi autem priorum ipsa natura humana, quae ab omnibus vt cõfideretur in promptu est, bene viderunt quod facile fuit etatem illam in sua iam vita propria nihil peccati potuisse contrahere, sed ne peccatum originale fateatur, nullum esse omnino peccatum in paruulis dicunt. In his ergo quae singula vera dicunt, prius inter se ipsi cõsentiant, & consequenter fiet vt a nobis nulla ex parte dissentiat. Nam si paruulis baptizatis remissionem fieri peccatorum concedant illi istis, paruulos autem, vt ipsa natura in tacitis in-

fantibus clamant, suae vitae propriae nullum adhuc contraxisse peccatum concedant isti illis, concedant vtique nobis, nullum nisi originale restare, quod per baptismum soluitur in paruulis. An vero & hoc quaeritur, & in paruulis de hoc disputatur, & tempus ad hoc impensuri sumus, non esse vt probemus atque doceamus quomodo per propriae uocantur uita, luntate, sine qua nullum vitae propriae potest esse peccatum, nihil mali commiserint infantes, qui propter hoc uocantur ab omnibus innocentes? Nonne tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerum ignorantia, tam nulla omnino praecipitae capacitas, nullus vel naturalis vel cõscriptae legis sensus aut motus, nullus in alterutram partem rationis usus, hoc multo restatior silentio, quam sermo noster proclamat atque indicat? Valeat aliquod ad seipsum persuadendam ipsa euidencia. nam nusquam sic non inuenio quid dicam, quam ubi res de qua dicitur manifestior est, quam omne quod dicitur. Vellem tamen quis hoc sapit diceret, quod peccatum viderit vel putarit infantis recetis ab utero, cui redimendo fateatur iam baptismum necessarium, quid mali in hac propria sua vita per animum proprium corpusue commiserit. Si forte quod plorat tædioque est maioribus, mirum si hoc iniquitati, non infelicitati potius deputandum est? An quod ab ipso fletu nulla sua ratione, nulla cuiusquam prohibitione cõpescitur? At hoc ignorantia est, in qua profundissima iacet, qua etiam matrem cum post exitum tempus ualuerit, percutit iratus, & saepe ipsas etiam mammas, quas dum esurit exugit. Haec non modo feruntur, verum etiam diliguntur in paruulis, & hoc quo affectu nisi carnali, quo etiam risus iocundus delectat, acutorum quoque hominum ipsa quasi absurditate conditus, qui si eo modo sentiretur, ut dicitur, non iam illi tanquam faceti, sed tanquam fatui riderentur? Ipsos quoque fatuos videmus, quos vulgo moriones uocant, ad cordatorum delicias adhiberi, & in mancipiorum estimatione pretiosiores esse cordatis. tatum ualeat carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cum homini iocunda sit aliena fatuitas, nec ipse tamen talis esse uoluit, & si suum paruulum filium, a quo garricite talia pater letus expectat & prouocat, talem praescire futurum esse cum creuerit, nullo modo dubitaret miserabilius lugendum esse quam mortuum. Sed dum spes subest incrementorum, & ingenij lumen accessurum creditur gratis accessu, fit ut conuicia paruulorum etiam in parentes, non solum iniuriosa non sint, ueruetiam grata atque iocunda sint. Quod quidem prudentium nemo probauerit, ut a diestis vel factis huiusmodi non tantum non prohibeantur, cum prohiberi iam possunt, verum in haec etiam concitentur studio ridendi & uanitate maiorum. Nam plerumque illa aetas iam patrem matremque agnoscens, neutri eorum audet maledicere, nisi ab altero eorum aut ab utroque uel permissa uel iussa. Verum haec eorum sunt paruulorum, qui iam in uerba prorumpunt, & animi sui motus qualibuscumque linguae signis promptitare iam possunt. Illam potius recentium natorum profundissimam ignorantiam uideamus, ex qua ad istam non permansuram balbutientem fatuitatem, tanquam ad scientiam locutionemque tendentes, proficiendo uenerunt. Illas, inquam, consideremus tenebras mentis utique rationalis, in quibus & deum prorsus ignorant, cuius sacramentis etiam cum baptizantur obstitunt. In has quoque uide & quando submersi sint, itane uero eas hic contraxerunt, & in haec uita sua iam propria per nimiam negligentiam oblitum sunt deum, prudentes uero & religiosi uixerunt vel in ueris matrum?

A matrum? Dicat ista qui ausi fuerint, audiatur qui uoluerint, credat qui potuerint. Ego autem puto, quod omnes quorum mentes non obnubilat defendenda suae sententiae pernicacia, haec sentire non possunt. An nullum est ignorantiae malum, & ideo nec purgandum? Et quid ait illa uox, Delicta iuuentutis & ignorantiae meae ne memineris? Est enim damnabiliora peccata sunt, quae abs scientibus committuntur, tamen si ignorantiae peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemorauimus, Delicta iuuentutis & ignorantiae meae ne memineris. In illas igitur ignorantiae densissimas tenebras, ubi anima infantis recentis ab utero utique anima hominis, utique anima rationalis, non solum indocita, ueruetiam indocilis iacet, quare, aut quando, aut unde contrusa est si natura est hominis sic incipere, & non iam uitiata est ista natura? Cur non talis creatus est Adā? Cur ille capax praecipitae & ualles uxori & omnibus animalibus nomina imponeret? Nā & de illa dixit, Haec uocabitur mulier: & quodcumque uocauit Adā animam uiuam, hoc est nomen eius. Ille autem nesciens ubi sit, quid sit, a quo creatus, a quibus genitus sit, iam reus delicti, necdum capax praecipitae, tam profunda ignorantiae caligine inuolutus & pressus, ut neque tanquam de somno excitari possit ut haec saltem demonstrata cognoscat, sed expectet tempus quo hanc nescio quam uelut ebrietatem, non per uiam noctem, sicut quaelibet grauissima solet, sed per aliquot menses atque annos paulatim digerat, quod donec fiat, tam multa quae in maioribus punimus, toleramus in paruulis, ut numerari omnino non possint, hoc tam magnam ignorantiam atque infirmitatis malum, si in hac uita iam nati paruuli contraxerunt, ubi, quando, quomodo magna aliqua impietate commissa repente tantis tenebris inuoluti sunt?

Dicit aliquis, Si haec natura pura non est, sed uitiata primordia, quia talis non est creatus Adam, cur Christus iocge excelleret & certe sine ullo peccato natus ex uirgine, in hac tamen infirmitate atque aetate procreatus apparuit? Huic propositioni respondemus Adam propter ea non talem creatum, quia nullius parentis praecedente peccato est creatus in carne peccati: nos ideo tales, quia illius praecedente peccato, nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia ut de peccato condēnaret peccatum, natus est in similitudine carnis peccati. Non enim hic agitur de Adam quod pertinet ad corporis quantitatem, quia non paruulus factus est, sed perfecta mole membrorum. Potest enim dici etiam pecora sic creata, nec tamen eorum peccato factum esse, ut ex eis pulli paruuli nascerentur: quod quale sit nunc non quaerimus, sed agitur de illius mentis quadam ualentia usque rationis, quo praecipitae dei legemque mandati & docilis Adam caperet, & facile posset custodire si uellet. Nunc autem homo sic nascitur, ut omnino non possit propter horrendam ignorantiam atque infirmitatem non carnis sed mentis, cum omnes fateamur in paruulo non alterius sed eiusdem substantiae cuius in primo homine fuit, hoc est, rationalem animam degere, quanquam etiam ipsa tanta carnis infirmitas nescio quid, quantum arbitror, poenale demonstrat. Mover enim si primi illi homines non peccassent, utrum tales essent filios habituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus uterentur. Nam propter ueteri uoluntate fortasse necesse fuerit paruulos nasci, quauis cum exigua sit pars corporis costa, non tamen propter hoc deus paruulum uiro coniungem fecit, quam adificauit in mulierem, unde & eius filios poterat omnipotentia creatoris mox editos grandes protinus facere. Sed ut hoc omittebam, poterat certe quod multis etiam pecoribus praestitum, quorum pulli quanuis sint paruuli, neque acceden-

tibus corporis incrementis etiam mente proficiant, quoniam animam rationalem non habent, tamen etiam minutissimi & currunt & matres agnoscunt, nec fugendis uerbis cura & ope adiuuentur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato nec ad incessum pedes idonei, nec manus saltim ad scalpendum habiles, & nisi ope nutriendis admotis labris papillae uerbis ingerantur, nec ubi sint sentiunt, & iuxta se iacentibus mammis magis possint esurientes flere, quam sugere. Proinde infirmitati mentis congruit haec omnino infirmitas corporis: nec fuisse caro Christi in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius pondere rationalis anima sic grauatur, siue & ipsa ex parentibus tracta sit, siue ibidem creata, siue desuper inspirata, quod nunc quaerere differo. In paruulis certe gratia dei per baptismum eius qui uenit in similitudine carnis peccati, id agitur ut euacuetur caro peccati. Euacuat autem non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia consperla & innata repete absumatur & non sit, sed ne oblit mortuo, quae inerat nato. Nam si post baptismum uixerit, atque aetate capace praecipitae peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet eamque adiuuante deo superet, si non inuacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc praestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati quae inest in membris repugnans legi mentis, penitus extinguatur & non sit, sed ut quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concupiscentiae subiecta mente seruiret, totum aboleretur ac uelut factum non fuerit habeatur. Ipsa uero soluto reatus uinculo quo illam diabolus animam retinebat, & interclusione destructa, quae hominem a suo creatore separabat, maneat in certamine, quo corpus nostrum castigamus & seruituti subiicimus, vel ad usum licitos & necessarios relaxanda, vel continentia cohibenda. Sed quoniam diuino spiritu qui multo melius quam nos omnia generis humani nouit vel praeterita uel praesentia uel futura, talis uita humana praecognita atque praedicta est, ut non iustificetur in conspectu dei omnis uiuus, fit ut per ignorantiam uel infirmitatem non exertis aduersus eam totis uiribus uoluntatis, eidem ad illicita etiam nonnulla cedamus, tanto magis & crebrius quanto deteriores, tanto minus & rarius quanto meliores sumus. Sed quoniam de hac quaestione in qua quaritur, utrum possit uel utrum sit, fuerit futurus uel sit homo sine peccato in hac uita, excepto illo qui dixit, Ecce uenit princeps mundi & in me nihil inueniet: aliquanto diligentius differendum est. iste sit huius uoluminis modus, ut illud ab alio quaeramus exordio.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII

AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, DE PECCATORVM MERITIS & REMISSIONE, & DE BAPTISMO PARUULORVM, AD MARCELLINVM, Liber Secundus.



DE BAPTISMO paruulorum Marcelline charissime, quod non solum eis ad regnum dei, uerum etiam ad salutem uitamque aeternam adipiscendam detur, qua sine dei regno, & sine Christi saluatoris societate, in quam nos sanguine redemit, habet t. iij

G bere nullus potest, priore libro satis, vt arbitror, disputa-
uimus. In hoc autē viuāne aliquis in hoc seculo, vel
vixerit, victurūse sit sine vilo omnino peccato, ex-
cepto vno mediatore dei & hominū homine Christo Ie-
su, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus,
quanta ipse donat diligētia vel facultate differendum
enodandūq; suscepi. cui disputationi si se identidem
aliqua necessitate vel opportunitate inseruerit quæstio
de baptismo vel peccato paruulorum, mirandum non
erit, nec defugiendū vt eis locis ad omnia quæ respon-
sionem nostram flagitāt, sicut valemus respondeamus.

1. Tim. 2.

Libero ar-
trio quā-
nimū iri-
bunt.
Cap. II.

Huius autem quæstionis solutio de hominis vita si-
ne vlla subreptione vel præoccupatione peccati, pro-
pter quotidianas etiā nostras orationes maxime neces-
saria est. Sūt enim quidā tantū præsumētes de libero hu-
manæ voluntatis arbitrio, vt ad non peccandū nec ad-
iuuādos nos diuinitus opinentur, semel ipsi naturę no-
stræ concessio liberæ volūtatis arbitrio, vnde sit conse-
quens, vt nec orare debeamus ne intremus in tentatio-
nē, hoc est, ne tentatione vincamur, vel cū fallit & præ-
occupat nesciētes, vel cū premit atq; vrget infirmos.

Quā sit autem noxium, & salutis nostræ qua in Chri-
sto est perniciosum atq; cōtrarium, ipsiq; religioni qua
imbuti sumus, & pietati qua deum colimus, quā vehe-
menter aduerſum, vt pro adipiscendo beneficio deum
nō rogemus, atq; in ipsa oratione dominica, ne nos in-
feras in tentationem, frustra positum existimemus, ver-
bis explicare non possumus. Acute autē sibi videntur
dicere, quasi nostrum hoc vllus ignoret, quod si no-
lumus nō peccamus, nec præciperet deus homini quod
esset humanæ impossibile voluntati. Sed hoc nō vidēt
quod ad nonnulla superanda vel quæ male cupiuntur,
vel quæ male metuuntur, magnis aliquando & totis vi-
ribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in om-
nibus adhibebimus præuidit, qui per Prophetā veridice
dici voluit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis
viuēs. Tales itaq; nos dominus futuros præuidens, quæ-
dam salubria remedia contra reatum & vincula peccato-
rum etiam post baptismum dare ac valere dignatus
est, opera scilicet misericordiæ, cum ait, Dimitte & di-
mittetur vobis: date & dabitur vobis. Quis enim cum
aliqua spe adipiscēda salutis æternæ de hac vita migra-
ret, manente illa sentētia, quod quicumque totā legem
seruauerit, offendet autē in vno, factus est omnium reus,
nisi post paululum sequeretur, Sic loquimini, & sic facite
tanquam per legem libertatis incipientes iudicari? Iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit mi-
sericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio.

Math. 6.

Nemo pec-
cat nisi vo-
lēs. Ca. III.

Concupiscentia igitur tanquā lex peccati, manēs in
membris corporis mortis huius, cum paruulis nascitur,
in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonē relin-
quitur, ante agonē mortuos nulla dānatione persequi-
tur. Paruulos nō baptizatos reos innēdit, & tanquā iræ
filios etiam si paruuli moriantur ad condemnationem
trahit. In grandibus autem baptizatis, in quibus iam ra-
tione vtentibus, quicquid eidem concupiscentię mens
ad peccandum consentit, proprię voluntatis est, deletis
peccatis omnibus, soluto etiā reatu, quo vincos origi-
naliter detinebat, ad agonem interim manet, nō sibi ad
illicita cōsentientibus nihil omnino nocitura, donec ab-
sorbeat mors in victoriā, & pace perfecta nihil quod
vincatur existat. Consentientes autē sibi ad illicita reos
tenet, & nisi per medicinam penitentię & opera mise-
ricordiæ per celestem sacerdotē pro nobis interpellā-
rem sanetur, ad secundam mortē damnationemq; per-

Psalm. 142.

Luc. 6.

Iacobi 2.

Peccati se-
mē quaten-
in nobis.
Cap. III.

ducit. Propter hoc & dominus orare nos docens, inter K
cætera monuit vt dicam, Dimitte nobis debita nostra Math. 6.
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos
inferas in tētionē, sed libera nos à malo. Manet enim
malū in carne nostra, nō natura in qua diuinitus creatus
est homo, sed vitio quod volūtate prolapsus est, vbi amif-
sis viribus, nō ea qua vulneratus est volūtatis facilitate
sanatur. De hoc malo dicit Apostolus, Scio quoniā nō Rom. 7.
habitat in carne mea bonū. Cui malo nos non obedire
præcipit cū dicit, Non ergo regnet peccatum in vestro Rom. 6.
mortali corpore ad obediēdū desideris ei. Si ergo his
desideriis cōcupiscentiæ: carnis illicita volūtatis incli-
natione cōsenserim, ad hoc sanādū dicimus, Dimitte Math. 6.
nobis debita nostra: adhibētes remediū ex opere mise-
ricordiæ, in eo quod addim, Sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. Vt autē non ei cōsentiamus, depre-
camur adiutoriū dicētes, Et ne nos inferas in tētionem:
vel sicut nonnulli codices habēt, ne nos inducas in
tētionē. Nō quod ipse deus tali tētionē aliquē ten-
ter, nam deus inuentor malorum est. Ipse enim nemi-
nē tentat, sed vt si forte tentari cōperimus à cōcupiscē-
tia nostra, adiutorio eius non deseramur, vt in eo pos-
simus vincere, ne abstrahamur illece. Deinde addimus
quod perficeretur in fine, cū absorbebitur mortale à vi-
ta, Sed libera nos à malo. Tunc enim nulla erit talis cō-
cupiscentia cū qua certare, & cui nō cōsentire iubeamur.
Sic ergo totū hoc in tribus beneficiis positū breuiter
peti potest, Ignosce nobis ea in quibus sumus abstracti
à cōcupiscentia, adiuua ne abstrahamur à concupiscen-
tia, aufer à nobis concupiscentiam. Ad peccandum
nanq; nō adiuuamur à deo, iusta autē agere vel iustitia
præceptū omni ex parte implere nō possumus, nisi adiu-
uemur à deo. Sicut enim corporis oculus nō adiuuatur
à luce, vt ab eadē luce clausus auersusve discedat, vt au-
tē videat adiuuatur ab ea, neq; hoc omnino nisi illa ad-
iuuerit, potest ita de^o qui lux est hominis interioris ad-
iuuat nostræ mētis obtutū, vt nō secūdū nostrā, sed se-
cūdū eius iustitiā boni aliquid operemur. Si autē ab il-
lo auertimur, nostrū est, & tūc secūdū carnē sapimus,
tunc cōcupiscentiæ carnis ad illicita cōsentimus. Con-
uersos ergo de^o adiuuat, auersos deserit. Sed etiā vt cō-
uertamur, ipse adiuuat, qd certe oculis corporis lux ista
nō præstat. Cum ergo nobis iubet dicēs, Conuertimini
ad me & ego conuertar ad vos: nosq; illi dicimus, Con-
uerte nos deus sanitatis nostrarū, & deus virtutū cōuer-
te nos: quid aliud dicimus, qd da quod iubes? Cū iubet
dicendo, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo:
& nos illi dicimus, Da mihi intellectū vt discam man-
data tua: quid aliud dicimus, qd da quod iubes? Cum iu-
bet dicendo, Post concupiscentias tuas nō eas, nōsq; Eccl. 10.
dicimus, Scimus quia nemo potest esse continens nisi sapien. 3.
deus det: quid aliud dicimus, quā da quod iubes? Cū
iubet dicēdo, Facite iustitiā: nōsq; dicimus, Doce me
iustificaciones tuas: quid aliud dicimus quā da quod
iubes? Itēque dicit, Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiā,
quoniam ipsi saturabūtur. A quo debemus petere cibū
potūque iustitiæ, nisi ab illo qui esuriētibus eam & si-
rientibus promittit eius saturitatem? Repellamus itaq;
ab auribus & mentibus nostris eos qui dicunt accepto
semel liberæ voluntatis arbitrio, nec orare nos debe-
re, vt deus nos adiuuet ne peccemus. Talibus enim re-
nebris nec phariseus ille cacabatur, qui quauis in hoc
erraret, quod sibi addēdum ad iustitiā nihil putabat,
seque arbitrabatur eius plenitudine saturatum, deo ta-
men gratias agebat, quod nō esset sicut ceteri homines,
iniulli,

Volūtas ho-
minis eget
ope dei.
Capit. V.

Zach. 3.
Psalm. 176.

Psalm. 97.
Psalm. 108.

Psalm. 118.
Math. 5.

Luc. 11.

A iniusti, raptores, adulteri, sicut ille publicanus, q̄ bis in
sabbato ieiunaret, quod omnium quæ possidebat deci-
mas daret, nihil sibi addi ad iustitiam iam petebat: sed
tamen ex iis quæ habebat gratias deo agendo, ab illo se
accepisse omnia fatebatur, & tamen improbatus est, &
quia veluti saturatus nihil de alimentis iustitiæ iam ro-
gabat accipere, & quod eā publicano esurienti ac sitiē-
ti se velut insultans præferre gestiebat. Quid ergo illis
fiet, qui et si fateantur se non habere, vel non plenā ha-
bere iustitiam, tamen à semetipsis habendam, non à suo
creatore vbi horreum eius & fons eius est, deprecandā
esse præsumunt? Nec ideo tamen de hac re solis votis
agendum est, vt non subinferatur adnitendo etiam
nostræ efficiacia voluntatis. Adiutor enim noster deus
dicatur. Nec adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte co-
natur, quia nō sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in
eis in quorum natura rationem voluntatemq; non cō-
didit, salutem nostrā deus operatur in nobis. Cur autē
illum adiuuet, illum non adiuuet: illum tantum, illum
autem non tantum: istum illo, illum isto modo: penes
ipsum est & æquitatis tam secretæ ratio, & excellentia
potestatis. Nam qui dicunt esse posse in hac vita ho-
minem sine peccato, non est esse cōtinuo incauta teme-
ritate obstitendum. Si enim esse posse negauerimus, &
hominis libero arbitrio, qui hoc volēdo appetit, & dei
virtuti vel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, de-
rogabimus. Sed alia quæstio est, vtrum esse possit: alia
vtrum sit alia si non est cum possit esse, cur non sit: alia
vtrum qui omnino nunquam vllum peccatum habue-
rit, non solum quisquā sit, verum etiā poterit aliquādo
esse vel possit. In hac quadripartita propositione quæ-
stionum si à me quæretur, vtrū homo sine peccato pos-
sit esse in hac vita, cōfitebor posse per dei gratiam & li-
berum eius arbitriū: ipsum quoque liberum arbitrium
ad dei gratiam, hoc est, ad dei dona pertinere non am-
bigens, nec tantum vt sit, verum etiā vt bonum sit: id
est, ad faciēda mādāta domini conuertatur, atque ita
dei gratia non solum ostendat quid faciendum sit, sed
adiuet etiā vt possit fieri quod ostenderit. Quid enim
habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias di-
cit, Scio domine, quia non est in homine via eius, nec
viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Hinc & i Psal-
mis cum quidam dixisset deo, Tu præcepisti mādāta
tua custodiri nimis: continuo non de se præsumpsit, sed
optauit vt faceret. Vtinā, inquit, dirigantur vię meæ ad
custodiendas iustificaciones tuas. tunc non confundar,
dum inspicio in omnia mādāta tua. Quis autem optat
quod in potestate sic habet, vt ad faciēdum nullo indi-
geat adiumento? A quo autem id optet, quia non à for-
tuna, vel à fato, vel à quolibet alio prater deum, in con-
sequentiis suis ostendens, Itinera mea, inquit, dirige
secundum verbum tuum, & non dominetur mihi om-
nis iniquitas. Ab huius execrandæ dominationis serui-
tute liberantur, quibus dominus Iesus cum recipiētibus
dedit potestatem filios dei fieri. Ab ista horrenda do-
minatione liberādi fuerāt quibus dicit, Si vos filius li-
berauerit, tunc vere liberi eritis. His atque huiusmodi
aliis innumerabilibus testimoniis dubitare nō possum,
nec deū aliquid impossibile homini præcepisse, nec deo
ad optulandum & adiuuandū quo fiat quod iubet, im-
possibile aliquid esse, ac per hoc potest homo si velit,
esse sine peccato, adiutus à deo. Si autem quod secū-
do loco posueram, quæretur vtrum sit, esse non credo.
Magis enim credo scripturæ dicenti, Ne intres in iu-
dicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in

conspectu tuo omnis viuens. Et ideo misericordia dei
opus est, quæ superexultat iudicio, quæ illi non erit qui
non facit misericordiam. Et quod Propheta cum dice-
ret, Dixi pronūciabo aduersus me delictum meum do-
mino, & tu dimisisti impietatem cordis mei: continuo
subiūxit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempo-
re opportuno. Nō ergo omnis peccator, sed omnis san-
ctus: vox enim sanctorum est, Si dixerimus quia pecca-
tum nō habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in no-
bis non est. Vnde in eiusdem Apostoli Apocalypsi, illa
cētum quadraginta & quatuor milia sanctorum qui se-
cum mulieribus non coinquinauerunt, virgines etiā
permanserunt, & non est inuentum in ore eorum men-
dacium, quia irreprehensibiles sunt: profecto ideo irre-
prehensibiles sunt, quia se ipsos veraciter reprehederunt.
Et ideo nō est inuentum in ore eorum mendacium, quia
si dicerent se peccatum non habere, se ipsos deciperēt,
& veritas in eis non esset; & vtiq; mendacium esset vbi
veritas non esset: quoniā iustus cum in sermone exor-
dio accusator sui est, non vtiq; mētur. Ac per hoc ist
eo quod scriptum est, Qui natus est ex deo non peccat,
& non potest peccare, quia semē eius in ipso manet: &
si quid aliud eo modo dicitur est: multum fallūt mi-
nus considerando scripturas. Non enim aduertunt eo-
quosq; fieri filios dei, quos esse incipiunt in nouitate spi-
ritus, & renouari in interiorē hominem secūdum ima-
ginem eius qui creauit eos. Nō enim ex quā hora quisq;
baptizatur, omnis vetus infirmitas eius absumitur, sed
renouatio incipit à remissione omnium peccatorum: Et
inquātum quisque spiritalia sapit, qui iam sapit, intan-
tum renouatur. Cætera vero in spe facta sunt, dōnec
etiam in re fiant vsque ad ipsius corporis renouationē
in meliorem statum immortalitatis & incorruptionis,
qua induemur in resurrectione mortuorum. Nā & ip-
sam dominus regenerationem vocat, nō vtiq; talem
qualis sit per baptismum, sed in qua etiam in corpore
perficitur quod nūc spiritu inchoatur. In regeneratio-
ne, inquit, cum sederit filius hominis in sedē maiestatis
sue, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes
duodecim tribus Israël. Nam in baptismo quauis tota
& plena fiat remissio peccatorum, tamē si continuo to-
ta & plena etiam hominis in æternam nouitatem mu-
tatio fieret, non dico & in corpore, quod certe manife-
stum est adhuc in veterē corruptionem atque in mor-
tem tendere, in fine postea renouandum quando vere
tota nouitas erit: sed excepto corpore, si in ipso animo
qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fie-
ret, non diceret Apostolus, Et si exterior homo noster
corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē. Pro-
fecto enim qui de die in diē adhuc renouatur, nōdum
totus est renouatus: & inquātum nondum est renoua-
tus, intantū adhuc in vetustate est. Proinde ex hoc quod
adhuc in vetustate sunt quauis iam baptizati, ex hoc
etiam adhuc sunt filij seculi. Ex hoc autem quod in no-
uitate sunt, hoc est ex plena & perfecta remissione pec-
catorum, & quantūcumq; illud est quod spiritaliter sa-
pient, eiq; congruos mores agunt, filij dei sunt. Intrin-
secus enim eximus veterem hominē & induimus nou-
um: quoniam ibi deponimus mendacium, & loquimur
veritatem, & cætera quibus Apostolus explicat quid sit
exui veterem hominē, & indui nouum qui secundum
deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et hoc
vt faciāt, iam baptizatos fidelēq; adhortatur: quod ad-
huc monendi non essent si hoc in baptismo iam perfe-
cte factum esset, & tamen factum est, sicut & salui facti

1. Ioan. 1.

Apo. 14.

Prophet. 18.

1. Ioan. 3.

Mat. 19.

1. Cor. 4.

Eph. 4.

G sumus. Saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis. Sed alio loco dicit quodammodo hoc sit factu. *Rom. 8.* No solum, inquit, sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Spes enim salui facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes. Quod enim videt, quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.

Perfectio quando. Cap. XIII. Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet etiam corporis nostri. Primitias itaque spiritus nunc habemus unde iam filij dei re ipsa facti sumus, in ceteris vero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij dei re autem ipsa quia nondum salui, ideo nondum plene innouati, nondum etiam filij dei, sed filij seculi. Proficimus ergo in renovationem iustamque vitam, per quod filij dei sumus, & per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud per quod adhuc filij seculi sumus. per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit ut qui natus est ex deo, non peccet. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Consumetur ergo quod filij carnis & seculi sumus, & perficietur quod filij dei & spiritu renouati sumus. Unde idem Ioannes, Dilcctissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quid est hoc, sumus & erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Na sequitur & dicit, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nunc ergo ei & similes esse iam cepimus primitias habentes spiritus, & adhuc dissimiles sumus per reliquias vetustatis. Proinde in quantum similes, in quantum regenerante spiritu filij dei: in quantum autem dissimiles, in quantum filij carnis & seculi. Illinc ergo peccare non possumus: hinc vero si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus donec totum transeat in adoptionem, & non sit peccator, & quae ras locum eius & non inuenias. Frustra itaque nonnulli etiam illud argumentantur ut dicant, Si peccator genuit peccatorem, ut paruulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptione soluat, etiam iustus iustum gignere debuit, quasi ex hoc quisque carnaliter gignat quod iustus est, & non ex hoc potius quod in membris eius concupiscentialiter mouetur, & ad usum propagandi lex peccati metis lege conuertitur. Ex hoc ergo gignit quod adhuc vetustum trahit inter filios seculi, non ex hoc quod in nouitatem promouit inter filios dei. Filij enim seculi huius generant & generantur. Inde & quod nascitur tale est, quia & quod nascitur de carne, caro est. Iusti autem non sunt nisi filij dei. In quantum autem sunt filij dei, carne non gignunt, quia ex spiritu ipsi, non carne nati sunt. Sed ex hoc carne gignunt quicumque eorum gignunt, ex quo nondum in nouitatem perfectam totius vetustatis reliquias commutarunt. Unde quisquis filius de hac parte nascitur vetusta & infirma, necesse est ut etiam ipse vetustus sit & infirmus: idcirco oportet etiam ut ipse in aliam generationem per remissionem peccati spiritu renouetur. quod si in eo non fit, nihil ei proderit pater iustus: spiritu enim iustus est, quo cum non genuit, si autem fit, nihil ei oberit etiam pater iniustus. Ite enim gratia spiritali in spe nouitatis aeternae transitum fecit, ille autem mente carnali totus in vetustate permansit. Non igitur contrarium testimonium est illud quod dicitur est, Qui natus est ex deo non peccat: ei testimonio quod iam natus ex deo dicitur, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. *Quandiu enim homo qua-*

uis totus in spe iam, & iam in re ex parte in regeneratione spiritali renouatus, adhuc tamen portat corpus quod corrumpitur & aggrauat animam, quid quod per- tineat, & quid vnde dicatur, etiam in vno homine distinguendum est. Nam ut ego arbitror, non facile cuiquam scriptura dei tam magnum iustitiae perhibet testimonium, quam tribus famulis eius, Noe, Daniel, & Iob, quos Ezechiel propheta dicit ab imminente quadam iracundia dei solos posse liberari. In tribus utique illis viris tria quaedam hominum liberanda genera praefigurans, In Noe, quantum arbitror, iustos plebium praepositos, propter arcam tanquam Ecclesiae gubernationem: In Daniele, iustos continentis: In Iob, iustos coniugatos, & si quis est forte alius intellectus, de quo nunc non est necesse disquirere: verum tamen quanta ista iustitia preminuerint, & hoc propheticum & aliis diuinis testimoniis satis apparet. Nec ideo quisquam sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatum, quae tamen subrepsit tanto viro: nam Noe, sicut legimus, fuit aliquando ebrius, quauis abijt vt fuerit ebriofus. Daniel vero post orationem, quam fudit deo, de seipso dicit, Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Propterea nisi fallor per supra memoratum Ezechielem, cuiusdam superbissimo dicitur, Nunquid tu sapientior quam Daniel? Neque hic dici potest, quod quidam contra orationem dominicam argumentantur: quia etsi orabant eam, inquit, sancti & perfecti iam Apostoli, nullum omnino habentes peccatum, non tamen pro seipsis, sed pro imperfectis & adhuc peccatoribus dicebant, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vt per hoc, inquit, & illos adhuc habentes peccata, & seipsos qui iam carebant omni ex parte peccato. In Daniele certe hoc non potest dici, qui, vt credo, tanquam propheta prauidens hanc aliquando praesumptionem futuram, cum in oratione saepe dixisset, peccauimus: non ita nobis exposuit cur hoc dixerit, vt ab illo audiremus, Cum orarem, & confiterer peccata mea, & populi mei domino deo meo, nec adhuc distinctione cofusa, vt esset incertum propter vnus corporis societatem si diceret, cum peccata nostra confiterer domino deo meo: sed omnino tam distincte, tanquam de ipsa distinctione satagens, eamque maxime vehementerque commendans, peccata, inquit, mea, & peccata populi mei. Quis huic euidentiae contradicit, nisi quem plus delectat defendere quod sentit, quam quid sentiendum sit inuenire? Iob autem post tam magnum de illo iustitiae testimonium dei quid dicat ipse videamus. In veritate, inquit, scio quia ita est, quemadmodum iustus erit homo ante deum: si autem velit contendere cum eo, non poterit obedire ei. Et paulo post inquit, Quis iudicio eius aduerfabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur. Iterum paulo post, Scio, inquit, quia impunitum me non dimittit, quia sum impius, quare non sum mortuus: Quod si purificatus nive & mundatus fuero mundis manibus, sufficerent in sordibus me cinixi. Item in alio suo sermone, Quia conscripsisti, inquit, aduersus me mala, & induisti me iuuentutis meae peccata, & posuisti pedem meum in prohibitionem, seruasti omnia opera mea, & in radices pedum meorum conscripsisti, qui veterascunt sicut vter, vel sicut vestimentum a tinea comestum. Homo enim natus ex muliere paruus est temporis, & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit & decidit, discessit sicut umbra, non manet. Nonne & huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo iuste quereretur: iustus qui tanta morum probitate profecerat vt nullus ei esset aequatus. Verus dei cultor, quippe etiam suorum peccatorum verax humilisque confessor, abstinens se ab omni opere malo, mirum si ab omni etiam verbo & cogitatu malo. Quarus quidem Iob fuerit ignoramus, sed nouimus iustum, nouimus etiam in perferendis horrendis tribulationum tentationibus magnus: nouimus non propter peccata, sed propter eius demonstrandam iustitiam illa omnia fuisse perpeffum. Veruntamen haec verba quibus a domino laudatur, possunt etiam de illo dici qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem: videt autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae, praefertim quia dicit, Non quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago: Si autem quod odi malum hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce & iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum, & tamen cum illud ipsum quo condelectatur legi dei non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentis, patientes, pijs, misericordes, temporalia

A enim erit mundus a sordibus? Nemo, nec si vnus diei fuerit vita eius. Et paulo post, Dinumerasti, inquit, necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus commisi. Ecce & Iob confitetur peccata sua, & in veritate dicit se scire, quia non est iustus quisquam ante deum. Et ideo iste hoc in veritate scit, quia si nos dixerimus non habere peccatum, ipsa veritas in nobis non est. Proinde secundum modum conuersationis humanae, perhibet ei deus tam magnum iustitiae testimonium. Ipse autem se metiens ex regula illa iustitiae, quam sicut potest conspici apud deum, in veritate scit quia ita est, & adiungit, Quemadmodum enim iustus erit homo ante deum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire ei: id est, si iudicandus ostenderit, voluerit non in se inueniri posse quod damnet, non poterit obedire ei: amittit enim etiam illam obedientiam qua obedire possit praecipienti confitenda esse peccata. Unde quosdam increpat dicens, Quid vultis mecum iudicio contendere? Quod ille praecauens, Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ideo etiam dicit Iob, Quis enim iudicio eius aduerfabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur. hoc est enim, si me iustum dixerit coram iudicio eius, vbi perfecta illa iustitiae regula me couincit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra dei veritatem loquetur. Fragilitatem quoque ipsam vel potius damnationem carnalis generationis ostendens ex originali transgressione peccati, cum de peccatis suis ageret, velut eorum causas reddens, dixit hominem natum ex muliere parui esse temporis, & plenum iracundia, qua iracundia, nisi qua sunt omnes, sicut dicit Apostolus, naturaliter, hoc est, originaliter iracundus, quoniam filij sunt concupiscentiae carnis & seculi. Ad ipsam iram pertinere etiam mortem hominis consequenter ostendens. Cum enim dixisset, parui est temporis, & plenus iracundia: addit etiam, Et sicut flos cum floruit, & decidit, discessit sicut umbra, non manet. Cum autem subiungit, Nonne & huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo, nec si vnus diei fuerit vita eius. hoc utique dicit, Curam hominis brevis vitae fecisti venire in iudicium tuum. Quatumlibet enim brevis fuerit vita eius, etiam si vnus diei esset, mundus a sordibus esse non potest, & ideo iustissime in iudicium tuum venit. Illud vero quod ait, Dinumerasti omnes necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis, signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus commisi: nonne satis apparuit etiam illa peccata iuste imputari, quae non delectationis illecebra committuntur, sed causa deuitandae molestiae alicuius, aut doloris, aut mortis? Nam & haec dicitur quadam necessitate committi, cum omnia superanda sint amore & delectatione iustitiae. Potest etiam quod dixit, Et annotasti si quid inuitus commisi: ad illam vocem videri pertinere qua dictum est, Non enim quod volo ago, sed quod odi hoc facio. Quid quod ipse dominus qui ei perhibuerat testimonium, cum etiam scriptura, hoc est, dei spiritus dixerit, in omnibus quae conuincuntur ei, non cum peccasse labijs suis ante deum: postea tamen cum ei loqueretur increpans, locutus est, sicut ipse Iob testis est dicens, Quid adhuc ego iudicor mortuus, & increpationes domini audiens? Nemo autem iuste increpatur, nisi in quo est aliquid quod increpatione non sit dignum. Et ipsa increpatione qualis est, quae ex personae Christi persona intelligitur? Enumerat illi di-

uina opera potestatis suae sub hac sententia increpans, D vt eum dicere appareat, Nunquid potes haec tanta quae possum? Quod autem pertinet, nisi vt intelligat Iob, etiam hoc ei diuinitus inspiratum, vt praeseret Christum ad passionem esse venturum? Intelligat ergo quam debeat a quo animo tolerare quae pertulit, si Christus in quo peccatum, cum propter nos homo factus esset, omnino nullum fuit, & in quo deo tanta potentia est, nequaquam tamen passionis obedientiam reculauit: quod puriore cordis intentione Iob intelligens, responsioni suae addidit, Auris auditu audiebam te prius, & nunc ecce oculus meus videt te, ideo vituperavi meipsum & distabui, & aestimaui meipsum terram & cinerem. Quare sibi ita in hoc tam magno intellectu displicuit? Neque enim opus dei quo erat homo, recte illi poterat displicere, cum etiam ipsi deo dicatur, Opera manuum tuarum ne despexeris. Sed profecto secundum illam iustitiam qua se nouerat iniustum, se vituperauit atque distabuit, aestimauique se terram & cinerem, mente conspiciens Christi iustitiam: in cuius non tantum diuinitate, sed nec in anima nec in carne vllum potuit esse peccatum: Secundum quam iustitiam quae ex deo est, etiam Paulus Apostolus stolus illud suum quod secundum iustitiam quae ex lege est, fuit sine querela, non solum damna, verum etiam sterora existimauit. Non igitur praclarum illud testimonium dei quo laudatus est Iob, contrarium est ei testimonio quo dictum est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: quia non id persuadet prorsus in illo nihil fuisse quod vel ab ipso veraciter, vel a domino deo recte reprehenderetur, quauis iam iustus & verax dei cultor & ab omni opere malo se abstinens non medaciter diceretur. Haec enim de illo verba sunt dei, An non aduertisti in puerum meum Iob? non enim est illi homo similis super terram, sine querela, iustus, verus dei cultor, abstinens ab omni opere malo. Primis verbis ex hominum qui sunt in terra comparatione laudatur. Proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse potuerunt excellabat. Non ergo ipse propterea nullum peccatum omnino habebat, quia in profectu iustitiae ceteros anteibat. Deinde adiungitur, sine querela: de cuius vita nemo iuste quereretur: iustus qui tanta morum probitate profecerat vt nullus ei esset aequatus. Verus dei cultor, quippe etiam suorum peccatorum verax humilisque confessor, abstinens se ab omni opere malo, mirum si ab omni etiam verbo & cogitatu malo. Quarus quidem Iob fuerit ignoramus, sed nouimus iustum, nouimus etiam in perferendis horrendis tribulationum tentationibus magnus: nouimus non propter peccata, sed propter eius demonstrandam iustitiam illa omnia fuisse perpeffum. Veruntamen haec verba quibus a domino laudatur, possunt etiam de illo dici qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem: videt autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae, praefertim quia dicit, Non quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago: Si autem quod odi malum hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce & iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum, & tamen cum illud ipsum quo condelectatur legi dei non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentis, patientes, pijs, misericordes, temporalia

Cisfert scriptur. Cap. X. 1. Ioan. 3. 1. Ioan. 7.

Perfeda in ista hunc est, imperfectus est. Cap. XIII.

G mala omnia propter iustitiam æquo animo tolerant. Sed si verum est, imò quia & verū est, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs, non sunt sine peccato: nec quisquam eorum tam arroganter inflant, vt non sibi pro suis qualibuscunq; peccatis dominica oratione opus esse arbitretur. Nam de Zacharia & Elisabeth, qui nobis sæpe in huius quæstionis disputationibus obiciuntur, quid dicamus, nisi quod euidenter scriptura testatur, eminētī iustitia fuisse Zachariam in principibus sacerdotū ad offerenda veteris testamenti sacrificia pertinentia: Legimus autem in Epistola quæ ad Hebræos inscribitur, quod testimonium in libro superiore iam posui, solum Christum esse principem sacerdotum, qui nō haberet necessitatem sicut illi qui sacerdotum principes dicebantur, sacrificiū pro suis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populo. Talem enim decebat, inquit, habere nos principem sacerdotum, iustum, sine malitia, incontaminatū, separatū a peccatoribus, altiorē a cælis factum, nō habentem quotidianam necessitatem sicut principes sacerdotū, primum pro suis peccatis sacrificiū offerre. In hoc sacerdotum numero Zacharias, in hoc Phinees, in hoc ipse Aaron, a quo iste ordo exorsus est, fuit, & quicūque alij in illo sacerdotio laudabiliter iusteq; vixerunt, qui tamen habebant necessitatem sacrificiū primitiu pro suis offerre peccatis, solo Christo existente, cuius venturi figuram gerebant, qui hanc necessitatem sacerdos incontaminabilis non haberet. Quid autem de Zacharia & Elizabeth laudabile dictum est, quod non in eo comprehendatur quod de se Apostolus cū in Christum nondum credidisset professus est: Dixit enim se secundum iustitiam quæ in lege est, fuisse sine querela: hoc & de illis ita legitur, Erant autem ambo iusti ante deum, incedētes in omnibus mādatīs & iustificationibus domini sine querela. Quia ergo quicquid in eis erat iustitiæ, non erat ad homines simulatum, ideo dictum est, ante deum. Quod autem de Zacharia & eius coniuge scriptum est, in omnibus mandatis & iustificationibus domini: hoc ille breuiter dixit, in lege. Non enim alia lex illis, alia istis fuit ante Euangelium, sed vna atq; eadem quæ legimus per Moysen datam patribus eorum, secundum quam etiam sacerdos erat Zacharias, & vice sua sacrificabat. Et tamen Apostolus qui simili tunc iustitia præditus fuit, sequitur & dicit, Quæ mihi lucra fuerūt, hæc propter Christū damna esse nō solum dixi, verum etiā & arbitrari omnia damnū esse propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi, propter quem omnia non solum detrimenta credidi, verum etiam vt stercore existimari esse, vt Christum crucifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo iustitia in fide, ad cognoscendum eum & virtutem resurrectionis eius, & cōmunicationem passionis eius, conformatus morti ipsius si quo modo occurram in resurrectione mortuorū. Tantum ergo longe est, vt propter illa verba Zachariam & Elizabeth sine villo peccato credamus perfectam habuisse iustitiā, vt nec ipsum Apostolum ad eiusdem regulæ summam arbitramur fuisse perfectum, non solum in illa legis iustitia, quam similem istis habuit, quam inter damna & stercorea deputat in comparatione eminentissimæ iustitiæ quæ in fide Christi est, verum etiam in ipso quoque Euāgelio vbi & tātī Apostolatus meruit principatum, quod dicere nō auderem, nisi ei non credere nefas du-

cerem. Vbi etiam sequitur & adiungit, Non quod iam K acceperim, aut iā perfectus sim, sequor autē siquo modo comprehendam, in quo & apprehēsus sum in Christo Iesu. Fratres ego me ipsum non arbitror apprehēdisse: vñ autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt, extensus secundum intētionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei, in Christo Iesu. Ipse se confitetur nondum accepisse, nondum esse perfectum in plenitudine iustitiæ quā adipisci dilexit in Christo, sed adhuc secundum intentionem sequi, & præterea obliuiscētem in ea quæ ante sunt extendi, vt nouerimus etiā ad ipsum pertinere illud quod ait, Et si exterior homo non corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē. quāuis iam esset perfectus viator, etsi nondum erat ipseus itineris perfectione peruentus. Deniq; tales vult secum in isto cursu comites rapere, quibus continuo subiungit & dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, hoc quoq; deus vobis reuelabit, veruntamen ait Apostolus, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulatio ista, non corporis pedibus sed mētīs affectibus & vitæ moribus sequitur, vt possint esse perfecti iustitiæ possessores, qui recto itinere fidei de die in diē sua renouatione proficētes, iā perfecti facti sunt eiusdē iustitiæ viatores. Sic itaq; omnes quicunq; in hac vita diuinarū scripturarū testimoniis in bona volū tate atq; actibus iustitiæ prædicati sunt, & quicunq; tales vel post eos fuerūt, quāuis nō eisdē testimoniis prædicati atq; laudati, vel nūc vsq; etiā sunt, vel postea quoque futuri sūt, omnes magni, omnes iusti, omnes veraciter laudabiles sunt, sed sine peccato aliquo non sunt, quoniam scripturarū testimoniis quib⁹ de illorū laudib⁹ credimus, hoc etiā credimus, nō iustificari in cōspectu dei omnē viuētē, & ideo rogari ne intret in iudicium cū seruis suis, & nō tantū vniuersaliter fidelib⁹ omnib⁹, verum etiā singulis esse orationē dominicā necessariam quā tradidit discipulis suis. At enim dominus ait, Estote perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est, quod non præcipit, inquit, si sciret fieri non posse quod præcipit. Nō nūc queritur vtrū fieri possit: istam perfectionē ad hoc accipiūt, vt sine villo sit quisque peccato cū hanc agit vitā, iam enim supra respondimus posse fieri, sed vtrū aliquis fiat, hoc nūc querimus. Neminē autē esse qui tantū velit, quantum res exigit, ante præcongnitū est, sicut scripturarū quæ supra cōmemorauit testimonia tāta declarant. Et tamen cū dicitur cuiusq; perfectio, qua in re dicatur vidēdū est. Nā ex Apostolo testimonio pauloante posui, vbi se fatetur i acceptione iustitiæ quā desiderat, nondum esse perfectum, & tamē continuo dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: quod vtrūque non diceret nisi in alia re perfectus esset, in alia non esset. Velut si iam sit quisquā sapientia perfectus auditor, quod nōdū erāt illi quibus dicebat, Lac vobis potū dedi, nō escā, nōdū enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis. Eis quippe & illud ait, Sapientiam loquimur inter perfectos: vtiq; perfectiores auditores volens intelligi. Potest ergo fieri sicut dixi, vt iam sit aliquis sapientia perfectus auditor, cuius nōdum sit perfectus & doctor: potest perfectus esse iustitiæ cognitor, nōdū perfectus effectus: potest perfectus esse vt diligat inimicos, qui nōdū est perfectus vt sufferat. Et qui perfectus est in eo qd omnes homines diligit, quippe quietiam ad inimicorum dilectionem peruenit, queritur vtrū iā sit in ipsa quoq; dilectione perfectus, id est, vtrū quos diligit, tantum diligat, quātum illa in cōmutabilis regula veritatis diligendos esse præscripsit: Cū ergo le-

gitur i scripturis, cuiusq; perfectio qua in re dicatur, nō negligenter intueđum est, quoniam nō ideo quisq; profusus sine peccato esse intelligitur, quia i aliqua re dicitur esse perfectus: quāquam & in hoc possit ita dici, vt non quia iā non est quod proficiat, sed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sicut in doctrina legis dici potest quisquā perfectus, etiam si cum ali- quid adhuc latet, sicut perfectos dicebat Apostol⁹, quibus tamen ait, Et si quid aliter sapitis, id quoque vobis deus reuelabit: veruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus. Neque negādum est hoc deum iubere, ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos, vt nullum habeamus omnino peccatum: nam neq; peccatum erit si quid erit, si non diuinitus nubear vt nō sit. Cur ergo iubet, inquit, quod scit nullum hominū esse facturū: Hoc modo etiam dici potest, cur primis illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quod sciebat eos nō esse facturos: Neque enim dicēdum est ideo iussisse, vt nostrum aliquis id faceret, si illi non facerēt. hoc enim, ne de illa scilicet arbore cibum sumeret, non nisi illis Bolis de⁹ iussit, quia sicut sciebat quid iustitiæ facturi nō erant, ita etiam sciebat quid iustitiæ de illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus vt nō faciant vllum peccatū, quāuis sit præcius neminē hoc impleturum: vt quicunq; impie ac dānabiliter eius præcepta contempserint, ipse faciat in eorum damnatione quod iustum est: quicunq; autem in eius præceptis obediēter & pie proficētes, nec tamen omnia quæ præcepit implentes, sicut sibi dimitti volunt, sic aliis peccata dimiserint, ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est. Quomodo enim dimittentis dimittitur per dei misericordiā, si peccatū non est: aut quomodo non vetatur per dei iustitiā si peccatū est? Sed ecce, inquit, Apostolus dicit, Bonum certamen certavi, fidem seruauī, cursum consummaui, superest mihi corona iustitiæ. quod non diceret si haberet vllum peccatum. Imo vere respōdeant quomodo potuit hæc dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis, quā sibi iam impendēre dixerat, tam magna cōflictio, tam molestū & grāde certamen? An ad eius cōsummandum cursum parū adhuc deerat, quādo illud deerat vbi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talibus verbis certus securusq; gaudebat, quia de victoria futuri tanti certaminis certū cum securusq; iā fecerat, qui eandē passionem iam illi reuelauerat imminere, nō re plenissima, sed spe firmissima hæc dixit, & quod futurū esse præsumpsit, tāquam factum fuerit indicauit. Si ergo his verbis etiā hoc adderet vt diceret, nullū habeo iam peccatum: hoc quoq; illum intelligeremus non de rei factæ sed de rei futuræ perfectione dixisse. Sic enim ad ipsius cursus cōsummationē pertinebat nullū habere peccatum, quod isti putat cum hæc diceret iam in illo fuisse completū, quemadmodum ad ipsius cursus cōsummationē pertinebat, etiā in certamine passionis aduersarium superare: quod etiam ipsi necesse est fateantur cum hæc diceret, adhuc in illo fuisse completū. hoc ergo totum nos dicimus tunc fuisse adhuc perficiendū, quando iam de dei promissione præuidens totum ita dicebat tanquam fuisse effectum. Ad ipsius quippe cursus consummationē pertinebat etiā, qd ipse peccata dimittebat debitorib⁹ suis, atque ita sibi vt dimitterentur orabat: qua domini pollicitatione certissimus erat in illo sine, quē ad huc futurum iam fidedo dicebat impletum, nullū se habiturum esse peccatū. Nam vt alia omittam, miror si cū verba illa dicebat per quæ istis visus est nullū habuisse peccatū,

iam fuerat ab illo ablati ille stimulus carnis, de qua à D se auferendo dominum ter roauerat, responsūmq; acceperat, Sufficit tibi gratia mea, virt⁹ in infirmitate perficitur. Huic tanto viro perficiendo necessarium fuit vt ab illo angelus satanæ non auferretur, a quo propterea colaphizabatur, ne magnitudine reuelationū extolleretur: & audeat quisquam quēquam vel putare vel dicere positum sub onere huius vitæ, ab omni omnino mūdum esse peccato: sint licet homines tāta excellētes iustitia, vt ad eos de columna nubis loquatur deus, qualis Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuēl in his qui inuocant nomen eius, cuius magnæ laudes pietatis & innocētiae scriptura veridica prædicatur, ab inuenite pueritia ex quo eū mater votum soluēs in tēplo dei cōstituit & seruū domino dedicauit, etiā de talibus tamen scriptum est, Tu propitius eras illis & vindicās in omnes affectiones eorum. In filios quippe dānationis vindicat iratus: in filios autē gratiæ vindicat propitius, dā quem diligit corripit, & flagellat omnem filium quem recipit. Nulla autē vindicta, nulla correctio, nullū dei flagellū debetur nisi peccato, excepto illo qui in flagella paratus est, vt experiretur omnia secundum similitudinem sine peccato, vt esset sanctus sanctorū sacerdos interpellans etiā pro sanctis, qui nō mendaciter etiam, quique de se dicant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Vnde & ipsi qui contra hæc disputant, cū sint casta vita, morib⁹q; laudabiles, nec dubitent facere quod illi diuini pro consequenda vita æterna consilium requirenti, cum se respōdisset iam omnia legis impleuisse mandata, præcepit dominus, si vellet esse perfectus, videret omnia quæ haberet & daret pauperib⁹, thesaurumq; trāsferreret in cœlum, nemo tamē eorum audeat dicere se esse sine peccato: quod sicut credimus nō fallaci animo dicunt. si autem mētiantur, coipso incipiunt vel augere vel habere peccatū. Iam ergo quod tertio loco posui, videamus, Cū voluntate humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur nō sit, possem facillime ac veracissime respōdere, quia homines nō sūt. Sed si ex me queritur, quare nolint, imus in longū. Veruntamen etiam hoc sine præiudicio diligentioris inquisitionis breuiter dicā. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat. Tanto enim quidq; vehemētius volumus, quanto certius quā bonum sit nouimus, eoque delectamur ardentius. Ignorātia igitur & infirmitas vitia sunt quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem innotescat quod latebat, & suaue fiat quod nō delectabat, gratiæ dei est, quæ hominū adiuuat voluntates: quæ vt non adiuuentur, in ipsis itidem causa est, non in deo, sine damnandi prædestinati sint propter iniquitatē superbiam: siue contra ipsam suam superbiam iudicandi & erudjēdi si filij sint misericordiæ. Vnde Hieremias cū dixisset, Scio domine quia non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos: continuo subiunxit, Corrippe me domine, veruntamen in iudicio & nō in furore tuo. Tanquā diceret, scio ad correptionem meā pertinere, quod minus abs te adiuuor vt perfectē dirigantur gressus mei: veruntamen hoc ipsum nōli mecum sic agere tanquam in furore quo iniquos dānare statuisti, sed tāquam in iudicio, quo docēs tuos nō superbire. Vnde alibi dicitur, Et iudicia tua adiuuabūt me. Nullius proinde culpæ humanæ in deū referas causam. Vitiōrum nāque omnium humanorum causa, su-

1. Io. 1.

Psal. 142.

Luc. 1.

Hebr. 7.

H

Philip. 3.

Luc. 1.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

Philip. 3.

2. Cor. 12.

Psal. 98.

Hebr. 12.

Hebr. 12.

Hebr. 12.

Mat. 4.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

perbia est. Ad hanc conuincendam atq; auferendam talis medicina cœlitus venit, ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per misericordiam, gratiam claram manifestamq; commendat in ipso homine, quem tanta præ participibus suis charitate suscepit. Neq; enim & ipse ita verbo dei coniunctus ut ipsa coniunctione vnus filius dei, & idem ipse vnus filius hominis fieret, præcedentibus suæ voluntatis meritis fecit. Vnum quippe illum esse oportebat. Essent autē & duo & tres & plures si hoc fieri posset, nō per dei proprium donum, sed per hominis liberum arbitrium: Hoc ergo præcipue commendatur, hoc in sapientiæ atq; scientiæ thesauris in Christo absconditis, quantum existimare audeo, præcipue docetur & discitur. Ideo quisq; nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut non erit nō suæ facultatis, sed diuini muneris esse vel quod scit, vel quod delectatur, ac sic ab elationis vanitate sanetur, & sciat quam vere nō de terra ista, sed spiritaliter dictum sit, Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur deus summum atque incommutabile bonū, & auctor qualiumcūq; bonorum omnium. Ut autē diligitur deus, charitas eius diffusa est in cordibus nostris, nō per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed laborant homines inuenire in nostra voluntate quid boni sit nostrū quod nobis non sit ex deo, & quomodo inueniri possit ignoro. Excepto enim quod Apostolus ait, cum de bonis hominum loqueretur, Quid enim habes quod non accepisti? Si autē & accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Ipsa etiā ratio, quæ de iis rebus à talibus quales sumus, iniri potest, quemlibet nostrum querentem vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre videamur: rursus ne liberum sic asseramus arbitrium, ut superba impietate ingrati dei gratiam iudicemur. Nanque illud Apostoli quod commemorauimus, defendere quidam voluerunt, ut dicerent ideo quicquid etiam bonæ voluntatis habet homo, deo tribuendū esse, quia & hoc in illo esse non posset, si homo ipse non esset: cū vero ut sit aliquid atque ut homo sit, nō habeat nisi à deo, cur non auctori deo tribuatur etiam quicquid in illo est bonæ voluntatis, quod non esset, nisi esset in quo esset? Sed hoc modo etiam illud dici potest, malam quoq; voluntatē deo auctori esse tribuendam, quia nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset in quo esset: ut autem homo sit, deus auctor est: ita & eius malam voluntatem, quæ nisi hominē haberet in quo esset, esse omnino non posset, ad auctorem deum esse referendam: quod nefas est dicere. Quapropter nisi obtineamus non solum voluntatis arbitrium quod huc atq; illuc liberum fecerit, atq; in eis naturalibus bonis est, quibus & male uti malus potest, sed etiam voluntatem bonam quæ iam in eis bonis est quorum esse usus non potest malus, nisi ex deo nobis esse nō posse, nescio quæ admodum defendamus, quod dictū est, Quid enim habes quod non accepisti? Nam si nobis libera quedā voluntas ex deo est, quæ adhuc potest esse vel bona vel mala: bona vero voluntas ex nobis est, melius est id quod à nobis quam quod ab illo est. Quod si absurdissime dicitur, oportet fateantur etiam bonam voluntatem nos diuinitus adipisci, quamquam voluntas mirum si potest in medio quodam ratione consistere, ut nec bona nec mala sit. Aut enim iustitia diligimus & bona est, & si magis diligimus, magis bona: si minus, minus bona est: aut si

omnino nō diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem, non modo esse malam, sed etiā pessimam voluntatem? Si ergo voluntas aut bona est aut mala, & utique malam nō habemus ex deo, restat ut bonam voluntatem habeamus ex deo: alioquin nescio cū ab eo iustitiam, quo alio mutere ipsius gaudere debemus. Et hinc scriptū arbitror, Paratur voluntas à domino. Et in Psalmis, A domino gressus hominis dirigetur, & viam eius volent. Et quod Apostolus ait, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quocirca quod à deo nos auertimus, nostrū est, & hæc est voluntas mala: quod vero ad deum nos conuertimus, nisi ipso excitante atque adiuuante non possumus, & hæc est voluntas bona. Quid habemus quod nō accepimus? Si autem accepimus, quid gloriamur quasi nō accepimus? Ac per hoc ut qui gloriatur in domino gloriatur, quibus hoc dominus donare voluerit, ei misericordia est, nō meriti illorum: quibus autem noluerit, veritatis est. Iusta nanque peccatoribus pœna debetur, quoniam misericordiam & veritatem diligit dominus deus: & misericordia & veritas occurrerunt sibi: & vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et quis explicet quam crebro hæc duo coniuncta diuina scriptura commemorat? Aliquando etiā mutatis nominibus, ut gratia pro misericordia ponatur, vnde est, Et vidimus gloriā eius gloriam tanquā vnigeniti à patre plenum gratia & veritate. Aliquando pro veritate iudicium, sicut est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Quare autem illos velit conuertere, illos pro auersione punire, quam & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, & in vindicta exercenda nemo iuste reprehendat veracem, sicut in illis Euāgelicis operariis, aliis placitam mercedē reddentem, aliis etiam non placitam largientem: nullus iuste culpauerit, consilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est. Nos autē quantum concessum est sapiamus & intelligamus, si possumus, dominum deum bonum ideo etiam sanctis suis alicuius operis iustitiā aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel victricem delectationem, ut cognoscant nō à seipsis sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebræ eorum, & suauitatem qua det fructum suum terra eorū. Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendā perficiendamq; iustitiā, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat, & suauē faciat quod non delectabat? quia & hoc ab illo esse deprecadū, eius gratia didicimus, dū antea lateret: eius gratia dileximus, dum antea non delectaret: ut qui gloriatur, non in se, sed in domino gloriatur. Extolli quippe in superbiam, propriæ voluntatis est hominum, non operis dei: neque enim ad hoc eos cōpellit aut adiuuat deus. Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidā propriæ potestatis, ut fiat inobediēs per superbiam. Hic autem appetitus etiam si non esset, nihil molestum esset: & cū hoc voluit homo, sine difficultate noluisse: secutum est autem ex debita iusta pœna tale vitium, ut iam molestum esset obedire iustitiæ. Quod vitium nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiā nemo conuertitur: nisi operante gratia sanetur, iustitiā pacē nemo perficitur. Cuius autē gratia vincitur & sanatur, nisi illius cui dicitur, Conuertere nos deus sanitatum nostrarum, & auctori iuste iram tuam à nobis: Quod & si facit, misericordiam facit, ut dicatur, Non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Et quibus nō facit, iudicium nō facit. Et quis dicit illi quid fecisti,

A fecisti, cui misericordia & iudicium pia sanctorum mente catur: Idcirco etiam sanctos & fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat, ut in his eos min⁹ quam implēda ex omni parte iustitiæ sufficit, delectet bonum, siue cum latet, siue cum etiam manifestum est: ut quantum pertinet ad integerrimā regulam veritatis eius, nō iustificetur in conspectu eius omnis viuēs. Nec in corpore vult nos dānabiles esse, sed humiles, commendans nobiscandem gratiā suam, ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrū putem⁹ esse quod eius est. Qui error multum est religioni pietatiq; contrarius. Nec ideo tamen in eisdem vitiis nobis permanēdum esse existimemus, sed aduersus ipsam, maxime superbiam, propter quam in eis humiliamur, & nos vigilāter conemur, & ipsum deprecemur ardentem, simul intelligētes & quod sic conamur & quod sic deprecamur, dono illius nos habere, ut in omnibus nō ad nos respicientes, sed sursum cor habētes, domino deo nostro gratias agam⁹, & cū gloriamur, in illo gloriemur. Quartū iam illud restat, quod explicato quantum adiuuat dominus, sermo quoq; iste tā prolixus tādē terminum sumat, Vtrum qui omnino nunquā vllum peccatum habuerit, habiturus sit, non solum quisquā natorū hominū sit, verū etiam poterit aliquādo esse vel possit. Hūc prorsus præter vnum mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum nullum vel esse vel fuisse vel futurū esse certissimū est. Vnde iā multa diximus de baptismo paruulorum, qui si nullum peccatū habent, non solum sunt homines innumerabiles sine peccato, verum etiā fuerunt & erunt. Porro si veraciter illud constitit, vnde secundo loco egimus, neminē esse sine peccato, profecto nec paruuli sine peccato sunt: Ex quo cōfiscitur & si quisquā in hac vita esse potuisset, qui virtute ita perficeretur, ut ad tantā plenitudinem iustitiæ perueniret, qua nullum haberet omnino peccatum, fuisse tamē eum antea peccatorem vnde in istam nouitatē vitæ conuerteretur, nō esse dubitandum. Etenim in secundo illo loco aliud quærebatur, aliud in hoc quarto propositū est. Nā in illo, vtrū aliquis in hac vita ad perfectam, quæ prorsus sine vilo peccato est vitā perueniret per gratiā dei studio voluntatis, hoc requirebatur: in hoc autē quarto, vtrū esset in filiis hominum, vel esse potuisset aut posset qui non ex peccato ad iustitiā perfectissimam perueniret, sed nullo omnino vnquā peccato esset obstrict⁹, hoc queritur. Ideo si illa vera sunt quæ tā multa de paruulis diximus, nec est in filiis hominum quisquā, nec fuit, nec erit, excepto vno mediatore, in quo nobis propitiatio & iustificatio posita est, per quā finitis inimicitis peccatorum reconciliamur deo. Non itaq; ab re est quātum præsentis causæ sufficere videtur, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quibus aduersus quædā, quæ mouere possent, legētis animus informetur. Posteaquā illi primi homines vir vnus Adam, & ex illo Eua vxor eius accepto dei præcepto seruare obedientiam noluerunt, illa eos pœna ac debita cōsecuta est. Sic enim communatus fuerat dominus, quod ea die qua veturum cibum ederent, morte morerentur. Proinde quia vtēdi ad elescā omni ligno quod in paradiso erat acceperant potestatem, in quo etiam lignum vitæ plātauerat deus: ab illo autem solo eos prohibuerat, quod appellauit scientiæ boni & mali, quo nomine significaretur experiētiae cōsequētia, & quid boni custodita & quid mali essent transgressa prohibitione sensuri: rectē profecto intelliguntur ante malignā diaboli persuasionem abstinuisse cibo vetito, atq; vni fuisse cōcelsis, ac per hoc & ceteris,

& præcipue ligno vitæ. Quid enim absurdius quā vt credatur ex aliis arboribus alimenta sumpsisse, non autem etiam ex illo quod & similiter permissum fuerat, & vtilitate præcipua per ætatem lapsū mutari, quāuis animalia corpora in mortē veterascere nō sinebat, tribuēs hoc corpori humano de suo corpore beneficium, & mystica significatione demonstrās, quid per sapientiam, cuius figurā gestabat, conferretur anima rationali, vt alimento eius viuificata nequaquā in labem mortemq; nequitia verteretur? Merito enim de illa dicitur, Ligno vitæ est amplectentibus eam. Sicut hæc arbor in corporali, sic illa in spiritali paradiso: ista exterioris, illa interioris hominis sensibus præbēs vigorem sine vlla in deterius tēporis commutatione vitalē. Seruiebant igitur deo vehementer sibi cōmendata pietate obediētiae: qua vna colitur deus. Quæ per se ipsa quāta sit, quāq; sola sufficiat ad tuendā rationalem sub creatore creaturam, non potuit excellentius intimari, quā vt à ligno prohiberetur non malo. Absit enim vt bonorū creator qui fecit omnia, & ecce bona valde, mali aliquid in illius etiā corporalis paradisi fertilitate plantaret. Sed vt ostēderetur hominī, cui esset sub tali domino vtilissimā seruitus, quantum esset solius obedientiæ bonū, quam solā de famulo exegerat, cui obedire nō propter ipsius dominatū, sed propter seruitutis vtilitatem potius expediret, ab eo ligno sunt prohibiti, quo si vterentur non prohibiti, nihil mali omnino pateretur, vt qd illo post prohibitionem vtentes passī sunt, satis ostēderetur quod eis hoc non intulerit arbor cibo noxio perniciosa, sed tantum obediētia violata. Hanc ergo priusquā violassent, placebāt deo & placebat eis deus: & quāuis corpus animale gestarent, nihil inobediens in illo aduersum se moueri sentiebāt. Faciebat quippe hoc ordo iustitiæ, vt quia eorū anima famulū corpus à domino acceperat, sicut ipsa eidē domino suo, ita illi corp⁹ eius obediret atq; exhiberet vitæ illi cōgruū sine vlla resistētia famulatū. Hinc & nudi erant & non confundebantur. Animā quippe rationālē naturali verecundia nunq; pudet, qd in carne, in cuius seruitutem ius potestatis accepit, nescio qua infirmitate efficiere nō potest vt se nolente non moueantur mēbra, & se volente moueantur: quæ propter hoc in quouis casto, merito appellatur pudenda, qd aduersus dominā mentem quasi suæ sint potestatis sicut libitū est excitantur: idq; solum iuris in his habent frāna virtutis, vt ad immundas & illicitas corruptiones ea peruenire non sināt. Hæc igitur carnis inobediētia, quæ i ipso motu est, etiā si habere nō permittatur effectū, nō erat in illis tūc primis hominibus quādo nudi erāt & nō confundebantur. Nondū quippe animā rationalis domina carnis, inobediēs extiterat domino suo, vt pœna reciproca inobediētē experiretur carnē famulā suam cū sensu quodā confusionis & molestiæ suæ, quæ sensum certē ipsa per inobediētiam suam non intulit deo. Neq; enim deo pudendū est aut molestū si nos ei nō obedimus, cuius in nos summā potestatis nullo modo minuire valeam⁹, sed nobis pudendū est qd imperio nostro caro nō seruit, quia hoc fit per infirmitatē quā peccando meruimus, vocaturq; peccatū habitans in mēbris nostris. Sic est autē hoc peccatū, vt sit pœna peccati. Deniq; posteaq; est illa facta transgressio, & anima inobediēs à lege sui domini quæ est, habere cœpit contra eā seruus eius, hoc est corpus eius legē inobediētiae, & puduit illos homines nuditatis suæ, animaduerso in se motu, quæ antē non senserant, quæ animaduerso, apertio dicta est oculorū, neq; enim oculis

Coloss. 2.

Psal. 84.

Rom. 5.

Voluntatis bona à deo. Cap. XII.

1. Cor. 4.

Prover. 3.

Rebellio carnis vnde. Cap. XXII.

Rom. 7.

Gen. 16. clausis inter illas arbores oberrabant. Sic & de Agar scriptū est, Aperti sunt oculi eius, & vidit puteū. Tūc illi homines pudēda tēxerūt, quā deus illis membra, ipsi vero pudēda fecerunt. De hac lege peccati nascitur caro peccati expianda per illius sacramētum, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuetur corpus peccati, quod & corpus mortis hui⁹ appellat, vnde miserū hominē non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominū nostrū. Sic enim ab eis trāsitū fecit in posteros ista lex initiū mortis, quēadmodū labor quo cūcti homines laborāt in terra, quēadmodum in fœminas parturicio cum doloribus. Hęc enim cū de peccato arguerentur dei sententia mēruerunt, quā nō in eis solis, sed etiā in successoribus eorū, in aliis magis, in aliis minus, tamen in omnibus videmus impleri. Cū itaq; lumbis illorū hominū fuerit prima iustitia obedire deo, & hęc in membris aduersus legē mentis suę, legem concupiscētię non habent, nunc post eorū peccatum nata ex eis nostra carne peccati, p magno obtinetur ab his qui obediunt deo, desiderii eiusdē concupiscētię nō obedire, & crucifigere in se carnem cū pāssionibus & concupiscētiis, vt sint Iesu Christi, qui hoc in sua cruce figurauit, quibus per gratiam suam dedit potestātē filios dei fieri. Nō enim omnib⁹ hominibus dedit, sed quotquot receperunt eum, vt deo renascerentur spiritu, qui seculo nati erāt carne. Sic enim de his dictū est, Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestātē filios dei fieri, qui nō ex carne, nō ex sanguine, non ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Secutus autē addidit, Et verbū caro factū est, & habitauit in nobis. tanquā dicens, magnum quidē hoc in his factum est, vt deo nascerentur ex deo, qui prius nati fuerant ex carne seculo, quāuis creati ab ipso deo: sed lōge mirabilius factum est, q̄ cū istis naturę fuerit nasci de carne, beneficiū vero nasci ex deo, ppter hoc impertientium beneficiū, ille qui de deo naturaliter natus est, nasci etiam misericorditer de carne dignatus est: hoc est enim, & verbū caro factū est & habitauit in nobis. Per hoc, inquit, factū est vt nati de carne caro, postea nascēdo de spiritu spiritus essemus, & habitaremus in deo, quia & deus natus de deo, postea de carne nascēdo caro factus est & habitauit in nobis. verbū enim quod caro factum est, in principio erat, & apud deū deus erat. Veruntamen ipsa participatio illius in inferiora nostra vt nostra esset in superiora illius, tenuit quādā & in carnis natiuitate mediātē, vt nos quidem nati essemus in carne peccati, ille autem in similitudinem carnis peccati: nos non solum ex carne & sanguine, verum etiam ex voluntate viri & voluntate carnis: ille autē tantum ex carne & sanguine, & non ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo natus est. Et ideo nos in mortē propter peccatū, ille propter nos in mortē sine peccato. Sicut autē inferiora eius quib⁹ ad nos descēdit, nō omnimodo cōparata sunt inferioribus nostris in quibus nos hic iuenit, sic & superiora nostra quibus ad eū ascēdimus, non cōparabūtur superioribus eius in quibus eum illic inuēturi sumus. Nos enim ipsius gratia facti erimus filij dei, ille semper natura erat fili⁹ dei. Nos aliquādo conuersi adhārebimus impares deo: ille nunquam auersus manet æqualis deo. Nos participes vitę æternę, ille vita æterna. Solus ergo ille etiam homo factus manens deus, peccatum nullum habuit vnquā, nec sumpsit carnem peccati, quāuis de natura carnis peccati. Quod enim carnis inde suscepit, id profecto aut suscipiendum mundauit, aut suscipiēdo mundauit.

Ideo virginē matrem non lege carnis peccati, id est, nō R concupiscētię carnalis motu concipientē, sed pia fide sanctū germē in se fieri promerentē, quā elegerat creauit, de qua crearetur elegit. Quāto magis ergo caro peccati baptizāda est propter euadēdū iudiciū, si baptizata est caro sine peccato propter imitationis exemplum. Quod autē supra respondimus aduersus eos qui dicūt, si peccator genuit peccatorem, iustus quoque iustū gignere debuit: hoc etiā his respondemus, qui dicunt de homine baptizato natum, iam velut baptizatum haberi debuisse. Cur enim nō, inquit, in lumbis patris sui potuit baptizari, si secundum Epistolam quę ad Hebręos scripta est, in lūbis Abrahę Leui potuit decimari: Hoc qui dicunt, attēdant nō propterea Leui postea nō fuisse decimatū, quia iam fuerat decimatus in lumbis Abrahę, sed quia sic ordinatus est honore sacerdotij vt acciperet decimas, nō praberet, alioquin nec ceteri fratres eius qui ei prabebāt, decimarentur, quia & ipsi in lumbis Abrahę à Melchisedech iam fuerant decimati. Sed ne quis dicat propterea reētē potuisse Abrahę filios decimari, quāuis iam fuissent in lumbis patris sui decimati, quia decimatio talis res erat quę in vnoquoq; homine saepe fuerat faciēda, sicut Israēlita annis omnibus, imō ex fructibus omnibus decimas tota vita sua crebras solent prabere Leuitis, baptisimum autem tale sacramētum esse quod semel datur. Etsi iam hoc acciperet quisque cum in patre suo esset, non nisi baptizati fuisse deputādum, cum de illo qui baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit: ne diu disputē, circūcisionem respiciat, quę semel fiebat & tamen in singulis singillatim fiebat. Sicut ergo tempore illius sacramenti de circūcisō qui nasceretur circūcidendus fuit: sic nunc de baptizato qui natus fuerit baptizandus est. At enim ait Apostolus, Filij vestri immundi essent, nūc autem sancti sunt: & ideo, inquit, fidelium filij iam baptizari minime debuerunt. Miror hoc dicere qui negant peccatum ex Adam originaliter trahi. Si enim hęc Apostoli sententiam sic accipiunt, vt credant de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos etiam ipsi baptizari oportere nō dubitant? Cur denique nolūt fateri de parente peccatore aliquod peccatū originaliter trahi, si de sancto aliqua sanctitas trahitur? Et cōtra nostram quidem nō est assertio, etiam si ex fidelibus sancti propagantur, quōd eos dicimus si nō baptizantur, pergere in dānationem, quibus & ipsi regnum cœlorū intercludunt, quāuis eos dicāt non habere vllum vel proprium vel originale peccatū. Aut si eis indignū videtur vt sancti damnentur, quomodo erit dignum vt à regno dei sancti separentur? Et illud potius attēdant, quomodo non de peccatoribus parētibus trahatur aliquod peccatum, si de sanctis aliqua sanctitas trahitur, & non immunditia de immundis: Vtrunque enim dixit qui dixit, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autē sancti sunt. Explicent etiā quomodo iustū sit vt sancti ex fidelibus & immundi ex infidelibus nati, pariter tamen si baptizati non fuerint regnum dei non permittātur intrare. Quid ergo illis ista sanctitas prodest? Nam si damnari faterentur immundos ex infidelibus natos: sanctos autem filios fidelij in dei quidem regnū intrare nō posse, nisi fuerint baptizati, non tamen damnari quia sancti sunt: esset qualiscūque distinctiō. Nūc vero natos & de sanctis sanctos, & de immundis immundos æqualiter dicunt, & quia peccatū non habent, non dānari, & quia baptismū nō habent, à dei regno separari. Hanc absurditatem talia ingenia non videre quis credat? Nostra autem,

autem, imō ipsius Apostoli sententię, qui dixit, Ex vno A omnes ad condemnationem, & ex vno omnes ad iustificationem vitę: quāuis non sit contrarium hoc quod ait, cum de alia re ageret, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt, paululum attende. Non vnus modi est sanctificatio; Nam & catechumenos secundum quendam modum suum per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari, & quod accipiunt quāuis nō sit corpus Christi, sanctum est tamē, & sanctius quā cibus quibus alimur: quoniam sacramentum est. verum & ipsos cibos quibus ad necessitatem sustentādā huius vitę alimur, sanctificari idem Apostolus dixit per verbum dei & orationē qua oramus vtique nostra corpuscula refecturi. Sicut autem ista ciborum sanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit non in ventrem vadat & secessum emitatur per corruptionem, quā omnia terrena soluntur, vnde ad aliam escam quę non corrumpitur nos dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctificatio cuiuscunq; modi sit, quā in filiis fidelium esse dixit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine vel remissione quæstionē omnino non pertinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ita loquēs, Sanctificatur enim vir infidelis in vxore, & sanctificatur mulier infidelis in fratre: Alioquin filij vestri immundi essent, nūc autem sancti sunt. Non opinor quisquam tam infideliter intelligit, quodlibet in his verbis intelligat, vt ob hoc existimet etiam maritum nō Christianum, quia Christiana fuerit vxor eius, neque iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionē peruenisse, & in regnum cœlorum esse intraturum, quia sanctificatus dicitur esse in vxore. Quisquis vero adhuc mouetur, quare baptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat: Sicut generatio carnis peccati per vnum Adam in condemnationem trahit omnes qui eo modo generantur, sic generatio spiritus gratię per vnum Iesum Christum ad iustificationem vitę æternę ducit omnes qui eo modo prædestinati regenerantur. Sacramentum autem baptismi profecto sacramentum regenerationis est. Quocirca sicut homo qui non vixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus nō fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum. Oportet autem vt si natus fuerit renascatur, quia nisi qui natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Oportet igitur vt sacramentum regenerationis, ne sine illo male de hac vita exeat, etiam paruulus imbuatur. Quod non fit nisi in remissione peccatorum, quod etiam ipso loco Christus ostēdit, cum interrogatus quomodo possent ista fieri, commemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Cum itaque per baptismi sacramētum morti Christi conformantur infantes, eos à serpentis morsu fatendum est liberari, si à Christiana fidei regula nolumus aberrare. Quem tamen morsum non in sua vita propria, sed in illo cui primitus inflictus est acceperunt. Neque illud fallat, quōd si nec parenti post conuersionem obsunt propria peccata, quanto magis, inquit, filio eius obesse non possunt: Sed qui hoc sentiunt, non attendūt, quia sicut parenti per hoc quod spiritu renatus est, propria peccata nō obsunt, ita qui de illo natus est, nisi eo modo renascatur, quę a parente tracta sunt, Tomus septimus.

oberunt. Quia & innouati parētes non ex primitiis nouitatis, sed ex reliquiis vetustatis carnaliter gignunt, & filij ex parentum reliqua vetustate toti vetusti in peccati carne propagati, damnationem veteri homini debitam sacramento spiritualis regenerationis & renouationis euadūt. Illud nanque præcipue propter quæstiones quę de hac re motę sunt, vel moueri adhuc possunt, attēdere ac meminisse debemus, tātummodo peccatorum omnium plenam perfectāque remissionem baptismo fieri, hominis vero ipsius qualitatem non totam continuo commutari, sed spiritales primitias in bene proficientibus de die in diem nouitate crescente cōmutare in se quod carnaliter vetus est, donec totum ita renouetur, vt animalis etiam in firmitas corporis, ad firmitatem spiritalem incorruptionēque perueniat. Hęc autem lex peccati, quod etiam peccatum appellat Apostolus cum dicit, Nō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediēdum desideriis eius: non sic manet in membris eorum qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio, vbi omnino plena & perfecta sit remissio peccatorum, omnibus inimicitij interfectis quibus separabamur à deo, sed manet in vetustate carnis tanquā superatum & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationēque reuocetur. Ab hac autem vetustate carnis, in qua est lex ista peccati vel peccatū iam remissum, vsque adeo spiritus vita discernitur, in cuius nouitate baptizati per dei gratiam renascentur, vt parum fuerit Apostolo dicere, tales non esse in peccato, nisi etiam diceret in ipsa illos carne non esse antequā ex hac mortali vita migrarent. Qui enim in carne, inquit, sunt, deo placere non possunt: vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Veruntamen sicut ipsa carne quāuis corruptibilis bene vtuntur qui membra eius ad opera bona conuertunt, in qua carne non sunt, quia non secundum eam sapiunt neq; viuunt, sicut denique etiam morte, quę primi peccati pœna est, bene vtuntur qui eam pro fratribus, pro fide, pro quacunq; vera & sancta iustitia fortiter & patienter impendunt: sic illa etiam lege peccati, quod iam remissum in vetustate carnis manet, bene vtuntur coniugati fideles, qui ex eo quod sunt in Christi nouitate, dominari sibi libidinem minime patiuntur, ex eo autem quod adhuc trahunt Adę vetustatem, regenerandos immortaliter filios mortaliter generāt cum ea propagine peccati, quā illi qui renati sunt obnoxij non tenentur, & quā illi qui nascuntur renascendo soluūt. Quādiu ergo manet lex concupiscēntialis in membris, manente ipsa reatus eius soluitur, sed ei soluitur qui sacramētum regenerationis accepit, renouariq; iam cœpit. Ex illa autem manente concupiscēntiā vetustate quod nascitur, renasci indiget vt sanetur, Quia parentes fideles & nati carnaliter & renati spiritualiter filios carnaliter genuerunt, filij vero antequam nascerentur, renasci quomodo poterunt? Nec mireris quod dixi, manente concupiscēntiali lege peccati reatum eius solui per gratiam sacramenti. Sicut enim facta & dicta & cogitata iniqua quātum ad ipsos motus animi & corporis pertinet, iam praterierunt & non sunt, eis tamen prateritis & non iam existentibus reatus eorum manet, nisi peccatorum remissione soluantur: sic contra in hac non iam praterita, sed adhuc manente lege concupiscēntiæ reatus eius soluitur & non erit, cum sit in baptismo plena remissio peccatorum. Denique si continuo consequatur ab hac

Lex peccati in nobis quid. Cap. XXVIII. Roma, 6.

Roma, 8.

G vita migratio, non erit omnino quod obnoxium hominem teneat, soluis omnibus quæ tenebant. Sicut ergo non est mirum præteritorum delictorum factorum atque cogitatorum reatum manere ante peccatorum remissionem: sic contra non debet esse mirum manentis concupiscentiæ reatum præterire post peccatorum remissionem.

Christi in-
fancia caruit
ignovantiæ.
Quæ cum ita sint, ex quo per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit usque in finem carnalis huius generationis & corruptibilis seculi, cuius filij generant & generantur, nullo existente homine de quo in hac vita constituto veraciter dici possit, quod nullum habeat omnino peccatum, excepto vno mediatore, qui nos creatori nostro reconciliat per remissionem peccatorum: idem ipse dominus noster hanc suam medelam nullis generis humani temporibus ante ultimum futurum adhuc iudicium denegavit eis, quos per certissimam præscientiam & iustissimam beneficentiam secum regnaturus in vitam prædestinavit æternam. Nanque ante natiuitatem carnis, infirmitatibus passionis, & virtutem resurrectionis suæ, earum rerum futurarum fide eos qui tunc fuerant, informabat ad hereditatem salutis æternæ, quarum rerum presentium fide informavit eos qui cum gererentur aderant atque impleri prædicta cernebant, quarum etiam præteritarum rerum fide qui postea fuerunt, & nos ipsos, & qui deinde futuri sunt informare non cessat. Vna ergo fides est quæ omnes saluos facit, qui ex carnali generatione in spiritalem renascendo saluantur, terminata in eo qui venit pro nobis iudicari & mori iudex viuorum & mortuorum. Sed huius vnus fidei pro significationis opportunitate per varia tempora sacramenta variata sunt. Idem ipse itaque saluator est paruulorum atque maiorum, de quo dixerunt angeli, Natus est vobis hodie saluator. & de quo dictum est ad virginem Mariam, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. vbi aperte demonstratum est eum hoc nomine quo appellatur Iesus, propter salutem quam nobis tribuit nominari: Iesus quippe Latine saluator est. Quis est igitur qui audeat dicere dominum Christum tantum maioribus non etiam paruulis esse Iesum, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus membris animæ rationalis miserabili ignorantia prægrauatur? Quam plane ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo verbum caro factum est, vt inhabitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis. Per hanc enim etiam cum motibus irrationalibus perturbantur, nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliquando vel doloris terrore cohibentur, vt omnino videas illius inobedienciæ filios, quæ mouetur in membris repugnans legi mentis, nec cum vult ratio, conquiescit. Verum & ipsa sæpe vel dolore corporis, tanquam vapulando compescitur, vel pauescendo, vel tali aliquo animi motu, non tamen voluntate præcipiente comprimitur. Sed quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes atatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, vt ad mortem videatur etiam senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus. Quæ tamen mors in carne peccati inobedienciæ debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obedientiæ voluntate suscepta est. Ad eam quippe iturus eamque passurus, hoc ait, Ecce venit princeps mundi

Lucæ 2.
Matth. 1.

Roma 8.

Sapient. 9.

Ioan. 1.

Roma 7.

Ioan. 14.

huius & in me nihil inueniet, sed vt sciant omnes quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. His dictis perrexit ad in debitam mortem, factus obediens vsque ad mortem. Quapropter illi qui dicunt, si Cap. XXX.

primi hominis peccato factum est vt moreremur, Christi aduentu feret, vt credentes in eum non moreremur. Et addunt quasi rationem dicentes, neque enim præuaricatoris transgressio plus nobis nocuit, quam incarnationio vel redemptio profuit saluatoris. Cur non potius hoc attendunt, hoc audiunt, hoc sine dubitatione credunt, quod Apostolus sine ambiguitate locutus est, Quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur: neque enim aliunde quam de corporis resurrectione dicebat. Omnium ergo corporis mortem factam per unum hominem dixit, & omnium corporis resurrectionem in vitam æternam per unum Christum futuram esse promisit. Quomodo ergo plus nobis nocuit ille peccando, quam ille profuit redimendo, cum per illius peccatum temporaliter moriamur, per istius autem redemptionem non ad temporalem vitam, sed ad perpetuam resurgamus? Nostri ergo corpus mortuum est propter peccatum, Christi autem corpus solum mortuum sine peccato, vt falso sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleteretur, quibus debitorum qui in eum credunt à diabolo antea tenebatur. Et ideo ait, Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Po-

terat autem etiam hoc donare creditibus, vt nec istius experirentur corporis mortem: sed si hoc fecisset, carni quedam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timent, vt non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod illam vitam, quæ post istam mortem beata futura est, per virtutem etiam contemnendam ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret, sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ præstitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. Quid enim magnū erat videndo non mori eos qui crederent, credere se non morituros? Quanto est maius, quanto fortius, quanto laudabilius ita credere, vt se speret moriturus, sine fine victurus? Denique hoc quibusdam in fine largietur, vt mortem istam repentina cõmutacione non sentiant, sed simul cum resurgenti & M sic semper cum domino viuant. Et recte illis, quia non erunt iam posterius qui propter hoc credant non sperando quod non vident, sed amando quod vident. Quæ fides est eneruis & debilis, nec fides omnino dicenda, quandoquidē fides ita definita est, Fides est sperandorum substantia, conuictio rerum quæ non videntur. Vnde etiam in eadem vbi & hoc scriptum est ad Hebræos epistola, cum cõsequenter enumerasset quosdam, qui deo fide placuerunt, secundum fidem, inquit, mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed longe eas videntes & salutantes & constantes, quia hospites & peregrini sunt super terram. Et paulo post eandem fidei laudē ita conclusit, Et omnes, inquit, testimonium consecuti per fidem, non tulerunt promissiones dei: pro nobis enim meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perfererentur. Hæc laus fidei non esset, nec omnino, vt iam dixi, fides esset, si homines in credendo præmia visibilia sequerentur: hoc est, si fidelibus merces immortalitatis in hoc seculo redderetur. Hinc & ipse dominus mori

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

A mori voluit, vt quemadmodum de illo scriptum est, per mortem euacuaret eum qui potestatem habebat mortis, id est diabolus, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam rei erant seruituti. Hoc testimonio factum etiam illud monstratur & mortem istam corporis principe atque authore diabolo, hoc est, ex peccato accidisse, quod ille persuasit. neque enim ob aliud potestatem habere mortis verissime diceretur: Vnde ille qui sine vilo peccato vel originali vel proprio moriebatur dixit quod paulo ante cõmemorauit, Ecce veniet princeps mundi, id est diabolus, qui potestatem habet mortis, & in me nihil inueniet, id est peccati, propter quod homines mori fecit. Et quasi diceretur ei, quare ergo moreris? Sed vt sciant omnes, inquit, quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc: id est, vt moriar non habens mortis causam de peccato sub authore peccati, sed de obedientiâ & iustitiâ factus obediens vsque ad mortem. Et hoc ergo illo testimonio demonstratum est, & quod tempore mortis fideles vincunt, ad agonem B ipsius fidei pertinere, qui profecto defuisset, si mox esset credentes immortalitas consecuta. Quamuis itaque multa dominus visibilia miracula fecerit, vnde ipsa fides velut quibusdam primordiis lactescens germinaret, & in suum robur ex illa teneritudine coalesceret, tanto est enim fortior, quanto magis iam ista non querit, tamē illud quod promissum speramus, inuisibiliter voluit expectari, vt iustus ex fide viueret, intantum vt nec ipse qui die tertio resurrexit inter homines esse voluerit, sed eis demonstrato in sua carne resurrectionis exemplo, quos huius rei testes habere dignatus est, in cõlū ascenderit, illorum quoque se oculis auferens, nihilque tale cuiusquam eorum carni iam tribuens, quale in carne propria demonstrauerat, vt & ipsi ex fide viuerent, eiusque iustitiæ, in qua ex fide viuunt, præmiū quod postea erit visibile, nunc interim per patientiam inuisibiliter expectarent. Ad hunc intellectum credo etiam illud esse referendum, quod ait de spiritu sancto, Non potest ipse venire nisi ego abiero. hoc enim erat dicere, non poteritis in se viuere ex fide, quod de meo dono, id est, de spiritu sancto habebitis, nisi à vestris oculis hoc quod intemini abstulero: vt spiritualiter cor vestrum inuisibilia credendo proficiat. Hæc ex fide iustitiâ identidē loquens de spiritu sancto, ita cõmendat. Ille, inquit, arguet mundum de peccato, de iustitiâ & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitiâ, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Quia est ista iustitiâ qua eum non vident, nisi vt iustus ex fide viueret, & non respicientes quæ videntur, sed quæ non videntur, spiritu ex fide spem iustitiæ expectaremus?

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

meruisse, nec resistit his verbis diuini libri quæ posui de labore hominis & de parturitione mulieris, nisi qui profusus alienus à fide catholica eisdem literis aduersatur.

Verum quia & tales non desunt quemadmodum eis hac quaestione proposita respondemus dicentes, ante remissionem esse illa supplicia peccatorum, post remissionem autem certamina exercitationesque iustorum: ita & illis quos de morte corporis similiter monet respondere debemus, vt eam & peccato accidisse fateamur, & post peccatorum remissionem, vt magnus timor eius à proficientibus superetur, ad certamē nobis relicta esse non dedignemur. Si enim parua virtus esset fidei, quæ per dilectionem operatur, mortis metum vincere non esset tanta martyrum gloria: nec dominus diceret, Maiorem hac charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Quod in epistola sua Ioannes ita dicit, Sicut ille animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Nequaquam igitur in morte pro iustitia subeunda vel contemnenda laudaretur præcipua patientia, si mortis non esset magna multumque dura molestia. Cuius timorem qui vincit ex fide, magnam ipsius fidei comparat gloriam, iustamque mercedem. Vnde mirandum non est, & mortem corporis non fuisse euenturam homini nisi præcessisset peccatum, cuius etiam talis pena cõsequeretur: & post remissionem peccatorum eam fidelibus euenire, vt in eius timore vincendo exerceretur fortitudo iustitiæ. Caro enim quæ primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi seruire iustitiam. Vnde statuit deus, vt post eius peccatum propagata caro peccati ad recipiendam iustitiam laboribus & molestiis niteretur. Propter hoc etiam de paradiso eiecit Adam, contra Eden habitauit, id est, contra sedem deliciarum, vt significaret quod in laboribus qui sunt delicias contrarij, erudienda esset caro peccati, quæ in deliciis obedientiam non seruauit antequam esset caro peccati. Sicut ergo illi primi homines postea iuste viuendo, vnde merito creduntur per domini sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradysum reuocari: sic & caro peccati etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem Propheta cum missus esset, eiq; propter peccatum quod commiserat, euentura mala ex iracundia dei comminaretur, cõfessione peccati veniam meruit, respondente Propheta, quod illud ei flagitium facinusque remissum sit, & tamen consecuta sunt quæ deus fuerat cõminatus, vt sic humiliaretur à filio. Quare & hic non dicitur, si deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimisso peccato quod erat minatus impleuit, nisi quia rectissime si sic dictum fuerit, respõdebitur remissionē illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur æterna, subsecutum vero illius comminationis effectum, vt pietas hominis in illa humilitate exerceretur atq; probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum deus homini inflixit, & post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit. Teneamus ergo indeclinabilem fidei confessionem. Solus vnus est qui sine peccato natus est, in similitudine carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter nostra peccata: non declinemus in dexteram aut in sinistram. In dexteram enim declinare, est se ipsum

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

cap. 11. *Coloss. 1.* *Matth. 26.* *Quare me- ruerit ex- piri-entur car- nis. Cap. 11. XXXI.*

Quæ remif-
so peccato,
pena exigi-
tur, Caput
XXXVIII.

Gala. 5.

Ioan. 15.

1. Ioan. 3.

E

Gen. 3.

F

2. Reg. 12.

Quid sit

cedere via

media. Ca.

XXXV.

Roma. 5.


G decipere dicēdo se esse sine peccato. In sinistram autem per nescio quam peruersam atq; prauam securitatem se tāquam impune dare peccatis. Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus, qui solus sine peccato est & nostra potest delere peccata: peruersæ autem sunt quæ à sinistris sunt amicitie cum peccatis. Tales etiam illi viginti annorum adolescentuli figuram noui populi præmiserunt, qui in terram promissionis intrarunt, qui nec in dexteram nec in sinistram dicti sunt declinasse: Non enim ea viginti annorū ætas comparanda est innocentie paruulorū: sed, ni fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat & resonat. Vetus enim testamentum in quinque Moyſi libris excellit, nouū autem quatuor Euan-geliorum autoritate præfulget, qui numeri per se multiplicati ad vicenarium perueniunt, quater enim quini vel quinquies quaterni viginti sunt. Talis populus, vt prædixi, eruditus in regno celorū per duo testamenta vetus & nouū, nō declinās in dexterā superba præsumptione iustitiæ, neque in sinistram secunda delectatione peccati, in terram illius promissionis intrabit, vbi iam peccata ulterius nec nobis donanda optemus, nec in nobis punienda timeamus, ab illo redemptore liberati qui nō venūdatus sub peccato, redemit Israël ab omnibus iniquitatibus eius, siue propria cuiusque vita cōmissis siue originaliter tractis. Non enim parum diuinarum scripturarum auctoritati veritatique cesserunt.

H *Caput XXXVI.* Qui etsi noluerunt literis suis aperte exprimere, paruulis remissionem necessariam peccatorū, redemptionem tamen eis necesse esse confessi sunt. Alio quippe verbo, etiam ipso de Christiana eruditione deprompto nihil aliud omnino dixerūt. Nec dubitandum esse his qui diuinas scripturas fideliter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenent, qd ab illa carne quæ prius volutate peccati facta est caro peccati, deinceps per successionem transeunte in omnes proſcriptione iniquitatis & mortis, caro sit propagata peccati, excepta vna similitudine carnis peccati, quæ tamen non esset, nisi esset caro peccati. De anima vero vtrum & ipsa eodem modo propagata, reatu qui ei dimittatur obſtricta sit, neque enim possumus dicere, solam carnem paruuli, nō etiam animam indigere saluatoris & redemptoris auxilio, alienamq; ab ea esse gratiarum actione quæ in Psalmis est, vbi legimus & dicimus, Benedic anima mea dominū, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propiti⁹ fuit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes lāguores tuos, qui redimit de corruptione vitam tuam, an etiam non propagata, eo ipso quo carni peccati aggrauanda miscetur, iam ipſus peccati remissione & sua redemptione opus habeat, deo per summam præſcientiam iudicante, qui paruulorū ab isto reatu nō mereantur absolui, etiā qui nōdū nati nihil alicubi propria sua vita peregerunt vel boni vel mali, & quomodo deus etiam si non de traduce animas creat, non sit tamen author reatus eiusdem, propter quem redemptio sacramenti necessaria est animæ paruuli, magna quæstio est, aliāq; disputationem desiderat, eo tamen quātum arbitror moderamine temperatam, vt magis inquisitio cauta laudetur, quā præcipitata reprehendatur assertio. Vbi enim de re obſcurissima disputatur, nō adiuuātib⁹ diuinarum scripturarū certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præſumptio, nihil faciens in partem alterā declinando. Etsi enim quodlibet horum, quemadmodum demonstrari & explicari possit, ignorem, illud tamē credo, quod etiam hinc diuinorū eloquiorum clarissima auctoritas eſset, si homo illud

sine dispendio promiſſe salutis ignorare nō posset. Habes elaboratū, vti tam commodum quā prolixū pro meis viribus opus, cuius prolixitate fortasse defenderem, nisi illud vereretur facere defendendo prolixius.

Libri Secundi finis.

**DIUI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI-
SCOPI, DE PECCATORVM MERITIS & REMISSIONE, & DE
BAPTISMO PARUULORVM, AD MARCELLINVM
EPISTOLA SEU LIBER TERTIVS.**



MARISSIMO filio Marcel- *Capit.*
lino, Augustinus Episcopus ser-
uus Christi, seruorumque Chri-
sti in domino salutem. De qua-
estione quas mihi proposueras
vt ad te aliquid scriberem aduer-
sus eos qui dicunt Adam etiam si
non peccasset, fuisse moriturum, nec ex eius peccato
quicquam ad eius posterum propagando transisse: ma-
xime propter baptismum paruulorum quē more piis-
simo atque materno vniuersa frequentat Ecclesia, &
quod in hac vita sint, fuerint, futuri que sint filij homi-
num nullū habentes omnino peccatum, iam duos pro-
lixos absolueram libros, quibus mihi visus sum nō qu-
idem omnibus omnium occurrisse in hac causa moti-
bus animorum, quod vel à me vel à quoquam vtrum
feri possit, ignoro, in id fieri non posse non dubito, sed
tamen egisse aliquid, quo de his rebus à maioribus tra-
ditæ fidei defensores contra nouitates eorum qui aliter
sentiant, nō inermes vsquequaque consistenter. Verū
post paucissimos dies legi Pelagij quædam scripta,
viri vt audio sancti, & non paruo profectu Christiani,
quæ in Pauli Apostoli Epistolas expositiones breuissi-
mas continebant, atque ibi comperi cum ad illum ven-
isset locum, vbi dicit Apostolus, per vnum hominem *Roma. 5.*
peccatum intrasse in mundum & per peccatū mortem,
atque ita in omnes homines pertransisse, quandam co-
rum argumentationem qui negāt paruulos peccatum
originale gestare, quam fateor in illis tam longis volu-
minibus meis non refelli, quia in mentem mihi omni-
no non venerat quenquam posse talia cogitare, vel di-
cere: Quapropter quoniam illi operi, quod iam certo
sine concluderem, nihil addere volui, & ipsam eisdē ver-
bis quibus eam legi, & quid mihi contra videatur, huic
epistolæ inserendum putavi. Sic ergo illa argu- *Refellit Pe-*
mentatio posita est, Hi autem, inquit, qui contra tradu- *Legim.*
cem peccati sunt, ita illam impugnare nituntur: Si Adæ, *Capit. II.*
inquiunt, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo
& Christi iustitia etiam non credentibus prodest:
quia similiter, immo & magis dicit per vnum saluari,
quā per vnum ante perierunt. Huic ergo, vt dixi, ar-
gumento in illis duobus libris quos ad te scripsi nihil
 respondi, neque id mihi prorsus redarguendum pro-
posui. Nunc ergo prius illud attende, quemadmodum
eum dicunt, Si Adæ peccatum etiam non peccantibus
nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus
prodest, absurdissimum vti que & falsissimum iudicāt,
vt Christi iustitia etiam non credentibus proſit, vn-
de putant confici nec primi hominis peccatum paru-
lis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iu-
stia

Asticia prodesse illis non credentibus non potest. Dicant
itaque, Christi iustitia quid baptizatis paruulis proſit.
Dicant omnino quod volunt: Profecto enim si se Chri-
stianos esse meminerunt, aliquid prodesse non ambi-
gunt. Quodlibet igitur proſit, prodesse sicut etiam ipsi
asserunt, non credentibus non potest. Vnde coguntur
paruulos baptizatos in credentium numero deputare,
& auctoritati sanctæ vbique Ecclesiæ consentire, quæ
fidelium nomine eos censet indignos, quibus iustitia
Christi etiam secundum istos prodesse nō nisi creden-
tibus possit. Sicut ergo eorum per quos renascuntur,
iustitiæ spiritus responsione sua traicit in eos fidem,
quā voluntate propria nondum habere potuerūt: sic
eorum per quos nascuntur caro peccati traicit in eos
noxam quā nondum vita propria contraxerunt. Et
sicut eos vitæ spiritus in Christo regenerat fideles, sic
eos corpus mortis in Adā generauerat peccatores: Illa
enim carnalis generatio est, hæc spiritalis: illa facit fi-
lios carnis, hæc filios spiritus: illa filios mortis, hæc fi-
lios resurrectionis: illa filios seculi, hæc filios dei: illa fi-
lios iræ, hæc filios misericordie: ac per hoc illa peccato
originali obligatos, ista omnis peccati vinculo libera-
tos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo as-
sequi non valemus, auctoritate diuina cōsentire cogamur:
bene quod ipsi nos admonent, iustitiā Christi nisi
credētib⁹ prodesse nō posse, & prodesse aliquid paru-
lis consentitur: vnde, vt diximus, necesse est eos bap-
tizatos in credentium numero sine vlla tergiversatione
cōstituant. Consequenter igitur si non baptizentur, in-
ter eos qui non credunt erunt, ac per hoc nec vitam ha-
beunt, sed ira dei manet super eos: Quoniam qui non
credit filio, non habebit vitam sed ira dei manet super
eum. Et iudicati sunt, quoniam qui nō credit iam iudi-
catus est. Et cōdemnabuntur, quoniam qui crediderit
& baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non credide-
rit, condemnabitur. Iam nunc videant isti, qua iustitia
tentent vel conentur asserere, nō ad vitam æternā, sed
ad irā dei pertinere & diuinitus iudicari atque damnari
homines qui sine peccato sunt, si quemadmodum pro-
prium, ita nullum in eis est etiam originale peccatum.
Iam ceteris quæ Pelagius insinuat eos dicere, qui cōtra
originale peccatū disputant, in illis duobus prolixi mei
operis libris satis quantum arbitror dilucidē respōdi.
C Quod & si quibusdam vel parum vel obſcurum vide-
bitur, dent veniam, & componant cum eis, qui fortasse
illud non quia parum est, sed quia nimium reprehē-
dunt, & qui ea quæ pro natura quæſtionum dilucide di-
cta existimo, adhuc non intelligunt, non mihi calum-
nientur pro negligentia vel pro meæ facultatis indi-
gentia, sed deū potius pro accipienda intelligentia de-
precentur. Veruntamen nos non negligenter oportet
aduertere istum, sicut eum qui nouerunt, loquuntur
bonum ac prædicandum virum, hanc argumentationē
contra peccati propaginē, non ex propria intulisse per-
sona, sed quid illi dicant qui eam non approbant inti-
masse: nec solū hoc modo proposui ei⁹ respōdi,
vorum etiam cetera quibus me in illis libris iam respon-
disse recolui. Nam cum dixisset, Si Adæ, inquit, pec-
catum etiā non peccantibus nocuit, ergo & Christi iu-
stitia etiam non credentibus prodest. quod in iis quæ
 respondi, sedens quā non solum non expugnet quod
dicimus, feret etiam nos admoneat quid dicamus, secu-
tus adiunxit: Deinde aiunt, Si baptismus mundat anti-
quum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fue-
runt, debent hoc carere peccato: nō enim potuerunt ad

Tomus septimus.

posterum transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Il-
lud quoque accedit, inquit, quia si anima non est ex tra-
duce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem pecca-
ti, & ipsa sola pœnam meretur, iniustum esse dicentes;
vt hodie nata anima non ex massa Adæ, tam antiquum
peccatum porter alienum. Dicunt etiam, inquit, nulla
ratione concedi, vt deus qui propria peccata remittit,
imputet aliena. Vidēsne obsecro quemadmodum hoc
totum Pelagius non ex sua, sed ex aliorum persona in-
diderit scriptis suis, vsque adeo sciens hanc nescio quā
esse nouitatem, quæ contra antiquam Ecclesiæ insitam
opinionem sonare nunc cōperit, vt eam ipse confiteri
aut verecundatus aut veritus fuerit. Et forte hoc ipse
non sentit quod sine peccato nascatur homo, cui fateor
necessarium esse baptismum, in quo fit remissio pec-
catorum, & quod sine baptismo damnatur homo, quē
necesse est non baptizatum in non credentibus depu-
tari, quia vti que scriptura euangelica fallere nō potest,
in qua apertissime legitur, Qui nō crediderit condem- *Matth. 16.*
nabitur. Postremo quod sine baptismo imago dei non
admittatur ad regnum dei, quoniam nisi quis renatus *Ioan. 3.*
fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum
dei, atque ita vel in æternam mortem sine peccato præ- *E*
cipitur, vel quod est absurdus, extra regnum dei ha-
beat vitam æternam, cum dominus prædicans quid
suis in fine diciturus sit, Venite benedicti patris mei, *Matth. 25.*
percipite regnū quod vobis paratum est ab initio mū-
di: manifestauerit etiam quid sit ipsam regnum quod
dicebat, ita concludens, Sic ibunt illi in ambustionem
æternam, iusti autem in vitam æternam. Hæc ergo &
alia quæ hunc sequuntur errorem, nimium peruersa &
Christianæ repugnantia veritati, credo quod vir ille *Pelagij*
tam egregie Christianus omnino non sentiat. Sed fieri *lans.*
potest, vt etiam istorum argumentis, qui contra pecca-
ti traducem sentiūt, adhuc fortasse ita moueatur vt au-
dire vel nosse quid contra eos dicatur expectet, & ideo
quid illi dicant qui contra peccati traducem sentiunt,
nec tacere voluit, vt quæstio discutienda insinuaretur,
& à persona sua remouit, ne hoc etiam ipse sentire iu-
dicaretur. Ego autem etsi refellere istorum argu-
menta non valeam, video tamen inharendum esse iis
quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex his reuelentur
obſcura: aut si mens nondum est idonea, quæ possit ea
vel demonstrata cernere, vel abſtrusa inuestigare, sine
vlla hæſitatione credantur. Quid autē apertius tot tan- *F*
tisq; testimoniis diuinorum eloquiorum, quibus dilu-
cidissime apparet, nec præter Christi societatem ad vi-
tam salutemque æternam posse quenquam hominum
peruenire, nec diuino iudicio posse aliquē iniuste dam-
nari: hoc est, ab illa vita ac salutē separari? Vnde fit con-
sequens, vt quoniam nihil agitur aliud cum paruuli ba-
ptizantur, nisi vt incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi
corpori membrisque sociantur, manifestum sit eos ad
damnationem nisi hoc eis collatum fuerit pertinere,
non autem damnari possent si peccatum vtiq; non ha-
berent. Hoc quia illa ætas nullum in vita propria con-
trahere potuit, restat intelligere, vel si hoc nondū pos-
sumus, saltem credere, trahere paruulos originale pec-
catū. Ac per hoc si ambigui aliquid habent verba Apo-
stolica quibus dicit, Per vnum hominem peccatū in- *Roma. 5.*
trauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in om-
nes homines pertransiit, possuntq; in aliam ducti trans-
ferriq; sententiam: nunquid & illud ambiguum est, Nisi *Ioan. 3.*
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intro-
ire in regnum dei? Nunquid & illud, Vocabis nomen *Matth. 1.*

v iij

G eius Iesum, ipse enim saluum faciet populu suum a peccatis eorum: Nunquid etiam illud, Quia non est opus sanis medicus, sed agrotantibus: hoc est, quia non est necessarius Iesus eis qui non habent peccatum, sed eis qui saluandi sunt a peccato: Nunquid etiam illud, Quia nisi manducauerint homines carne eius, hoc est, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam? His atque huiusmodi aliis quæ nunc prætereo testimoniis diuina luce clarissimis, diuina autoritate certissimis, nõne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, nõ solum in regnum dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus, cui vt incorporentur, sacrameto baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur, eos non ob aliud ad Iesum, hoc est, ad salutorem & ad medicum Christum piis gestatum manibus ferri, nisi vt per medicinam sacramentorum eius possint a peccati peste sanari? Quid ergo cunctamur

Baptismus paruulorũ. Cap. V.

Apostoli verba de quibus forte dubitamus, etiam ipsa sic intelligere, vt his congruant testimoniis, de quibus dubitare non possumus? Quamquam toto ipso loco, vbi per vnus peccatum multorum condemnatione, & per vnus iusticiam multorũ iustificationem Apostolus loquitur, nihil mihi videatur ambigui, nisi quod ait Adã formam futuri. Hoc enim reuera non solum huic sententiæ conuenit, qua intelligitur futuros eius posteros, & eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiam in alios & alios intellectus possunt hæc verba deduci. Nam & nos aliud inde aliquãdo diximus, & aliud fortasse dicemus, quod tamen huic intellectui non sit aduersum, & ipse Pelagius nõ vno modo id exposuit. Cætera vero quæ ibi dicuntur, si diligenter aduertantur, atque tractentur, sicut in primo duorũ illorum libro vt cunq; conatus sum, etiam si subobscurum pariunt rerum ipsarum necessitate sermonẽ, non tamen poterunt alium sensum habere, nisi per quem factum est vt antiquitus vniuersa Ecclesia retineret, fideles paruulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consecutos. Vnde non immerito beatus Cyprianus satis ostendit quãtã hoc ab initio creditum & intellectum seruet

Roma. 5.

Ecclesia, qui cum paruulos a materno vtero recentissimos iam idoneos ad percipiendum Christi baptismum assereret, quoniam consultus fuerat, vtrum hoc ante octauum diem fieri deberet, quantum potuit conatus est eos demonstrare perfectos, ne quis quasi pro numero dierũ, quia octauo antea circũcidebantur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnus eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tamẽ peccato eos non immunes esse confessus est, quia si hoc negaret, ipsiº baptismi causam propter quem percipiendum eos defendebat, auferret. Potes ipsam epistolam memoratũ martiris de baptizadis paruulis legere si vuleris, neque enim potest deesse Carthagini. Verum in hanc etiam nostram, quantum præsentium quæstioni satis visum est, pauca inde transferenda arbitratus sum, que prudenter attende. Quantum vero, inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundũ vel tertium diem quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere, & considerandã esse legem circuncisionis antiquæ, vt intra octauum diem eum qui natus est baptizandum, & sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendũ, nemo cõsensit, sed vniuersi potius indicauimus, nulli hominum nato misericordiam dei & gratiam de negãdam: Nam cum domi-

Cyprianus in epistola de baptizadis paruulis. Cap. 17.

nus in Euangelio dicit, Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare: quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perdenda est. Aduertis ne quid dicat, quemadmodũ sentiat, nõ tantum carni sed animæ quoque infantis exitibile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento exire de hac vita? Vnde si iam nihil aliud diceret, intelligere nostrũ fuit sine peccato animam perire non posse. Sed vide paulo post defendens innocentiam paruulorum, quid tandem de illis apertissime fateatur. Cæterum si homines, inquit, impedire aliquid ad cõsecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu posset impedire peccata grauiora. Porro autem si etiam grauius delictoribus & in deum multum antea peccantibus, cum postea crederent, remissa peccatorum datur, & a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundũ Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remissionem peccatorũ accipiendam in hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur nõ propria sed aliena peccata? Vides quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tantus ista loquatur? Quia hæc de L cum cetera certissima ideo protulit, vt illud quod erat incertum, vnde consuluerat ille cui rescribit, & vnde concilij decretum constitutum esse commemorat, vt scilicet etiam ante octauum diem ex quo die natus esset infans, eũ si afferretur, baptizare nemo dubitaret, per hæc firmam cetera probaretur. Neque enim hoc tunc quasi nouum aut quasi aliqua cuiusquam contradictione pulsatum, cõcilio statuebatur seu firmabatur, quod obstricti originali peccato tenerentur infantes: sed cum illic illa consultatio versaretur, & disceptaretur propter legem circuncisionis, vtrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret, ideo ei qui hoc negabat, nemo cõsensit, quia iam non consulendum nec disceptandum, sed firmum certumq; habebatur, animam salutem æternam perituram, si hanc vitam sine illius sacramenti consecutione finiret, quauis ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quare illis etsi multo facilius quod alienorum, sed tamen esset necessaria remissio peccatorum. His certis, illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est, atque in concilio iudicatũ, homini nato, ne in æternũ pereat, omni die licere succurrere, cum etiam de ipsa carnali circuncisione ratio redderetur, quod vmbra esset futuri, non quod intelligeremus etiam baptismum octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circũcidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus tamen hebdomadarum, quibus tempora prouoluuntur, octauo, hoc est, post sabbatum primo die a mortuis resurrexit. Et nunc nescio cuius nouæ disputationis audacia quidam nobis facere conantur incertum, quod maiores nostri ad dissoluenda quædam, quæ nonnullis videbantur incertæ, tanquam certissimum proferebãt. Quando enim primitus hoc disputari cõeperit, nescio. Illud tamen scio, quod sanctus Hieronymus, qui hodieque in literis Ecclesiasticis tam excellentis doctrinæ fama ac labore versatur, ad quædam soluendas in suis libris quæstiones, etiam hoc certissimum adhibet sine vlla disceptatione documẽtum. Nam in eo quod in Ionam Prophetam scripsit, cum ad Hieronymum venisset locum, vbi commemorantur etiam paruuli ieiunio castigati, Maior, inquit, ætas incipit, & vique ad minorem peruenit. Nullus enim ab illo peccato, nec si vnus

vnus quidem diei fuerit vita eius, & innumerabiles anni vitæ illius. Si enim stellæ mundæ non sunt in conspectu dei, quãto magis vermis & putredo, & ij qui peccato offenditis Adam tenentur obnoxij? Hunc doctissimum virum si facile interrogare possem, quãtũ multos vtriusque linguæ diuinarum scripturarum tractatores, & Christianarum disputationum scriptores commemoraret, qui non aliud ex quo Christi Ecclesia est constituta senserunt, non aliud a maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt? Ego quidem quauis longe pauciora legerim, nõ memini me aliud audisse a Christianis qui vtrunque accipiunt testamẽtum, non solum in catholica Ecclesia, verũerim in qualibet hæresi vel schismate constitutis, nõ memini me aliud legisse apud eos quos de his rebus aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerentur, vel sequi se crederent credive voluissent. Vnde nobis hoc negotium repente emerferit nescio. Nam ante paruulum tempus a quibusdam transitorie colloquentibus cursim mihi aures perstrictæ sunt, cũ illic apud Carthaginẽ essemus, non ideo paruulos baptizari, vt remissionem acciperent peccatorum, sed vt sanctificarentur in Christo. Qua nouitate permotus, & quia opportunum nõ fuit, vt cõtrã aliquid dicerem, & nõ tales homines erant de quorum essem autoritate sollicitus, facile hoc in transactis atq; abolitis habui. Et ecce contra Ecclesiã iam studio flammanate defenditur, ecce scribendo etiam memoriæ commendatur, ecce res in hoc discrimine adducitur, vt hinc etiam a fratribus consulamur, ecce cõtrã disputare atq; scribere cogimur. Ante paucos annos Romæ quidam extitit Iouinianus nomine, qui sanctimonialibus etiam ætate prouectioribus nuptias persuasisse dicitur, nõ illiciendo quod earum aliquam ducere vellet uxorem, sed disputando virgines sanctimoniarum dicatas, nihil amplius fidelibus cõiugatis apud deum habere meritum: Nũquam tamen ei hoc commentum venit in mentem, vt asserere conaretur sine originali peccato nasci hominum filios. Et vtiq; si hoc astrueret, multo procliuus vellent feminæ nubere, fetus mundissimos paritura. Huius sanè scripta, nam & scribere ausus est, cum fratres ad Hieronymum refellenda mississet, non solum in eis nihil tale cõperit, verum etiam ad quædam eius vana refutanda hoc tanquam certissimum de hominis originali peccato, vnde vtiq; nec Cypsum dubitare credebat, inter multa sua documenta deprompsit. Id agentis hæc verba sunt, Qui dicit se, inquit, in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod vult, optionem ei damus, manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet vt Christus: Si autem temerarium est similitudinem virtutum domini polliceri, non manet in Christo, quia nõ ingreditur vt Christus. Ille peccatum non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum: ad quem venit princeps mundi istius & inuenit in eo nihil, qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eũ fecit deus. Nos autem iuxta Epistolam Iacob, multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec si vnus quidẽ diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet mundum se esse a peccatis? Tenemurque rei in similitudine prauaricationis Adam. Vnde & David, Ecce, inquit, in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Hæc non ideo commemoravi, quod dispu-

tatorum quorumlibet sententiis tanquam canonica auctoritate nitamur, sed vt appareat ab initio vsq; ad presens tempus quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud Ecclesiã fidem tanta constantia custoditum, vt ab eis qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda, quãtũ id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur. Cæterum in sanctis canonicis libris viget huius sententiæ clarissima & plenissima auctoritas, clamat Apostolus, Per vnus hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vnde nec illud liquide dici potest, quod peccatum Adæ etiam non peccantibus nocuit, cum scriptura dicat, in quo omnes peccauerunt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata, tanquam omnino ad paruulos non pertineant, siquidem in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa insita, in qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille vnus fuerunt, sed dicuntur aliena, quia nondũ ipsi agebant vitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine, vita vnus hominis continebat. Nulla, inquit, ratione conceditur, vt deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. Remittit, sed spiritu regeneratis, non carne generatis. Imputat vero nõ iam aliena, sed propria: Aliena quippe erant quãdo hi qui ea propagine portare non dormerant: nunc vero carnali generatione iam eorum sunt quibus nõdũ spiritali regeneratione dimissa sunt. Sed si baptizamus, inquit, mundat antiquum illud delictũ, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debet hoc carere peccato: Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Ecce vnde plerunq; cõualefcit error, cum homines idonei sunt his rebus interrogandis, quibus intelligendis nõ sunt idonei. Cui enim auditori, vel quibus explicem verbis, quomodo mortalia vitiosa primordia non obsint eis, qui aliis primordiis immortalibus inchoati sunt, & tamen obsint eis quos iidem ipsi, quibus iam non obsint, ex eisdem vitiosis primordiis generauerint, quomodo id intelligat homo cuius tardiusculam mentem impedit & suæ sententiæ præiudicium, & perniciosa grauisime vinculum? Veruntamen si aduersus eos mihi esset causa ista suscepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent, aut superfluo baptizari contenderent, dicentes eos ex fidelibus natos, parentũ meritum necessario cõsequi, tunc deberem ad hanc opinionem conuincendam laboriosius fortassis & operosius excitari. Tunc si mihi apud obtusos & contentiosos propter rerum naturæ obscuritatem difficultas refellendi falsa, & persuadendi vera resisteret, ad hæc forte quæ in vsu atque in promptu essent exempla confugerem, vicissimq; interrogare, vt quia eos moueret, quomodo peccatũ quod mundatur per baptismum, maneat in eis quos genuerint baptizati, ipsi explicarent, quomodo præputium quod per circuncisionem aufertur, maneat in eis quos genuerint circuncisi, quomodo etiam palea quæ opere humano tanta diligentia separatur, maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur. His & talibus forsitan vtiq; conarer exemplis persuadere hominibus, qui mundationis sacramenta superfluo filiis mundatorum crederent adhiberi, quãtũ recto cõsilio baptizatorum paruuli baptizentur, quãquam fieri possit vt homini habenti vtrunq; semen, & mortis in carne, & immortalitatis in spiritu, non obsit regenerato per spiritum, quod obest eius filio generato per carnem, sicut in isto remissione mundatum, quod sit etiam in illo si-

Interrogant multi quæ E ipsi non possunt explicare. Cap. VIII.

Tomus septimus. v iij

Exarsit aduersus hanc pestilentiam, quam etiam literarum secularium authores grauer arguerunt exclamantes, Falsò queritur de natura sua genus humanū. Hanc etiam profus iste sententiam quātis potuit ingenij viribus aggerauit. Veruntamen timco ne illis potius suffragetur qui zelum dei habent, sed nō secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiā dei non sunt subiecti. Quæ sit autem iustitia dei de qua hic loquitur, consequenter aperit adiungens, Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hanc itaque iustitiam dei, non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam vtiliter legis velut pædagogi timor ducit, constitutam esse qui intelligit, ipse intelligit quare sit Christianus. Nam si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est: si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicumque autem non putantur pertinere ad hos omnes, qui peccauerunt & egent gloria dei, profecto nullam necessitatem habent vt Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: vnde non venit ille vocare iustos sed peccatores. Ac per hoc natura humani generis ex illius vnus præuaricatoris carne procreata, si potest sibi sufficere ad implendam legem, perficiendamque iustitiam, de præmio debet esse secura, hoc est, de vita æterna, etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non enim iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humanitatis Christi, quod manifestatum est in carne.

Quomodo enim crederent quod non audierunt: aut quomodo audirent sine prædicante? Fides enim ex auditu, sicut scriptum est, auditus autē per verbum Christi. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed antequam hoc inciperet fieri, antequam denique vsque ad fines totius orbis terræ prædicatio ipsa perueniat, quoniam non desunt adhuc vltimæ gentes, licet vt perhibetur, paucissimæ, quibus hoc nondum fuerit prædicatum, quid faciet humana natura, vel quid fecit, quæ vel ante non audierat hoc futurum, vel adhuc non comperit factum, nisi credendo in deum, qui fecit cælum & terram, à quo & se factam naturaliter sentit, & recte viuendo eius impleat voluntatem nulla fide passionis Christi, & resurrectionis imbuta? Quod si fieri potuit, aut potest, hoc & ego dico quod de lege dixit Apostolus, Ergo Christus gratis mortuus est. Si enim hoc ille dixit de lege, quæ accepit gens vna Iudæorum, quanto iustius dicitur de lege naturæ, quam accepit vniuersum genus humanum? Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira dei iustissima, hoc est vindicta, nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi. Natura quippe hominis primitus inculpata, & sine vllo vitio creata est. Natura vero ista hominis quæ vnusquisque ex Adam nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet in formatione, vita, sensibus, mente, à summo deo habet creatore & artifice suo: Vitium vero, quod ista naturalia bona cõtenebrat & infirmat, vt illuminatione & curatione opus habeat, non ab incul-

pabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura pœnalis ad vindictam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen eramus natura filij iræ sicut & cæteri, Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos & cum essemus mortui delictis, cõiuuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes nec etate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Vnde hi qui non per illam liberantur, siue quia audire nōdum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per atatem audire nō possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, nō acceperunt, iuste vtique damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in semetipsis, & egent gloria dei. Vniuersa igitur massa pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis supplicij redderet, nō iniuste proculdubio redderet. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Cuius misericordiæ, nisi illius qui Christum Iesum misit in mundum peccatores saluos facere, quos præciuit & prædestinauit & vocauit & iustificauit & glorificauit. Quis igitur vsque adeo dementissime insanat, vt non agat ineffabiles gratias misericordiæ quos voluit liberantis, qui recte nullo modo posset culpæ iustitiam vniuersos omnino damnantis? Hoc si secundum scripturam sapiamus, nō cogimur cōtra Christianam gratiam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanam neque in paruulis medico indigere quia sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam si velit posse sufficere. Acute quippe videntur hæc dici, sed in sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Non est ista desursum sapientia descēdens. Nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quorum fortissima & celerissima ingenia non in peruersum, sed in directum currere volumus, facere existi memur iniuriā. Quanto igitur zelo accēsus est libri huius quem misisti, conditor, aduersus eos qui peccatis suis patrociniū de naturæ humanæ infirmitate perquirunt, tanto & multo ardentiore zelo nos oportet accēdi, ne euacuatur crux Christi. Euacuatur autem, si aliquo modo præter illius sacramentum ad iustitiam vitamque æternam perueniri posse dicatur. Quod in libro isto agitur, nolo dicere absente, ne illum qui eum scripsit, ne Christianum quidem habendum iudicem, sed quod magis credo à nesciente, magnis sanè viribus, sed eas sanas volo, non quales phrenetici habere consueuerunt. Nam prius distinguit, aliud esse quærere an possit aliquid esse, quod ad solam possibilitatē pertinet: aliud, vtrumne sit. Hæc distinctionem veram esse nemo ambigit. consequens enim est, vt quod est, esse potuerit: non est autem cōsequens, vt quod esse potest, etiā sit. Quia enim dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit: quia vero ludam non suscitauit, nunquid dicendum est non potuit? Potuit ergo, sed noluit. Nam si voluisset, eadem etiam hoc potestate fecisset, quia & filius quos vult viuificat. Sed hac distinctione vera atque manifesta, quod tendat, & quid efficere conetur aduertite. Nos, inquit, de sola possibilitate tractamus, de qua nisi quid certum cōstiterit, trāsgredi ad aliud, grauissimum esse, atque extra ordinē ducimus.

A ducimus. Hoc versat multis modis & sermone diuturno, ne quis eum aliud, quàm de non peccandi possibilitate quærere existimet. Vnde inter multa quibus id agit, etiam hoc dicit, Idem iterum repeto, Ego dico posse esse hominem sine peccato: tu quid dicis? non posse esse hominem sine peccato? Neque ego dico, inquit, hominem esse sine peccato: neque tu dicis non esse hominem sine peccato. De posse & non posse, non de esse & non esse contendimus. Deinde nonnulla eorum quæ aduersus eos de scripturis proferrī solēt, ad istam quæstionem non pertinere, in qua quæritur, possit ne an nō possit homo esse sine peccato, ita commemorat, Nam nullus, inquit, mundus est à sordē: & non est homo qui non peccet: & non est iustus in terra: & non est qui faciat bonum: & cætera his similia, inquit, ad non esse, non ad non posse proficiunt. Huiusmodi enim exemplis ostenditur, quales homines quidā tempore aliquo fuerint, non quod aliud esse non potuerint, vnde & iure inueniuntur esse culpabiles. Nam si idcirco tales fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent. Videte quid dixerit. Ego autem dico, paruulum natum in eo loco vbi ei nō potuit per Christi baptismum subueniri, morte præuentum, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis exisse, quia esse aliud non potuit. Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiam domini regnum cœlorum. Sed non eum absoluit Apostolus qui ait, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Recte ergo ea damnatione, quæ per vniuersam massam currit, non admittitur in regnum cœlorum: quāuis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit. Sed non damnatur, inquiunt, quia in Adam peccasse omnes, non propter peccatum nascendi origine attractum, sed propter imitationem dictum est. Si ergo ideo dicitur Adam author omnium qui subsecuti sunt peccatorum, quia primus peccator in hominibus fuit, cur non potius Abel quàm Christus ponitur caput omnium iustorum, quia primus in hominibus iustus fuit? Sed de infante non loquor. Iuuenis vel senex in ea regione defunctus est, vbi non potuit Christi nomen audire, potuit fieri iustus per naturam & liberum arbitrium, an non potuit? Si potuisse dicunt, Ecce quod est, crucem Christi euacuare sine illa quenquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iustificari posse contendere, dicamus & hic, ergo Christus gratis mortuus est: hoc enim omnes possent, etiam si mortuus ille non esset: & si iniusti essent, quia vellent essent, non quia iusti esse non possent. Si autem sine Christi gratia iustificari omnino non potuit, etiam istum si audeat absoluat secundum verba sua: quia si idcirco talis fuit, quod aliud esse non potuit, culpa caruit. Sed obiicit sibi quasi ab alio dictum, & ait, Potest quidem esse, sed per gratiam dei, inquit. Deinde velut respondendo subiungit, Ago humanitati tuæ gratias, quod assertionē meam quam dudū oppugnabas, nō modo nō oppugnare, aut confiteri solum contentus non es, verum etiam non refugis comprobare. Nam dicere, potest quidem, sed per illud aut illud: quid aliud est, quàm non solum consentire quod possit esse, verum etiam quomodo vel qualiter possit, ostendere? Nullus itaque magis alicuius rei possibilitatem probat, quàm qui eius etiam qualitatem fatetur, quia neque absque re esse qualitas potest. His dictis iterū sibi obiicit. Sed tu, inquit, hoc in loco dei gratiam, quando quidem eam non commemoras,

videris abnuere. Deinde respondet, Ego ne abnuo, qui dum rem confitendo confitear necesse est, & per quod res effici potest: an tu qui rem negando & quicquid illud est per quod res efficitur, proculdubio negas? Oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat: cuius obiectionem paulo ante proposuerat dicentis, Potest quidem esse, sed per gratiam dei. Quomodo ergo illam pro qua iste multū laborat possibilitatem negat, qui eam iam dicit, potest esse, sed per dei gratiam? Veruntamen quia isto dimisso qui rem iam cōfiteatur, agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato: quid ad nos? Contra quos vult agat, dum tamen hoc confiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia dei hominem sine peccato esse non posse. Dicit ergo, Siue per gratiam, siue per adiutorium, siue per misericordiam, & quicquid illud est per quod esse homo absque peccato potest, confiteatur quis rem ipsam fatetur. Fateor dilectioni vestræ cum ista legerem, lætitia repente perfusus sum, quod dei gratiam non negaret, per quam solam homo iustificari potest: hoc enim in disputationibus talium maxime detestor & horreo. Sed pergens legere cætera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere suspexitum. Ait enim: Nunc si dixerō, homo disputare potest, auis volare, lepus currere, & non etiam per quæ hæc effici possunt commemorauero, id est, linguam, alas, pedes, num ego officiorum qualitates negaui, qui officia ipsa confessus sum? Videtur certe hæc eum commemorasse, quæ natura valent, creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis, lingua, alæ, pedes: non tale aliquid posuit, quale de gratia intelligi volumus, sine qua homo non iustificatur, vbi de sanandis, non de instituendis naturis agit. Hinc iam ergo sollicitus cœpi legere cætera, & me non falsò comperi suspicatum. Quod priusquam veniam, videte quid dixerit, cum tractaret quæstionem de differentia peccatorum, & obiiceret sibi, quod quidam dicunt leuia quædam peccata ipsa multitudine, quod sæpe irruant non posse cuncta vitari, negauit debere argui ne leui quidem correptione, si vitari omnino non possunt. Scripturas vtique non aduertens noui testamenti, vbi dicimus hanc esse intentionem legis arguentis, vt propter illa quæ perperam sūt, confugiatur ad gratiam domini miserantis, velut pædagogus cōcludente in eadem fide, quæ postea reuelata est, vbi & remittantur quæ male fiunt, & eadem gratia iuuante non fiant. Proficientium est enim via, quāuis bene proficientes dicantur perfecti viatores. Illa est autem summa perfectio cui nihil addatur, cum id quod cōditur, cœperit possideri. Iam vero illud quod ei dicitur, Ipse tu sine peccato es: re vera non pertinet ad eam rem de qua vertitur quæstio. Sed quod dicit negligentia suæ potius imputari, quod non est sine peccato, bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare deū, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur. Quem rogabat quidam quando dicebat, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & nō dominetur mihi omnis iniquitas, ne dum suæ diligentia quasi propriis viribus fidit, neque hic ad veram iustitiam, neque illic, vbi sine dubio perfecta desideranda est & speranda, perueniat. Et illud quod ei à quibusdam dicitur, nusquam esse scriptū his omnino verbis, posse esse hominem sine peccato, facile refellit, quia non est ibi quæstio, quibus verbis dicatur quæque sententia. Non tamen fortasse sine causa, cum aliquoties in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela, non inuenitur qui sit dictus sine peccato,

Salustius 7
prologo In-
gurbini
belli.
Roma. 10.
Galat. 3.
Galat. 2.
Roma. 4.
Roma. 3.
Mat. 9.
Nec per le-
gem nec per
naturā in-
iustitia.
Cap. II.
1. Timo. 3.
Roma. 10.
Psal. 18.
Dissentit
Ambrosius
Galat. 2.
Natura cō-
dita & cor-
rupta.
Cap. II.
Eccles. 7.

Nemo in-
fuit exst.
Cap. III.
Roma. 3.
Cap. II.
Iusticie.
radama.
Cap. V.
Roma. 9.
1. Timo. 1.
Roma. 8.
Cap. VI.
Cap. VII.
Cap. VIII.
Cap. IX.
Cap. X.
Cap. XI.
Cap. XII.
Cap. XIII.
Cap. XIV.
Cap. XV.
Cap. XVI.
Cap. XVII.
Cap. XVIII.
Cap. XIX.
Cap. XX.

Cap. XI.
E
Cap. XII.
F
Ca. XIII.
Psal. 118.
Ca. XIII.
Sapient. 18.

G nisi vnus solus de quo aperte dictum est, Eum qui non nouerat peccatum. Et eo loco vbi de sacerdotibus agebatur, Etenim expertus est omnia secundum similitudinem absque peccato: in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quantum non esset caro peccati. Quam tamen similitudinem non haberet, nisi cætera omnis esset caro peccati. Iam illud quomodo accipiendum sit, Omnis qui natus est ex deo, non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ipso manet: cum ipse Apostolus Ioannes quasi non sit natus ex deo, aut eis loqueretur, qui nondum nati essent ex deo, aperte posuerit, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: in libris quos de hac re ad Marcellinum scripsi, sicut potui explicare curavi. Et illud quod dictum est, non potest peccare: pro eo dictum esse, ac si diceretur, non debet peccare: non improbanda mihi videtur huius assertio. Quis enim insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum, quia non debet fieri? Sanè quod Apostolus Iacobus ait, Linguam autem nullus hominum domare potest: non mihi videtur ita intelligendum, vt exponere voluit, quasi per exprobrationem dictum, tanquam diceretur, ergo ne linguam nullus hominum domare potest: tanquam obiurgans & dicens, Domare feras potestis, linguam non potestis: quasi facilius sit linguam domare, quam feras. Non puto quod iste sit sensus hoc loco. Si eni hoc sentire vellet de facilitate domandæ linguæ, cætera sequerentur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur, Inquietum malum, plena veneno mortifero, utique nocentiore, quam bestiarum est atque serpentum. Nam illud carnem interficit, hoc vero animam. Os enim quod mentitur, occidit animam. Non ergo quasi id esset facilius, quam mansuetudo bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronunciauit, aut ea voce voluit pronunciari, sed potius ostendens quantum sit in homine linguæ malum, vt à nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur & bestia. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur, sed vt ad domandam linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium. Nō enim ait, linguam nullus domare potest: sed nullus hominum: vt cum domatur, dei misericordia, dei adiutorio, dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur, poscat auxilium, & oret lingua, vt dometur lingua, domat illo qui dixit ad suos, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Itaque præcepto facere commoneamur, quod conantes & nostris viribus non valentes, adiutorio diuini precemur. Proinde & ipse cum exaggerasset linguæ malum inter hæc dicens, Non oportet fratres mei hæc ita fieri: continuo monuit, consummatis his quæ hinc dicebat, quo adiutorio ista non fierent, quæ dixit fieri non oportere, Quis enim sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis & cōtentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendēs, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordie & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Hæc est sapientia quæ linguam domat, desursum

descendens, non ab humano corde proficiens. An & istam quisquam abrogare audeat gratiæ dei, & eam superbissima vanitate ponit in hominis potestate? Cur ergo oratur vt accipiat, si ab homine est vt habeatur? An & huic orationi contradicatur, ne fiat iniuria libero arbitrio, quod sibi sufficit possibilitate nature ad implenda omnia præcepta iustitiæ? Contradicatur ergo eidem ipsi Apostolo Iacobo admonenti & dicenti, Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropert, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ad quam præcepta compellunt, vt lex imperet, & fides impetret. Per linguam enim quam nullus hominum domare potest, sed sapientia desursum descendens, in multis offendimus omnes. Non enim & hoc iste Apostolus alio modo pronunciauit, sicut illud quod ait, Linguam nullus hominum domare potest. Nec illud quisquam istis, pro impossibilitate non peccandi similiter obiecerit, quod dictum est, Sapientia carnis inimica est in deum, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam desursum descendentem, & in carne esse non eos qui nondum de corpore exierunt, sed eos qui secundum carnem viuunt, significat esse manifestum est. Non autem tibi est quæstio quæ versatur. Illud est quod expecto ab isto audire, si possim eos qui secundum spiritum viuunt, & ob hoc etiam hic adhuc viuentes iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia dei viuant secundum spiritum, an sibi sufficiat, iam data cum creantur possibilitate nature, & sua propria voluntate, cū plenitudo legis nō sit nisi charitas, & charitas dei diffusa sit in cordibus nostris nō per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis? Tractat etiam iste de peccatis ignorantia, & dicit hominem prauigilare debere ne ignoret: ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset, dum tamen omnia potius disputet quam vt oret & dicat, Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Aliud est enim non curasse scire, & quæ negligentia peccata etiam per sacrificia quædam legis videbantur expiari. Aliud intelligere velle, nec posse, & facere contra legem, non intelligendo quid fieri velit. Vnde admonemur à deo petere sapientiam, M qui dat omnibus affluenter, utique his omnibus qui sic petunt, & tantum petunt quo modo & quantum res tanta petenda est. Diuinitus tamen esse expianda peccata commissa, & pro eis dominum exorandum esse fatetur, propter veniam scilicet promerendam, quia id quod factum est, facere infectum multum ab illo laudata potentia nature & voluntas hominis etiam ipso fatente non potest: quare hac necessitate restat vt oret ignoscit: vt autem adiuetur ne peccet, nusquam dixit, non hic legi. Mirum de hac re omnino silentium, cum oratio dominica vtrunque petendum esse commoneat, & vt dimittantur nobis debita nostra, & vt non inferamur in tentationem nobis: illud vt præterita peccata, hoc vt futura vitentur. Quod licet non fiat nisi voluntas assit, tamen vt fiat voluntas sola non sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec impudēs domino immolatur oratio. Nam quid stultius, quam orare vt facias quod in potestate habeas? Iam nunc videte quod ad rem maxime pertinet, quomodo humanam naturam tanquam omnino sine vilo vitio sit, conetur ostendere, & contra apertissimas scripturas dei luætur sapientia verbi, qua

A qua euacuetur crux Christi. Sed planè illa non euacuetur, ista potius sapientia subuertetur. Nam cum hoc ostenderimus, aderit fortasse misericordia dei, vt & ipsum hæc dixisse poeniteat. Primo, inquit, de eo disputatum est, quod per peccatum debilitata dicitur & immutata natura. Vnde ante omnia querendum puto, inquit, quid sit peccatum, substantia aliqua, an omnino substantia carens nomen, quo nō res, non existentia, non corpus aliquod, sed perperâ facti actus exprimitur. Deinde adiungit, Credo ita est. Et si ita est, inquit, quomodo potuit humanam debilitare vel mutare naturam, quod substantia caret? Videte quæso quomodo nesciens natus euertere medicinalium eloquiorum voces saluberrimas. Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Quid sanatur si nihil est vulneratum, nihil sauciatur, nihil debilitatum atque vitiatum? Porro si est quod sanatur, vnde vitiatum est? Audis confidentem, quid desideras disputantem? Sana, inquit, animam meam. Ab illo quare vnde vitiatum sit quod sanari rogat, & audi quod sequitur, Quoniam peccaui tibi. Hunc iste interroget, ab isto querat quod querendum putat, & dicat, O tu qui clamas, sana animam meam quoniam peccaui tibi: quid est peccatum? Substantia aliqua, an omnino substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed tantum perperam facti actus exprimitur? Respondet ille, ita est vt dicis, Nō est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. Et contra iste, Quid ergo clamas, Sana animam meam quoniam peccaui tibi? Quomodo potuit vitare animam tuam, quod substantia caret? Nonne ille merore confectus vulneris sui, ne disputatio ab oratione auerteretur, breuiter respondere & diceret, Recede à me obsecro: cū illo potius disputa si potes, qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores: vbi iustos vtique sanos, peccatores autem appellauit ægrotos. Cernitis ne quod tendat, & quod manus porrigat hæc disputatio, vt omnino frustra dictum putetur, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum? Quomodo enim saluum faciet, vbi nulla est ægrotatio? Peccata quippe, à quibus dicit Euangelium saluum faciendum populum Christi, substantiæ non sunt, & secundum istum vitare non possunt. O frater, bonum est vt memineris te esse Christianum. Credere ista fortasse sufficeret, sed tamen quia disputare vis, nec obest, imò etiam prodest, si firmissima præcedat fides, nec existimemus peccato naturam humanam non posse vitari, sed diuinis credentes scripturis peccato eam esse vitiatam, quomodo id fieri potuerit inquiramus, quoniam peccatum iam didicimus non esse substantiam. Nonne attenditur, vt alia omitam, etiam non manducare, non esse substantiam? A substantia quippe receditur, quoniam cibus substantia est. Sed abstinere à cibo non est substantia, & tamen substantia corporis si omnino abstinetur à cibo, ita languescit, ita valetudinis inæqualitate corrumpitur, ita exhauritur viribus, ita lassitudine debilitatur & frangitur, vt si aliquo modo perduret in vita, vix possit ad eum cibum reuocari vnde abstinendo vitata est. Sic nō est substantia peccatum, sed substantia est deus, summaque substantia, & solus verus rationalis creaturae cibus, à quo per inobedientiam recedendo, & per infirmitatem non valendo capere quod debuit & gaudere, audis quæadmodum dicat, Percussus sum sicut foenum, & aruit cor meum, quoniam oblitus sum comedere panem meum.

Attendite autem quomodo adhuc se vrgeat veritatem. Dominus Iesus dicit, qui propterea Iesus vocatur, quia ipse saluum facit populum suum à peccatis eorum. Dicit ergo dominus Iesus, Nō est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Vnde dicit & Apostolus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et iste contra fidelem sermonem & omni acceptione dignum, dicit nō debuisse hanc ægrotudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista pœna peccati, vt committerentur plura peccata. Quaritur ergo paruulis tantus medicus opitulatur. Et iste dicit, Quid quaritis? Sani sunt propter quos medicus quaritis. Nec ipse primus homo ideo morte damnatus est, nam postea non peccaui, quasi aliquid postea de perfectione iustitiæ eius audierit, nisi quod commendat Ecclesia & ipsum domini Christi misericordia liberatum. Eius quoque posteros iste dicit non solum illo non esse infirmiores, sed etiam plura impleuisse præcepta, cū ille vnum implere neglexerit. Quos posteros videt ita nasci, quomodo certe iste factus non est, non solum præcepti incapaces, quod omnino nō sentiunt, sed vix capaces papillæ cum esuriunt, eos tamen in matris Ecclesiæ gremio cum saluos gratia sua facere velit, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum, contradicunt homines, & quasi creaturam, quæ per illum condita est, melius illo inspicere nouerint, voce non sana sanos esse pronunciant. Materiam peccati dicit esse vindictam, si ad hoc peccator infirmatus est, vt & pœna plura peccaret. Nec cogitat præuaricatoris legis, quam digne lux deserat veritatis: qua desertus utique fit cæcus, & plus necesse est offendat, & cadendo vexetur, vexatūque non surgat, vt ideo tantum audiat vocem legis, quod admonetur implorare gratiam saluatoris. An nulla pœna est eorum de quibus dicit Apostolus, Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum? Vtique ista obscuratio, vindicta & pœna iam fuit: & tamen per hanc pœnam, id est, per cordis cæcitatem, quæ sit deserente luce sapientiæ, in plura & grauiora peccata lapsi sunt. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Grauis hæc pœna est, si quis intelligat, & ex hac pœna vide quod ierunt. Et immutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt, & quadrupedum, & serpentium. Ista fecerunt ex peccati pœna, qua obscuratum est insipiens cor eorum. Et propter hæc tamen, quia licet pœnalia etiam ipsa peccata sunt, adiungit & dicit, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis illorum in immunditiam. Ecce quemadmodum deus grauius condemnauit, tradens illos in desideria cordis illorum in immunditiam. Videte etiam ex hac pœna quid faciant, Vt contumelias, inquit, afficiant corpora sua in semetipsis. Et quia pœna est ista iniquitatis, cum sit & iniquitas, euidentius commendat dicens, Qui transmutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula, amen. Propter hoc, inquit, tradidit deus illos in passionem ignominie. Ecce quoties vindicat deus, & ex eadem vindicta plura & grauiora peccata consurgunt. Nam foemina eorum, inquit, mutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam: similiter autem & masculi relicto natu-

G rali vsu fœminæ, exarserunt in appetitum suum in in-
 picem, masculi in masculos deformitatem operantes.
 Atque vt ostenderet sic esse ista peccata, vt etiam pœnæ
 sint peccatorum, etiam his adiunxit, Et mercedem mu-
 tuam, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipien-
 tes. Videte quoties vindicet, eadēque vñdicta quæ
 pariat pullulētq; peccata, adhuc attendite, Et sicut non
 probauerunt, inquit, deum habere in notitia, tradidit
 illos deus in reprobam mentem, vt faciant quæ non
 conueniunt, repletos omni iniquitate, cum circūuentio-
 ne, malitia, auaritia, plenos inuidia, homicidio, con-
 tentione, dolo, malignitate, furriones, detractores, deo
 odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuētores ma-
 iorum, parentibus non obediētes, insipientes, incom-
 positos, sine affectu, sine misericordia. Hic nunc iste di-
 cat, non debuit sic vindicari peccatum, vt peccator per
 vñdictam plura committeret. Fortasse respondeat,
 deum ad ista non cogere, sed dignos deserere tantum de-
 serere. Si hoc dicit, verissime dicit, deserui quippe vt di-
 xit luce iustitiæ, & per hoc contenebrati quid pariant
 aliud, quàm hæc omnia, quæ cōmemorauī opera tene-
 brarum, donec dicatur eis, si dicto obaudiāt, Surge qui
 dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus?
 Mortuos veritas dicit, vnde est & illud, Sine mortuos
 sepelire mortuos suos. Mortuos ergo veritas dicit, quos
 iste dicit ladi & vitari non potuisse peccato, quia vi-
 delicet didicit peccatum non esse substantiam. Nemo
 ei dicit sic hominem factum, vt de iustitia quidem pos-
 set in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam redire
 non posset, sed vt in peccatum iret, sufficit ei liberum
 arbitrium, quo seipse vitauit: vt autem redeat ad iusti-
 tiam, opus habet medico, quoniam sanus non est: opus
 habet viuificatore, quia mortuus est. De qua gratia om-
 nino nihil iste dicit, quā sola sua voluntate se possit sa-
 nare, quia eum potuit sola vitare. Non enim dicimus
 mortem corporis ad peccatū valere, vbi sola vñdicta
 est. Nemo autem peccat corpore moriendo, sed ad pec-
 carum valet mors animæ, quā deseruit vita sua, hoc est,
 deus eius, quæ necesse est mortua opera faciat, donec
 Christi gratia reuiuifcat. Famē & sitim & cæteras mo-
 lestias corporales absit vt dicamus necessitatem habe-
 re peccandi, quibus molestis exercitata vita iustorum
 splendidius enituit, & eas per patientiam superādo ma-
 iorem gloriam comparauit, sed adiuta gratia dei, adiu-
 ta spiritu dei, adiuta misericordia dei, non superba vo-
 luntate se extollēs, sed humili confessione fortitudinē
 promerens. Nouerat enim deo dicere, Quoniam tu es
 patientia mea. De qua gratia & adiutorio & misericor-
 dia, sine qua bene nō possumus viuere, nescio quare iste
 omnino nihil dicit, imō etiam velut sibi ad iustitiam
 sufficientem si voluntas sua assit, defendēdo naturam,
 gratiæ Christi qua iustificamur, apertissimè cōtradicit.
 Cur autem soluto per gratiam peccati reatu ad exerci-
 tationem fidei mors corporis maneat, quanuis venerit
 de peccato, iā & hoc in illis ad sanctæ memoriæ Mar-
 cellinum libris vt valui disserui. Quod vero domi-
 num dicit sine peccato mori potuisse: illi etiā nasci, po-
 testas misericordiæ nō conditio naturæ fuit. Sic etiam
 mortuus est potestate, & hoc est precium nostrum, quo
 nos à morte redimeret. Et hoc istorum disputatio eua-
 cuare contendit, cum ab eis ita natura humana defen-
 ditur, vt possit liberum arbitrium isto precio nō egere,
 vt à potestate tenebrarum & præpositi mortis in regnū
 Christi domini transferantur. Et tamen quando domi-
 nus ad passionē perrexit, Ecce, inquit, veniet princeps

huius mundi, & in me nihil inueniet: & vtiq; nihil pec-
 cati, vnde præpositus mortis iure suo ageret, vt perime-
 ret. Sed vt sciant omnes, inquit, quia voluntatem patris
 mei facio, surgite eamus hinc: id est, quia non morior
 necessitate peccati, sed obediētiæ voluntate. Dicit nul-
 lum malum boni alicuius esse causam, quāsi pœna bo-
 num sit, quā tamē multi emendati sunt. Sunt ergo ma-
 la quæ profunt mirabili misericordia dei. Nunquid ille
 boni aliquid passus est, qui dixit, Auertisti faciem tuam
 à me, & factus sum conturbatus? Non vtiq; & tamen
 hæc ei conturbatio contra superbiam fuit medicinalis
 quodāmodo. Dixerat enim in abundantia sua, nō mou-
 ebor in æternum: & sibi tribuebat quod à domino ha-
 bebat. Quid enim habebat quod non acceperat? Quare
 ostendendum ei fuerat vnde haberet vt reciperet hu-
 milis, quod superbus amiserat. Ideo, domine, inquit, in
 voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. In qua
 ego abundantia mea dicebam, non mouebor, cum hoc
 mihi esset abste, non à me: Denique auertisti faciem
 tuam & factus sum turbatus. Hoc superbus animus
 omnino non sapit, sed magnus est dominus, qui per-
 suadeat quomodo ipse nouit. Nam procliuiores sumus
 querere potius quid contra ea respondeamus, quæ no-
 stro obiciuntur errori, quàm intendere quàm sint sa-
 lubria, vt careamus errore. Vnde cum istis nō tam dis-
 putationibus, quàm pro eis sicut pro nobis orationibus
 est agendum. Non enim hoc eis dicimus quod sibi iste
 opposuit, vt esset causa misericordiæ dei necessarium
 fuisse peccatum. Vtinam nō fuisset miseria, ne ista esset
 misericordia necessaria. Sed iniquitatem peccati tan-
 to grauiorem, quāto facilius homo nō peccaret, quem
 nulla adhuc tenebat infirmitas, pœna iustissima subse-
 cuta est, vt mercedem mutuam peccati sui in semetip-
 so reciperet, amittens sub se positam sui corporis quo-
 dammodo obediētiā, quam præcipuam sub domi-
 no suo ipse cōtempserat. Et quod nunc cum eadem lege
 peccati nascimur, quæ in membris nostris repugnat
 legi mentis, neque aduersus deum murmurare, neque
 contra rem manifestissimam disputare, sed pro pœna
 nostra illius misericordiam querere & orare debem?
 Attendite sanè vigilanter quomodo dixerit, Adhi-
 bet quidem huic etiam parti, si quando necessarium
 fuerit, misericordiam suam deus, quia homini post pec-
 catum ita subueniri necessum est, nō quia deus causam
 huiuscemodi necessitatis optauerit. Videtisne quem-
 admodum non dicat necessariam misericordiam dei
 vt non peccemus, sed quia peccauimus? Deinde subiu-
 git, Sed & medicus ad curandum iam vulneratum pa-
 ratus esse debet, non debet autem vt sanus vulneretur
 optare. Si ista similitudo rebus de quibus agimus con-
 gruit, certè vulnerari non potest natura humana pec-
 cato, quoniam peccatum nulla substātia est. Sicut ergo
 vulnerē, verbi gratia, claudicans ideo curatur, vt sana-
 to malo præterito, futurus dirigatur incessus: sic mala
 nostra non ad hoc solum supernus medicus sanat, vt
 illa iam non sint, sed vt de cætero rectè ambulare possi-
 mus, quod quidē etiam sani non nisi illo adiuuante po-
 terimus. Nam medicus homo cum sanauerit hominē,
 iam de cætero sustētandum elementis & alimētis cor-
 poralibus, vt eadem sanitas apto subsidio conualescat
 atque persistat, deo dimittit, qui præbet ista in carne vi-
 uentibus, cuius erant etiam illa, quæ dum curaret, adhi-
 bebat. Non enim quenquam medicus ex his rebus quas
 ipse creauerit sanat; sed ex illius operibus, qui creat
 omnia necessaria sanis atque vitiosis. Ipse autem deus

A cum per mediatorē dei & hominum, hominem le-
 sum Christum spiritualiter sanat agrū vel viuificat mor-
 tuum, id est, iustificat impium, & cum ad perfectam sa-
 nitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiāque per-
 duxerit, non deserit si non deseratur, vt pie semper ius-
 tæque viuatur. Sicut enim oculus corporis etiā plenissi-
 mus sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cerne-
 re: sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi æter-
 na luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè nō potest vi-
 uere. Sanat ergo deus, nō solum vt deleat quod pecca-
 uimus, sed vt præstet etiam ne peccemus. Acute sa-
 nē tractat & versat, & quantum sibi videtur redarguit
 atque conuincit quod eis dicitur, etiam necessarium
 fuisse homini ad auferēdam superbiam vel gloriæ occa-
 sionem, vt absque peccato esse non posset. Absurdissi-
 mum quippe & stultissimum putat peccatum fuisse ne
 peccatum esset, quoniam & ipsa superbia vtiq; pecca-
 tum est, quāsi non & vlcus in dolore sit, & scētio dolo-
 rem operetur, vt dolor dolore tollatur. Hoc si experi-
 ti non essemus, & in aliquibus terris vbi ista nunquam
 contigerant, audiremus, sine dubio vtiq; deridentes
 fortassis etiam verbis huius vtremur & dicerem? Abs-
 surdissimum est dolorem necessarium fuisse, ne vlce-
 ris dolor esset. Sed deus, inquit, potest omnia sanare.
 Hoc vtiq; agit vt sanet omnia, sed agit iudicio suo,
 nec ordinem sanandi accipit ab ægroto. Proculdubio
 quippe firmisimum Apostolum volebat efficere, cui ta-
 men dixit, Virtus in infirmitate perficitur: & non ei to-
 ties oranti aufert nescio quem stimulum carnis, quem
 sibi dicit datum, ne magnitudine reuelationum extol-
 leretur. Cætera enim vitia tātum in malefactis valent,
 sola autem superbia etiam in rectè factis cauenda est.
 Vnde admonentur illi, ne dona dei suę potestati tribu-
 endo se seque extollendo grauius creāt, quāsi si nil ope-
 rantur boni: quibus dicitur, Cum timore & tremore
 vestram ipsorum salutē operamini, Deus enim est qui
 operatur in vobis & velle & operari pro bona volūta-
 te. Quare ergo cum timore & tremore, & non potius
 cum securitate, si deus operatur, nisi quia propter volū-
 tatem nostrā sine qua bene non possumus operari, cito
 potest subrepere animo humano, vt quod bene opera-
 tur, suum tantummodo existimet, & dicat in abundan-
 tia sua, nō mouebor in æternum? Ideo qui in voluntate
 sua præstiterat decori eius virtutē, auertit paululum fa-
 ciem suam, vt qui hoc dixerat fieret conturbatus, quo-
 niam ipse est ille tumor sanandus doloribus. Non
 itaq; dicitur homini, Necessè est peccare ne pecces: sed
 dicitur homini, deserit aliquantum deus, vnde super-
 bis, vt scias nō tuum, sed eius esse, & discas superbus nō
 esse. Nam illud etiam Apostoli quale est, nōne ita mi-
 rabile, vt nisi quia ipse dicit, cui vera dicenti contradi-
 cere nefas est, non sit credibile? Quis enim nesciat fi-
 delium, à satana venisse primam peccati suasionem, &
 quod ille primus author sit omnium peccatorum? Et ta-
 men quidam tradūt satana vt discant non blasphemare.
 Quomodo igitur opus satana excluditur opere
 satana? Hæc atque huiusmodi intueatur, ne videantur
 ei inimis acuta, quæ acutule sonāt, & discussa inueniuntur
 obtusa. Quid quod etiā similitudines adhibet qui-
 bus magis admoneat quid ei debeat responderi? Quid
 amplius dicat, inquit, nisi quia potest credi quod ignes
 ignibus extinguantur, sic credi potest quod peccatis
 peccata curentur? Quid si ignes extinguere quisquam
 non potest ignibus, sed tamen possunt, vt docui, dolo-
 res curari doloribus, possunt etiam si quarat & discat

venenis venena depelli? Nam si & aduertit aliquando D
 calores februm quibusdam caloribus medicinalibus
 frangi, etiam ignes ignibus fortasse concedet extingui.
 Quoniam modo, inquit, superbiam ipsam à peccato
 separabimus? Quid enim hoc vrget, cum manifestum
 sit etiam ipsam esse peccatum? Tam peccare, inquit, su-
 perbia est, quàm superbire peccare. Nam quare quid
 sit quodcumque peccatum, & vide si inuenies aliquid
 sine superbiæ appellatione peccatum. Hanc autem sen-
 tētiā sic exequitur, & sic probare conatur. Omne, in-
 quit, peccatum, nisi fallor, dei cōtemptus est: & omnis
 dei cōtemptus superbia est. Quid enim tam superbum,
 quàm deum contemnere? Omne ergo peccatum & su-
 perbia est, etiam scriptura dicente, Initium omnis pec-
 cati superbia est. Quarat diligenter, & inueniet in lege
 multum discretum esse à cæteris peccatis, peccatum su-
 perbiæ. Multa enim peccata per superbiam commit-
 tuntur, sed neque omnia superbe fiunt, quæ perperam
 sunt, certè à nescientibus, certè ab infirmis, certè ple-
 runque à stentibus & gementibus. Et quidem superbia
 cum magnum sit ipsa peccatum, ita sine aliis per se ipsa
 est, vt etiam plerunq; vt dixi, non in peccatis, sed in
 ipsis rectè factis pede celeriore superueniat & frepat. E
 Sed ideo verissime dictum est, quod iste aliter intellexit,
 Initium omnis peccati superbia: quoniam diabo-
 lum à quo extitit origo peccati, ipsa deiecit, & subse-
 quente inuidentiā, hominem stantem vnde ipse cecidit,
 inde subuertit. Nam vtiq; iactantiā ianuam quā
 intraret serpens ille quasuit, quādo ait, Eritis sicut dii.
 Ideo dictum est, Initium omnis peccati superbia, & ini-
 tium superbiæ hominis apostatare à deo. Quid au-
 tem sibi vult quod dicit, Deinde quomodo deo pro il-
 lius peccati reatu subditus esse poterit, quod suum non
 esse cognouerit? Suum enim non est, inquit, si necessa-
 rium est. Aut si suum est, voluntarium est: & si volunta-
 rium est, vitari potest. Nos respondemus, suum est om-
 nino, sed vitium quo committitur, nondum omni ex
 parte sanatum est, quod quidem vt inolefceret de non
 recte vsa sanitate descendit. Ex quo vitio iam male va-
 lens, vel infirmitate, vel cæcitate, plura committit. Pro
 quo supplicādū est vt sanetur, & deinceps in perpetua
 sanitate viuatur, non superbiēdum, quali homo eadem
 potestate sanetur, qua potestate vitatus est. Et hæc
 quidem ita dixerimus, vt altius dei consiliū me fatear
 ignorare. Cur etiam ipsam superbiam, quæ & in rectè fa-
 ctis animo insidiatur humano, nō cito deus sanet, pro
 qua sananda illi piæ animæ cum lachrymis & magnis
 gemitibus supplicant, vt ad eam superandam & quodā
 modo calcandam & obterendam, dexteram conanti-
 bus porrigat. Vbi enim lætatus homo fuerit in aliquo
 bono opere, se etiam superasse superbiam ex ipsa latitiā
 caput erigit & dicit, Ecce ego viuo, quid triumphas? &
 ideo viuo, quia triumphas: ante tempus enim fortasse
 de illa quasi victa triumphare delectat, cū extrema eius
 vmbra illo meridie, quantū arbitror, absorbebitur. Qui
 merides scriptura dicente promittitur, Et educet sicut
 lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut meri-
 diem: si fiat quod supra scriptum est, Reuēla domino
 viam tuam & spera in eo, & ipse faciet: non sicut quidā
 putant quod ipsi faciant. Nullos enim videtur at-
 tendisse cum dixit, & ipse faciet: nisi eos qui dicunt nos
 facimus, id est, nos ipsi nos ipsos iustificamus. Vbi quidē
 operamur & nos, sed illo operāte cooperamur, quia mi-
 sericordia eius præuenit nos. Præuenit autem vt sane-
 mur, quia & subsequetur vt etiam sanati vegetemur,

Ca. xxij.

Ephe. 5.

Mat. 8.

Psal. 70.

Libert. ar-
bitrii sibi
nō sufficit.
Ca. xxxij.

Ioan. 14.

Psal. 29.

Cor. 4.

Psal. 29.

Vbi mis-
ericordi-
am quæ
misericor-
dia. Cap.
xxxv.

L.

Rom. 7.

Etia in his
ca. 18. p. 17.

gratia.

Cap. xxxv.

M.

Cor. 13.

Psal. 36.

Ca. xxxij.

Psal. 36.

Psal. 38.

Psal. 38.

cum

Gpturis sanctis agebam. O utinam non dicat aliud quam in illius literis legi: verum contra id quod legit, nihil vellet astruere, fideliter & obediēter audiret quod scriptum est, Per vnum hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: & non infirmaret tanti medici gratiam, dum fateri non vult naturam humanam esse vitiatam. O utinam sicut Christianus legeret, prater Iesum Christum nullum esse nomen sub cælo, in quo oporteat saluos fieri nos, & nō possibilitatem naturæ humanæ ita defenderet, vt homo per liberum arbitrium etiam sine isto nomine saluus esse posse credatur. Sed putat fortasse ideo necessarium esse Christi nomen, vt per eius Euangelium discamus quæ admodum viuere debeamus, non etiam vt eius adiueatur gratia qua bene viuamus, vel hinc saltem cōfiteatur esse miserabiles tenebras in animo humano, qui scit quemadmodum debeat leonem domare, & nescit quæ admodum viuere. An & hoc vt sciat sufficit ei liberum arbitrium lexq; naturalis? Hæc est sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Sed qui dixit, Perdam sapientiā sapientum, quia ista crux nō potest euacuari, profecto istam sapientiam per stultitiam prædicationis qua credentes sanantur euerit. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoscendum quomodo viuere debeat, & ad bene viuendū sufficit tibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. Cur non etiam ego hic exclamem, imō exclamabo, & istis increpabo dolore Christiano, Euacuati estis à Christo, qui in natura iustificamini, à gratia excidistis: ignorantes enim dei iustitiam, & vestra volentes constituere, iustitiam dei nō estis subiecti. Sicut enim finis legis, ita etiā naturæ humanæ vitiosæ saluator Christus est, ad iustitiam omni credenti. Quod autem sibi opposuit ab eis dici contra quos loquitur, Omnes enim peccauerunt: manifestum est quod de his dicebat Apostolus qui tunc erant, hoc est, de Iudæis & gentib⁹. Sed planè illud quod commemorauit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: & antiquos & recētiore, & nos & posteros nostros sententia ista complectitur. Ponit etiam illud testimonium vnde probet cum dicitur omnes, nō semper omnes omnino nullo prætermissio intelligi oportere. Sicut per vnus, inquit, delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificatione vitæ. Cū per Christi, inquit, iustitiam, non omnes, sed eos tantum qui illi obedire voluerunt, & baptismi eius ablutione purgati sunt, sanctificatos esse non dubium sit, non planè isto testimonio probat quod vult. Nam sicut dictum est, Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, vt nullus prætermittetur, sic & in eo quod dictum est per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ, nullus prætermittitur, nō quia omnes in eum credunt & baptismi eius abluuntur, sed quia nemo iustificatur nisi in eum credat, & baptismi eius abluatur. Itaq; omnes dictum est, ne aliquo modo alio præter ipsum quisquā saluus fieri posse credatur. Sicut enim vno literarum magistro in ciuitate cōstituto, restissime dicimus, omnes iste hic literas docet: non quia omnes eius literas discunt, sed quia nemo discit nisi quæ ille docuerit: sic nemo iustificatur nisi quem iustificauerit Christus. Sed esto, inquit, cōsentiam, quia omnes peccatores fuisse testatur, Dicit enim quid fuerint,

non quod aliud esse non potuerint. Quamobrem & si omnes homines peccatores, iquit, possent probari, definitioni tamen nostræ nequaquam id obesset, qui non tam quid homines sint, quam quid possint esse defendimus. Hic recte facit aliquando consentire, quia non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens. Nō tamē ibi esse quæstionem, sed in ipsa non peccandi possibilitate contendit, in qua nec nos aduersus eum certare opus est. Nam neque illud nimis curo, vtrum fuerint hic aliqui vel sint, vel esse possint, qui perfectam, cui nihil addendū esset, habuerint, vel habeant, vel habituri sint charitatem dei: ipsa est enim verissima, plenissima, perfectissimaq; iustitia, quoniam id quod volūate hominis adiuta per dei gratiam fieri posse cōfiteor & defendo, quando vel vbi, vel in quo fiat, nimum certare non debeat. Neque de ipsa possibilitate contendo, cum sanata & adiuta hominis voluntate, possibilitas ipsa simul cum effectu in sanctis proueniat, dum charitas dei quantum plenissime natura nostra sana atque purgata capere potest, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Meli⁹ itaque dei causa agitur, quam se iste agendo dicit defendere naturam, cum & creator & saluator agnoscitur, quā cū defensa velut sana viribusq; integris creatura, opitulatio saluatoris inanitur. Verum est autem quod ait, quod deus tam bonus quā iustus talem hominem fecerit, cui peccati malo carere sufficeret, sed si voluisset. Quis enim eum nescit sanum & inculpabilem factum, & libero arbitrio atque ad iuste viuendum potestate libera constitutum? Sed nunc de illo agitur, quem semiuuim larones in via reliquerunt, qui grauius sancius cōfossusque vulneribus, non ita potest ad iustitiæ culmen ascendere, sicut potuit inde descendere. Qui etiam si iam in stabulo est, adhuc curatur. Non igitur deus impossibilia iubet, sed iubēdo admonet & facere quod possis, & petere quod nō possis. Iam nunc videamus vnde possit, vnde nō possit. Iste dicit, voluntate nō est, quod natura potest. Ego dico, voluntate quidem non est homo iustus si natura potest, sed medicina poterit quod vitio nō potest. Quid ergo iam opus est in pluribus immorari: veniamus interius ad causam, quā in hac dūtaxat quæstione vel solā vel penè solam cum istis habemus. Sicut enim ipse dicit ad quod nunc agit nō pertinere vt quærat vtrū fuerit vel sint aliqui homines in hac vita sine peccato, sed vtrū esse poterit siue possit: ita ego etiam si fuisse vel esse consentiam, nullo modo tamen potuisse vel posse confirmo, nisi iustificatos gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum & hūc crucifixum. Ea quippe fides iustos sanauit antiquos, quæ sanat & nos, id est, mediatoris dei & hominum hominis Iesu Christi, fides sanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis & resurrectionis eius. Habentes ergo eundē spiritum fidei & nos credimus, propter quod & loquimur. Iste vero obiecta sibi quæstione, in qua reuera intolerabilis videtur cordibus Christianis, quid respondeat attendamus. Ait enī, Sed hoc est quod multos mouet, inquit, qd nō per dei gratiam homines sine peccato esse posse defendis. Prorsus hoc est quod mouet, hoc est quod obicitur. Rē ipsam dicit, hoc omnino egerime sustinem⁹ hinc à Christianis talia disputari: ea quæ in alios & in ipsos habemus dilectione, nō ferimus. Audiam⁹ igit quomodo se ab obiectiōe quæstionis hui⁹ expediat. O ignoratiōe cecitas, inquit, dī imperitiæ metis ignauia, quæ id sine dei gratia defendari existimat, qd deo tantū audiat debere reputari. Si nescirem⁹ quæ sequantur,

Ah tantummodo auditis, falsa nos de illis iactante fama, & quibusdam fratribus idoneis testibus asseuerantibus credidisse putaremus. Quid enim dici breui⁹ poterit & verius, quam possibilitatem non peccandi quantumque est vel erit in homine, non nisi deo debere reputari? Hoc & nos dicimus, iungamus dexteras.

An audienda sunt cætera? Audienda planè, & corrigenda vtrique vel cauenda. Nam cum dicitur, inquit, ipsum posse, arbitrij humani omnino non esse, sed auctoris naturæ, dei scilicet: & qui fieri potest vt absq; dei gratia intelligatur quod ad deum proprie pertinere cœtur? Iam cœpit apparere quid dicat. Sed ne forte fallamur, latius id explanat & clarius. Sed vt hoc manifestius, inquit, fiat, paulo latius disputandum est. Dicimus enim cuiusque rei possibilitatem, non tam in arbitrij humani potestate, quā in naturæ necessitate consistere. Exemplis etiam vel similitudinibus quid dicat, illustrat. Vtputa, inquit, loqui possum. Quod loqui possum, meum non est, quod loquor, meum est, id est, propriæ voluntatis, & quia quod loquor meum est, vtrunque facere possum, id est, & loqui & nō loqui. Quia vero quod loqui possum, meum nō est, id est, arbitrij mei arbitrio voluntatis, necesse est me semper loqui posse. Et si vluero non posse loqui, non possum tamen nō posse loqui, nisi forte membrum illud adimam, quo loquendi impleri officium potest. Multa quidem dici possent, quibus si velit, homo adimat sibi possibilitatem loquendi, non adempto illo membro quo loquimur. Velut si aliquid fiat vnde vox ipsa tollatur, loqui nemo poterit manentibus membris. Nō enim vox hominis membrum est: vexato sanè aliquo interiore membro fieri potest, nō adempto. Sed ne verbo premere videar, mihiq; contentiose dicatur, etiam vexare adimere est, possumus quidem id efficere & ore aliquibus vinculis sic clauso atq; obserato, vt id aperire minime valeamus, neque vt aperiat in nostra sit potestate, cum in potestate fuerit vt clauderetur manente integritate & sanitate membrorum. Sed quid ad nos: videamus quid inde contextat. Voluntatis enim arbitrio, inquit, ac deliberatiōe priuatur quicquid naturali necessitate constringitur. Et hic nonnulla quæstio est. Per quā enim absurdum est vt ideo dicamus non pertinere ad voluntatem nostram quod beati esse volumus, quia id omnino nolle non possumus, nescio qua & bona cōstrictione naturæ: nec dicere audem⁹, ideo deum non voluntatem, sed necessitatem habere iustitiæ, quia non potest velle peccare. Attendite etiam quæ sequuntur. Hoc, inquit, & de auditu, odoratu, vel visu sentire possibile est, quod audire, odorari, videre, potestatis nostræ sit, posse vero audire vel odorari vel videre potestatis nostræ non sit, sed in naturali necessitate cōsistat. Aut ego non intelligo quid dicat, aut ipse. Quomodo enim in potestate nostra non est videndi possibilitas, si in potestate nostra est non videndi necessitas, quia in potestate est cæcitas quā id ipsum videre posse nobis, si volumus, adimamus? Quomodo autem in potestate nostra est videre si velimus, cum etiam salua integritate naturæ corporis, oculorumque nostrorum, nec volentes videre possumus, siue per noctem luminibus quæ foris secus adhibentur ademptis, siue nos quisquam in tenebroso loco aliquo includat? Item si quod audire possumus, vel non possumus, in nostra potestate nō est, sed in naturæ cōstrictione, quod vero audimus vel non audimus, hoc est propriæ voluntatis, cur non attendit quanta audiamus inuiti quæ penetrant in sensum nostrum etiam auribus obturatis, sicuti est de proximo serræ stridor, vel grunnitus suis? Quanquam obturatio aurium ostendit, non in potestate nostra esse, apertis auribus non audire: facit etiam fortasse talis obturatio, quæ ipsum sensum nostrum adimat, vt in nostra potestate sit etiam audire nō posse. De odoratu autem quod dicit, nōne parum attendit non esse in nostra potestate posse odorari vel non posse, sed in nostra potestate esse, hoc est in libera volūate odorari vel nō odorari, cum inter odores graues & molestos quando constituti fuerimus, si quis nos illic manibus ligatis cōstituat, seruata prorsus integritate ac salute membrorum velimus non odorari, nec omnino possumus, quia cum spiritum ducere cogimur, simul & odorem quem nolimus trahimus? Sicut ergo istæ similitudines falsæ sunt, ita & illud propter quod eas voluit adhibere. Sequitur enim & dicit: Simili ergo modo de non peccandi possibilitate intelligendum est, quod non peccare nostrum sit, posse vero nō peccare, non nostrum, si de integra & sana hominis natura loqueretur, quam modo non habemus. Spe enim salui facti sumus, spes autem quæ videtur nō est spes, Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Nec sic recte diceret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, quāuis peccare nostrum esset. Nam & ibi esset adiutorium dei, & tanquam lumen sanis oculis, quo adiuti videant se præbere volentibus. Quia vero de hac vita disputat, vbi corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sentium multa cogitatem, miror quo corde etiam sine adiutorio medicinæ saluatoris nostri, nostrū putet esse non peccare, posse vero non peccare naturæ esse cōtendat, quam sic apparet esse vitiatam, vt hoc maioris vitij sit non videre. Quia non peccare, inquit, nostrum est, possumus peccare & non peccare. Quid si alius dicat, quia nolle infelicitatem, nostrum est, possumus eam & nolle & velle, & tamen eam velle omnino non possumus. Quis enim villo modo velle esse possit infelix, etiam si aliud vult vbi eum & nolentem infelicitas consequatur? Deinde, quia dei multo magis est non peccare, num audebimus eum dicere & peccare posse & nō peccare? Absit à nobis vt deum peccare posse dicamus. Nō enim vt stulti putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori potest, & negare seipsum non potest. Quid est ergo quod loquitur, & quibus locutionū regulis cōfatur naturæ persuadere, quod non vult considerare? Adhuc addit & dicit, Quia vero posse non peccare, nostrum non est, & si vluerimus non posse nō peccare, nō possumus non posse nō peccare. Intorte hoc dixit, & ideo subobscurè. Sed ita posset dici plenius, quia posse non peccare nostrum non est, seu velimus, seu nolimus possumus nō peccare. Non enim ait, seu velimus, seu nolimus, non peccamus: sine dubio enim peccamus si volumus: sed tamē velimus nolimus, habere nos asserit non peccandi possibilitatē, quam naturæ insitam dicit. Sed de homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest, velit nolit, habet ambulandi possibilitatem: contra cecitas vero, & si velit nō habet. Vitiatam est natura de qua loquitur, Quid superbit terra & cinis? Vitiatam est, medicum implorat. Saluum me fac domine clamat, Sana animam meam clamat. Quid intercludit has voces, vt defendēdo quasi præsentem possibilitatē, futuram impediatur sanitatem? Et videte quid adiungat vnde illud cōfirmare existimat, quia nulla, inquit, adimere volūtas potest, quod inseparabiliter insitum probatur esse naturæ.

Galat. 5. Vnde ergo illa vox, Vt nō quæ vultis illa faciatis: Vnde
 G etiam illa, Nō enim quod volo facio bonum, sed quod
Roma. 7. odi malū hoc ago: Vbi est possibilitas, quæ inseparabili-
 ter insita probatur esse natura? Ecce homines nō ea quæ
 volunt faciunt, & de nō peccando utiq; agebat, nō de
 volādo, quia homines nō alites erāt. Ecce homo quod
 vult bonum non agit, sed quod non vult malum hoc
 agit. velle illi adiacet, perficere autem bonū nō adiacet.
 Vbi est possibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur
 esse natura? Quilibet enim in se trāsfigaret, si de
 seipso ista non dicit Apostolus, hominē certe in se trāsf-
 figurat. Ab isto autem ipsa humana natura inseparabilē
 nihil peccandi possibilitatē habere defenditur. Sed his
 verbis id agitur, etiam a nesciente qui loquitur, non autem
 nesciente illo qui hæc loquēda incautis etiā deum
 timētibus suggerit, vt euacuetur Christi gratia, huma-
 na sibi ad iustitiam suam quasi sufficiente natura.

Cap. II. Vt autem declinetur invidia qua Christiani etiam
 pro salute sua clamant & dicunt, quæ sine adiutorio
 gratiæ dei dicis hominē posse nō peccare? Ipsa, inquit,
 non peccādi possibilitas non tam in arbitrij potestate,
 quam in naturæ necessitate est. Quicquid in naturæ ne-
 cessitate positum est, ad naturæ pertinere nō dubitatur
 authorē utiq; deum. Quomodo ergo, inquit, absq; dei
 gratiā dici existimatur, quod ad deum pprie pertinere
 monstratur? Expressa est sentētia quæ latebat. Nō est
 quemadmodum possit abscondi. Ideo dei gratiæ tribuit
 non peccandi possibilitatem, quia eius naturæ deus au-
 thor est, cui possibilitatem nō peccandi inseparabiliter
 insitam dicit. Cum vult ergo faciat, quia non vult non
 facit. Vbi enim est inseparabilis possibilitas, ei accidere
 non potest voluntatis infirmitas, vel potius voluntatis
 adiacentia, & perfectionis indigētia. Si ergo ita est, vnde
 venit, Velle adiacet, perficere autem bonum nō adiacet?
 Si enim iste qui hunc librū scripsit, de illa homi-
 nis natura loqueretur, quæ primo inculcata & salua cō-
 dita est, ut nunquam acceptaretur hoc dictum, quāquam
 inseparabilem habere possibilitatem, id est, vt ita dicam
 inamissibilem, non debuit illa natura dici quæ vitari
 posset, & medicum quærere, qui cæci oculos sanaret, &
 videndi possibilitatē restitueret, quæ fuerat amissa per
 cæcitatem, quoniam cæcus puto q̄ velit videre, sed nō
 potest. si autem vult & non potest, inest voluntas, sed
 amissa est possibilitas. Adhuc videte quas moles con-
 netur qui suam sententiam dicat, irrumpere si valeret.
 Obicit enim sibi quæstionem dicens, Sed caro nobis
 secundum Apostolum contraria est, inquit. Deinde
 respōdet, Qui fieri potest, vt cuiusq; baptizato sit caro
 contraria, cum secundum eundem Apostolū in carne
 non esse intelligatur? ita enim ait, Vos autem in carne
 non estis. Bene quōd baptizatis dicit carnē contraria
 esse nō posse, quod vtrum verum sit, post videbi-
 mus. Nunc vero quia nō potuit penitus se obliuisci esse
 Christianum, sed id licet tenuiter recordatus est, recessit
 a defensione naturæ. Vbi est ergo inseparabilis
 possibilitatis? An forte nōdum baptizati in natura homi-
 num non sunt? Hic prorsus, hic posset vigilare, & si
 aduertat potest. Qui fieri potest, inquit, vt cuiusq; ba-
 ptizato sit caro contraria? ergo nō baptizatis potest caro
 esse cōtraria. Exponat quemadmodum cum sit etiā
 in ipsis illa ab eo multum defensa natura, certe vel in
 eis concedit esse vitiatam, si iam in baptizatis ille fau-
 cius, san^o de stabulo egressus est, aut san^o in stabulo est,
 quōd cum curandum misericors Samaritanus aduexit.
 Porro si vel istis concedit carnem esse contrariam, di-

cat quid cōtigerit cum sit vtrunque, hoc est, & caro & R
 spirit^o creatura vni^o eiusdemq; creatoris proculdubio
 bona, quia boni: nisi quia hoc est vitium, quod propria
 inflictum est voluntate, & hoc vt in natura sanetur, eo
 ipso opus est saluatore, quo instituta est natura creatore:
 hoc saluatore eaq; illius medicina, quia verbū caro
 factum est vt habitaret in nobis, si opus esse fateamur
 paruis & magnis, id est, a vagitibus infantum vsque ad
 canos senum, tota quæ inter nos est, huius quæstionis
 controuersia dissoluta est. Nunc iam videamus, *Cap. III.*
 vtrum etiam baptizatis legatur caro esse cōtraria. Vbi
 quæro, quibus dicebat Apostolus, Caro cōcupiscit ad-
 uersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? Hæc enim
 inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis. Ad
 Galatas vt opinor, id scripsit quibus dicit, Qui ergo tri-
 buit vobis spiritum, & virtutes operatur in vobis, ex o-
 peribus legis, an ex auditu fidei? Vnde apparet eū Chri-
 stianis loqui, & quibus deus tribuerat spiritum, ergo etiam
 baptizatis. Ecce & baptizatis caro inuenitur esse
 contraria, & nō adesse possibilitas illa, quam insepara-
 biliter insitam dicit esse naturæ. Vbi est quod ait, Qui
 fieri potest, vt cuiusq; baptizato sit caro contraria?
 Quomodo libet intelligat carnem, quia reuera nō natura
 eius quæ bona est, sed vitia carnalia carnis hoc no-
 mine nuncupantur: ecce tamen etiam baptizatis caro
 contraria est. & quomodo cōtraria? vt nō quod volunt
 faciant. Ecce adest voluntas in homine, vbi est possibili-
 tas illa naturæ? Fateamur gratiam necessariam, clame-
 memus, Miser ego homo quis me liberabit de corpore
 mortis huius? Et respōdetur nobis, Gratia dei per Iesum
 Christum dominum nostrum. Quando enim istis re-
 ctissime dicitur, Quare sine adiutorio gratiæ dei dicitis
 hominem posse esse sine peccato: nō tūc de illa gratiā
 quæstio est, quæ est homo cōditus, sed de illa qua fit
 saluus per Iesum Christum dominum nostrū. Fideles
 enim orantes dicunt, Ne nos inferas in tentationem,
 sed libera nos a malo. Si adest possibilitas, vt quid or-
 rāte? Aut a quo malo se liberari orāt, nisi maxime de corpore
 mortis huius? vnde non liberat nisi gratia dei per
 Iesum Christum dominum nostrū. Non utiq; de sub-
 stantia corporis quæ bona est, sed de vitii carnalibus,
 vnde non liberat homo sine gratia saluatoris, nec quādo
 per mortem corporis discedit a corpore, & hoc vt
 diceret Apostol^o quod supra dixerat, Video aliam legē
 in membris meis repugnātem legi mentis meæ, & cap-
 titium me ducentem in lege peccati quæ est in mem-
 bris meis. Ecce quod vitii naturæ humanæ inobediētia
 voluntatis infixit. Orare sinatur, vt sanetur. Quid
 tantum de naturæ possibilitate præsumitur? vulnerata,
 lauciata, vexata, per dita est, vera confessione non falsa
 defensione op^o habet. Gratia ergo dei nō qua institua-
 tur, sed qua restituatur, quærat, quæ ab isto sola clama-
 tur non esse necessaria, cum tacetur. Qui si omnino ni-
 hil de gratia dei diceret, nec eam quæstionē soluendā
 sibi proponeret, vt a se de hac re inuidiam remoueret,
 posset putari hoc quidem sentire, quod veritas habet,
 sed non dixisse, quia non vbi que omnia dicenda sunt.
 Proposuit de gratia quæstionem, id respōdet quod ha-
 bebatur in corde. definita quæstio est, non quam voleba-
 mus, sed vbi quid sentiret dubitabam^o. Deinde mul-
 tis verbis Apostoli conatur ostēdere, vnde non est cō-
 trouersia, quōd caro ab illo ita sape nominetur, vt velit
 intelligi non substantiā, sed opera carnis. Quid hoc ad-
 rem? Vitia carnis contraria sunt voluntati hominis: nō
 natura accusatur, sed vitii medicus quæritur. Quid est
 quod

A quod interrogat, quis fecit homini spiritum? & respon-
 det sibi, sine dubio deus. Et item interrogat, carnē quis
 creauit? itemq; respondet, idem credo deus. Interrogat
 tertio, Bon^o est qui vtrunq; creauit deus? respōdet, nul-
 li dubium est. Adhuc interrogat, Et vtrūque quod bo-
 nus author creauit bonum est? & ad hoc respondet, cō-
 fitemur est. Deinde cōcludit, Si igitur & spiritus bo-
 n^o, & caro bona, vt a bono authore cōdita, qui fieri po-
 test, vt duo bona possint sibi esse contraria: Omitto di-
 cere, quia tota huius ratiocinatio turbaretur, si quis ab
 eo quæreret, estus & frigus quis fecit? responderet enim
 sine dubio, deus. Non ego multa interrogo, ipse cōclu-
 dat, vtrum aut ista possint dici bona, aut non appareāt
 inter se esse cōtraria. Hic forte dicit, qualitates sunt istæ
 substantiarum, non substantiæ. Ita est, verū est, sed qua-
 litates naturales, & ad dei creaturā sine dubio pertine-
 tes. Substantiæ quippe non per se ipsas, sed per suas qua-
 litates, sicut aqua & ignis dicuntur sibi esse contraria.
 Quid si ita sunt caro & spiritus: quod quidem non affir-
 mamus, sed vt ratiocinationem eius non necessaria
 illatione cōclusam ostēderemus, hoc diximus. Possunt
 enim & contraria non inuicem aduersari, sed ex alter-
 utro temperari, & bonā valetudinem reddere, sicut in
 corpore siccitas & humiditas, frigus & calor, quorum
 omnium temperatione bona corporalis valetudo cō-
 sistit. Sed quod contraria est caro spiritui, vt nō ea quæ
 volumus faciamus, vitium est nō natura: gratia medi-
 cinalis quærat, & cōtrouersia finiatur. Duo quippe ista
 bona, a bono deo cōdita, quomodo cōtra huius ratiocinationem
 in non baptizatis hominibus possunt sibi
 esse contraria? An & hoc eū dixisse pœnitebit, quod affe-
 ctū aliquo fidei Christianæ locutus est: Cum enim dixit,
 Qui fieri potest vt cuiusq; iam baptizato sit caro
 contraria? significauit non baptizatis carnem posse esse
 contrariam. Nam cur addidit, iam baptizato: cum pos-
 set etiam hoc nō addito dicere, Qui fieri potest, vt cui-
 que sit caro cōtraria: atq; ad hoc probandū subiicere
 illam ratiocinationem suam, quia vtrunque bonum
 est a bono conditum, & ideo nō potest inter se esse cō-
 trarium? Si ergo nō baptizati, quibus certe fateatur car-
 nem esse contrariam, suis illum interrogationibus vr-
 geant & dicāt, Quis fecit homini spiritum? iste respon-
 det, deus. Itemq; illi, Carnem quis creauit? respondet
 iste, idem credo deus. Illi tertio, Bonus est qui vtrunq;
 creauit deus? & iste, nulli dubiū est. Atque illi vni quod
 restat inquirant, Et vtrunque quod bonus author crea-
 uit, bonum est? iste fatebitur. Tunc illi eum suo gladio
 iugulabunt inferentes conclusionem eius & dicētes, Si
 igitur spirit^o bonus & caro bona vt a bono authore cō-
 dita, qui fieri potest, vt duo bona sibi possint esse cōtra-
 ria: Hic forte ille respondēbit, Date veniam, quia non
 debui dicere cuiusq; baptizato carnē non posse esse
 cōtrariam, vt hoc modo vobis nō baptizatis contrariā
 cōfiterer, sed sine vlla exceptione dicere debui carnē
 nulli esse cōtrariam. Ecce quō se ipse cōpingit, ecce quō
 loquitur qui nō vult clamare cum Apostolo, Quis me
 liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum
 Christum dominum nostrum. Sed cur, inquit, clamen-
 iam baptizatus in Christo? illi hoc clament qui nondū
 tale beneficium perceperunt, quorum in se voces figu-
 rabat Apostolus, si tamen vel hoc dicit. Sed naturæ ista
 defensio, nec illos hac voce exclamare permittit. Neq;
 enim in baptizatis natura est, & in nō baptizatis natu-
 ra non est. Aut si vel in illis vitiatæ esse conceditur, vt
 non sine causa clament, Infelix homo, quis me libera-

bis de corpore mortis huius? eiq; subueniatur in eo quod d
 sequitur, Gratia dei per Iesum Christum dominum no-
 strum: concedatur iam tandem aliquādo humanā me-
 dico Christo indigere naturam. Quæro autem, vbi
 natura ista perdidit libertatem quā sibi dari exoptat
 cum dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius?
 Non enim & ille substantiam carnis accusat, cum dicit
 liberari se cupere de corpore mortis huius, cum etiam
 corporis sicut animæ natura deo bono authori tribuē-
 da sit. Sed utique de vitii corporis dicit. Nam de cor-
 pore mors corporis separat, sed contracta ex illo vitia
 coheret, quibus iusta pœna debetur, quam etiam in in-
 ferno ille diues inuenit. Hinc se non poterat utique
 liberare qui dicit, Quis me liberabit de corpore mortis
 huius? Vbiunque autem istam perdidit libertatem,
 certe inseparabilis est possibilitas illa naturæ, habet posse
 per naturale subsidium, habet velle per liberum arbitri-
 um, cur quærat baptismatis sacramentum? An pro-
 pter commissā præterita, vt ea tantum ignoscantur quæ
 fieri infecta non possunt? Dimitte hominem, clamet
 quod clamabat. Non enim tantum desiderat, vt per in-
 dulgentiam sit de præteritis impunitus, sed etiam vt sit E
 de cætero ad non peccandum fortis & validus. Con-
 delectatur enim legi dei secundum interioremem homi-
 nem, videt autem aliam legem in membris suis repu-
 gnantem legi mentis suæ. videt esse, non recolit fuisse.
 præsentibus vrgetur, non præterita reminiscitur. Nec
 tantum repugnantem videt, verum etiam captiuantem
 se in lege peccati, quæ est in membris eius, nō quæ fuit.
 Hinc est quod clamat, Infelix homo, quis me liberabit
 de corpore mortis huius? Sinatur orare, sinatur adiuto-
 rium medici potentissimi flagitare. Quid contradici-
 tur? quid obstrepitur? quid miser misericordiam Chri-
 sti petere prohibetur, & hoc a Christianis? Nam & illi
 cum Christo ambulabant, qui cæcos lumen clamando
 petere prohibebant, sed etiam inter tumultum contra-
 dicentium audit ille clamantem, vnde huic responsum
 est, Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum.
 Porro si ab istis vel hoc impetramus, vt nōdum bapti-
 zati implorent auxilium gratiæ saluatoris, non est hoc
 quidem parū aduersus illam falsam defensionē tanquā
 sibi sufficientis naturæ & potestatis liberi arbitrij. Neq;
 enim sibi sufficit qui dicit, Infelix ego homo quis me
 liberabit: aut plenā libertatem habere dicendus est, qui F
 se adhuc postulat liberari. Veruntamen etiam illud
 videamus, vtrum illi qui baptizati sunt faciāt bona quæ
 volunt, nulla carnis cōcupiscētia repugnāte. Sed quid
 hinc dicamus, ipse cōmemorat, vbi cōcludens hunc lo-
 cum, vt diximus, inquit illud quo continetur: Caro cō-
 cupiscit aduersus spiritū: non de carnis substantiā, sed de
 operibus substantiæ sentire necesse est. Hoc & nos dici-
 mus, nō de carnis substantiā, sed de operib^o dictum quæ
 veniunt de carnali cōcupiscētia, de peccato scilicet de
 quo præcipit vt nō regnet in nostro mortali corpore
 ad obediendū desideris eius. Nec attēdit etiam ipse
 iam baptizatis fuisse dictum, Caro cōcupiscit aduersum
 spiritum, & spiritus aduersus carnē, vt non ea quæ vul-
 tis faciatis. Et ne ab ipsa pugna desides faceret, & p hæc
 sententiam laxamentū peccandi dedisse videretur, ad-
 iungit: Quod si spiritu ducimini, nō adhuc estis sub le-
 ge. Sub lege est enim, qui timore supplicij quod lex mi-
 natur, nō amore iustitiæ se sentit abstinere ab opere pec-
 cati, nōdum liber nec alienus a volūtate peccādi: in ip-
 sa enim voluntate reus est, qua mallet si fieri posset, non
 esse quod timeat, vt libere faciat quod occulte desiderat.

Roma. 5. Ergo si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege: utique lege qua timorem incutit, non tribuit charitatem, quae charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis literam, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Haec est lex libertatis, non seruitutis, quia charitatis utique, non timoris. De qua & Iacobus Apostolus ait, Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis. Vnde & ille non quidem iam lege dei terrebatur ut seruus, sed condelectabatur ei secundum interiorum hominem. Videt tamen adhuc aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae. Ita & hic, Si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege. In quantum quisque spiritu ducitur, non est sub lege: quia in quantum condelectatur legi dei, non est sub legis timore: quia timor tormentum habet, non delectationem. Proinde si recte sentimus, sicut pro membris sanatis gratias agere, ita pro sanandis orare debemus, ut absolutissima cui nihil addi possit sanitate, perfecta dei suauitate, plena libertate perfruamur. Non enim abnuimus humanam naturam posse esse sine peccato, aut villo modo negare debemus perfici posse, quam proficere non negamus, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, eo adiuuante fieri dicimus, ut iusta & beata sit, a quo creata est ut sit. Facile itaque refellitur quod a quibusdam sibi dicit opponi, Diabolus nobis aduersatur. Profrus huic obiectioni eadem verba respondemus, quae ipse respondit, Resistamus illi, & fugiet. Resistite, inquit beatus Apostolus, diabolo, & fugiet a vobis. Vnde animaduertendum est quid possit his nocere quos fugit, vel quam virtutem habere intelligendus sit, qui solis prauelere non resistitibus potest. Haec & mea verba sunt, veris enim dici non potest. Sed hoc interest inter nos & istos, quod nos etiam cum diabolo resistimus, poscendum dei adiutorium non solum non negamus, verum etiam praedicamus: isti autem tantam tribuunt potestatem voluntati, ut pietati auferant orationem. Nam utique ut diabolo resistamus & fugiat a nobis, ideo precantes dicimus: Ne nos inferas in tentationem. ideo & admoniti sumus tanquam ab Imperatore milites exhortante & dicente, Vigilate & orate ne intretis in tentationem.

Cap. LIX. Quod vero contra eos disputat qui dicunt, Et quis nolit sine peccato esse, si hoc in hominis esset positum potestate? Recte quidem disputat, hoc ipso eos confiteri non esse impossibile, quia hoc vel multi vel omnes volunt, sed hoc vnde sit possibile confiteatur, & pax est. Ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua omnino iste nos orantes adiuuari ut non peccemus, nusquam dicere voluit. Quod si forte latenter sentit, ignoscat aliter suspicantibus. Ipse enim hoc facit, qui cum tantam de hac re patitur inuidiam, sentire id vult, & confiteri non vult. Quid erat magnum ut hoc diceret, cum praesertim sibi hoc tanquam ex persona aduersariorum oppositum tractare & aperire suscepisset? cur illic solam naturam defendere voluit, & quia homo ita creatus est, ut non peccare posset, si peccare noluisse asseruit, ac per hoc quod ita creatus est, eam possibilitatem ad gratiam dei pertinere definiuit, quia possibilitate si noluerit peccare, non peccat, & noluerit aliquid dicere de eo, quod ipsa natura gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum vel sanatur quia vitiata est, vel quia sibi non sufficit adiuuatur? Vtrum enim in hoc seculo fuerit, vel sit, vel possit esse aliquis ita iuste viuens, ut nullum habeat omnino peccatum, potest esse aliqua quaestio inter veros piisque Christianos, posse tamen esse certe post hanc vitam quisquis ambigit desipit. Sed ego

nec de ista vita volo contendere. Quamquam enim mihi non videatur aliter intelligendum quod scriptum est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & si per se qua similia, ut tamen possit ostendi vel haec testimonia melius aliter intelligi posse, vel perfectam plenamque iustitiam cui profusus nihil addendum sit, & vel heri fuisse in aliquo, dum in isto corpore viueret, & hodie esse, & eras futuram, dum tamen longe plures sint, qui cum sibi usque ad vltimum vitam huius diem necessarium esse non dubitent, ut veraciter dicant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: spem suam tamen in Christo atque in eius promissionibus veram, certam, firmam esse confidunt, nullo tamen modo nisi adiuuante gratia saluatoris Christi crucifixi, & dono spiritus eius, vel quoslibet ad plenamque perfectionem, vel quoniam ad qualemcunque profectum verae pietatis iustitiae peruenire qui negauerit, nescio vtrum recte possit in qualicumque Christianorum numero deputari. Ac per hoc & ea testimonia, quae non quidem de scripturis canonicis, sed de quibusdam catholicorum tractatorum opusculis posita sunt, volens occurrere iis qui eum solum dicerent ista defendere, ita sunt media, ut neque contra nostram sententiam sint, neque contra ipsius. In quibus etiam non nihil de libris meis interponere voluit, me quoque aliquem deputans, qui cum illis commemorari dignus viderer. Vnde ingratus esse non debeo, & familiariore affectu nolo ut erret, qui hunc mihi detulit honorem. Prima enim quae posuit, quia nomen eius qui ea dixit, non ibi legi, siue quia ille non scripsit, siue quia codex quem mihi misit, id aliqua forte mendositate non habuit, pertractare quid opus est? Maxime quoniam me in huiusmodi quorumlibet hominum scriptis liberum, quia solis canonicis debeo sine vlla reculatione consensum: non nihil mouet quod de illius scriptis cuius nomen non ibi inueni, ille posuit. Oportuit magistrum doctoremque virtutum homini simillimum fieri, ut vincendo peccatum doceat hominem vincere posse peccatum. Quomodo enim dictum est, author huius sententiae viderit, qualiter possit exponere, dum tamen nos minime dubitemus peccatum Christum in se non habuisse quod vinceret, qui natus est in similitudine carnis peccati, non in carne peccati. Aliud eiusdem ita posuit, Et iterum ut desideris carnis edomitis, doceret non necessitatis esse peccare, sed propriae voluntatis. Ego desideria carnis (si non illicitarum concupiscentiarum hie dicitur) accipio, sicuti est fames, sitis, refectio lassitudinis, & si quid huiusmodi est. Per haec enim quidam quibus ea sunt inculpabilia, in culpas decidunt: quod ab illo saluatore absuit, etiam si haec in eo fuisse propter similitudinem carnis peccati, Euangelio teste videmus.

Beatus vero Hilarius cuius verba haec posuit, Non enim nisi spiritu perfecti & immortalitate mutati, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est immortale cernemus, quid dixerit contra id quod dicimus, vel quid istum adiuuet vere nescio, nisi quia posse esse hominem mundo corde testatus est. Quod quis negat? Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non sola arbitrij libertate. Item quod eum dixisse commemorat, Quas Iob literas legerat, ut abstinere se ab omni re maligna, quia deum sola mente vitiis non admixta venerabatur, deum autem colere iustitiae proprium officium est. Quid fecisset Iob dixit non quod in hoc seculo perfecisset, aut sine gratia saluatoris, quae etiam prophetauit, vel fecisset vel perfecisset

Abstinere enim se ab omni re mala, etiam qui habet peccatum, quod in se regnare non sinit, cui surrepit improbanda cogitatio, quam peruenire ad finem operis non permittit. Sed aliud est non habere peccatum: aliud non obedire desideriis eius. Aliud est implere quod praecipuum est, Non concupisces: & aliud est per quendam abstinentiam conatum saltem id agere quod item scriptum est, Post concupiscentias tuas non eas. nihil horum tamen scire se recte posse sine gratia saluatoris. Facere est ergo iustitiam, in vero dei cultu cum interno concupiscentiae malo interna conflictatione pugnare: perficere autem, omnino aduersarium non habere. Nam qui pugnat, & adhuc periclitatur, & aliquando percutitur, etiam si non sternitur: Qui autem non habet aduersarium, plena pace letatur. Et ipse esse sine peccato verissime dicitur, in quo nullum habitat peccatum, non qui per abstinentiam mali operis dicit, iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Nam & ipse Iob de peccatis suis non tacet, & utique huic amico vestro merito placet humilitatem nullo modo in falsitatis parte ponendam.

Vnde id quod Iob confitetur, quia verax dei cultor est, proculdubio veraciter confitetur. Et ipse Hilarius cum locum Psalmi exponeret ubi scriptum est, Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis, ait, Si enim deus peccatores sperneret, omnes utique sperneret: quia sine peccato nemo est. Sed spernit discedentes a se, quos apostatas vocat. Videtis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo fuerit, tanquam de praeteritis loquens, sed quod sine peccato nemo sit: vnde quidem ut dixi non contendo. Quisquis enim non cedit Iohanni Apostolo qui nec ipse ait, Si dixerimus quia peccatum non habuimus: sed non habemus: Episcopo Hilario quomodo celsurus est? Pro gratia Christi clamo, sine qua nemo iustificatur tanquam sufficiente naturae libero arbitrio. Imo ipse pro ea clamat, ei credatur dicenti, Sine me nihil poteris facere. Sanctus autem Ambrosius reuera in eo loco quem iste commemorat, illis resistit qui dicunt hominem non esse posse sine peccato in hac vita. Ut enim ea diceret, accepit occasionem de Zacharia & Elizabeth, qui in Euangelio commemorati sunt ambulasse in omnibus iustificacionibus legis sine querela. Nunquid tamen negat gratia dei fieri per Iesum Christum dominum nostrum? Ex qua fide etiam ante eius passionem iustos vixisse non dubium est, qui praestant spiritum sanctum qui datus est nobis, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, qua vna iusti sunt quicunque iusti sunt. Quae spiritum memoratus Episcopus etiam precibus impetrandum admonet. Ita illi voluntas diuinitus non adiuuata non sufficit, ubi in hymno suo dicit, Votisque praestat sedulis, sanctum mereri spiritum. Commemorabo & ego de hoc ipso opere sancti Ambrosij aliquid ex quo iste commemorauit quod commemorandum putauit. Visum est, inquit, mihi. Potest non solum visum esse quod visum sibi esse declarat. Non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei qui in me, inquit, loquitur Christus, qui ut id quod bonum est, nobis quoque bonum videri possit operatur. Quem enim miseratur, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, visum est mihi. Quod cum dicit, non negat deo visum. A deo enim preparatur voluntas hominum: ut enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Ecce quid iste sapiat. Si verbis Ambrosij delectatur, quod a deo preparatur voluntas hominum, & nulla vel non magna quaestio est quis vel quando perficiatur, dum tamen sine gratia Christi

si id ipsum fieri posse minime dubitetur: deinde quantum erat ut attenderet iste vnum versum de Ambrosij verbis quae posuit: cum enim ille dixisset, Nam cum Ecclesia ex gentibus, hoc est, peccatoribus congregata sit; quomodo ex maculatis immaculata potest esse, nisi primo per Christi gratiam abluta delicto sit? Deinde quod per qualitatem non peccandi abstinere a delictis, ille addit, quod iste apparet cur addere noluerit. Ait namque ille, Nec ab initio immaculata. humana enim hoc impossibile naturae, sed per dei gratiam & qualitatem sui, quia iam non peccat, sit ut immaculata videatur. Haec verba iste cur non addiderit, quis non intelligat? Hoc agitur utique nunc in hoc seculo, ut ad istam quam omnes sancti cupiunt immaculatissimam puritatem Ecclesia sancta perueniat, quae in futuro seculo neque aliquo malorum hominum sibi permixto, neque aliqua in se lege peccati resistere legi mentis, ducat mundissimam vitam in aeternitate diuina. Tamen attendat iste quid secundum scripturas Ambrosius Episcopus scripserit, Nec ab initio immaculata, humana enim hoc impossibile naturae. Utique enim ab initio dicit quo ex Adam nascimur. Nam & ipse Adam immaculatus proculdubio factus est. Sed in eis qui sunt natura filij irae, ducuntur ex illo quod vitiatum est, in illo ab initio esse immaculatos, humanae naturae impossibile definiuit. Item Ioannes Constantinopolitanus Episcopus, cuius posuit sententiam, dicit peccatum non esse substantiam, sed actum malignum: quis hoc negat? Et quia non est naturale, ideo contra illud legem datam, & quod de arbitrij libertate descendit, etiam hoc quis negat? Sed non id agitur de humana natura quae in hac vita est, sed agitur de gratia dei qua sanatur per medicum Christum, quo non indigeret si sana esset, quae ab isto tanquam sana vel tanquam sibi sufficiente voluntatis arbitrio posse non peccare defenditur. Quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Sixtum Romanae Ecclesiae Episcopum & domini martyrem dixisse commemorat, quia libertatem arbitrij sui permisit hominibus deus, ut pure & sine peccato viuentes similes fiant deo? Sed ad ipsum arbitrium pertinet vocantem audire & credere, & ab eo in quem credit, non peccandi adiutorium postulare. Nam utique cum dicit, similes fiant deo, per charitatem dei futuri sunt similes deo, quae diffusa est in cordibus nostris, non naturae possibilitate, nec libero arbitrio quod est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et quod dicit idem martyr, Templum sanctum est deo mens pura, & altare optimum est ei mundum & sine peccato, quis nescit ad istam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renouatur de die in diem, non tamen sine gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum? Item quod ait ipse, Vir castus & sine peccato potestatem accepit a deo esse filius dei: utique admonuit, ne cum quisquam factus fuerit ita castus & sine peccato, quod ubi & quando in eo perficiatur, nonnulla quaestio est, sed inter pios bene quaritur, inter quos tamen constat fieri posse, & sine mediatore dei & hominum homine Christo Iesu fieri non posse: Tamen ut dicere coeperam, prudenter Sixtus admonuit, ne cum fuerit quisquam talis factus, & per hoc recte inter filios dei deputatus, putetur ipsius fuisse potestatis, quam per gratiam accepit a deo, cum eam non haberet in natura iam vitiata atque deprauata, sicut in Euangelio legitur, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, quod utique non erant per naturam, nec omnino essent, nisi eum re-

Gicipiendo accepissent per eius gratiam huiusmodi potestatem. Hæc est potestas quam sibi vindicat fortitudo charitatis, quæ non est in nobis nisi per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quod vero presbyter venerabilis Hieronymus dixit, in iis quæ illum dixisse commemorat, cum exponeret quod scriptum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt: quos non arguit conscientia vlla peccati, & adiecit, Mundus mundo corde conspicitur, templum dei non potest esse pollutum: hoc utique agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, ut ad illam perfectionem in qua possumus deum mundo corde conspiciere, eius gratia perducamur per Iesum Christum dominum nostrum. Item quod ait à memorato dictum esse presbytero, Liberi arbitrij nos condidit deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin ubi necessitas, nec corona est: quis non agnoscat, quis non toto corde suscipiat? Quis aliter conditam humanam neget esse naturam? Sed in recte faciendo ideo nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est charitatis. Redi ergo ad apostolicam sententiam, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. A quo nisi ab illo qui ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus: Quod autem ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ sit quedam peccandi necessitas, audiatur homo, atque ut eadem necessitas non sit, discat deo dicere: De necessitatibus meis educ me: quia & in huiusmodi oratione certamen est aduersus tentatorem de ipsa contra nos necessitate pugnantem, ac per hoc opitulante gratia per Iesum Christum dominum nostrum, & mala necessitas remouebitur, & libertas plena tribuetur. Veniamus Lib. 3. de libero arbitrio cap. 19. Item, inquit, Augustinus Episcopus in libris de libero arbitrio, Quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur: si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. an tanta fallacia est ut caueri omnino non possit: si ita est, nulla ergo peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod caueri nullo modo potest? Peccatur autem, caueri igitur potest. Agnosco, verba mea sunt, sed etiam ipse dignetur agnoscere superius cuncta quæ dicta sunt. De gratia quippe dei agitur, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impossibilitate iustitiæ. Potest ergo ei causæ quæcumque illa est, resisti: potest planè. Nam in hoc adiutorium postulamus, dicentes, Ne nos inferas in tentationem: quod adiutorium non posceremus, si resisti nullo modo posse crederemus. Potest peccatum caueri, sed opitulante illo, qui non potest falli. Nam & hoc ipsum ad cauendum peccatum pertinet, si veraciter dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Duobus enim modis etiam in corpore cauetur morbi malum, & ut non accidat, & ut si acciderit, cito sanetur. Ut non accidat, caueamus dicendo, Ne nos inferas in tentationem. Ut cito sanetur, caueamus dicendo, Dimitte nobis debita nostra. Siue ergo imminet, siue inest, caueri igitur potest. Sed ut non tantum illi, verum etiam iis qui eosdem libros meos, quos iste legit, de libero arbitrio non legerunt, atque illis non lectis hæc forsitan legunt, de hac re sententia mea satis appareat, ex ipsis libris commemorare me oportet, quod iste si sentiret atque in suis literis poneret, nulla inter nos de hac re controuersia remaneret. Continuo quippe post verba mea quæ iste commemorauit, quod occurrere poterat ipse subiici, & quantum potui pertractaui, dicens, Et tamen etiam per ignorantiam facta quedam im-

probantur & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis K authoritatibus legimus. Atque hinc adhibitis exemplis, Lib. 3. de libertate et infirmitate locutus sum, dicens, Sunt etiam beati. necessitate facta improbanda, ubi vult homo recte facere & non potest. Nam vnde sunt illæ voces, non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago? c. quod re. Atque aliis istic in hanc sententiam commemoratis testimonij diuinorum eloquiorum. Sed hæc inquam omnia, hominum sunt voces ex illa mortis damnatione venientium. Nam si non est ista pena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Deinde paulo post, Relinquitur ergo, inquam, ut hæc pena iusta de damnatione hominis veniat. Nec mirandum est quod vel ignorando, non habet liberum arbitrium voluntatis ad eligendum quid recte faciat, vel resistendo carnali consuetudini, quæ violentia mortalis successione quodammodo naturaliter inoluit. Videat quid recte faciendum sit, & velit nec possit implere. Illa est enim peccati pena iustissima, ut amittat quicquid bene uti noluit, cum sine vlla posset difficultate uti si vellet. Id est autem, ut quis recte non facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectum facere cum posset noluit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ duo ista peccata, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia dehonoretur error, ex difficultate cruciatur affligit. Sed approbare falsa pro veris, ut erret inuitus, & resistere atque torquente dolore carnalis vinculi non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pena damnati. Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet in qua homo factus est loquimur. Hinc iam hominibus de ipsius ignorantia difficultatisque in prolem primi hominis trajectis vitiis atque transfusis velut iustam querelam deponentibus ita responsum est. Quibus breuiter, inquam, respondeatur, ut quiescant & aduersus deum murmuratione desistant. Recte enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum vero ubique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi domino seruientem, aut eum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuret, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. Neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Ita & exhortatus sum quantum potui ad recte viuendum, & gratiam dei non euacuavi, sine qua natura humana iam contenebrata atque vitiata illuminari non potest & sanari. De qua re cum istis tota vertitur quæstio, ne gratiam dei quæ est in Christo Iesu domino nostro, peruersa naturæ defensione frustremur. De qua natura item paulo post dixi, Etiam ipsam naturam aliter dicimus, cum proprie loquimur naturam hominis in qua primò in suo genere inculpabilis factus est, aliter istam in qua ex illius damnati pena, & ignari & carni subditi nascimur, iuxta quem modum dicit Apostolus, Fuimus enim & nos naturaliter filij iræ sicut & ceteri. Si ergo volumus animos ad recte viuendum frigidus & pigros, Christianis exhortationibus excitare & accedere, primitus exhortemur ad fidem qua Christiani fiant, & eius nomini subiciantur, sine quo salui esse non possunt. Si autem iam Christiani sunt, & recte viuere negligunt, verberentur terroribus, & præmiorum laudibus erigantur, ita sanè, ut non solum ad bonas actiones, verum etiam ad pias orationes eos exhortari meminerimus, atque hac instruere sanitate doctrine,

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, contra Pelagium & Celestium
de gratia Christi, Liber
Primus.



QVANTVM de vestra corporali & maxime spiritali salute gaudeamus sincerissimi fratres, dilecti à deo, Albine, Piniane, & Melania, quia effari non possumus, vobis cogitandum credendumque committimus, ut ea de quibus nos consulistis, potius iam loquamur. Finitante enim perlatore inter occupationes nostras, multo apud Carthaginem quam vbiunque alibi densiores, quantum deus donare dignatus est, ut potuissemus, ista dictauimus. Scripsistis mihi cum Pelagio vos egisse, ut quæcumque aduersus eum diceretur, scripto damnaret, eumque dixisse audientibus vobis, Anathema qui vel sentit vel dicit, gratiam dei qua Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, non esse solum per singulas horas, aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam: Et qui hanc conantur auferre, penas sortiuntur æternas. Quisquis hæc audit & sensum eius ignorat, quæ in libris suis satis euidenter expressit, non illis quos dicit inemendatos sibi fuisse surreptos, aut omnino suos negat, sed in illis quos literis suis quas Romam misit commemorat, omnino eum putat hoc sentire quod veritas habet. Quisquis autem quid in eis apertius dicat aduertit, debet habere etiam ista verba suspecta: Quia etsi gratiam dei, qua Christus venit in mundum peccatores saluos facere, in sola remissione peccatorum constituat, potest huic sensui ista verba coaptare, dicens, Ideo eam per singulas horas, per singula momenta, & per actus singulos necessariam, ut semper in memoria retinentes & reminiscetes dimissa nobis esse peccata, non peccemus ulterius, adiuti non aliqua subministratio virtutis, sed viribus propria voluntatis, quid sibi remissione peccatorum præstitum fuerit per actus singulos recordantes. Item quoniam solent dicere nobis in eo Christum ad non peccandum præbuisse adiutorium, quia iuste ipse viuendo iusteq; docendo reliquit exemplum: possunt etiã ad hoc ista verba coaptare, ut dicant, per singula momenta, per singulos actus necessariam nobis esse huiusmodi gratiam: id est, ut in omni conuersatione nostra intueamur dominicæ conuersationis exemplum. Peruidet autem fides vestra, à confessione gratiæ, de qua quæstio est, quam sit distinguenda ista confessio, & tamè obtegi potest istorum ambiguitate verborum. Sed quid mirum? Quandoquidem ipse Pelagius cum Episcopalis gestis sine vlla recusatatione damnauerit eos qui dicunt gratiam dei & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina, ubi putabamus eius de hac re omnes tergiversationes esse consumptas, dannauerit etiam eos qui docent gratiam dei secundum merita nostra dari: tamen in libris quos edidit pro libero arbitrio, quorum mentionem facit in Epistola quam Romam misit, nihil aliud sentire monstratur, quam id quod damnasse videbatur: Nam gratiam dei & adiutorium, quo adiuuamur ad non peccandum, aut

ut & illi gratias agant cum instituerint bene viuere, quod aliquid sine difficultate fecerint: & vbi difficultate aliquam sentiunt, fidelissimis & perseuerantissimis precibus & misericordiæ promptis operibus facilitate à domino impetrare persistant. Sic autem proficientes, ubi & quando plenissima iustitia perficiantur, non nimis curo. Vbiunque autem & quandoque perfecti fuerint, non nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum perfici posse confirmo. Sanè quando liquido cognouerint nullum peccatum se habere, non se dicat non habere peccatum, ne veritas in eis non sit, sicut in eis veritas non est, qui cum habeant, non habere se dicunt. Valde autem bona sunt præcepta si legitime his utamur. Eo quippe ipso quo firmissime creditur deum iustum & bonum impossibilia non potuisse precipere, hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficultibus quid petamus. Omnia quippe sunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa quæ leuis est, secundum hoc dictum est, Et præcepta eius grauius non sunt, ut cui grauius sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, grauius non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus cui grauius non sunt, & petat quod desinitur, ut impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Israel in Deuteronomio, si pic, si sancte, si spiritaliter intelligatur, hoc idem significat, quia utique cum hoc testimonium commemorasset Apostolus, Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: in corde enim sunt spirituales manus, hoc est inquit, verbum fidei quod prædicamus. Conuersus ergo quisque sicut ibi præcipitur ad dominum deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum dei non habebit graue. Quomodo est enim graue, cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisque non diligit, & ideo graue est: aut diligit, & graue esse non potest. Diligit autem, si quod illic admonetur Israel, conuersus fuerit ad dominum deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua. Mandatum, inquit, nouum do vobis, ut vos iuicem diligatis. Et qui diligit proximum, legem impleuit: & plenitudo legis charitas. Secundum hoc & illud dictum est, Si ambulauerint semitas bonas, inuenissent utique semitas iustitiæ leues. Quomodo ergo dicitur, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras: nisi quia vtrunq; verum est? Duræ sunt timori, leues amoris. Charitas ergo inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: quæ tunc maxima est in hac vita, quando pro illa ipsa contemnitur vita. Sed maior si non habet quo crescat cum de mortali excesserit vita: Vbiunque autem & quandoque ita plena sit, ut ei non sit quod adiciatur, non tamen diffunditur in cordibus nostris vel naturæ vel voluntatis operibus quæ sunt in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, qui & infirmitati nostræ opitulatur, & sanitati cooperatur: Ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, cui est cum patre & spiritu sancto æternitas, ponitas, in secula seculorum.

Libri de natura & gratia

FINIS.

G in natura & libero ponit arbitrio, aut in lege atque doctrina, ut videlicet cum adiuuat deus hominem ut declinet a malo & faciat bonum, reuelando & ostendendo quid fieri debeat, adiuuare credatur, nō etiam cooperando & dilectionem inspirando, ut id quod faciendum esse cognouerit, faciat. Nam cum tria constituat atq; distinguat, quibus diuina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem, & actionem: possibilitate scilicet qua potest homo esse iustus: voluntate, qua vult esse iustus: actionem, qua iustus est: horum trium primum, id est possibilitatem datam confitetur a creatore naturæ, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere etiam si nolimus: duo vero reliqua, id est voluntatem & actionem, nostra esse asserit, atq; ita nobis tribuit ut non nisi a nobis esse contendat. Deniq; gratia dei non ista duo, quæ nostra omnino vult esse: id est, voluntatem & actionem, sed illam quæ in potestate nostra non est, & nobis ex deo est, id est possibilitatem perhibet adiuuari, tanquam illa quæ nostra sunt, hoc est voluntas & actio, tam sint valentia ad declinandum a malo, & faciendum bonum, ut diuino adiutorio non indigeant:

Cap. III. Illud vero quod nobis ex deo est, hoc sit inualidū, id est possibilitas, ut semper gratiæ adiuuetur auxilio. Sed ne quis forsitan dicat nos vel non recte intelligere quæ loquitur, vel maleuolose animo in auxilio deum quæ nō ita dicta sunt vertere, ipsa iam eius verba accipite: Nos, inquit, sicut ista distinguimus, & certum velut in ordinem digesta partimur: Primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud, id est posse, ad deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ cōtulit: duo vero reliqua, hoc est velle & esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est, imō & hominis & dei, qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit, quicquid ipsam possibilitatem gratiæ suæ adiuuat semper auxilio. Quod vero homo potest velle bonum atque perficere, solius dei est. Potest itaque illud vnum esse, etiam si duo ista non fuerint: ista vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere, nec actionem: nullo autē modo possum non habere possibilitatem boni. inest mihi etiam si noluerō, nec ocium sui aliquando in illo natura recipit. Quem nobis sensum exempla aliqua faciant clariorem. Quod possumus videre oculis, nostrum nō est: quod vero bene aut male videmus, hoc nostrū est. Et ut generaliter vniuersa complectar, quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est, quia hæc omnia vertere etiam in malum possumus. Vnde quod propter calumniam nostram sæpe repetendum est, cum dicimus hominem posse esse sine peccato, & confessione possibilitatis acceptæ laudamus deum, qui nobis hoc posse largitus est: nec est ibi vlla laudandi hominis occasio, vbi solius dei causa tractatur: Non enim de velle, nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse, disseritur. Ecce est totum dogma Pelagij in libro eius tertio pro libero arbitrio, his omnino verbis diligenter expressum, quo tria ista, vnum quod est posse, alterum quod est velle, tertium quod est esse, id est possibilitatem, voluntatem, actionem tanta subtilitate curauit distinguere, ut quandoquocumq; legimus vel audimus diuinæ gratiæ adiutorium confiteri, ut a malo declinemus bonumq; faciamus, siue in lege atq; doctrina

na, siue vbi libet constituat, sciamus quod loquitur, nec erreremus, aliter eū intelligendo quam sentit. Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem diuino adiuuari credit auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex deo, tanquam hoc sit infirmum quod ipse deus posuit in natura, cætera vero duo quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia & sibi sufficientia, ut nullo indigeant eius auxilio. Et ideo non adiuuet ut velimus, nō adiuuet ut agamus, sed tantummodo adiuuet ut velle & agere valeamus. Contra autē Apostolus, cum timore, inquit, & tremore vestram imperium operamini salutem. Et ut scirent, quia non tantum in eo quod operari possint, (hoc enim & in natura & in doctrina iam acceperant) sed etiā in eo quod operantur diuinitus adiuuentur, non ait, deus est enim qui operatur in vobis: tanquam ipsi iam velle & operari per se ipsos habeant, nec in his duobus adiutorio eius indigeant, sed ait, Deus enim est qui operatur in vobis & velle & perficere: vel sicut in aliis & maxime Græcis codicibus legitur, & velle & operari. Videte si nō Apostolus gratiæ dei futuros aduersarios sancto spiritu tanto antè præuidit, & hæc duo, id est velle & operari, quæ iste ita nostra esse voluit, tanquam ipsa diuinæ gratiæ non adiuuentur auxilio, deum in nobis dicit operari. Neque Pelagius hinc incautos fallat & simplices, vel etiam se ipsum, quoniam cum dixisset, Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est: velut correhit, atque addidit, imō & hominis & dei. Non enim hoc propterea dixit, quia secundum sanam doctrinam intelligi voluit, quod & velle & operari deus operatur in nobis, sed cur hoc dixit, satis euidenter ostendit, continuo subiungendo: Qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit. Hanc autem possibilitatem in natura eum ponere, de verbis eius superioribus clarum est. Sed ne nihil de gratia dixisset videretur, adiunxit, Quicquid ipsam possibilitatem gratiæ suæ adiuuat semper auxilio, non ait, ipsam voluntatem, vel ipsam operationem, quod si diceret, nō abhorreret a doctrina Apostolica videretur. Sed ait, ipsam possibilitatem, illud videlicet ex tribus quod in natura locauit, gratiæ suæ adiuuat semper auxilio, ut scilicet in voluntate & actione nō ideo laus sit & dei & hominis, quia sic vult homo, ut tamen eius voluntati deus ardorem dilectionis inspiret: & sic operatur homo, ut tamen deus cooperetur, sine cuius adiutorio quis est homo? Sed ideo ad hanc laudem adiunxit & deum, quia nisi natura esset in qua nos condidit, qua velle & agere possemus, nec vellemus nec ageremus. Hæc autem naturalem possibilitatem quod adiuuari dei gratia cōfiteretur, non est hic apertum vel quam dicat gratiam, vel quatenus ea naturam sentiat adiuuari, sed sicut aliis locis in quibus euidentius loquitur, intelligi potest, non vult aliud accipi quam legem atque doctrinam, qua naturalis possibilitas adiuuetur. Nam quodam loco ait, Hic nos imperitissimi hominum putant iniuriam diuinæ gratiæ facere, quia dicimus eam sine voluntate nostra nequaquam in nobis perficere sanctitatem, quasi deus gratiæ suæ aliquid imperauerit, & non illis quibus imperauit, etiam gratiæ suæ auxilium subministrat: ut quod per liberum homines facere iubentur arbitrium, facilius possent implere per gratiam. Et tanquam explicaturus quam dicat gratiam, secutus adiunxit, dicens, Quam nos non, ut tu putas, in lege tantummodo, sed & in dei esse adiutorio cōfitemur. Quis non hic desyderet, ut ostendat quam velit intelligi gratiam?

A gratiam? Propter hoc enim maxime de illo expectare debemus, ut dicat hoc quod dicit, non in lege tantummodo se gratiam confiteri. Sed nobis hac expectatione suspensis, quid addiderit intuemini. Adiuuat enim nos, inquit, deus per doctrinam & reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne presentibus occupemur, futura demonstrat, dum diaboli pādit insidias, dū nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœlestis illuminat. Deinde sententiam suam quadā velut absolutione cōcludens, Qui hoc dicit, inquit, gratiam tibi videtur negare? An & liberū hominis arbitrium & dei gratiam confitetur? In his omnibus non recessit a commendatione legis atque doctrinæ, hanc esse adiuuantem gratiam diligenter inculcans, & hoc exequēs quod proposuerat, cum diceret, Sed in dei esse adiutorio cōfitemur. Denique dei adiutorium multipliciter insinuandum putauit, commemorādo doctrinam & reuelationem, & oculorum cordis ad apertionem diaboli cōcludens, & apertionem diabolicarum insidiarum, & multiformem & ineffabilem dono gratiæ cœlestis illuminationem, ad hoc utique ut diuina præcepta & promissa discamus. Hoc est Ergo gratiam dei ponere in lege atque doctrina. Hinc itaque apparet hanc eum gratiam cōfiteri, qua demonstrat & reuelat deus quid agere debamus, non qua donat atque adiuuat ut agamus, cum ad hoc potius valeat legis agnitio, si gratiæ desit opitulatio, ut fiat mā-dati præuaricatio. Vbi enim non est lex, ait Apostolus, nec præuaricatio. Et, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Ac per hoc vsque ad eo aliud est lex, aliud est gratia, ut lex non solum nihil proficit, verum etiam plurimum obstat, nisi adiuuet gratia: & hæc ostendatur legis utilitas, quoniam quos facit præuaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & ut concupiscentias malas superent adiuuandos. Iubet enim magis quam iuuat, docet morbum esse, non sanat, imō ab ea potius quod nō sanatur augetur, ut atretius & sollicitius gratiæ medicina quærat. Quia litera occidit, spiritus autem viuificat. Si enim data esset lex quæ posset iustificare, omnino ex lege esset iustitia. In quantum tamen lex adiuuet, adiungit & dicit, Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaque lex, inquit, pedagogus noster fuit in Christo Iesu. Hoc ipsum ergo Cluiperbis est vtile, sub peccato arctius manifestiusq; concludi, ne ad faciendam iustitiam de liberi arbitrii quasi propriis viribus præsumatur, sed omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati, nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Quomodo ergo sine lege manifestata, si per legem testificata? Non ita sine lege manifestata, sed sine lege iustitia, quia iustitia dei est, id est, quæ nobis non ex lege sit, sed ex deo, non quæ illo imperante cognoscendo timeatur, sed quæ illo donante diligendo teneatur, ut & qui gloriatur, in domino gloriatur. Quid ergo est quod iste legem atque doctrinam deputat gratiam, qua iuuamur ad operandam iustitiam, quæ ut multum adiuuet, ad hoc adiuuat ut gratia requiratur? Nemo enim potest legem implere per legem. Plenitudo enim legis charitas: Charitas autē dei non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Proinde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam compleatur. Quid enim iuuat Pelagium, quia

diuersis verbis eandem rem dicit, ut non intelligatur? In lege atque doctrina gratiam cōstituere, qua possibilitatem naturæ asserit adiuuari? Quantum autem existimo, ideo veretur intelligi, quia damnauit eos qui dicunt gratiam dei & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina, & tamen latere se putat, cum aliis atque aliis locutionibus versat significationem legis atque doctrinæ. Et alio quippe loco, cum diu asseruisset, non adiuutorio dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam, opposuit sibi ex Apostoli epistola quæstionem, atque ait, Et quomodo, inquit, stabit illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere? Deinde ut hæc oppositionem veluti solueret, quam videbat dogmati suo vehementer esse contrariam, secutus adiunxit, Operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum sollicitatione succedit, dum reuelatione sapientiæ in desiderium dei stupentem suscitatur voluntatem, dum nobis quod tu alibi negare non metuis, suadet omne quod bonum est. Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiā, qua deus in nobis operatur velle quod bonum est, quam legem atque doctrinam? In lege nanque & doctrina sanctarum scripturarum futuræ gloriæ atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia reuelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. Et si inter docere & suadere, vel potius exhortari, distare aliquid videtur, etiam hoc tamen doctrinæ generalitate cōcluditur, quæ quibuscumque sermonibus vel literis continetur. Nam & sanctæ scripturæ & docent & exhortantur, & potest esse in docendo & exhortando etiam hominis operatio: Sed nos eam gratiam nolumus. Istam aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur & speratur: nec solum reuelatur sapientia, verum etiam amat: nec suadetur solum omne quod bonum est, verum & persuaadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per scripturas dominum regnū cœlorum pollicentem, aut omnibus persuadetur quibuscumque suadetur, ut veniat ad eum, qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autem sit fides, & quibus persuadetur ut ad eum veniant, satis ipse demonstrauit, vbi ait, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et paulo post cum de non credentibus loqueretur, Dixi, inquit, vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus. Quid autem dicam de reuelatione sapientiæ? Neque enim facile quisquam sperauerit in hac vita posse peruenire ad magnitudinem reuelationum Apostoli Pauli. Et utiq; in eis quid aliud credendum est ei reuelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? Et cum dicit, In magnitudine reuelationū mearū ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogavi, ut auferret eum a me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: proculdubio si iam summa & cui nihil esset addendum, charitas in Apostolo tunc fuisset, quæ omnino nō posset inflari, nunquid necessarius esset angelus satanæ, quo colaphizate reprimeretur elatio, quæ in magnitudine reuelationum posset existere? Quid est autē aliud

Gratiæ proprio dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam, opposuit sibi ex Apostoli epistola quæstionem, atque ait, Et quomodo, inquit, stabit illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere? Deinde ut hæc oppositionem veluti solueret, quam videbat dogmati suo vehementer esse contrariam, secutus adiunxit, Operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum sollicitatione succedit, dum reuelatione sapientiæ in desiderium dei stupentem suscitatur voluntatem, dum nobis quod tu alibi negare non metuis, suadet omne quod bonum est. Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiā, qua deus in nobis operatur velle quod bonum est, quam legem atque doctrinam? In lege nanque & doctrina sanctarum scripturarum futuræ gloriæ atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia reuelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. Et si inter docere & suadere, vel potius exhortari, distare aliquid videtur, etiam hoc tamen doctrinæ generalitate cōcluditur, quæ quibuscumque sermonibus vel literis continetur. Nam & sanctæ scripturæ & docent & exhortantur, & potest esse in docendo & exhortando etiam hominis operatio: Sed nos eam gratiam nolumus. Istam aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur & speratur: nec solum reuelatur sapientia, verum etiam amat: nec suadetur solum omne quod bonum est, verum & persuaadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per scripturas dominum regnū cœlorum pollicentem, aut omnibus persuadetur quibuscumque suadetur, ut veniat ad eum, qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autem sit fides, & quibus persuadetur ut ad eum veniant, satis ipse demonstrauit, vbi ait, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et paulo post cum de non credentibus loqueretur, Dixi, inquit, vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus. Quid autem dicam de reuelatione sapientiæ? Neque enim facile quisquam sperauerit in hac vita posse peruenire ad magnitudinem reuelationum Apostoli Pauli. Et utiq; in eis quid aliud credendum est ei reuelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? Et cum dicit, In magnitudine reuelationū mearū ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogavi, ut auferret eum a me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: proculdubio si iam summa & cui nihil esset addendum, charitas in Apostolo tunc fuisset, quæ omnino nō posset inflari, nunquid necessarius esset angelus satanæ, quo colaphizate reprimeretur elatio, quæ in magnitudine reuelationum posset existere? Quid est autē aliud

Gelatio quam inflatio: Et vtique de charitate verissime dictum est, Charitas non æmularur, non inflatur. Hæc itaque charitas adhuc etiam in tanto Apostolo de die in diem profecto augebatur, quando homo eius interior de die in diem renouabatur, perficienda sine dubio vbi iam non posset inflari. Tunc autem mens eius adhuc erat vbi inflaretur magnitudine reuelationis, donec impleretur solido ædificio charitatis. Nōdum enī peruenienti apprehenderat, quō proficiendo currebat.

Ideoque nolenti perpeti molestiam qua eius cohiberetur elatio, antequam esset in eo charitatis vltima & summa perfectio, rectissime dicitur, Sufficit tibi gratia mea: Nā virtus in infirmitate perficitur. in infirmitate scilicet, non vt ille putat carnis tantum, sed & carnis & animi, quia & animus erat in comparatione summæ illius perfectionis infirmus, quando extolleretur. Proinde stimulus carnis angelus satanæ intelligebatur datus, quauis esset in carnalium vel animalium, nōdum perficientium quæ sunt spiritus dei, comparatione firmifsimus. Quocirca si virtus in infirmitate perficitur, quisquis se non fatetur infirmum, nō perficitur. Hæc autem gratia qua virtus in infirmitate perficitur, prædestinatos

H & secundum propositum vocatos, ad summam perfectionem glorificationemque perducit. Qua gratia agitur non solum vt facienda nouerimus, verum etiam vt cognita faciamus: nec solum vt diligēda credamus, verum etiam vt credita diligamus. Hæc gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, vt altius & interior eam deus cum ineffabili suauitate credatur infundere, non solum per eos qui plantant & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsum qui incrementum suū ministrat occultus, ita vt non ostendat tantummodo veritatem, verum etiam impertiat charitatē. Sic enim docet deus eos qui secundum propositū vocati sunt, simul donans & quod agant scire, & quod sciūt agere. Vnde ad Thesalonicēses sic Apostolus loquitur, De charitate autem fraternitatis nō opus habetis vobis scribi: Nam ipsi vos à deo didicistis vt diligatis inuicem. Atque vt probaret eos à deo didicisse, subiūxit, Etenim facitis illud in omnes fratres, in vniuersa Macedonia: tanquam hoc sit certissimum indicium quod à deo didiceritis, si id quod didiceritis, feceritis. Isto modo sunt omnes secundum

I propositum vocati, sicut scriptum est in Prophetis, Docibiles dei. Qui autem nouit quidem quid fieri debeat, & non facit, nōdum à deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem: non secundum spiritū, sed secundum litteram. Quauis multi, quod imperat lex, facere videantur timore pœnæ, non amore iustitiæ, quam dicit Apostolus iustitiā suam quæ ex lege est, tanquam sit imperata, non data. Si autem data est, non dicitur iustitia nostra, sed dei, quia sic fit nostra, vt sit nobis ex deo: Dicit enim, Vt inueniar in illo nō habens meā iustitiā, quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est Iesu, iustitiam ex deo. Tantum igitur inter legem distat & gratiā, vt cum lex esse non dubitetur ex deo, iustitia tamen quæ ex lege est, non sit ex deo, sed iustitia quæ per gratiam consummatur ex deo: quia ex lege iustitia dicitur, quæ fit propter legis mādaturū: iustitia ex deo dicitur, quæ datur per gratiæ beneficium, vt non sit terribile, sed suauē mandatum, sicut oratur in Psalmo, Suauis est domine, & in tua suauitate doce me iustitiam tuam: id est, vt nō formidine pœnæ seruiliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Præceptum quippe liber facit, qui libēs facit. Et hoc modo quisquis dicit, agit omnino quicquid agendum didicerit. De isto

docendi modo etiam dominus ait, Omnis qui audiuit R à patre meo & didicit, venit ad me. Qui ergo non venierit, non de illo recte dicitur, audiuit quidem & didicit sibi esse veniendum, sed facere non vult quod didicit. Prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet deus. Si enim sicut veritas loquitur, Omnis qui didicit, venit: quisquis non venit, profecto nec didicit. Quis autem non videat & venire quæquam & non venire arbitrio voluntatis? Sed hoc arbitrium potest esse solum si non venit, non autem potest nisi adiutum esse si venit, & sic adiutum vt non solum quid faciendum sit sciat, sed quod scierit etiam faciat. Ac per hoc quādo deus docet, nō per legis litterā, sed per spiritus gratiam ita docet, vt quod quisque didicerit, non tantum cognoscēdo videat, sed etiam volendo appetat, agendoque perficiat. Et isto diuino docēdi modo etiam ipsa voluntas & ipsa operatio, non sola volendi & operandi naturalis possibilitas adiuuatur. Si enim solum posse nostrum hæc gratia iuuaretur, ita diceret dominus, Omnis qui audiuit à patre & didicit, potest venire ad me. Non autem ita dixit, sed Omnis, inquit, qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Venire posse in natura ponit Pelagius, vel etiā vt modo diceret cœpit in gratia, qualēlibet eam sentiat, qua ipsa, vt L dicit, possibilitas adiuuatur: venire autē iam in voluntate & opere est. Non est autem consequens vt qui potest venire, etiā veniat, nisi id voluerit atque fecerit. Sed omnis qui didicit à patre, non solum potest venire, sed venit, vbi iam & possibilitatis profectus & voluntatis affectus & actionis effectus est. Quid ergo sibi volūt exempla, nisi quia reuera nobis eius sensum fecerūt sicut pollicitus est clariorem, non vt ea sentire debeamus, sed vt id quod ipse sensit manifestius apertiusque noscamus: Quod possumus, inquit, videre oculis, nostrū non est: quod vero bene aut male videmus, hoc nostrū est. Respondeat illi Psalmus, vbi deo dicitur, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Quod & si de oculis mentis dictum est, inde vtique procedit in hos oculos carnis, vel bene videre, vel male, non quemadmodum dicuntur bene videre sanis oculis intuetes, & male lipientes: sed bene videre ad subueniendum, male videre ad concupiscendum. Quauis enim per hos exteriores oculos videatur & pauper cui subuenitur, & mulier quæ concupiscitur, tamen ex interioribus ad male vel bene videndum misericordia vel libido procedit. M Cur ergo dicitur deo, Auerte oculos meos ne videant vanitatem? Cur petitur quod ad nostram pertinet potestatem, si deus non adiuuat voluntatem? Quod loqui possumus, inquit, dei est, quod vero bene vel male loquimur, nostrū est. Non hoc docet ille, qui loquitur bene. Non enim vos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et vt generaliter, inquit, vniuersa cōplectar, quod possumus omnem bonum facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Ecce etiam hic superiorē repetit sensum, quod illorum trium, id est possibilitatis, voluntatis, actionis non nisi possibilitas adiuuatur. Denique adiungēs vt impleat quod intrēdit: Quod vero bene, inquit, vel agimus vel loquimur vel cogitamus, nostrum est. Oblitus est quod superius quasi correxerat, vbi cum dixisset, Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est, adiunxit atque ait, Imō & hominis & dei, qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit. Cur etiam in his exemplis hoc non recordatus est, vt saltem in eorum sine diceret, quod possumus omnem bonum

A bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat: quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, & nostrū est & illius: Non hoc dixit, sed, nisi fallor, videor mihi videre quid timuit. Cum enim vellet ostendere quare nostrum sit, Quia hæc, inquit, omnia vertere etiam in malum possumus. Illud ergo timuit, vt non diceret, & nostrum est & dei, ne sibi responderetur, si quod bene agimus, loquimur, cogitamus, ideo est & nostrum & dei, quia ille hoc posse nobis donauit: ergo & quod malum agimus, loquimur, cogitamus, & nostrū est & dei, quia illud posse ad vtrumque donauit: atque ita, quod absit, quemadmodum cum deo laudamur in operibus bonis, sic cum illo culpamur in malis. Possibilitas quippe illa quam dedit, tam nos facit bona posse quā mala. De qua possibilitate Pelagius in libro primo pro libero arbitrio, ita loquitur, Habemus autem, inquit, possibilitatem vtriusque partis à deo infitam, velut quandam, vt ita dicam, radicem fructiferam atque fecundam, quæ ex voluntate hominis diuersa gignat & pariat, & quæ possit ad proprii cultoris arbitriū vel nitere flore virtutum, vel sentibus horrere vitiorum. Vbi non intuetur quid loquatur, vnam eandemque radicem constituit bonorum & malorum, contra Euangelicā veritatem, doctrinamque Apostolicam. Nam & dominus nec arborem bonam dicit posse facere fructus malos, nec malā bonos. Et Apostolus Paulus cum dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem, admonet vtique itelligi radicem bonorum omnium charitatem. Vnde si duæ arbores bona & mala duo sunt hoies, bonus & malus, quid est bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hoc est, arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus nisi voluntatis malæ, hoc est, arbor radicis malæ? Fructus autē harum radicū atque arborū, facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, quæ bona de bona voluntate procedūt, & mala de mala. Facit autem homo arborem bonam quando dei accipit gratiam: Non enim se ex malo bonum per seipsum facit, sed ex illo & per illum & in illo qui semper est bonus, nec tantum vt arbor sit bona, sed etiam vt faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est vt adiuuetur, sine qua boni aliquid facere non potest. Ipse quippe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & forinsecus rigat atque excollit per quemlibet ministrum, & per se dat intrinsecus incrementum. Malam vero arborem homo facit, quando se ipsum malum facit, quādo à bono incommutabili deficit: ab eo quippe defectus est origo voluntatis malæ. Qui defectus nō aliam naturam malam initiat, sed eam quæ bona est condita, vitiat. Sanato autem vitio, nullum malum remanet, quia vitium naturæ quidem inerat, sed vitium natura non erat. Illa ergo possibilitas, non vt ille opinatur, vna eademque radix est bonorum & malorum. Aliud enim est charitas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum, tantumque inter se differunt, quantum virtus est vitium. Sed planē illa possibilitas vtriusque radicis est capax, quia nō solum potest homo habere charitatem, qua sit arbor bona, sed potest etiam cupiditatē, qua sit arbor mala. Sed cupiditas hominis quæ vitium est, hominem habet auctorem, vel hominis deceptorem, nō hominis creatorem. Ipsa est enim concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ nō est ex patre, sed ex mundo est. Quis autem nesciat mundi nomine solere appellare scripturam, à quibus habitatur hic mundus? Charitas autem quæ virtus est, ex deo nobis est, non ex nobis, scriptura teste, quæ dicit,

Charitas ex deo est, & omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognouit deum, quia deus charitas est. Secundum istam charitatem melius intelligitur dictum, Qui natus est ex deo, non peccat: & quia non potest peccare, quia charitas secundum quam natus ex deo est, nō agit perperā nec cogitat malum. Cum ergo peccat homo, non secundum charitatem, sed secundum cupiditatem peccat, secundum quam nō est natus ex deo, quoniam illa possibilitas, vt dictum est, vtriusque radicis est capax. Cum ergo dicat scriptura, Charitas ex deo est: vel quod est amplius, Deus charitas est: cū apertissime claret Ioannes Apostolus, Ecce qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei vocemur & simus: iste audiens, Deus charitas est: quare ad hucusque contēdit, quod ex illis tribus tantummodo possibilitatem habeamus ex deo, bonam vero voluntatem, bonamque actionem habeamus ex nobis? Quasi vero aliud sit bona voluntas quā charitas, quā scriptura nobis esse clamat ex deo, & à patre datam, vt filij eius essemus. Sed forte vt daretur nobis, præcedentia merita nostra fecerunt. Sicut iste de gratia dei sentit in eo libro, quem ad sacram virginem scripsit, cuius etiam commemorationem fecit in literis quas Romam misit. Ibi enim interposito Iacobi Apostoli testimonio, quo ait, Subditi estote deo, resistite autē diabolo & fugiet à vobis: subiungit & dicit, Ostēdit quomodo resistere debeam⁹ diabolo, si vti que subditi sumus deo, eiusque faciendo voluntatem, diuinam mereamur gratiam, & facilius nequam spiritui auxilio sancti spiritus resistam⁹. Ecce quā veraci corde damnauit in ecclesiastico iudicio Palæstino eos qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. An adhuc eum id sentire & apertissime prædicare dubitamus? Quomodo ergo verax fuit in episcopali examine illa confessio: An forte iam istum scripserat librum, vbi apertissime dicit gratiam secundum merita nostra dari, quod in orientali synodo sine vlla recusatione damnauit? Cōfiteretur ergo sic se aliquādo tenuisse, sed iam nō tenere, vt de correctione eius apertissime gauderemus. Nūc vero cum illi inter cætera & hoc fuisset obiectum, respondit, Hæc vtrum Celestij sint, ipsi viderint qui dicunt ea Celestij esse. Ego vero nūquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenent. Quomodo nunquam sic tenui, si hunc ante condiderat librum? Aut quomodo anathematizat eos qui sic tenent, si hunc librum postea condidit? Sed ne forte respondeat ita se hic dixisse, Dei faciendo voluntatē, diuinam mereamur gratiam, sicut fidelibus & pie viuētib⁹ additur gratia, qua resistant fortiter tētatori, cum tamen gratiam etiam primitus accepissent, vt dei facerent voluntatem. Ne forte ergo ita respondeat, alia de hac re verba eius accipite. Qui currit, inquit, ad deum, & à deo se regi cupit, id est, voluntatem suam ex eius voluntate suspēdit, qui ei adherēdo iungitur, vnus secundū Apostolum cum eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrij efficit libertate. Videre quantam rem dixerit nō effici nisi arbitrij libertate, ac per hoc sine adiutorio dei nos deo existimat adherere. hoc est enim non nisi de arbitrij libertate, vt cum adherimus deo non adiuuante, tunc iam quoniam adherimus, etiam adiuuari mereamur. Sequitur enim & dicit, Qua qui bene vitur, id est, arbitrij libertate qui bene vitur, ita se, inquit, torum tradit deo, omnemque suam mortificat voluntatē, vt cum Apostolo possit dicere, Viuo autem iam non ego, viuūt autem in me Christus: ponitque cor suum in manu dei, vt illud quod voluerit deus, ipse declinet. Magnum profecto adiutorium

Stimulus satanæ. Cap. XII. 1. Cor. 12.

Quomodo doctrina possit dici gratiæ. Cap. XIII. 1. Corin. 3. Rom. 8.

1. Thess. 4.

Esai. 54.

Philip. 3.

Psal. 118.

Gratia est liber facit. Ca. XIII.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 4.

Cap. XV.

Psal. 118.

Cap. XVI.

Math. 10.

1. Corin. 6.

Ca. XXIII.

Gal. 2.

Prom. 21.

Ca. XXIII.

Iacobi. 4.

Cap. XV.

Psal. 118.

Ca. XXIII.

1. Corin. 6.

Ca. XXIII.

Gal. 2.

Prom. 21.

G diuinæ gratiæ, vt cor nostrum quod voluerit deus, ipse declinet. Sed hoc tam magnum adiutorium, sicut iste desipit, tunc meremur cum sine illo adiutorio nõ nisi de arbitrij libertate ad dominum currimus, ab eo nos regi cupimus, voluntatem nostram ex eius voluntate suspendimus, eique adhaerend o iugiter, vnus cum illo efficiamur spiritus. Hæc scilicet tam ingentia bona, non nisi de arbitrij secundum istum efficiamus libertate, vt his præcedentibus meritis sic eius gratiam cõsequamur vt cor nostrum quod voluerit ipse declinet. Quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? Quomodo est gratia, si ex debito redditur? Quomodo verum dicit Apostolus, Non ex nobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur? Et iterum, Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo, inquam, hoc verum est, si opera tanta præcedunt quæ nobis adipiscendæ gratiæ meritum faciant, quo nobis non denerat gratuita, sed reddatur ex debito? Ergone vt perueniatur ad adiutoriũ dei, ad deum curritur sine adiutorio dei? Et vt deo adhaerentes adiuuemur a deo, non adiuti non adhaerebimus deo? Quid homini maius, quidve tale poterit gratia ipsa præstare, si iam sine illa vnus cum domino spiritus effici potuit, non nisi de arbitrij libertate? Sed vellem vt iste diceret, vtrum rex ille Assyrius cuius Hester sancta mulier execrabatur cubile, quãdo cõsederat in throno regni sui, & omni stola illustrationis suæ indutus erat, totus auro variatus lapidibusque preciosis, & erat formidolosus valde, & eleuata facie sua inflammata in charitate intuitus est eã tãquã taurus impetu indignationis suæ, & timuit regina & conuersus est color eius per dissolutionem, & inclinauit se super caput delicate suæ, quæ præcedebat eam. Vellem ergo diceret iste nobis, vtrum rex ille ad deum iam cucurrerat, & ab eo se regi cupuerat, suãque voluntatẽ ex eius voluntate suspenderat, & ei iugiter inherendo vnus cõ illo spiritus factus erat, non nisi de arbitrij libertate? vtrum se totum deo traderat, omnẽque suam mortificauerat voluntatem, & cor suum in manu dei posuerat? Puto non desipere, sed insanire hominem, quisquis de illo rege qualis tunc erat hoc senserit, & tamen conuertit deus & transtulit indignationem eius in lenitatem. Quis autem non videat multo maius esse indignationem a cõtrario in lenitatem conuertere atque transferre, quã cor neutra affectione præoccupatum sed inter vtrunque medium in aliquid declinare? Legant ergo & intelligant, intueantur atque fateantur, non lege atque doctrina insonate forinsecus, sed iterna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operari deum in cordibus hominum nõ solum veras reuelationes, sed etiã bonas voluntates.

Definat itaque iam Pelagius & seipsum & alios salutare, contra dei gratiam disputando: Non propter illorum trium vnum, id est, propter possibilitatem bonæ voluntatis atque operis, sed etiam propter voluntatem & operationem bonam erga nos gratia dei prædicanda est. Nam illam possibilitatẽ ad vtrunq; valere definit, & tamẽ non ideo tribuenda sunt deo etiã nostra peccata, sicut & propter eandem possibilitatẽ vult tribuere bona opera nostra. Non ideo tãtum adiutorium diuinæ gratiæ commendatur, quia possibilitatem adiuuat naturalem. Definat dicere, quod possumus omne bonũ facere, dicere, cogitare: illius est qui hoc posse donauit, quod vero bene vel agim⁹ vel loquimur vel cogitam⁹, nostrum est. Definat, inquam, ista dicere. Non solũ enim deus posse nostrum donauit atque adiuuat, sed etiã vel-

Ephes. 2.
Roma. 11.

H
C. XXXIII.
Hester. 15.

Cap. XXV.

le & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Quomodo enim dicitur, quod possumus bene agere, dei est, quod autem agimus, nostrum est, cum dicat Apostolus orare se ad deum pro eis ad quos scribebat ne quid mali faciant, & vt quod bonum est, faciãt: Non enim ait, oramus vt possitis nihil mali facere: sed, ne quid faciatis mali: nec vt possitis bonum facere: sed, bonum faciatis. Quoniam de quibus scriptum est, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei: profecto vt agant quod bonũ est, ab illo aguntur qui bonus est. Quomodo dicit Pelagius, quod bene loqui possum⁹ dei est, quod bene loquimur, nostrum est, cum dicat dominus, Spiritus patris vestri est qui loquitur in vobis: Neque enim ait, nõ vos estis, qui dedistis vobis bene posse loqui: sed ait, non vos estis qui loquimini. Nec ait, spiritus patris vestri est qui vobis dat vel dedit posse bene loqui: sed ait, qui loquitur in vobis: non significãt possibilitatis profectum, sed exprimens cooperationis effectũ. Quomodo dicit liberi arbitrij elatus assertor, quod possumus bene cogitare, dei est, quod autem bene cogitamus, nostrum est: Cui respõdet humilis gratiæ prædicator, Nõ quia idonei sum⁹ cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiens nostrã ex deo est. Non enim ait, posse cogitare: sed, cogitare. Istam dei gratiam in diuinis eloquiis manifestam etiã Pelagius manifeste fateatur, seque tandiu contra sensisse nõ operari impudentissimo pudore, sed dolore saluberrimo aperiat, vt sancta Ecclesia non turbetur pertinaci eius obstinatione, sed veraci correctione latetur. Cogitationem & electionem sicut sunt discernenda, discernat: quia scientia inflat, charitas ædificat. Et tunc scientia non inflat quando charitas ædificat. Et cum sit vtrunque donum dei, sed vnum minus, alterum maius, non hic iustitiam nostram super laudem iustificatoris nostri extollat, vt horum duorum quod min⁹ est, diuino tribuat adiutorio: quod autem maius est, humano vsurpet arbitrio. Et si consenserit nos gratia dei accipere charitatem, nõ sic sentiat tanquam vlla merita bona nostra præcesserint. Nam quæ merita bona tunc habere poteramus, quãdo deum nõ diligebamus? Vt enim acciperemus dilectionem qua diligeremus, dilecti sumus cum eam nõdum haberemus. Hoc Ioannes Apostolus apertissime dicit, Non quod nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Et alibi, Nos diligam⁹, iquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque verissime. Non enim haberemus vnde illũ diligeremus, nisi hoc ab illo cum prior nos diligeret, sumeremus. Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non facimus, si diligamus? Et si enim dei mandatum videntur aliquando non a diligentibus, sed a timentibus fieri, tamen vbi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonũ opus vocatur, quia omne quod non ex fide est, peccatũ est. Et fides per dilectionem operatur. Ac per hoc gratiam dei, qua charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, sic confiteatur qui vult veraciter confiteri, vt omnino nihil boni sine illa, quod ad pietatem pertinet veramque iustitiam, fieri posse non dubitet. Non quomodo iste, qui cũ dicit propterea dari gratiã, vt quod a deo præcipitur facilius impletur, quid de illa sentiat satis ostendit, scilicet quod etiã sine illa, etsi minus facile, fieri tamen quod diuinitus præcipitur, potest. In libro quippe ad virginem sacram, quod & supra commemo-

Philip. 1.

1. Corin. 12.

Roma. 1.

Matth. 10.

1. Corin. 12.

1. Corin. 12.

Ca. XXV.

1. Corin. 12.

1. Corin. 12.

1. Corin. 12.

Roma. 12.

Galat. 3.

Roma. 12.

C. XXXI.

morau,

A morau, cum dicit, Diuinam me reamur gratiam, & facilius nequã spiritui sancti spiritus auxilio resistamus: significat profecto quid sapiat. Vt quid enim hoc verbũ interposuit, id est, facilius? An vero nõ erat integer sensus, vt nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistam⁹? Sed quantum detrimentum hoc addimento fecerit, quis non intelligat? Volens vtique credi tantas esse nature vires, quas extollendo præcipit, vt etiam sine auxilio spiritus sancti, etsi minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritui resistatur. Item in primo libro pro libero arbitrio, Cum autem tam forte, inquit, tam firmum ad nõ peccandum liberum in nobis habeamus arbitriũ, quod generaliter nature humane creator inseruit, rursus pro eius inestimabili benignitate, quotidiano ipsius munimur auxilio. Quid opus est hoc auxilio, si tam forte, tam firmum est ad non peccandum liberum arbitrium? Sed etiam hic vult intelligi ad hoc esse auxilium, vt facilius fiat per gratiam, quod etsi minus facile, tamen putat fieri præter gratiam. Item in eodem libro alio loco, Vt quod per liberum, inquit, homines facere iubetur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Tolle, facilius, & non solum plenus, verum etiam sanus est sensus, si ita dicatur, Vt quod per liberum facere iubetur homines arbitrium, possint implere per gratiam. Cum autem, facilius, additur, a dilectio boni operis etiam sine dei gratia posse fieri tacita significatione suggeritur: quem sensum redarguit qui dicit, Sine me nihil potestis facere. Emendet hæc omnia, ne si in rerũ magnarũ profunditate humana errauit infirmitas, etiam diabolica huic accedat errori vel fallacia vel animositas, siue negãdo quod sensit, siue defendẽdo quod perperam sensit, cum id se nõ debuisse sentire commemorata perspicua veritate cognouerit. Istam quippe gratiam qua iustificamur, id est, qua charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, in Pelagij & Celestij scriptis quæcunq; legere potui, nusquam eos inueni quemadmodum confitenda est, confiteri. Prorsus nunquam eos aduertit sicut agnoscendi sunt, agnoscere filios promissionis, de quibus dicit Apostolus, Nõ ij qui filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in fide. Quod enim promittit deus, non facimus nos per arbitrium seu per naturam, sed facit ipse per gratiã. Nam vt de Celestij opusculis interim taceam vel libellis eius, quos iudicis ecclesiasticis allegauit, quæ vobis mittenda curauimus, quibus omnibus diligenter inspectis, possitis aduertere, non cum ponere dei gratiã qua iuamur vel ad declinandũ a malo, vel ad faciendũ bonum, præter naturale arbitrium voluntatis, nisi in lege atque doctrina, ita vt ipsas quoque orationes ad hoc asserat necessarias, vt ostendatur homini quid concupiscat & diligat. Vt ergo hæc interim mittam, nempe ipse Pelagius & literas nuper & libellum Romam fidei suæ misit, scribens ad beatæ memorię papam Innocentium, quẽ defunctum esse nesciebat. In his ergo literis dicit esse de quibus eum homines infamare conantur: Vnum, quod neget paruulis baptismi sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus regna cõlorum promittat: Aliud, quod ita dicat posse hominem vitare peccatum, vt dei excludat auxilium, & intantum libero cõsido arbitrio, vt gratia repudiet adiutorium. Sed de baptismo paruulorum, quantum eis dan dum esse concedat, quã peruerse cõtra fidem Christianam & catholicam sentiat veritatẽ, non hic locus est vt diligentius

differamus. nunc enim de adiutorio gratiæ, quod institutum peragendũ est: vnde ad id quod proposuit quid etiam hinc respondeat videamus. Vt enim omittamus eius inuidiosas de suis inimicis querelas, vbi ad rem veltum est, ita locutus est. Ecce, inquit, apud beatitudinem tuam Epistola ista me purget, in qua pure atque simpliciter ad peccandum & ad non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus diuino semper adiunatur auxilio. Cernitis itaque pro intellectu quem vobis dominus dedit, hæc eius verba soluendã non sufficere questionem: Querimus enim adhuc, quo auxilio liberum adiuari dicat arbitrium, ne forte sicut solet, velit intelligi legem atque doctrinam. Si enim queras cur dixerit, semper poterit respondere, quia dictum est, Et in lege dicitur, in qua pure atque Deinde cum de hominis cõditione, & ad peccandũ atque nõ peccandũ naturali eius possibilitate quãdã interposuisset, adiunxit dicẽs, Quam liberi arbitrij potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in Christianis, Iudeis atque gentilibus. In omnibus est liberum arbitrium æqualiter per naturam, sed in solis Christianis iuuatur gratia. Iterum querimus qua gratia: Et adhuc poterit respõdere, lege atque doctrina Christiana. Deinde quamlibet sentiat gratiã, ipsi Christianis secundum merita dari dicit, cum eos qui hæc dicunt, iam in Palæstina sicut supra commemorauit, sua illa præclara purgatione dãnauerit: Nam verba eius ista sunt, In illis, inquit, nudum & inerme est cõditionis bonũ. in eis dicit qui Christiani non sunt. Deinde cetera contexens, In his vero, inquit, qui ad Christum pertinent, Christi munijuntur auxilio. Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, secundum ea quæ supra diximus. Sed adhuc sequitur de illis qui Christiani nõ sunt, & dicit, Illi ideo iudicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium per quod ad fidẽ venire possent, & dei gratiam promereri, male vtuntur libertate concessã: Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero vtentes arbitrio merentur domini gratiã, & eius mãdata custodiunt. Nempe manifestum est eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam, vel qualemlibet significet, quam tamen aperte non exprimit. Nam cum eos remunerandos dicit, qui bene vtuntur libero arbitrio, & ideo mereri domini gratiam, debent eis reddi fatetur. Vbi est ergo illud Apostoli, Iustificati gratis per gratiam ipsius? Vbi est & illud, Gratia salui facti estis: Et ne putaret per opera, addidit, per fidem. Rursus ne ipsam fidem sine dei gratia sibi putarent esse tribuendam, Et hoc, inquit, non ex vobis, sed dei donum est. Nempe ergo illud vnde incipit omne quod merito accipere dicimur, sine merito accipimus, id est, ipsam fidẽ. Aut si negatur dari, quid est quod dictum est, Sicut vnique deus partitus est mensuram fidei: Si autem sic dicitur dari, vt reddatur meritis, non donetur: quid est hoc quod iterum dicit, Vobis donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo? Vtrunque enim donatum esse testatus est, & quod creditur in Christũ, & quod paritur quisque pro Christo. Isti autem libero arbitrio sic applicat fidem, vt fidei videlicet reddi videatur nõ gratuita, sed debita gratia, ac per hoc iam nec gratia, quia nisi gratuita, non est gratia. Sed ab his literis Pelagius ad fidei suæ librum vult transire lectorẽ, cuius nobis cõmemorationem fecit. In quo ea de quibus non interrogabatur multa disseruit. Sed nos de quibus agimus cum illis ipsa videamus. Cum enim ab vnitate tri-

Pelagii de-
sensu. Cap.
XXXI.

Psalm.

E

F

Roma. 3.
Ephes. 2.

Roma. 12.

Philip. 1.

Roma. 12.

C. XXXII.

Gnitatis vsque ad resurrectionē carnis, quod ab illo nemo querebat, disputationem quātam voluit terminasset: Et baptisma, inquit, vnum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiā in maioribus dicimus esse celebrandum. Hoc certe vos & a presentē audisse dixistis. Sed quid prodest quod eisdē verbis in paruulis, quibus & in maiorib⁹ celebrari dicit baptismi sacramentum, cum res a nobis, non sola verba quaerantur? Plus est quod vobis ore proprio interrogātibus respondit, vbi scribitis, infantes in remissionem peccatorum percipere baptismū. Non enim & hic dicit in verbis remissionis peccatorum, sed eos baptizari in ipsam remissionem, confessus est. Et tamen si ab eo quaereretis, quid peccati eis credatur remitti, non eos aliquid habere contenderet. Quis crederet sub hac quasi manifesta confessione sensum latere contrarium, nisi eum Celestius aperuisset? Qui in libello suo, quem Romae gestis Ecclesiasticis allegauit, paruulos & baptizari in remissionem peccatorum confessus est, & negauit vllum habere originale peccatum. Sed nunc nō de baptisinate paruulorum, sed de adiutorio gratiē potius etiam in

libello fidei suae, quem Romā misit, quid Pelagius senserit attendamus. Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos indigere dei semper auxilio. Ecce iterum quaerimus, quo auxilio nos indigere fateatur: & iterum inuenim⁹ ambigua, quoniam potest respondere legem se dicere doctrinā vē Christianam, qua naturā illa possibilis adiuuetur. Nos autē illam gratiam in eorū cōfessione requirimus, de qua dicit Apostolus, Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & charitatis & continentiae. Non est autem consequens, vt qui habet donum scientiae, quo nouerit quid agere debeat, habeat etiam charitatis, vt agat.

Illos etiam quos in eisdem literis quas misit ad sanctae memoriae papam Innocētium, libros suos vel scripta commemorat, legi, praeter vnā Epistolam, quam se breuē misisse ad sanctū Constantium Episcopū dicit, nec alicubi potui reperire hanc eum gratiam confiteri, qua nō solū possibilis naturalis voluntatis & actionis, quam dicit nos habere etiā si nec volumus nec agimus bonum, sed ipsa etiam voluntas & actio subministratione sancti spiritus adiuuatur. Legant, inquit, illam Epistolam, quam ad sanctum virum Paulinum Episcopum ante duodecim serē annos scripsimus, quae tredecis forte versibus nihil aliud quam dei gratiam & auxilium confitetur, nosque nihil omnino boni facere posse sine deo. Hāc ergo Epistolā legi, & inueni eum penē per totam non immorari nisi in facultate & possibilitate naturae, & penē ibi tantum dei gratiam constituisse: Christianam vero gratiam tanta breuitate sola nominis commemoratione perstringit, vt nihil aliud videatur, quam eam tacere timuisse. Vtrum tamē in remissione peccatorum velit intelligi, an etiam in doctrina Christi, vbi est & eius conuersationis exemplum, quod aliquot locis suorum opusculorū facit, an credat aliquid adiutorium bene agendi adiūtum naturae atque doctrinae per inspirationem flagrantissimā & luminosissimā charitatis, non apparet omnino.

Legant etiam, inquit, ad sanctum Cōstantium Episcopum, vbi breuiter quidem, sed planē libero hominis arbitrio dei gratiam auxiliumque coniunxi. Hanc Epistolam, vt superius dixi, non legi, sed si non est dissimilis ceteris, quae mihi nota commemorat, non habet etiā ipsa quod quaerimus. Legant etiam, inquit, quam ad sacram Christi virginem Demetriadem in Oriente

conscriptimus, & inuenient nos ita hominis laudare naturam, vt dei semper gratiae addamus auxiliū. Istam sanē legi, mihiq; penē persuaserat hanc illum gratiam, de qua quaestio est confiteri, quāuis in multis eius opusculi locis sibi ipsi contradicere videretur. Sed cum in manus meas & alia venissent, quae posterius latiusque cōscripsit, vidi quemadmodum potuerit etiā illic gratiā nominare, sub ambigua generalitate quid sentiret abscondens, gratiae tamen vocabulo frāgens inuidiam, offensionemque declinās. Nam in ipsius principio vbi ait, Proposito insudemus operi, nec mediocritati diffidam⁹ ingenij, quod credim⁹ fide matris & merito virginis adiuuari, gratiam qua adiuuamur ad aliquid agendum, mihi visus fuerat confiteri, nec attendam hanc eum ponere potuisse in sola reuelatione doctrinae. Item in eodem opere alio loco, Quod si etiam sine deo, inquit, homines ostendunt quales a deo facti sunt, vide quid Christiani facere possunt, quorum in melius per Christum instaurata natura est, & qui diuine quoque gratiae iuuantur auxilio? Naturam in melius instauratam, remissionem vult intelligi peccatorum. Quod alio loco in hoc ipso libro satis demonstrat, vbi ait, Etiam illi qui longo peccati vsu quodammodo obdureuerunt, instaurari per poenitentiam possunt. Auxiliū vero diuinae gratiae potest & hic ponere in reuelatione doctrinae.

Item alibi in eadem Epistola, Nam si ante legem, inquit, vt diximus, ac multo ante domini nostri & saluatoris aduentum, iuste quidam & sancte vixisse referuntur, quanto magis post illustrationem aduentus eius instauratos id posse credendum est, nos qui per Christi gratiam & in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine eius expiati atque mūdati, ipsiusque exemplo ad perfectionem incitati iustitiae, meliores illis esse debemus, qui ante legem fuerunt? Videre quemadmodū & hic aliis quidem verbis, sed tamē in remissione peccatorum, & in exemplo Christi, adiutorium gratiae constituerit. Deinde subiungit & dicit, Meliores etiam quam fuere sub lege, dicente Apostolo, Peccatum vobis non dominabitur, Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Et quoniam hinc, inquit, sufficienter, vt puto, diximus, nunc perfectam instituiamus virginem, quae ex utroque semper accensa, & naturae simul & gratiae bonum morum sanctitate testetur. Et in his verbis debetis aduertere, ideo illum quod dicebat, sic voluisse cōcludere, vt naturae bonum intelligamus, quod cum crearemur accepimus: gratiae autem, cum Christi imitamur exemplum, tanquam ideo peccatum nō indultum fuerit eis qui sub lege fuerunt vel sunt, quia exemplum Christi siue non habuerunt, siue non credunt. Hoc autem

istum sapere & alia eius verba ostendunt, nō in hoc libro, sed in tertio pro libero arbitrio, vbi ad eum loquēs cōtra quem disputat, quoniam ille posuerat verba Apostoli dicētis, Non quod volo ago: Et, Video aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & cetera quae ibi dicuntur, iste respondit atque ait, Hoc enim quod tu de Apostolo intelligere cupis, omnes Ecclesiastici viri in peccatoris & sub lege adhuc positi asserunt eum dixisse persona, quia nimia vitiorum cōsuetudine velut quadam teneretur necessitate peccandi, & quantuis bonum appeteret voluntate, vsu tamē praecipitaretur in malum. In persona autem, inquit, hominis vnus designat populū sub vetere adhuc lege peccatē, quē ab hoc cōsuetudinis malo dicit liberandum esse per Christum, qui credētibus sibi primo omnia per baptismum peccata dimittit, deinde imitatione sui ad perfe-

ctam incitat sanctitatem, & vitiorū cōsuetudinē virtutum vincit exemplo. Ecce quomodo vult intelligi, adiuuari eos qui sub lege peccant, vt per gratiā Christi iustificati liberentur, tāquā eis nō sufficiat sola lex propter nimiam peccandi cōsuetudinē, nisi Christi accedat nō inspiratio charitatis per spiritum sanctū, sed intuentū & imitandū in doctrina Evangelica virtutis eius exemplum. Et certē maxima hic erat causa exprimendi quā diceret gratiā, vbi locum ipsum de quo respondetur, sic concludit Apostolus vt diceret, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei per Iesum Christū dominum nostrū. Hanc iste cum constituat non in virtutis eius auxilio, sed imitationis exemplum, quid amplius de illo sperare debemus, vbi quaeque gratia nomē sub ambigua generalitate commemorat?

Item in eodē libro ad virginem sacrā, vnde etiam etiā supra disseruimus, vbi ait, Subditi sumus deo, eiusque faciēdo voluntatem, diuinam mereamur gratiā, & facilius nequam spiritui spiritus sancti auxilio resistam⁹. In quibus eius verbis certe manifestum est, ita eū velle nō solum naturae possibilitatem nō possumus resistere tentatori, sed vt facilius resistamus. Quod tamen qualecūque & quantumcūque adiutorium, eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia, reuelante spiritu per doctrinam, quam vel non possumus vel difficile habere possumus per naturam. Ista sunt quae in libro quē scripsit ad virginē Christi, aduertere potui, vbi videtur gratiam cōfiteri, quae profecto qualia sint vti que cernitis. Elegant, inquit, etiā recēs meum opusculum, quod pro libero nuper arbitrio edere com pulsū sum⁹, & agnoscent quā inique nos negatione gratiae infamare gestierint, qui per totum pene ipsius textū operis perfecte atque integre & liberum arbitriū cōfitemur & gratiam. Quatuor sunt libri operis huius, & hos legi, & ex illis sumpti quae tractanda & discutiēda proposui, & vt potui pertractaui, anteq̄ ad eius has literas quae Romam missae sunt, veniremus. Sed in his etiam quatuor libris, quaeque pro gratia videtur dicere, qua iuuamur vt declinemus a malo bonumque faciamus, ita dicit, vt nullo modo a verborū ambiguitate discedat, quā discipulis sic possit exponere, vt nullū auxiliū gratiae credat, quae naturae possibilitas adiuuetur, nisi in lege atque doctrina, ita vt ipsas quoque orationes, vt in scriptis suis aperitissime asseruit, ad nihil aliud adhibēdas opinetur, nisi vt nobis doctrina etiā diuina reuelatione aperiat, nō vt adiuuetur mēs hominis, vt id quod faciendum esse didicerit, etiam dilectione & actione perficiat. Ab illo enim suo manifestissimo dogmate nō recedit omnino, vbi tria illa constituit, possibilitatem, voluntatem, actionem, & solā possibilitatē dicit diuino semper adiuuari auxilio: voluntatē autē & actionē, nullo dei adiutorio existimat indigere. Ipsum vero auxiliū quo possibilitatem naturae perhibet adiuuari, in lege constituit atque doctrina, quam nobis fatetur etiam sancto spiritu reuelari, propter quod & adorandū esse cōcedit. Sed hoc adiutorium legis atque doctrinae etiam Prophetis fuisse temporibus, adiutorium autem gratiae, quae proprie gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratum exemplo. Quod nihilominus ad doctrinā pertinere perpicitis, quae nobis Evangelica praedicatur, vt videremus, iam viribus liberi arbitrij, adiutorio nullo alterius indigentes, sufficimus nobis, ne deficiamus in via, quāuis & ipsam viam contendant etiam sola inueniri

posse natura, sed facilius si adiuuet gratia. Hae ergo D pro meo captu intelligere potui in Pelagij scriptis quādo nominauit gratiam. Videtis autē quod qui ista sentiunt, ignorantes dei iustitiam, suam voluntate constitue- re, & longe ab illa sunt, quae nobis ex deo est, nō ex nobis, quam in scripturis etiam sanctis maxime canonicis aduertere atque cognoscere debuerūt. Sed quia eas secundum suū sensum legunt, profecto in illis nec aperte contuentur. Vtiā ergo saltem in catholicorum virorū scriptis, a quibus eas recte intellectas esse nō dubitant, quid sit de adiutorio diuināe gratiae sentiendum, non negligenter attenderent, nec suae sententię amore nimio praeterirent. Nam iste ipse Pelagius in illo ipso recenti opusculo suo, cuius se commemoratione defendit, id est, in tertio libro pro libero arbitrio, sanctum Ambrosium quemadmodum laudet, accipite.

Beatus, inquit, Ambrosius Episcopus, in cuius praecipue libris Romana elucet fides, qui scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem & purissimum in scripturis sensum, ac inimicus quidem ausus est reprehendere. Ecce qualibus & quātis praedicat laudibus, quamlibet sanctum & doctum virum, nequaquam tamen authoritati scripturae canonicae comparandum. Quem propterea sic iste cōmendat, quia videtur sibi in quodā loco librorum eius eo teste vti, quo probet hominē posse esse sine peccato, vnde nunc non agitur, sed agitur de auxiliō gratiae, quo ad non peccandum adiuuamur iustēque viuendum. Audiatur ergo

illum venerabilem antistitem dicentem & docentem in secundo libro expositionis Evangelij secundum Lucam cooperari dominum etiam voluntatibus nostris. Vides vti que, inquit, quia vbi que domini virt⁹ studiis cooperatur humanis, vt nemo possit adificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. Et ideo iuxta Apostolū, Siue māducat, siue bibitis, omnia in dei gloriā facite. Videtis quādemmodum sanctus Ambrosius etiam illud quod solent homines dicere, nos incipimus, & deus perficit, his verbis abstulit dicens, neminem quicquam vel incipere sine deo. Item in sexto libro eiusdem operis, cū de duobus illis generatōris vnus debitoribus ageret, Secundum hominem, inquit, plus fortasse offendit, qui plus debuerat, sed per misericordiā domini causa mutatur vt amplius diligit, qui amplius debuit, si tamen gratiā consequatur. Ecce aperitissime praedicat catholicus F doctor etiam ipsam dilectionem, qua quisque amplius diligit, ad beneficium gratiae pertinere. Ipsam denique poenitentiam, quam proculdubio volūtas agit, domini misericordia & adiutorio fieri vt agatur, in decimo eiusdem operis libro beatus dicit Ambrosius ita loquens, Bonae lachrymae quae culpam lauant. Denique quos Iesus respicit, plorat delictum. Negauit primo Petrus & non fleuit, quia non respexerat dominus: negauit secundo & non fleuit, quia adhuc nō respexerat dominus: negauit & tertio, respexit Iesus, & ille amarissime fleuit. Legant isti Evangelium, & videant dominum Iesum tunc intus fuisse, cum a sacerdotum principibus audiretur, Apostolum vero Petrum foris & deorsum in atrio cum seruis ad focum tunc sedentem, nunc stantem, sicut veracissima & concordissima Evangelistarum narratione monstratur. Vnde non potest dici, quod corporalibus oculis eum dominus vti biliter admonēdo respexerit. Et ideo quod ibi scriptum est, Respexit eum dominus: intus actum est, in mente actū est, in volūtate actū est. Misericordia dominus latēter sub-

Capit XXXIII.

2. Timot. 1.

Capit XXXIII.

C. XXXV.

C. XXXVI.

Epistola ad Demetriadem. Cap. XXXVII.

Capit XXXVIII.

Roma. 6.

Capit XXXIX.

Roma. 7.

Cap. XLII. Roma. 10.

Ca. XLIII.

Ca. XLIII. Ambrosius super Lucā lib. 2. ca. 12.

1. Cor. 10.

Ambrosius super Lucā lib. 6. ca. 34.

Cap. XLV.

Ambrosius super Lucā lib. 10. cap. 96.

Mat. 29.

G quia superius in eodem libello suo de huiusmodi quaestione locutus ante praedixerat, Si forte ut hominibus quispiam ignorantiae error obreperit, nostra sententia corrigatur. Hanc eius praelocationem venerabilis papa Zosimus tenens, egit cum homine, quae falsa doctrina vetus inflauerat, ut ea quae illi a diacono Paulino fuerant obiecta damnaret, atque ut sedis Apostolicae literis, quae a sanctae memoriae suo praesessore manauerat, praeretur assensum. At ille noluit quidem diaconi obiecta damnare, sed beati papae Innocentij literis non est ausus obistere, immo se omnia quae sedes illa damnaret, damnaturum se esse promisit, atque ita velut phreneticus, ut requiesceret tanquam leniter fatus, a vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse solvendus. Sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Aphrica, respiscendi ei locus sub quadam medicinali sententia lenitate concessus est. Quoniam re vera si deposita pernicitiae vanitate, quid promiserat vellet attedere, & easdem literas, quibus se consensurum esse responderat, diligenter legeret, sanaretur. Sed postea quam ex Aphricano Episcoporum concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, ut iustissime in eum sententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta transmissimus. Vnde etiam Pelagius si seipsum & sua scripta sine dolo cogitat, non recte dicit eadem sententia se non debuisse teneri. Fefellit enim iudicium Palaestinum, propterea ibi videtur esse purgatus. Romanam vero Ecclesiam, ubi eum esse notissimum scitis, fallere usquequaque non potuit, quanvis & hoc fuerit utrunque conatus, sed ut dixi, minime valuit. Recoluit enim beatissimus papa Zosimus, quid imitandum praesessor eius de ipsis senserit gestis. Attendit etiam quid de illo sentiret predicanda in domino Romanorum fides, quorum aduersus eius errorem pro veritate catholica, studia consonantia concorditer flagrare cernebat, inter quos ille diu vixerat, & quos eius dogmata latere non poterant, qui Celestium eius esse discipulum sic nouerant, ut fidelissimum & firmissimum possent de hac re testimonium perhibere. Quid ergo de Palaestinae synodi gestis, quibus se Pelagius absolutum esse gloriatur, sanctus papa Innocentius iudicauerit, quanvis & in literis eius, quas nobis rescripsit, legere possitis, & commemoratum eum venerabili papae Zosimo synodus Aphricana respondit, quod vestrae charitati cum caeteris instructionibus misimus, tamen nec in hoc opere praetereundum videtur. Cum enim nos in Epistola quam ei quinque Episcopi scripsimus, eorundem gestorum Palaestinarum, quorum ad nos iam fama peruenerat, commemorationem fecissemus, dicentes in Oriente, ubi degit, gesta Ecclesiastica facta esse, quibus putatur esse purgatus, atque ad hoc inter caetera ille rescriberet, Cum sint, inquit, aliqua in ipsis posita gestis, quae obiecta, partim ille vitio suppressit, partim multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit, aliqua magis falsa, quam vera ratione, ut ad tempus poterat videri purgatus, negando alia, alia falsa interpretatione vertendo. Sed utinam, quod optandum magis est, iam se ille ad veram catholicam fidei viam ab illo suo errore couertat, & cupiat velique purgari, considerans quotidianam dei gratiam, adiutoriumque cognoscens, ut videatur vere & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum iudicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorum nec approbare nec culpae iudicium, cum nesciamus utrum vera sint gesta, aut si vera sint, costet

magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Videtis certe in his verbis, quemadmodum papa beatissimus Innocentius non tanquam de incognito loqui videatur. Videtis qualem tulerit de illius purgatione sententiam. Videtis quid successor eius sanctus papa Zosimus recollere debuerit, sicut recoluit, ut in eo sui praecessoris iudicium remota cunctatione firmaret.
 Tam nunc diligenter attendite, vnde monstratur quod Palaestinos Pelagius fefellerit iudices. Ut alia taceam, in hac ipsa questione de baptisate paruulorum, ne forte cuiuspiam in eo quod diximus, cum sensum, in quo liberior Celestius fuit, nobis occultasse Pelagium, cum & ipse non aliter sentiat, calumniari potius vel suspicari, quam certum aliquid comprehendisse videamur. Nepe iam superius satis claruit, propterea Celestium voluisse damnare, quod dicitur ad peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano, & infantes qui nascuntur, in eo statu esse, in quo Adam fuit ante prauaricationem, quia videbat si ista damnaret, confirmare se in infantibus peccati ex Adam transitum. Haec autem cum fuissent obiecta Pelagio, quod ea cum Celestio etiam ipse sentiret, sine ulla retractatione damnauit. Quod licet vos legisse sciam, tamen quia non solis vobis hoc scribitur, ne pigeat lectorem ad ipsa gesta recurrere, vel si ea non habet, etiam cum labore perquirere, ipsa inde verba transcribimus, quae infra scripta sunt. Synodus dixit, Nunc quonia anathematizauerit Pelagius incertum stultiloquium, recte respondens, hominem cum adiutorio dei & gratia posse esse, id est, sine peccato, respondeat & ad alia capitula. Aliud capitulum in doctrina Celestij discipuli Pelagij, ex eis quae Carthagine a sancto Aurelio Carthagenensi Episcopo cum aliis Episcopis audita sunt & commemorata: Adam mortalem factum, qui sine peccato, sine non peccaret, mortuus esset. Quoniam peccatum Adae ipsum solum laeserit, & non genus humanum. Quoniam lex sic mittat ad regnum, quemadmodum & Euangelium. Quoniam ante aduentum Christi fuerint homines sine peccato. Quoniam infantes nuper nati in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante prauaricationem. Quoniam neque per mortem vel prauaricationem Adae omne genus humanum resurgat. Quoniam sanctus Episcopus Augustinus aduersus discipulos eius in Sicilia respondit Hilario ad subiecta capitula, scribens librum in quo ista continentur, Posse hominem sine peccato esse, si velit: Infantes, etiam non baptizentur, habere vitam eternam: Diuites baptizatos nisi omnibus abrenucent, si quid boni nisi fuerint facere, non reputari illis, neque regnum dei posse habere. Pelagius dixit, De posse quidem hominem sine peccato esse, dictum est superius. De eo autem quod fuerint homines ante aduentum domini sine peccato, dicimus & nos, quoniam ante aduentum Christi vixerunt quidam sancte & iuste, secundum scripturarum sanctorum traditionem. Reliqua vero & secundum ipsorum testimonium, quia ista non sunt pro quibus ego satisfacere debeam, sed tamen ad satisfactionem sanctae synodi, anathematizo eos qui sic tenent, aut aliquando tenuerunt. Ecce ut alia omittam, videtis anathematizasse Pelagium eos qui tenent quod Adae peccatum ipsum solum laeserit & non genus humanum, & quod infantes qui nascuntur, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prauaricationem. Quid ergo hic aliud Episcopi iudices intelligere potuerunt, nisi eum confiteri, quod peccatum ex Adam in paruulos traescat? Quod ne confiteretur Celestius, haec damnare noluit, quae iste damnauit. Proinde

A Proinde si ostendero, etiam ipsum nihil aliud sentire de paruulis, nisi quod sine ulla cuiusquam vitij contagione nascuntur, quid inter istum & Celestium in hac quaestione distabit, nisi quod ille apertior, iste occultior fuit: ille pertinacior, iste medacior: vel certe ille liberior, hic astutior? Ille enim nec in Ecclesia Carthagenensi damnare voluit, quod in Romana postea se tenere confessus est, & corrigi paratum se esse professus est, si ei tanquam homini error obreperit. Ille autem & illud dogma damnauit tanquam contrarium veritati, ne ipse a catholicis iudicibus damnaretur, & id sibi defendendum postea seruauit, aut mendaciter damnans, aut callide interpretans. Sed video de me iam iustissime postulari, ut quod promisi, utrum & ipse hoc sentiat quod Celestius, demonstrare non differam. In primo libro recentioris operis sui, quod scripsit pro libero arbitrio, cuius operis in literis quas Romam misit, commemorationem fecit, Omne, inquit, bonum ac malum, quo vel laudabile vel vituperabile sumus, non nobiscum oritur, sed agitur a nobis: capaces enim utriusque rei, non pleni nascimur, & ut sine virtute, ita & sine vitio procreamur. Atque actione propriae voluntatis, id solum in homine est, quod deus condidit. Nepe cernitis in his Pelagij verbis, quod dogma contineatur ambo de paruulis sine ulla vitij ex Adam contagione nascentibus. Non itaque mirum est, quod eos qui dicunt Adae peccatum ipsi soli obfuisse & non generi humano, & infantes qui nascuntur, in eo statu esse in quo fuit Adam ante prauaricationem, Celestius damnare noluit, sed multum mirum est, quia fronte Pelagius ista damnauerit. Si enim sicut dicitur malum non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, atque ante actionem propriae voluntatis id solum in homine est quod deus condidit, profecto peccatum Adae, ipsi soli obfuit, quia nullum in prole transitum fecit. Non enim peccatum non est malum, aut peccatum non est vitium, aut peccatum deus condidit. Dicit autem iste, malum non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, & hoc solum est in nascentibus, quod deus condidit. Ac per hoc cum peccatum Adae ipsi soli obfuisse, non generi humano, secundum istam suam sententiam, verissimum putet, cur hoc damnauit Pelagius, nisi ut iudices catholici fallerentur? Similiter & illud dici potest, Si malum non nobiscum oritur, & sine vitio procreamur, idque solum est in homine nascente, quod deus condidit, proculdubio qui nascitur infantes, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prauaricationem, cui nullum malum vitiumque inerat, atque id solum in illo erat, quod deus condiderat. Et tamen anathematizauit Pelagius, qui tenent aut aliquando tenuerunt, in eo statu esse recetes ab ortu paruulos, in quo Adam fuit ante prauaricationem, id est, sine villo malo, sine villo vitio, id solum habentes, quod deus condidit. Ut quid ergo & hoc damnauit Pelagius, nisi ut catholica synodus falleretur, ne nouus haereticus damnaretur? Quod autem scitis, & quod in eo etiam libro posui, quem de gestis Palaestinis ad venerabilem senem nostrum Aurelium scripsi, illa ergo responsione Pelagij totam istam quaestionem consumptam esse gaudebam, confessusque mihi apertissime videbatur, esse in paruulis originale peccatum, anathema dicendo eis qui peccatum Adae ipsum solum, non etiam genus humanum crederent laesum, & in eo statu opinarentur esse paruulos, in quo ille homo primus ante prauaricationem fuit. Sed postea cum legissem quatuor eius libros, de quorum primo libro pauloante commemorata verba descripti, & inuenissem hominem adhuc contra catholicam

fidem de paruulis sentientem, prius mirari coepi tam impudens in Ecclesiastico iudicio, & de tanta questione mendacium. Si enim eisdem libros ante iam scripserat, quomodo se dixit eos anathematizare; qui sic aliquando tenuerunt? Si autem postea illud opus pollicitus est, quomodo anathematizauit qui sic tenent? Nisi ridicule forte dicitur est, eos se damnasse qui sic aliquando tenuerunt & qui sic tenent: de tempore autem futuro, id est, eis qui sic fuerant retenturi, nec sibi, nec aliis praedecare potuisse, & ideo non fuisse mentitum, quia postea deprehensus est sic tenere. Sed non hoc dicit, non solum quia ridiculum est, sed quia verum esse non potest. In eisdem quippe libris, & contra peccati ex Adam in paruulos transitum loquitur, & de gestis Palaestinae synodi gloriatur, ubi eos qui sic tenent, veraciter damnasse putatus est, & absolutionem suam fallendo furatus est.
 Quid enim ad rem de qua nunc agimus pertinet, quod discipulis suis responderet, ideo se illa obiecta damnasse, quia & ipse dicit, non tantum primo homini, sed etiam humano generi primum illud obfuisse peccatum, non propagine, sed exemplo, id est, non quod ex illo traxerint aliquod vitium, qui ex illo propagati sunt, sed quod eum primum peccantem imitati sunt omnes qui postea peccauerunt. Aut quia dicit ideo infantes non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante prauaricationem, quia isti praecceptum capere non dum possunt, ille autem potuit, nondumque videntur rationalis voluntatis arbitrio, quo ille nisi vteretur, non ei praecceptum daretur. Quid hoc ad rem pertinet, quia verba sibi obiecta sic exponendo recte se putat damnasse, quod dicitur peccatum Adae ipsi soli obfuisse & non generi humano, & infantes qui nascuntur, in eo statu esse in quo Adam fuit ante peccatum, & tamen his damnatis non mendaciter tenere, quod in eius postea conscriptis opusculis inuenitur, sine villo malo, sine villo vitio paruulos nasci, & hoc solum in eis esse quod deus condidit, non vulnus quod inimicus inflixit? Nunquid haec dicendo, verba propter aliud obiecta, aliter exponendo, id agit, ut se iudices non fefellisse demonstrat? Prorus non id efficit. Tanto enim iudices fefellit occultius, quanto exponit ista versutius. Episcopi quippe catholici quando audiebant hominem anathematizantem eos qui dicunt Adae peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano, nihil aliud eum sapere existimabant, quam id quod catholica Ecclesia praedicare consuevit. Vnde veraciter paruulos in peccatorum remissionem baptizat, non quae imitando fecerunt, propter primi peccatoris exemplum, sed quae nascendo traxerunt, propter originis vitium. Et quando audiebant anathematizantem eos qui dicunt infantes qui nascuntur, in eo statu esse in quo Adae fuit ante prauaricationem, nihil eum aliud dicere credebant nisi eos qui paruulos putant nullum ex Adam traxisse peccatum, & secundum hoc in eo statu esse in quo fuit ille ante peccatum. Etenim hoc illi obiceretur, non aliud, vnde quaestio versabatur. Proinde cum hoc iste sic exponit, ut dicat infantes ideo non in eo statu esse in quo Adam fuit ante peccatum, quia nondum sunt in eadem firmitate mentis aut corporis, non quod in eos traesierit vlla culpa propaginis, respondeatur ei, Quando tibi illa damnanda obiciebantur, non ea catholici Episcopi sic intellegebant: ideo cum illa damnaret, catholicum te esse credebant. Propterea ergo quod te illi sapere existimabant, absoluedu fuit: quod vero tu sapiebas, damnandu fuit. Non ergo tu absolutus es, qui damnanda tenuisti, sed illud absolutu est, quod tenere debuisti. Ut autem tu absolutus

De sententia Pöfificis in Celestium. Cap. VII.

De Pelagij calliditate. Cap. VIII.

Ex Epistola Innocentij. Cap. IX.

Cap. X.

Quomodo Pelagius. Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. XIV.

Cap. XV.

Mira Pelagij tergiversatio. Cap. XVI.

Cap. XVII.

F

Cap. XVII. G putaretis, creditus es sentire laudanda, cū te iudices nō intelligerent occultare damna. Recte Celestij socius iudicatus es, cuius manifestas te esse participem. Et si in iudicio tuos cooperuisti libros, tamen post iudiciū eos edidisti. Quæ cum ita sint, profecto sentitis in tam nephandi erroris auctores, Episcopalia cōcilia & Apostolicam sedem, vniuersamque Romanam Ecclesiam, Romanūque imperiū, quod deo propitio, Christianū est, rectissime fuisse cōmotum, donec respicāt de diaboli laqueis. Quis enim scit, ne forte de illis deus pœnitentiā ad cognoscendam & confitendam & predicandam etiam veritatem, damnandamque veraciter damnabilem falsitatem? Quoquo modo autem se habere isti velint, multis tamen misericordia domini esse consultum, qui eos propterea sectabatur, quia catholica communione videbant esse sociatos, dubitare non possumus. Quo modo autē Pelagius retauerit obrepere ad fallendum etiam Apostolicæ sedis Episcopale iudicium in hac ipsa quæstione de baptisate paruulorum, diligenter attendite. In literis enim quas Romam misit ad beatæ memoriæ papæ Innocētium, quoniam eum in corpore non inuenērūt, & sancto papæ Zosimo datæ sunt, atq; ad nos inde directæ, dicit se ab hominibus infamari, quod neget paruulis baptisati sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus cœlorum regna promittat. Sed non sic illis hæc obiciuntur vt posuit. Nā neq; paruulis negat baptisati sacramentū, neq; absq; redemptione Christi aliquibus cœlorū regna promittit. Itaque vnde se queritur infamari, eo modo proposuit, vt facile posset crimini obiecto saluo suo dogmate respondere. Obicitur autem illis, quod non baptizatos paruulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandū, quoniam propter accipiendū regnum cœlorum tantūmodo eos baptizandos esse cōtendunt, quasi præter regnū cœlorū habere nisi eternam mortem possint, qui sine participatione corporis & sanguinis domini aternā vitam habere nō possunt. Ecce quod eis obicitur de baptisate paruulorū, non q̄ ipse ita proposuit, vt possit suæ propositioni quasi aduersantis obiectioni, secundū sua dogmata respondere. Denique quo modo respondeat aduertite, & videte latebras ambiguitatis falsitati præparare refugia, offundendo caliginem veritati, ita vt etiam nos cum primū ea legimus, recta vel correctæ propemodum gauderemus. Sed latiores disputationes ei in libris vbi se quātumlibet operari, plerunq; aperire compellitur, fecerunt nobis & ista suspecta, vt attentius intuentes inueniremus ambigua. Cum enim dixisset, nunquam se vel impium aliquem hereticum audisse, qui hoc quod proposuit de paruulis diceret: deinde subiecit atq; ait, Quis enim ita Euangelicæ lectionis ignarus est, qui hoc non modo affirmare conetur, sed qui vel leuiter dicere, aut etiā sentire possit? Deinde quis tam impius, qui paruulos exortes regni cœlorum esse velit, dum eos baptizari & in Christo renasci putat? Frustra ista dicit, Non inde se purgat. In regnum cœlorum sine baptisate paruulos intrare non posse, nec ipsi aliquando negauerūt. Sed nō inde quæstio est, De purgatione originalis peccati in paruulis quæstio est. Inde se purget, qui nō vult fateri, quærū regenerationis in paruulis habere, quod purget. Et ideo cetera que dicitur est atēdamus. Post interpositum enim ex Euangelio testimonium, quod nisi renatus ex aqua & spiritu sancto, regnum cœlorum nullus possit intrare, vnde illis, vt dixim⁹, nulla sit quæstio,

secutus adiunxit dicens, Quis ille tam impius est, qui cuiuslibet ætatis paruulo interdicit cōmunem humani generis redemptionem? Et hoc ambigū est, quale dicat redemptionem. Vtrum ex malo ad bonū, an ex bono ad melius. Nam & Celestius apud Carthaginē in libello suo confessus est redemptionem paruulorum, & tamen noluit confiteri ex Adam in eos transisse peccatum. Sed quid deinde iste subiungat aduertite. Et in perpetuam, inquit, certamque vitam renasci veterē, qui natus sit ad incertam, id est, quis tam impius est, vt veterē sit ad perpetuam certamque vitam eum qui natus sit ad incertam? Hæc verba quando primitus legimus, credidimus eum incertam vitam, istam voluisse dicere temporalem, quāuis nobis videretur magis eā mortalem dicere debuisse, quā incertā, eo quod certa morte finiatur. Tamen quādiu ducitur, quoniam momenti omnibus esse non dubitatur incertam, nihil aliud eum putauimus, quā istam mortalem vitam maluisse dicere incertam. Ac per hoc quāuis eternā mortem paruulorum sine baptisatis sacramento ex hac vita migrationem aperte noluerit confiteri: tamē de illo sollicitudinem nostram quasi certa ratiocinatio solabatur. Dicebamus enim, Si perpetua vita sicut confiteri videtur, nisi eorum qui baptizati sunt non potest esse, profecto eos qui non baptizati moriuntur, mors perpetua consequetur. Quid nulla iustitia potest accedere his, à quibus in hac vita nulla peccata commissa sunt, nisi originale peccatum. Sed postea non desierūt fratres qui nos admonerent, hoc ideo dicere Pelagium potuisse, quia de ista quæstione ita perhibetur solutus respondere quærētibus, vt dicit et, Sine baptisate paruuli morientes, quō non eant, scio: quō eant, nescio: id est, non ire in regnum cœlorum scio: quō vero eant se nescire dicebat: aut dicit, quia dicere non audebat, in mortem illos ire perpetuam, quos & hic nihil mali commisisse sentiebat, & originale traxisse peccatū non sentiebat. Itaque & ista eius verba Romam pro magna eius purgatione transmissa, tam sunt ambigua, vt possint eorum dogmati præbere latibula, vnde ad insidiandū profiliat hereticus sensus, quando nullo existente qui valeat respondere, tanquam in solitudine aliquis inuenitur infirmus: iam vero in libro fidei sue, quæ Romam cum ipsis literis misit ad eūdem Papam Innocētium, ad quem etiam Epistolam scripserat, multo euidentius seipsum tegendo nudauit, dicens, Baptisate vnum teneamus, quod hisdem sacramētis verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus dicimus esse celebrandum. Nō saltem dixit, eodē sacramento: quod quidem si dixisset, adhuc esset ambiguum, sed hiscē, inquit, sacramētis verbis: tanquam infantibus remissio peccatorū verborum sonitu diceretur, nō rerū ageretur effectū. Visus est tamen ad tempus aliquid dicere quod fidei catholice conueniret, sed illam sedem vsque in finem fallere nō preualuit. Post rescripta quippe Africana concilij, in quā prouinciam quidē doctrina illa pestifera serpens peruenerat, sed eam nō tam late occupauerat, atq; eque peruaserat, alia quoque ipsi in vrbe Roma, vbi diuissime vixerat, atque in his fuerat prius sermonibus cōtentionibusque versatus, cura fidelium fratrum prolata patuerūt, quæ literis suis quas cōscripsit per orbem catholicū perferēdas, Papa Zosimus execranda sicut legere potestis atēxuit, vbi Pelagius Epistolam Pauli Apostoli ad Romanos, vbi exponens argumentatur & dicit, Si Adæ peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest. Et cetera

A tera huiusmodi, quæ omnia domino adiuuante in libris quos scripsimus de baptisate paruulorū, refutata & dissoluta sunt. Et ea quidē in ipsis quasi expositionibus nō ex sua persona est ausus obicere, sed ibi hoc dicebat, vbi multis notissim⁹ erat, & quid sentiret ac diceret, latere nō poterat. Quod in libris illis de quorum primo quiddā supra cōmemorauim⁹, nō dissimulante, sed apertissime quanti potest disputādi viribus agit, vt natura humana in paruulis nullo modo ex propagine vitiatā credatur, cui arrogando salutem inuidet saluatore. Hac cum ita sint, cūque iam constet dogma exitisse pestiferum & hereticū errorem, quem domino adiuuante apertius iam deuicit Ecclesia, duobus istis Pelagio scilicet & Celestio, aut in locum pœnitentiæ redactis, aut si id recuauerint omnino damnatis; qui huius peruersitatis auctores vel perhibentur, vel etiam probantur, vel certe si auctores nō sunt, sed hoc ab aliis didicerūt, assertores tamē atq; doctores, per quos id latius reptaret & cresceret, & verbis & literis suis, & cōpetentibus iudiciis & fama ex his omnibus surgente & crebrescente iactatur, quid restat, nisi vt quisque catholicus pro viribus, quas sumit à domino, redarguat istam pestem; eiq; vigilanter obsistat, vt cū respōdēdi necessitate sine studio cōtentionis pro veritate certatur, instruatū indoctū, atque ita in Ecclesiæ cōuertatur vtilitatem, quod est inimicus in perniciem machinatus; iuxta illud Apostoli, Oportet & hæreses esse, vt probati manifesti fiant inter vos: Quapropter post multa quæ aduersus istum errorem inimicus gratiæ dei, quam per Iesum Christum dominum nostrū puillis magnisque largitur, scribēdo disputare potuimus, nunc illud oportet exequere, quod volentes hæreseos astute inuidiam declinare, asserunt istam præter fidei periculum esse quæstionem, vt videlicet si in ea fuerint exorbitasse conuicti, non criminaliter, sed quasi ciuilitate errasse videantur. Sic enim Celestius apud Carthaginē gestis Ecclesiasticis est locutus: Iam, inquit, de traduce peccati dixi, quia intra catholicā constitutos plures audiui destruere, nec non & alios astruere, licet quæstionis res sit ista, nō hæresis. Infantes semper dixi egere baptisate, ac debere baptizari. Quid querit aliud? Ista hoc dixit; tāquam significare voluerit tunc fuisse hæresim iudicandam, si baptizari debere negaret infantes. Nunc vero quoniam baptizandos fateatur, etiam si causam baptisatis eorum non eam dicat, quam veritas habet, sed quæ ad fidem nō pertinet, nō se arbitratur errare, & ideo non esse hereticū iudicandum. Item in libello quem Romæ dedit, cum fidem suam à trinitate vnus deitatis vsque ad resurrectionē qualis futura est mortuorum, de quibus eum nullus interrogauerat, & vnde illi nulla quæstio mouebatur, quātum dicere libuit explicasset, vbi ad id quod agebatur eius sermo peruenit, Si quæ vero, inquit, præter fidem quæstiones natae sunt, de quibus esset inter plerisque contentio, non ego quasi auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate statui, sed ea quæ de prophetarū & apostolorum fonte suscepi, vestri apostolorum offerimus probata esse iudicio, vt si forte vt hominibus quispian ignorantiæ error obrepperit, vestra scientia corrigatur. Nempe perspicitis id eum egisse hac prælocutione præmissa, vt si quid in illo apparuisset erroris, non in fide, sed in quæstionibus quæ sunt præter fidem videretur errasse: vbi et si corrigendus esset error, nō tamen tantam hæresis corrigatur, & qui correptus fuerit, ita dicitur errare, vt nō tamen hereticus iudicetur. Sed multum eum ista fallit opinio. Longe aliter se habent quæ-

stiones istæ, quæ esse præter fidem arbitratū, quā sunt illæ in quibus salua fide qua Christiani sum⁹, aut ignōratur quid verum sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter quā est, humana & infirma suspicione conicitur: veluti cum queritur, qualis, vel vbi sit paradysus vbi constituit deus hominem quem formauit ex puluere, cū tamen esse illum paradysum fides Christiana non dubitet. Vel cū queritur vbi sit nunc Helias vel Enoch, an ibi, an alicubi alibi, quos tamen non dubitamus in quibus nati sunt, corporibus viuere. Vel cū queritur, vtrum in corpore an extra corpus in tertium cœlum sit raptus Apostolus, quāquam sit ista impudens inquisitio id scire volentium, quod se ille cui hoc præstitū est, salua vtiq; fide nescire testatur. Vel quot sint cœli, in quorum tertium se raptum esse cōmemorat: Vel vtrum elementa mundi huius conspicabilis quatuor, an plura sint: Quid faciat solem lunamque deficere his defectibus quos prædicere Astrologi certa temporum dinumeratione consueverunt. Cur antiqui homines tam diu vixerint, quā sancta scriptura testatur, & vtrum pro portione longioris ætatis filios sera pubertate gignere cœperint. Vbi potuerit Mathusalæ viuere, qui in arca non fuit, qui sicut in plerisque codicibus & græcis & latinis numerantur anni, reperitur superni diluuii, vel vtrum paucioribus, qui rarissimi inueniuntur, potius credendum sit in quibus ita est numerus conscriptus annorum, vt ante diluuium defunctus fuisse monstratur. Quis enim non sentiat in his atque huiusmodi variis & innumerabilibus quæstionibus, siue ad obscurissima opera dei, siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quæ certo aliquo genere completi ac definire difficile est, & multa ignorari salua Christiana fide, & alicubi errari sine aliquo heretici dogmatis crimine? Sed in causa duorum hominum, quorum per vnum venudati sumus sub peccato, per alterum redimimur à peccatis, per vnum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam, quoniam ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suam, non eius à quo factus est: iste nos in se saluos fecit, non faciendo voluntatem suam sed eius à quo missus est: In horum ergo duorum hominum causa, proprie fides Christiana consistit. Vnus est enim deus, & vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, quoniam non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, & in illo definiuit deus fidē omnibus, suscitās illū à mortuis. Itaque sine ista fide, hoc est sine fide vnus mediatoris dei & hominū hominis Christi Iesu, sine fide inquam resurrectionis eius, quā deus hominibus definiuit, quæ vtiq; sine incarnatione eius ac morte nō potest veraciter credi: sine fide ergo incarnationis & mortis & resurrectionis Christi, nec antiquos iustos, vt iusti essent à peccatis potuisse mundari, & dei gratia iustificari, veritas Christiana nō dubitat: siue in eis iustis quos sancta scriptura cōmemorat, siue in eis iustis quos quidē illa non cōmemorat, sed tamen fuisse credēdi sunt vel ante diluuiū, vel inde vsq; ad datam legē, vel ipsius legis tēpore, non solum in filiis Israel, sicut fuerunt Prophete, sed etiam extra eūdem populum, sicut fuit Iob. Et ipsorum enim corda eadem mundabantur mediatoris fide, & diffundebatur in eis charitas per spiritū sanctū, qui vbi vult spirat, nō merita sequens, sed etiam ipsa meritā facies. Nō enim dei gratia, gratia erit vilo modo, nisi gratuita fuerit omnimodo. Quāuis ergo mors regnauerit ad Adā vsq; ad Moysen, quia non eā potuit vincere,

G nec lex data per Moysen, non enim data est qua posset viuificare, sed qua mortuos quibus viuificandis esset gratia necessaria, non solū peccati propagatione, & dominatione prostratos, verū etiam ipsius legis addita prauaricatione cōuictos deberet ostendere, non ut periret quisquis hoc in dei misericordia etiā tunc intelligeret, sed vt per regnum mortis ad supplicium destinatus, etiā sibi ipsi per prauaricationē legis manifestatus, dei quaereret adiutorium, vt vbi abundauit peccatū, superabundaret gratia, quæ sola liberat à corpore mortis huius.

Roma. 5. Cap. XXV. Quamuis ergo nec lex per Moysen data potuerit à quoquam homine regnū mortis auferre, erāt tamen & legis tēpore homines dei, non sub lege terrente, cōuincēte, puniente, sed sub gratia delectate, sanante, liberante. Erāt qui dicerent, Ego in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit: Et, Nō est pax in ossibus meis à facie peccatorum meorum: Et, Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: Et, Spiritu principali confirma me, & spiritus sanctum tuum ne auferas à me. Erant qui dicerēt, Credidi propter quod locutus sum. Eadē quippe & ipsi mūdabantur fide, qua & nos. Vnde & Apostolus dicit, Habentes autem eūdē spiritū fidei, secundum quod scriptū est, Credidi propter quod & locutus sum, & nos credim⁹, propter quod & loquimur. Ex ipsa fide dicebatur, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emmanuel, quod est interpretatū nobiscū de⁹. Ex ipsa fide de ipso dicebatur, Et ipse tanq̄ spōsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currēdā viam, à summo cœlo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summum cœli, & non est qui se abscondat à calore eius. Ex fide ipsa ipsi dicebatur, Thron⁹ tuus de⁹ in seculum seculi, virga directionis virga regni tui, Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propter ea vnxit te deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Eodem spiritu fidei ab illis hæc futura videbatur, quo à nobis facta credūtur. Neq; enim qui nobis ista fidei dilectiōe prophetare potuerūt, eorū ipsi participes nō fuerūt. Et vnde est quod dicit Apostol⁹ Petr⁹, Quid tentatis deum, imponere iugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare, sed per gratiā domini Iesu credimus salui fieri quemadmodū & illi: nisi quia & illi per gratiam domini Iesu Christi salui facti sunt, non per legem Moysi, per quā nō sanati, sed cognitio est facta peccati: Nūc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Si ergo nunc manifestata est, etiā tunc erat, sed occulta. Cuius occultationē significabat templi velum, quod est ad eius significandam reuelationem Christo moriente cōscissum. Et tunc ergo ista gratia vnus mediatoris dei & hominum hominis Christi Iesu, erat in populo dei, sed tanquam in vellere pluuiæ, quam non debitam, sed voluntariam segregat deus hæreditati suæ, inerat latens: nunc autē velut siccatō illo vellere, hoc est Iudaico populo reprobatō, in omnibus gentibus tanquam in arca cernitur patens.

Ca. XXVI. Non igitur sicut Pelagius & eius discipuli tempora diuidamus, dicētes primum vixisse iustos homines ex natura, deinde sub lege, tertio sub gratia. Ex natura scilicet ab Adam tam longa ætate, qua lex nondum erat data. Tunc enim, aiunt, duce ratione cognoscebatur creator, & quemadmodum esset viuendū, scriptum gerebatur in cordibus, non lege literæ, sed naturæ. Verum vitiatū moribus, inquit, vbi cœpit nō sufficere natura iā decolor, lex ei addita est, qua velut Lu-

na fulgore pristino detrita rübiginē videret. Sed postea quæ nimia, sicut disputant, peccati consuetudo prauauit, cui sananda lex parū valet, Christus aduenit, & tanquam morbo desperatissimo, nō per discipulos, sed per seipsum medicus ipse subuenit. Hæc disputantes, à gratia mediatoris iustos excludere conantur antiquos, tanquam dei & illorum hominum nō fuerit mediator homo Christ⁹ Iesus, quia nondū ex vtero virginis carne suscepta, homo nondū fuit, quādo illi iusti fuerunt. Quod si ita esset, nequaquā Apostol⁹ diceret, Per hominē nō mors, & per hominem resurrectio mortuorū. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificantur: quādo quidem illi antiqui iusti, secundū istorum vaniloquia sibi sufficientē natura, nec mediatore hominē Christo indiguerunt, per quem reconciliarentur deo, nec in eo viuificantur, ad cuius corpus & mēbra, secundū id quod propter homines homo factus est, nō pertinere monstrantur. Si autē quemadmodū per Apostolos suos veritas loquitur, sicut in Adā omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificantur, quia per illū hominem mors, & per istū hominē resurrectio mortuorū: quis audeat dubitare Christianus, etiam illos iustos, qui recentioribus generis humani temporibus deo placuerūt, ideo in resurrectionem vitæ æternæ non mortis æternæ esse venturos, quia in Christo viuificantur: ideo autē viuificari in Christo, quoniam ad corpus pertinent Christi, & ideo pertinere ad corpus Christi, quia & ipsi caput est Christus: ideo & ipsi caput esse Christum, quia vnus mediator est dei & hominum, homo Christus Iesus: quod eis nō fuisset, nisi in eius resurrectionē per eius gratiam credidissent. Et hoc quomodo feret, si eum in carne venturum esse nescissent, neque ex hac fide iuste pieq; vixissent? Nam si propterea illis non profuit incarnatio Christi, quia nondum facta erat, nec nobis prodest iudicium Christi de viuis & mortuis, quia nondū factum est. Si autem nos per huius nondum facti sed futuri iudicii fidem stabimus ad dexteram Christi, profecto illi per incarnationis eius tunc nondum factæ sed futuræ fidem membra sunt Christi. Neque enim putandū est, quod antiquis iustis sola quæ semper erat diuinitas Christi, non etiam quæ nondum erat eius humanitas reuelata profuerit. Illud enim quod ait dominus Ca. XXVII. Iesus, Abraham concipuit diem meum videre, & vidit & gauisus est: si diem suum voluit suum tempus intelligi, testimonium profecto perhibuit Abraham, quod fide fuerit incarnationis eius imbutus. Secundum hūc enim habet tempus, diuinitas vero eius omne tempus excedit, quia per illā vniuersa facta sunt tēpora: Quod et si quisquam de die sempiterno accipiendum putauerit, qui nullo finitur crastino, nullo præuenitur hesternō, hoc est de ipsa æternitate, in qua cœternus est patri, quomodo id vere cōcupisceret Abraham, nisi eius nosset futuram mortalitatem, cuius quæsiuit æternitatem? Aut si ad hoc aliquid horum verborū sensum coarctat, vt dicat nihil intelligendum in eo quod ait dominus, quæsiuit diem meū, nisi quæsiuit me, qui sum dies permanens, hoc est lumen indeficiens, velut cum dicimus vitam filij de qua loquitur Euangelium dicens, Sic deus & filio vitam habere in semetipso, nō aliud ipsum, aliud eius vitam, sed eundem ipsum filiū intelligimus vitam, qui dixit, Ego sum, via, veritas & vita: Et de quo dictū est, Ipse est verus deus & vita æterna: vt hanc eius æqualem patri diuinitatem videre cupierit Abraham, nequaquam incarnatione eius præcognita, sicut cum nonnulli

A nonnulli etiam philosophi quæsiuerunt, qui nihil de eius carne didicerunt: nunquid & illud, quod iubet Abraham ponere manum seruum suum sub femore suo, & iurare per deum cœli, aliter quicquam recte intelletus est, nisi Abraham scisse in qua vêturus esset deus cœli, carnem de illo femore propagari? Cuius carnis & sanguinis, quando ipsum Abraham benedixit, Melchisedech etiam testimonium Christianis fidelibus notissimum protulit, vt tātō post Christo diceretur in Psalmis, quod nondum factum est, sed adhuc futurum: eadem tamen ipsa & patrum quæ nostra est, fides vna cantabat, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinē Melchisedech. In Adam quippe inueniētibus mortem, per hoc prodest Christus, quia est mediator ad vitam: nō autem per hoc mediator est, quod æqualis est patri: per hoc enim quantum pater, tantum & ipse distat nobis. Et quomodo erit medietas, vbi eadem ipsa distantia est? Ideo Apostolus nō ait, vnus mediator dei & hominū Christus Iesus: sed, homo Christus Iesus. Per hoc ergo mediator, per quod homo: inferior patri per quod nobis propinquior, superior nobis per quod patri propinquior. Quod apertius ita dicitur, Inferior patri, quia in forma serui: superior nobis, quia sine labe peccati. Quapropter quisquis humanam contendit in qua libet ætate naturam non indigere medico secundo Adam, quia non est vitata in primo Adam: nō in aliqua quæstione, in qua dubitari vel errari salua fide potest, sed in ipsa regula fidei qua Christiani sumus, gratiæ dei conuincitur inimicus. Quale est autem quod ab istis illa quæ ante fuit, velut adhuc minus malis morib⁹ vitata, hominum laudatur natura, neque respiciunt tantis tamq; intolerabilibus peccatis homines tunc fuisse submersos, vt excepto vno homine dei & eius cōiuge, tribusq; filiis & totidē nuribus, iusto iudicio dei, sicut igne postea terra exigua Sodomorum, ita totus mundus diluuiū deleretur? Ex quo tēpore igitur per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerūt, profecto vniuersa massa perditionis facta est possessio, perditionum. Nemo itaque, nemo profectus inde liberatus est, aut liberatur, aut liberabitur, nisi gratia redemptoris. Et ante Abraham quidem vtrū aliquo corporali & visibili sacramento iusti vel eorum parvuli signarentur, scriptura non exprimit. Ipse tamē Abraham signum accepit circūcisionis, signaculum iustitiæ fidei. Et sic accepit, vt deinceps etiam omnes parvulos domus suæ circūcidere iuberetur, recētissimos à visceribus matrum, octauo die natiuitatis eorum: vt etiam hi qui corde ad iustitiam credere nondum possent, iustitiæ tamen fidei signaculum sumerent. Quod sub terrore tanto est imperatum, vt diceret deus animā illam de suo populo periturā, cuius octauo die præputij circūcisio facta non fuisset. Huius tā horribilis pena iustitiæ si quæratur, nonne istorum omnis de libero arbitrio, & laudabili sanitate & puritate naturæ, quantumlibet arguta sit argumentatio, reperienssa & confracta dissihet? Quid enim mali quæso, parvulus propria voluntate commisit, vt alio negligente & eum nō circūcidente, ipse damnetur damnatione tam seuera, vt pereat anima illa de populo suo? Neque enim tēporalis mortis terror incussus est, cum de iustis quando moriebantur, tunc potius diceretur: Et appositus est ad populum suum: vel, appositus est ad patres suos: quoniam deinceps homini nulla tentatio formidatur, quæ illum separet à populo suo, si populus eius ipse est populus dei.

Quid sibi ergo vult, pro nullo propria voluntatis D admisso tanta damnatio? Neque enim sicut nonnulli secūdum Platonicos opinantur, hoc vniuersi iustis infans animæ reddatur, quod ante istam vitam sua voluntate commisit, quū haberet ante hoc corpus vel bene vel male liberum viuendi arbitrium: cum Paulus Apostolus apertissime dicat, nondum natos nihil egisset, ni vel mali. Vnde ergo recte infans illa perditione punitur, nisi quia pertinet ad massam perditionis, & iuste intelligitur ex Adam natus, antiqui debiti obligatione damnatus, nisi inde fuerit non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus? Quam gratiam, nisi gratiam dei, per Iesum Christum dominū nostrum? Quem profecto inter cætera vêtorum sacramenta, etiam ipsa præputij circūcisio prophetauit. Dies enim octauus est in hebdomada tunc recurribus dies dominicus, quādo resurrexit dominus. Et petra erat Christus, vnde circūcisionis cultus petrinus, & caro præputij, corpus peccati. Mutatis proinde sacramētis, postea quā vnus venit qui eis significabatur esse venturus, non tamen mutato mediatoris auxilio, qui etiam priusquam venisset in carne, antiqua sua mēbra liberabat suæ incarnationis fidē, & nos cum essemus mortui delictis, & præputio carnis nostræ, coniuuificati sumus Christo, in quo circūcisus sumus circūcisione non manufacta, quæ figurabat circūcisio manufacta, vt euacuaretur corpus peccati, cum quo sumus ex Adam nati: damnationis originis propagatio nos damnat, nisi mundemur, similitudine carnis peccati, in qua missus est sine peccato, qui tamē de peccato damnauit peccatum, factus pro nobis peccatū. Vnde dicit Apostolus, Obsecramus pro Christi, reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit, vt nos simus iusti dei in ipso. Deus ergo, cui reconciliamur, fecit eū pro nobis peccatum, id est sacrificium per quod dimitteret nostra peccata, quoniam peccata vocātur sacrificia pro peccatis. Et vtiq; ipse pro peccatis nostris, immolatus est, nullum habens vitium, solus in hominibus, quale quærebatur tunc in pecoribus, quo significabatur vnus sine vitio ad vitia sananda venturus. Quocunq; igitur die suæ natiuitatis infans baptizetur in Christo, tanquā in octauo circūciditur die: quoniam in illo circūciditur, qui tertio quidem ex quo crucifixus est, sed octauo in hebdomadibus resurrexit die. Circūciditur autē in expoliatione corporis carnis, id est, vt debitū quod contagio carnalis generationis attraxit, gratia spiritalis regenerationis abfoluat. Nullus enim mundus est à sorde. Qua obsecro sorde, nisi peccati? Nec infans, cui est vnus dieq; vita super terram. Sic autem argumentantur dicentes, Ergo malum sunt nuptiæ, & non est opus dei homo quem generat nuptiæ? Quasi nuptiarum bonum sit morbus cōcupiscetiæ, in quo vxores diligūt qui ignorant deū, quod Apostolus prohibet, ac non potius pudicitia cōiugalīs, qua in bonos vnus ordinate filios procreādū redigitur libido carnalis: aut vero, possit esse homo nisi opus dei, non solum quide coniugio, verū etiam qui de fornicatione, vel de adulterio procreatur. Sed in hac quæstione vbi quæratur, non cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, non intuentium est quid boni sit in procreatione nature, sed quid i peccato mali, quo certum est vitiatam esse naturam, simul autem vtrunq; propagatur, & natura, & natura vitii, quorum vnum est bonum, & alterum malum. Illud de cōditōis largitate sumitur, hoc de originis damnatione attrahitur. Illi est causa bonæ voluntatis dei summi,

Ca. XXXI. Opinio platoniorum. Roma. 9. Roma. 7. 1. Cor. 10. Ca. XXXII. E. 2. Cor. 13. Colo. 2. 2. Cor. 5. Exo. 12. Coniugium bonum. C. XXXIII.

Griendo crucifixi, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, vbi erat ante colluio per culpam. Item idem ipse cum exponeret Esaiam Prophetam loquens de Christo, Ideo, inquit, & quasi homo per vniuersa tetatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quasi de spiritu sancto natus abstinuit a peccato. Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato, nisi vnus deus. Seruatum est igitur, vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem, nemo videatur expers esse delicti. Qui autem expers delicti, expers est etiam huiusmodi conceptionis. Item cum exponeret Euangelium secundum Lucam, Non enim virilis coitus, inquit, vuluae virginis secreta referauit, sed immaculatum semine inuolabili vtero spiritus sanctus infudit. Solus enim per omnia ex natis de femina sanctus dominus Iesus, qui terrena contagia corruptela, immaculati partus nouitate non senserit, & celesti maiestate depulerit. His tamen verbis hominis dei, quem tanto praerogatio ipse laudauit Pelagius, contradicit, & dicit, sicut sine virtute, ita nos sine vitio procreari. Quid igitur restat, nisi aut istum Pelagium suum damnet errorem, aut eum sic Ambrosium laudasse poeniteat? Sed quia ista secundum catholicam fidem beatus Ambrosius vt Episcopus catholicus est locutus, sequitur vt ab hac via fidei deuius merito Pelagius, cum Celestio discipulo suo catholice Ecclesiae sit auctoritate damnatus, nisi eum non Ambrosium laudasse, sed contra Ambrosium sensisse poeniteat. Scio vos ea quae ad aedificationem vel confirmationem fidei conscribuntur, insatiabiliter legere. Verum tamen hic liber quantumlibet sit ad hoc utilis, iam tandem aliquando finiendus est.

Operis huius finis.

AD VALERIVM COMITEM
praefans in Librum sequentem.

Domino illustri & merito praestantissimo atque in Christi dilectione charissimo filio Valerio, Augustinus in domino salutem. Cum diu moleste haberem quod aliquotiens scripserim, & nulla tuae sublimitatis rescripta meruerim, repente Epistolae tres tuae benignitatis accepi, Vnam non ad me solum datam, per coepiscopum meum Vindemialium, & non longe post per coepresbyterum Firmum duas, qui vir sanctus I nobisq; vt ab illo scire potuisti, familiarissima charitate coniunctus, multa nobiscum de tua excellentia colloquendo, & veraciter insinuando, qualem te in Christi visceribus nouerit, non solum eas quas memoratus Episcopus, vel quas ipse attulit, sed etiam illas quas non accepisse nos querebamus, literas vicit. Et ideo de te narratio eius suauior nobis erat, quia ea dicebat, quae ipse non posses ne quidem me inquirere rescribere, ne tuarum laudum, quod sancta scriptura prohibet, fieres predicator: quaquam & ego verear hoc ad te scribere, ne suspitionem adulantis incurram, domine illustris & merito praestantissime, atque in Christi dilectione charissime fili. Laudes itaque tuas, siue in Christo siue magis in te laudes Christi, vide quid mihi delectationis & laetitiae fuit audire ab illo, qui nec fallere me posset propter fidem suam, & eas ignorare non posset propter amicitiam tuam. Sed illa & ab aliis, & si non tam multa vel certa, verum tamen audiui, fides tua quam sit sana & catholica, quam pia expectatio futurorum, quae dei fratrumque dilectio, quam non superbe sapias in excelsis honoribus, nec speres in incerto diuitiarum, sed in deo vi-

Psal. 115.


Ambrosius
super Lucam
li. 2. ca. 7.

Ca. XLI.

1. Tim. 6.

uo, & diues sis in operibus bonis, quam sit domus tua requies solatiique sanctorum, & terror impiorum, quantae tibi cura sit ne quis insidietur membris Christi, cooperatus velamine nominis Christi, siue in veteribus eius, siue in recentioribus inimicis, quamque sis eorundem inimicorum prouidus saluti, infestus errori. Haec atque huiusmodi, vt dixi, & ab aliis solemus audire, sed nunc ea per supradictum fratrem plura & testatiora cognouimus. Porro autem de pudicitia coniugali, vt eam quoque in te laudare & amare possimus, nunquid audiremus nisi ab aliquo interiore familiari tuo, qui vitam tuam, non in superficie, sed penitus nosset? De hoc itaque tuo bono dei dono, me quoque delectat familiaris & aliquanto diutius loqui tecum. Scio me non esse oneri tibi, si aliquid prolixum mitto, quod legendo diutius sis nobiscum. Nam & hoc coepi, quod inter tuas multas magnasque curas, facile ac libere legas, nostrisque opusculis, etiam quae ad alios conscripimus, si qua in manus tuas venire potuerunt, admodum delecteris: quanto magis quod ad te scribitur, vbi tanquam praesenti loquar, & aduertere dignaberis attentius, & accipere gratius? Ab hac ergo Epistola perge ad librum quem simul misit, qui tuae reuerentiae & curae conscriptus sit, & cur ad te potissimum missus, ipse suo principio comodius intimabit.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
episcopi ad Valerium comitem de nuptiis & concupiscentia, Liber Primus.



HAretici noui, dilectissime fili Valeri, qui medicinam Christi qua peccata sanantur, carnaliter natis paruulis necessariam non esse contendunt, damnatores nos esse nuptiarum, operisque diuini, quo ex maribus & feminis deus homines creat, inuidiosissime clamitant, quoniam dicimus eos qui de tali commixtione nascuntur, trahere originale peccatum, de quo Apostolus ait, Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: eosque de parentibus qualibuscunque nascuntur, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, & per eius gratiam de potestate eruti tenebrarum, in regnum illius, qui ex eadem sexus vtriusque commixtione nasci noluit, transferantur. Hoc ergo quia dicimus quod in antiquissima atque firmissima catholicae fidei regula continetur, isti nouelli & peruersi dogmatis assertores, qui nihil peccati in paruulis esse dicunt, quod lauacro regenerationis ablatur, tanquam damnemus nuptias, & tanquam opus dei, hoc est hominem qui ex illis nascitur, opus diaboli esse dicamus, infideliter vel imperite caluniantur. Nec aduertunt quod ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum & fornicationum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari. Nam sicut peccatum, siue hinc, siue inde a paruulis trahatur, opus est diaboli, sic homo, siue hinc, siue inde nascatur, opus est dei. Intentio igitur huius libri haec est, vt quantum nos dominus adiuuare dignatur,

Agnatur, carnalis concupiscentiae malum, propter quod homo, qui per illam nascitur, trahit originale peccatum, discernamus a bonitate nuptiarum. Haec enim quae ab impudentibus impudenter laudatur, pudenda concupiscentia nulla esset, nisi homo ante peccasset: nuptia vero essent, etiam si nemo peccasset: fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorum in corpore vitae illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Non enim corpus mortis huius in paradiso tale fuit ante peccatum: propter quod diximus in corpore vitae illius, quae ibi erat, sine isto morbo seminationem potuisse fieri filiorum, sine quo nunc in corpore mortis huius fieri non potest. Cur autem ad te potissimum de hac re scribere vouerim, tres maxime causa sunt, quas breuiter intumabo. Vna est, quia donata Christo, magna tibi est obseruantia pudicitiae coniugalis. Altera, quia prophanis istis nouitatibus, quibus hic disputando resistimus, tu potestate curando & instando efficaciter resististi. Tertia, quoniam quiddam literarum ab eis conscriptum in tuas manus venisse cognoui, quod licet fide robustissima irriseris, bonum est tamen, vt etiam nouerimus defendendo adiuuare quod credimus. Apostolus enim Petrus paratos nos esse praecipit ad satisfactionem omni posseti nos ratione de fide & spe nostra. Et Apostolus Paulus, Sermo, inquit, vester in gratia conditus sit sale, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Ista sunt quae me praecipue copulerunt vt in hoc volumine tecum habere qualem dominus dignaretur donare sermonem. Nam mihi nunquam placuit cuiquam illustri viro, & tanta quanta es ipse sublimitate conspicuo, praesertim non ociosa dignitate iam fruente, sed adhuc actibus publicis eiusdemque militaribus occupato, aliquid meorum opusculorum legendum non a me petenti, non tam diligenter quam impudenter impingere. Si quid ergo tale nunc feci propter eas quas commemoravi causas, dignanter ignosce, & beneuolum animum ad ea quae sequuntur intende. Donum dei esse etiam pudicitiam coniugalem beatissimus Paulus ostendit, vbi de hac re loquens ait, Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnusquisque proprium donum habet a deo, alius quidem sic, alius vero sic. Ecce & hoc donum esse dixit a deo, etiam inferius quam illa continentia, in qua omnes volebat esse sicut seipsum, tamen donum a deo. Vnde intelligimus cum haec praecipuntur vt fiant, nihil aliud ostendi, quam inesse nobis oportere ad haec accipienda & habenda, etiam propria voluntatem. Cum vero dei dona esse monstrantur, a quo petenda sint discitur si non habentur, & cui sint agenda gratiae si habentur, nostrasque voluntates ad haec expectanda, sumenda, retinenda parum valere, nisi diuinitus adiuuentur. Quid ergo dicimus quando & in quibusdam impiis inuenitur pudicitia coniugalis: vtrum eo peccare dicendi sunt, quod dono dei male vtantur, non id referentes ad cultum eius a quo acciperunt: an forte nec dona dei putanda sunt ista, quando haec infideles agunt, secundum Apostoli sententiam dicentis, Omne quod non est ex fide, peccatum est: Quis audeat dicere donum dei esse peccatum? Anima enim & corpus & quaecumque bona animae & corporis naturaliter insita etiam in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt. De iis autem quae faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Cum igitur faciunt haec homines sine fide, quae videntur ad coniugalem pudicitiam pertinere, siue hominibus placere quarentes, vel sibi vel aliis, siue in his rebus quas vitiose concupiscunt, humanas molestias deuitantes, siue da-

monibus seruientes, non peccata coercerentur, sed aliis peccatis alia peccata vincuntur. Absit ergo pudicum veraciter dici, qui non propter deum verum, sedem coniugii seruat vxori. Copulatio itaque maris & feminae generandi causa, bonum est naturale nuptiarum: sed isto bono male vtitur, qui bestialiter vtitur, vt sit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propaginis. Quaquam in nonnullis animalibus rationis expertibus, sicut in plerisque alitibus, & coniugiorum quasi quaedam confederatio custoditur, & socialis nidificandi solertia, vicissimque ouorum dispersita tempora fouendorum, & nutriendorum opera alterna pullorum, magis eas videri faciunt agere, cum coeunt, negotium substituendi generis, quam explenda libidinis. Quorum duorum illud est in peccore simile hominis, hoc in homine simile peccoris. Verum quod dixi ad naturam pertinere nuptiarum, vt mas & femina generandi societate iungantur, & ita inuicem non fraudent, sicut omnis societas fraudulentum socium naturaliter pati non vult, hoc tam euidentius bonum cum infideles habent, quia infideliter vtuntur, in malum peccatumque conuertunt. Eo modo ergo & illam concupiscentiam carnis, qua caro concupiscit aduersus spiritum, in usum iustitiae conuertunt fidelium nuptiae. Habent quippe intentionem generandi regenerandos, vt qui ex eis seculi filij nascuntur, in dei filios renascantur. Quapropter qui non hac intentione, hac voluntate, hoc sine generant filios, vt eos ex membris hominis primi, in membra transferant Christi, sed infideles parentes de infideli prole gloriantur, etiam si tanta sit obseruantia, vt secundum matrimonialia tabulas non nisi liberorum procreandorum causa concubant, non est in eis vera pudicitia coniugalis. Cum enim virtus sit pudicitia, cui vitium contrarium est impudicitia, omnesque virtutes etiam quae per corpus operantur, in animo habitent: quomodo vera ratione pudicum corpus asseritur, quando a vero deo ipse animus fornicatur? Quam fornicationem sanctus ille Psalmus accusat vbi dicit, Ecce enim qui longe se faciunt a te peribunt, perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Vera igitur pudicitia siue coniugalis, siue vidualis, siue virginialis dicenda non est, nisi quae verae fidei mancipatur. Cum enim recto iudicio praeratur nuptiis sacrata virginitas, quis non sobria mente christianus etiam non vni viro Christianas catholice nuptias, non solum vestalibus, sed etiam haereticis virginibus anteponat? Tantum valet fides de qua dicit Apostolus, Omne quod non est ex fide peccatum est: Et de qua item scriptum est ad Hebraeos, Sine fide impossibile est placere deo. Quae cum ita sint, profecto errant, qui cum vituperatur libido carnalis, damnari nuptias opinantur, quasi morbus iste de concubio nuptias benedixit deus dicens, Crescite & multiplicamini, nudi erant & non confundebantur: Quare ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia exstitit illic indecens motus? quem, nisi homines peccassent, proculdubio nuptiae non haberent. An forte sicut quidam existimant, quia id quod legunt parum diligenter aduertunt, caeci creati erant prius homines sicut canes, & quod est absurdius, non sicut canes crescendo, sed peccando adepti sunt visum? Absit hoc credere. Sed vnde mouetur qui hoc putant, illud est quod legitur, Sumes de fructu eius, edit, & dedit viro suo secum, & ederunt, & aperti sunt oculi amborum, & agnouerunt quia nudi erant. Hinc est quod parum intelligentes, opinantur antea fuisse illis oculos clausos, quod eos tunc apertos di-

Pudicitia non est nisi in piis. Cap. III.

Galas.

Psal. 72.

Roma. 14. Heb. 11.

Pudor vnde, Ca. V.

Gene. 3.

Gen. 3. C.

Luc. 24. Quia scriptura testatur, Sed nunquid & Agar ancilla Sa-
 rx quado sitiēte & plorante filio aperuit oculos suos &
 vidit puteū, clausos pri^o oculos habuit? Aut illi duo di-
 scipuli post resurrectionē domini in via cum illo clau-
 sis oculis ambulabant, de quibus Euangelium loquitur,
 quod in fractione panis aperti sunt oculi eorū, & agno-
 uerūt eum? Quod ergo scriptum est de hominibus pri-
 mis, Aperti sunt oculi amborum: intelligere debemus,
 attentos factos ad intuentium & agnoscendum quod
 nouū in eorum corpore acciderat, quod utique corpus
 patribus eorum oculis & nudum quotidie subiacebat,
 & notum. Alioquin quomodo ad se adductis animalibus
 terrestrib⁹ & volatilibus omnibus, Adā clausis o-
 culis nomina posset imponere, quod nisi discernendo nō
 Gen. 2. 3 faceret, discernere autem nisi videndo nō posset? Quo-
 modo denique ipsa mulier ei demonstrata est, quando
 ait, Hoc nuncos ex ofsis meis, & caro de carne mea?
 Postremo si vsque adeo quisquam fuerit cōtentiosus, vt
 hęc eum dicat non cernendo, sed palpādo potuisse cog-
 noscere, quid dicitur est quod ibi legitur mulier li-
 gnum de quo fuerat cibum sumptura, prohibitu vidisse
 H quam esset speciosum oculis ad videndum? Erāt itaque
 nudi, & non confundebantur, non quia non videbant,
 sed quia nihil vnde confunderentur in membris sen-
 serant, quæ videbant. Non enim dictum est, erāt ambo
 nudi & ignorabant: sed, nō confundebantur. Quia enim
 nihil præcellerat quod nō liceret, nihil secutum fuerat
 quod puderet. Ibi enim homo primitus dei lege trās-
 gressa, aliam legem repugnantem suæ mēti habere cō-
 pit in membris, & inobediētia suæ malum sensit, quā-
 do sibi retributam dignissime inobediētiam suæ car-
 nis inuenit. Talem quippe etiam serpens oculorū ap-
 tionem, seducēdo promiserat, ad aliquid videlicet sciē-
 dum, quod melius nesciretur. Tunc in se quippe sensit
 homo quid fecit: tunc à bono malum, nō carendo, sed
 repetiēdo discreuit. Iniustum enim erat vt obtempe-
 raret a seruo suo, id est, à corpore suo, ei qui nō obtē-
 perauerat domino suo. Nam quid est quod oculi, labia, lin-
 gua, manus, pedes, inflexiones dorsū, ceruicis & laterū,
 vt ad opera sibi congrua moueantur, positum in pote-
 state est, quando ab impedimentis corpus liberum ha-
 bemus & sanum: vbi autem ventum fuerit vt filij semi-
 nentur, ad volūtatis nutum mēbra in hoc opus creata,
 non seruiunt, sed expectatur vt ea velut sui iuris libido
 commoueat, & aliquando non facit animo volente, cū
 aliquādo faciat & nolēte? Hinc, ne non erubesceret hu-
 mani libertas arbitrij, quod contemnendo imperantē
 deum, etiam in membra propria proprium perdidisset
 imperium. Vbi autem conuenientius monstraretur in-
 obediētia merito deprauatam esse humanā naturam,
 quā in his non obediētibus locis vnde per successio-
 nem subsistit ipsa natura? Nā ideo proprie ista corporis
 Gen. 3. partes, naturæ nomine nūcupantur. Hunc itaq; mo-
 dum ideo indecentem, quia inobedientem, cum illi pri-
 mi homines in sua carne sensissent, & in sua nuditate
 erubissent, foliis ficulneis eadem membra texerunt, vt
 saltem arbitrio verecundantium velaretur, quod non
 arbitrio volentium mouebatur: & quoniam pudebat
 quod indecēter libebat, operiendo fieret quod decebat.
 Libido excusata per nuptias. Cap. VII. Quia ergo nec isto adiuncto malo perire potuit nu-
 ptiarum bonum, putant imprudentes hoc non esse ma-
 lum, sed pertinere ad illud bonum. Discernitur autem
 non solum ratione subtili, verum etiā vulgarissimum iu-
 dicio naturali, quod & in illis apparuit hominibus pri-
 mis, hodieq; tenetur ab hominibus coniugatis. Quod

enim illi postea propagatione fecerunt, hoc est conu-
 bij bonū: quod vero prius confusione texerunt, hoc est
 concupiscentia malum, quod vitat vbiq; conspectum,
 & quarit pudendo secretum. Proinde nuptia quia etiā
 de illo malo aliquid boni faciunt, gloriatur: quia vero
 sine illo fieri non potest, erubescunt: tanquā si quispiam
 pede vitato, ad aliquod bonum etiam claudicādo per-
 ueniat, nec propter claudicationis malum, mala est illa
 peruentio: nec propter illius peruentiois bonum, bo-
 na est claudicatio: ita nec propter libidinis malum, nu-
 ptias cōdemnare, nec propter nuptiarum bonum, libi-
 dinem laudare debemus. Iste quippe est morbus de Libidine
 quo Apostolus etiam coniugatis fidelibus loquens ait, vbi, nō vin-
 Hęc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra, abstinē-
 re vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum suū
 vas possidere in sanctificatione & honore, nō in mor-
 bo desiderij, sicut & gentes quę ignorant deum. Nō so-
 lum igitur coniugatis fidelis vase non vtatur alieno,
 quod faciunt à quibus vxores alienę appetunt, sed nec
 ipsum proprium in concupiscentia carnalis morbo pos-
 sidentium sciat. Quod non sic accipiendum est, tanquā
 prohibuerit Apostolus cōiugalem, hoc est licitum ho-
 nestumq; concubitus, sed vt iste sit concubitus, qui ni-
 hil morbida libidinis haberet adiunctum, si non præ-
 cedēte peccato in eo perisset libertatis arbitrium, quod
 nunc ideo habet adiunctum, vt nō sit volūtatis, sed ne-
 cessitatis, sine qua tamen in procreandis filiis ad fructū
 peruenire non potest ipsius voluntatis, quę voluntas in
 connubiis fidelium non eo sine determinatur, vt tran-
 sicuti filij nascantur in seculo isto, sed vt permāsurū re-
 nascantur in Christo. Quod si prouenerit, merces erit
 de coniugio plenę felicitatis: si autem non prouenerit,
 pax erit coniugibus bona volūtatis. Hac intētionē cor-
 dis qui suum vas possidet, id est cōiugem suam, procul
 dubio nō possidet in morbo desiderij, sicut gentes quę
 ignorant deum, sed in sanctificatione & honore, sicut
 fideles, qui sperant in deum. Illo quippe concupiscentia
 malo vitatur homo, non vincitur, quando eam inordi-
 natis atque indecoris moribus æstantem frenat & co-
 hibet, neque nisi propagationi consulens, relaxat atque
 adhibet, vt spiritaliter regenerādos carnaliter gignat,
 non vt spiritū carni fordida seruitute subiciat. Sic pa-
 tres sanctos ex Abraham & ante Abraham, quib⁹ deus
 quod ei placuerint perhibet testimoniū, vsos fuisse cōiu-
 gibus, neminem oportet dubitare Christianum, quan-
 do quibusdam etiam singulis plures habere concessum
 est, vbi ratio fuit prolis multiplicandæ, non variandæ ap-
 petitio voluptatis. Nam si deo patrum nostrorum,
 qui etiam noster est, illa numerositas coniugū propter
 ea nō displicuisset, vt copiosius se libido iactaret, ita e-
 tiam sanctæ feminae seruissent pluribus singular: quod
 si aliqua faceret, quid eā nisi concupiscentia turpitudine
 compelleret, vt plures viros haberet, quando ista licen-
 tia plures filios non haberet? Veruntamen magis per-
 tinere ad nuptiarum bonum, non vnum & multas, sed
 vnum & vnam satis indicat ipsa prima diuinitus facta
 coniugij copula, vt inde cōnubia sumeret initium, vbi
 honestius attenderet exemplum. Progrediente autē
 genere humano, iustæ sunt quibusdam bonis viris bo-
 næ feminae, singulis plures. Vnde apparet & illud di-
 gnitatis magis appetisse modestiam, & hoc fecundita-
 tis permisisse naturam. Nam & principatus magis na-
 turaliter vnus in multis, quā in vno potest esse mul-
 torum. Nec dubitari potest naturali ordine viros poti⁹
 feminis, quā viris feminas principari. Quod seruās
 Apostolus

A Apostolus ait, Caput mulieris vir: & mulieres subdita
 estote viris vestris, Et Apostolus Petrus, Quomodo Sa-
 ra, inquit, obsequabatur Abraham, dominum illū vocās.
 Quod licet ita sese habeat, vt natura principiorū amet
 singularitatem, facilius autē pluralitatem videamus in
 subditis, tamē plures feminae vni viro nunquam licite
 iungerentur, nisi ex hoc plures filij nascerētur. Vnde si
 vna concubat cum pluribus, quia nō est ei hinc mul-
 tiplicatio prolis, sed frequētatio libidinis, coniunx non
 potest esse, sed meretrix. Quoniam sanē non tan-
 tum fecunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum
 pudicitia, cuius vinculu est fides, verum etiam quoddā
 sacramentum nuptiarum commēdatur fidelibus con-
 iugatis. Vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores ve-
 stras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: huius procul-
 dubio sacramenti res est, vt mas & femina connubio
 copulati, quādiu viuunt inseparabiliter perseuerēt, nec
 liceat excepta causa fornicationis à coniuge coniugem
 dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, vt
 viuens cum viuente in aeternum nullo diuortio separe-
 tur: Cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate
 B dei nostri, in mōte sancto eius, hoc est in Ecclesia Chri-
 sti, quibusque fidelibus cōiugatis, qui sine dubio mem-
 bra sunt Christi, vt cum filiorum procreandorum cau-
 sa vel nubāt feminae, vel ducantur vxores, nec sterilem
 coniugem fas sit relinquere, vt alia fecunda ducatur.
 Quod si quisquam fecerit, nō lege huius seculi, vbi in-
 terueniente repudio, sine crimine conceditur cum aliis
 alia copulare connubia, quod etiam sanctum Moysen
 dominus propter duritiam cordis illorū Israēliticis per-
 misisse testatur, sed lege Euangelij reus est adulterij, si-
 cut etiam illa si alteri nupserit. Et vsque adeo manēt in-
 ter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint
 inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quā
 cum his, quibus aliis adhaeserunt. Cū aliis quippe adul-
 teri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent.
 Denique mortuo viro cum quo verum connu-
 bium fuit, fieri verum cōnubium non potest, cum quo
 prius adulterium fuit: ita inter viuentes manet quoddā
 vinculum coniugale, quod nec separatio, nec cum alte-
 ro copulatio possit auferre. Manet autē ad noxam crimi-
 nis, non ad vinculum fœderis: sicut apostata anima
 velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdit,
 C sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regene-
 rationis accepit: Redderetur enim proculdubio red-
 eunti, si amississet abscedēs. Habet autem hoc qui reces-
 serit, ad cumulum supplicij, non ad meritum præmij.
 Quibus vero placuit ex consensu, ab vsu carna-
 lis concupiscentia in perpetuum continere, absit, vt in-
 ter illos vinculum coniugale rumpatur, imō firmiter e-
 rit, quod magis ea pacta secum inierit, quæ charius cō-
 cordiusq; seruanda sunt, nō voluptariis corporum ne-
 xibus, sed voluntariis affectibus animorum. Neq; enim
 fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph, Noli timere
 accipere Mariam coniugem tuam. Cōiunx vocatur ex
 prima fide desponsationis, quam cōcubitu nec cogno-
 uerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax
 manserat coniugis appellatio, vbi nec fuerat nec futura
 erat vlla carnis commixtio. Erat quippe illa virgo, ideo
 & sanctius & mirabilius iocunda suo viro, quia etiam
 fecunda sine viro, prole dispar, fide cōpar. Propter quod
 fidele cōiugum parentes Christi vocari ambo merue-
 runt, & non solum illa mater, verum etiā ille pater eius
 sicut coniunx matris eius, vt unque mente, non carne.
 Sicut tamen ille pater sola mente, siue illa mater & car-

ne, parentes tamen ambo humilitatis eius, non sublimi-
 tatis: infirmitatis, non diuinitatis. Neque enim menti-
 tur Euangelium, vbi legitur, Et erant pater eius & ma-
 ter mirātes super his quæ dicebantur de illo. Et alio lo-
 co, Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusa-
 lem. Item paulopost, Et dixit mater eius ad illum, Fili,
 quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolentes
 quærebamus te. At ille vt ostenderet habere se præter
 illos patrem, qui cum genuit præter matrem, respondit
 eis, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in
 his quæ patris mei sunt oportet me esse: Et rursum ne
 hoc dicto parentes illos negasse putaretur, Euangelista
 secutus adiunxit, Et ipsi non intellexerunt verbū quod
 locutus est ad illos, & descendit cum eis & venit Naza-
 reth, & erat subditus illis. Quibus subditus, nisi parēti-
 bus: Quis autem subditus, nisi Iesus Christi⁹, qui cum in
 forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis
 deo? Cur ergo illis subditus, qui lōge infra formam dei
 erāt, nisi quia semetipsum exinaniuit formam serui ac-
 cipiens, cuius formæ parentes erant? Sed cum illo non
 seminante illa peperisset, profecto nec ipsius formæ ser-
 ti parentes ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis
 E cōmixtione coniuges essent. Vnde & series generatio-
 num cum parentes Christi connexionē successionis
 commemorantur, vsque ad Ioseph potius sicut factum
 est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio, virili sexui
 utique potiori fieret iniuria, cum veritati nihil periret,
 quia ex semine David, ex quo venturus prædictus est
 Christus, & Ioseph erat & Maria. Omne itaque nuptia-
 rum bonum impletum est in illis parentibus Christi,
 proles, fides, sacramētum. Prolem cognoscimus ipsam
 dominum Iesum: fidem, quia nullum adulteriū: sacra-
 mentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptia-
 lis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non
 poterat sine illa carnis pudēda concupiscentia, quæ ac-
 cidit ex peccato, sine qua cōcipi voluit, qui futurus erat
 sine peccato, non in carne peccati, sed in similitudine
 carnis peccati: vt hinc etiam doceret omnem quæ de
 concubitu nascitur, carnem esse peccati, quādoquidem
 sola quæ non inde nata est, non fuit caro peccati: Quā-
 uis coniugalis concubitus qui fit intentione generādij,
 nō sit ipse peccatum, quia bona voluntas animi sequē-
 tem ducit, non ducentē sequitur corporis voluptatem,
 nec humanum arbitrium trahitur subingante peccato, B
 cum iuste redigitur in vsum generandi plaga peccati,
 Huius plagæ quidam pruritus in adulteriorum & for-
 nicationum & quorumlibet stuprorum atque immun-
 ditiarum fœditatibus regnat, in cōnubiis vero ne-
 cessitudinibus seruit. Ibi de domino tali turpitudine dā-
 natur, hic de pedissequo tali honestas verecūdat. Nō
 est igitur hęc libido nuptiarū bonum, sed obscœnitas
 peccantium, necessitas generātium, lasciuarum ardor,
 nuptiarum pudor. Cur ergo non coniuges mancāt qui
 ex consensu concubere desinunt, si manserunt cōiuges
 Ioseph & Maria, qui concubere nec cœperunt? Hęc
 Continētia enim propagatio filiorum, quę in sanctis patribus pro-
 ter generādum & cōseruādum populum dei, in quo
 prophetiam Christi præcedere oportuit, officiosissima
 fuit, nunc iam non habet illam necessitatē. Patet quippe
 iā ex omnibus gentibus spiritaliter gignendōrū, vnde
 decunq; carnaliter nati fuerint, copia filiorū. Et quod
 scriptum est, Tēpus amplectendi, & tempus continen-
 di ab amplexu: super illud atque hoc tempus agnoscitur
 distributum. Illud quippe fuit amplectendi, hoc autem
 continendi ab amplexu. Itaque & Apostolus cum hinc

Roma. 7. Pudor in-
pudens pro-
prie. Cap. VII.

Gen. 3.

Libido ex-
cusata per
nuptias. Cap. VII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. XIV.

Luc. 2.

Ibidem.

Philip. 2.

Cap. XII.

Continētia

tempus nunc.

Cap. XIII.

Ecl. 3.

Respondet se in membris hominis esse post peccatum coepisse: Et ideo legem peccati verbis apostolicis nūcupatam, quod hominem sibi subditum fecerit, quia deo suo subditus esse noluit, seque esse de qua & primi coniugati tunc erubuerunt, quando pudenda texerunt, & nunc omnes erubescunt, quando ad concubendum secreta conquirunt, neque huius operis testes audent habere vel filios quos inde genuerunt. Cui verecundie naturali Cynicorū error philosophorum mirabili impudentia reluctatus est, quando quidem hoc quoniam licitum esset honestūque, cum coniuge palam faciendum esse censebant: vnde merito immunditia huius impudentie caninum nomen accepit. Ex hoc quippe Cynici nuncupati sunt. Hæc omnino concupiscentia, hæc lex peccati habitans in membris, cui lex iustitie vetat obedire, dicente Apostolo, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideris eius, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Hæc, inquam, concupiscentia, quæ solo sacramento regenerationis expiatur, profecto peccati vinculum generatione traicit in posterum, nisi ab illo & ipsi regeneratione solvantur. Nam ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur, atque ut ea perpetrent, à regina mente membra non dantur, ut si non sit quod scriptum est, Non concupiscas: fiat saltem quod alibi legitur, Post concupiscentias tuas non eas. Sed quia modo quodam loquendi peccatum vocatur, quod peccato facta est, & peccatū si vicerit facit reum, reatus eius valet in generato. Quem reatum Christi gratia per remissionem omnium peccatorum in regenerato, si ad mala opera ei quodammodo iubenti non obediat, valere non sinit. Sic autem vocatur peccatum, quia peccato facta est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum, sicut vocatur lingua locutio quam facit lingua, & manus vocatur scriptura quam facit manus. Itemque sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit facit, sicut vocatur frigus pigrum, non quod à pigris fiat, sed quod pigros faciat. Hoc generi humano inflicto vulnus à diabolo, quicquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo, tanquam à suo fructe fructum iure decerpit, non quod ab illo sit natura humana, quæ non est nisi ex deo, sed vitium quod non est ex deo. Non enim propter se ipsam quæ laudabilis est, quia opus dei est, sed propter damnabile vitium quo vitiata est, natura humana damnatur. Et propter quod damnatur, propter hoc & damnabili diabolo subiugatur, quia & ipse diabolus spiritus immundus est, & utique bonum quod spiritus, malum quod immundus, quoniam spiritus est natura, immundus est vitio. Quorum duorum illud à deo est, hoc ab ipso. Non itaque tenet homines siue maioris siue infantilis ætatis propter quod homines sūt, sed propter quod immūdi sunt. Qui ergo miratur quia creatura dei subditur diabolo, non miretur: subditur enim creatura dei creaturæ dei, minor maiori, quia homo angelo, nec tamen propter naturam, sed propter vitium, quia immundus immundo. Hic est fructus eius ex antiqua immunditie stirpe, quam plantavit in homine, maiores quidem penas ultimo iudicio, quanto est immundior ipse passurus, veruntamen & quibus in illa damnatione tolerabilis erit, huic sunt subditi velut principi authoriq; peccati, quia nulla erit damnationis causa, nisi peccatum.

Quapropter natos non ex bono quæ bonæ sunt nuptiæ, sed ex malo concupiscentiæ, quo bene quidem vtuntur nuptiæ, de quo tamē erubescunt & nuptiæ, reos

diabolus paruos tenet. Quia cum sint ipsa honorabiles in omnibus ad eas proprie pertinentibus bonis etiam si thorum habeant immaculatum, non solum à fornicationibus & adulteriis, quæ sunt flagitia damabilia, verum etiam ab illis excessibus concumbendi, qui non sunt causa prolis à voluntate dominare, sed causa voluptatis vincente libidine, quæ sunt in coniugibus peccata venialia, tamen cum ventum fuerit ad opus generandi, ipse ille licitus honestusque concubitus, non potest esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod rationis est non libidinis. Qui certe ardor siue sequatur, siue præueniat voluntatem, non tamen nisi ipse quodam quasi suo imperio mouet membra, quæ moueri sola voluntate non possunt. Atque ita se indicat non imperantis famulum, sed inobedientis supplicium voluntatis, nec libero arbitrio, sed illecebrosio aliquo stimulo commouendum, & ideo pudendum. Ex hac concupiscentia carnis, quæ licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, tamen naturam non accidit nisi de peccato. Ex hac, inquam, concupiscentia carnis tanquam filia peccati, & quando illi ad turpia consentitur, etiam peccatorum matre multorum, quæcunq; nascitur proles, originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur. Quem sine ista concupiscentia virgo concepit. Propterea quando nasci est in carne dignatus, sine peccato solus est natus. Si autem queritur, quomodo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo vniuersorum facta est remissio peccatorum, quando quidem per ipsam seminatur, & cum ipsa carnalis gignitur proles parentis etiam baptizati, aut certe si in parente baptizato potest esse & peccatum non esse, cur eadem ipsa in prole peccatum sit: ad hæc respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. Quamuis autem reatu suo iam soluto, manet tamē donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, cum exterior induerit incorruptionem: non enim substantialiter manet sicut aliquod corpus, aut spiritus, sed affectio est quædam mala qualitas sicut languor. Non ergo aliquid remanet quod non remittatur, cum sit, sicut scriptum est, propitius dominus omnibus iniquitatibus nostris, sed donec fiat & quod sequitur, Qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de corruptione vitam tuam: manet in corpore mortis huius carnalis concupiscentia. Cuius vitiosis desideris ad illicita perpetranda non obedire precipimur, ne regnet peccatū in nostro mortali corpore. Quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficientibus & continentibus, accedente autem senectute multo maxime. Qui vero ei nequiter seruiunt, tantas in eis vires accipit, ut plerunque iam ætate deficientibus membris, eisdemq; partibus corporis ad illud opus iam moueri minus valentibus, turpius & procacius insanire non desinat. In eis ergo qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt profus omnium peccatorum, utiq; necesse est ut reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiscentiæ remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non imputetur. Nam sicut eorum peccatorum quæ manere non possunt, quoniam cum sunt prætereunt, reatus tamen manet, & nisi remittatur, in æternum manebit: sic illius concupiscentiæ quando remittitur reatus aufertur. Hoc est enim non habere peccatum, reum non esse peccati. Nam si quisquā, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam si nunquam deinceps faciat, reus est adulterij, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. Habet ergo

A ergo peccatum, quāuis, illud quod admittit iam non sit, quia cum tempore quo factum est præterit. Nam si à peccando desistere hoc esset non habere peccatum, sufficeret ut hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non adicias iterum. Non autem sufficit, sed addidit, Et de prius deprecare, ut tibi remittantur. Manent ergo, nisi remittantur. Sed quomodo manent si præterita sunt, nisi quia præterierunt actu, manent reatu? Sic itaque fieri cōtrario potest, ut etiam illud maneat actu, prætereat reatu. Agit enim aliquid concupiscentia carnis & quando non exhibetur ei vel cordis assensus ubi regnet, vel membra velut arma quibus impleatur quod iubet. [factus manet, reatus præterit:] Agit autem quid, nisi ipsa desideria mala & turpia? Non enim si bona & licita essent, eis obedire prohiberet Apostolus, dicens, Non regnet peccatū in vestro mortali corpore ad obediendum desideris eius. Non enim ait, ad habenda desideria eius: sed, ad obediendum desideris eius: ut quoniam sunt in aliis maiora, in aliis minora, prout quisque in hominis interioris nouitate profecerit, in hoc agone iustitie pudicitiaq; seruemus, ne illis obediamus: ut tamen nec ipsa sint desideria, velle debemus, etiā si in corpore mortis huius id obtinere non possumus. Hinc enim & alio loco idem Apostolus loquens velut ex suæ personæ introductione nos instituit, dicens, Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: id est concupisco, quia & hoc nollet facere, ut esset omni ex parte perfectus. Si autē quod nolo, inquit, hoc facio, consentio legi quoniam bona est, quia hoc & illa non vult quod & ego nolo. Non vult enim ut concupiscam, quæ dicit, Non concupiscas: & ego nolo concupiscere. In hoc itaque consentiunt voluntas legis, & mea. Verum quia concupiscere nolebat, & tamen concupiscebat, sed eidem concupiscentiæ nequaquam consentiendo seruebat, adiunxit atque ait, Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod inhabitat in me peccatum. Multū autem fallitur homo qui consentiens concupiscentiæ carnis suæ, & quod illa desiderat decernens facere & statuens, putat sibi adhuc esse dicendum, non ego operor illud, etiā si oderit, quia consentit. Simul enim est utrunq; & ipse odit, quia malum esse nouit: & ipse facit, quia facere statuit. Iam vero si & illud addat quod scriptura prohibet, dicens, Neq; exhibueris membra vestra arma iniquitatis peccato: ut quod facere statuit in corde, etiā corpore compleat, & ideo dicat, Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: quia cum id decernit & facit, & displicet sibi, tantū errat, ut nec seipsum agnoscat, quando cum ex toto ipse sit & corde statuens & corpore implente, adhuc seipsum esse non putat.

Qui ergo dicit, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū: si tantummodo concupiscit, verum dicit, non si cordis cōsensione decernit, aut etiam corporis ministerio perficit. Deinde adiungit Apostolus, Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonū non inuenio. hoc ideo dictum est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria mala nulla sunt: sicut tunc perficitur malum, quando malis desiderijs obeditur. Quando autem sunt desideria, sed non eis obeditur, nec malum perficitur, quia non eis obeditur, nec bonum quia sunt, sed sit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentiæ malæ non consentitur, & ex aliqua parte remanet malum, quia vel concupiscitur: ideo ergo Apostolus non ait facere bonū sibi non adiacere, sed perficere. Multum enim boni facit, qui facit quod scriptum est,

Post concupiscentias tuas non eas: sed non perficit, quia Dominus non implet quod scriptum est, Non concupiscas. Ad hoc ergo dixit lex, Non concupiscas: ut nos in hoc morbo iacere inuenientes, medicinam gratiæ quaereremus, & in eo præcepto sciremus & quod debeamus in hac mortalitate proficendo conari, & quod possit à nobis in illa immortalitate beatissima perueniri, nisi enim quandoque perficiendum esset, nunquam iubendum esset.

Deinde repetens Apostolus ut amplius commēdet sententiam superiorē: Non enim quod volo, inquit, facio bonū, sed quod nolo malum hoc ago. Si autē quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Et sequitur, Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam malum mihi adiacet, hoc est, inuenio mihi legem esse bonum volenti facere quod lex vult, quoniam non ipsi legi quæ dicit, Non concupiscas, sed mihi adiacet malum quod nolo, quia & nolens concupisco. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuatē me sub lege peccati, quæ est in membris meis. Ista condelectatio legi dei secundum interiorem hominē, de magna nobis venit gratia dei. In ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cum in ea proficit perseveranter. Non enim timor est torquens, sed amor libens. Ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectamur inuiti. Verum illud quod ait, Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: ipsa ista est de qua loquimur concupiscentia, lex peccati in carne peccati. Quod autē dixit, & captiuatē me sub lege peccati: hoc est, sub seipsa quæ est in membris meis. Aut captiuatē dixit, captiuare conantem, id est, ad cōsentiendum implendumq; cogentem, aut potius, quod non habet controuersiam, captiuatē secundum carnem, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati vocat, non vtique in ea vllum illicitum desiderium, cui mens obedire non debeat, commoueret. Quod autem non ait, captiuatē meam, sed, captiuatē me: hinc factum est, ut sensus hic alius quaereretur, & acciperemus captiuatē velut dixisset, captiuare conantem. Sed cur non diceret, captiuatē me, ubi velle intelligere carnem suam? an non dictum est de domino Iesu cum in monumento non fuisset inuēta caro eius, Tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerūt eum? Num ideo non recte dictum est, quia non dictū est, carnem vel corpus domini mei, sed domini meum? Quanquam paulo superius & caro, carnalis affectus ipse Apostolus Paulus quomodo recte potuerit de carnis sua dicere, captiuatē me, satis euidenter aperuit. Cum enim dixisset, Scio enim quia non habitat in me, id ipsum exponens adiunxit, & ait, hoc est in carne mea bonū, hæc ergo captiuatur sub lege peccati, in qua non habitat bonum, hoc est caro. Carnem autē nunc appellauit, ubi est morbidus quidam carnis affectus, non ipsam corporis conformationē, cuius membra non adhibenda sunt arma peccato, id est, eidem ipsi concupiscentiæ, quæ hoc carnale nostrum captiuum tenet. Nam quantum attinet ad ipsam corporalem substantiam atq; naturam in viris fidelibus, siue coniugatis, siue continentibus, iam templum dei est: attamen si omnino nihil carnis nostræ captiuum teneretur, non quidem sub diabolo, quia & ibi facta est peccati remissio, ut peccatum non imputetur, quod proprie lex peccati vocatur, tamen sub ipsa lege peccati, hoc est sub concupiscentia sua nisi aliquantū teneretur caro nostra captiuata, quomodo esset verū quod

Gene. 3.
Concupiscentia ex peccato est, non ipsa peccati. Ca. XXIII. Roma. 6.

Exod. 10. Eccli. 18.

Tradux libidinis. Ca. XXIII

Concupiscentia vis de-creuit. Cap. XXV.
Cor. 4.
Ier. 10.
Rom. 6.
Rom. 7.
Rom. 7.

G ait idem Apostolus, Adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri: In tantum igitur adhuc expectatur redemptio corporis nostri, in quantum adhuc ex aliqua parte captiuum est sub lege peccati. Vnde & hic exclamatione ait, *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.* Vbi quid intellecturi sumus nisi quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam? Cum ergo idipsum corpus iam incorruptibile recipietur, plena erit liberatio a corpore mortis huius, a quo non liberatur qui sunt ad penam resurrexerunt. Ad corpus ergo mortis huius intelligitur pertinere, vt alia lex in membris repugnet quidem legi mentis, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & si mentem non subiuguet, quia & spiritus concupiscit aduersus carnem, atque ita quauis lex ipsa peccati captiuum teneat aliquid carnis, vnde resistat legi metis, non tamen regnat in nostro licet mortali corpore, si non obeditur desideriis eius. Solent enim & hostes aduersus quos dimicatur, & inferiores esse in certamine, & victi aliquid tenere captiuum, quod in nostra carne quauis sub peccati lege teneatur, tamen in se redemptionis est, quia ipsa vitiosa concupiscentia nulla omnino remanebit, caro autem nostra ab ea peste morboque sanata, & tota immortalitate vestita, in eterna beatitudine permanebit. Subiugit autem Apostolus & dicit, *Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati.* Quod sic intelligendum est, mente seruo legi dei, non consentiendo legi peccati: carne autem seruo legi peccati, habendo desideria peccati, quibus etsi non consentio, nondum tamen penitus careo. Denique quid post hoc intulerit attendamus: Nulla ergo, inquit, condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu: etiam nunc, inquit, quando lex in membris repugnat legi metis, & captiuum aliquid tenet in corpore mortis huius, nulla condemnatio est iis qui sunt in Christo Iesu. Audi quare, Lex enim spiritus vitæ, inquit, in Christo Iesu liberavit me a lege peccati & mortis. Liberavit, quomodo? nisi quia eius reatum peccatorum omnium remissione dissoluit, vt quauis adhuc maneat, & de die in diem magis magisque minuatur, in peccatum tamen non imputetur. Hac itaque remissio peccatorum quandiu non fit in prole, sic sibi est lex ista peccati, vt etiam in peccatum imputetur, id est, vt etiam reatus eius cum illo sit, qui eum teneat aeterni supplicij debitorem. Hoc enim traicit patens in prolem carnalem, quod & ipse carnaliter natus, non quod spiritualiter est renatus, quia idipsum quod carnaliter natus est, quauis reatu soluto non impediatur fructum eius, tamen tanquam in semine oliuæ latet, etiam si propter remissionem peccatorum nihil oleo noceat, ei scilicet vitæ, qua secundum Christum, qui est appellatus ab oleo, id est, chrismate, iustus ex fide viuit. Hoc autem quod in pariete regenerato tanquam in oleæ semine sine illo reatu, quia remissum est, tegitur, profecto in prole nondum regenerata velut in oleastro cum reatu habetur, donec illic etiam eadem gratia remittatur. Ex quo enim Adam ex olea tali in qua nec semen erat eiusmodi vnde amaritudo nasceretur oleastri, in oleastrum peccando conuersus est, quia tam magnum peccatum fuit vbi magna in deterius fieret mutatio nature, totum genus humanum fecit oleastrum, ita vt quemadmodum nunc in ipsis videmus arboribus, si quid inde in oleam gratia diuina conuertit, ibi vitium primæ natiuitatis, quod erat originale peccatum de carnali concupiscentia tractatum & attractum remittatur, tegatur, non imputetur. Inde tamen oleaster nascatur, nisi & ipse in olea eadem

gratia renascatur. Beata itaque olea cuius remissa sunt K iniquitates, & cui? recta sunt peccata. Beata cui non imputavit dominus peccatum, sed illud quod remissum est & non imputatur, donec fiat in aeternam immortalitatem plena mutatio, habet vim quandam occultam vnde seminatur amarus oleaster, nisi & illic eadem dei agricultura remittatur, regatur, non imputetur. Non erit autem omnino aliquid vel in carnali semine vitiosum, cum eadem regeneratione qua nunc fit per sacrum lauacrum, usque in finem cuncta mala hominis purgante atque sanante eadem caro per quam facta est anima carnalis, fiat etiam ipsa spiritalis, nullam legi metis resistentem concupiscentiam carnis habitura, nihil carnalis seminis emissura. Sic enim accipiendum est quod ait idem Apostolus, Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo, vt exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Sic inquam accipiendum est, vt eodem lauacro regenerationis & verbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum generatorum mundentur atque sanentur, non solum peccata, quæ omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quæ posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur, non vt baptisma quoties peccatur, totiens repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit, vt non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Quid enim prodesset vel ante baptismum penitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea, nisi preccederet? In ipsa quoque dominica oratione, quæ quotidiana est nostra mundatio, nostra: nisi ab eis qui baptizati sunt diceretur: Itemque elemosynarum largitate & beneficentia quæ alibi tandem ad dimittenda sua peccata prodesset, si baptizatus non esset? Postremo regni caelorum ipsa sollicitas, vbi non habebit ecclesia maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, vbi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit, vbi non solum reatus sed nec concupiscentia erit vlla peccati, quorum erit, nisi baptizatorum? Ac per hoc non solum omnia peccata, sed omnia prorsus hominum mala Christiani lauacri sanctitate tolluntur, quo mundat ecclesiam suam Christus, vt exhibeat eam sibi, non in isto seculo, sed in futuro, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Nam qui modo eam talem esse dicunt, & tamen in illa sunt, quonia & ipsi fatentur se habere peccata, si verum dicant, profecto quonia mundi non sunt a peccatis, habet in eis ecclesia maculam. Si autem falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habet in eis ecclesia rugam. Si autem se dicunt habere ista, non ipsam, ergo se non esse membra eius, nec se ad corpus eius pertinere fateantur, vt etiam sua confessione damnentur.

De hac autem concupiscentia carnalis quæ curauimus a nuptialibus bonis tam proluxa disputatione distinguere, propter novos hereticos qui eum hac reprehendunt, calumniantur, quasi nuptiæ reprehendantur, vt scilicet eam tanquam bonum naturale laudando, suum pestiferum dogma confirmet, quo asserunt prolem qua per illam nascitur, nullum trahere originale peccatum. De hac ergo carnis concupiscentia beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, cuius sacerdotali ministerio lauacrum regenerationis accepi, sic breuiter est locutus, cum exponens Esaiam Prophetam, carnalem Christi natiuitatem insinaret. Ideo, inquit, & quasi homo per vniuersa tentatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de spiritu sancto natus, abstinuit a peccato: Omnis enim

enim homo mendax, & nemo sine peccato nisi vnus deus. Seruatur est igitur vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum comixtionem nemo videatur expers delicti esse. Qui autem expers est delicti, expers est etiam huiusmodi concupiscentie. Nunquidnam & sanctus Ambrosius nuptiarum bonitatem, ac non potius istorum hereticorum quauis tunc nondum apparentium vanitatem huiusmodi concupiscentie veritate damnauit? Quod ideo commemorandum putavi, quia Pelagius sic laudat Ambrosium, vt dicat, Beatus Ambrosius episcopus, in cuius precipue libris Romana elucet fides, qui scriptor inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem & purissimum in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Peniteat ergo eum quod sensit aduersus Ambrosium, ne peniteat eum quod sic laudauit Ambrosium. Habes librum & molestia longitudo, & difficultate questionis, quam mihi fuit ad dictandum tam tibi ad legendum negotiosum, quibus particulis temporum te inuenire potuit aut potuerit ociosum. Quem profecto quatum me dominus adiuuare dignatus est elaboratum, inter Ecclesiasticas curas meas, non tibi ingerere inter publicas tuas, nisi ab homine dei qui te familiariter nouit, audissem quod tam libenter legas, vt etiam nocturnas aliquas horas lectioni vigilanter impendas.

Huius libri finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, ad Valerium comitem de nuptiis & concupiscentia Liber Secundus.

LINTER militiae tuae curas, & illustris personæ quam pro meritis gestas, aetisque reipublicæ necessarios, fili dilectissime & honorande Valeri, tanto studio te aduersus hereticos in eloquia diuina flagrare satis dici non potest quanta mentis iocunditate delecter. Itaque posteaquam legi literas sublimitatis tuæ, quibus de libro quæ ad te scripti, gratias agis, sed admones vt per fratrem & coepiscopum meum Aliprium audiam quid de quibusdam locis eiusdem libri heretici disputationis assumant, ad hoc scribendum excitatus sum. Et quia non tantum relatu memorati fratris mei id didici, verum etiam prolatis ab eo chartulas legi, quas post eius de Ravenna profectioem Romam mittere ipse curasti, vbi aduersariorum potui vaniloquia reperire, ad ea respondere adiuuante domino quanta possum veritate & scripturarum diuinarum autoritate proposui. Chartula cui nunc respondeo, hoc titulo prenotatur, Capitula de libro Augustini quæ seruituræ præstantia ista scripta direxit, de nescio quibus ea libris, causa quantum existimo celerioris responsionis, ne tuâ differret instantiam, voluisse decerpere. Qui autem sint isti libri cum cogitare, eos esse arbitratus sum, quorum mentionem Iulianus facit in epistola quæ Romanam misit, cuius exemplum simul ad me usque peruenit. Ibi quippe ait, Dicunt etiam istas quæ modo aguntur nuptias a deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur. Contra quem ego modo quatuor libellis respondi, credo ex his libellis ista decerpta sunt, vnde melius fortasse fuerat vt vniuerso ipsi operi eius quod quatuor voluminibus explicauit, redarguendo & refellendo nostra laboraret intentio, nisi & ego responsionem differre noluissem, sicut nec tu transmissionem scriptorum quibus respondendum est, distulisti. Verba ergo de libro meo tibi a me misso tibi quoque notissimo ista posuit quæ refutare conatus est, Danaos nos esse nuptiarum, operisque diuini, quo ex maribus & feminis deus homines creat, inuidiosissime clamitat, quoniam dicimus eos qui de tali commixtione nascuntur, trahere originale peccatum, eosque qui de parentibus quibuscunque nascuntur, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. In his verbis meis testimonium Apostoli quod interposui, prætermisisti, cuius se opprimi magna mole sentiebat. Ego enim cum dixissem homines natos trahere originale peccatum, mox hoc intuli quod Apostolus ait, Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: quo testimonio, vt diximus, prætermisisti, cuius ille cõtexuit, quæ supra memorata sunt. Nouit enim quemadmodum soleant hæc verba apostolica quæ prætermisisti, accipere catholicorum corda fidelium: quæ verba tam recta & tanta luce fulgentia tenebrosis & tortuosis interpretationibus noui heretici obscurare & deprauare moluntur. Deinde alia verba mea subtexuit, vbi dixi, Nec aduertunt quod ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum & fornicationum malum bono naturali quod inde nascitur, non potest excusari. Nam sicut peccatum suum hinc siue inde trahatur, opus est diaboli, sic homo siue hinc siue inde nascatur opus est dei. Etiam hic ea prætermisisti, in quibus aures catholicas timuit. Nam vt ad hæc verba veniretur, supra dictum erat a nobis. Hoc ergo quia dicimus quod antiquissima atque firmissima catholice quædam regula continetur, isti nouelli & peruersi dogmatis assertores qui nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur, tanquam damnemus nuptias, & tanquam opus dei, hoc est hominem, qui ex illis nascitur, opus diaboli esse dicamus, infideliter vel imperite calumniantur. His ergo nostris prætermisisti, sequuntur illa nostra quæ posuit, sicut supra dictum est, In his itaque quæ prætermisisti hoc timuit, quia cunctæ ecclesiæ catholice peccati conuenit, fidemque ipsam antiquitus traditam atque fundatam clara quodammodo voce compellat, & aduersus eos vehementissime permouet quod diximus, quia nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur. Omnes enim ad ecclesiam non propter aliud cum paruulis currunt, nisi vt in eis originale peccatum generatione prima natiuitatis attractum, regeneratione secunda natiuitatis expietur. Deinde ad nostra superiora verba reuertitur, quæ nescio cur repetat. Eos autem qui de tali commixtione nascuntur, dicimus trahere originale peccatum, eosque qui de parentibus quibuscunque nascuntur, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. Hæc verba nostra, & paulo ante iam dixerat. Deinde subiugit, quod de Christo diximus, qui de eadem sexus vtriusque commixtione nasci noluit. Sed etiam hic prætermisisti quod ego posui, vt per eius gratiam de potestate tenebrarum eruti, in regnum illius, qui eadem sexus vtriusque commixtione nasci noluit, transferantur. Vide obsecro te, quæ nostra verba vitauit tanquam inimicus omnino gratiæ dei, quæ venit per Iesum Christum dominum nostrum. Scit enim ab illa Apostoli sententia, qua dixit de deo patre qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij charitatis.

Tomus septimus.

G tatis sue, improbiſſime & impiſſime paruulos ſeparari, ideo proculdubio verba iſta prætermittere quàm ponere maluit. Poſt hæc illud noſtrū poſuit, vbi diximus, Hæc enim quæ ab impudentibus impudenter laudatur pudenda cõcupiſcentia, nulla eſſet, niſi homo ante peccaſſet, nuptiæ vero eſſent etiam ſi nemo peccaſſet: fieret quippe ſine iſto morbo ſeminatio filiorum. Huc vſque verba mea ille poſuit. Timuit enim quod adiunxi, in corpore vitæ illius, ſine quo nunc fieri non poteſt in corpore mortis huius. Et hic vt meam ſententiam non finiret, ſed eam quodammodo detruncaret, illud Apoſtoli teſtimonium formidauit, vbi ait, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. Non enim erat corpus mortis huius in paradifo ante peccatum, propter quod diximus, in corpore vitæ illius, quæ ibi erat, ſine iſto morbo ſeminationem fieri potuiſſe filiorum, ſine quo nunc in corpore mortis huius fieri non poteſt. Vt autem ad iſtam commemorationem humanæ miſeriæ & diuinæ gratiæ veniret Apoſtulus, ſupra dixerat. Video aliam legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mēbris meis. Poſt hæc autē verba exclamauit, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. In corpore igitur mortis huius, quale in paradifo ante peccatū non fuit, profecto non erat alia lex in mēbris noſtris repugnans legi mentis noſtræ, quia & quando nolumus, & quando non conſentimus, nec ei mēbra noſtra, vt impleat quod appetit, exhibemus, habitat tamen in eis, & mentem reſiſtentem repugnantemq; ſollicitat, vt ipſe conſtitutus etiam ſi non ſit damnableſ, quia non perſicit iniquitatem, ſit tamen miſerabilis, quia non habet pacem. Satis igitur admonuerim, ſic iſtum verba mea velut reſellenda ſibi proponere voluiſſe, vt alicubi mediis detractis, ſententias interrumperet: alicubi extremis non additis decurreret, & cur hæc fecerit, ſufficienter oſtenderim. Nunc ad ea quæ ſicut voluit, noſtra propoſuit, quæ ſua oppoſuerit videamus. Sequuntur enim iam verba eius, & ſicut iſte inſinuauit, qui tibi chartulam miſit, prius aliquid de præſatione conſcripſit proculdubio librorum illorum, de quibus pauca decerpiſit. Id autem ita ſeſe habet. Doctores, inquit, noſtri temporis frater beatiffime, & nefariæ, quæ adhuc feruet, ſeditionis authores, ad hominum quorum ſanctis ſtudiis vruntur, contumelias & exitium decreuerunt per ruinam totius Eccleſiæ peruenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum oſtenderunt gloriam, niſi cum catholica religione nõ potuiſſe conuelli. Nam ſi quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum eſſe naſcētium cõditorem dixerit, Celeftianus & Pelagianus vocatur. Ne igitur vocentur hæretici, ſunt Manichæi, & dum ſallam verentur inſamiam, verum crimen incurrun, inſtar ferarum, quæ circundantur pinnis, vt cogantur in retia: quibus quoniam deſt ratio, in verum exitum vana formidine contruduntur. Non eſt ita vt loqueris, quicumque iſta dixiſti, non eſt ita, multum falleris vel fallere meditaris. nõ liberum negamus arbitriū: ſed ſi vos filius liberauerit, ait veritas, tunc vere liberi eritis. Hunc vos inuidetis liberatorem, quibus captiuus vanam tribuitis libertatem. A quo enim quis deuictus eſt, ſicut dicit ſcriptura, huic ſeruus addictus eſt: nec quiſquam niſi per gratiam liberatoris iſto ſoluitur vinculo ſeruitutis, à quo eſt hominū nullus immunis. Per

vnum quippe hominē peccatum intravit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerūt. Sic eſt ergo deus naſcentium conditor, vt omnes ex vno eant in cõdemnationem, quorum non fuerit renaſcentium liberator. Ipſe quippe dictus eſt ſingulus, ex eadem maſſa faciens aliud vas in honorē ſecundum miſericordiam, aliud in contumeliam ſecundum iudicium, cui tantat Eccleſia miſericordiam & iudicium. Non itaq; ſicut te atque alios fallens loqueris, ſi quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum eſſe naſcentium conditorē dixerit, Celeftianus & Pelagianus vocatur. iſta quippe catholica fides dicit. Sed ſi quis ad cõlẽdum recte deum, ſine ipſius adiutorio dicit eſſe in hominibus liberū arbitrium, & quiſquis ita dicit deum naſcentium cõditorem, vt paruulorum neget à poteſtate diaboli redẽptorē, ipſe Celeftianus & Pelagianus vocatur. Liberum itaq; in hominibus eſſe arbitrium, & deum eſſe naſcentium conditorē vtrique dicimus, non hinc eſtis Celeftiani & Pelagiani: liberum autem quenquam eſſe ad agendum bonum ſine adiutorio dei, & non erui paruulos à poteſtate tenebrarum, & ſic tranſferri in regnum dei, hoc vos dicitis, hinc eſtis Celeftiani & Pelagiani. Quid obediſ ad fallendum communis dogmatis tegmen, vt operias proprium crimen, vnde vobis inditum eſt nomen, atq; vt nefario vocabulo terreas imperitos, dicitis, Ne igitur vocentur hæretici, ſunt Manichæi: Audi ergo breuiter quid in iſta queſtione verſetur. Catholici dicunt humanam naturam à creatore deo bono conditam bonam, ſed peccato vitiatam Chriſto medico indigere. Manichæi dicunt humanam naturam non à deo conditam bonam, peccatoq; vitiatam, ſed ab æternarum principie tenebrarum de commixtione duarum naturarum, quæ ſemper fuerunt, vna bona & vna mala, hominem creatum. Pelagiani & Celeftiani dicunt naturam humanā à bono deo conditam bonam, ſed ita eſſe in naſcentibus paruulis ſanam, vt Chriſti non habeāt neceſſariam in illa atate medicinam. Agnoſce igitur in tuo dogmate nomen tuum, & catholicis, à quibus conſutaris, deſine obicere & dogma & nomē alienū. Nam veritas vtroſque redarguit, & Manichæos & vos. Manichæi enim dicit, Non legiſtis quia qui ab initio fecit hominem, maſculum & feminam fecit eos: Et dixit, Propter hoc reſiſquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: itaque iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparret. Ita quippe oſtendit & hominū conditorē & coniungum copulatorem deum aduerſus Manichæos, qui vtrūque horum negant. Vobis autem dicit, Venit filius hominis querere & ſaluū facere quod perierat. Sed vos egregij Chriſtiani reſpõdere Chriſto, Si quod perierat querere & ſaluare veniſti, ad paruulos non veniſti. Iſti nec perierant & ſalvi nati ſunt: vade ad maiores, de verbis tuis tibi præſcribimus, Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Ita ſit, vt Manichæus qui homini commixtam dicit eſſe naturam malam, velit inde ſaltem ſaluari à Chriſto animam bonam. Tu vero in paruulis cum ſalvi ſint corpore, nihil à Chriſto ſaluandum eſſe contendis. Ac per hoc Manichæus quidem naturam humanam deteſtabiliter vituperat, ſed tu crudeliter laudas. Quicumque enim tibi crediderint laudatori, infantes ſuos non offerūt ſaluatori. Tam ſcelerata ſentienti quid tibi prodeſt non metuere: Quin tibi ſit vt ſalubriter metuas, & te hominem facis eſſe, non beſtiam, quæ circūdatur pinnis vt cogatur in retia: Opus erat vt

veritatem teneres, cuiusque studio non timeres, nunc vero ita non times, vt ſi timeres, euaderes potius retia maligni, quàm incurreres. Mater catholica ideo te terret, quia & tibi & aliis à te timet, & ſi per filios ſuos in aliqua poteſtate poſitos agit vt timeas, non id agit crudelitate, ſed charitate. Tu autem vir fortiſſimus timere homines ignauum putas. deum ergo time, & noli antiqua fidei catholice fundamenta conari tanta obſtinatione ſubuertere, quāquam iſte tuus animus animoſus vtinam ſaltem in hac cauſa homines timeret, vtinā inquam ſaltem paueret ignauia potius, quàm periret audacia. Videamus & cætera quæ connectit. Sed quid faciam: verum ſingula eius proponam, quibus respondeam, an eis prætermiſiſ, quæ catholica fides cõinet, ea ſola pertractem atque conſutem, in quibus à tramite veritatis exorbitat, & hæreſim Pelagianam tāquam venenoſa virgulta, fructibus catholicis conatur inferere: Hoc quidem certe breuius eſt, ſed proſpiciẽdum arbitrator, ne quiſquam libro meo lecto, & non lectis omnibus quæ ab illo dicta ſunt, exiſtimet ea me proponere noluiſſe, ex quibus iſta eſſe pendet, & ex quibus qualiſconque veritatem vera eſſe monſtrantur, quæ falſa redarbitur. Non itaque pigeat vtraque huic opuſculo noſtro indita, & ea ſcilicet quæ ille dixit, & ea quæ ipſe reſpondeo, vniuerſa attendere & conſiderare lectorem. Quæ ſequuntur ergo ita prænotauit, qui tuę dilectioni chartulam miſit. Contra eos, inquit, qui nuptias damnāt, & fructus earum diabolo aſſignant. Non igitur contra nos qui neque nuptias damnant, quas etiam in ordine ſuo debita prædicatione laudamus, nec earum fructus diabolo aſſignamus: nuptiarum quippe fructus homines ſunt, qui ordinate inde generantur, non peccata cum quibus naſcuntur. Nec inde ſunt homines ſub diabolo, quia homines ſunt, vbi ſunt fructus nuptiarū: ſed quia peccatores ſunt, vbi eſt propago vitiorum. Diabolus enim culpæ author eſt, non naturæ. Attende cætera quibus ſe exiſtimit aduerſus nos hoc præmiſſo titulo conſonare. Deus, inquit, qui Adam ex limo fuerat fabricatus, Euam conſtruxit e coſta, & dixit, Hæc vocabitur vita, quoniam mater eſt omnium viuientium. Non quidem ita ſcriptum eſt, ſed quid ad nos? Solet enim accidere vt memoria fallat in verbis, dum tamen ſententia teneatur in libris: nec enim Eva nomen vt appellaretur vita, deo impoſuit, ſed marit. Sic enim legitur, Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ vita, quoniam ipſa eſt mater omnium viuientium. Sed hoc fortaliſ intellexerit, vt deus per Adam nomen illud Eva impoſuiſſe credatur tanquam per Prophetam. Nam in hoc quod appellata eſt vita materque viuientium, magnum eſt Eccleſiæ ſacramentum, vnde nunc diſſerere longum eſt, & ſuſcepto operi non neceſſarium. Nam & illud quod dixit Apoſtulus, Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autē dico in Chriſto & in Eccleſiā: ipſe Adam dixit, Propter hoc reſiſquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna: quod tamen dominus Ieſus in Euangelio deum dixiſſe commemorat, quia deus vtiq; per hominem dixit, quod homo prophetando prædixit. Ergo quæ ſequuntur in tuere. Prima, inquit, compellatione cui operi parata eſt, oſtendit & dixit, Creſcite & multiplicamini & replete terram. Quis enim noſtrum negat ad opus pariendi à domino deo creatore omnium bonorum bono præparatam fuiſſe mulierem? Adhuc vide quid adiungat. Deo igitur, inquit, maris creator & feminæ cõuenientia generationibus membra formauit, & gigni corpora

LIBER SECVNDVS. 180.
de corporibus ordinauit, quorum tamē efficiẽtia potētia dei operationis interuenit, omne quod eſt ea adminiſtrans virtute qua condidit. Etiam hoc eſſe catholicum conſtemur. Et quod deinde ſubiunxit, Si igitur, inquit, non niſi per ſexum factus, nõ niſi per corpus ſexus, non niſi per deum corpus, quis ambigat fecunditatem deo iure reputari? Poſt hæc quæ veraciter & catholice dicta ſunt, imò in diuinis libris veraciter ſcripta, non autē ab iſto catholice dicta ſunt, quia non intentione catholici pectoris dicta ſunt, iam propter quod ea dixit, Pelagiana & Celeftiana hæreſis incipit introduci. Nanque attende quod ſequitur. Tu vero, inquit, qui dicis eos qui de parentibus qualibuſcunque naſcuntur, adhuc eſſe ſub diabolo, niſi renaſcantur in Chriſto: oſtende ergo nũc quid ſuum diabolus cognoſcat in ſexibus, per quod fructum eorum, vt dicis, iure poſſideat. Diuerſitatem ſexuum: ſed hæc in corporibus eſt, quæ deus facit. commixtionem: ſed non minus benedictionis, quàm institutionis priuilegio vendicatur. Vox enim dei eſt, Relinquet homo patrem & matrē & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Vox dei eſt, Creſcite & multiplicamini & replete terrā. An forte ipſam fecunditatem? Sed ipſa eſt inſtituti cauſa coniugij. Vides igitur quemadmodum nos interroget, quid ſuum diabolus cognoſcat in ſexibus, per quod ſub illo ſint, qui de parentibus qualibuſcunque naſcuntur, niſi renaſcantur in Chriſto, vtrum diuerſitatem ſexuum dicamus ad diabolum pertinere, an commixtionem, an ipſam fecunditatem? Reſpondemus itaque nihil horum, quia & diuerſitas ſexuum pertinet ad vaſa gignentium, & vtriuſque commixtio ad ſeminationem pertinet filiorum, & ipſa fecunditas ad benedictionem pertinet nuptiarum. Hæc autem omnia ex deo, ſed iſte in his omnibus noluit nominare concupiſcentiam carnis, quæ non eſt à patre, ſed ex mundo eſt, cuius mundi princeps dictus eſt diabolus, qui eam in domino non inuenit, quia dominus homo non per ipſam ad homines venit: vnde dicit etiā ipſe, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inueniet: nihil vtiq; peccati, nec quod à naſcente trahitur, nec quod à viuente additur. Hanc iſte noluit nominare in his omnibus quæ commemorauit naturalibus bonis, de qua etiam nuptiæ confunduntur, quæ de his bonis omnibus gloriantur. Nam quare illud opus cõiugatorum ſubtrahitur & abſconditur etiam oculis filiorum, niſi quia non poſſunt eſſe in laudanda commixtione, ſine pudenda libidine? De hac erubuerunt etiam qui primi pudenda texerunt, quæ prius pudenda non fuerunt, ſed tāquam dei opera prædicanda atq; glorianda. Tunc ergo texerunt quando erubuerunt: tunc autem erubuerunt quando poſt inobedientiam ſuā, inobedientia membra ſenſerūt. De hac erubuit etiam iſte laudator. Commemorauit enim ſexuum diuerſitatem, commemorauit commixtionem, commemorauit fecunditatem: illam vero commemorare verecundatus eſt, nec mirum ſi pudet laudantes, quod videmus ipſos pudere generantes. Sed adiungit & dicit, Per quid igitur ſub diabolo ſunt, quos deus fecit: Sibiq; veluti ex noſtra voce reſponder, Per peccatum, inquit, non per naturam. Deinde noſtræ reſponſioni ſuam referens, Sed vt non poteſt, inquit, ſine ſexibus factus, ita nec ſine voluntate eſt delictum. Ita vero, ita eſt. Sicut enim per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Per vnus illius voluntatem malam omnes

Roma. 7.

Reſpondet prima columna. Cap. III.

Auguſtin.

Ioan. 8.

2. Petri. 2.

Roma. 5.

Roma. 9. Pſal. 100.

Matth. 19.

Luc. 19.

Matth. 9.

Matth. 9.

veritatem

G in eo peccauerunt, quando omnes illi vnus fuerunt, de quo propterea singuli peccatum originale traxerunt.

Dicis enim, inquit, ideo illos esse sub diabolo, quia de sexus vtriusque commixtione nascuntur? Dico planè propter delictum eos esse sub diabolo. ideo autè expertes non esse delicti, quia de illa commixtione sunt nati, quæ sine pudenda libidine non potest etiam quod honestum est operari. Dixit hoc etiam beatissimè memoria Ambrosius Ecclesiæ Mediolanensis Episcopus, cum Christi carnalem natiuitatem ideo diceret expertem esse delicti, quia conceptus eius vtriusque sexus commixtionis est expertis: nullum autem hominum esse sine delicto, qui de illa cõmixtione conceptus est. Nam eius verba ista sunt. Ideo, inquit, & quasi homo per vniuersa tentatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de spiritu, natus, abstinuit à peccato.

Ambrosius Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato, nisi vnus deus. Seruatum est igitur, inquit, vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem, nemo videatur expertis esse delicti. Qui autem expertis est delicti, expertis est etiam huiusmodi conceptionis. Nunquid etiam istum dicit Pelagiani & Celestiani, audebitis dicere Manichæum, quod eum dicebat esse Iouinianus hæreticus, contra cuius impietatem vir iste sanctus etiam post partum permanentem virginis sanctæ Mariæ defendebat? Si ergo illum Manichæum dicere non audeatis, nos cum in eadem causâ, eadem sententia fidem catholicam defendamus, cur dicitis Manichæos? Aut si & illum fidelissimum virum hoc secundum Manichæos sapuisse iactatis, iactate, iactate, vt mensuram Iouiniani perfectius impleatis: nos cum illo homine dei, patienter vestra maledicta & conuicia sustinemus, & tamen hæresiarques vester Pelagius fidem & purissimam in scripturis sensum sic laudat Ambrosij, vt dicat ne inimicum quidem eum ausum esse reprehendere. Quò ergo progressi fueritis attendite, & vos ab ausibus Iouiniani tandem aliquando cohibete, quauis ille nimis laudando nuptias, sanctæ illas virginitati adæquauit, & tamen nuptiarum fructibus ab vtero etiam recentibus Christum saluatorem, & de potestate diaboli redemptorem nõ negauit necessarium, quod vos negatis. Et quia vobis pro eorum salute, qui nondum pro se loqui possunt, & pro fidei catholice fundamentis resistimus, Manichæos nos esse iactatis. Sed iam sequentia videamus.

Psalmus Rursus quippe interrogans dicit, Quem igitur paruulorum cõfiteris auctorem? Deum verum? Respondet, deum verum. Deinde ille subiungit, Sed malum ille non fecit. Ac rursus interrogat, vtrum diabolum paruulorum cõfiteamur auctorem? Rursusque respondet, sed naturam hominis ipse non condidit. Deinde quasi concludit atque infert, Si mala commixtio, deformis & conditio corporum: & ideo corpora quoque malo à te deputantur auctori. Cui respondeo, malo auctori nõ deputo corpora, sed delicta, quorum causa factum est, vt cũ in corporibus, hoc est, in dei operibus totum placeret, acciderit tamen masculo & feminæ quod puderet, vt nõ esset cõmixtio qualis esse potuit in corpore vitæ illius, sed qualem videmus erubescens in corpore mortis huius. Deus vero, inquit, diuisit in sexu, quod in operatione coniungeret. Ab ipso igitur est commixtio corporum, à quo est origo corporum. Iam supra respõdimus hoc ex deo esse, sed non delictum, nõ membrorum inobedientiam per carnis concupiscentiam, quæ nõ est à patre. Deinde dicit, Tot ergo rerum bonarum, id est cor-

porum, sexuum, coniunctionum malos fructus esse nõ posse, nec homines ob hoc à deo fieri vt à diabolo, sicut dicis, inquit, legitimo iure teneantur. Iam dictum est non eos ideo teneri, quia homines sunt, quod natura nomen est, cuius auctor diabolus non est: sed quia peccatores sunt, quod culpæ nomen est, cuius diabolus auctor est. Sed inter tot nomina bonarum rerum, id est corporum, sexuum, coniunctionum, libidinem vel concupiscentiam carnis iste non nominat. Tacet, quia pudet, & mira si dici potest pudoris impudentia, quod nominare pudet, laudare nõ pudet. Denique vide quem admodum magis eam circumloquedo maluerit significare, quàm dicere. Postquam autem vir, inquit, naturali appetitu cognouit vxorem: ecce iterum dicere noluit, carnis concupiscentia cognouit vxorem: sed naturali, inquit, appetitu. vbi adhuc possum? intelligere ipsam voluntatem iustam & honestam, qua voluit filios procreare, nõ illam libidinem de qua iste sic erubescit, vt ambigue nobis loqui malit, quàm perspicue quod sentit exprimere. Quid est naturali appetitu? An nõ & velle esse saluum, & velle ipsos suscipere, nutrire, erudire filios, naturalis est appetitus, idemque rationis est, non libidinis? Sed quia huius nouimus intentionem, ideo non eum putamus his verbis nisi libidinem membrorum genitalium significare voluisse: nõne tibi videntur hæc verba folia esse ficulnea, sub quibus lateat quid aliud, quàm id quod pudet? Ita quippe iste sibi circumlocutionis huius obstacula, sicut illi succinctoria consuerunt, contexit & dicit, Postquam autem vir naturali appetitu cognouit vxorem, dicit scriptura diuina, Conceptit Eva & peperit filium, & vocauit nomen eius Cain. Sed quid, inquit, dicit Adam, audiamus. Acquisiui hominem per deum. Vnde cõstat opus dei esse, quem per deum acquisiuit scriptura diuina testatur. Quis hinc dubitat? quis hoc neget, maxime catholicus Christianus? Opus dei est homo: sed carnis concupiscentia, sine qua, si peccatum non præcessisset, tranquillæ voluntati obedientibus sicuti cetera membra genitalibus, seminaretur homo, non est à patre, sed ex mundo est. Verum nunc obsecro te paulò attentius intueri, quod nomen nouum inuenerit quo rursus operiret quod erubescit aperire. Genuerat enim eum, inquit, Adam potentia membrorum, non diuersitate meritorum. Quid dixerit diuersitatem meritorum, fateor non intelligo, sed potentiam membrorum credo illud voluit dicere, quod pudet euidenter dicere. Maluit enim dicere membrorum potentiam, quàm carnis concupiscentiam. Planè etiam si non cogitauerit, significauit aliquid quod ad rē pertinere videatur. Quid enim potentius membris hominis, quando non seruiunt voluntati hominis? Quæ tametsi frenentur temperantia vel continentia vsus eorum aliquantulum, motus tamen eorum non est in hominis potestate. Genuit ergo Adam filios hac, vt iste dicit, membrorum suorum potentia, de qua priusquam illos gigneret, erubuit post peccatū. Si autem non peccasset, nõ eos genuisset membrorum potentia, sed membrorum obedientia. Ipse quippe esset potens, vt eis subiectis voluntate imperaret, si potiori & ipse subiectus eadem voluntate seruiret. Post aliquanta iterum dicit scriptura diuina, inquit, Cognouit Adam Euam vxorem suam, & concepit & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens, Suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Deinde addit & dicit, Ad documentum instituiti coitus, ipsum semen diuinitas dicitur excitasse. Non intel-

Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 5.
Gen. 6.
Gen. 7.
Gen. 8.
Gen. 9.
Gen. 10.
Gen. 11.
Gen. 12.
Gen. 13.
Gen. 14.
Gen. 15.
Gen. 16.
Gen. 17.
Gen. 18.
Gen. 19.
Gen. 20.
Gen. 21.
Gen. 22.
Gen. 23.
Gen. 24.
Gen. 25.
Gen. 26.
Gen. 27.
Gen. 28.
Gen. 29.
Gen. 30.
Gen. 31.
Gen. 32.
Gen. 33.
Gen. 34.
Gen. 35.
Gen. 36.
Gen. 37.
Gen. 38.
Gen. 39.
Gen. 40.
Gen. 41.
Gen. 42.
Gen. 43.
Gen. 44.
Gen. 45.
Gen. 46.
Gen. 47.
Gen. 48.
Gen. 49.
Gen. 50.

Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 5.
Gen. 6.
Gen. 7.
Gen. 8.
Gen. 9.
Gen. 10.
Gen. 11.
Gen. 12.
Gen. 13.
Gen. 14.
Gen. 15.
Gen. 16.
Gen. 17.
Gen. 18.
Gen. 19.
Gen. 20.
Gen. 21.
Gen. 22.
Gen. 23.
Gen. 24.
Gen. 25.
Gen. 26.
Gen. 27.
Gen. 28.
Gen. 29.
Gen. 30.
Gen. 31.
Gen. 32.
Gen. 33.
Gen. 34.
Gen. 35.
Gen. 36.
Gen. 37.
Gen. 38.
Gen. 39.
Gen. 40.
Gen. 41.
Gen. 42.
Gen. 43.
Gen. 44.
Gen. 45.
Gen. 46.
Gen. 47.
Gen. 48.
Gen. 49.
Gen. 50.

Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 5.
Gen. 6.
Gen. 7.
Gen. 8.
Gen. 9.
Gen. 10.
Gen. 11.
Gen. 12.
Gen. 13.
Gen. 14.
Gen. 15.
Gen. 16.
Gen. 17.
Gen. 18.
Gen. 19.
Gen. 20.
Gen. 21.
Gen. 22.
Gen. 23.
Gen. 24.
Gen. 25.
Gen. 26.
Gen. 27.
Gen. 28.
Gen. 29.
Gen. 30.
Gen. 31.
Gen. 32.
Gen. 33.
Gen. 34.
Gen. 35.
Gen. 36.
Gen. 37.
Gen. 38.
Gen. 39.
Gen. 40.
Gen. 41.
Gen. 42.
Gen. 43.
Gen. 44.
Gen. 45.
Gen. 46.
Gen. 47.
Gen. 48.
Gen. 49.
Gen. 50.

Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 5.
Gen. 6.
Gen. 7.
Gen. 8.
Gen. 9.
Gen. 10.
Gen. 11.
Gen. 12.
Gen. 13.
Gen. 14.
Gen. 15.
Gen. 16.
Gen. 17.
Gen. 18.
Gen. 19.
Gen. 20.
Gen. 21.
Gen. 22.
Gen. 23.
Gen. 24.
Gen. 25.
Gen. 26.
Gen. 27.
Gen. 28.
Gen. 29.
Gen. 30.
Gen. 31.
Gen. 32.
Gen. 33.
Gen. 34.
Gen. 35.
Gen. 36.
Gen. 37.
Gen. 38.
Gen. 39.
Gen. 40.
Gen. 41.
Gen. 42.
Gen. 43.
Gen. 44.
Gen. 45.
Gen. 46.
Gen. 47.
Gen. 48.
Gen. 49.
Gen. 50.

Alexit homo iste quod scriptum est. putauit enim ad hoc esse dictum, Suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, vt crederetur deus illi excitasse libidinem coeundi, cuius motu excitaretur semen, vt gremio feminæ possit infundi. Nescit non esse ob aliud dictum, excitauit mihi semen: nisi, dedit mihi filium. Denique hoc Adam non dixit post coitum suum quo semen emisit, sed post coniugis partū, quo filium deo donante suscepit. Nam quæ gratulatio est, nisi forte libidinosorum & suum vas in morbo concupiscentiæ, quod verat Apostolus, possidentium, si semen extra coeundi voluntatem fundatur, nec sequatur coceptus aut partus vbi nuptiarum verus est fructus? Neque hoc ideo dixerim, quod alius putandus sit præter summum & verum deum, vel humani seminis vel ipsius hominis creator existere, sed hoc tranquilla de homine obedientia membrorum ad nutum voluntatis existit, si peccatum non præcessisset. Neque nunc agitur de natura seminis humani, sed de vitio. Illa quippe habet auctorem deum, ex isto autem trahitur originale peccatum. Nam si semen ipsum nullum habet vitium, quid est quod scriptum est in libro Sapientie, Non ignoras quoniam nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum, semen enim illorum erat maledictum ab initio? Nempe de quibuscumque dicat ista, de hominibus dicit. Quomodo est ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis & semen maledictum ab initio, nisi ad illud respiciatur, quod per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrāsit, in quo omnes peccauerunt? Cuius autem hominis malia cogitatio non potest in perpetuum mutari, nisi quia per se ipsam non potest, sed si gratia diuina subueniat, qua non subueniente quid sunt homines, nisi quod ait Apostolus Petrus, velut muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem & interitum? Vnde vno loco Paulus Apostolus vtrunque commemorans, & iram dei cum qua nascimur, & gratiam qua liberamur, Et nos omnes, inquit, aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & affectionum, & eramus natura filij iræ sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictum ab initio, & procreati naturaliter in captiuitatem & interitum, & natura filij iræ?

Nunquid in Adam natura ista sic condita est? Absit: sed quia in illo vitiosa sic per omnes iam naturaliter euecurrit & currit, vt ab hac perditione non liberet, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quid est ergo quod iste adiungit, & dicit de Noë & filiis eius, quod similiter benedicti sint vt Adam & Eva, dicente deo, Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini eius: quibus dei verbis addit sua dicens, Voluptas ergo ista, quam tu diabolicam vis videri, iam in supradictis coniugibus habebatur, quæ vt institutione bona, ita etiam benedictione permanit? Non enim dubitatur de hac ad Noë & ad filios eius corporū commixtione dictum, cuius iam vsus inoleuerat, Crescite & multiplicamini & replete terram. Non opus est eadem multis verbis repetere. De vitio hic agitur, quo est deprauata natura bona, cuius vitij auctor est diabolus, non de naturæ ipsius bonitate, cuius auctor est deus, qui neque ab ipsa vitiosa deprauataque natura, suam

abstulit bonitatem, vt auferret hominum fecunditatem, viuacitatem, sanitatem, ipsamque substantiam animi & corporis sensus atque rationem, alimenta, nutrimenta, incrementa, qui etiam facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & quicquid boni est naturæ humanæ, à deo bono etiam in illis hominibus est, qui non liberabuntur à malo. Voluptatem tamen iste & hic dixit, quia potest voluptas & honesta esse, non dixit carnis concupiscentiam vel libidinem quæ pudenda est, sed in consequentibus aperuit verecundiam suam, nec dissimulare potuit ab eo quod violenter ipsa natura præscripsit. Et illud, inquit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et post hæc verba dei, sua ipse subiungens, vt exprimeret, inquit, fidem operum, Propheta prope periculum pudoris accessit. O aperta prorsus & veritatis extorta confessio. Propheta ergo vt exprimeret fidem operum, prope periculum pudoris accessit, quia dixit, Erunt duo in carne vna, vbi commixtionem maris & feminæ intelligi voluit. Dicatur causa, cur in exprimentis operibus dei, Propheta prope periculum pudoris accesserit. Itane vero humana opera pudenda esse non debent, sed planè glorianda, & diuina pudenda sunt? Itane vero in eloquendis & exprimentis operibus dei, non honoratur Propheta vel amor vel labor, sed periclitatur pudor? Quid enim potuit deus facere, quod eius prædicatorem pudeat dicere? Et quod est grauius, pudeat hominem alicuius operis quod non homo, sed deus fecit in homine, cum omnes opifices quanto possunt labore & industria id agant, ne de suis operibus erubescant? Sed profecto illud non pudet, quod puduit primos illos homines quando pudenda rexerunt. Ista est pœna peccati, illa plaga vestigiūque peccati, illa illecebra fomæque peccati, illa lex in membris repugnans legi mentis, illa ex nobis ipsi aduersus nos ipsos inobedientia iustissimo reciprocatu inobedientibus reddita. huius nos pudet, & merito pudet. Nam si hoc non esset, quid nobis esset ingratus, quid irreligiosus si in membris nostris, non de vitio vel de pœna nostra, sed dei confunderemur operibus?

Dicit etiam iste multa frustra de Abraham & Sara, quomodo ex repromissione acceperint filium, & tandem concupiscentiam nominat, non tamen addit carnis, quia ipsa pudenda est. In concupiscentiæ autem nomine aliquando gloriandū est, quia est & concupiscentia spiritus aduersus carnem, est & concupiscentia sapientia. Ait ergo, Certè hanc concupiscentiam sine qua nulla fecunditas est, malum naturaliter desinisti, vnde ergo per donum cæleste in senibus excitatur? Astrue iā hoc si potes ad opus diaboli pertinere, quod deum vides conferre pro munere. Ita hoc dicit, quod concupiscentia carnis antè defuerit illis, & hæc eis donauerit deus, quæ proculdubio inerat in corpore mortis huius, sed fecunditas defuit, cuius auctor est deus, & ipsa donata est quando voluit deus. Absit autem vt dicamus quod nos putauit esse dicturos, Isaac sine concubitus calore generatum. Sed ipse iam dicit, quare interiret anima eius de genere suo, si circuncisus die non esset octaua, quid ipse peccasset, & quid offendisset deū, vt de aliena in se negligentia tam seuera sententia puniretur, si nullū esset originale peccatum? De circuncidendis enim deus sic mandauit infantibus, Masculus qui nõ circuncidetur carni præputij sui octauo die, disperiet anima eius de genere suo, quia testamentum

Mat. 5.

E

Gen. 3.

F

Gala. 5.

Circumciso

loco bapti-

smi. Ca. XI

Gen. 17.

G meū dissipavit. Dicit iste si potest quomodo pueriste testamentum dei dissipavit octo dierum, quantum ad ipsum proprie attinet innocens infans, & tamen nullo modo deus vel scriptura sancta id mendaciter diceret. Tunc ergo dissipavit testamentum dei, nō hoc de imperata circūcisione, sed illud de ligni prohibitione, quando per vnū hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, & hoc in illo significabatur expiari circūcisione octauī diei, hoc est, sacramento mediatoris in carne venturi, quia per eandem fidē venturi in carne Christi, & morituri pro nobis, & tertio die, qui post septimum sabbati fuerat futurus octauus, resurrecturi, etiam iusti saluabatur antiqui.

Rom. 5.

Rom. 4.

Cap. XII.

Traditus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ex quo enim instituta est circūcisio in populo dei, quod erat tūc signaculum iustitiæ fidei, ad significationem purgationis valebat & paruulis originalis veterisq; peccati, sicut & baptisimus ex illo valere cōpit ad inuolutionem hominis, ex quo est institutus. Non quod ante circūcisionem iustitia fidei nulla erat. Nam cum adhuc esset in præputio, ex fide iustificatus est ipse Abraham pater gentium, quæ fidem ipsius fuerant sectaturæ. Sed superioribus temporibus omnino odo latuit sacramentum iustificationis ex fide, eadem tamen fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos paruulos cum magnis, non vetus testamentum quod in seruitutem generat, non lex quæ non sic est data, quæ posset viuificare, sed gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Quia sicut credimus nos Christum in carne venisse, sic illi venturum. Sicut nos mortuum, ita illi moriturum. Sicut nos resurrexisset, ita illi resurrecturum. Et nos vero & illi ad iudicium mortuorum viuorumq; venturum. Non ergo iste humanā male defendendo impedit à salute naturam, quia omnes sub peccato nascimur, & per vnū solum, qui sine peccato natus est, liberamur. Ista, inquit, corporum commixtio cum calore, cum voluptate, cū semine à deo facta, & pro suo modo laudabilis approbatur, quæ aliquando etiam amplum efficitur munus piorum. Dixit cum calore, dixit cum voluptate, dixit cum semine, nō tamē dicere ausus est cum libidine. Quare, nisi quia nominare erubescit, quam laudare nō erubescit? Munus autem piorum propagatio est fecunda filiorum, non commotio pudenda membrorū, quā non haberet in generandis filiis natura sana, nunc autem habet eam natura vitiosa. Ac per hoc & qui inde nascitur, indiget renasci, vt sit membrum Christi, & de quo nascitur si iam renatus est, indiget liberari ab ea quæ in corpore mortis huius est lege peccati. Quæ cum ita sint, quomodo adiungit & dicit, Confitearis ergo necesse est, originale quod finxeras, interisse peccatū? Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credidit antiquitus, sed tu, qui hoc negas, sine dubio es nouus hæreticus. Sub diabolo autem sunt iudicio dei omnes cum peccato generati, si non fuerint in Christo regenerati. Sed quia de Abraham loquebatur & Sara, subiunxit atque ait, Quod si dixeris, vsus in eis vigeat, & fetus non erat: Respondebo, quæ conditor promissit, conditor dedit, non concubitus, sed dei opus est qui nascitur. Qui enim primum hominem fecit ex puluere, omnes fabricatur ex semine. Sicut ergo tunc limus qui assumptus est, materia non author fuit hominis, ita nunc vis illa voluptatis confectrix, commixtrixq; seminum, non explet operationis vicem, sed

Cap. XIII.

Gene. 2.

de thesauris naturæ offert deo, vnde ille hominem dignetur operari. Hæc omnia quæ dixit, excepto quod ait à voluptate semina confici atque misceri, recte diceret, si in eis catholicum sensum defendere niteretur. Quia vero scimus quid ex his moliatu efficiere, profecto dicit etiam recta peruerse. Illud itaque quo excepto cætera vera esse non abnuo, ideo non est verum, quia voluptas illa concupiscentiæ carnalis non conficit semina, sed ea quæ iam sunt in corporibus à vero deo condita, à quo ipso conuantur & corpora, non sunt à voluptate, sed excitantur & emittuntur cum voluptate. Vtrum autem vtriusque sexus semina in muliebris utero cum voluptate miscantur, viderint semina quid in secretis visceribus sentiant, nos non decet inaniter vsque ad ista esse curiosos. Libido tamē illa erubescenda, vnde pudenda ipsa appellata sunt membra, non fuit in corpore vitæ illius quæ in paradiso fuit ante peccatum, sed cœpit esse in corpore mortis huius retributa inobedientiæ inobedientiæ post peccatum. Sine qua libidine poterat opus fieri coniugum in generatione filiorum, sicut multa opera sunt obedientiæ cæterorum sine vilo ardore membrorum, quæ volūtatis nutu mouentur, non actu libidinis concitantur. Attende cetera. Hoc etiam, inquit, Apostoli confirmat authoritas. Cum enim beatus Paulus de resurrectione mortuorū loqueretur, ait, Inspiciens tu, quod feminas non viuificatur, Et infra, Deus autem illi dat corpus prout vult, & vnicuique seminum proprium corpus. Si ergo deus, inquit, humano semini, quod nemo negat vel prudentum vel piorum, proprium sicut omnibus rebus corpus attribuit, vnde quenquam reum natum probabit? Tandem oro respicias, quibus laqueis peccati naturalis suffocetur assertio. Verum age, inquit, tecum, precor, mitius: Mihi crede etiam te deus fecit, sed quod fatendum est, grauius error infecit. Quid enim potest profanius dici, quam quod deus hominem aut non fecerit, aut vt dicit, diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit imaginem, hoc est hominem fabricatus, quod non minus stultum dignoscitur esse, quam impium? Ergo tam inops, inquit, tam inuerecundus deus est, vt non habuerit quod in præmium sanctis hominibus daret, nisi quod deceptis diabolus infudit in vitio? Vis autem scire quod etiam in his qui sancti non sunt, hanc generationum potestiam deus tribuisse probetur? Eo igitur tempore cum Abraham metu percussus gētis Barbaræ, Saram quæ vxor erat, sororem suam dixit, refertur Abimelech rex illius prouinciæ abduxisse eam in noctis vsu. Sed deus cui cura erat honor sanctæ mulieris, in somnis Abimelech veniens regiam frænauit audaciam, comminatus interitum, si pergeret violare coniugium. Tunc Abimelech ait, Nunquid domine gētem ignorantem & iustam perdes? Nonne ipsi dixerunt se germanitate cōiunctos? Surrexit ergo mane Abimelech, & accepit mille didrachmas argenti, & oues, & vitulos, & pueros, & ancillas, & dedit Abraham, atque à se mulierem remisit intactā. Orauit verò deum Abraham pro Abimelech, & sanauit deus Abimelech, & vxorem eius & ancillas eius. Cur autem hæc tanta prolixitate narrauerit, accipe breuiter in his quæ secutus adiunxit, Deus, inquit, orante Abraham curauit potentia dispensationis secreta, quæ amota est verendis vilium feminarum, quia clauserat deus à foris omnem vuluam in domo Abimelech. Vide ergo, inquit, vtrum naturaliter malum dici debet, quod interdum aufert exasperatus deus, reddiditque placatus? Ipse, inquit, facit & piorum

* al. inuis.

Gen. 10.

A & piorum filios & impiorum, quoniam quod sunt parentes, ad naturam pertinet, quæ deo gaudet authore: quod autem impij sunt, ad studiorum prauitatem, quæ vnicuique de libera voluntate contingit. His omnibus quæ tam multa dixit, respondemus, nihil diuinis testimonijs, quæ interposuit, esse dictum de pudenda libidine, quam dicimus non fuisse in corpore beatorum quando nudi erant & non confundebantur. Nam primum illud Apostoli de seminibus dictum est frumentorum, quæ prius moriuntur, vt viuificentur. Quam sententiam scilicet Apostolicam, quo consilio nescio, noluit iste complere: nam eam hucusque commemorauit, Inspiciens tu, quod feminas non viuificatur. Apostolus autem addidit, nisi prius moriatur. Sed iste, quantum existimo, quod de frumentis dictum est, de humano semine accipi voluit ab eis qui hæc legunt, & scripturas sanctas vel nesciunt, vel non recordantur. Denique non solum istam sententiam decurtauit, vt non adderet, nisi prius moriatur, verum etiam sequentia prætermisit, vbi aperuit Apostolus de quibus feminas loqueretur. Ait enim Apostolus, Et quod feminas, non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granum farris tritici, aut alicuius cæterorum. His prætermisistis iste contexit, quod deinde dicit Apostolus, Deus autem illi dat corpus prout vult, & vnicuique seminum proprium corpus: tanquam de concumbente homine dixerit Apostolus, Inspiciens tu, quod feminas nō viuificatur: vt intelligeremus non ab homine concubitu filios seminante, sed à deo viuificari semen humanum. Sic enim fuerat prælocutus, quia voluptas illa non explet operationis vicem, sed de thesauris naturæ offert deo, vnde ille hominem dignetur operari. Et subiunxit testimonium, quasi hoc dixerit Apostolus, Inspiciens tu, quod feminas non viuificatur, hoc est, à te non viuificatur, sed deus hominem de tuo semine operatur. tanquam ab Apostolo media illa quæ prætermisit iste, non dicta sint, atque ita se habeat eius sententia, velut de humano semine loqueretur, Inspiciens tu, quod feminas non viuificatur, deus autem illi dat corpus prout vult, & vnicuique seminum proprium corpus. Denique post hæc Apostoli verba, sic insert sua, Si ergo deus, inquit, humano semini, quod nemo negat vel prudentium vel piorum, proprium sicut omnibus rebus, corpus attribuit, quasi Apostolus de humano semine in illo testimonio sit locutus. De qua fraude quid adiuuaretur eius intetio, cum aliquanto attentius cogitarem, nihil potui reperire, nisi quia testem voluit adhibere Apostolum, quo probaret deum, quod & nos dicimus, de humanis seminibus hominem operari. Et cum ei testimonium nullum occurreret, isto abusus est fraudulenter, timens vtique ne forte si appareret Apostolum non de humanis seminibus, sed de frumentis illa dixisset, hinc admoneremur vnde refutaretur non religiosæ voluntatis, sed libidinosæ voluptatis pudens nominator & impudens prædicator. De ipsis quippe seminibus, quæ in agris agricolæ seminant, potest iste redargui. Cur enim non credamus deum potuisse in paradiso concedere homini beato de suo semine, quod concessum videmus agricolis de tritici semine, vt eo modo sereretur illud sine vlla pudenda libidine, ad volūtatis nutum membris obsequentibus genitalibus, sicut hoc feritur sine vlla pudenda libidine ad voluntatis nutum agricolarum obsequentibus manibus, honestiore in parentibus gignendorum desiderio filiorum, quam est in arantibus implendorum horreorum: ac de-

inde creator omnipotēs incommutabili vbique præsentia & creatrice potētia de seminibus hominū prout incontinenter vellet, quod & nunc facit, operaretur in femina, sicut in animalibus, de seminibus frumentorum prout vult operatur in terra, beatis matribus sine libidinosa voluptate concipientibus, sine ærumnoso gemitu parientibus: quando quidem in illa felicitate & in corpore nō dum mortis huius, sed vitæ illius non esset feminis in excipiendis seminibus quod puderet, sicut non esset in edendis fructibus quod doleret? Quisquis autem nō credit, vel credi non vult, hominibus ante omne peccatum in illa paradisi felicitate versantibus hoc potuisse dei voluntate & benignitate concedi, non optatæ fecunditatis laudator, sed pudendæ voluptatis amator est. Item aliud ex libro diuino testimonium, quod posuit de Abimelech, Et deo volente clausa omni vulua in domo eius, ne mulieres eius parerent, atque aperta rursus vt parerent, quid ad rem pertinet? quid habet de illa pudenda libidine, de qua nunc quæstio est? Nunquid ipsam deus detraxit illis feminis, reddiditque cum voluit? Sed poena vitæ vt parere nō possent, beneficiū vero vt parere possent more huius corruptibilis carnis. Nō enim tale beneficium deus cōferret corpori mortis huius, quale nō haberet, nisi corpus vitæ illius in paradiso ante peccatum, vt & conceptus proveniret sine libidine pruriente, & partus sine dolore cruciante. Cur autem non intelligamus, quando quidem dicit scripturā, à foris omnem vuluam fuisse conclusam, aliquo dolore factū esse, vt non possent feminæ concubitus perpeti, qui dolor deo succedente fuisset inflicus, miserate detractus? Nam si ad impedimentum ferendæ prolis esset libido detrahenda, viris esset detrahenda, nō feminis. Femina enim posset voluntate concumbere, etiam desisteret libidine, qua stimuletur, si viro non deesset qua excitaretur. Nisi forte quia scriptū est & ipsum Abimelech fuisse sanatum, virilem disturus est ei libidinem reddidit. Quam profecto si amiserat, quid opus fuit eum diuinitus admoneri, vt Abraham nō miseretur vxori? Sed sanatum dicit, quia domus eius ab illa peste sanata est. Iam nunc illa tria videamus, quorum trium quodlibet dixerimus, nihil ait dici posse profanius, quod hominem deus aut nō fecerit, aut diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit imaginem, hoc est hominem fabricatus. Horum trium primum & nouissimum, non dici à nobis etiam ipse, si non sit excors, aut nimium peruecax, confitetur. De illo quæstio est quod secundo mediobque loco posuit, vbi sic fallitur, vt à nobis hoc existimet dici, quod diabolo deus hominem fecerit, tanquam in hominibus quos deus ex hominibus partibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc sui operis ratione prouideat, vt habeat diabolus seruos, quos ipse sibi facere non potest. Absit vt hoc qualiscunq; vel puerilis pietas suspicetur. Bonitate sua deus facit homines & primos sine peccato, & cæteros sub peccato, in vsu profundarum cogitationum suarum. Sicut enim de ipsis diaboli malitia nouit ille quid agat, & quod agit iustum est & bonum, quanuis sit de quo agit iniustus & malus, nec eum propterea creare noluit, quia malum futurū esse præsciuit, ita de vniuerso genere humano quanuis nullus hominum sine peccati sorde nascatur, bonum ille, qui summe bonus est operatur, alios faciens tanquam vasa misericordię, quos gratia discernat ab eis qui vasa sunt iræ: alios tanquam vasa iræ, vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordię. Eat iste nunc, & aduersus Apostolū cuius ista sententia est argu-

Vulua concludere quid. Cap. xv.

Deo gignit malus, sed in bonum sum. Cap. xv.

Rom. 9.

Gnari non permittit agrotam. Et ideo illud quod diximus, quod adulteriorum culpam, bonum quod indenascitur, id est homo, non potest excusare, verum esse cedit, & hoc vnde nulla inter nos quaestio est, etiam similitudine furis furtivum triticum seminantis, de quo vti que bona messis nascitur, astruit & confirmat ut potest. Illud autem alterum quod diximus nuptiarum bonum malo originali quod inde trahitur, non potest excusari, non vult consentire quod verum sit, quia si confesserit, non Pelagianus haereticus, sed Christianus catholicus erit. Prorsus, inquit, si malum de nuptiis trahitur, accusari possunt, excusari non possunt, & in diaboli iure opus earum fructumque constituis, quia omnis causa mali, expers boni est. Et ad hoc caetera atexit, ut probet causam mali bonam esse non posse, & ideo nuptias quia bonum sunt, causam mali non esse, ac per hoc de illis peccatorem, qui necessarium habeat Salvatorem, nasci omnino non posse: quasi nos nuptias causam dicamus esse peccati, quavis homo qui ex illis nascitur, non nascatur sine peccato. Nuptiae quidem institutae sunt causa generandi, non peccandi, propter quod illa a domino est benedictio nuptiarum, Crescite & multiplicamini & replete terram. Peccatum autem quod a nascentibus trahitur, non ad nuptias pertinet, sed ad malum quod accidit hominibus, quorum coniunctione sunt nuptiae. Nam malum pudenda libidinis & potest esse sine nuptiis, & potuerunt esse nuptiae sine illo: ad conditionem autem corporis pertinet, non vita illius sed mortis huius, ut nunc nuptiae non possint esse sine illo, quavis ipsum possit esse sine illis. Nam vti que sine nuptiis est pudenda carnis concupiscentia, quando adulteria & quaeque stupra atque immunda committit, longe contraria pudicitiae nuptiarum: aut quando nulla ista committit, quia homo nulla confessione permittit, & tamen surgit & movetur, & movet, & plerumque in somnis ad ipsius operis similitudinem, & lux motionis pervenit finem. Hoc ergo malum nec in ipsis nuptiis malum est nuptiarum, sed habent illud in corpore mortis huius paratum etiam si nolint, sine quo non possunt implere quod volunt. Non igitur ab earum institutione, quae benedicta est, ad eas venit, sed ab eo quod ex vno homine peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Quid est ergo quod ait, Ex fructibus suis arbor cognoscitur, quia hoc in Evangelio dixisse dominum legimus: nunquid inde dominus loquebatur, & non potius de duabus voluntatibus hominum, bona scilicet & mala, istam bonam, illam malam arborem dicens, quia de bona voluntate bona opera nascuntur, & mala de mala, nec possunt bona de mala, & mala de bona? Quod si nuptias tanquam arborem bonam secundum istam quam commemoravit Evangelicam similitudinem posuerimus, profecto ex contrario fornicationem posuimus arborem malam. Quamobrem si homo ita dicitur fructus nuptiarum, tanquam bonus ex arbore bona, proculdubio nasci homo de fornicatione non debuit. Mala quippe arbor bonos fructus non facit. Porro si dixerit, non illic arboris loco ponendum esse adulterium, sed naturam potius humanam, de qua nascitur homo, ita etiam hic non erit arbor conubialis, sed natura humana, de qua nascitur homo. Nihil proinde valet ad istam quaestionem similitudo illa Evangelica, quia non sunt nuptiae causa peccati, quod trahitur a nascente, & expiatur in renascente, sed voluntarium peccatum hominis primi, origina-

lis est causa peccati. Dicis iterum, inquit, Nam sicut K peccatum siue hinc siue inde a parvulis trahatur, opus est diaboli, sic homo siue hinc siue inde nascatur, opus dei est. Et dixi hoc, & verissime dixi, Et si non Pelagianus sed catholicus esset, nihil aliud & ipse in catholica diceret. Quid est ergo quod quaerit a nobis, per quid peccatum inveniatur in parvulo, vtrum per voluntatem, an per nuptias, an per parentes? Sic enim loquitur, & tanquam ad omnia ista respondet, & a peccato quasi cuncta illa purgando nihil vult remanere unde peccatum inveniatur in parvulo. Verba denique iam ipsa eius attende. Per quid igitur, inquit, peccatum inveniatur in parvulo? Per voluntatem? Nulla in eo fuit. Per nuptias? Sed haec pertinent ad opus parentum, quos in hoc actu non peccasse praemiseras: sed quantum ex consequentibus apparet, non hoc vere concesseras. Ipsa sunt igitur execrandae nuptiae, inquit, quae causam fecerunt mali, sed illae solae opus indicant personarum. Pariter igitur qui conuentu suo causam fecerunt peccato, iure damnabiles sunt. Ambigi ergo, inquit, iam non potest, si tuam sequamur sententiam, coniuges aeterno supplicio mancipari, quorum labore actum est, ut ad dominatum exercendum in homines diabolus perveniret. Et ubi est quod paulo ante hominem opus dixerat dei, quia si per originem malum in hominibus, per malum ius diaboli in homines, diabolus dicitur auctorem esse hominum a quo est origo nascentium? Si autem credis a deo hominem fieri, & esse coniuges innocentes, vide quam stare non possit, trahi ex his originale peccatum.

Ad omnia ista huic respondit Apostolus, qui neque voluntatem arguit parvuli, quae propria nondum est in illo ad peccandum: neque nuptias in quantum nuptiae sunt, quae habent a deo non solam institutionem, verum etiam benedictionem: neque parentes in quantum parentes sunt, inuicem licite atque legitime ad procreandos filios coniugati. Sed per vnum hominem, inquit, peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Quod isti si catholicis auribus mentibusque perciperent, aduersus fidem gratiamque Christi rebelles animos non haberent, neque conarentur inaniter ad suum proprium & haereticum sensum haec Apostolica verba tam dilucida & tam manifesta convertere, asserentes hoc ideo dictum esse, quod Adae peccaverit primum, in quo de caetero quisquis peccare M voluerit, peccandi inuenit exemplum, ut peccatum scilicet non generatione ab illo vno in omnes homines, sed illius vnus imitatione transiret: Cum profecto si Apostolus imitationem hic intelligi voluisset, non per vnum hominem, sed per diabolum potius in hunc mundum peccatum intrasse, & per omnes homines pertransiisse dixisset. De diabolo quippe scriptum est: Imitaturur autem eum, qui sunt ex parte ipsius. Sed ideo per vnum hominem dixit, a quo generatio vti que hominum cepit, ut per generationem doceret ille per omnes originale peccatum. Quid autem aliud indicant etiam sequentia verba Apostolica? Cum enim hoc dixisset, adiunxit, Vsq; enim ad legem peccatum in mundo fuit, id est, quia nec lex potuit auferre peccatum. Peccatum autem, inquit, non deputabatur cum lex non esset. Erat ergo, sed non deputabatur, quia non ostendebatur quod deputaretur. Sicut enim alibi dicitur, per legem cognitio peccati, sed regnavit, inquit, mors ab Adam vsq; ad Moysen: hoc est quod supra dixerat, vsque ad legem non vt a Moyse deinceps non esset peccatum, sed quia nec per Moysen

A Moysen lex data regnum potuit mortis auferre, quae non regnat vti que nisi per peccatum. Regnum porro eius est, vt hominem mortalem in secula etiam quae sempiterna est praecipit mortem. Regnavit autem, in quibus? In his, inquit, qui non peccaverunt in similitudinem praeviationis Adae, qui est forma futuri. Cuius futuri, nisi Christi? Et qualis forma, nisi a contrario? Quod etiam alibi breuiter dicit, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Sicut in illo illud, ita & in isto istud. Ipsa est forma, sed haec forma non omni ex parte conformis est: vnde hic Apostolus secutus adiunxit, Sed non sicut delictum, ita est & donatio. Si enim ob vnus delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi, in multos abundauit. Quid est, multo magis abundauit: nisi quia omnes qui per Christum liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur: propter ipsum autem Christum sine fine viuificantur? Et non, inquit, sicut per vnum hominem peccatum, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ex vno ergo quid, nisi delictum? quia sequitur, gratia autem ex multis delictis. Dicant isti quomodo ex vno delicto in condemnationem, nisi quia sufficit ad condemnationem etiam vnum originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit? Gratia vero ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum illud vnum soluit, quod originaliter trahitur, sed etiam caetera, quae in vnoquoque homine motu propriae voluntatis adduntur. Si enim ob vnus delictum mors regnavit per vnum, multo magis qui abundantiam gratiae & iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Itaque sicut per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Adhuc permaneat in vanitate mentis suae, & dicant vnum hominem non propaginem traicisse, sed exemplum praebuisse peccati. Quomodo ergo per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem, & non potius per multa sua cuiusque delicta, nisi quia etiam si illud vnum sit tantum, idoneum est perducere ad condemnationem, etiam nullis additis caeteris, sicut perducit paruos morientes qui ex Adam nascuntur, nisi in Christo renascantur? Cuius ergo a nobis quaerit iste, qui non vult ab Apostolo audire, per quid peccatum inveniatur in parvulo, vtrum per voluntatem, an per nuptias, an per parentes? Ecce audiat per quid, audiat & taceat, per quid peccatum inveniatur in parvulo. Per vnus delictum, inquit, Apostolus, in omnes homines ad condemnationem. Omnes autem dixit ad condemnationem per Adam, & omnes ad iustificationem per Christum: cum vti que non omnes eos qui moriuntur in Adam, transferat Christus ad vitam, sed omnes dixit atque omnes, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine Christo nullus ad vitam. Sicut dicimus de literarum magistro, si in civitate solus est, omnes iste hic literas docet, non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab ipso. Denique autem quos omnes dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos tamen omnes multosque significans. Sicut enim, inquit, per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Adhuc quaerat per quid peccatum inveniatur in parvulo. Respondeant ei paginae sanctae, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per

peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, D in quo omnes peccaverunt. Ob vnus delictum multi mortui sunt, iudicium ex vno in condemnationem: ob vnus delictum mors regnavit per vnum, & per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Ecce per quid delictum inveniatur in parvulo. Iam credat originale peccatum, sinat venire paruos vt saluetur, ad Christum. Quid est quod dicit, Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat iste qui condidit, per quas rimas inter tot praesidia innocentiae, peccatum singis ingressum? Quid quaerit latentem rimam, cum habeat apertissimam ianuam? Per vnum hominem, ait Apostolus, per vnus delictum ait Apostolus, per inobedientiam vnus hominis, ait Apostolus. Quid quaerit amplius? quid quaerit apertius: quid quaerit inculcatus? Si peccatum, inquit, ex voluntate est, mala voluntas quae peccatum facit, si ex natura, mala natura. Cito respondeo, Ex voluntate peccatum est. Quaerit forte, vtrum & originale peccatum? Respondeo, prorsus & originale peccatum, quia & hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, vt & in illo esset, & in omnes transiret. Sed quod secutus adiunxit, Si ex natura, mala natura, quare ab illo vt si potest respondeat. Sicut manifestum est, ex voluntate mala tanquam ex arbore mala, fructus eius fieri omnia opera mala, sic ipsam voluntatem malam, id est, fructuum malorum arborem malam vnde dicat exortam. Si ex angelo, quid erat ipse angelus, nisi bonum opus dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus dei? Imo quia voluntas mala angeli ex angelo, ex homine homini orta est, quid erant haec duo antequam in eis ista mala orirentur, nisi bonum opus dei, & bona atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum, nec fuit omnino vnde oriri posset nisi ex bono: ipsam dicam voluntatem malam, quam nullum praecessit malum, non opera mala, quae non sunt nisi ex voluntate mala, tanquam ex arbore mala. Nec ideo tamen potuit ex bono oriri voluntas mala, quia bonum factum est a deo bono, sed quia de nihilo factum est, non de deo. Quid ergo est quod dicit, si natura opus est dei, per opus dei opus diaboli transire non sinitur? Nonne opus diaboli, quando primum in angelo, qui diabolus factus est, ortum est, in opere dei ortum est? Quapropter si malum quod omnino nusquam erat, in dei opere oriri potuit, cur malum quod alicubi iam erat, per opus dei transire non potuit, praesertim cum ipso verbo vtatur Apostolus dicens, Et ita in omnes homines pertransiit: Nunquid homines non sunt opus dei? Pertransiit ergo peccatum per homines, hoc est opus diaboli per opus dei. Atque vt alio modo id ipsum dicam, quia diaboli opus, id est peccatum per ipsum diabolum exortum, quia factura vel opus est dei, per aliud opus dei, id est, hominem pertransiit opus operis dei per opus dei. Et ideo deus est solus immutabilis & potentissima bonitatis, qui & antequam esset vllum malum, bona opera fecit omnia, & de malis quae in bonis ab eo factis orta sunt, bene operatur per omnia. In vno, inquit, homine iure vituperatur intentio, & origo laudatur, quia duo sunt quae contrariis applicentur: in parvulo autem vnum est natura tantum, quia voluntas non est. Illud ergo vnum, inquit, aut deo ascribitur, aut daemone. Si natura, inquit, per deum est, non potest in ea esse originale malum. Si a diabolo, nihil erit per quod homo diuino operi vindicetur. Perfekte itaque Manichaeus est, qui malum originale defendit.

G Audiat potius aduersum ista quod verum est, In vno homine iure vituperatur intētio, & natura laudatur, quia duo sunt quę contrariis applicentur, sed etiam in paruulo non vnum est tantum, id est natura, in qua creatus est homo à deo bono: habet enim & vitium quod per vnum in omnes homines pertransit, sicut sapit Apostolus, nō sicut desipit Pelagius, vel Celestius, vel eorum quicumq; discipulus. Horum itaque duorum quę in paruulo esse diximus, vnum adscribitur deo, alterum diabolo. Et quod vtrunq; propter vnum horum, id est propter vitium subiicitur potestati diaboli, ideo non est incongruum, quia non fit ipsius diaboli potestate, sed dei. Subiicitur autem vitium vitio, natura naturę, quia & in diabolo vtrunq; est, vt cum dilecti & electi de potestate tenebrarum eruantur, cui iure subduntur; appareat quid donetur iustificatis bonis à deo, bona bene operante de malis. Quod autem iste sibi quasi religiose dicere visus est, Si natura per deum est, non potest in ea esse originale malum: nonne religiosus sibi alius videretur dicere, si natura per deum est, non potest in ea oriri vllum malum? & tamen falsum est. hoc enim Manichæi asserere voluerūt, & non creaturam dei factam de nihilo, sed ipsam naturam dei malis omnibus implere conati sunt. Non enim ortum est malum nisi in bono, nec tamen summo & immutabili quod est natura dei, sed factō de nihilo per sapientiam dei. Est itaque per quod homo diuino operi videretur, quia non esset homo, nisi diuino opere crearetur: malum autem non esset in paruulis, nisi voluntate primi hominis peccaretur, & ex origine vitiosa, peccatū originale traheretur. Non ergo sicut iste ait, perfecte Manichæus est, qui malum originale defendit, sed perfecte Pelagianus est, qui malum originale non credit. Neque enim ex quo esse cepit Manichæi pestilentiōsa doctrina, ex illo cōperunt in Ecclesia dei, paruuli baptizandi exorcizari & exufflari, vt ipsis mysteriis ostenderetur non eos in regnum Christi nisi erutos à tenebrarum potestate transferri. Aut quando in libris Manichæi legitur, quod venerit filius hominis querere & saluare quod perierat? Aut quod per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & cetera ad eandem sententiam pertinentia, quę supra commemorauimus: Aut quod reddit deus peccata patrum in filios: aut quod in Psalmo scriptum est, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit: aut, Homo vanitati similis factus est, dies eius velut umbra pratereunt: aut, Ecce veteres posuisti dies meos, & substantia mea quasi nihil ante te est, veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens: aut quod Apostolus dicit, Omnis creatura vanitati subiecta est: Aut in libro Ecclesiaste, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: quę abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub Sole? Aut in libro Ecclesiastico, lugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturę in matrem omnium: Aut quod dicit Apostolus, In Adam omnes moriuntur. Aut quod dicit sanctus Iob, vbi de peccatis suis loquitur, Homo enim natus ex muliere, breuis vitę & plenus iracundię, sicut flos fœni decidit, fugit autem sicut umbra & non stabit, nonne & huius curam fecisti, & hęc fecisti intrare in conspectu tuo in iudicium? Quis enim erit mundus à sordibus? ne vnus quidem, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terram. Quas enim dixerat sordēs, quia peccata intelligi voluit, ipsa lectio indicat, vbi prorsus vnde loquatur apparet. Vn-

de est & illud apud Prophetam Zachariã, vbi aufertur K à sacerdote vestis sordida, & dicitur ei, Ecce abstulit peccata tua. Puto quod ista omnia & cetera huiusmodi, quę indicant omnem hominē sub peccato & maledicto nasci, non leguntur in tenebris Manichæorum, sed in luce catholicorum. Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarū tractatoribus, qui in catholica Ecclesia floruerūt? quomodo hęc non in alios sensus conati sunt vertere, quoniam stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autem nouitio movebantur errore. Quos si colligere, & eorum testimoniis vti velim, & nimis longum erit, & de canonicis auctoritatibus, à quibus nō debemus auerti, minus fortasse videbor presumpsisse quàm debui. Veruntamen vt omittam beatissimum Ambrosium, cui Pelagius, sicut iam commemorauimus, tam magnum integritatis in fide perhibuit testimonium, qui tamen Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, vt haberēt necessarium medicum Christum, nisi originale peccatum: nunquid & gloriosissima coronę Cyprianus dicitur ab aliquo non solum fuisse, sed vel esse potuisse Manichæus, cum prius iste sit passus, quàm illa in orbe Romano pestis apparuit? & tamen in libro de baptisate paruulorum, ita defendit originale peccatum, vt propterea dicat & ante octauum diem si necesse sit, paruulū baptizari oportere, ne pereat anima eius. Quem tanto vult intelligi ad indulgentiam baptisati facilius peruenire, quanto magis ei dimittuntur non propria, sed aliena peccata. Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquissimam Ecclesię traditionem isto nefario crimine aspergat, qua exorcizantur, & vt dixi, exufflantur paruuli, vt in regnum Christi à potestate tenebrarum, hoc est diaboli & angelorum eius eruti transferantur. Nos autem paratiores sumus cum istis viris, & cum Ecclesia Christi in huius fidei antiquitate firmata, quęlibet maledicta & cōtumelias perpeti, quàm Pelagianus cuiuslibet eloquij prædicatione laudari. Ais iterum, inquit, & dicitis, Nulla esset concupiscentia, nisi homo antē peccasset, nuptiæ vero essent etiam si nemo peccasset. Non dixi, nulla esset concupiscentia, quia est & glorianda concupiscentia spiritalis, qua concupiscitur sapientia, sed dixi nulla esset pudenda concupiscentia. Relegantur verba mea quę etiam ipse posuit, vt quanta ab illo fraude cōmementur appareat. Sed quo voluerit nomine eam appellet, illa dixi quod non esset nisi homo antē peccasset, de qua erubuerunt in paradiso, qui pudenda texerūt, quam nemo negat quoniam peccatum inobediencię præcesserat, ideo subsecutam. Qui autem vult intelligere quid senserint, debet considerare quid texerint. Succinctoria quippe sibi de foliis ficulneis, nō vestimenta fecerunt, quę succinctoria Gręce *εὐχέλματα* vocantur. Quid autē cooperiāt perizomata, omnibus notum est, quę nonnulli Latini campestria sunt interpretati. Quis autem ignorat qui campestrantur, quas partes corporis contegant? Has enim tegebāt Romani iuuenes, quando nudī exercebātur in campo, vnde hoc genus regiminis tale nomen accepit. Illa ergo nuptiæ, inquit, quę sine concupiscentia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum, vt dicitis, esse poterunt, à te pronunciantur laudabiles. Ista vero coniugia quę nunc aguntur, à diabolo esse definit inuenta. Illa itaque, inquit, quę institui potuisse somnias, bona deliberas. Ista vero de quibus dicit diuina scriptura, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna, profiteris mala diabolica, morbum

morbum postremo debere non coniugium nuncupari. Non est mirum si Pelagianus dicta nostra in sensus quos voluit detorqueere conatur, quando de scripturis sanctis, non vbi obscure aliquid dictum est, sed vbi clara & aperta sunt testimonia, id facere confueverunt, more quidem hæreticorum etiam ceterorum. Quis enim diceret sine motu corporū, sine necessitate sexuum nuptias esse potuisse? Deus enim fecit sexus, quia masculinum & feminam fecit eos, sicut scriptum est. Vnde autem fieri posset, vt qui fuerant coniungendi, & ipsa cōiunctione generaturi, sua corpora nō mouerēt, quādoquidem nullus fit hominis ad hominem corporalis accessus si desit corporis motus? Non ergo hic quęstio est de motu corporum, sine quo non possent omnino misceri, sed de pudēdo motu genitalium, qui profecto nō esset, & tamen seminatricis commixtio nō deesset, si genitalia non libidini, sed voluntati sicut cetera membra seruirent. An non etiam nunc in corpore mortis huius imperatur pedi, brachio, digito, labro, lingue, & ad nutum nostrum continuo porriguntur? Humori denique quod est mirabilius, in vesica intus posito, qui & quando eius copia nos vrgemur, imperatur vt profluat, & obtemperat. Imō ipsi abditis visceribus & nervis, quibus idem humor cōtinetur, imperatur vt eum propelant, exprimant, eiciant, & si sanitas adest, sine difficultate seruiunt voluntati. Quanto ergo facilius atq; tranquillius obedientibus genitalibus corporis partibus, & ipsum membrum porrigeretur vt homo seminaretur, nisi hominibus illis inobediētibus, membrorū istorum inobediētia iusto supplicio redderetur? Quod supplicium casti sentiunt, qui proculdubio mallent si possent iubēte voluntate quàm pruriente voluptate filios seminare. Immundi autem qui propter istum morbum non solum meretrices, verumetiam coniuges amant, de hoc supplicio carnis, grauiore supplicio mentis exultant. Abiit ergo vt dicamus quod nos dicere iste confingit, ista coniugia quę nunc aguntur, à diabolo inuenta. Prorsus ipsę sunt nuptiæ, quās ab initio deus instituit. Hoc enim bonū suum ad hominū generationē institutum etiā damnatis hominibus nō detraxit, quibus non detrahit sensus carnis & membra, proculdubio munera sua, quāuis iam debita dānatione moritura. Ista, inquit, sunt nuptiæ de quibus dictū est, excepto quod hic figuratum est magno illo Christi & Ecclesię sacramento. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem & adhærebit vxori suę, & erūt duo in carne vna. Hoc enim ante peccatum dictū est: & si nemo peccasset, sine pudenda libidine posset fieri in corpore vitę illius. Et nunc quāuis sine illa non fiat in corpore mortis huius, ipsum est tamē quod non cessat fieri, vt adhæreat homo vxori suę, & sint duo in carne vna. Quamobrē & si dicitur nūc alias esse nuptias, alias vero: nemo peccasset esse potuisse, non secundū earum naturā, sed secundum quandam in deterius mutatā dicitur qualitatem. Sicut alius dicitur, quāuis idem ipse sit homo, qui mutauerit vitam siue in melius siue in deterius. Aliud est enim iustus, aliud peccator, quāuis idem ipse sit homo. Sic alia nuptiæ sine pudenda libidine, alia cum pudēda libidine, cum tamē secundum constitutionē suam, qua legitime cōiungitur mulier viro, & fides carnalis debiti adulterorū peccato seruatur immunis, & hoc more legitimo filij seminantur, eadem sunt nuptiæ quās deus instituit, quāuis diabolus non ipsas, sed homines ex quibus nuptiæ fiunt, antiqua peccati persuasione fauciauerit, inobediētia persuadendo peccatum, cui per di-

uinum iudicium inobediētia membrorum reciproca redderetur, in qua coniugati, quāuis erubuerint nuditatem suam, nuptiarum tamen à deo infinitatā non omnimodo potuerunt amittere bonitatem. Hinc iste perguit ab eis qui coniunguntur, ad eos qui gignuntur, propter quos in hac quęstione tantis aduersus novos hæreticos disputationibus laboramus, & occulto dei compulsi instinctu dicit aliquid, vbi totum istum nodum sua confessione dissoluit. volens enim nobis maiorem inuidiam commouere, quia dicim⁹ etiam de legitimis nuptiis sub peccato paruulos nasci, illos ergo, inquit, qui nunquam nati sunt, bonos potuisse esse dicis: istos vero qui mundum impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus, & de morbo natos, & ab exordio reos definitis. Probauit itaque, inquit, nihil te aliud agere, quàm vt deum neges horum qui sunt hominum conditorem. Ego quidem conditorem hominum omnium, quāuis omnes sub peccato nascantur & pereant nisi renascantur, non dico nisi deum. Vitium quippe in se inuenitur est persuasione diaboli, per quod sub peccato nati sunt, nō natura condita qua homines sunt. Libido autem pudenda non moueat membra, nisi quando volumus, & nō est morbus. Non de illa erubescat licitus & honestus coniugatorum concubitus, vitando conspectum & appetendo secretum, & nō est morbus. Non prohibeat Apostolus in hoc morbo possideri vxores, & nō est morbus. Quod enim Gręce habet, *ἐν πάθει ἐπιθυμίας*, alij Latine interpretati sunt, in morbo desiderij vel concupiscentiæ, alij vero in passione concupiscentiæ, vel si quo alio modo in aliis atque aliis codicibus inuenitur, sed passio in lingua Latina maxime vsu loquendi Ecclesiastico, non nisi ad vituperationem cōsuevit intelligi. Quod libet autem de pudēda concupiscentia carnis iste sentiat de paruulis, pro quibus laboramus vt saluatore indigere credātur, ne sine salute moriantur, attende quid dixerit. Verba eius repeto: Illos ergo, inquit, qui nunquā nati sunt, bonos potuisse esse dicis, istos vero qui mundum impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus & de morbo natos, & ab exordio reos definitis. O si nodū soluat etiam contentio, quomodo nodū soluit istius quęstionis. Nunquid enim se modo de maioribus ista locutum esse dicitur est? De paruulis agitur, de nascentibus agitur, de his nouis, quia rei ab exordio definitiūtur à nobis: ab illo inuidia cōmouetur, quia eos dicimus reos, pro quibus Christus mortuus est. Cur ergo pro illis Christus mortuus est, si nō sunt rei? Inde prorsus, inde obtinebimus causam, vnde excitandā putauit inuidiā. Ipse dicit, quomodo rei sunt paruuli, pro quibus Christus mortuus est? Nos respōdemus, imō paruuli quomodo rei nō sunt, pro quibus Christus mortuus est? Ista cōtrouersia iudicem quærat. Iudicet ergo Christus, & cui rei mors eius profecerit ipse dicat. Hic est, inquit, sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iudicet cum illo & Apostolus, quia & in Apostolo ipse loquitur Christus, clamat & dicit de deo patre, Quia proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Puto quod ita dicat Christum traditum pro omnibus nobis, vt in hac causa paruuli non separētur à nobis. Sed quid opus est hinc satagere vnde nec iam iste cōtendit, quādoquidem non solum cōfiteretur mortuū fuisse etiam pro paruulis Christum, verumetiam inde nos arguit, quod eosdē paruulos reos dicimus pro quibus mortuus est Christus: iam itaque Apostolus qui dixit pro nobis omnibus traditum

Rom. 4. G Christum, dicat etiã quare sit pro nobis traditus Christus. Tradit⁹ est, inquit, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Si igitur sicut iste & confitetur & proficitur, & dicit & obicit, in eis sunt & paruuli pro quibus traditus est Christus, & propter delicta nostra traditus est Christus, habet profecto & paruuli delicta originalia, p quibus traditus est Christus. Habet quod in eis sanet, qui sicut ipse ait, Non est opus sanis medicus, sed male habetibus. Habet cur eos saluos faciat, qui venit in mundum, sicut dicit Apostolus Paulus, peccatores saluos facere. Habet quod in eis remittat, qui sanguinem se fudisse testatur in remissionem peccatorũ. Habet quod in eis soluat filius dei, qui propterea venit, sicut dicit Apostolus Ioãnes, vt soluat opera diaboli. Habet propter quod eos querat qui venit vt dicit, querere & saluũ facere quod perierat. Huic ergo paruulorum saluti inimicus est, qui eorum sic asserit innocentiam, vt fauciatis & vulneratis neget necessariam medicinam. Iam quod sequitur & adiungit attende. Si autem peccatum, inquit, per deum creatum est, vnde homines nascerentur, per diabolum autem vnde parentes commouerentur, ascriberetur sine dubio sanctitas nascentibus, & culpa generantibus.

Auguſt. O quã manifestissime nuptias damnas, amoueto hũc sensum precor de Ecclesiarum medio: & vere credito, quia per Iesum Christum facta sunt omnia, & sine ipso factũ est nihil. Ita hoc dicit quasi nos dicamus per diabolum aliquid substantiã creatum in hominibus. Persuadet malum diabolus tanquam peccatum, nõ creati tanquam naturam. Sed planẽ natura persuasit, qua homo natura est, & ideo eam persuadẽdo vitiauit. Qui enim vulnerat, non creat membra sed vexat. Sed vulnera quã corporibus infliguntur, membra faciũt claudicare, vel agere moueri, non eam virtutem qua iustus est homo. Vulnerus autem quod peccatũ vocatur ipsam vitam vulnerat, qua recte viuẽbatur. Hoc vuln⁹ autem tunc maius atq; altius diabolus infixit, quã sunt ista hominib⁹ nota peccata. Vnde illo magno peccato p̄tini hominis, natura ibi nostra in deterius commutata, non solum facta est peccatrix, verum etiam genuit peccatores. Et tamen ipse læguor quo bene viuendi virtus perit, non est vtique natura, sed vitium, sicut certe mala in corpore valetudo, non est vlla substantia vel natura, sed vitium: & licet non semper, tamen plerũq; mala valetudines parentum ingeneratũ quodammodo & apparent in corporibus filiorum. Hoc autem peccatum quod ipsum hominem in paradiso in peius mutauit, quia multo est graui⁹ quã iudicare nos possumus, ab omni nascenti trahitur, nec nisi in renascente remittitur, ita vt etiam de parentibus iam renatis, in quibus remissum atque rectum est, trahatur in reatum nascentium filiorum, nisi & eos quos prima carnalis natiuitas obligauit, secunda spiritalis absoluat. Cuius rei mirabilis, mirabile creator in oliua & oleastro produxit exemplum, vbi non solum ex oleastri, verum etiam ex oliuã semine non nisi oleaster exoritur. Quapropter quãuis & in omnibus natura generatis, gratia regeneratis, sit illa carnalis concupiscentia repugnans legi metis, tamẽ quia remissa est in remissionem peccatorum, non iam illis in peccatum reputatur, nec nocet aliquid, nisi eius motibus ad illicita cõsentiat. Proles vero eorũ quia non per spiritalem, sed per carnalem concupiscentiam seminatur, velut ex illa oliua quidam nostri generis oleaster, sic inde reatum nascẽdo trahit, vt nisi renascedo liberari ab illa peste non possit. Quomodo ergo as-

firmat iste nos adscribere sanctitatem nascentibus, & culpam generantibus, cũ potius veritas monstret, & si fuerit sanctitas in generantibus, originale culpam inefese nascentibus, quã nõ aboleatur nisi in renascentibus. Quã cum ita sint, de ista carnis concupiscentia, & de libidine imperiosa impudicis domanda, pudenda tamen & pudicis & impudicis, sentiat iste quod libet, quia ei sicut video multum placet, non eam laudare cunctetur, quam nominare confunditur: appellat eam sicut appellauit, membrorũ vigorem, nec castarum aurium reueretur horrorem, appellet membrorum potentiam, nec caueat impudentiam. Dicit si non erubescit, in paradiso si nemo peccasset, hũc ibi vigorem velut florem virere potuisse, nec opus fuisse vt tegetetur, quod ita moueretur, vt inde nemo confunderetur, sed parata cõiuge semper exerceretur, nunquã reprimetur, ne aliquãdo voluntas rãta, tantẽ felicitati negaretur. Absit enim vt beatitudo illa posset aut in loco illo non habere quod vellet, aut in suo corpore vel animo sentire quod nollet: ac per hoc si motus libidinis voluntatem hominum prãueniret, voluntas cõtinuo sequeretur, vxorq; propter hoc nõquam absens esse debebat, sed siue conceptura, siue iam grauida, ilico admoueretur, & aut proles seminareretur, aut voluptas naturalis & laudabilis expleretur, & periret semen hominis, ne appetitus tam bonã concupiscentiã fraudaretur, tantum non se conuerterent coniuges in eum vsum qui est cõtra naturam, sed quotiens delectaret, membris ad hoc creatis & genitalibus vterentur. Veruntamen quid si & ille vsum contra naturam forsitan delectaret: quid si & in hanc voluptatem laudabilis illa libido adhinniret, vt rum sequeretur eam quoniam suauis esset, an repugnaret quoniam turpis esset? Si sequeretur, vbi esset cogitatio qualiscunq; honestatis: si repugnaret, vbi est pax tantã felicitatis? Hinc si forte erubuerit & dixerit tantam pacem felicitatis illius, tantumq; ordinem in his rebus esse potuisse, vt nunquam carnis concupiscentia voluntatem illorum hominum prãueniret, sed cum ipsi vellent, tunc illa consurgeret, tunc autem vellet, quando ad seminandos filios opus esset, ita vt nullus seminis esset irritus iactus, nullus fieret concubitus, quem non sequeretur conceptus & partus ad nutũ seruiente carne, ad nutum seruiente libidine: hoc si dicit, saltem consideret nunc in hominibus nõ esse quod dicit. Et si non vult concedere vitium esse libidinem, dicat saltem per illorum hominum inobediẽtiam etiam ipsum vitium esse carnis concupiscentiã, vt illa quã obedienter & ordinate moueretur, nunc inobediẽter inordinateq; moueatur, ita vt ipsi quoq; pudicis ad nutũ nõ obtẽperet coniugatis, sed & quãdo nõ est necessaria moueatur, & quãdo necessaria est, aliquãdo citius, aliquando tardius, nõ eorũ sequatur nutus, sed suos exerat motus. Hanc ergo eius inobediẽtiam inobediẽtes illi tunc homines receperunt, & in nos propagine transfuderunt. Neq; enim ad eorũ nutum, sed vtq; inordinate mouebatur, quãdo membra prius gloriãda, tunc iam pudenda texerunt. Sed vt dixi, sentiat de ista libidine iste quod libet, prædicet vt libet, laudet quantum libet, sicut enim multis locis significat, multũ libet, vt eius si non vsum, saltem laudibus Pelagiani oblectetur, quicunq; eorũ proposito continentie carnali coniugio nõ fruuntur: tantũ paruulis parcat, nõ vt eos laudet inutiliter, defendatq; crudeliter: saluos esse non dicat: non ad laudatorem Pelagium, sed ad saluatorem Christum venire permittat. Nam vt iam liber iste claudatur, quomodo

Aniam ita sermo illius terminat⁹ est, qui in chartula quã misisti, scriptus est, vt diceret, Vere credito, quia per Iesum facta sunt omnia & sine ipso factum est nihil, concedat Iesum etiam paruulis esse Iesum, & vt per eum facta omnia fatetur per id quod est verbum deus, ita etiã paruulos ab eo saluos fieri fateatur per id quod est Ies⁹, si vult esse catholicus Christianus. Sic enim scriptum est in Euangelio, Et vocabunt nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populu suum a peccatis eorũ. Ideo ergo Iesum, quoniã Iesum, Latine saluator est, Ipse enim saluum faciet populum suum, in quo populo sunt vtq; & paruuli. Saluum autem faciet a peccatis eorum. Sunt ergo & in paruulis peccata originalia, propter quã Iesus, id est saluator possit esse & ipsorum.

De nuptiis & concupiscentia ad Valerium
Libri secundi Finis.

DIUI AVRELII

AVGVSTINI HIPONENSIS

EPISCOPI CONTRA DVAS EPIS-
tolas Pelagianorum ad Bonifa-
cium Liber Primus.



OVERAM te quidem fama celeberrima prædicante, & frequentissimis atque veracissimis nunciis, quanta esque dei gratia plenus acceperam, beatissime atque venerãde Papa Bonifici. Sed posteaquam te etiam presentia corporali frater meus vidit Alipius, acceptusque a te benignissime ac syncerissime, mutua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumque conuiuens, & paruulo licet tempore, magno tamen tibi iunctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mihi reportauit in suo, tanto maior in me tuã sanctitatis est facta notitia, quãto certior amicitia. Neque enim dedignaris qui non alta sapis, quãuis altius prãsideas, esse amicus humilium, & amorem rependere impensum. Quid est enim aliud amicitia, quã non aliunde quã ex amore nomen accepit, & nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse etiam sempiterna ac facili potest: Vnde accepta per eum fratrem, per quem te familiaris didici, maiore fiducia ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus quã hoc tempore episcopalem curam, si qua in nobis est, ad vigilãtiam pro grege dominico stimulo recentiore sollicitã. Noui quippe heretici, inimici gratiã dei, quẽ datur pusillis & magis per Iesum Christum dominum nostrum, etsi iam cauendi euidentius apertiore improbatione monstrãtur, non tamen quiescunt scriptis suis minus cautorum vel minus eruditorum corda tentare. Quibus vtique esset respondendum, ne se vel suos in illo nefando errore firmarent, etiam si non metueremus, ne quẽquam catholicorum verisimili sermone deciperent. Cum vero non desinant fremere ad dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oues, aditus vnde cunq; rimari, communisque sit omnibus nobis qui fungimur Episcopatus officio, quãuis ipse in te præminas celsiore fastigio specula pastoralis, facio quod possum pro mei particula muneris, quantum mihi dominus adiuantibus orationibus tuis donare di-

Tomus septimus.

gatur, vt pestilentibus & insidiantibus eorũ scriptis, Dmedentia & munientia scripta prætendam, quibus rabies quã furiant, aut etiam ipsa sanietur, aut a lædendis aliis repellatur. Hęc autem quã duabus Epistolis eorum respondeo, vni scilicet quã dicitur Romam mississe Iulianus, credo vt per illam quos posset, suos aut inueniret, aut faceret: alteri autem quã decem & octo velut Episcopi participes eius erroris, non ad quoslibet, sed ad loci illius Episcopum sua calliditate tentandum, & ad suas partes si posset fieri traducendum, ausi sunt Thesalonicam scribere. Hęc ergo quã istis, vt dixi, duabus Epistolis illorum, ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda quã examinandã, & vbi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui. Indicaui enim mihi frater meus, quod eas illi dare ipse dignatus es, quã in tuas manus, nisi vigilantissima diligentia fratrum nostrorum, filiorum tuorum venire non possent. Ago autem gratias syncerissimã in nos beneuolentiã tuã, quod eas me latere noluisse literas inimicorum gratiã dei, in quibus reperisti nomen meum calumniose atque euidenter expressum. Sed spero de domino deo nostro, quod non sine mercede quã in cõlis est, illi me lacerant dente maledico, quibus me pro paruulis, ne fallaci laudatori Pelagio perditis relinquantur, sed veraci saluatori Christo liberandi offerantur, oppono. Iam itaque Iuliani respondeamus Epistola: Dicunt, inquit, illi Manichæi, quibus modo non communicamus, id est, toti isti cum quibus dissentim⁹, in impiã quia primi hominis peccato, id est Adã, liberum arbitrium perierit, & nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatum carnis suã necessitate cogantur. Manichæos appellat catholicos, more illius Iouiniani, qui ante paucos annos hereticus nouus, virginitatem sanctã Mariã destruebat, & virginitati sacra nuptias fidelium coãquabat. Nec ob aliud hoc obiciebat catholicis, nisi quia eos videri volebat accusatores vel damnatores esse nuptiarum. Liberum autem arbitrium defendendo præcipitant, vt de illo potius ad faciendam iustitiam quã de domini adiutorio confidatur, atque vt in se quisque, non in domino gloriatur. Quis autem nostrũ dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perierit per peccatum, sed illa quã in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod natura humana diuina indiget gratia, dicente domino, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis: vtique liberi ad bene iustẽque viuendum. Nam liberum arbitrium vsque adeo in peccatore non perierit, vt per illum peccet maxime omnes qui cum delectatione peccant, & amore peccati hoc eis placet quod eis libet. Vnde & Apostolus, Cum essetis, inquit, serui peccati, liberi fuistis iustitiã. Ecce ostenduntur etiam peccato minime potuisse nisi alia libertate seruire. Liberi ergo a iustitia non sunt, nisi arbitrio voluntatis: liberi autem a peccato non sunt nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor etiam verba ipsa discreuit. Cum enim serui essetis, inquit, peccati, liberi fuistis iustitiã. Quem ergo fructum habuistis tunc in his in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, sinem vero vitam aternam. Liberos dixit iustitiã, non liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed vigilantissime maluit dicere li-

A ij

G beratos, referens hoc ad illam domini sententiam, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Cum itaque non uiuant bene homines, nisi effecti filij dei, quid est quod iste libero arbitrio uult bene uiuendi tribuere potestatem, cum hac potestas non detur nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, dicente Euangelio, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri? Sed ne forte dicant ad hoc esse adiutos, ut haberent potestatem fieri filij dei. Ut autem hanc accipere mererentur, prius cum libero arbitrio, nulla adiuti gratia receperunt. Hæc est quippe intentio qua gratiam destruere moluntur, ut eam dari secundum merita nostra contendant. Ne forte ergo hæc Euangelicam sententiam sic diuidant, ut meritum ponant in eo quod dictum est, Quotquot autem receperunt eum, ac deinde non gratis datam, sed huic merito redditam gratiam in eo quod sequitur; Dedit eis potestatem filios dei fieri: nunquid si quaratur ab eis, quid sit receperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi crediderunt in eum? Ut igitur & hoc sciant ad gratiam pertinere, legant quod ait Apostolus, In nullo expauescatis ab aduersariis, quæ quidem est illis causa perditionis, uestræ autem salutis. Et hoc à deo, quia uobis donatum est pro Christo, non tantum ut credatis in eum, sed ut etiam patriamini pro eo. Nempe utriusque dixit esse donatum. Item quod ait, Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre & domino Iesu Christo. Legant etiam quod ipse dominus ait, Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Vbi ne quisquam putet aliud dictum esse, uenire ad me, quam credere in me, paulopost eum de suo corpore & sanguine loqueretur, & scandalizati essent plurimi in sermone eius, ait, Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde subiunxit Euangelista, Sciebat enim Iesus ab initio qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo: sententiã scilicet iterauit qua dixerat, Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et hoc propter credentes & non credentes se dixisse manifestauit, exponens quod dixerat, Nisi pater qui misit me traxerit eum: id ipsum aliis uerbis repetendo in eo quod ait, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ille I quippe trahitur ad Christum, cui datur ut credat in Christum. Datur ergo potestas ut filij dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur ut credat in eum. Quæ potestas nisi detur à deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauerit, sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitiæ uel occultus uel manifestus deceptor inferuit, uel sibi ipse persuasit. Non itaque sicut dicunt nos quidam dicere, & iste audeat insuper scribere, omnes in peccatum ueluti inuiti carnis suæ necessitate coguntur, sed si iam in ea ætate sunt, ut propriæ mentis utantur arbitrio, & in peccato sua uoluntate retinètur, & à peccato in peccatum sua uoluntate præcipitantur. Neque enim agit in eis etiam qui suadet & decipit, nisi ut peccatum uoluntate committant, uel ignorantia ueritatis, uel delectatione iniquitatis, uel utroque malo & cæcitate & infirmitatis. Sed hæc uoluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Nec potest homo boni aliquid uelle, nisi adiuetur ab eo qui malum non potest uelle, hoc est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Ac

per hoc bona uoluntas quæ se abstrahit à peccato, fidelis K est, quia iustus ex fide uiuit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum. Et nemo potest credere in eum, hoc est uenire ad eum, nisi fuerit illi datum. Nemo igitur potest habere uoluntatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit ueram, hoc est gratiam de super gratiam. Hoc isti nolunt elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollendo præcipitatores liberi arbitrij. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in domino dedignantur. Timuit tamen Pelagius Episcopale iudicium Palæstinum. Et cum ei fuisset obiectum, quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari, negauit se dicere, & eos qui hoc dicerent, anathematizandam damnauit. Nec aliud tamè defendere inuenitur in libris quos postmodum scripsit, fraudem se putans hominibus iudicantibus fecisse metiendo, aut nescio quomodo suum sensum uerbis ambiguis obtegendo. Sed iam uideamus quod sequitur. Dicunt etiam, inquit, istas quæ modo aguntur nuptias à deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur, contra quem ego modo quatuor libellis respondi. Cuius Augustini dicta inimici nostri in ueritatis odium susceperunt. His eius calumniosissimis uerbis breuiter uideo respondendum, quia repetit ea postea, ubi uult ipse insinuare, quasi contra nostra ista quid dicant: ubi cum illo quantum res postulare uidebitur, domino adiuuante certandum est. Nunc ergo respondeo, à deo nuptias esse institutas, & tunc quando dictum est, Propterea relinquit homo patrem suum & matrem suam, & adhæret uxori suæ, & erunt duo in carne una: & nunc propter quod scriptum est, à domino iugitur uiro mulier. Neque enim aliud sit etiam nunc quod illud, ut adhæreat homo uxori suæ, & sint duo in carne una. De ipsis quippe nuptiis, quæ nunc quoque fiunt, consultius est dominus à ludæis, utrum liceret quæcumque causa dimittere uxorem. Et isto commemorato testimonio legis adiunxit, Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Hoc testimonium legis adhibuit etiam Apostolus Paulus, cum uiros moneret, ut ab eis diligerentur uxores. Absit ergo ut in libro meo contra hæc testimonia diuina iste aliquid legerit: sed uel non intelligendo, uel magis calumniando, in alium sensum conatur detorquere quod legit. Librum autem meum, contra quem se quatuor libellis respondisse commemorat, post damnationem Pelagij Celestijque conscripsi. Quod ideo dicendum putaui, quonia ista dicit ab inimicis suis in odium ueritatis dicta mea fuisse suscepta: ne ideo quisquam existimet propter hunc librum meum, inimicos gratiæ Christi nouos hereticos fuisse damnatos. In eo autem libro defensio est potius, quam reprehensio nuptiarum. Dicunt etiam, inquit, motum genitalium & commixtionem coniugum, à diabolo fuisse repertam, & propterea eos qui nascuntur innocentes, reos esse, & à diabolo fieri, non à deo, quia de hac diabolica commixtione nascuntur. Hoc autem sine aliqua ambiguitate Manichæum est. Imò sicut dicimus à deo nuptias institutas propter ordinatam generationem filiorum, ita dicimus filiorum gignendorum seminationem sine motu genitalium, & sine commixtione coniugum, nec in paradiso si filij gignerentur, esse potuisse. Sed utrum talis eorum motus atque commixtio fuisset, si nemo peccasset, qualis nunc est cum pudenda libidine, hinc est questio, de qua diligentius postea, si deus uoluerit, disputabimus.

Quid tamen isti uelint, quid intendant, quod rem perducere moliantur, adiuncta istius uerba declarant, ubi ait nos dicere, propterea eos qui innocentes nascuntur

A nascuntur reos esse, & à diabolo fieri non à deo, quia de hac diabolica commixtione nascuntur. Cum itaque nos nec diabolicam dicimus coniugum commixtionem, maxime fidelium, quæ sit causa generandorum, qui postea regenerandi sunt filiorum, nec homines ullos à diabolo fieri, sed à deo in quantum homines sunt, & tamen etiam de coniugibus fidelibus reos nasci, tanquam ex oliua oleastrum propter originale peccatum, & propter hoc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, quonia diabolus culpæ author est, non naturæ, contra illi paruulos dicentes nullum trahere originale peccatum, & ideo non esse sub diabolo, quod efficere laborant, nisi ut illa dei gratia euacuetur in paruulis, qua eruit nos, sicut dicit Apostolus, de potestate tenebrarum, & transfuit in regnum filij charitatis sue: Quandoquidem paruulos negat esse in potestate tenebrarum etiam ante domini liberatoris auxilium, ita in eis laudantes opus creatoris, ut misericordiam destruant redemptoris. Quam nos quonia & in maioribus & in paruulis confitemur, hoc dicit sine aliqua ambiguitate esse Manichæum, cum sit antiquissimum catholicum, unde nouum istorum dogma eueritur hereticum. Dicunt, inquit, sanctos in ueteri testamento non caruisse peccatis: id est, nec per emendationem à criminibus fuisse liberos, sed in reatu uel potestate deprehensos. Imò dicimus uel ante legem uel tempore ueteris testamenti à peccatis fuisse liberatos, non uirtute propria, quia maledictus homo omnis qui spem suam ponit in homine, & i hoc sine dubio maledicti sunt quos etiam Psalmus diuinus notat, Qui confidunt in uirtute sua: nec ueteri testamento, quod in seruitutem generat, quantum certa dispensationis gratia diuinitus datum sit: nec in ipsa lege sancta & iusta & bona, ubi scriptum est, Non concupisces: quonia non est data quæ posset uiuificare, sed prauaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est: sed liberatos esse per sanguinem ipsius redemptoris, qui est unus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Isti autem inimici gratiæ dei, quæ data est pusillis & magnis per Iesum Christum dominum nostrum, ideo dicunt antiquos homines dei perfecte fuisse iustitiam, nec Christi incarnatione, passionem, resurrectionem, cuius fide salui facti sunt, credatur eguisse. Apostolum etiam Paulum, inquit, uel omnes Apostolos dicunt semper immoderata libidine fuisse pollutos. Quis hoc uel profano audeat dicere? Sed nimirum isti propterea sic calumniantur, quia cõtendunt de hoc quod dixit Apostolus, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: & cætera talia non cum dixisse de seipso, sed nescio cuius alterius, qui illa pateret, induxisse personam, propter quod locus ipse in eius Epistola diligenter considerandus est & scrutandus, ne in eius aliqua obscuritate delitescat error istorum. Quamuis ergo latius hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoq; consilio gratiam defendens aduersus eos qui gloriabantur in lege, tamen ad rem pertinentia pauca contingimus. Unde ait, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt. Non est enim distinctio, Omnes enim peccauerunt, & eger gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. & iterum, Vbi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem.

dem sine operibus legis. Et iterum, Non enim per legem promissio Abraham aut femini eius facta est, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui per legem hæres sunt, exinanita est fides & euacuata promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec prauaricatio. Et alio loco, Lex enim subintrauit ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Item alio loco, Peccatum enim uobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. Itaque alio loco, An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini in quantum tempus uiuit? Mulier enim sub uiro, uiuo marito iusta est legi: si autem mortuus fuerit uir eius, euacuata est à lege uiri. Et paulopost, Itaque fratres mei, & uos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Cum enim essemus in carne, passionem peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferretis morti. Nunc uero euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. His atque huiusmodi contestationibus doctor ille gentium satis euidenter ostendit, legem non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum, quod auferret gratia, quonia lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas: gratia iuuare, qua infunditur charitas. Ne quis enim propter hæc testimonia uituperet legem, & malum esse cõtendat, uidit Apostolus male intelligentibus quid posset occurrere, & eadem sibi ipse proposuit quaestionem. Quid ergo dicemus, inquit? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Hoc iam superius dixerat. Per legem enim cognitio peccati. non ergo abolitio, sed cognitio. Hinc autem iam incipit propter quod ista consideranda suscepimus, introducere personam suam, & tanquam de seipso loqui, ubi uoluit Pelagiani ipsum Apostolum intelligi, sed quod in se alium transfigurauerit hominem sub lege adhuc positum, nondum per gratiam liberatum. Vbi quidem iam debent concedere, quod in lege nemo iustificatur, sicut a libi idem Apostolus dicit, sed ad cognitionem peccati; & ad ipsius legis prauaricationem ualere legem, ut cognito auctore peccato, per fidem gratia requiratur. Non autem timet ista de Apostolo intelligi, quæ posset & de præteritis suis dicere, sed ea quæ sequuntur timent. Hic enim, concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem uiuebam aliquando sine lege: adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim accepta occasione per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Hæc omnia, sicut dixi, potest uideri Apostolus de sua uita commemorasse præterita, ut illud quod ait, Ego autem uiuebam aliquando sine lege, ætatem suam primam ab infantia ante rationales annos uoluerit intelligi: quod autem adiunxit, Adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, iam se præcepti incapax, sed non efficacem, & ideo prauaricatorem legis ostenderet.

Nec moueat quod ad Philipenses scripsit, Secundum Philipenses.

G iustitiā quā in lege est, quod fuerit sine querela. Potuit enim esse intus in affectionibus prauis prauaricator- legis, & tamen conspicua opera legis implere, vel timore hominum vel ipsius dei, sed poenae formidine, non dilectione & delectatione iustitiā. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, aliud autē ad malefaciendum sic voluntate inclinari, vt etiam faceret si hoc posset impune permitti. Nam sic profecto in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse scies Apostolus ante gratiam dei, quae per Iesum Christum dominum nostrum est, alibi hoc apertissime confitetur. Scribes quippe ad Ephesios, Et vos, inquit, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aëris spiritus eius qui nunc operatur in filiis dissidentiae, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis & affectionum, & eramus naturaliter filij irae, sicut & ceteri: deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Rursus ad Titum, Fuimus enim & nos, inquit, stulti aliquando & increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicē odio habentes. talis Saulus fuit, quando secundum iustitiam quae in lege est, sine querela fuisse se dicit. Nam quia non post hanc abominabilem vitam vt esset sine querela, in lege profecerat, moreque mutauerat, euidenter in his quae sequuntur ostendit, quando quidem mutatum se non dicit ab his malis, nisi per gratiam saluatoris. Ad iungens enim hoc ipsum etiam hic sicut ad Titum ait, Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiā, quae nos fecim, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & reuouationis spiritus sancti, quae ditissime effudit super nos, per Iesum Christum saluatore nostrum, vt iustificati gratia ipsius, haeredes efficiamur secundum spem vitae aeternae. Quod autem ait in hoc Epistolae loco ad Romanos, Peccatū vt appareat peccatū, per bonum mihi operatum est mortem: cogruit superioribus vbi dixit, Sed peccatum non cognoui, nisi per legē, Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Et superius, Per legem cognitio peccati. hoc enim & hic dixit, vt appareat peccatū: vt illud quod dixerat, Sine lege enim peccatum mortuum est: non intelligamus nisi tāquam non sit, latet, non apparet, penitus ignoratur, tanquam in nescio quibus ignorantiae tenebris sit sepultum. Et quod ait, Ego autem viuēbā aliquando sine lege: quid ait, nisi viuere mihi videbatur? Et quod adiunxit, Adueniente autem mandato, peccatū reuixit, quid est aliud quam emiuit, & apparuit? Nec tamē ait, vixit, sed, reuixit. Vixerat enim aliquando in paradiso, quando contra datum praeceptum satis apparebat admissum. Cum autem a nascentibus trahitur, tanquam mortuum sit latet, donec repugnans iustitiā, malū eius prohibitione sentiat, cum aliud iubetur atque approbatur, aliud delectat atque dominatur, tunc peccatum quodammodo in notitia nati hominis reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando iam vixerat.

Corp^o mor- tis ob concupiscentiam. Sed quod sequitur, non ita expeditum est, quomodo de paulo possit intelligi. Scimus enim, inquit, quia lex spiritualis est, ego autē carnalis sum. Nō ait, fuit, sed, sum. Nūquid ergo Apostolus cū hęc scriberet, carnalis fuit,

an secundum corpus hoc dicit? Adhuc enim erat in corpore mortis huius, nondum factus spiritali; quod alibi dicit, Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Tunc enim ex toto se, id est, ex vtraque parte constitat, spiritalis homo erit, quando etiam spiritale corpus erit: Neque enim absurdum est, vt sit in illa vita etiam caro spiritalis, si potuit esse in hac vita, in his qui adhuc carnalia sapiunt, etiam spiritus ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit, ego autem carnalis sum: quia nondum spiritale corpus habebat Apostolus: sicut posset dicere, Ego autem mortalis sum: quod vtiq; non nisi secundum corpus intelligeretur dixisse, quod nondum fuerat immortalitate vestitum. Item quod adiunxit, Venundatus sub peccato: ne quisquam eum nondum redemptum Christi sanguine existimet, etiam hoc secundum illud potest intelligi quod ait, Et nos primitias habentes spiritus, ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Si enim secundum hoc se dicit venundatum sub peccato, quod adhuc non est redemptum a corruptione corporis eius, vel venundatum aliquando in prima transgressione lapsus, vt haberet corpus corruptibile quod aggrauat animam, quid prohibet hic Apostolum intelligi de seipso dicere, quod ita dicit, vt etiam in ipso posset intelligi, etiam si in sua persona non se solum, sed omnes accipit velit, qui se nouerunt spiritali delectatione cum carnis affectione sine consensione configere? An forte metuimus ea quae sequuntur: Quod enim operor, ignoro: non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: ne forte ex his verbis quispiam consentire carnis concupiscentiae ad opera mala suspicetur Apostolum? Sed considerandum est quod adiungit, Si autem quod nolo hoc facio, consensio legi quoniam bona est. Magis enim se dicit legi consentire quam carnis concupiscentiae. Hanc enim peccati nomine appellat. Facere ergo se dixit & operari, non affectu consentiendi & implendi, sed ipso motu concupiscendi. Hinc ergo inquit, Consensio legi quoniam bona est: consensio, quia nolo quod non vult. Deinde dicit, Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Quid est, nunc autem, nisi iam nunc sub gratia, quae liberavit delectationē voluntatis a consensione cupiditatis: Non enim melius intelligitur, non ego operor, nisi quia non consentit exhibere membra sua arma iniquitatis peccato. Nam & si concupiscit & consentit & agit, quomodo non ipse illud operatur, etiam si se operari doleat, & vinci grauitur ingemiscat: Iam illud quod sequitur, nonne vnde loquatur, apertissime ostendit: Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Si enim non exponeret adiungendo, hoc est in carne mea, aliter fortasse acciperetur quod dixit, in me. Ac per hoc versat hoc idem repetens & inculcans, Velle enim adiacet mihi, perficere autē bonum non. Hoc est enim perficere bonum, vt nec concupiscat homo. Imperfectum est autē bonum, quando concupiscit, etiam si concupiscentiae non consentit ad malum. Non enim quod volo facio bonum, inquit, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Id repetiuit scilicet, & tanquam distissimos de somno excitans, Inuenio ergo legē, inquit, mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Illa ergo bonum est volenti facere, adiacet autē malum ex concupiscentia, cui non consentit qui dicit, iam non ego operor illud. Apertius autē quod sequitur vtrunq; declarat, Cōdelector enim legi dei secundum interiorē hominē: video autē aliā legem in membris meis, repugnantē legi mentis,

meae, & captiuantē me in lege peccati, quae est in membris meis. Sed quod dixit, captiuantē me, potest mouere, si nulla consensio est, vnde propter tria ista, duo scilicet de quibus iam disputauimus, quo ait, Ego autem carnalis sum, & venundatus sub peccato, & hoc tertium, captiuantē me in lege peccati quae est in membris meis, potest videri Apostolus eū describere qui sub lege adhuc viuit, nondum sub gratia: Sed sicut illa duo exposuimus propter carnē adhuc corruptibilem dicta, sic & hoc potest intelligi vt captiuantē me, dixerit carne, non mente: motione, non consensione: & ideo captiuantē me, quia & in ipsa carne non est aliena natura, sed nostra. Sicut ergo exposuit ipse quid dixerit, Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: sic iam ex illius expositione hunc locū debemus accipere, tanquam dixerit, captiuantē me, hoc est carnem meam in lege peccati, quae est in membris meis. Deinde subiungit propter quod dicta sunt omnia, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Atque inde concludit, Igitur ipse ego mēte seruo legi dei, carne autē legi peccati. Carne scilicet legi peccati, concupiscendo: mēte autem legi dei, eidem concupiscentiae non consentiēdo. Nulla ergo condēnatio est nisi his qui sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur, nisi qui concupiscentiae carnis consentit ad malum. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberavit te a lege peccati & mortis, ne scilicet consensionem tuā concupiscentia sibi vindicet carnis. Et ea quae sequuntur, eundem sensum magis magisque demonstrant. Sed adhibendus est modus. Vñ autem aliquando etiam mihi fuerat, hominem sub lege, isto Apostoli sermone describi. Sed vim mihi fecerūt postea ista verba quod ait, Nunc autē iam non ego operor illud. Ad hoc enim pertinet illud quod ait & postea: Nulla ergo condēnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Et quia non video quomodo diceret homo sub lege, Cōdelector legi dei secundum interiorē hominē: cū ipsa delectatio boni, quae etiam non consentit ad malum, non timore poenae, sed amore iustitiā, hoc est enim condelectari, non nisi gratia deputanda sit. Nam & illud vbi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius: quis neget Apostolū cū hęc diceret, adhuc fuisse in corpore mortis huius: A quo vtiq; impij non liberantur, quibus eadem corpora ad tormenta aeterna redduntur. Liberari ergo est a corpore mortis huius, omni sanato languore concupiscentiae carnis: non ad poenā corpus recipere, sed ad gloriam. Huic loco & illud satis consonat, Etiam nos ipsi primitias habentes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Nimirū enim gemitu isto ingemiscimus in quo dicimus, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Illud etiam vbi ait, Quod enim operor, ignoro: quid est aliud, quam nolo, non approbo, non consentio, non facio: Alioquin contrariū est his quae superius dixit, Per legē enim cognitio peccati. Et, peccatum non cognoui nisi per legem. Et, Peccatum vt appareat, peccatū, per bonum mihi operatum est mortē. Quomodo enim peccatum per legem cognouit quod ignorat? Quomodo apparet peccatū quod ignoratur? Sic ergo dictum est, ignoro, non facio, quia nulla consensione id ego ipse committo, quomodo dicitur est dominus impiis, Non noui vos: quem proculdubio latere nihil potest. Et sicut dictum est, Eum qui non nouerat peccatum, quod est, non fecerat. Neque enim non nouerat quod arguebat. His atque huiusmodi in ista scriptura Tomus septimus.

Apostolica circumstantia diligenter consideratis, recte D intelligitur Apostolus non quidem se solum in sua persona, verum alios etiam sub gratia constitutos significasse, sed secum nondum in illa constitutos pace perfectos, in qua absorberitur mors in victoriam. De qua post dicit, Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autē vita est propter iustitiā. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitatē spiritum eius in vobis. Viuificatis igitur mortalibus corporibus nostris, non solum ad peccandum consensio nulla erit, sed nec ipsa cui consentiatur carnis concupiscentia remanebit. Quam spiritui resistentem non habere in carne mortali, ille tantummodo homo potuit, qui non per ipsam ad homines venit. Et ideo Apostolos, quia homines erant, & corpus quod corrumpitur & aggrauat animā, in huius vitae mortalitate portabant, ablit vt dicamus, sicut iste calumniatur, semper immoderata libidine fuisse pollutos, sed dicimus a consensione prauarū libidinum liberos, de concupiscentia tamen carnis, quam moderando frangebant, tanta humilitate & pietate gemuisse, vt optarent eam non habere potius, quam domare. Proinde iste quod addidit nos dicere, Christum & a peccatis liberum non fuisse, sed carnis necessitate mentitū, & in sensu calumniosos malitia fallente non intellexit, & in sensu calumniosos malitia fallente conuertit. Dicunt etiam, inquit, baptisma non dare omnem indulgentiā peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc aduersus Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnem indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum vnde crescant iterum refecanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi suae illos adhibere calumnia, tanquam hoc nos sentiamus atque dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo vel fallere, cū qua necesse est vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente configat. Sed haec etiam si vocatur peccatū, non vti que quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocat, sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem sunt, quae secundum carnis concupiscentiam vel ignorantia illicite sunt, dicuntur, cogitantur: quae transacta etiam reos tenent si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quāquam tracta sit a nascentibus, nihil noceat renascentibus. Ex quibus tamē si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursusque & nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur, & insit nihil obfutura vitae futura, quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimissus est. Et ideo iam non sit peccatum, sed sic vocetur, siue quod peccato facta sit, siue quod peccati delectatione moueatur, etsi ei vincente delectatione iustitiā non consentiatur. Nec propter ipsam cuius iam reatus lauacro regenerationis ablumpe est, dicunt in oratione baptizati, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed propter peccata quae sunt siue in eius consensionibus, cum ab eo quodlibet vincitur quod placet, siue cū per ignorantiam malum quasi bonum placet. Fiunt autem siue operado, siue loquendo, siue quod facillimū atque

G celerimū est, cogitando. A quibus omnibus quis etiam
Prover. 20. fidelium gloriabitur casti se habere cor, aut quis gloria-
 bitur mundum se esse a peccato? Illud sanē quod in ora-
 tione sequitur, propter ipsam dicitur, Ne nos inferas in-
 tentationem, sed libera nos a malo. Vnusquisque enim
Luc. 11. sicut scriptum est, tentatur a concupiscentia sua abstra-
 ctus & illeceus: deinde concupiscentia cum conceperit,
Cap. XIII. parit peccatum. Hi omnes concupiscentia parit, &
 ipsius concupiscentia reatus antiquus, qui baptismatis
 ablutione dimissi sunt, & quicquid parit nūc ista concu-
 piscencia, si nō sint illi parit, qui nō solum peccata, ve-
 rum etiam crimina nuncupantur, pacto illo quotidianae
 orationis vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut
 & dimittimus, & eleemosynarum sinceritate mun-
 dantur. Neque enim quisquam sic desipit, vt dicat ad ba-
 ptizatos dominicum illud non pertinere praecipuum,
Luc. 6. Dimittite & dimittet vobis, date & dabitur vobis. Nul-
 lus autem in Ecclesia recte posset ordinari minister, si
1. Tim. 3. dixisset Apostolus, Si quis sine peccato: vbi ait, Si quis
 sine crimine est. Aut si dixisset, nullum peccatum habes:
 vbi ait, Nullum crimen habentes. Multi quippe ba-
 ptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato autem in
 hac vita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia
 haec dicimus, aduersum eos insentur & dirupantur in-
 fania, non quia peccata aliquid remaneat, quod in ba-
 ptismate non remittatur, sed quia in nobis in huius vi-
 tae infirmitate manentibus quotidie fieri non quiescunt,
 quae fideliter orantibus & misericorditer operantibus
 quotidie remittantur. Haec est fidei catholicae sanitas,
 quam sanctus vbi que seminat spiritus, nō prauitatis he-
 reticae vanitas, & praesumptio spiritus. Iam itaque de
 caetero videamus quomodo posteaquam nobis calu-
 mniōse putauit obicienda quae credimus, & fingenda
 quae nō credimus, suam ipse vel Pelagianorum fidem
 profiteatur. Contra haec, inquit, nos quotidie disputa-
 mus, & ideo nolimus prauaricatoribus adhibere con-
 sensum, quia nos dicimus liberum arbitrium in omni-
 bus esse naturaliter, nec Adae peccato perire potuisse.
 Quod scripturarum omnium autoritate firmatur.
 Haec si quemadmodum oportet nō contra dei gra-
 tiam diceretis, nec consensum prauaricatoribus adhi-
 beretis, sed vestrum sensum corrigeretis. Hinc autem
 quantum potuimus, & quantum sufficere visum est, su-
 perius disputauimus. Dicimus, inquit, has quae nunc a-
 guntur in orbe terrarum, a deo nuptias institutas, nec
 reos esse coniuges, sed fornicatores & adulteros con-
 demnandos. Hoc verum & catholicum est. Sed quod
 vos hinc vultis efficere de commixtione masculi & fe-
 minae, quod nihil peccati nascentes trahant, quod laua-
 cro regenerationis expietur: hoc falsum est & haereticū.
 Motum, inquit, genitalium, id est, ipsam virilitatem, si-
 ne qua non potest esse commixtio, a deo dicimus insti-
 tutam. Ad hoc respondemus, motum genitalium, & vt
 verbo eius utar, virilitatem, sine qua nō potest esse com-
 mixtio, deus sic instituit, vt nihil haberet pudendum.
 Nō enim fas fuit, vt eius erubesceret creatura. De sui o-
 pere creatoris, sed inobedientia membrorum supplicio
 iusto primis hominibus inobedientibus reddita est, de
 qua erubuerunt quādo foliis ficulneis pudēda texerūt,
Gen. 3. quae prius pudenda nō fuerunt. Neque enim sibi tuni-
Cap. XVI. cas vt totū corp⁹ regerēt post peccatū, sed succinctoria
 consueverunt, quae nōnulli interpretes nostri minus dili-
 gentes tegmina interpretati sunt. Quod quidē verum
 est, sed generale nomen est tegmē, quod indumentū &
 operimetum omne possit intelligi. Et ideo debuit am-

biguitas euitari, vt quemadmodum Graecus perizoma-
 ta posuit, quibus nō teguntur nisi pudēde corporis par-
 tes, sic & Latinus aut ipsam Graeci poneret, quia & ipso
 iam cōsuetudo vitur pro Latino, vel sicut quidam suc-
 cinctoria, vel sicut alij melius campestria nominarunt.
 Ex illo quippe hoc nomen est, quod pudenda iuuenes
 tegebant antiquo more Romano, quādo nudi exerce-
 bantur in campo, vnde campestrati appellatur hodie, *Cap. XVI.*
 qui eadem membra cingendo cooperiunt. Quāquā si *qui dicitur.*
 ea quibus peccatum est, tegēda fuerant post peccatum, tur-
 ne tunicis quidem indui debuerunt, sed manū & os te-
 gere, quia sumendo & vescēdo peccauerunt. Quid sibi
 ergo vult, qd accepto prohibito cibo, cum fuisset prece-
 pti facta transgressio, in illa membra aspectus intēditur:
 Quae ibi nouitas ignota sentitur, & se compellit ad-
 uerti, quod apertione significatur oculorū? Neque enim
 eis vel quando ille nomina pecorib⁹ & volucris im-
 ponebat, vel quādo illa pulchrum lignum vidit & bon-
 num, oculi non patebant, sed aperti, hoc est intenti ad
 intuentium facti sunt, sicut scriptum est de Agar ancil-
 la Sarā, quod aperuit oculos suos, & vidit puteū: quos
 clausos utique nō habebat. Vt ergo nuditatis suae, quam
 quotidie profecto intuebatur, nec cōfundebatur, eos
 subito sic puderet, vt membra illa iam nuda ferre non
 possent, sed statim opere curaret, nōne & ille in motu
 aperto, & illa in occulto, contra suā voluntatis arbitriū
 inobedientia illa membra senserunt, quibus utique nu-
 tu voluntario sicut ceteris dominari debuerunt? Quod
 merito passi sunt, quia & ipsi obediētes suo domino nō
 fuerunt. Erubuerunt ergo ita se creatori suo non exhibuisse
 seruitium, vt in eis membris ex quibus essent filij
 procreandi, mereretur accipere dominatū. Hoc pu-
 doris genus, haec erubescendi necessitas certe cū omni
 homine nascitur, & ipsis quodāmodo naturae legibus
 imperatur, vt in hoc verecūdentur etiā ipsa pudica cō-
 iugia, nec quisquā tam male turpiterq; proficiat, vt quia
 cognouit deum esse conditorem naturae, authorēque
 nuptiarū, ideo etiā miscendus vxori, si quis eum videat,
 nō de his moribus erubescat, quareatq; secretum, vbi nō
 solum alienorum, verum etiā suorum omnium possit vi-
 tare conspectum. Itaque sua culpa sibi accidens malū, na-
 tura humana permittatur agnoscere, ne cogatur aut qd
 est impudentissimū, de his suis motibus nō erubescere:
 aut quod est ingratissimū, de sui creatoris operibus
 erubescere. Quo tamen malo propter bonum genera-
 tionis filiorum, bene vtitur pudica cōiugia. Solius au-
 tē carnalis voluptatis causa libidini consentire, peccatū
 est, quāuis coniugatis secundum veniam concedatur. *1. Cor. 7.*
 Sed cōstituite Pelagiani seruata honestate ac facun-
 ditate nuptiarum, si nemo peccasset, qualē velitis in pa-
 radiso vitam illorū hominum cogitare, & vnū de his *ante peccatum.*
 quatuor rebus elegite. Proculdubio enim aut quoties-
 cunq; libuisset, totiens cōcubuissent: aut frangerent libi-
 dinē, quando concubitus necessarius nō fuisset: aut tūc
 ad nutū voluntatis libido cōsurgeret, quando esse con-
 cubitum necessariū casta pudētia praesensisset: aut nulla
 ibi omnino existeret libidine, vt caetera mēbra quae ad
 opera sua, sic ad opus propriū etiā genitalia iussis volē-
 tiū sine vlla difficultate seruissent. Horū quatuor quod
 vultis eligite. Sed puto qd duo priora respicietis, quib⁹ li-
 bidini aut seruitur, aut repugnat. Namq; illud primū,
 tam praecleara honestas, hoc autem secundum, tam ma-
 gna felicitas non vult. Absit enim vt tanta illius beati-
 tudinis decus, aut praecedentem semper sequēdo libidi-
 nem ageret turpissimam seruitutē, aut ei resistēdo non
 haberet

A haberet plenissimam pacem. Absit, inquam, vt carnis
 concupiscentiam non oportune ad generandum, sed
 inordinata commotione surgentem, aut illi mēti pla-
 ceret consentiendo cohibere. Duarum vero reliquarum quā-
 libet elegeritis, non est aduersus vos vlla contentione
 laborandum. Etsi enim quartam volueritis eligere, vbi
 est omnium obedientia membrorum, sine vlla libidine
 summa tranquillitas, quoniam iam vos ei fecit vestra-
 rum disputationū impetus inimicos, illud vobis saltem
 placebit, quod tertio loco posuimus, vt illa carnalis concu-
 piscencia, cuius motus ad eam postremam, quae vos
 multum delectat, peruenit voluptatem, nūquam in pa-
 radiso nisi cum ad gignendum esset necessaria, ad vo-
 luntatis nutum exurgeret. Hanc si placet vobis in para-
 diso collocare, & per talem concupiscentiam carnis,
 quae nec praeniret, nec tardaret, nec excederet imperi-
 um voluntatis, vobis videtur in illa felicitate filios po-
 tuisse generare, non repugnamus. Ad hoc enim quod
 agimus, sufficit nobis, quia nunc talis in hominibus nō
 est, qualem in illius felicitatis loco esse potuisse conce-
 dit. Qualis quippe nunc sit, profecto omnium sensus
 mortalium, etsi cum verecundia confitetur, quia & casti-
 tates etiam nolentes, eamq; per temperantiam castigat-
 es, in quietudine inordinata importunāque sollicitate,
 & plerumque sese volentibus subtrahit, nolentibus ingerit,
 vt nihil aliud inobedientia sua, quam illius praeclearae
 inobedientiae poenam se esse testetur. Vnde merito de
 illa & tunc primi homines, quando pudenda texerunt,
 & nūc qui se vt cunq; hominem esse considerat, om-
 nis pudens impudensque confunditur, absit vt de ope-
 re dei, sed de pena primi veterisq; peccati. Verum vos
 nō pro religiosa ratione, sed pro animosa cōtentione,
 nec pro humano pudore, sed pro vestro furore, ne vel
 ipsa concupiscentia carnis vitata credatur, & ex ea tra-
 hi originale peccatum, talem prorsus qualis nunc est in
 paradiso conabimini disputando reuocare, eamque il-
 lic esse potuisse contendere, quam vel semper sequere-
 tur inhonesta consensio, vel aliquando coērceret mise-
 randa dissensio. Nos autem nō multum curamus quid
 vos de illa sentire delectet. Quicquid tamē hominum
 per illam nascitur, si non renascatur, sine dubitatione
 damnatur, & necesse est esse sub diabolo, si non libere-
 tur inde a Christo. Hominem, inquit, dei opus de-
 fendimus, nec ex illius potētia vel in malum vel in bonum
 inuitum aliquem cogi, sed propria voluntate aut
 bonum facere, aut malū. In bono vero opere a dei gra-
 tia semper adiuuari, in malum vero diaboli suggestio-
 nibus incitari. Ad haec respondemus, homines esse op⁹
 dei, in quantum homines sunt: sed sub diabolo esse, in-
 quantum peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum
 qui non ob aliud factus est inter deum & homines me-
 diator, nisi quia ex hominibus nō potuit esse peccator,
 nec ex dei potentia vel in malum vel in bonum inui-
 tum aliquem cogi, sed deo deserente pro meritis ire in
 malum, & deo adiuuante sine meritis conuerti ad bonum.
 Non enim est homo bonus si nolit, sed gratia dei
 etiam ad hoc adiuuatur vt velit, quoniam non inaniter
 scriptū est, Deus est enim qui operatur in vobis & velle
 & operari pro bona voluntate. Et preparatur voluntas
 a domino. Vos autem in bono opere sic putatis ad-
 iuari hominem gratia dei, vt in excitanda eius ad ip-
 sum bonum opus voluntate, nihil eam credatis operari.
 Quod satis ipsa tua verba declarant. Cur enim nō dix-
 istis, hominem dei gratia in bonum opus excitari, sicut

dixisti, in malum diaboli suggestioibus incitari? Sed D
 dixisti, in bono opere a dei gratia semper adiuuari, tā-
 quam sua voluntate, nulla dei gratia bonū opus aggressus
 in ipso iam opere diuinitus adiuuatur, pro meritis
 videlicet voluntatis bonae, vt reddatur debita gratia, nō
 donetur indebita, ac sic gratia iam non sit gratia, sed sit
 illud quod Pelagi⁹ in iudicio Palestino ficto corde dā-
 nauit, gratia dei secundum merita nostra dari. Dic mi-
 hi obsecro, quid boni Paulus adhuc Saulus volebat, ac-
 non potius magna mala, quando spirans caedem per-
 gebat ad vastados horrenda mentis cecitate ac furore
 Christianos? Quibus meritis bonae voluntatis deus illum
 ab his malis ad bona, mirabili & repentina vocatione
 conuertit? Quid ego dicam quibus meritis, cum ipse
 elamet, Non ex operibus iustitiae quae nos fecimus, sed
 secundum suam misericordiam saluos nos fecit? Quid
 illud quod iam commemoravi dixisse dominum, Nemo
 potest venire ad me, quod intelligitur, credere in
 me, nisi ei datum fuerit a patre meo: Vtrum iam volen-
 ti credere pro meritis bonae voluntatis hoc datur, an po-
 tius vt credat ipsa voluntas, sicut Sauli desuper excita-
 tur, etiam si tam sit auersus a fide, vt credentes etiā per-
 sequatur? Vt quid enim nobis dominus praecipit vt o-
 remus pro eis quos persequuntur? Nunquid hoc ora-
 mus, vt eis pro bona eorum voluntate gratia dei retri-
 buatur, ac non potius vt mala in bonum voluntas eorū
 mutetur? Sicut credimus tunc a sanctis quos perseque-
 batur, non inaniter oratum esse pro Saulo, vt ad fidem
 quam vastabat, voluntas eius cōuerteretur. Et illius quidē
 conuersio desuper facta, manifesto etiam miraculo
 apparuit. Quam multi inimici Christi quotidie, sub-
 bito dei occulta gratia trahuntur ad Christum! Quod
 verbum si non ex Euangelio posuissem, quanta de me
 propter hoc iste dixisset, cum etiā nunc oblectetur nō
 mihi, sed illi qui clamat, Nemo potest venire ad me, ni-
 si pater qui misit me, traxerit eum? Non enim ait, duxerit,
 vt illic aliquo modo intelligamus praecedere volū-
 tatem. Quis trahitur si iam volebat? Et tamen nemo veni-
 nit nisi velit. Trahitur ergo miris modis vt velit, ab il-
 lo qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari,
 non vt homines quod fieri nō potest nolentes credat,
 sed vt volentes ex nolentibus fiant. Hoc verum esse
 non cōiectura suspicamus humana, sed euidentissima
 diuinarum scripturarum autoritate dignoscimus. Legit
 in Paralipomenō libris, Et quidem in Iuda facta
 est manus dei, vt daret illis cor vnum, vt facerent praec-
 ceptum regis & principum in verbo domini. Item per
 Ezechielem prophetam domin⁹ dicit, Dabo eis cor a-
 liud, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor eorū
 lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt
 in praecceptis meis ambulent, & iustificationes meas ob-
 seruent & faciant eas. Quid est autem quod Hester illa
 regina orat & dicit, Da sermonem concinnum in os
 meum, & verba mea clarifica in cōspectu leonis, & cō-
 uerte cor eius in odium impugnantis nos? Vt quid ista
 in oratione dicit deo, si non operatur deus in cordib⁹
 hominum voluntatem? Sed forte hac mulier insipienter
 orauit. Videamus ergo vtrum inaniter praemissus
 fuerit orantis affectus, & consecutus non fuerit exaudi-
 entis effectus. Ecce ingreditur ad regē. Ne multa dica-
 mus, Et quia non ordine suo ingrediebatur, magna ne-
 cessitate compulsa, intuitus est eam, sicut scriptum est,
 velut taurus in impetu indignationis suae. Et timuit re-
 gina, & conuersus est color eius per dissolutionē, & in-
 clinauit se super caput delicatae suae, quae praecedebat eā.

Motus ge-
 nitalium a
 deo.
 Cap. XVI.

Gen. 3.
 Cap. XVI.

Cap. XVI.

Gen. 16.

Gen. 16.

Gen. 16.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Act. 9.

Ad Tit. 3.

1. Ioan. 5.

Matth. 5.

1. Ioan. 6.

Cap. XX.

2. Par. 30.

Ezech. 36.

Hester. 14.

Et conuertit deus, & transtulit indignationem eius in lenitatem. Iam sequentia commemorare quid opus est, ubi deum compluisse quod illa rogauerat, diuina scriptura testatur operado in corde regis? Quid aliud, qua voluntatem qua iussit & factum est quod ab eo regina poposcerat? Quia deus iam ut fieret, exaudierat, qui cor regis antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima & efficacissima potestate couertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est, de voluntate laedendi ad voluntatem fauendi, secundum illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in vobis & velle. Nunquid homines dei qui haec scripserunt, imo ipse spiritus dei, quo auctore per eos ista conscripta sunt, oppugnavit liberum hominis arbitriū? Absit, sed omnipotentis in omnibus & iudicium iustissimum, & auxilium dei misericordissimū comendauit. Sufficit enim scire homini, quod non est iniquitas apud deum. Iam quomodo ista dispenset, faciens alios secundum meritum vasa irae, alios secundum gratiam vasa misericordiae, quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Si ergo ad honorem gratiae pertinemus, non sumus ingrati, tribuendo nobis quod accepimus. Quid enim habemus quod non accepimus? Dicimus, inquit, sanctos veteris testamenti perfecta hinc iustitia ad aeternam transtulisse vitam, id est, studio virtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia & illi quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus. Quanta libet fuisse virtutis antiquos praedices iustos, non eos saluos fecit nisi fides mediatoris, qui in remissione peccatorum sanguinem fudit. Ipsorum enim vox est, Credidi propter quod locutus sum. Vnde ait & Apostolus Paulus, Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est eundem spiritum, nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista dixerunt? Dicit etiam Apostolus Petrus, Quid vultis iugum imponere gentibus, quod neque nos portare potuimus, neque patres nostri? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos salui fieri quoadmodum & illi. Hoc vos non vultis inimici gratiae Christi, ut eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui, sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legem dicitis saluos factos esse per naturam, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet, & in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius, euacuantes quod dictum est, Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Gratiam Christi, inquiunt, omnibus necessariam & maioribus & paruulis cōstemur, & eos qui dicunt de duobus baptizatis natum non debere baptizari, anathematizamus. Nouimus quomodo non secundum Paulum Apostolum, sed secundum Pelagium haereticum ista dicatis, paruulis videlicet baptismū necessarium, non propter remissionem peccatorum, sed tantummodo propter regnum caelorum. Datis enim eis extra regnum dei locum salutis & vitae aeternae, etiam si non fuerint baptizati. Nec attenditis quod scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Propter quod in Ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex aliis ea quae illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogitatis eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso, Nisi manducaueritis carne meam, & biberitis san-

guinem meum, non habebitis vitam in vobis. Aut si K Euangelicis vocibus cogimini confiteri nec vitam salutemque posse habere paruulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quare cur compellantur non baptizati secundae mortis subire supplicium, iudicante illo, qui neminem damnat immeritum, & inueniente quod non vultis, originale peccatum. Etiam eos qui dicunt, inquit, baptismum non omnia peccata delere, eodemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. Hoc dicimus & nos, sed & paruulos quoque per ipsa mysteria primae natiuitatis, & obnoxie successione vinculis solui, non dicitis vos. Propter quod de Ecclesia Christi, quae hoc antiquitus tenet, oportet ut sicut ceteri haeretici segregemini & vos. Iam vero quod ita concludit Epistola ut dicat, Nemo ergo vos seducat, nec se negent impij ista sentire. Sed si verum dicunt, aut audientia detur, aut certe isti ipsi Episcopi, qui nunc disident, damnent quae supra dixi, cum Manichaeis se ista tenere, sicut nos ista damnamus, quae de nobis iactant, & sit plena concordia. quod si nolunt, scitote eos esse Manichaeos, & ab eorum vos abstinete consortiis: contemnendum est potius quam repellendum. Quis enim nostrum dubitat anathema dicere Manichaeis, qui dicunt a bono deo nec homines nec nuptias institutas, nec legem datam, quae per Moysen Hebraeo populo ministrata est? Sed & Pelagianis non immerito anathema dicimus, qui tam sunt inimici gratiae dei, quae venit per Iesum Christum dominum nostrum, ut eam dicant non gratis, sed secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia: tantumque constituunt in libero arbitrio quo in profundum demersus est homo, ut eo bene vtdo dicant hominem mereri gratiam, cum nemo bene illo uti possit, nisi per gratiam, quae non secundum debitum redditur, sed deo gratis miserante donatur. Paruulos autem ita contendunt esse iam saluos, vt saluatore audeant negare saluandos. Et haec execrabilia dogmata tenentes & seminantes, adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere poenitentiam.

Libri primi Finis.

DIVI AVRELI

AVGVSTINI HIPPOENSIS Episcopi, contra duas Epistolas Pelagianorum Liber secundus.



AM nunc etiam, non Iuliani tantum, sed & communem cum pluribus Pelagianis Episcopis, quam Thessalonicam miserunt, consideremus epistolam, eiq; domino adiuuante respondeamus ut possumus. Quod opus nostrum ne longum fiat, quam cause ipsius necessitas postulat, quid opus est ea quoque refellere, quae dogmatis eorum insidiosa venena non continent, sed tantum in auxilium suum, vel pro catholica fide contra Manichaeorum sicut loquuntur profanitatem, cōsensionem orientalium Episcoporum videtur exposcere, nihil aliud nientes, nisi vt horribili haeresi obiecta, cui se aduersarios esse cōstingunt, lateant inimici gratiae in laude naturae? Quis enim eis hinc commouit aliquando questionem? Aut cui catholico- rum propterea displicent, quia damnant eos quos praedixit Apostolus recessuros a fide, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos immundos putant, nec purantes a deo esse

esse condita? Quis eos aliquando negare cōpulsit, quod omnis creatura dei bona sit, & nulla substātia sit, quam non sumus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus? Non ista in eis quae constat esse catholica reprehenduntur atque damnantur. Impietatem quippe Manichaeorum nimiam, stultam & noxiam, non solum fides catholica detestatur, verum etiam haeretici omnes qui non sunt Manichaei. Vnde & isti Pelagiani hoc bene faciunt, Manichaeis anathema dicere, & eorum erroribus contradicere. Sed faciunt duo mala quibus & ipsi anathematizandi sunt: Vnum, quod catholicos Manichaeorum nomine criminantur: alterum, quod etiam ipsi haeresim noui erroris inducunt. Neque enim quia Manichaeorum morbo non laborant, propterea fidei sanae sunt. Non vnum pestiferum est genus quem admodum in corporibus, ita & in mentibus. Sicut ergo medicus corporis non continuo pronunciaisset a mortis periculo liberum, quae negasset hydropicum, si alio letali morbo perspexisset agrotum: ita istis non ideo veritas gratulatur, quia Manichaei non sunt, si alio genere perueritatis insaniant. Quapropter aliud est quod anathematizamus cum eis, aliud quod in eis. Detestamur enim cum eis, quod recte displicet etiam ipsis, ita tamen vt detestemur in eis, vnde recte displicent ipsi. Manichaei dicunt deum bonum non omnium naturarum esse creatorem. Pelagiani dicunt deum non esse omnium aetatum in hominibus mundatorem, saluatorem, liberatorem. Catholica utroque redarguit, & contra Manichaeos defendens dei creaturam, ne ab illo instituta negetur vlla natura: & contra Pelagianos, vt in omnibus aetatibus perdita requiratur humana natura. Manichaei carnis concupiscentiam non tanquam accidens vitium, sed tanquam natura ab aeternitate malam vituperant. Pelagiani eam tanquam nullum vitium, sed naturale sit bonum, insuper laudant. Catholica utroque redarguit, Manichaeis dicens, non natura, sed vitium est: Pelagianis dicens, non a patre, sed ex mundo est: vt eam velut malam valetudinem sanari vtrique permittant, desinendo illi tanquam insanabilem credere, isti tanquam liberum arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum praecipuum bonum. Catholica utroque redarguit, & illis dicens, Fecit deus hominem rectum. Et istis dicens, Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Manichaei dicunt, animam particulam dei naturae malae commixtione habere peccatum. Pelagiani dicunt, animam iustam, non quidem particulam, sed creaturam dei, etiam in ista corruptibili vita non habere peccatum. Catholica utroque redarguit, Manichaeis dicens, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: quod non diceretur homini, qui naturam facere non potest, nisi quia peccatum non natura, sed vitium est. Pelagianis dicens, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. His morbis inter se contrariis Manichaei Pelagianique configunt dissimili voluntate, simili vanitate, separati opinione diuersa, sed propinqui mente peruersa. Iam vero gratiam Christi simul oppugnant, baptismum eius simul euacuunt, carnem eius simul exhorant, sed etiam haec modis causisque diuersis. Nam Manichaei meritis naturae bonae, Pelagiani autem meritis voluntatis bonae perhibent diuinitus subueniri. Illi dicunt, debet hoc deus laboribus membrorum suorum: isti dicunt, debet hoc

virtutibus seruorum suorum. Vtrisque ergo merces D non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Manichaei lauachrum regenerationis, id est, aquam ipsam dicunt esse superflua, nec prodesse aliquid profano corde contendunt. Pelagiani autem quod in sacro baptismate ad expianda peccata dicitur, nihil opitulanti infantibus nullum peccatum habentibus asserunt. Ac per hoc in paruulis baptizandis, quantum ad remissionem attinet peccatorum, Manichaei visibile destruent elementum, Pelagiani autem etiam invisibile sacramentum. Manichaei carnem Christi exhorant, partum virginis blasphemando, Pelagiani autem carnem redimendorum carni redeptoris aequando. Propterea quippe natus est Christus, non utique in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, quia ceterorum hominum nascitur caro peccati. Manichaei ergo omnem carnem penitus detestantes, auferunt carnem Christi perspicuam veritatem: Pelagiani vero nullam carnem peccati nasci asseuerantes, auferunt carnem Christi propriam dignitatem. Desinat itaque Pelagiani catholicis obiectare quod non sunt, nec ideo se velint haberi amabiles, quia odio Manichaeorum aduersantur errori, sed merito se agnoscant odibiles, quia suum non auersantur errorem. Possumus enim duo errores inter se esse contrarij, sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarij veritati. Nam si propterea sunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manichaeos, diligendi sunt & Manichaei, quia oderunt Pelagianos. Sed absit vt catholica mater propter alterorum odium, alteros eligat amare, cum monente atque adiuuante domino debeat utroque vitare, & cupiat utroque sanare. Quinetiam Romanos clericos arguunt, scribentes eos iusionis terrore perculsos non erubuisse praeruaricationis crimen admittere, vt contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati assue- rant, postea pronunciant malam hominum esse naturam: imo vero Pelagiani spe falsa putauerat, nouum & execrabile dogma Pelagianum vel Celestianum persuaderi quorundam Romanorum catholicis mentibus posse, quando illa ingenia quauis nefando errore peruersa, non tamen contemptibilia cum studiose corrigenda potius, quam facile damnanda viderentur, aliquanto lenius quam seuerior postulabat Ecclesiae disciplina, tractata sunt. Tot enim & tantis inter apostolicam sedem & Afros Episcopos currentibus & recurrentibus scriptis Ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedem, Celestius praesente & respondente cōfessus, quae nam tandem epistola veneranda memoriae papae Zosimi, quae inter locutio reperitur, vbi praeciperit credi oportere sine vilo vitio peccati originalis hominem nasci: nusquam prorsus hoc dixit, nusquam omnino cōfessus. Sed cum hoc Celestius in suo libello posuisset inter illa dūtaxat, de quibus se adhuc dubitare & instrui velle cōfessus est, in homine acerrimi ingenij, qui profecto si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata est. Et propterea libellus eius catholicus dictus est, quia & hoc catholice mentis est, si qua forte aliter sapit quam veritas exigit, non ea certissime definire, sed detecta ac demonstrata respicere. Non enim haeretici, sed catholici Apostolus loquebatur, vbi ait, Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus: & si quid aliter sapitis, id quoque deus vobis reuelabit. Hoc in illo factum esse putabatur quando se literis beatae memoriae papae Innocentij, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit. Et hoc vt plenius & manifestius in illo fieret,

Philip. 2.

Roma 9.

Roma 11.

Nullus in- sus nisi per Christum. Cap. XXI.

Psal. 115. 2. Corin. 4.

Acto. 15.

1. Timo. 2.

Cap. XXII.

Marci. 16.

Ioan. 6.

Ca. XXIII.

Capit. I.

1. Timo. 4.

Lenitas in haereticos de quibus spes est. Cap. III.

Philip. 3.

G expectabatur venturis ex Africa literis, in qua provin-
cia eius calliditas aliquanto euidentius innotuerat. Quæ
Romanæ literæ posteaquam venerunt, id continen-
tes non sufficere hominibus tardioribus & sollicitiori-
bus, quod se generaliter Innocentij Episcopi literis cõ-
sentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematiza-
re quæ in suo libello praua posuerat, ne si id nõ fecisset,
multi parum intelligentes, magis in libello eius illa fi-
dei venena à sede Apostolica crederet approbata, pro-
pterea quod ab illa dictum erat, eum libellum esse catho-
licum, quam emendata, propter illud quod se papæ In-
nocentij literis consentire ipse responderat. Tunc ergo
cum eius præsentia posceretur, vt certis ac dilucidis
responsionibus vel astutia hominis vel correctio dilu-
celceret, & nulli ambigua remaneret, se subtraxit, & ne-
gavit examini. Nec differendum iam fuerat, sicut factum
est, quod aliis prodesset, si nimium peruersorũ pertinacia
dementiaq; nõ posset. Sed si quod absit, ita tunc fuisse
de Celestio vel Pelagio in Romana Ecclesia iudica-
tum, vt illa eorum dogmata, quæ in ipsis & eum ipsis pa-
pa Innocentius damnauerat, approbata & tenenda pro-
nunciarentur, ex hoc potius esset præuaricationis nota
H Romanis clericis inurenda. Nunc vero cum primitus
beatissimi papæ Innocentij literæ Episcoporum lite-
ris respondentes Afrorum, pariter hunc errorem quem
conantur isti persuadere damnauerint, successor quoq;
eius sanctus papa Zosimus hoc tenendum esse, quod isti
de paruulis sentiunt, nunquam dixerit, nunquam scri-
serit, insuper etiam Celestium se purgare molientem ad
consentiendum supradictis sedis Apostolicæ literis
crebra interlocutione cõstrinxerit: profecto quicquid
interea lenius actum est cum Celestio, seruata dũtaxat
antiquissima & robustissima fidei firmitate, correctio-
nis fuit clementissima suasio: non approbatio exitiosissi-
ma prauitatis. Et quod ab eodem sacerdote postea Ce-
lestius & Pelagius repetita autoritate dånati sunt, pau-
lulum intermissa, iam necessario proferenda ratio seue-
ritatis fuit, nõ præuaricatio prius cognita vel noua co-
gnitio veritatis. Sed quid opus est nos de hac re lo-
quendo diutius immorari, cum extent hinc inde ge-
sta & scripta directa, vbi possint cuncta illa quemad-
modum acta sint, vel cognosci vel recognosci: Interro-
gationibus enim sancti præcessoris tui, & Celestij re-
I sponsonibus, quibus se beati papæ Innocentij literis
consentire professus est, quis non videat quemadmo-
dum sit Celestius colligat? & vinculo saluberrimo ob-
striat? ne vltiori defendere auderet in baptisate par-
uulorum non dimitti originale peccatum? Venerabilis
quippe Innocentij Episcopi de hac re ista sunt verba
ad Carthaginense conciliũ, Liberum, inquit, arbitrium
olim ille perperussus dum suis inconsultus vtitur bonis:
cadens in præuaricationis profunda demersus, nihil
quæadmodum exinde surgere posset inuenit, suaq; in æ-
ternum libertate deceptus, huius ruina latuisset oppres-
su, nisi eum post Christi pro sua gratia liberasset aduen-
tus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne
præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgavit.
Quid ista sedis Apostolicæ sententia clarius atq; mani-
festius? Huic se Celestius cõsentire professus est, quando
cum illi à sancto præcessore tuo dictum esset, Illa omnia
damna quæ iactata sunt de nomine tuo: ipse respõdit,
Damno secundum sententiam beatæ memoriæ præces-
soris tui Innocentij. Inter cetera autem quæ de nomine
eius iactata fuerat, diaconus Celestio Paulinus obiecit,
quod diceret peccatum Adæ ipsi soli obfuisse, & nõ

Damnatio
Celestij.
Cap. III.

generi humano: & quod infantes nuper nati, in eo essent
statu in quo Adam fuit ante peccatum. Proinde si obie-
cta Paulini secundum sententiam beati papæ Innocen-
tij, veraci corde atque ore damnaret, quid ei remaneret
deinceps vnde contenderet, nullum esse ex præterita
primi hominis transgressione in paruulis vitium, quod
per nouæ regenerationis purificationem sacro bap-
tismate purgaretur? Sed illud se respõdit fallaciter no-
uissimo exitu ostendit, cum se subtraxit examini, ne se-
cundum Africana rescripta ipsa omnino de hac qua-
stione verba commemorare & anathematizare, quæ
in libello suo posuit, cogeretur. Quid illud quod idem
Papa de hac ipsa causa etiam Numidiæ rescriptis Epi-
scopis, quia de viroque concilio & de Carthaginensi
scilicet & Mileuitano scripta susceperat, nõne apertissi-
me de paruulis loquitur? Hæc enim eius verba sunt: Il-
lud vero, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare,
paruulos æternæ vitæ præmiis etiam sine baptismatis
gratia posse donari, per fatuum est. Nisi enim mādūca-
uerint carnem filij hominis & biberint sanguinẽ eius, Iam. 6.
non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hæc eis
sine regeneratione defendunt, videtur mihi ipsum bap-
tismum velle cassare, cum prædicat hos habere, quod in
eos credimus non nisi baptismate conferendum. L
Quid ad hæc dicit ingratus, cui sedes Apostolica iam
sua p̄fessione quasi correcto, benignissima lenitate pe-
pererat? Quid ad hæc dicit, vtrum post huius vitæ finẽ
paruuli etiam si dum viuunt, nõ baptizentur in Chri-
sto, in vita æterna erunt, an non erunt? Si dixerit, erunt:
quomodo ergo quæ de nomine eius iactata sunt secũ-
dum sententiam beatæ memoriæ Innocentij, se dånasse re-
spõdit? Ecce beatæ memoriæ Innocentij papa, sine bap-
tismo Christi, & sine participatione corporis & san-
guinis Christi, vitam non habere paruulos dicit. Si di-
xerit, non erunt: quomodo ergo non accipientes æter-
nam vitã, vtique cõsequenter æterna morte dånantur,
si nullum trahunt originale peccatum? Quid ad hæc di-
cunt isti qui suas calūniosas impietates scribere audent,
& Orientalibus Episcopis mittere? Tenetur Celestius
literis venerabilis Innocentij præbuisse consensum. Le-
guntur ipsæ memorati antistitis literæ scribentis nõ bap-
tizatos vitam paruulos habere non posse. Quis autem
negabit id esse consequens, vt mortem habeat, qui non
habent vitam? Vnde ergo in infantibus ista miserabilis
pœna, si nulla originalis est culpa? Quomodo igitur ab
istis fidei desertoribus & oppugnantibus gratia, Ro-
mani clerici præuaricationis arguuntur sub Episcopo
Zosimo, quasi aliud senserint in dånatione posteriore
Celestij & Pelagij, quam quod sub Innocentio in prio-
re senserunt? Quia vtique cum literis venerabilis Inno-
centij de paruulis, nisi baptizarentur in Christo, in æter-
na morte mansuris catholica fidei clareret antiquitas,
profecto Ecclesiæ Romanæ præuaricator potius esset
quicunque ab illa sententia deuiasset: quod deo propi-
tio quoniam factum non est, sed ipsa constanter repe-
tita Celestij & Pelagij damnatione seruata est, se intelli-
gant esse vnde alios criminantur, & aliquando à fidei
præuaricatione sanentur. Malam quippe hominum esse
naturam, non dicit catholica fides, in quantum homo à
creatore primitus institutus est, neque nunc quod in il-
la deus creat, cum homines ex hominibus facit, hoc est
malũ eius, sed quod ex illo vitio primi hominis trahit.
Iam nunc illa videnda sunt, quæ in Epistola sua no-
bis obicientes, breuiter posuerunt, quibus hæc est nostra
responsio, Peccato Adæ arbitrium liberũ de hominum
natura

A natura perisse non dicimus, sed ad peccandum valere
in hominibus subditis diabolo: ab bene autem pieq; vi-
nendum non valere, nisi ipsa volũtas hominis dei gra-
tia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermo-
nis, cogitationis adiuta. Neminem nisi dominũ deum
dicimus nascetium conditorem, nec à diabolo, sed ab
ipso nuptias institutas, omnes tamen sub peccato nasci
propter propaginis vitium, & ideo esse sub diabolo do-
nec renascantur in Christo. Nec sub nomine gratiæ fa-
tum asserimus, quia nullis hominum meritis dei gra-
tiam dicimus antecedi. Si autem quibusdam omnipo-
tentis dei voluntatem placet fati nomine nuncupare,
profanas quidem verborum nouitates euitamus, sed
de verbis contendere non amamus. Vnde autem hoc
eis visum fuerit nobis obicere, quod fatum asseramus
sub nomine gratiæ, cum aliquanto attẽtius cogitarem,
prius eorum verba quæ consequuntur inspexi. Sic enim
hoc nobis obiciendum putarunt, Sub nomine, inquit,
gratiæ ita fatum asserunt, vt dicant, quia nisi deus inui-
to & reluctanti homini inspirauerit boni & ipsius im-
perfecti cupiditatem, nec à malo declinare, nec bonum
posset arripere. Deinde aliquanto post, vbi ipsi quæ de-
fendant, commemorat, quid de hac re ab eis diceretur
attendi. Baptisma, inquit, omnibus necessarium esse
statibus confitemur, gratiam quoque adiuuare vniũs-
cuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti stu-
dium virtutis immittere, quia personarum acceptio nõ
est apud deum. Ex his eorum verbis intellexi, ob hoc il-
lus vel putare vel putari velle fatum nos asserere sub no-
mine gratiæ, quia gratiam dei non secundum merita
nostra dicimus dari, sed secundum ipsius misericordis-
simam voluntatem, qui dixit, Miserebor; cui miserus
ero: & misericordiam præstabo, cui misericors fuero.
Vbi consequenter adiunctum est, Igitur non volentis
neq; currentis, sed miserentis est dei. Posset etiam hinc
quispiam similiter stultus fati asserentem Apostolum
putare vel dicere. Verum hic se isti fati aperiuunt. Cum
enim propterea nobis calumiantur, dicentes nos fatum
gratiæ nomine asserere, quia non secundum merita no-
stra dari dicimus dei gratiam, proculdubio confitetur
quod ipsi eam secundum nostra merita dari dicunt. Itã
cæcitas eorum occultare ac dissimulare nõ potuit hoc
se sapere atque sentire, quod sibi obiectum Pelagius in
Episcopali iudicio Palatino subdolo timore damna-
uit. Obiectum quippe illi est ex verbis quidẽ discipuli
sui Celestij, quod etiam ipse diceret, gratiam dei secun-
dum merita nostra dari. Quod ille detestans, vel quasi
detestans ore duntaxat, anathematizare non distulit,
Sed sicut eius libri posteriores indicant, & istorum se-
ñatorum eius nudata asertio, sicut corde seruauit, do-
nec postea quod tunc metu texerat negatis astutia, etiã
in literas proferret audacia. Et adhuc non reformidat,
nec saltem verecundantur Episcopi Pelagiani literas
suas catholicis Orientalibus Episcopis mittere, quibus
nos asserentes fati esse criminantur, quia non dicimus
gratiam dei secundum merita nostra dari, quod Pela-
gius Episcopus Orientales metuens, dicere non ausus,
& damnare compulsus est. Itã ne vero filij super-
bia, inimici gratiæ dei, ò noui hæretici Pelagiani, quis-
quis dicit, gratia dei omnia hominis bona merita præ-
ueniri, nec gratiam dei meritis dari, ne non sit gratia,
si non gratis datur, sed debita merentibus redditur, fa-
tum vobis videtur asserere? Nõne etiam vos ipsi quali-
bet intentione necessarium baptismum omnibus ata-
ibus dicitis? Nõne in hac ipsa Epistola vestra istam de

baptismo sententiam & de gratia iuxta posuistis? Cur D
non vos baptismus qui datur infantibus, ipsa vicinitate
commonuit quid sentire de gratia debeatis? Hæc enim
verba sunt vestra, Baptisma omnibus necessarium esse
ætatibus confitemur, gratiam quoque adiuuare vniũs-
cuiusque bonum propositum, nõ tamen reluctanti stu-
dium virtutis immittere, quia personarum acceptio nõ
est apud deum. In his omnibus verbis vestris de gratia
quod dixistis, interim taceo, de baptismo reddite ra-
tionem, cur illud dicatis omnibus esse gratibus necessa-
rium, quare sit necessarium paruulis dicite, profecto quia
eis boni aliquid confert, & idem aliquid nec paruũ nec
mediocre, sed magnum est. Nam si eos negatis attrahe-
re quod in baptismo remittatur originale peccatũ, ta-
men illõ regenerationis lauacro adoptari ex filiis ho-
minum in filios dei non negatis, imò etiam prædicatis.
dicite ergo nobis, quicunque baptizati in Christo par-
uuli de corpore exierunt, hoc tam sublime donum qui-
bus præcedentibus meritis acceperunt? Si dixeritis hoc
eos parentum pietate meruisse, respondebitur vobis,
cur aliquando piorũ filius negatur hoc bonum, & filiis
tribuitur impiorum? Nonnunquam enim de religiosis
orta proles, in tenera ætate atque ab vtero recetissimo
præuenitur morte, antequam lauacro regenerationis
ablatur: & infans natus ex inimicis Christi misericor-
dia Christianorum baptizatur in Christo, plangit bap-
tizata mater non baptizatum proprium, & ab impu-
dica expositum, baptizandum casta scetum colligit ali-
enum. Hic certe merita parentum vacant, vacant vobis
fatentibus ipsorũ etiam paruulorum. Scimus enim vos
non de anima humana credere, quod ante corpus ter-
renũ alicubi vixerit, & aliquid operata sit vel boni vel
mali, vnde istam in carne differentiam mereret. Quæ
igitur causa huic paruulo baptismum procurauit, illi
negavit? An ipsi fatum habent, quia meritum non ha-
bent: aut in his est acceptio à domino personarum? Nã
vtrunque dixistis, prius fatum, acceptionem postea per-
sonarum, vt quoniam vtrunque refutandum est, remaneat
quod vultis aduersus gratiam introducere meri-
tum. Respõdet igitur de meritis paruulorum, cur alij
baptizati, alij non baptizati de corporibus exeant, nec
parentum meritis vel polleant vel careant tam excellẽ-
ti bono, vt fiant filij dei ex hominum filiis, nullis par-
tibus, nullis meritis suis? Nempe reticetis, & vos ipsos
potius in eo quod nobis obicitis inuenitis. Nam si vbi
non est meritum, consequenter esse dicitis fatum, & ob
hoc in gratiæ dei meritum hominis vultis intelligi, ne
fatum cogamini confiteri, ecce vos potius asseritis fa-
tum in baptisate paruulorum, quorum nullum esse
fatemini meritum. Si autem in baptizandis paruulis &
nullum meritum omnino præcedere, & tamen fatum
non esse conceditis, cur nos quando dicimus gratiam
dei propterea gratis dari, ne gratia non sit, & non tan-
quam debitam meritis præcedentibus reddi, fati asser-
tores esse iactatis, non intelligentes iustificandis impiis
sicut propterea merita non sunt, quia dei gratia est, itã
propterea nõ esse fatũ, quia dei gratia est: ita propterea
non esse acceptionem personarum, quia dei gratia est?
Fatum quippe qui asserunt, de syderũ positione ad tem-
pus quo concipitur quisq; vel nascitur, quas cõstellatio-
nes vocant, nõ solũ actus & euentus, verum etiã ipsas nõ-
stras volũtates pendere cõtendunt. Dei vero gratia nõ
solum omnia sydera & omnes cœlos, verum etiã om-
nes angelos supergreditur. Deide fati asserores & bo-
na & mala hominum fato tribuunt, Deus autem in ma-

Rom. 2.

E

1000.

1001.

1002.

C

1003.

Fatum pro
gratia.
Cap. 1.
natura

His hominum merita eorum debita retributione persequitur, bona vero per indebitam gratiam misericordie voluntate largitur, vtrunque faciens non per stellarum temporale consortium, sed per suae severitatis & bonitatis aeternum altumq; consilium. Neutrum ergo pertinere videmus ad fatum. Hic respondetis, hanc ipsam dei benevolentiam qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatum potius esse dicendum, cum hanc Apostolus gratiam vocet, dicens, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non est ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Nonne attenditis, nonne perspicitis, non a nobis diuinae gratiae nomine fatum asseri, sed a vobis potius diuinam gratiam fati nomine nuncupari? Item quia acceptio personarum ibi recte dicitur, vbi ille qui iudicat, relinquit causam meritum de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona quod honore vel miseratione sit dignum? Si autem quispam duos habeat debitores, & alteri vellet dimittere debitum, alterum exigere, cui vult donat, sed neminem fraudat, nec acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est. Alioquin eis qui parum intelligunt, potest acceptio personarum videri, vbi vinea domini operariis qui vna hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & aestus, equales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore. Sed quid respondit de hac velut acceptio personarum aduersus patremfamilias murmurantibus? Amare, inquit, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade, volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota iustitia est, Hoc volo tibi, inquit, reddidi, huic donavi: neq; ut huic donarem, tibi aliquid abstuli, aut quod debebam vel minui vel negavi. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sicut ergo hic nulla est acceptio personarum, quia sic alius gratis honoratur, ut alius debito non fraudetur: sic etiam cum secundum propositum dei vocatur alius, alius non vocatur: vocato datur gratuitum bonum, cuius boni est vocatio ipsa principium: non vocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo quod per vnum hominem peccatum intravit in mundum. Et in illa quidem operariorum similitudine, vbi vnum denarium acceperunt qui vna hora, & qui duodecies tantum laborauerunt, qui utique secundum rationes humanas, sed vanas, pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, vtrique in bono coaequati, non alij liberati, alij danati sunt, quia & illi qui plus laborauerunt, & quod sic vocati sunt ut venirent, & sic facti ut non deficerent, ab ipso patrefamilias habuerunt. Vbi autem dicitur, Ergo cui vult miseretur, & quem vult obdurat, qui facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est cui datur, malum vero merito & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur, & ei cui redditur malum est, quia supplicium est: ei vero a quo redditur, bonum est, quia recte factum eius est. Nec vlla est acceptio personarum in duobus debitoribus aequaliter reis, si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroque debetur. Sed ut id quod dicimus, alicuius exempli manifestatione clarescat, constituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos editos, atque ut ab aliis colligerentur expositos, horum sine baptismo

Quid sit acceptio personarum. Cap. VII. Ephes. 2.

Math. 20.

Roma. 5.

Roma. 9.

expiravit vnus, alius baptizatus, quod hic fatum fortunaque fuisse dicamus, quae omnino nulla sunt, quae personarum acceptionem, quae apud deum nulla est, etiam si in istis vlla esse potuisset, qui utique nihil habebant unde alter alteri praeferretur, meritaque nulla propria, siue bona quibus mereretur alius baptizari, siue mala quibus alius sine baptismo mori? An aliqua parentum fuerunt, vbi fornicator pater, meretrix mater? Sed quaeliacunq; illa fuerint, non utique istis tam diuersa conditione morientibus vlla diuersa, sed vtrique communia. Si ergo nec fatum, quia nullae stellae ista decernunt, nec fortuna, quia non fortuiti casus haec agunt, nec personarum nec meritum diuersitas hoc fecerunt, quid restat quantum ad baptizatum attinet, nisi gratia dei quae vasis factis in honorem gratis datur, quantum autem ad non baptizatum ira dei, quae vasis in contumeliam pro ipsius massae meritis redditur? Sed in illo qui baptizatus est, gratiam dei vos confiteri cogimus, & meritum eius nullum praecessisse conuincimus: de illo autem sine baptismo mortuo, cur ei defuerit sacramentum, quod & vos fatemini omnibus aetatibus necessarium, & quid isto modo in eo fuerit vindicatum, vos videritis qui non vultis esse originale delictum. Nobis in duobus istis geminis vniam proculdubio habentibus causam, difficultatem quaestionis, cur alius sic, alius vero sic mortuus est, velut non soluendo soluit Apostolus: qui cum & ipse de duobus geminis tale aliquid proposuisset, propter quos non ex operibus, quia nondum operati fuerant aliquid boni vel mali, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori: Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: & huius profunditatis horrorem usque ad hoc perduxisset ut diceret, Ergo cuius vult miseretur, & quae vult obdurat: sensit continuo quid moueret, & sibi verba contradicentis, quae apostolica autoritate cohereret, opposuit. Ait enim, Dicis itaque mihi, quid adhuc conquiretur? Nam voluntati eius quis resistit? Responditque ista dicenti, O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Deinde secutus tam magnum abditumque secretum, quantum aperiendum esse hominibus iudicauit, aperuit dicens, Si autem volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa irae quae perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae praeprauit in gloriam, hoc est gratiae dei non solum adiutorium, verum etiam documentum. Adiutorium scilicet in vasis misericordiae, in vasis autem irae documentum. In eis enim ostendit iram & demonstrat patientiam suam, quia tam potes est bonitas eius ut bene vtatur etiam malis, & in eis facit diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quoniam quod ab ira vasis exigit iustitia punientis, hoc vasis misericordiae dimittit gratia liberantis. Nec beneficium quod quibusdam gratis tribuitur appareret, nisi deus aliis ex eadem massa pariter reis iusto supplicio condemnatis, quod vtrique deberetur, ostenderet. Quis enim te discernit? idem Apostolus, homini tanquam de semetipso & de suo proprio bono gloranti, Quis enim te discernit? vtrique ab ira vasis, a massa perditionis, quae per vnum omnes misit in damnationem. Quis te discernit? Et tanquam respondisset, discernit me fides mea, propositum meum, meritum meum: Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?

Roma. 9. Maluc.

1. Cor. 4.

Acciperis: hoc est, quasi de tuo sit unde discernaris. Ergo ille discernit qui unde discernaris impertit, praenam debitam removendo, indebitam gratiam largiendo. Ille discernit, qui cum tenebrae essent super abyssum, dixit, Fiat lux & facta est lux: & diuisit, hoc est, discernit inter lucem & tenebras. Non enim cum solae essent tenebrae quid discerneret inuenit, sed lucem faciendo decreuit ut iustificatis impiis dicatur, Fuitis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ac sic qui gloriauit, non in seipso, sed in domino gloriauit. Ille discernit qui de nondum natis neque qui aliquid egerant boni aut mali, ut secundum electionem propositum ei maneret, non ex operibus, sed ex ipso vocante dixit, Maior seruiet minori: atque id ipsum commendans postea per Prophetam, Iacob, inquit, dilexi, Esau autem odio habui. electione quippe dixit, vbi deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed quod inueniat ipse facit, sicut de reliquiis Israel scriptum est, Reliquiae per electionem gratiae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Propter quod profecto despicitis, qui dicente veritate, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, vos dicitis ex futuris operibus, quae deo illud facturum esse praesciebat, Iacob fuisse dilectum, atque ita contradicentis Apostolo dicenti, non ex operibus, quasi non posset dicere, non ex praesentibus, sed ex futuris operibus, sed ait non ex operibus, ut gratiam commendaret: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia vtrique, ut per illam fiant bona opera: ne si praecesserint bona opera, tanquam operibus reddatur gratia, ac sic gratia iam non sit gratia. Sed ut vobis auferretur omnis vestrae caliginis latebra, propterea geminos tales proposui, qui neque parentum meritis iuuarentur, & ambo infantiae primordio vnus baptizatus, alter sine baptismo morerentur, ne diceretis deum, sicut de Iacob & Esau contra Apostolum dicitis, opera eorum futura praescisse. Quomodo enim praesciuit ea futura, quae illis in infantia morituris, quia praescientia eius falli non potest, praesciuit potius non futura? Aut quid prodest eis qui rapiuntur ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, aut ne fictio decipiat animam eorum, si peccatum etiam quod non est factum, dictum, cogitatum, tanquam commissum fuerit, sic puniunt? Quod si absurdissimum, insulsi-simum, dementissimum est, quoslibet homines ex his peccatis, quorum nec reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solum committere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse danandos, redit ad vos frater ille geminus baptizatus non baptizatus, & tacitus quare ait a vobis, unde fuerit a fraterna foelicitate dilcretus, cur illa infelicitate punitus, ut illo in dei filium adoptato ipse non acciperet omnibus aetatibus necessarium, sicut fatemini, sacramentum, si quemadmodum nulla est fortuna vel fatum, vel apud deum acceptio personarum, ita nullum est gratiae meritum donum, nullum originale peccatum: Huic prorsus infanti linguam vestram vocemq; submittitis, huic non loquenti quid loquamini non habetis. Iam nunc videamus ut possumus hoc ipsum quod volunt praecedere in homine, ut adiutorio gratiae dignus habeatur, ac sic gratia iam non sit gratia. Videamus tamen quid illud sit, Sub nomine, inquit, gratiae, ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi inuito & reluctanti homini inspirauerit boni, & ipsam imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere. Iam de fato & gratia quam inania loquantur ostendimus, nunc illud est quod debemus aduertere, vtrum

inuito & reluctanti homini deus inspiret boni cupiditatem, ut iam non sit reluctans, non sit inuitus, sed consentiens bono & volens bonum. Isti enim volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huic concepti meritum etiam perficiendi gratia consequatur, si tamen hoc saltem volunt. Pelagius enim facilius dicit impleri quod bonum est, si adiuuet gratia. Quo additamento, id est, addendo facilius, vtrique significat hoc se sapere quod etiam si gratiae defuerit adiutorium, potest quauis difficiliter impleri bonum per liberum arbitrium. Sed istis quid in hac re sentiunt, non de illo authore huius haereticis praescribamus, permittamus eos cum suo libero arbitrio esse liberos, & ab ipso Pelagio, ad quem ista verba eorum, quae in hac respondemus Epistola posuerunt, potius attendamus. Hoc enim nobis obiciendum putarunt, quod inuito & reluctanti homini deum dicamus inspirare, non quancunq; boni, sed & ipsius imperfecti cupiditatem. Fortassis ergo ipsis eo modo saltem seruatum locum gratiae, ut sine illa putent hominem posse habere boni sed imperfecti cupiditatem: perfecti autem non facilius per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse. verum & sic gratiam dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagius Ecclesiasticis gestis damnari timedo damnauit. Si enim sine dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum conceptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratiae veniat adiutorium, ac sic gratia dei non gratis donabitur, sed meritum nostrum dabitur. Dominus autem ut responderet futuro Pelagio, non ait, sine me difficile potestis aliquid facere, sed ait, Sine me nihil potestis facere. Et ut responderet futuris etiam istis in eadem ipsa Euangelica sententia, non ait, Sine me nihil potestis perficere: sed, facere. Nam si perficere dixisset, possent isti dicere, non ad incipiendum bonum, quod a nobis est, sed ad perficiendum esse dei adiutorium necessarium. Verum audiatur & Apostolum. Dominus enim cum ait, Sine me nihil potestis facere: hoc vno verbo initium finemque comprehendit. Apostolus vero tanquam sententia dominicae expositor apertius vtrunque distinxit, dicens, Quoniam qui in vobis opus bonum cepit, perficiet vique in diem Christi Iesu. Sed in scriptis sanctis apud eundem Apostolum isto vnde loquimur amplius inuenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si voluntario vis incipere, a domino perfici, videant quid respondeant dicenti Apostolo, Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Cogitare autem aliquid vtrique bonum: minus est autem cogitare quam cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus omne quod cogitamus, quoniam non nunquam & quod non cupimus, cogitamus. Cum igitur minus sit cogitare quam cupere, potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & proficendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitauit, quomodo ad id quod minus est, id est, ad cogitandum aliquid boni non sumus idonei tanquam ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, & ad id quod est amplius, id est, ad cupiendum aliquid boni sine diuino adiutorio idonei sumus ex libero arbitrio? Neque enim hic Apostolus ait, non quia idonei sumus cogitare quod perfectum est, tanquam ex nobismet ipsis, sed cogitare autem aliquid, cui contrarium est nihil. Vnde est illud domini, Sine me nihil potestis facere: sed nimirum quod scriptum est, Homini est praeparare cor, & a domino responsio linguae: non bene intelligendo falluntur, ut existiment cor praeparare, hoc est

Ioan. 15.

Philip. 1.

2. Corin. 3.

Ioan. 15.

Pronep. 16.

G bonum inchoare sine adiutorio gratiæ dei, ad hominẽ pertinere. Absit vt sic intelligant filij promissionis, tanquam cum audierint dominum dicentem, Sine me nihil potestis facere: quasi conuincant eum dicentes, Ecce sine te possum cor præparare: aut cū audierint à Paulo Apostolo, Nõ quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: tanquam & ipsum cõuincant dicentes, Ecce idonei sumus ex nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præparare: Absit vt sic intelligat, nisi superbi sui arbitrij defensores, & fidei catholice desertores. Ideo quippe scriptum est, Hominis est præparare cor, & à domino respõsio linguæ: quia homo preparat cor, non tamen sine adiutorio dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in responsione autem linguæ, id est, in eo quod præparato cordi lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est à domino deo. Nam sicut dictum est, hominis est præparare cor, & à domino respõsio linguæ: ita etiam dictum est, Aperi os, & adimplebo illud. Quauis enim nisi adiuuante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento & opere nostro, implet autẽ illud dominus sine opere nostro. Nam quid est præparare cor & os aperire, nisi voluntatẽ parare: & tamen in eisdẽ literis legitur, Præparatur voluntas à domino: Et, labia mea aperies, & os meum annũciabit laudẽ tuam. Ecce dominus admonet vt præparemus voluntatem in eo quod legimus, Hominis est præparare cor: & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat deus, quia præparatur voluntas à domino. Et aperit os, ita iubendo vt nemo possit nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea aperies. Nunquid istorum qui desipiunt vt aliud os, aliud labia esse contendunt, & mirabili vanitate hominem dicat os aperire, labia hominis deum? Quauis enim deus ab hac absurditate cõpescit, vbi ad Moysen famulum suũ dicit, Ego aperiam os tuum, & instruam te quæ debeas loqui. In sententia ergo illa vbi dicitur, Aperi os, & adimplebo illud: quasi vnum videtur ad hominem pertinere, alterũ ad deum. In hac autem vbi dicitur, Ego aperiam os tuum & instruam te, vtrũque ad dominum. Quare hoc? Nisi quia in vno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit. Quapropter multa deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo, quæ nõ facit deus vt faciat homo. Proinde cupiditas boni non homini à domino esset, si bonum non esset. si autem bonum est, nõ nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quid est enim boni cupiditas, nisi charitas, de qua Ioannes Apostolus sine ambiguitate loquitur dicens, Caritas ex deo est? Nec initium eius ex nobis & perfectio eius ex deo, sed si charitas ex deo, tota nobis ex deo est. Auertat enim deus hanc amentiam, vt in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia eius præuenit me, & ipse est cui fideliter veraciterque cantatur, quoniam præuenisti eum in benedictione dulcedinis. & quid hic aptius intelligitur quàm ipsa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc enim bonum concupisci incipit, quando dulcescere cõperit. quãdo autem timore penæ, non amore iustitiæ sit bonum, nõdum bene sit bonũ, nec fit in corde quod fieri videtur in opere, quãdo mallet homo non facere, si posset impune. Ergo benedictio dulcedinis, est gratia dei, qua fit in nobis vt nos delectet & cupiamus, hoc est amemus quod præci-

2. Cor. 3. Psal. 50. Exod. 4. secundum propositum quid sit. Cap. IX. 1. Ioan. 4. Psal. 58. Psal. 20.

pit nobis, in qua si nos non præuenit deus, non solum nõ perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, pfecto nec scipere, nec perficere: quia vt incipiamus, dictum est, Misericordia eius præuenit me. vt perficiamus dictum est, Misericordia eius subsequetur me. Quid est ergo quod in consequentibus vbi ea quæ ipsi sentiunt, commemorant, dicunt se cõfiteri gratiam quoque adiuuare vniuersiuique bonũ propositum, non tamen reluctati studium virtutis immittere? Hoc quippe ita dicunt, velut homo à seipso sine adiutorio dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito præcedente dignus sit adiuuari dei gratia subsequente. putat enim fortasse ita dixisse Apostolum, Scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. vt propositum hominis vellet intelligi, quod propositum tanquã bonum meritum sequatur misericordiam vocantis dei: ignorantes ideo dictum esse, qui secundum propositum vocati sunt, vt dei, non hominis propositum intelligatur, quo eos quos præsciuit & prædestinavit conformes imaginis filij sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes vocati, secundum propositum sunt vocati, quoniam multi vocati, pauci electi. Ipsi ergo secundum propositum vocati, qui electi ante constitutionem mundi. De hoc proposito dei dictum est & illud, quod iam cõmemorauit de geminis Esau & Iacob, Vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictũ est, Maior seruiet minori. Hoc propositum dei & illo commemoratur loco, vbi ad Timotheum scribens ait, Collabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiã quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula aeterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositum dei vnde dicitur, Omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt. Hominis autem propositum bonum adiuuat quidẽ subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studium quoque hominis quod dicitur bonum, quãuis cum esse cõperit adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus, Gratias autem deo qui dedit idẽm studium pro vobis in corde Titii. Si studium quisq; vt pro aliis habeat deus dat, vt pro seipso habeat, quis alius est daturus? Quæ cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini à domino video iuberi propter probandum liberum arbitrium, quod nõ inuenitur vel dari ab eius bonitate, vel posci propter adiutorium gratiæ demonstrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei cõmutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia dei. De qua suam cogitationem recolens quidam, sicut legimus in Psalms, Nunquid obliuiscetur, inquit, misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi, nũc cõpi, hæc mutatio dexteræ excelis. Cum ergo dixisset, nunc cõpi: nõ ait, hæc mutatio arbitrij mei, sed, dexteræ excelis. Sic itaq; dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis suæ vsq; in finem consummationis, qui gloriatur in domino gloriatur. Quia sicut nemo potest bonum inchoare sine domino, sic nemo perficere sine domino. Sed hic sit huius voluminis terminus, vt legentis reficiatur intentio, & ad sequentia reparatur.

Libri Secundi Finis.

DIVI

AD DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI- scopi, contra duas Epistolas Pelagianorum ad bonifacium, Liber Tertius.



AD HVC ea sequuntur * quæ calumniose nobis obiciunt, nondum ea quæ ipsi sentiunt, pertexere incipiunt. Sed ne prolixitas voluminũ offenderet, hæc ipsa quæ obiciunt in duos libros partiti sumus, quorũ superiore finito, qui totius huius operis liber secundus est, hinc ordimur alterũ, & cum tertium primo secundoq; coniungimus. Legem veteris testamenti nos aiunt dicere non ob hoc datã fuisse, vt iustificaret obedientes, sed vt grauior fieret causa peccati. Prorsus non intelligunt quid de lege dicamus, quia id quod dicit Apostolus, quem nõ intelligunt, dicimus. Quis enim dicat non iustificari eos qui sunt legi obedientes, quando si non iustificarentur, non possent esse obediẽtes? Sed dicimus lege fieri, vt deus quid fieri velit, audiatur: gratia vero fieri, vt legi obediatur. Non enim auditors legis, ait Apostolus, iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabũtur. Lex ergo auditors iustitiæ facit, gratia factores. Quod enim impossibile erat legi, ait idẽm Apostolus, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secundum spiritum. Ecce quod dicimus, orent vt aliquãdo intelligant, non litiget vt nõquam intelligant. Impossibile est enim legem impleri per carnem, hoc est per carnalem presumptionem, qua superbi ignorantes dei iustitiã, id est, quæ ex deo est homini vt sit iustus, & suam volentes constituere, tanquam per eorum, non adiutum diuinitus arbitrium, lex posset impleri, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ideo iustitia legis in eis impletur, qui nõ secundum carnem ambulant, id est, secundum hominem ignorantem dei iustitiã, & suam volentem cõstituere, sed ambulant secundum spiritum. Quis autem ambulat secundum spiritum, nisi quisquis agitur dei spiritu? Quotquot enim dei spiritu aguntur, hi filij sunt dei. Ergo litera occidit, spiritus autem viuificat. Nec litera malum est, quia occidit, sed malus præuaricatione conuincit. Lex enim sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonũ est, inquit, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatũ. Ecce quid est, litera occidit. Aculeus enim mortis est peccatũ, virtus autẽ peccati lex. Auget quippe prohibedõ peccati desideria, & inde occidit, nisi subueniẽdo viuificet gratia. Ecce quod dicim*. Ecce vnde nobis obiciunt, quod sic legem dicamus datam vt grauior sit causa peccati, nõ audientes Apostolũ dicentem, Lex enim iram operatur: vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Et, Lex præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est. Et, Si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Hinc est quod vetus testamentum ex mote Sina, vbi lex data est in seruitutem generas, quod est Agar. Nos autẽ, inquit, non sumus ancilla filij, sed libera. Non sunt itaque li-

Tomus septimus.

bera filij qui legem acceperunt litera, qua possent non solum peccatores, verum etiam præuaricatores in super demõstrari, sed qui spiritum gratiæ, quo lex ipsa sancta & iusta & bona possit impleri. Ecce quod dicimus. Intendant, & non contendant: illuminentur, & non calumnientur. Baptisma quoque, inquit, non vere homines novos facere asserunt, id est, nõ plenam remissionem peccatorum, sed ex parte filios dei fieri, ex parte autẽ filios seculi, id est, diaboli remanere contentunt. Mentiuntur, insidiantur, verguerantur. Non hoc dicimus. Omnes enim homines qui sunt filij diaboli, etiam filios seculi: non autem omnes filios seculi, etiam filios diaboli dicimus. Absit enim vt filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres, Abraham, Isaac & Iacob, & alios huiusmodi, quando per nuptias generabant, & eos fideles qui vsq; nunc & deinceps adhuc generant. Nec tamen possumus domino cõtradidere dicenti, Filij seculi huius nubunt, & tradunt ad nuptias. Quidam ergo filij seculi huius sunt, & tamẽ filij diaboli nõ sunt, Quauis enim diabolus sit author & princeps omnium peccatorũ, nõ tamen filios diaboli faciunt quæcunq; peccata. Peccant enim & filij dei, quoniam si dixerint se non habere peccatum, seipso seducunt, & veritas in eis non est. Sed ea cõditiõ peccat, qua sunt filij adhuc huius seculi. Quæ vero gratia sunt filij dei, non vtiq; peccant, quia omnis qui natus est ex deo, non peccat. Filios autẽ diaboli infidelitas facit, quod peccatũ proprium vocatur, quasi solum sit, si non exprimat qualem peccatũ sit: sicut Apostolus cũ dicitur, si non exprimat qualem peccatũ sit, si non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epistolis notior, & plus omnib; illis laborauit. Vnde quod ait dominus de spiritu sancto, Ipse arguet mundũ de peccato: infidelitatem intelligi voluit. Hoc enim cũ exponeret ait, De peccato quidem, quod nõ crediderunt in me. Et vbi ait, Si nõ venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nõ enim peccatum antea nõ habebant, sed ipsam voluit intelligi diffidẽtiam, qua nec præsentis & loquenti crediderunt, pertinentes ad eũ de quo dicit Apostolus, Secundũ principẽ potestatis aeris qui nunc operatur in filiis diffidentia. Ergo in quibus non est fides, filij sunt diaboli, quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis vel infirmitate vel ignorantia, vel omnino aliqua mala voluntate committitur: illi autem filij dei, qui vtiq; si dixerint se non habere peccatum, seipso decipiunt, & veritas in eis non est. Pfecto quod sequitur, Cum confitetur peccata sua, quod filij diaboli nõ faciunt, vel non secundũ fidem quæ filiorum dei propria est faciunt, fidelis est & iustus qui dimittat eis peccata, & mudeat eos ab omni iniquitate. Vt autẽ plenius intelligatur quod dicimus, audiatur ipse Iesus qui filiis dei vtiq; loquebatur dicẽs, Si autem vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Si enim filij dei nõ essent, nõ eis diceret, Pater vester qui in caelis est. Et tamẽ eos malos esse dicit, & nosse bona dare filiis suis. Nunquid inde mali, vnde filij dei? Absit. Sed inde mali, vnde adhuc filij seculi, iam tamen filij dei facti pignore spiritus sancti. Baptismus igitur abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia, factorũ, dictorum, cogitatorũ, siue originalia, siue addita, siue quæ ignorãter, siue quæ sciẽter admilla sunt, sed non aufert infirmitatẽ cui reagentur resistit, quãdo bonum agonem luctatur: consentit autem, quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur, propter illud gaudes in actione gratiarum, propter

B

Hoc autem gemens in allegatione orationū ubi dicens, *Psal. 115.* Quid retribuā domino pro omnib⁹ quæ retribuit mihi? Sic dicens, Dimitte nobis debita nostra. Propter illud dicens, Diligam te domine virtus mea. propter hoc dicens, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Propter illud dicens, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. propter hoc dicens, Turbatus est præ ira oculus meus. Et innumerabilia, quibus diuinæ literę plenę sunt, quę alternis vicibus, vel exultando de dei bonis, vel mœrēdo de nostris malis à filiis dei dicuntur ex fide, quandiu adhuc filij sunt etiam seculi, pro vitæ huius infirmitate, quos tamē deus à filiis diaboli nō solum lauacro regenerationis, sed ipsius etiam quæ per dilectionē operatur fidei probata discernit, quia iustus ex fide uiuit. Hæc est autem infirmitas cum qua vsque ad corporis mortem defectu & profectu alternante cōtendimus, magni que interest, quid vincat in nobis, donec regeneratione alia consumetur, de qua dominus dicit, In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim. Regenerationē quippe hoc loco, ambigente nullo, nouissimā resurrectionem vocat, quam Paulus quoque Apostolus & adoptionem & redemptionem nūcupat dicens, Sed etiam nos ipsi primitias spiritus habētes & ipsi in nobis metipsis ingemiscimus adoptionem expectantes, redēptionem corporis nostri. Nunquid non per lauacrum sanctum regenerati, adoptati & redempti sumus? Et tamen restat regeneratio, adoptio, redemptio, quam in fine venturam nunc patienter expectare debemus, vt tunc filij huius seculi ex nulla parte iam sumus. Quisquis igitur baptisati derogat, quod modo per illud percipim⁹, corrūpit fidem. Quisquis autem iam nūc ei tribuit quod quidem per ipsum, sed tamen postea accepturi sumus, amputat spem. Nam si à me quisquam quaerit, vtrum per baptismum salui facti fuerimus, negare non potero, dicente Apostolo, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spirit⁹ sancti. Sed si quaerit, vtrum per idem lauacrum omni prorsus modo iam nos fecerit saluos: respondebo, non ita est. Idem quippe itē dicit Apostolus, Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod nō videmus speramus, per patientiam expectamus. Salus ergo hominis in baptisate facta est, quia dimissum est quod peccatum à parentibus traxit: vel quicquid etiam proprie ante baptismum peccauit. Salus vero hominis tāta esse poterit, vt peccare omnino non possit. Quibus ita se habentibus, ex his etiam illa quæ deinceps nobis obiiciunt reselluntur. Quis enim catholicus dicat, quod nos dicere iactarēt, spiritum sanctum adiutorem virtutis in veteri testamento non fuisse, nisi cum vetus testamento sic intelligimus, quem admodum Apostolus dixit, A monte Sina in seruitutem generans? Sed quia in eo prefigurabatur nouum, qui hoc intelligebāt tunc homines dei secundum distributionem temporum, veteris quidem testamēti dispensatores & gestatores, sed noui demonstrantur heredes. An vero illum ad testamentum nouum negabimus pertinere, qui dicit: Cor mūdum creauit me deus, & spiritum reuertit in uisceribus meis? Aut illum qui dicit, Posuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro? Vel illum ante testamentū vetus, quod est à monte Sina, patrem fideliū, de quo dicit Apostolus, Fratres, secundum homi-

nem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritū facit, aut superordinat. Abrahæ dictę sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo, quod est Christus. Hoc autem dico, inquit, testamentū confirmatum à deo, quę post quadringentos & triginta annos facta est lex non infirmat ad euacuandā promissionem. Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per promissionem donauit deus. Hic certe si quaeramus vtrum hoc testamentum, quod dicit confirmatū à deo, non infirmari à lege, quę post quadringentos & triginta annos facta est, vtrum nouum, an vetus intelligēdum sit? Quis respondere dubitet nouum, sed in prophetis latebris occultatū, donec veniret tempus quo reuelaretur in Christo? Nam si dixerimus, vetus, quid erit illud à monte Sina in seruitutem generans? Ibi enim facta est lex post quadringentos & triginta annos. Quæ lege hoc testamentum promissionis Abrahæ infirmari nō posse confirmat, & hoc quod factum est ad Abraham, vult potius ad nos pertinere, quos vult esse filios liberæ, non ancille. *Le. 1.* des ex promissione, non lege, cum dicit, Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione: Abrahæ autem per promissionem donauit deus, vt quod facta lex est post quadringentos & triginta annos, ad hoc subintrauerit, vt abundaret delictum, cum per peccatum prauaricationis conuincitur hominis superbia de sua iustitia præsumētis. Et vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, per fidem iam humilis hominis in lege deficientis, & ad dei misericordiam fugientis. Ideo cum dixisset, Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per promissionem donauit deus: tāquā ei diceretur, vt quid ergo postea facta est lex? subiunxit atq; ait, Quid ergo lex? Cui mox interrogationi reddidit, Præuaricationis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est. Hoc identidē ita dicit, Si enim qui ex lege, heredes sunt, exinanita est fides, & euacuata est promissio: Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Quod ait in illo testimonio, Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione, Abrahæ autē per promissionem donauit deus: hoc in isto ait, Si enim per legē heredes sunt, exinanita est fides & euacuata promissio: satis ostendit ad fidem nostram pertinere, quæ noni vtiq; est testamēti, quod per promissionē donauit deus Abrahæ. Et quod ait in illo testimonio, Quid ergo lex? atque respondit, Præuaricationis gratia proposita est, hoc in isto subdidit similiter, Lex enim iram operatur. Vbi enim nō est lex, nec præuaricatio. Siue igitur Abraham, siue ante illū iusti, siue post eū vsq; ad ipsum Moysen, per quem datū est testamentū à monte Sina in seruitutem generas, siue ceteri Prophetę post eum & sancti homines dei vsq; ad Ioannem Baptistam, filij sunt promissionis & gratiæ secundū Isaac filiū liberæ, nō ex lege, sed ex promissione heredes dei, coheredes autē Christi. Absit enim vt Noë iustum & prioris temporis iustos, & quicunq; ab illo vsq; ad Abraham iusti esse potuerunt, vel conspicui vel occulti, negemus ad supernam Hierusalē, quæ mater nostra est, pertinere, quauis anteriore tempore inueniatur esse quā Sara, quæ ipsius liberæ matris prophetiā figuramq; gestabat. Quanto euidentius ergo post Abraham, cui sic declarata est ipsa promissio, vt pater multarū gentiū diceretur, quicunq; deo placuerūt filij promissionis habendi sunt? Non enim ex Abrahā & deinceps iustorū generatio verior, sed prophetia manifestior reperitur.

A reperitur. Ad testamentum autē vetus, quod est à monte Sina in seruitutem generas, quod est Agar, illi pertinent, qui cum acceperint legem sanctā & iustam & bonam, putāt sibi ad vitam literam posse sufficere. Et ideo quæ sunt factores legis, diuinā misericordiā non quaerunt, sed ignorantes dei iustitiam, & suam iustitiā volentes constituere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Ex hoc genere fuit illa multitudo, quæ aduersus deum in eremo murmurauit & idolum fecit, & illa quæ iam in ipsa terra promissionis fornicata est post deos alienos. Sed hæc quoque in ipso vetere testamēto valde reprobata est multitudo. Illi etiam quicūque ibi erāt, sola quæ ibi deus pollicetur terrena promissa sectantes, & quid prouo testamento ea ipsa significant ignorātes, eorum adipiscendorum amore, & amittendorum timore, dei præcepta seruabant; imō non seruabant, sed sibi seruare videbantur. Neq; enim fides in eis per dilectionē operabatur, sed terrena cupiditas metusq; carnalis. Sic autem præcepta qui facit, proculdubio inuiuis facit, ac per hoc in animo nō facit. Mauult enim omnino nō facere, si secundū ea quæ cupit & metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipsa voluntate intus est reus, vbi ipse qui præcipit inspicit deus. Tales erant filij terrena Hierusalē, de qua dicit Apostolus, Seruit enim cum filiis suis, pertinens ad testamentum vetus à monte Sina in seruitutem generas, quod est Agar. Ex ipso genere fuerunt qui dominum crucifixerunt, & in eadem infidelitate manserūt. Inde sunt adhuc etiam filij eorum in ingenti multitudine Iudæorum, quauis iam nouo testamento, sicut prophetatū est, per Christi sanguinem patrefacto atque firmato, & à flumine vbi baptizat⁹ magisteriumq; professus est, vsque ad terminos terræ Euangelio diffusato. Qui Iudæi secundum prophetias quas legunt per omnes sunt terras vbiq; dispersi, vt ex corū quoq; codicibus Christianæ nō desit testimonium veritati. Et vetus igitur testamentum deus condidit, quia deo placuit vsque ad plenitudinem tēporis, promissis terrenis tanquam in præmio constitutis promissa velare celestia, & populo terrenis bonis inhiant, & propterea durum cor habenti, quauis spiritalem, tamē in tabulis lapideis legem dare. Exceptis quippe librorum veterum sacramētis, quæ sola significandi ratione præcepta sunt, quauis & in eis spiritaliter intelligenda sunt, recte lex dicitur spiritalis. Cetera certe quę ad pietatem bonosque mores pertinentia, non ad aliquam significationem vlla interpretatione referēda, sed prorsus vt sunt dicta, faciēda sunt: profecto illam dei legem, non solum illi tunc populo, verumetiam nūc nobis ad instituendam recte vitam necessariā nemo dubitauerit. Si enim Christus nobis abstulit illud grauissimum multarum obseruationum iugum, ne carnaliter circūcidamur, ne pecorū victimas immolemus, ne sabbato septeno dierum volumine redeunte ab operibus etiam necessariis quiescamus, & cetera huiusmodi, sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisque vmbri significationibus in rerum ipsarum quæ significantur luce vigilemus, nunquid propterea dicturi sumus, nō ad nos pertinere quod scriptum est, vt alienum quodcunq; perditū quisquis inuenierit, reddat ei qui perdidit, & alia multa similia, quibus pie recteq; viuere discitur, maximeq; ipsum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis cōtinetur, excepta sabbati obseruatione carnali, quæ spiritalē sanctificationem quietemque significat? Quis enim dicat nō debere obseruare Christianos, vt vni deo religionis obsequio seruiatur, vt idolum nō

colatur, vt nomen domini non accipiatur in vānū, vt parentes honorētur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia perpetrētur, ne vxor, ne omnino res vlla cōcupiscatur aliena? Quis est tam impi⁹, qui dicat ideo se ista legis non custodire præcepta, quia est ipse Christianus, nec sub lege, sed sub gratia constitutus? Verum hæc plane magna distantia est, quod faciunt ista sub lege positi, quos litera occidit, terrenam felicitatem vel cupiditatem adipiscendi, vel timore amittendi, & ideo non vere faciunt, quoniam carnalis cupiditas, quæ peccatū augetur, cupiditate alia non sanatur. Hi ad vetus pertinent testamētum, quod in seruitutē generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas seruos, non Evangelica fides spes & charitas liberos. Sub gratia vero positi quos viuificat spiritus, & fide ista faciunt, quæ per dilectionem operatur in spe honorū, non carnalium, sed spiritalium: non terrenorū sed celestium: non temporalium, sed aternorum, præcipue credētes in mediato rem per quem sibi nō dubitant & spiritum gratiæ subministrari, vt bene ista faciant, & ignosci possēt cū peccant. Hi pertinent ad testamētum nouum filij promissionis, & regenerati à deo patre & libera matre. Huius generis fuerunt antiqui omnes iusti, & ipse Moyses testamēti minister veteris, hæres noui, quia ex fide quæ nos viuimus, vna eademq; vixerunt, incarnationē, passionē, resurrectionemq; Christi credentes futuram, quæ nos credimus factam: vsque ad ipsum Ioannem Baptistam, tanquam præterita dispensationis limitem quendam, qui mediatorē ipsum nō aliqua vmbra futuri, vel allegorica significatione, vel vlla Prophetica prænunciatione venturū esse significās, sed digito demonstrans ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatū mundi. Tanquam dicens, Quem multi iusti videre concupierunt, in quem veterum ab ipsius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahæ dictæ sunt promissiones, de quo scripsit Moyses, de quo lex & Prophetæ sunt testes, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatū mundi. Ab hoc Ioanne & deinceps cœperūt de Christo fieri præterita velut præsentia, quæ ab illis omnibus anterioris temporis iustis credebantur, sperabantur, desiderabātur futura. Eadem igitur fides & in illis qui nondum nomine, sed re ipsa fuerunt antea Christiani, & in istis qui nō solum sunt, verumetiam vocantur, & in vtrisque eadem gratia per spiritū sanctum. Vnde dicit Apostolus, Habentes autē eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credim⁹ propter quod & loquimur. Aliter itaque dicitur iā obtinente loquendi cōsuetudine vetus testamētum, lex & Prophetæ omnes qui vsq; ad Ioannem prophetauerūt, quod distinctius vetus instrumentum, quā vetus testamentum vocatur. Aliter autem sicut Apostolica appellat autoritas, siue hoc nomen exprimens siue significās, exprimit enim vbi dicit, Vsque in hodiernum diem quandiu legitur Moyses, id ipsum velamen in lectione veteris testamēti manet, quod non reuelatur: quia in Christo euacuatur. Sic enim vtiq; vetus testamentum ad Moysi retulit ministerium. Item dicit, Vt seruiamus in nouitate spiritus & nō in vetustate literæ: id ipsum significans testamētum nomine literę. Idē dicit alio loco, Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti non litera, sed spiritu: Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Et hic per cōmemorationē noui, illud vtiq; vetus intelligi voluit. Multo autē euidentius, quauis nō dixerit aut vetus aut nouum, duo ipsa testamēta distincti per duos filios Abrahæ,

G vñ de ancilla, alium de libera, quod iam superius cōmemorauimus. Quid enim expreſſius quā vt diceret, Dicite mihi sub lege volentes eſſe, legem non audistis? Scriptum eſt enim, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vñ de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, ſecundū carnem natus eſt: qui autē de libera, per repromiſſionem. quæ ſunt in allegoria. Hæc enim ſunt duo teſtamenta, vnum quidem in monte Sina in ſeruitutem generans, quod eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia quæ coniuncta eſt huic quæ nunc eſt Hieruſalem. Seruit enim cum filiis ſuis. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Quid clari⁹, quid certius, quid ab omni obſcuritate atq; ambiguitate remotius promiſſionis filiis: Et paulo poſt. Nos autem fratres, inquit, ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Item paulo poſt, Nos autem fratres nō ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Eligamus igitur vtrū antiquos iuſtos ancillæ filios dicamus, an liberæ? Abſit autem vt ancillæ, ergo filij liberæ ad nouum pertinent teſtamentum in ſpiritu ſancto, quem viuificantem literæ occidenti opponit Apoſtolus. Nam quo pacto ad gratiā noui teſtamenti non pertinent hi, de quorum dictis & libris iſtos cuiusdem gratiæ dementiſſimos & ingratiſſimos inimicos reſellendo cōuincimus: Sed dicit aliquis, Quomodo vetus appellatur, quod poſt quadringētos & triginta annos factum eſt per Moſen, & nouū dicitur, quod ante tot annos factum eſt ad Abraham? Qui ex hoc nō litigioſe, ſed ſtudioſe mouetur, intelligat primum, quia ex anteriore tempore dicitur vetus, ex poſteriore autē nouum. reuelationes eorum cōſiderantur in his nominibus, nō inſtitutiones. Per Moſen quippe reuelatum eſt teſtamentum vetus, per quem data eſt lex ſancta & iuſta & bona, per quem fieret non abolitio, ſed cognitio peccati, qua conuincerentur ſuperbi ſuam iuſtitiam volentes conſtituere, quaſi diuino adiutorio non egētes, & rei facti literæ, confugerent ad gratiæ ſpiritū, non ſua iuſtitia iuſtificandi, ſed dei, hoc eſt, quæ illis eſſet ex deo. Nam ſicut idē Apoſtolus loquitur, per legē cognitio peccati. Nunc autē ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata per legem & Prophetas. Lex quippe eo ipſo quo in ea nemo iuſtificatur, teſtimoniū perhibet iuſtitia dei. Quōd in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuuit. Sic ergo cum lex non iuſtificat impium de præuaricatione conuictū, mittat ad iuſtificandem deum, atque ita iuſtitia dei perhibet teſtimoniū. Prophetæ vero teſtimoniū perhibent iuſtitia dei, prænūciando Chriſtum, qui factus eſt nobis ſapientia à deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt quemadmodum ſcriptum eſt, qui gloriatur, in domino gloriatur. Erat autem occulta iſta lex ab initio, cum homines iniquos natura ipſa conuinceret, alijs faciētes quod ſibi fieri noluiſſent. Reuelatio autem noui teſtamenti in Chriſto facta eſt, cum eſt manifeſtatus in carne, in quo apparuit iuſtitia dei, id eſt, quæ hominib⁹ ex deo eſt. Sic enim ait, Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt. Ecce quæ cauſa illud dicitur vetus teſtamentū, quia priore, hoc autem nouum, quia poſteriore tempore reuelatum eſt. Deinde quia teſtamentū vetus pertinet ad hominem veterem, à quo neceſſe eſt hominem incipere: nouum autem ad hominem nouum, quo debet homo ex vetuſtate trāſire: ideo in illo ſunt promiſſa terrena, in iſto promiſſa cæleſtia, quia & hoc ad dei miſericordiam pertinet, ne quiſquam vel ipſam terrenam qualemcunq; felicitatem, niſi à do-

mino creatore vniuerſitatis putet cuiquā poſſe conferri. Sed ſi propter illam colatur deus, ſeruilis eſt cultus, pertinēs ad filios ancillæ. Si autem propter ipſum deū, vt in æterna vita ſit deus omnia in omnibus, liberalis eſt ſeruitus, pertinēs ad filios liberæ, quæ eſt mater noſtra æterna in cælis, quæ prius tanquam ſterilis apparebat, quando perſpicuos filios nō habebat. Nunc autem videmus quod de illa prophetatum eſt, Latere ſterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ nō parturit, quia multi filij deſertæ magis quā eius quæ habet virū: id eſt, magis quā illius Hieruſalē, quæ legis quodāmodo vinculo maritata eſt, & ſeruit cum filiis ſuis. Tēpore igitur veteris teſtamenti ſpiritum ſanctum in eis qui etiā tunc ſecundum Iſaac promiſſionis filij erant, nō ſolū adiutorē, quod iſti ſuo dogmati ſufficere exiſtimāt, verumetiam largitorem dicimus fuiſſe virtutis, quod iſti negant, libero eam potius arbitrio tribuētēs, cōtradictentibus illis patribus qui ſciebant ad dominum veraci pietate clamare, Diligam te domine virtus mea. Aiunt etiam, quōd omnes Apoſtoli vel Prophetæ non plene ſancti deſiniantur à nobis, ſed in cōparatione peiorū minus eos malos fuiſſe dicamus, & hanc eſſe iuſtitiam cui deus teſtimoniū perhibet, vt quomodo dicit Propheta iuſtificatam Sodomam cōparatione Iudæorum, ſic etiam nos criminofam cōparatione dicamus aliquos ſanctos exercuiſſe virtutem. Abſit vt iſta dicamus. Sed aut nō valent intelligere, aut nolunt aduertere, aut calumniandi ſtudio diſſimulant ſe ſcire quod dicimus. Audiāt ergo vel ipſi, vel potius ij quos idiotas & inereditos decipere moluntur: Noſtra fides, hoc eſt, catholica fides iuſtos ab iniuſtis, nō operū, ſed ipſa fidei lege diſcernit, quia iuſt⁹ ex fide viuuit. Per quam diſcretionem fit, vt homo ducēs vitam ſine homicidio, ſine furto, ſine falſo teſtimonio, ſine appetitu rei vilius alienæ, parentibus honorē debitū reddens, caſtus vſq; ad cōtinentiam ab omni omnino cōcubitu, etiam coniugali, eleemoſynarū largiſſimus, iniuriarum patientiſſimus, qui non ſolū non auferat aliena, ſed nec ſua reſcat abſorta, vel etiam veditis omnibus ſuis erogatiſque in pauperes, nihil ſuum proprium poſſideat, cum ſuis tamē iſtis velut laudabilibus moribus, ſi nō in deum fidem rectam & catholicam teneat, de hac vita dammandus abſcedat. Alius autem habens M quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur, non tamen ita vt ille bene moratus incontinentiam ſuam ſuſtentat honeſtate nuptiarum, coniugij carnalis debitum & reddit & repetit, nec ſola propagationis cauſa, verumetiam voluptatis, quāuis cum ſola vxore concumbit, quod coniugatis ſecundum veniam cōcedit Apoſtolus, iniurias tamen nō patiēter accipit, ſed vlcifcendi cupiditate fertur iratus, quāuis vt poſſit dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, rogatus ignoſcat, poſidet rem familiarē, faciēs inde quidem eleemoſynas, non tam largas, quā ille, non auferat aliena, ſed quāuis eccleſiaſtico iudicio, non forenſi, tamē repetit ſua. Nepe iſte qui moribus illo videtur inferior, propter rectam fidem quæ illi eſt in deū, ex qua viuuit, & ſecundum quā in omnibus delictis ſuis ſe accuſat, in omnibus bonis operibus deū laudat, ſibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atq; ab ipſo ſumens & indulgentiam peccatorum & dilectionem eſte factorū, de hac vita liberādus, & in conſortij cum Chriſto regnaturorum recipiēdus emigrat. Quare, niſi propter fidei reprobam fidem, quæ per dilectionē operatur, tamē per ipſam

ſam etiam peccata ſoluuntur, quia iuſtus ex fide viuuit. Sine ipſa vero etiam quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et fit propter hanc maximam differentiam vt cum dubitate nullo, perfeuerans virginalis integritas cōiugali caſtitate ſit potior, tamen mulier etiam bis nupta, catholica, profeſſa virgini hæretica præferatur. Nec ita præferatur, vt iſta melior ſit in dei regno, ſed vt illa ibi omnino non ſit. Nam & ille quem velut melioribus deſcripiſimus moribus, ſi aſcit ei fides recta, ſuperat illum alterum, ſi ambo illic erunt. Si autem fides ei deſit, ſic ab illo ſuperatur, vt ipſe ibi nō ſit. Cum itaq; iuſti omnes & antiquiores & Apoſtoli ex fide vixerint recta, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, moresq; tam ſanctos cum fide habuerint, vt licet nō tā perfectæ virtutis in hac vita eſſe potuerint, quā poſt hanc vitam quæ futura eſt, tamē quicquid peccati ex humana infirmitate ſurreperit, pietate ipſius fidei continuo deleretur. Vnde fieri poteſt, vt in cōparatione iniquorum, quos damnaturus eſt deus, iuſtos eos fuiſſe dicendum ſit, cum per piā fidem tam in contrarium ab illis impijs ſint remoti, vt clamat Apoſtolus: Quæ pars fidelium cum infidelibus? Sed videlicet noui hæretici Pelagiani, religionis amatores, & laudatores videntur ſibi eſſe ſanctorum, ſi non audeant dicere imperfectæ illos fuiſſe virtutis, cum hoc confiteatur vas electionis, qui conſiderans vbi adhuc eſſet, & quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: Non quia iam acceperim, ait, aut iam perfect⁹ ſim. Fratres ego meipſum nō arbitror apprehendiſſe. Et paulo poſt tamen qui ſe negauerat eſſe perfectū: Quotquot ergo perfecti, inquit, hoc ſapiam⁹: vt oſtenderet ſecundum iſtius vitæ modum eſſe quandam perfectionem, eiq; perfectioni hoc quoque deputari, ſi ſe quiſque nouerit nondum eſſe perfectū. Quid enim excellētius in veteri populo ſacerdotibus ſanctis? Et tamen eis præcepit deus ſacrificiū primitus pro ſuis offerre peccatis. Et quid ſanctius in nouo populo Apoſtoliſ? Et tamen præcepit eis dominus in oratione dicere, Dimitte nobis debita noſtra. Omnium igitur piorum ſub hoc onere corruptibilis carnis, & in iſtius vitæ infirmitate gementium ſpes vna eſt, quod aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt exoratio peccatorum noſtrorum. Iſtum aduocatum non habent illi qui ſunt à iuſtis, etiam ſi ſola iſta eſſet differentia, in contrarium longēque diſcreti. Quem iuſtum aduocatum abſit vt dicamus, ſicut iſti calumniantur, carnis neceſſitate mentitū, ſed dicimus eū in ſimilitudine carnis peccati de peccato dānaſſe peccatum. Quod fortasſe iſti non intelligentes, & calumniandi cupiditate cæcati, quā diuerſis modis peccati nomē in ſcripturis ſanctis poni ſoleat ignorantes, peccatum Chriſti affirmare nos iactant. Dicim⁹ itaq; Chriſtum & nullum habuiſſe peccatum, nec in anima, nec in carne, & ſuſcipiendo carnem in ſimilitudine carnis peccati de peccato dānaſſe peccatū. Quod ſubobſcure ab Apoſtolo dictū duobus modis ſoluitur. Siue quæterum ſimilitudines ſolent earū rerum nominibus nūcupari, quarum ſimiles ſunt, vt ipſam ſimilitudinem carnis peccati voluiſſe intelligatur Apoſtolus appellare peccatū. Siue quia ſacrificia pro peccatis, peccata appellabantur in lege, quæ omnia figuræ fuerunt carnis Chriſti, quod eſt verum & vnicum ſacrificium pro peccatis, nō ſolum his quæ vniuerſa in baptiſmate diluuntur, verumetiam his quæ poſt ex huius vitæ infirmitate ſurrepunt, propter quæ quotidie vniuerſa in oratione

ad deū clamat Eccleſia, Dimitte nobis debita noſtra, D & dimittitur nobis per ſingulare ſacrificium pro peccatis: quod Apoſtolus ſecundum legem loquens, non dubitauit appellare peccatū. Vnde eſt etiam illud eius multo euidentius, nec aliquo biuio cuiuſquā ambiguitatis incertum, Obſecramus pro Chriſto reconciliari deo. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, vt nos ſimus iuſtitia dei in ipſo. Nam quod ſuperius cōmemorauimus, de peccato dānaſſe peccatū, quia non dictū eſt, de peccato ſuo, poteſt quiſpiam ſic intelligere, vt dicat eum de peccato Iudæorū dānaſſe peccatum, quia de peccato eorum qui eum crucifixerunt, factum eſt vt ſanguinem ſuum in remiſſionem funderet peccatorū. Hoc verbo vbi dicitur deus ipſum Chriſtum, qui non nouerat peccatum, feciſſe peccatum, non mihi conuenientius videtur intelligi, quā Chriſtum factum ſacrificium pro peccatis, & ob hoc appellatum eſſe peccatum. Quis autem ferat eos obicere nobis, quōd poſt reſurrectionē tales proceſſus futuros eſſe dicamus, vt ibi incipiant homines quæ hic noluerint dei mandata complere, quoniam dicimus ibi omnino nullum futurum eſſe peccatum, nec cum aliqua peccati cupiditate conſiſtum, tāquam ipſi audeant hoc negare? Sapientiam quoque & cognitionem dei tunc perfici in nobis, & in domino tantam exultationem, vt ea ſit plena & vera ſecuritas, quis negabit, niſi tam auerſus ſit à vero, vt ob hoc ad eam peruenire non poſſit: Verum hæc non erunt in præceptis, ſed in eorum quæ hic obſeruāda ſunt præceptorum. Quorum quidem præceptorū contemptus illō nō perducit ad præmium, ſed hic ſtudium præcepta ſeruandi gratia dei tribuit. Quæ ſi quid etiā in eis præceptis minus ſeruatur, ignoſcit, propter quod orādo dicimus & Fiat voluntas tua: & Dimitte nobis debita noſtra. Hic ergo præceptū eſt vt non peccemus: ibi præmium non poſſe peccare. Hic præceptum eſt vt deſiderijs peccati nō obediamus, ibi præmium vt deſideria peccati non habeamus. Hic præceptum eſt, Intelligite ergo qui inſipientes eſtis in populo, & ſtulti aliquando ſapite: ibi præmium eſt plena ſapientia & perfectæ cognitio. Videmus enim nūc per ſpeculum in ænigmate, ait Apoſtolus, tunc autem facie ad faciem: Nunc ſcio ex parte, tunc autem cogniſcam ſicut & cogniſcum. Hic præceptum eſt, Exultate deo adiutori noſtro: Et, Exultate iuſti in domino. Ibi præmium eſt, exultare perfecto & ineffabili gaudio. Poſtremo in præcepto poſitum eſt, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: In præmio autem, Quoniam ipſi ſaturabuntur. Vnde quaſo ſaturabuntur, niſi quod eſuriunt & ſitiunt? Quis igitur ita non ſolum à diuino, ſed à ſenſu quoque abhorret humano, qui dicat in homine tātam eſſe poſſe iuſtitiam, cum ab illo eſuritur & ſititur, quanta erit cum ex illa ſaturabitur? Quādo eſurimus autem ſitim⁹que iuſtitiam, ſi fides Chriſti vigilat in nobis, quid nos niſi Chriſtum eſurire ac ſitire credendum eſt? Qui factus eſt nobis ſapientia à deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio, vt quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et quia modo in eum non videntes credimus, ideo ſtim⁹ eſurimusque iuſtitiam. Quādiu enim ſumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Quem cum inuenerimus, peruenientes vtique ad ſpeciem, exultabimus gaudio inenarrabili, & tūc iuſtitia ſaturabimur, quia nunc ex deſiderio dicimus, Saturabor cum manifeſtabitur gloria tua. Quā vero eſt non dico impudens, ſed inſana ſuperbia, nondum eſſe

G aequales angelis dei, & putare se iam posse habere iustitiam aequalem angelis dei, nec intueri tam magnum & spiritalem virum, qui utiq; ipsam iustitiae perfectionem esuriebat atque sitiebat, quando magnitudine revelationum noluit extolli. Nec tamen ut non extolleretur, arbitrio suo voluntarij commissus est, sed accepit stimulum carnis angelu satanae, qui cum colaphizaret: Propter quod dominu ter rogavit, ut discederet ab eo, Et dixit ei dominus, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Quae virtus, nisi ad quam pertinet non extollit: Et quis dubitat hoc ad iustitiam pertinere? Huius igitur iustitiae perfectione sunt praediti angeli dei, qui semper vident faciem patris, ac per hoc totius trinitatis, quia per filium vident in spiritu sancto. Nihil est autem ista revelatione sublimius, nec tamen angelorum quisquam illa contemplatione latantium necessarium habet angelum satanae, quo colaphizetur, ne illum tanta magnitudo revelationis extollat. Hanc perfectionem virtutis utique nondum habebat Apostolus Paulus, nondum aequalis angelis dei, sed inerat illi extollendi se infirmitas, quae per angelum etiam satanae fuerat comprimenda, ne revelationum magnitudine extolleretur. Quamquam itaque ipsum satanam elatio prima deiecerit, tamen summus ille medicus, qui bene uti novit etiam malis, de angelo satanae adhibuit contra elationis vitium, salubre quavis molestum medicamentum, sicut fieri consuevit antidotum etiam de serpentibus contra venena serpentium. Quid est ergo, Sufficit tibi gratia mea, nisi ne deficiendo succumbas sub colapho angeli satanae? Et quid est, Virtus in infirmitate perficitur: nisi quia in isto loco infirmitatis haec tenus perfectio potest esse virtutis, ut in ipsa infirmitate presente elatio reprimatur? Quae utique infirmitas futura immortalitate sanabitur. Quomodo est enim dicenda sanitas plena, ubi etiam de angeli satanae colapho adhuc est necessaria medicina? Ex quo factum est, virtutem, quae nunc est in homine iusto, perfectam haec tenus nominari, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parva iustitia, quando etiam quid sibi desit intelligit. Ideo que Apostolus & imperfectum & perfectum se dicit. Imperfectum scilicet cogitando quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit ac sitit. Perfectum autem, quod & suam imperfectionem confiteri non erubescit, & ut perveniat bene procedit. Sicut possumus dicere perfectum esse viatoru, cuius bene promovetur accessio, quavis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta perventio. Propterea cum dixisset, Secundum iustitiam quae in lege est, qui fuerim sine querela: mox addidit, Quae mihi lucra fuerunt, haec propter Christum damna esse duxi: Veruntamen & arbitror omnia damnata esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri: Propter quae omnia non solum detrimenta credidi, verum etiam stercorea aestimaui esse, ut Christum lucrificarem, & inveniari in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo iustitia in fide. Ecce Apostolus secundum iustitiam quae ex lege est, sine querela se fuisse non vitare mendaciter dicit, & tamen haec quae illi lucra fuerunt, abiicit propter Christum, & damna & detrimenta & stercorea aestimat, non solum haec, sed & cetera omnia quae supra commemoravit, propter non aequalitatem, sed eminentem, sicut ipse dicit, scientiam Christi

Iesu domini nostri, quam proculdubio adhuc in fide habebat, nondum in specie. Tunc enim erit eminens Christi scientia, quando fuerit ita revelatus, ut quod creditur, videatur. Vnde alio loco ita dicit, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Hinc & ipse dominus, Qui diligit me, inquit, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Hinc Ioannes Evangelista, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc erit eminens Christi scientia. Nunc enim est quidem abscondita in fide, sed nondum eminens apparet in specie. Abiicit ergo illa beatus Paulus praeterita iustitiae suae tanquam detrimenta & stercorea, ut Christum lucrificaret, & inveniatur in illo non habens suam iustitiam, quae ex lege est. Neque enim lex illa dei non est. Quis hoc nisi Marcion & Manichaeus & aliae similes pestes dixerint? Cum ergo lex illa, ut dixi, dei sit, iustitiam suam dicit esse quae ex lege est, quam iustitiam suam noluit habere, sed proiecit ut stercorea. Cur ita? nisi quia hoc est, quod etiam superius demonstravimus, eos esse sub lege, qui ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti: Putant enim se arbitrij sui viribus implere legem iubentem, & ista implicati superbia ad gratiam non convertuntur iuvantem. Sic eos litera occidit, aut aperte etiam fibreos, non faciendo quod praecipit, aut putando se facere quod spiritali, quae ex deo est, non faciunt charitate, ita remanent aut aperte iniqui, aut fallaciter iusti, in aperta iniquitate evidenter elisi, in fallaci iustitia insipienter elati, ac per hoc miro quodam modo, sed tamen vero, iustitiam legis non implent iustitia quae in lege est, vel ex lege, sed quae in spiritu gratiae. Iustitia quippe legis impletur in eis, sicut scriptum est, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Secundum iustitiam vero quae in lege est, se fuisse sine querela in carne non in spiritu dicit Apostolus, & iustitiam quae ex lege est, suam dicit fuisse, non dei. Intelligendum est igitur iustitiam legis non impleri secundum iustitiam quae in lege est, vel ex lege, id est, secundum iustitiam hominis, sed secundum iustitiam quae est in spiritu gratiae. Ergo secundum iustitiam dei, hoc est, quae homini ex deo est. Quod planius & brevius ita dici potest, iustitiam legis dei non impleri cum lex iubet, & homo quasi suis viribus facit, sed cum spiritus adiuvat, & hominis non libera, sed dei gratia liberata voluntas facit. Legis itaque iustitia est iubere quod deo placet, vitare quod displicet. In lege autem iustitia est, servare literae, & extra eam nullum dei adiutoriu ad recte vivendum requirere. Cum enim dixisset, Non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi: addidit, quae est ex deo. Ipsa est ergo iustitia dei, quae superbi ignorantes, suam voluntate constituere. Non enim propterea iustitia dei dicitur, quoniam deus iustus est, sed quia homini ex deo est. Secundum hanc autem iustitiam dei, hoc est, quae ex deo nobis est, nunc fides operatur per dilectionem, id est, operatur quomodo perveniat homo ad eum, in quem modo non videns credit, quem cum viderit, tunc quod erat in fide per speculum in aenigmate, iam erit in specie facie ad faciem, tunc perficietur & ipsa dilectio. Nimis quippe insipienter dicitur, tantum amari deum antequam videatur, quantum amabitur cum videbitur. Porro si in hac vita pio nemine

ne dubitante, quanto amplius diligimus deum, tanto sumus utique iustiores, quis dubitet, piam veramque iustitiam cum fuerit dilectio dei perfecta, tunc perficitur. Tunc ergo lex ita ut nihil omnino desit implebitur, cuius legis, secundum Apostolum, plenitudo dilectio est. Ac per hoc cum dixisset, non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo iustitia in fide: deinde subiunxit, Ad cognoscendum eum, & virtutem resurrectionis eius, & communicationem passionum eius. Haec omnia nondum plena & perfecta in Apostolo erant, sed tanquam in via positus ad eorum plenitudinem perfectionemque currebat. Nam quo modo iam perfecte cognoverat Christum qui dicit alio loco, Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum? Et quomodo iam perfecte cognoverat virtutem eius resurrectionis, cui restabat eam plenius tempore resurrectionis carnis experiendo cognoscere? Et quomodo iam perfecte cognoverat communicationem passionum eius, nondum pro illo passionem mortis expertus? Denique addit & dicit, Siquo modo occurram in resurrectionem mortuorum. Ac deinde ait, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum. Quid ergo se confitetur nondum accepisse, & in quo nondum esse perfectum, nisi ex ea iustitia, quae ex deo est, quam concupiscens noluit suam habere, quae ex lege est? Hinc enim loquebatur, & haec fuit causa ut haec diceret, resistens inimicis gratiae Christi, pro qua largienda crucifixus est Christus. Ex quorum genere etiam isti sunt. Nam ex quo loco suscepit haec dicere, sic exorsus est, Videte canes, videte malos operarios, videte confessionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo servimus, (vel sicut nonnulli codices habent, qui spiritui deo, vel spiritui dei servimus) & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fidentes. Hinc manifestum est adversus Iudaeos eum agere, qui carnaliter observantes legem, & suam iustitiam volentes constituere, occidebantur litera, non vivificabantur spiritu, & in se gloriabantur, cum Apostoli & omnes promissionis filij gloriarentur in Christo. Deinde subiicit, Quamquam ego habeam fiduciam in carne. Si quis alius in carne putat se fiduciam habere, magis ego. Et enumerat omnia quae secundum carnem habent gloriam, ad illud terminavit, ubi ait, Secundum iustitiam quae in lege est, qui fuerim sine querela. Et cum haec sibi omnino damna & detrimenta & stercorea fuisse dixisset, ut Christum lucrificaret, adiecit: Et inveniari in illo non habens iustitiam meam, quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo. Huius ergo iustitiae perfectionem, quae non erit nisi in illa eminenti scientia Christi, propter quam sibi dixit omnia damnata esse, nondum accepisse se confessus est, & propterea nondum esse perfectum. Sequor autem, inquit, si apprehendam, in quo & apprehensus sum a Christo Iesu. Tale est, apprehendam in quo & apprehensus sum: quale est, Cognoscam sicut & cognitus sum. Fratres, inquit, ego me ipsum non arbitror apprehendisse. Vnum autem, quae retro sunt oblitus, in ea quae ante sunt extectus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu. Ordo verborum est, Vnum autem sequor: De quo vno bene intelligitur & dominus admonuisse Martham, ubi ait, Martha Martha sollicita es, & turbaris circa plurima. Porro vnum est necessarium. Hoc iste volens apprehendere, tanquam in via constitutus, sequi se dixit ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu. Quis autem cunctetur cum hoc quod sequi se asseverat apprehenderit, tunc habiturum

eum iustitiam aequalem iustitiae sanctorum angelorum, De quorum neminem, utique ne magnitudine revelationum extollatur, satanae angelus colaphizat: Deinde admones eos qui possent illius iustitiae plenitudine iam se putare perfectos, Quotquot ergo, inquit, perfecti, hoc sapiamus, tanquam diceret, Si secundum hominis mortalis capacitatem pro huius vitae modulo perfecti sumus, ad ipsam perfectionem hoc quoque pertinere intelligamus, ut angelica illa quae in Christi manifestatione nobis erit iustitia, nondum nos perfectos esse sapiamus. Et si quid aliter sapitis, inquit, hoc quoque vobis deus revelabit. Quomodo, nisi ambulantes & proficientibus in via rectae fidei, donec ista peregrinatio finiatur, & ad speciem veniatur? Vnde consequenter adiunxit, Veruntamen, inquit, in id quod pervenimus, in eo ambulemus. Deinde concludit ut caueantur illi de quibus hic locus sermonis eius sumpsit exordium, Imitatores mei, inquit, estote fratres, & intendite eos qui sic ambulant, sicut & habetis formam nostram. Multi enim ambulant, de quibus saepe dicebam vobis, nunc etiam flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus: & cetera. Illi ipsi sunt, de quibus incipiens dixerat, Videte canes, videte malos operarios: & sequentia. Omnes itaque sunt inimici crucis Christi, qui volentes constituere suam iustitiam, quae ex lege est, idem litera tantum iubente, non spiritu implente, iustitiae dei non sunt subiecti. Si enim qui per legem heredes sunt, exinanita est fides. Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. Ac per hoc illi inimici sunt crucis eius, qui per legem dicunt esse iustitiam, ad quam iubere pertinet, non iuvare. Gratia vero dei per Iesum Christum dominum nostrum in spiritu sancto, adiuvat infirmitatem nostram. Quam obrem qui secundum iustitiam quae in lege est, sine fide gratiae Christi vivit, sicut se Apostolus sine querela vixisse commemorat, nullam veram putandus est habere iustitiam, non quia lex vera & sancta non est, sed quia obedire velle litera iubenti, sine vivificante spiritu dei, veluti ex viribus liberi arbitrij, iustitia vera non est. Iustitia vero secundum quam iustus ex fide vivit, quoniam per spiritum gratiae homini ex deo est, vera iustitia est. Quae licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitae capacitate perfecta dicitur, parva tamen est ad illam magnam, quam capit aequalitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam quae iam inerat, perfectum: & propter istam quae adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat, sed plane minor ista iustitia facit meritum, maior illa fit praemium. Vnde qui istam non sequitur, illam non assequitur. Quocirca post resurrectionem hominis, futuram negare iustitiae plenitudinem, & putare tantam futuram esse iustitiam in corpore vite illius, quanta esse potest in corpore mortis huius, dementia singularis est. Non autem illic incipere homines, quae hic noluerint dei mandata complere, verissimum est. Erit enim perfectissima plenitudo iustitiae, non tamen hominum mandata sectantium, & ad eam plenitudinem proficiendo nitentium, sed in ictu oculi, sicut ipsa futura est resurrectio mortuorum, quoniam illa perfecta magnitudo iustitiae, eis qui hic mandata fecerunt, praemium dabitur, non & ipsa facienda mandabitur. Sed ita dixerim, mandata fecerunt, ut ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua quotidie veraciter dicunt sancti filij promissionis, Fiat voluntas tua: Et, Dimitte nobis debita nostra. Cum igitur Pelagiani his atque huiusmodi veritatis testimoniiis & vocibus urgeantur, ne negent originale peccatum

Gatum, ne gratiam dei qua iustificamur, non gratis, sed secundum merita nostra dari dicat, ne in homine mortali quamlibet sancto & bene agente tantam dicant esse iustitiam, vt ei non sit necessaria etiam post regenerationis lauacrum, donec istam vitam finiat, remissio peccatorum. Ergo cum vrgentur ne ista tria dicant, & per hec homines qui eis credunt, a gratia saluatoris alienent, & elatos in superbiam in iudicium diaboli precipites ire persuadeant, immittunt aliarum nebulas questionum, in quibus eorum apud homines simpliciores, siue tardiores, siue sanctis literis minus eruditos impietas delitescat. He sunt nebulæ de laude creature, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, quasi quisquam nostrum ista vituperet, ac non potius omnia in honorem creatoris & saluatoris debitis laudibus predicet. Sed neque creatura ita vult laudari, vt nolit sanari. Et nuptiæ quanto magis laudandæ sunt, tanto minus eis imputanda est pudenda carnis concupiscentia, quæ non est a patre, sed ex mundo est: Quam profecto inuenerunt in hominibus nuptiæ, nõ fecerunt: *1. Io. 1. 2.* H quia & illa in plurimis sine ipsis est, & ipsa si nemo peccasset, sine illa esse potuerunt. Et lex sancta & iusta & bona, nec ipsa est gratia, & nihil ex ea recte fit sine gratia, quia nõ est data quæ possit viuificare, sed prauaricationis causa posita est, vt conuictos cõcluderet sub peccato, & promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Et liberum arbitrium captiuatum nõ nisi ad peccatum valet, ad iustitiam vero nisi diuinitus liberatum adiutumq; nõ valet. Ac per hoc & sancti omnes, siue ab illo antiquo Abel vsque ad Ioannem baptistam, siue ab ipsis Apostolis vsq; ad hoc tempus, & deinceps vsq; ad terminum seculi, in domino laudandi sunt, non in seipsis, quia & illorum anteriorum vox est, In domino laudabitur anima mea. Et istorum posteriorum vox est, Gratia dei sum quod sum. Et ad omnes pertinet, Vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Et confessio cõmunis est omnium, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipso seducim⁹ & veritas in nobis nõ est. Sed quoniam in his quinq; rebus quas proposui, in quibus quarunt latebras, & de quibus connectunt calumnias, diuinis documentis produntur atq; vincuntur, excogitauerunt Manichæorum detestabili nomine imperitos, quos potuerint deterere ne aduersus eorum peruersissima dogmata aures accommodent veritati, quia scilicet Manichæi quinq; istorum tria priora blasphemando cõdemnant, dicentes, neq; humanam creaturam, neq; nuptias, neq; legem a summo & vero deo esse instituta. Non autem accipiunt quod veritas dicit, a libero arbitrio exordium sumptisse peccatum, & ex illo esse omne vel angeli vel hominis malum, quia mali naturam semper malam & deo cõternam nimis a deo exorbitantes credere maluerunt. Sanctos quoque Patriarchas & Prophetas, quantis possunt execrationibus insectantur. Ecce vnde se putant hæretici noui Manichæorum nomine obiecto vim subterfugere veritatis, sed nõ subterfugiunt. Insequitur quippe illa, & simul Manichæos Pelagianosq; subuertit. Homo enim dum nascitur, quia bonum aliquid est, in quantum homo est, Manichæum redarguit, laudatque creatorem: in quantum vero trahit originale peccatum, Pelagium redarguit, & habet necessariū saluatorem. Nam & quod sananda dicitur ista natura, vtrunque repercutit, quia nec medicina opus haberet si sana esset, quod est contra Pelagiū: nec sanari posset omnino, si æternū atque immutabile malum esset, quod est contra Manichæū. Item quod nuptiis, quas laudamus a domino cõ-

stitutas, concupiscentiam carnis imputandam esse non dicimus, & contra Pelagianos est, qui eam in laudibus ponunt: & cõtra Manichæos, qui eam malæ naturæ tribuunt, cum sit nostræ naturæ accidens malum, non dei distinctione separandum, sed dei miseratione sanandū. Item quod dicimus legem sanctam, iustam & bonam, nõ iustificandis impiis, sed conuincendis superbis prauaricationis gratia positam, & contra Manichæos est, quia secundum Apostolum laudatur: & cõtra Pelagianos, quia secundum Apostolum nemo ex lege iustificatur. Et ideo iustificandis eis, quos litera occidit, id est, quos lex bona præcipiis prauaricatione reos facit, spiritus gratiæ gratis opitulatur. Item quod arbitrium sui in malum liberum dicimus, ad agendum bonum gratia dei esse liberandum, cõtra Pelagianos est: quod autem dicimus ab illo exortum, quod antea non erat malum, contra Manichæos est. Item quod sanctos patriarchas & Prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manichæis: quod vero & ipsis quantis iustis & L deo placetibus propitiationem domini fuisse dicimus necessarium, aduersum est Pelagianis. Vtrosq; igitur catholica fides sicut & ceteros hæreticos aduersarios inuenit, vtroque diuinorum testimoniorum autoritate & luce veritatis conuincit. Addunt sanè ad latebrarum suarum nebulas Pelagiani, de origine animæ non necessariam questionem, ad hoc, vt res manifestas aliarum rerum obscuritate turbando, moliantur latendi locum. Aiunt enim nos animarum traducem cum peccati traduce contueri. Quod vbi & quando in eorum qui defendunt aduersus istos catholicam fidem, vel sermonibus audierint, vel literis legerint, nescio: quia & si inuenio a catholicis de hac re aliquid scriptum, nondum contra istos fuerat veritatis suscepta defensio, neque id agebatur vt eis respõderetur. Sed hoc dico tam manifestum esse secundum scripturas sanctas originale peccatum, atque hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis, tanta fidei catholicæ antiquitate atque autoritate firmatum, tam clarè Ecclesiæ celebritate notissimū, vt quicquid de animæ origine cuiuslibet inquisitione vel affirmatione disseritur, si contra hoc sit, verum esse nõ possit. Quapropter quisquis vel de anima, vel de quacunque re obscura id astruit, vnde hoc quod verissimum, fundatissimum, notissimum dogma destruat, siue sit ille filius, siue inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauendus. Sed hic sit huius voluminis finis, vt aliud habeant quæ sequuntur exordium.

Libri Tertij finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS EPI-
scopi contra duas Epistolas Pelagianorum ad
Bonifacium Liber Quartus.

DOST hec quæ tractauimus quibusq; respondimus, eadem repetit quorum redarguimus Epistolam, sed diuerso modo. Nam prius ea proposuerunt nobis obiectantes, quæ velut perperam sentiamus, postea vero quid ipsi sentiant exponentes, eadem a contrario reddiderunt, addentes duos quædam quæ non dixerant, id est, baptismum se dicere omnibus ætatibus necessarium: & per Adam mortem ad

A ad nos transisse, non crimina. Quæ suo loco & ipsa tractanda sunt. Proinde quia superiore libro, quem modo explicauimus, quinque rerum eos obtendere obstacula diximus, in quibus eorum dogmata inimica gratiæ dei & catholicæ fidei delitescant, laude scilicet creature, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, cõmodius esse arbitror omnia quæ defendunt, quorum contraria nobis obiciunt, generatim distinguere, & quæ illorum ad quid istorum quinque pertineant demonstrare, vt dilucidior & probabilior ipsa distinctione possit esse nostra responsio. Laudem creaturæ, quod ad genus humanum attinet, vnde nunc questio est, his sententiis exequuntur, quod nascentiū conditor deus sit, filiiq; hominū opus sint dei, & peccatum omne non de natura, sed de voluntate descendat. Huic laudi creaturæ applicat, quod omnibus ætatibus dicit esse baptismum necessarium, vt scilicet illa creatura in dei filios adoptetur, non quod aliquid ex patribus trahat, quod sit lauacro regenerationis expiandum. Huic laudi adiungunt & quod Christū dominū nulla dicunt macula peccati fuisse reserptum, quantum attinet ad eius infantiam, quia eius carnem ab omni peccati contagione purissimam, nõ excellentia propria & gratia singulari, sed cõmunionem naturæ, quæ omnibus inest infantibus, asseuerant. Eò pertinet etiam quod de animæ origine inserunt questionem, sic animæ Christi coæquare molientes omnes animas paruulorum, quas volunt esse similiter nulla peccati macula aspersas. Propter hoc etiam dicunt ex Adam nihil mali transisse per ceteros, nisi mortem, quæ nõ semper est malum, inquit, cum & martyribus sit causa præmiorum, & vel bonam vel malam mortem dici faciat non resolutio corporū, quæ excitabuntur in omni genere hominū, sed meritorum diuersitas, quæ de humana libertate cõtingit. Hæc scribunt in hac Epistola de laude creaturæ. Nuptias vero secundum scripturas laudant, quia dominus in Euangelio loquitur, Qui fecit ab initio, masculinum & fœminam fecit eos, & dixit, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quamuis hoc non in eo loco Euangelij, sed tamen in lege sit scriptum. Addunt etiã, Quod ergo deus coniuuixit, homo non separet. Quæ verba Evangelica agnoscimus. In laude legis dicunt veterè legem secundum Apostolum iustam & sanctam & bonam custodientibus mandata sua, ac per fidem iuste viuentibus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibusq; sanctis vitam potuisse conferre perpetuam. In laude liberi arbitrij dicit liberum arbitrium nõ perisse, cum loquatur dominus per Prophetam, Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis: si nolueritis & non audieritis, gladius vos comedet. Ac per hoc & gratiam vniuscuiusq; bonum propositum adiuuare, nõ tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio nõ est apud deum. Laude sanctorum sese contegunt, dicentes baptismam perfecte homines innouare: siquidè Apostolus testis sit, qui per lauacrum aquæ Ecclesiã de gentibus sanctam fieri immaculatamq; testatur. Sanctum quoq; spiritum mētē bonas in antiquis adiuuasse temporibus, dicente Propheta ad deū, Spiritus tuus bonus ducebat me in viam rectam. Omnes quoque Prophetas & Apostolos vel sanctos tã noui quàm veteris testamēti, quibus dominus testimonij perhibet, nõ in comparatione sceleratorū, sed regula virtutū iustos fuisse, in futuro autē tempore mercedē esse tam bonorū quàm malorum. Ceterū neminem posse quæ hic cõtempserit illic mandata perficere, quia dixerit Apostolus, Oportet

nos manifestari ante tribunal Christi, vt reportet vniuscuiusque propria corporis secundum quod gessit, siue bonum, siue malum. In his omnibus quicquid dicunt de laude creaturæ atque nuptiarum, ad hoc referre conatur, vt non sit originale peccatum. Quicquid de laude legis & liberi arbitrij, ad hoc, vt gratia non adiuuet nisi meritum, ac sic gratia iam non sit gratia. Quicquid de laude sanctorum, ad hoc, vt vita mortalis in sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari deum. Ita nefaria & damnabilia dogmata in hac tripertita diuisione, quisquis mente catholica exhorret, illius quinquepartitæ latebras insidiasque denitet, atque ita inter vtrūque sit cautus, vt sic declinet Manichæum, ne se inclinet in Pelagium: rursumque ita se sciungat a Pelagianis, ne coniungat Manichæis: aut si in alterutris iam tenetur, nec sic se a quibuslibet alteris seruet, vt in alteros irruat. Videntur quippe inter se esse contrarij, quoniam quinque illa Manichæi vituperando se manifestant, Pelagiani laudando se occultant. Quapropter vtroque damnat atque deuicit, quisquis secundum regulam catholicam fidei sic in hominibus nascentibus de bona creatura carnis & animæ glorificat creatorem, quod non vult Manichæus, vt tamē propter vitium quod in eos per peccatum primi hominis pertrāsit, fateatur & paruulis necessarium saluatorem, quod non vult Pelagius. Sic discernit malum pudendæ concupiscentiæ a bonitate nuptiarum, vt neq; Manichæis similis vnde nascimur, culpet: neque Pelagianis similis vnde cõfundimur, laudet. Sic legem per Moysen sanctam & iustam & bonam a deo sancto & iusto & bono datam esse defendit, quod contra Apostolum negat Manichæus, vt eam dicat & peccatum ostendere, non tamen tollere, & iustitiam iubere, non tamen dare, quod rursus contra Apostolum negat Pelagius. Sic asserit liberum arbitrium, vt non ex natura nescio qua semper mala, quæ nulla est, sed ex ipso arbitrio cõpisse dicat & angeli & hominis malum, quod euertit hæresim Manichæam: nec ideo tamen posse captiuam voluntatem, nisi dei gratia respirare in salubrem libertatem, quod euertit hæresim Pelagianam. Sic laudat in deo sanctos homines dei non solum manifestato in carne Christo & deinceps, verum etiam superiorum temporum, quos audent blasphemare Manichæi, vt tamen de ipsis plus credat ipsis contentibus, quàm Pelagianis mentientibus. Sanctorum enim vox est, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipso seducimus, & veritas in nobis non est. His ita se habentibus, quid prodest nouellis hæreticis, inimicis crucis Christi, & diuinæ oppugnantibus gratiæ, q̄ a Manichæorum errore sani videntur, & alia sua pestilentia moriuntur: Quid eis prodest, quod in laude creaturæ dicunt deum bonum, nascentium conditorem, per quem facta sunt omnia, eiusq; opus esse filios hominum, quos Manichæi dicunt opus esse principis tenebrarum, cum inter vtroque vel apud vtroque dei creatura quæ est in infantibus pereat: Vtrique enim nolunt eam Christi carne & sanguine liberari: illi, quia ipsam carnem & sanguinem Christi tanquam hæc omnino in homine vel ex homine non susceperit, destruant: isti autē, quia nullum malum inesse infantibus asserunt, vnde per sacramentum carnis huius & sanguinis liberentur. Iacet inter illos in paruulis humana creatura institutione bona, propagatione vitiosa, bonis suis confitens optimum conditorem, malis suis quærēs misericordissimum redemptorem, Manichæos habens bonorum suorum vi-

Liberum arbitrium. Cap. III.

1. Io. 1. 2. Cap. III.

G tuperatores, Pelagianos habens malorum suorum negatores, utroque persecutores. Et quantum per infantiam loqui non valeat, specie tamen tacita & infirmitate abditā, impiam vanitatem utrorumque compellat, & illis dicēs, ab eo qui bona creat credite me creari: & istis dicēs, ab eo qui me creauit, sinite me sanari. Manichæus dicit, nihil est huius infantis, nisi anima bona liberanda, cætera non ad deum bonū, sed ad principem tenebrarum pertinent respicienda. Pelagianus dicit, imò huius infantis nihil est liberandum, quia totum ostendimus saluum. Ambo mētiuntur. Sed mitior est iam carnis solius accusator, quam qui in vniuersum conuincitur scire laudator. Sed neque Manichæus humanæ animæ subuenit blasphemando authorem totius hominis deum, nec Pelagianus humanæ infantie diuinā gratiam subuenire permittit, negādo originale peccatum. Deus ergo miseretur per catholicam fidem, quæ utraq; redarguendo perniciem infantibus subuenit ad salutē, Manichæus dicens, Audite Apostolum clamātem, Nescitis quia corpus vestrum templū est in vobis spiritus sancti? & deum bonum creatorem credite corporum, quia non potest esse templum spiritus sancti opus principis tenebrarum. Pelagianus dicēs, In iniquitatibus conceptus est, & in peccatis eum mater eius in utero aluit, quem cōspicitis paruulum. Quid eum tanquam ab omni noxa liberum defendendo non permittitis per indulgēciam liberari? Nemo mundus à forde, nec infans cuius diei vnus vita sit super terram. Sinite miserū remissionem accipere peccatorū per eum qui solus nec paruus nec magnus potuit habere peccatum. Quid eis igitur prodest, quod dicūt omne peccatum non de natura, sed de voluntate descēdere, & Manichæus malam naturam dicentibus causam esse peccati, huius sententiæ veritate resistere, quando nolentes admittere originale peccatum, cum & ipsum sine dubio de primi hominis voluntate descēdat, faciūt reos paruulos de corpore exire: Quid eis prodest baptismum omnibus atque necessarium confiteri, quod Manichæi dicunt in omni ætate superfluum, cum isti dicant esse in paruulis falsum, quantum ad remissionem attinet peccatorum? Quid eis prodest, quod carnem Christi, quam Manichæi nullam vel simulatam fuisse cōtendunt, aduersus eos isti non solum veram, sed & ipsam animam nullam peccati macula respersam fuisse defendūt, cum eius sic infantique ceteri ab eis coæquentur infantes, non impari puritate, ut & illa nō videatur seruari istorum comparatione propriam sanctitatem, & isti ex illa nullam consequantur salutē? In eo sanē quod dicunt per Adam mortem ad nos transisse, non crimina, non habent aduersarios Manichæos, quia nec ipsi astruunt originale peccatum ex homine primo prius puro & recto corpore ac spiritu, & postea per arbitrium liberum deprauato, deinceps in omnes transisse cum morte & transire peccatum, sed carnem dicūt ab initio malam de malo corpore, & à spiritu & cum malo spiritu creatam, animam vero bonam partē scilicet dei pro meritis iniquitatis suæ per cibos & potum, in quibus antea colligata est, venire in hominem, atque ita per concubitum etiā carnis vinculo colligari. Ac per hoc Manichæi cōsentiant Pelagianis, non crimen primi hominis transisse in genus humanum, neque per carnem, quam nunquam fuisse dicunt bonam, neque per animam, quam perhibent cum meritis inquinamētorum suorum, quibus polluta est ante carnem, venire in hominis carnē. Sed Pelagianus quomodo dicunt solam mortem ad nos

transisse per Adam? Si enim propterea morimur, quia ille mortuus est, ille autem mortuus est, quia peccauit, poenam dicunt trāsire sine culpa, & innocentes paruulos iniusto iudicio puniri trahendo mortem sine meritis mortis. Quod de vno solo mediatore dei & hominum homine Christo Iesu catholica fides nouit, qui pro nobis mortem, hoc est, peccati poenam sine peccato subire dignatus est. Sicut enim solus ideo factus est hominis filius, ut nos per illum dei filij fieremus, ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis poenā, ut nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam: quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Cōmendans ergo dilectionem suam in eos quibus erat daturus in debitā vitam, pati pro eis voluit in debitam mortem. Hanc singularem mediatoris prerogatiuam Pelagianus euacuare conantur, ut hoc iā non sit in domino singulare, si Adā ita propter culpam mortem passus est debitam, ut paruuli ex illo nullam trahentes culpam, mortem patiantur in debitam. Quantum enim bonis conferatur per mortē plurimum boni, vnde nonnulli congruenter etiam de bono mortis disputauerunt, tamen & hinc quæ prædicanda est nisi misericordia dei, quod in bonos vsus cōuertitur poena peccati? Sed hoc ideo dicūt isti, dū volunt ex verbis Apostoli in suum sensum homines detorquere. Vbi enim ait Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit: ibi volūt intelligi non peccatum pertransisse, sed mortem. Quid est ergo quod sequitur, in quo omnes peccauerūt? Aut enim in illo vno homine peccasse dicit omnes Apostolus, de quo dixerat, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: aut in illo peccato, aut certe in morte. Non enim mouere debet, quia non dixit, in qua, sed in quo omnes peccauerunt. Mors quippe in Græca lingua generis masculini est. Quodlibet ergo eligant, aut enim in illo homine peccauerunt omnes, & ideo dictum est, quoniam quādo ille peccauit, in illo erant omnes: aut in illo peccato peccauerunt omnes, quia generaliter omnium factum est, quod nascentes tracturi erant omnes: aut restat ut dicant quod in illa morte peccauerunt omnes. Sed hoc quemadmodum possit intelligi, non planē video. In peccato enim moriūtur omnes, non in morte peccant. Nam peccato præcedēte mors sequitur, non morte præcedente peccatum. Aculeus quippe mortis est peccatū, id est, aculeus cuius pūctio sit mors, non aculeus quo pungit mors: sicut venenum si bibitur, appellatur poculū mortis, quod poculo facta sit mors, non quod morte sit poculum factum, aut à morte sit datū. Quod si propterea nō potest illis verbis Apostoli peccatum intelligi, in quo omnes peccauerunt, quia in Græco vnde translata est Epistola, peccatum fœminino genere positum est, restat ut in illo primo homine peccasse omnes intelligatur, quia in illo fuerunt omnes quādo ille peccauit, vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur. Nam & sic sanctus Hilarius intellexit quod scriptum est, in quo omnes peccauerunt. In quo, id est, in Adam, omnes peccauerunt. Deinde addidit, Manifestum in Adam omnes peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, omnes quos genuit nati sunt sub peccato. Hæc scribens Hilarius sine ambiguitate commonuit quomodo intelligendum esset, in quo omnes peccauerunt. Propter quid autem idem Apostolus dicit nos per Christum recōciliari deo, nisi propter quod facti fuimus inimici? Et hoc quid est, nisi peccatū? Vnde

A vnde & Propheta dicit, Peccata vestra separant inter vos & deum. Propter hæc ergo separationem mediator est missus, ut tolleret peccatum mūdi, per quod separabamur inimici, & reconciliati ex inimicis efficeremur filij. Hinc utique Apostolus loquebatur, hinc factū est ut interponeret quod ait, per vnum hominem intrasse peccatum. Hæc enim sunt superiora verba eius, Commendat autem, inquit, suam charitatem deus in nobis, quoniam si cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloriantes in deo per Iesum Christum dominum nostrum, per quem & nunc recōciliationem accepimus. Deinde subiūgit, Propter hoc sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Quid tergierantur Pelagianis? Si omnibus necessaria est recōciliatio per Christum, per omnes trāsit peccatum, quo inimici fuimus ut opus reconciliari haberemus. Hæc recōciliatio est in lauacro regenerationis, & Christi carne & sanguine, sine quo nec paruuli possunt habere vitam in semetipsis. Sicut enim fuit vnus ad mortem propter peccatum, sic est vnus ad vitam propter iustitiam: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et sicut per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationē vite. Quis aduersus hæc Apostolica verba tanta duritia nefandæ impietatis obstruit, ut his auditis mortem sine peccato in nos per Adam transisse contendat, nisi oppugnatores gratiæ dei, inimici crucis Christi? Quorum finis est interitus, si in hac obstinatione durauerint. Verum hæc dixisse sufficiat propter eorum illam versutiā serpentinam, qua volunt mētes corrumpere simplices, & auertere à catholice fidei castitate veluti laude creaturæ. Porro autem de laude nuptiarum quid eis prodest, quod aduersus Manichæos, qui nuptias nō deo vero & bono assignant, sed principi tenebrarum, isti verbis veræ pietatis obstrunt dicentes, quia dominus in Euāgelio loquitur, Qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Et dixit, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quod ergo deus cōiunxit, homo nō separet. Quid eis hoc prodest per verū seducere ad falsum? Hoc enim dicūt, ut ab omni noxa liberi nasci credantur infantes, ac sic non eis opus sit reconciliari per Christum, non habentibus vllum originale peccatum, propter quod recōciliatio necessaria est omnibus per vnum, qui sine peccato venit in mundum. Sic enim inimicitia facta sunt per vnum, per quem peccatum intrauit in mundum, quod catholicè creditur, pro saluanda natura hominū, salua laude nuptiarum, quia nuptiarum laus est iusta copulatio sexuum, non iniqua defensio vitiorum. Ac per hoc cum isti laudando nuptias à Manichæis homines ad seipsos volunt traducere, mutare illis morbum cupiunt, nō sanare. Rursus in laude legis quid eis prodest, quod cōtra Manichæos verum dicunt, quādo ex hoc ad illud volūt ducere, quod falsum contra catholicos sentiunt? Dicunt enim, Legem etiam veterem secundum Apostolum iustam & sanctā & bonam fatemur, quæ custodientibus mandata sua, ac per fidem iuste viuētibus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibusq; sanctis vitā potuit cōferre perpetuam.

Quibus verbis callidissime positis legem cōtra gratiā D laudant. Neque enim lex illa quāuis & iusta & sancta & bona omnibus illis hominibus dei, sed fides quæ in Christo est, vitam potuit conferre perpetuā. Hæc enim fides per dilectionem operatur, non secundum literam quæ occidit, sed secundum spiritum qui viuificat, ad quā dei gratiam lex de præuaricatione terrēdo tanquā pædagogus perducit, ut sic conferatur homini, quod conferre ipsa non potuit. Istis nāque verbis eorum, quibus dicunt legem Prophetis & Patriarchis omnibusq; sanctis mandata eius seruantibus, vitam potuisse conferre perpetuam, respondet Apostolus, Si per legem iustitia, Christus gratis mortuus est. Si ex lege hereditas, iā non ex promissione. Si hi qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides, euacuata est promissio. Quia autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestū est, quia iustus ex fide viuīt. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuēt in illis. Quod ex lege testimonium commemoratum ab Apostolo propter vitam temporalem intelligitur, propter cuius amittendā timorē faciebant homines legis opera non ex fide, quæ transgressores legis eadē lege à populo iubebat occidi. Aut si altius intelligendum est, propter vitam æternam scriptum esse, qui fecerit ea, viuēt in illis: ideo sic expressum est legis imperium, ut infirmitas hominis in seipsa deficiens ad faciendā quæ lex imperat, de gratia dei potius ex fide quæreret adiutorium, cuius misericordia etiā fides ipsa donatur. Ita quippe habetur fides sicut vniciq; deus partitus est mēsuram fidei. Si enim non à seipsis habēt, sed accipiūt homines spiritum virtutis & charitatis & continentia: vnde dicit idem ipse doctor gentium, Nō enim accepimus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentia: Profecto accipitur etiam spiritus fidei, de quo dicit, Habētes autem eundem spiritum fidei. Verum ergo dicit lex, Qui fecerit ea, viuēt in illis. Sed ut faciat ea & viuāt in eis, non lex quæ hoc imperat, sed fides est necessaria, quæ hoc impetrat. Quæ tamen fides ut hæc accipere mereatur, ipsa gratis datur. Nusquam autem isti inimici gratiæ ad eadē gratiam vehementius oppugnādā occultiores moluntur insidias, quā vbi legē laudant, quæ sine dubitatione laudāda est. Legem quippe diuerlis locutionum modis & varietate verborū in omnibus disputationibus suis volūt intelligi gratiā, ut scilicet à domino deo adiutoriū cognitionis habeamus, quo ea quæ faciēda sunt nouerimus: nō inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quæ propria gratia est. Nam scientia legis sine charitate inflat, non edificat, secundum eundem Apostolum apertissime dicentem, Scientia inflat, charitas vero edificat. Quæ sententia similis est ei quæ dictum est, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Quæle est enim, scientia inflat: tale est, litera occidit. Et quæle est, charitas edificat: tale est, spiritus viuificat, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Cognitio itaque legis facit superbum præuaricatorem, per donum autem charitatis delectat legis esse factorem. Non ergo legem euacuamus per fidem, sed legem statuimus, quæ terrendo ducit ad fidē. Ideo quippe lex iram operatur, ut terrore atque conuerso ad iustitiam legis implendam, dei misericordiam gratia largiatur per Iesum Christum dominum nostrum, qui est dei sapientia, de qua scriptum est, Legem & misericordiam in lingua portat: legem, qua terreat: misericordiam, qua subueniat: legem per seruum, misericordiam per seipsum. Legem tanquam

1. Cor. 3.

Psal. 50.

Job. 25.

1. Tim. 2.

Rom. 5.

Galat. 3.

Rom. 12.

2. Tim. 1.

Rom. 4.

Galat. 3.

Abac. 2.

Rom. 12.

2. Cor. 3.

Rom. 5.

Hilarius.

4. Reg. 4. in baculo, quē misit Helifaus ad filium viduę suscitandū, & non resurrexit. Si enim data esset lex, quę posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Misericordiam vero tanquam in ipso Helifco, qui figura Christi gerens, mortuo viuificando magni sacramenti velut noui testamenti significatione coniunctus est. Item quod aduersus Manichęos laudat liberum arbitrium, adhibentes propheticum testimonium, Si volueritis & audieritis me, quę bona sunt terrę comedetis: si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos consumet: quid eis hoc prodest? Quandoquidem non tam contra Manichęos defendunt, quā contra catholicos extollunt liberum arbitrium. Sic enim volūt intelligi quod dictum est, si volueritis & audieritis meritāquam in ipsa procedente voluntate sit cōsequētis meritum gratiā, ac sic gratia iam non sit gratia, quę nō est gratuita, cum redditur debita. Si autem sic intelligerēt quod dictum est, si volueritis, vt etiā ipsam bonam voluntatem illum preparare confiterentur, de quo scriptū est, Preparatur voluntas ā domino: tanquam catholici vteretur hoc testimonio, & nō solum hęcresim veterem Manichęorum vincerēt, sed nouam Pelagianorum contererent. Quid eis prodest, quod in laude ipsius liberi arbitrij gratiam dicit adiuuare vniuscuiusque bonum propositū? Hoc sine scrupulo acciperetur catholice dictum, si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito iam merces secundum debitum nō secundum gratiam redderetur, sed intelligerent & confiterentur etiam ipsum bonum propositum, quod consequens adiuuat gratia, non esse potuisse in homine, si non pręcederet gratia. Quomodo enim est hominis bonum propositum sine miserante prius domino, cum ipsa sit bona voluntas, quę preparatur ā deo? Quod autem cum dixissent gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque propositum bonū, mox addiderunt, non tamen reluctanti studium virtutis immittere: posset bene intelligi, si non ab istis, quorum sensus notus est, diceretur. Reluctanti enī prius aditus diuinę vocationis ipsa dei gratia procuratur, ac deinde in illo iam non reluctante spiritus virtutis accenditur. Veruntamen in omnibus quę quisque agit secundum deum, misericordia eius pręuenit eum. Quod isti nolunt, quia non esse catholici, sed Pelagianī volunt. Multum enim delectat impietatem superbam, vt etiam id quod cogitur confiteri ā domino datum, non sibi donatum videatur esse, sed redditum, vt scilicet filij perditionis non promissionis ipsi credatur se bonos fecisse, & deus iam bonis ā seipsis effectis, pro isto eorum opere debitum pręmium reddidisse. Ita nanq; illis tumor ipse aures cordis obstruxit, vt nō audiant, Quid enim habes quod non accepisti? Non audiant, Sine me nihil potestis facere. Non audiant, Charitas ex deo est. Non audiant, Deus partitus est mensuram fidei. Non audiant, Spiritus vbi vult spirat: Et qui spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Nō audiant, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum ā patre meo. Nō audiant quod Esdras scribit, Benedictus est dominus patrum nostrorum, qui hoc dedit in cor regis clarificare domum suam, quę est in Hierusalem. Non audiant quod per Hieremiam dicit dominus, Et timorem meum dabo in cor eorum vt ā me non recedant, & visitabo eos vt bonos eos faciā. Maximēq; illud per Ezechielem Prophetam, vbi prorsus deus ostendit nullis se hominū bonis meritis prouocari vt eos bonos faciāt, id est, obediētes mādati suis, sed potius hęc eis retribuere bona pro malis, propter seipsum hoc faciēdo, nō

Voluntas bona ad deo. Cap. VI. Es. 1.

1. Cor. 4. 10. 15. 1. Ioan. 4. Rom. 12. Ioan. 3. Rom. 8. Ioan. 6. 3. Esdr. 8. Hier. 32.

propter illos. Ait enim, Hęc dicit dominus deus, Ego K faciam domus Israël, sed propter nomē meum sanctū, quod profanastis in gentibus, quo intraſtis illuc, & sanctificabo nomē meum magnum, quod profanatum est in gētib; & profanastis in medio corū, & scientes quia ego sum dominus, dicit Adonai dominus, cū sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram, & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritū nouum dabo in vobis, & auferetur cor lapideū de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum dabo vobis, & faciā vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Et post aliquanta per eundē ipsum Prophetam, Nō propter vos, inquit, ego facio dicit dominus deus, notum sit vobis. Confundimini & erubescite de viis vestris domus Israël. Hęc dicit dominus deus, In die quo mundauero vos ab omnibus iniquitatibus vestris, constituam ciuitates & edificabuntur deserta, & terra exterminata preparabitur, pro eo quod exterminata est ante oculos omnis prętereuntis. Et dicent, Terra illa exterminata est, facta est sicut hortus voluptatis, & ciuitates deserta & exterminata & effossa, munita sederūt. Et scient gentes quęcunq; relięta fuerint in circuitu vestro, quia ego dominus edificauī destructas, plantauīque exterminatas. Ego dominus locutus sum & feci. Hęc dicit dominus, Adhuc hoc inquiram domui Israël vt faciā eis, Multiplicabo eos sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem in diebus festis eius, Sic erunt ciuitates illę desolatae plena ouibus hominum, & sciet quia ego dominus. Quid remansit pelli morticinę vnde possit inflari, & dedignetur quando gloriatur, in domino gloriari? Quid ei remansit, quando quicquid dixerit se fecisse, vt eo procedente hominis merito ab homine exorto deus subsequenter faciāt, quod dignus est homo: respondetur, reclamatur, contradicitur. Ego facio, sed propter nomen meum, sanctum, non propter vos ego facio, dicit dominus deus: Nihil sic euerit Pelagianos, dicentes gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod quidem ipse Pelagius etsi non corrigendo, tamen orientales iudices timendo damnauit. Nihil sic euerit hominum pręsumptionem dicentium, nos facimus vt mereamur cum quibus faciāt deus. Respondet vobis non Pelagius, sed ipse dominus, Ego facio, & non propter vos, sed propter nomen meum sanctum. Quid enim potestis facere boni de corde non bono? Vt autem habeatis cor bonum, Dabo, inquit, vobis cor nouum, & spiritum meum dabo vobis. Nunquid potestis dicere, prius ambulauimus in iustificationibus eius, & iudiciū eius obseruauimus & fecimus vt digni essemus quibus gratiā suam daret? Quid enim boni faceretis homines mali? Et quomodo ista bona faceretis, nisi boni essetis? Vt autem homines sint boni quis facit, nisi ille qui dixit, Visitabo eos, vt eos bonos faciā? Et qui dixit, Spiritum meum dabo vobis, & faciā vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis? Itāc nondum euigilatis? Non auditis, Faciā vt ambuletis, faciā vt obseruetis, postremo, faciā vt faciatis? Quid adhuc vos inflatis? Nos quidem ambulamus, verum est, nos obseruamus, nos facimus, sed ille facit vt ambulemus, vt obseruemus, vt faciāmus. Hęc est gratia dei bonos faciens nos, Hęc misericordia eius pręueniens nos. Quid

A Quid merentur deserta & exterminata, & effossa, quę tamē edificabuntur & operabuntur & munitur? Nunquid hęc pro meritis desertionis, exterminationis, effossionis suę? Absit. Ista enim merita mala sunt, hęc munita bona. Redduntur itaque malis bona. Gratuita ergo, nō debita, & ideo gratia. Ego, inquit dominus, ego dominus. Nonne te ista vox comprimit, & humana superbia, quę dicis, ego facio vt merear ā domino edificari atque plantari? Nonne audis, Non propter vos ego facio, Ego dominus edificauī destructas, plantauī exterminatas, Ego dominus locutus sum & feci, non tamen propter vos, sed propter nomen meum sanctum? Quis multiplicat sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem? Quis facit vt ciuitates illę desolatae plenę sint ouium hominum, nisi ille qui sequitur & dicit, Et scient quia ego dominus? Sed quibus ouibus hominibus implet, sicuti est pollicitus, ciuitates, vtrū quas inuenit, an quas facit? Psalmum interrogemus, Ecce respondet, audiamus, Venite adoremus & procidamus, ploremus ad dominum qui fecit nos, quia ipse est deus noster, & nos populus pascuę eius, & oues manus eius. Ipse igitur facit oues quibus desolatas implet ciuitates. Quid mirum? Quandoquidem illi vnica ouī dicitur, hoc est Ecclesię, cuius membra sunt omnes oues homines, Quoniā ego sum dominus qui facio te? Quid mihi obtendis liberum arbitrium quod ad faciendam iustitiam liberum non erit, nisi ouis fueris? Qui facit igitur oues homines, ipse ad obedientiam pietatis, humanas liberat voluntates. Sed quare istos homines oues facit, & istos non facit, apud quem non est acceptio personarum? Ipsa est quęstio quam beatus Apostolus curiosius quā capacius proponentibus ait, O homo tu quis es vt respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Ipsa est quęstio quę ad illā pertinet altitudinem, quam perspicere volens idem Apostolus, quodammodo expauit & exclamauit, O altitudo diuitiarum sapientię & scientię dei: quā inſcrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Non itaque istam scrutari audeāt inſcrutabilem quęstionem, qui meritum ante gratiam, & ideo iam contra gratiam defendentes, priores volūt dare deo vt retribuat eis, priores vt que dare quodlibet ex libero arbitrio, vt sit gratia retribuenda pro pręmio, & sapiēter intelligant, vel fideliter credant etiam quod se putant priores dedisse, ab illo ex quo sunt omnia, per quem sunt omnia, in quo sunt omnia percepisse. Cur autem iste accipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere, & quisquis eorum acceperit indebite accipiat, vires suas metiatur, & fortiora se nō scrutentur. Sufficiat eis scire, quod non sit iniquitas apud deum. Cum enim nulla merita inuenisset Apostolus, quibus Iacob geminum apud deum pręcederet fratrem, Quid ergo dicemus, inquit? Nūquid est apud deū iniquitas? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor, cui misertus ero, & misericordiam pręstabo, cui misericors fuero. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Grata sit ergo nobis eius gratuita miseratio, etiā si hęc profunda insoluta sit quęstio. Quę tamen hęc tenus soluitur, inſolentis eam soluit idē Apostolus dicēs, Si autem deus volens ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multapatiētia vasa irę, quę perfecta sunt in perditionem, & vt notas faceret diui-

tias glorię suę in vasa misericordię, quę preparauit in gloriam. Ira quippe non redditur, nisi debita, ne sit iniquitas apud deum: misericordia vero etiam cum prębetur indebita, nō est iniquitas apud deum. Et hinc intelligunt vasa misericordię, cum gratuita illis misericordia prębeatur, quod ira vasis cum quibus est eis perditionis causa & massa cōmunis, ira debita & iusta responditur. Hęc iam satis sint aduersus eos qui per arbitrij libertatem destruere volunt gratia largitorem. Quod vero laude sanctorum nolunt nos affectu illius publicani esurire & sitire iustitiam, sed vanitate illius Pharisęi tanquam saturatos plenosq; ruſtare, quid eis pdest quod aduersus Manichęos, qui baptisma destruant, isti dicunt baptismo perfecte homines innouari, atque ad hoc Apostoli adhibēt testimonium, qui per lauacrum aquę Ecclesiam de gētib; sanctam fieri immaculatamque testatur, cum superbo sensu atque perverso contra orationes ipsius Ecclesię suas exerant disputationes: Hoc enim propterea dicit, vt credatur Ecclesia post sanctum baptismum, in quo sit omnium remissio peccatorum, vterius nō habere peccatum, cum E aduersus eos illa ā solis ortu vsq; ad occasum omnibus suis membris clamet ad deum, Dimitte nobis debita nostra. Quid quod etiam de seipsis in hac causa si interrogentur, quid respōdeant non inueniunt? Si enim dixerint se non habere peccatum, respondet eis Ioannes, Quid quod seipſos decipiāt, & veritas in eis non sit. Si autem constentur peccata sua, cum se velint esse Christi corporis mēbra, quomodo est illud corpus, id est, Ecclesia in isto adhuc tempore perfecta, sicut isti sapiunt, sine macula & ruga, cuius mēbra non mendaciter confitentur se habere peccata? Quapropter & in baptisate dimittuntur cuncta peccata, & per ipsum lauacrum aquę in verbo exhibetur Christo Ecclesia sine macula & ruga, quia nisi esset baptizata, infructuose diceret, Dimitte nobis debita nostra, donec perducatur ad gloriā, vbi ei perfectius nulla inſit macula & ruga. Et spiritum sanctum fatendum est etiam antiquis temporibus non solum mentes bonas adiuuasse, quod & isti volunt, verum etiam bonas eas fecisse, quod nolunt. Omnes quoque Prophetas & Apostolos vel sanctos & euangelicos & antiquos, quibus deus testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula virtutū iustos fuisse non dubium est, quod aduersum est Manichęis. F qui Patriarchas Prophetasque blasphemant. Sed quod aduersum est & Pelagianis, interrogati omnes de seipsis cum in hoc corpore degerent, vna voce concordissima respōderent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos seducimus, & veritas in nobis non est. In futuro autē tempore negandum non est mercedem esse tam bonorum operum quā malorum, & nemini pręcipi quę hic contempserit, illic mandata perficere, sed planē istam saturitatem, vbi peccatum esse nō possit, quę hic ā sanctis esuritur, & sititur, hic sperari i pręcepto, ibi percipi in pręmio, elemosynis & orationibus impetrantibus, vt quod hic minus impletū fuerit mandatorum, fiat impunitum per indulgentiā peccatorum. Quę cum ita sint, desinant Pelagianī quinque istarum rerum inuidiosissimis laudibus, id est, laude creaturę, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, quasi Manichęorum tendiculis fingere se homines velle eruere, vt possint eos suis retibus implicare, id est, vt negēt originale peccatum, & paruulis inuideant Christi medici auxilium, & vt dicant gratiam dei secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non

Sacri veteris testamenti. Cap. VII. Luca 19.

Eph. 5.

Ps. 49. Mar. 6.

1. Ioan. 2.

Eph. 5.

1. Ioan. 2.

Cypriani
testimonium.
Cap. VIII.

G sit gratia, & vt dicant sanctos in hac vita non habuisse peccatum, ac sic euacuetur oratio quā sanctis tradidit, qui non habebat peccatum, & per quem sanctis orantibus dimittitur omne peccatum. Ad hæc tria mala homines incautos, & ineruditos quinque illorū bonorum fraudulētra laude seducūt. De quibus omnibus satis me existimo respōdisse eorum crudelissimæ & impiissimæ & superbissimæ vanitati. Sed quoniam dicunt inimicos suos dicta nostra in veritatis odiū suscepisse, & toto penitus Occidente non minus stultum quā impium dogma esse susceptū, & simplicibus Episcopis sine congregatione synodi in locis suis sedētibus ad hoc confirmandum subscriptionem queruntur extortam; cum potius eorum profanas vocum nouitates Ecclesia Christi & Occidentalis & Orientalis horruerit, ad curam nostram existimo pertinere, non solum scripturas sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere, quod iā satis fecimus, verum etiam de sanctorum literis, qui eas ante nos fama celeberrima & ingenti gloria tractauerūt, aliqua documenta proferre, non quod canonicis libris à nobis vilius disputatoris æquetur autoritas, tanquam omnino nō sit, quod melius seu verius ab aliquo catholico, quā ab alio itidem catholico sentiat, sed vt admoneantur qui putant istos aliquid dicere, quemadmodum de his rebus ante noua istorum vaniloquia, catholici antistites eloquia diuina secuti sint, & sciant à nobis rectam & antiquitus fundatā catholicam fidem aduersus recentem Pelagianorum hæreticorum præsumptionem perniciosamq; defendi. Beatissimum, coronam etiam martyrij gloriosissimum Cyprianum, nec Africanis atque occidentilibus tantum, verum & orientalibus Ecclesiis fama prædicante, & scripta eius longe latēq; diffundente notissimum, etiam ipse hæresiarches istorum Pelagius cū debito certē honore cōmemorat, vbi testimoniorum librum scribēs, eum asserit imitari, hoc se dicens facere ad Romanum, quod ille fecerit ad Quirinum. Videamus ergo quid de originali peccato quod per vnum hominem intravit in mundum, senserit Cyprianus. In epistola de opere & eleemosynis ita loquitur, Cum dominus adueniens sanasset illa quæ Adam portauerat vulnera, & venena serpētis antiqua quærasset, legem dedit sano & præcepit, ne vltra iam peccaret, ne quid peccati grauius eueniret. Coarctati eramus & in angustum innocentia præscriptione conclusi, nec habebat, quid fragilitatis humanae infirmitas atque imbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina superueniens iustitiæ & misericordiæ operibus ostensis, viam quandam tuendæ salutis aperiret, vt sordes postmodū quascūque contrahimus, eleemosynis abluamus. Hoc testimonio duas istorum falsitates testis iste redarguit, Vnā quæ dicunt nihil vitiōrum ex Adam trahere genus humanum, quod sit curādum sanandūq; per Christum. Alteram quæ dicunt nullū post baptismum sanctos habere peccatū. Rursus in eadem epistola, Ponat, inquit, vnusquisque ante oculos suos diabolu, cum suis seruis, id est cum populo perditionis ac mortis, in mediū profilire, plebem Christi præsentē ac iudicāte ipso comparationis examine prouocare dicentē, Ego pro istis quos mecū vides, nec alapas accepi, nec flagella iustini, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec familiā meam precio passionis & cruoris redemi, sed nec regnum illis cœlestē promitto, nec ad paradysum restituta immortalitate denuo reuoco. Respondeant Pelagiani, quādo fuerimus in immortalitate paradysi, & quomodo inde fuerimus expulsi, vt ex eo Christi gratia reuocemur. Et

Roma. 5.

cū inuenire nequiverint, quid hic pro sua peruersitate respondeant, attendant quæadmodum intellexerit Cyprianus quod ait Apostolus, In quo omnes peccauerūt, & Pelagiani hæretici noui de Manichæis veteribus hæreticis nulli catholico audeāt irrogare calumniam, ne tam sceleratam etiam martyri antiquo Cypriano face-re conuincantur iniuriam. Hoc enim & in epistola, cuius de mortalitate titulus inscribitur, ita dicit, Regnum dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, præmiū vitæ & gaudiū salutis æternæ, & perpetua letitia & possessio paradysi nuper amissa, mundo transeunte iam veniunt. Hoc rursus in eadem, Amplectamur, inquit, diē qui assignat singulos domicilio suo, qui nos istinc erptos, & laqueis secularib; exolutos paradiso restituat & regno. Item in epistola de patientia dei, Sententia cogitetur, inquit, quam in origine mundi statim & generis humani, Adā præcepti immemor, & datæ legis transgressor accepit: tunc sciemus quā patientes in illo seculo esse debeamus, qui sic nascimur vt pressuris istis & afflictionibus laboremur. Quia audisti, inquit, vocē mulieris tuæ, & manducaisti ex illa arbore ex qua sola præceperam tibi ne māducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos eiiciet tibi, & edes pabulum agri. In sudore vultus tui edes panem tuū, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es, quoniam terra es & in terram ibis. Huius sententiæ vinculo colligati omnes & cōstricti sumus, donec morte expūcta de isto seculo recedamus. Itēq; in eadem, Nam cum in illa, inquit, prima transgressione præcepti firmitas corporis cū immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cū recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporis luctari semper & congregi. Quæ luctatio & congregio non nisi patientia potest viribus sustineri. In epistola autem quam scripsit ad Episcopum Fidum, cū sexaginta sex cōepiscopis suis à quo fuerat consultus propter circuncisionis legē, vtrum ante octauum diem baptizari liceret infantem: Hac causa sic agitur, tāquam prouisione diuina tam longe futuros hæreticos Pelagianos iam catholica cōfutare Ecclesia. Neque enim qui cōsulerat inde dubitabat, vtrum nascentes traherent originale peccatum, quod renascendo diluerent. Abiit enim vt hinc aliquādo fides Christiana dubitauerit. Sed ille dubitabat, vtrum regenerationis lauacrum, quo nō dubitabat soluendū originale peccatum, ante diem tradi deberet octauum. Ad quam consultationē respōdens beatissimus Cyprianus, Quātum vero, inquit, ad causam infantū pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sunt cōstitutos baptizari non oportere, & considerandam esse legem circūcisionis antiquæ, vt intra octauū diem cum qui natus est baptizandum & sanctificandum non putares, longe aliud in cōcilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod putabas esse faciendū, nemo cōsensit, sed vniuersi potius iudicauimus nulli hominū nato misericordis dei gratiam denegandam. Nam cum dominus in Euangelio suo dicat, Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare: quantū in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Et paulo post, Nec aliquis, inquit, nostrū id debet horrere, quod dominus diu-natus est facere. Nam etsi adhuc infans à partu nouus est, non ita est tamen vt quisquā illum in gratia danda atq; in pace faciēda horrere debeat osculari, quādo in osculo infantis vnusquisq; nostrū pro sua religione ip-sas adhuc

Rom. 1.

Gen. 3.

Luce. 1.

As adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodammodo exosculamur, quando id quod deus fecit amplectimur. Item paulo post, Cæterum si homines, inquit, impedire aliqui ad consecutionem gratiæ possent, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porro autem si etiā grauisimis delictoribus, & in deum multo antè peccantibus, cum postea crederint, remissa peccatorū datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagiū mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? Qui ad remissam peccatorum accipiēdam, hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Quid ad ista dicturi sunt gratiæ dei non solū desertores, sed etiā persecutores? Quid ad ista dicturi sunt? Quo pacto nobis paradysi possessio redditur? Quomodo paradiso restitui-mur, si nūquam ibi fuimus? Aut quomodo ibi fuimus, nisi quia in Adam fuimus? Et quomodo ad sententiam quæ in transgressore dicta est, pertinemus, si noniam de transgressore non trahimus? Postremo si baptizandos etiam ante diem censet octauum, ne per contagium mortis antiquæ prima natiuitate cōtractum peccant animæ paruulorum, quomodo pereunt si ex hominibus etiam fidelibus qui nascuntur, non tenentur à diabolo donec renascantur in Christo, & eruti de potestate tenebrarum in regnum illius transferantur? Et quis dicit nascentium nisi renascantur, animas perituras? Nempè ille qui sic laudat creatore atque creaturā, opificem atq; opus, vt humani sensus horrore quo dedignantur homines recentes ab vtero paruulos osculari, creatoris ipsius interpolata veneratione cōpescat & corrigat dicens, in illius ætatis osculo recentes dei manus esse cogitandas. Nunquid ergo consistens originale peccatum, aut naturam quam nauit, aut nuptias? Nūquid quoniam nascenti ex Adam reo adhibuit regenerationis purgationem, ideo deum negauit nascentium conditorem? Nunquid quia memēs animas cuiuslibet ætatis perire, etiam ante diem octauum liberandas esse sacramēto baptismi cum collegarum concilio iudicauit, ideo nuptias accusauit, quando quidē in infante siue deconiugio, siue adulterio, tamē quia homo natus est, recentes dei manus dignas etiam osculo pacis ostēdit? Si ergo potuit sanctus Episcopus & martyr gloriosissim; Cyprianus peccatum originale in infantibus medicina Christi censere sanandū, salua laude creaturæ, salua laude nuptiarum, cur nouitia pestilentia, cū istum non audeat dicere Manichæum, catholicis qui ista defendūt, vt obtegar propriū, putat obiciendum crimē alienum? Ecce prædicatissimus tractator diuinorū eloquiorum, antequā terras nostras vel tenuissimus odor Manichæi pestilentia tetigisset, sine vlla vituperatione diuini operis atq; nuptiarum, cōstitetur originale peccatū, non dicens Christum vlla peccati macula aspersum, nec tamē ei comparans carnē peccati in nascentibus cæteris, quibus per similitudinem carnis peccati mūdationis præstet auxilium, nec originis animarum obscura quæstione terretur, quo minus eos qui Christi gratia liberātur, in paradysum remeare fateatur. Nunquid ex Adam dicit in homines mortis conditionem sine peccati cōtatione transisse? Nō enim propter corporis mortem vitādā, sed propter peccatum, quod per vnum intravit in mundū, dicit per baptismum paruulis ab vtero quilibet recentissimis subueniri. Iam vero gratiam dei

quæadmodum aduersus istos prædicet Cypriantis, vbi de oratione dominica disputat, euidenter apparet. Ait enim, Dicimus, Sanctificetur nomē tuum: non quod optemus deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod optamus à deo, vt nomē eius sanctificetur in nobis. Cæterum à quo deus sanctificatur, qui ipse omnes sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum: id petimus & oramus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus. Et alio loco in eadem epistola, Ad dimus quoq; inquit, & dicimus, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: nō vt deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus quod deus vult: Nam deo quis obstitit quo minus quod velit faciat? Sed quia nobis à diabolo obstitit quo minus per omnia noster anim; atq; actus deo obsequatur, oramus & petimus, vt fiat in nobis voluntas dei. Quæ vt fiat in nobis, opus est dei voluntate, id est, ope eius & protectione, quia nemo suis virib; fortis est, sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Item alio, Fieri autem petimus, inquit, voluntatem dei in cœlo & in terra, quod vtrunque ad consummationē nostræ incolumitatis pertinet & salutis: Nam cum corpus è terra, & spiritū possideamus è cœlo, ipsi terra & cœlum sumus, & in vtroq; id est in corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat, oramus. Est enim inter carnem & spiritum cōtatio, & discordantibus aduersus se inuicē quotidiana congregio, vt nō quæ volumus ipsa faciamus, dum spiritus cœlestis & diuina quærit, caro terrena & secularia cōcupiscit. Et ideo petimus inter duo ista ope & auxilio dei concordia fieri, vt dum & in spiritu & in carne voluntas dei geritur, quæ per eum renata est anima seruetur. Quod aperte atq; manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat, Caro, inquit, cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur, vt non quæ vultis ipsa faciatis. Et paulo post, Potest & sic intelligi, inquit, fratres dilectissimi, vt quoniam mādāt & docet dominus etiā inimicos diligere, & pro his quoq; qui nos persequuntur orare, precemur & pro illis qui adhuc terra sunt, & necdum cœlestes esse cœperunt, vt & circa illos voluntas dei fiat, quam Christus hominem cōseruando & redintegrando perfecit. Itemq; alio, Hūc autem panem, inquit, dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus & eucharistiā quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedēte aliquo grauiore delicto, dū absentes, & nō cōmunicātes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. Et aliquāto post in eadem, Quando autē rogamus, inquit, ne in tērationem veniamus, admone-mur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atq; arroganter aliquid assumat, ne quis aut confessio-nis aut passionis gloriā suam ducat, cum dominus ipse humilitatem docens dixerit, Vigilate & orate ne veniatis in tērationem, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & submissa cōfessio, & datur totum deo quicquid suppliciter cū timore & honore dei petitur, ipsius pietate præstetur. Itē ad Quirinum, in quo opere se Pelagius vult eius imitatorē videri, ait in libro tertio, In nullo gloriādum, quādo nostrum nihil sit. Cui proposito testimonia diuina subiungens, inter cætera posuit Apostolicum illud, quo istorum maxime ora claudēda sunt, Quid enim habes quod nō accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quāsi nō accepisti? Item in epistola de patientia, Est enim nobis, inquit, cū deo virtus ista communis. Inde patientia

Mat. 6.

Luce. 18.

Galat. 5.

Mat. 5.

Mat. 26.

1. Cor. 4.

Incipit, inde claritas & dignitas caput sumit, origo & magnitudo patietia deo authore procedit. Nūquid iste sanctus tam memorabilis Ecclesiarū in verbo veritatis instructor, liberum arbitrium negat esse in hominibus, quia deo totum tribuit quod recte viuimus? Nunquid legē dei culpā, quando non ex ipso iustificari hominem significat, quandoquidem quod illa iubet, a domino deo precibus impetrandum esse declarat? Nunquid sub nomine gratia fatum asserit, quauis dicat in nullo gloria dum, quādo nostrum nihil sit? Nūquid sicut isti spiritum sanctum adiutorium ita credit esse virtutis, tanquam ipsa virtus quae ad hoc adiuuatur, oriatur ex nobis, quando nostrum nihil esse asserens, propter hoc Apostolum dixisse commemorat, Quid enim habes quod non accepisti? virtutemque excellentissimā, hoc est patientiam, nō a nobis dicit incipere, ac deinde adiuuari spiritu dei, sed ab ipso caput, ab ipso originem sumere? Postremo nec propositum bonum, nec studium virtutis, nec mentes bonas sine gratia dei incipere & esse in hominibus constituit, cū dicit in nullo gloriandū, quando nostrum nihil sit. Quid tam in libero arbitrio constitutum, quā quod lex dicit, non adorandum idolum, nec mœchandū, non homicidiū perpetrandum? Ista autem sunt atque huiusmodi crimina, quae si quisquā commiserit, a corporis Christi cōmunionē remouetur: Et tamen si beatissimus Cyprianus his non committēdis existimaret nostram sufficere voluntatem, non sic intelligeret quod in oratione dominica dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ut hoc nos petere asseueraret, ne intercedente aliquo grauiore, delicto, dum absentes & nō communicātes, a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. Respondeat certe haeretici noui, quid bonorum meritorū precedat in hominibus inimicis nomini Christiano. Non solum enim non habet bonum, sed habent etiam pessimū meritum. Et tamen etiam sic Cyprianus intelligit quod in oratione dicimus, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra: ut & pro ipsis qui propter hoc terra intelligunt oremus. Oramus ergo non solū pro nolentibus, verum etiam pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo petimus, nisi ut fiant ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes?

A quo, nisi ab illo de quo scriptum est, Preparatur voluntas a deo? Dicant ergo esse catholici qui dedignantur, si quid mali non faciūt, & si quid boni faciunt, non in seipsis, sed in domino gloriari. Illud iam tertium videamus, quod nō minus in istis omne Christi membrum & totum eius corpus exhorret, quia contendunt esse in hac vita vel fuisse iustos nullum habentes omnino peccatū, quae praesumptione apertissime orationi dominicae contradicunt, in qua omnia membra Christi, Dimitte nobis debita nostra, veraci corde & quotidianis vocibus clamant. Videamus ergo quid etiam in hoc Cyprianus in domino gloriosissimus senserit, quid ad instruēdas Ecclesias non utique Manichaeorum, sed catholicorum, nō solum dixerit, verum etiā literis memoriae mandauerit: in epistola de opere & elemosynis agnoscimus. Itaque fratres, inquit, dilectissimi diuine indulgentiae salubre munus, ut emūdandis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiae vulnere esse nō possumus, medelis spiritalibus vulnera nostra curemus, neque quisquā sic sibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, ut innocētia sua fretus medicinam non putet adhibendā esse vulneribus, cum scriptū sit, Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur

mūdum se esse a peccatis? Et iterum in epistola Ioānes ponat & dicat, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autē nemo sine peccato esse potest, & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est, cum sciat non deesse sanatis quaedā postmodum vulnera, dedit curandis denuo saluandisque vulneribus remedia salutaria. Rursus in eadem, Et quoniam quotidie, inquit, deesse nō potest quod peccetur in cōspectu dei, sacrificia quotidiana non deerūt, quibus possent peccata tergi. Item in epistola de mortalitate, Cum auaritia, inquit, nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitiis, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est, obsessa mens hominis, & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singularis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libidinis libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contēpta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolētia inuitat, inuidia cōcordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit: cogēris maledicere quod diuina lex prohibet, compelleris iurare quod non licet. Tot persecutiones animus L quotidie patitur, tot periculis peccatū vrgetur, & delectat hic inter diaboli laqueos diu stare, cum magis concupiscendum & optandum ad Christum subueniente velocius morte properare. Item in ipsa, Beatus, inquit, Apostolus Paulus in epistola sua ponit & dicit, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: lucrum putans maximum iam secularibus laqueis nō teneri, iam nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium fieri. Item de oratione dominica exponēs quod petimus dicētes, Sanctificetur nomen Mat. dicitur: ait inter cetera, Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, ut qui quotidie delinquim⁹, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Rursus in eadē cū exponeret quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra: Quam necessarie autem, inquit, quam prouidenter & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare cōpellimur, ut dum indulgentia de deo petitur, conscientiae suae animus recordetur. Et ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollēdo plus peccat, instruitur & docetur peccare se quotidie, dū quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique Ioannes in epistola sua monet dicens, Si dixerimus quia peccatū nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nō est. Si autē cōfessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est qui nobis peccata dimittat. Merito & ad Quirinum de hac re absolutissimā sententiā suā proposuit, cui testimonio diuina subiūgeret, neminē sine sordē & sine peccato esse, vbi etiā illa testimonia posuit, quibus cōfirmatur originale peccatū, quae conātur isti i nescio quos alios nouos sensus prauosque cōvertere, siue quod ait factus Iob, Neminē esse sine sordē, nec cuius sit vita dici vni⁹ super terrā: siue quod i Psalmo legitur, In facinore cōceptus sum, & i peccatis me mater mea i vtero aluit. Quibus testimoniis propter eos etiā qui iā in aetate maiori sunt sancti, quia nec ipsi sunt sine sordē atque peccato, adiūxit etiā illud beatissimi Ioannis, quod multis & aliis locis sepe cōmemorat, Si dixerim⁹ quia peccatū nō habemus, & cetera eiusdem sententiā, quae ab omnibus catholicis nō tacent aduersus istos qui se ipsos decipiūt, & in eis veritas nō est. Dicāt si audēt Pelagiani hūc hominē dei, Manichaeorū errore peruersum, quia ita laudat sanctos, ut tamen fateatur neminē in hac vita ad tantā perfectionē peruenire iustitiae, ut nullū habeat omnino peccatū, sententiā suā testimoniorū canonicorū perspicua veritate & diuina auctoritate cōfirmās. Nūquid enim

A enim negat in baptismo vniuersa peccata dimitti, quia fatetur manere fragilitatem atque infirmitatem, vnde nos dicit peccare post baptismum, & vsque in huius vitae finem cū carnalibus vitiis indefinenter habere cōstitutum? Aut ideo non meminerat, quid de immaculata Ecclesia dixisset Apostolus, quia praecipit neminem sic sibi de puro atque immaculato pectore debere blandiri, ut innocētia sua fretus, medicinam nō putet adhibendam esse vulneribus: Puto quod concedant noui haeretici huic homini catholico, scire spiritum sanctū mētes bonas etiam antiquis temporibus adiuuisse, imō etiam, quod ipsi nolūt, nec mētes bonas eos nisi per spiritum sanctum habere potuisse. Puto quod omnēs Prophetas & Apostolos vel quoslibet sanctos, qui domino quocunque tempore placuerunt, nō in comparatione sceleratorum, sicut nos isti dicere calumniantur, sed regula virtutum, sicut se dicere gloriātur, iustos fuisse noverat Cyprianus, qui tamen dicit, Nemo esse sine peccato potest: & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. Nec propter aliud intelligi scriptū, Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? Puto quod non ab istis docendus fuerat Cyprianus, quod optime sciebat, in futuro tempore mercedem esse honorū operum, malorum autem supplicium, ceterum neminem posse, quae hic contempserit mandata perficere: & tamen ipsum Apostolum Paulum mandatorum diuinorum non utique contemptorem, non ob aliud intelligit asseritque dixisse, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, nisi quia lucrum maximum computabat iam post hanc vitam secularibus laqueis non teneri, iam nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium fieri. Sensit ergo beatissimus Cyprianus, atque in diuinorum scripturarum veritate perspexit, etiam ipsorum Apostolorum quauis bonam sanctam iustamque vitam, nōnullos nexum secularium laqueorum fuisse perpeffam, nonnullis peccatis & vitiis carnis obnoxiam, & ideo eos mortē desiderasse, ut his malis carerent, & ut ad illam, quae ista non pateretur, nec iam in mandato faciendā sed in praemium percipiendā esset, perfectam iustitiam peruenirent. Neque enim cum venerit quod oramus dicentes, Adueniat regnum tuū, non erit in illo dei regno vlla iustitia, cum dicat Apostolus, Non est enim regnū dei escā & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Nempe ista tria inter cetera praecēpta diuina praecipiantur. Hic nobis praecipitur iustitia cum dicitur, Facite iustitiam. Praecipitur pax cum dicitur, Pacem habete inter vos. Praecipitur gaudium cum dicitur, Gaudete in domino semper. Negēt ergo Pelagiani hanc futura in regno dei, vbi sine fine viuemus: aut vsque adeo si videtur insipienter, ut iustitiam, pacem, gaudiū, qualia sunt hic iustis, talia & illie futura esse contendant. Quod etsi erunt, & non talia erunt, profecto eorū hic in praecēpto curanda est actio, illic in praemio speranda perfectio, vbi secularibus vllis laqueis non erunt retenti, nullisque peccatis & vitiis carnis obnoxii. Propter quod Apostolus, sicut hoc testimonium accepit Cyprianus, mori lucrum sibi esse dicebat. Perfecit diligemus deum, cuius erit facie ad faciem contemplatio. Perfecit diligemus & proximum, cum manifestatis cogitationibus cordis nulla vllum de vllis mali vllis possit sollicitare suspicio. Sed etiam gloriosissimo martyri Cypriano, ad istos cumulatius redarguendos beatissimum addamus Ambrosium, quoniam & ipsum Pelagius ita laudauit, ut ne ab inimicis quidē in eius libris quod reprehēderetur, Tomus septimus.

diceret inueniri. Quoniam ergo Pelagiani dicunt, non D esse originale peccatum cum quo nascuntur infantes, & catholicis qui eis pro antiquissima Ecclesiae fide resistunt, haeresis Manichaeae crimen obiciunt, respondeat eis de haere homo dei catholicus, & ab ipso Pelagio in veritate fidei laudatus Ambrosius, qui cū Esaiam prophetam exponeret, ait, Idcirco Christus immaculatus, quia nec ipsa quidē nascendi solita cōditione maculatus est. Et alio loco in eodem opere loquens de Apostolo Petro, Ipse se, inquit, obtulit, quod antē putabāt esse peccatum, lauari sibi non solum pedes, sed & caput poscens, quod ilico intellexisset lauacro pedum, qui in primo lapsi sunt homine, sordem obnoxie successione aboleri. Item in eodem opere, Seruatum est igitur, inquit, ut ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem nemo videatur expers esse delicti: qui autē expers est delicti, expers est etiam huiusmodi cōceptionis. Item contra Nouatianos scribēs, Omnes homines, inquit, sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum dicente Dauid, Ecce Psal. 50. enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Itē in apologia Prophete Dauid, E Antequam nascamur, inquit, maculamur contagione: & ante vsurā lucis, originis ipsius excipimus iniuriam, in apologia in iniquitate concipimur. Item de domino loquens, Dauidica, Dignum etenim fuit, inquit, ut qui non erat habiturus corpore peccatum prolapsionis, nullum sentiret generationis naturale cōtagium. Merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamēta naturā, & quod prius inciperet in homine macula quā vita. Item de arca Noē, Per vnum igitur, inquit, dominum Iesum salus ventura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi esset natus ex virgine, qui generationis obnoxiae priuilegio minime teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is qui iustus praeter ceteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixerim, nisi horum liberum vinculorum, quem naturae communis vincula non teneant? Ecce vir sanctus, Pelagij quoque testimonio in fide catholica probatissimus, Pelagianos negantes originale peccatū tanta manifestatione redarguit, nec tamen cum Manichaeis vel deum nascentium conditorem negat, vel nuptias quas deus instituit & benedixit, accusat. Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitrium, cui deus subsequens gratiae retribuatur adiumentum. Etiam hic eos refellat venerandus Ambrosius dicens in expositione Esaiae Prophetae, Quia humana natura sine diuina ope imbecilla est, ad medendum deum auxiliatorem requirit. Item in libro qui inscribitur de fuga saeculi, Frequens vobis, inquit, de effugiendo saeculo isto sermo, atque vtinam quā facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditātū, & vanitatum offusio mentem occupat: ut quod studeas vitare, hoc cogites, animoque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quā effectus, testatur Propheta dicēdo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiā. Non enim in potestate nostra est cor nostrum & nostrae cogitationes, quae improviso offusa mentem animūque confundunt, atque aliō trahunt quā tū proposueris: Ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptaria ingerūt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tempore quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitatio-

Exod. 20.

Perfecta in fuitia. Cap. X.

Mat. 6.

Prouer. 20.

Ambrosius in libro de fuga saeculi. Capite. 2.

Psal. 118.

Gnibus ad terrena plerūque deiciuntur. Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino quā fieri potest? Nullo profecto modo. Denique supra eadem scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Quid apertius & sufficientius dici potest? Sed ne Pelagiani forte respondeant, eoislo quo diuinum auxilium possit præcedere hominis meritum, id ipsum meritum esse dicentes, quia orando fit dignus, cui gratia diuina subueniat: attendant quid idem vir sanctus dicat in expositione Esaiæ. Et orare deum, inquit, gratia spiritalis est. Nemo enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Vnde & exponens Euangelium secundum Lucam, Vides utique, inquit, quia vbi que domini virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. Nunquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambrosius & gratiam dei, sicut filio promissionis cōgruit, grata pietate commendat, ideo destruit liberum arbitrium, aut eam vult intelligi gratiam, quam diuersis locutionibus Pelagiani nolunt nisi legem videri, vt videlicet non ad faciendum quod cognouerimus, sed ad agnoscendum quid faciamus nos, deus adiuuare credatur? Si hoc istum hominem dei sapere existimant, quid de ipsa lege dixerit, audiant in libro de fuga seculi, Lex, inquit, os omnium potuit obstruere, non potuit mentem conuertere. Item alio loco in eodem libro, Lex, inquit, factum damnat, non aufert malitiam. Videant fidelem & catholicum virum Apostolo consentire dicenti, Scimus autem, quia quæcūque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege, omnis caro coram illo. Ex hoc enim Apostolico sensu illa sumpsit & scripsit Ambrosius. Iam vero quoniam Pelagiani dicunt, iustos in hac vita ideo vel esse vel fuisse, qui sine vilo peccato vixerunt, intantum vt vita futura, quæ in præmio speranda est, prouectior & perfectior esse non possit, etiam hic eis respondeat, eosque refutat Ambrosius. Nam exponens Esaiam Prophetam propter id quod scriptum est, Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt: suscepit de generationibus quæ ex deo sunt disputare, atque in ipsa disputatione commemorauit testimonium Ioannis, vbi ait. Qui natus est ex deo, non peccat. Et eadem quaestionem difficillimam tractans, Cum in hoc mundo, inquit, nullus sit qui immunis sit a peccato, cum ipse Ioannes dicat, Si dicimus quia non peccauimus, mendacem facimus illum, si autem ex deo nati non peccant, & de his intelligimus qui in mundo sunt, innumeros necesse est estimemus, qui per lauacri regenerationem dei gratiam consecuti sunt. Sed tamen cum dicat Propheta, Omnia à te expectant vt des illis cibum in tempore, dante te his, colligent sibi: Aperiente te manum tuam, vniuersa implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficiunt, & in puluerem suum conuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ: possunt non de quocūque tempore videri dicta, sed de futuro, quo erit noua terra, & nouum cælum. Turbabuntur ergo vt principium sumant, atque aperiente te manum tuam implebuntur vniuersa bonitate, quæ non facile huius seculi est. Nam de hoc seculo scriptura quid dicit: Non est qui faciat bonitatem, non est vsque ad vnum. Si igitur diuersæ generationes sunt, & hic introitus in

hanc vitam receptor est delictorum, intantum vt speratur etiam ipse qui genuit, alia autem generatio peccata non recipit, videamus ne qua sit post huius vitæ curriculum nostra regeneratio, de qua dictum est, In regeneratione cū sederit filius hominis in throno gloriae suæ. Sicut enim regeneratio lauacri dicitur, per quam deterisa peccatorum colluione renouamur, ita regeneratio dici videtur, per quam ab omni corporeæ concretionis purificati labe, mūdo animæ sensu in vitam regeneramur æternam, eo quod purior quadam qualitas sit regenerationis quàm lauacri istius, vt non solum in actus eius, sed ne in ipsas quidem cogitationes nostras aliqua cadat suspicio peccatorū. Item alio loco in eodem opere, Videm⁹, inquit, impossibile esse, vt perfecte quis immaculatus esse possit in corpore cōstitutus, cum etiam Paulus imperfectum se dicat. Sic enim habet, Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et tamen post paulum ait, Quicumque ergo perfecti sumus, nisi forte quia est perfectio alia in hoc mundo, alia post hanc vitam. Illud perfectum de quo dicit ad Corinthios, Cum venerit quod perfectum est, & alibi, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vt ergo perfectos secum multos ait Apostolus in hoc mundo sitos, qui si ad perfectionem veram respicias, perfecti esse non poterant, quia ipse dixit, Videmus nunc per speculum in anigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: ita & immaculati sunt in hoc mundo, & immaculati erūt in regno dei: cum vtique si minutias discutias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Itē in ipso, Videm⁹, inquit, dum in hac viuimus vita, quod nos mudare debemus, & querere deum, & incipere ab emundatione animæ nostræ, & quasi fundamenta consistuere virtutis, vt perfectionē purificationis post hanc vitam mereamur adipisci. Itēque in ipso, Grauat⁹ autem & ingemiscens, inquit, quis non loquatur, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita eodem magistro omnes varietates interpretationis absoluimus. Nam si omnis infelix qui se corporis implicatum molestiis recognoscit, vtique omne corpus infelix. Neque enim foelicem dixerim illum, qui confusus quibusdam mentis suæ tenebris cōditionem suam nescit. Illud quoque non absurdum ad intellectum accessit. Si enim homo qui se cognoscit, infelix est, infelices profecto omnes: quia vnusquisque suam infirmitatem, aut per sapientiam recognoscit, aut per insipientiam nescit. Itē in libro de bono mortis, Operetur, inquit, mors in nobis, vt operetur & vita bona, vita post mortē: hoc est vita bona post victoriam, bona vita absoluto certamine, vt iam nobis nulla sit cum corpore mortis contentio. Rursus in eodem, Ergo, inquit, quia iusti hanc remunerationem habent, vt videant faciem dei, & vt lumen quod illuminat omnem hominem, ab hinc induamus huiusmodi studium, vt appropinquet anima nostra deo, adhæreat illi desiderium nostrū, nō separemur ab eo. Et hic quidem positi, meditando, legēdo, querēdo copulemur deo, cognoscamus eum, vt possumus. Ex parte enim hic cognoscimus, quia hic imperfecta, illic perfecta omnia: hic paruuli, illic robusti. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Tunc reuelata facie gloriam domini speculari licebit, quam nunc animæ corporis huius

A huius concretis visceribus inuolutæ, & quibusdam carnis huius maculis & colluionibus obumbratæ, sincere videre non possunt. Quis enim, inquit, videbit vultum meum & viuet? Et recte. Nam si solis radios oculi nostri ferre non possunt, & si quis diutius in regione solis intenderit, cæcari solere perhibetur: si creatura creaturam sine fraude atque offensione sui non potest intueri, quomodo potest sine periculo sui vibrantem cernere vultū creatoris æterni, corporis huius opertus exuiis? Quis enim iustificatur in conspectu dei, cum vnus quoque dici infans mundus esse non possit, & nemo possit de sui cordis integritate & castimonia gloriari? Nimis longum erit si omnia velim commemorare, quæ sanctus Ambrosius aduersus hanc hæresim Pelagianorum tanto post extorturam, non eis quidem respondens, sed prædicans catholicam fidem, atque in ea homines ædificans dixit & scripsit. Sed nec illa omnia commemorare potui vel debui, quæ gloriosissimus in domino Cyprianus posuit in Epistolis suis, quibus demonstratur quomodo sit hæc quam tenemus fides vera verèque Christiana atque catholica, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita, sic à patribus nostris & vsque ad hoc tempus, quo isti eam conuellere tentarunt, retenta atque seruata, & deinceps propitio deo retinēda atque seruanda. Nam sic Cypriano & a Cypriano tradita hæc atque huiusmodi ex eius literis testimonia prolata testantur: Sic autem vsque ad tempora nostra seruata, ea quæ de his rebus antequam isti ebullire cepissent, Ambrosius conscripsit, ostendunt, & quod eorum profanas nouitates catholicae aures quæ vbi que sunt, horruerunt: sic porro deinceps esse seruanda, satis salubriter istorum partim damnatio, partim correctio declarauit. Quodlibet enim mutire audeant aduersus sanam fidem Cypriani & Ambrosij, non eos puto in tā magnum prorupturos furorem, vt memoratos & memorabiles homines dei audeant dicere Manichæos. Quid est ergo quod rabiosa mentis cæcitate nunc iactant toto penitus Occidente, nō minus stultum quàm impium dogma susceptum? Quandoquidem domino miserante, suamque Ecclesiam misericorditer gubernante, sic vigilauit catholica fides, vt nō minus stultū quàm impium dogma, quemadmodum Manichæorum, ita etiam nō susciperetur istorum. Ecce sancti & docti viri fama totius Ecclesiæ cōtestante catholici, & creaturam dei, & nuptias ab illo institutas, & legem per sanctum Moysen datam, & liberum arbitrium naturæ hominis insitum, & sanctos Patriarchas & Prophetas debitis ac congruis prædicationibus laudant, quæ omnia inique Manichæi partim negando, partim etiā detestando cōdemnant. Vnde apparet istos doctores catholicos longe à Manichæorū sensibus alienos, & tamen asserunt originale peccatū, asserūt gratiam dei super liberū arbitrium, omne antecedere meritū, vt vere gratuitum diuinū præbeat adiutorium. Asserunt sanctos ita iuste in hac carne vixisse, vt eis esset necessariū quo dimitteretur quotidiana peccata, orationis auxiliū, perfectamque iustitiam, quæ non possit habere peccatū, in alia vita futuram eis qui iuste hic vixerūt præmium. Quid est ergo quod dicunt, de simplicibus Episcopis sine cōgregatione synodi in locis suis sedētibus extorta subscriptio est? Nūquid beatissimis & in fide catholica excellentissimis viris Cypriano & Ambrosio, ante istos, aduersus istos extorta subscriptio est, qua corū impia dogmata tanta manifestatione subuertūt, vt quæ cōtra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possim? Aut vero cōgre-

gatione synodi opus erat, vt aperta perniciēs damnaretur, quāsi nulla hæresis aliquando nisi synodi cōgregatione damnata sit, cū potius rarissimæ inueniatur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ vbi extiterūt, illic improbari damnarique meruerunt, atque inde per ceteras terras deuitandæ innotescere potuerunt. Verum istorū superbia, quæ tantū se extollit aduersus deum, vt nō in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hæc etiā gloriam captare intelligitur, vt propter illos Oriētis & Occidentis synodus cōgregetur. Orbem quippe catholicū, quoniam domino eis resistere pertertere nequeunt, saltem cōmouere conātur, cum potius vigilantia & diligentia pastoralis post factū illis competes sufficientesque iudicium vbi cunq; isti lupi apparuerint, cōterēdi sint, siue vt sanentur atque mutentur, siue vt ab aliorum salute atque integritate vitentur, adiuuante pastore pastorū, qui ouē perditam & in paruulis querit, qui oues sanctas & iustas gratas facit, qui eas quauis sanctificatas & iustificatas, tamē in ista fragilitate atque infirmitate pro quædianis peccatis, sine quibus hic nō viuunt, etiam cū bene viuunt, quotidianam remissionem & vt petāt prouidenter instruit, & petentes clementer exaudit.

Libri quarti finis.

REDDIT CAVSAM QVVR denū respondeat Iuliano.

Beatissimo fratri & cōepiscopo Claudio Augustinus in domino salutem. Quoniam mihi fratri interno excitatus affectu, Iuliani quatuor libros quos aduersus vnū meum scripsit, priusquam peterem, ipse misisti, nihil convenientius putauit esse faciendum, quàm vt ea quæ respondeo, potissimum tu legeris iudices vtrum recte congruenterque responderim. Nam de his quatuor libris nonnulla decerpta scripserat nescio quis, ad illustrem & religiosum virum comitem Valerium, aduersus eūdem librum meum, quæ me aduersus illum scripsisse cognouerat. quæ cū in manus meas eodem sublimi viro curatē venissent, illi primo nō distuli secundum volumen adiungere, in quo illa omnia sicut potui refutauit. Sed nunc cū eisdem libris diligentius inspicerem, comperi illum qui nonnulla inde selegerat, non omnia ita posuisse, vt in his libris leguntur. Vnde videri poterit Iuliano, vel cuiuslibet illorū me potius fuisse mentitū, quia nō vtiq; sicut hi quatuor libri, ita illa quæ de his excerpta, & memorato comiti missa sunt, innotescere potuerunt. Quisquis ergo & illū secundum librum meum ad comitem identidem Valerium sicut primum conscriptum legit, nouerit me in quibusdam non respōdisse Iuliano, sed ei potius qui de libris eius illa selegit, & non ita posuit vt inuenit, sed aliquatū putauit esse mutata, fortasse vt eō modo quasi sua faceret, quæ aliena esse constaret. Nunc autem veriora credens exemplaria, quæ tua sanctitas misit, ipsi auctori video respondendum, qui vnum meum quatuor libris suis resellisse se iactat, & vsquequaque spargere fidei venena non cessat. Aggressus sum igitur hoc opus in adiutorio saluatoris pusillorum atque magnorum, & scio te vt id implerem orasse pro me, & pro illis quibus huiusmodi labores nostros profuturos credimus & optamus. Attende ergo iam responsonē meam, cuius principium hanc epistolam subsequetur. Vale in domino memor nostri, beatissime frater.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI-
SCOPI CONTRA IULIANVM
Liber Primus.



CONTVMELIAS tuas & verba maledica, Iuliane, quæ ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contemnere dixerò, mentiar. Quomodo enim possum ista contemnere, vbi testimonium conscientia meæ cogitans, vel gaudere me video debere pro me, vel dolere pro te, & pro eis qui decipiuntur abs te? Quis autem contemnat sine exultatione suæ materiam, siue mæroris? Nam vnde partim lætamur, partim contristamur, nulla ratione contemnimus. Meorum quippe causa gaudiorum est promissio domini dicentis, Cum dicunt omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis. Et rursus mei causa mæroris est Apostoli affectus, vbi lego, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Sed hæc pro tuo dogmate, quod veritatem putas, etiam tu potes dicere. Auferamus itaque de medio si placet, ista communia quæ dici ex vtraque parte possunt, quamuis veraciter ex vtraque parte dici non possunt. Primum abs te quæro, cur libro meo saltem specie tenus te respondisse glories, cum tuis libris quatuor vnus mei partem nec quartam reprehendendo tetigeris, eosque saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares vtriusque operis, & mei scilicet & tui quæquam esse posse lectorem, qui ista deprehenderet? Denique etiam pauca ipsa, in quibus vix est, vt dixi, quarta pars voluminis mei, quæ velut infirmiora existimās, quatuor tuorum grandiorum voluminum strepitum quasi quadrigarum impetu prosterneere & conculcare molitus es, consideratione multo plurium cæterorū, quæ attingere timuisti, inconcussa manere monstrantur. Quod ostendere penè superfluum est. Admonendi enim sunt potius qui hoc nosse desiderant, vt non eos pigeat vtrunque legere, & quod scripsi, & quod respondere voluisti. Ita enim serres ipsa declarat atque indicat, vt nimirum tardi sint, qui hoc à nobis postulerent demonstrari. Nunc ergo quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse cõuersum, ita distribuam disputationem meam, vt ostendam prius quantis & qualibus Ecclesie catholice doctoribus nomine Manichæorum intolerabilem facere non cuncteris injuriam, & cui me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde monstrabo, quod tu ipse sic adiuuas Manicheorū damnabilem & nefandam impietatis errorem, vt nullum talium patronum nec in suis dilectoribus valeant inuenire. Tertio loco quantum breuiter potero sententias non meis, sed eorum qui fuerunt ante nos, & aduersus impios fides catholicam defenderunt, inanes argutias tuas & elaborata argumeta conuincam. Postremo quodam ille non correxeris, necesse tibi erit etiam illos Ecclesie catholice oppugnare doctores, atque contemere nec ipso in hac quaestione catholica tenuisse veritatem defendam contra te deo adiuuante & ipsorum & nostram fidem, vbi etiam id poterit apparere, nõ solum tu verum, sed etiam quod secundo loco me demonstratum esse promisi, sed ipsum dogma Pelagianū, quod

Capit. I.

Matth. 5.

1. Cor. 11.

Distributio operis.

commune est omnibus vobis, quantum adiuuet Manichæos. Primam itaque partem distributionis meæ Testimonium quemadmodum exequar, parumper aduerte. Nepe in-
ter nos, quantum attinet ad intentionem libri mei, cui te respondisse quatuor tuis iactas, ista vertitur quaestio, quod ego dico sic nuptias esse laudandas, vt nullo modo ad earū culpam vituperationemque pertineat, quod omnes homines primorum illorum hominū peccato nascatur obnoxij. Hoc enim qui negat, ipsa Christianæ fidei subuertere firmamenta conatur. Hinc quippe factum est, vt de nuptiis & concupiscentia librum scriberem, nuptiarum scilicet bonum discernens ab eo malo vnde trahitur originale peccatum. Tu autem dicis nuptias sine dubitatione damnari, nisi quod ex eis nascitur, ab omni sit liberum obligatione peccati. Propter quod libris quatuor te vnum meū refutasse gloriaris. In quibus libris volens homines auertere à fide catholica fundatissima, & ad nouitatem vestri erroris adducere, sæpe incutis legentium sensibus Manichæi pestis errorem, quasi malum naturale cum Manichæis sapiar, qui dicit infantes secundū Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, & ob hoc secūda indigere, vt per lauatrum regenerationis prius peccati originalis remissione purgentur, & in dei filios adoptati in regnum vnigeniti transferantur. Hoc de Manichæorū nomine & crimine faciebat etiā Iouinianus, negās Marię sanctæ virginitatem quæ fuerat dum conciperet, permansisse dum pareret, tanquā Christum cum Manichæis phantasma crederemus, si matris incorrupta virginitate diceremus extortū. Sed in adiutorio ipsius saluatoris, sicut spreuerunt catholici velut acutissimū quod Iouinianus exneruat argumentum, & nec sanctam Mariam pariendo fuisse corruptam, nec dominum phantasma fuisse crediderūt, sed & illam virginem mansisse post partum, & ex illa tamē verum Christi corpus exortum: sic spernent vestra calumniosa vaniloquia, vt neq; cum Manichæis astruant mali naturale principium, & secundum antiquā & veram catholicam fidem nullo modo dubitēt Christum in euacuando chirographo paterni debiti liberatorem credere paruulorum. Sed tu qui tam crebro nobis Manichæorum nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholica defensores tam execrabili criminatione appetere audeas, si euigilas intueri. Nõ quidem omnium de hac re sententias, nec omnes eorum quos cõmemorabo, me congregaturum esse polliceor, quia nimis longum est, & necesse esse non arbitror, sed ponam pauca paucorum, quibus tamen nostri cõtradictores cogantur erubescere & cedere, si vllus in eis vel deitior, vel hominum pudor tantum malum perueracia superauerit. Irenæus Lugdunensis Episcopus, non longè à temporibus Apostolorum fuit. Ille ait, non aliter saluari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati in ligno martyrij exaltatus à terra, & omnia traxit ad se, & viuificauit mortuos. Item idem ipse, Quemadmodum astrictum est, inquit, morti genus humanū per virginem, soluat per virginem æqua lance disposita virginalis inobedientia per virginalē obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccato per corruptionē primogeniti emendationem accipiente, serpentis prudentia deuicta per simplicitatem columbe, vinculis illis resoluti sumus, per quæ alligati eramus morti. Vidēsne antiquum hominē dei, quid de antiqua serpentis plaga sentiat? Quid de similitudine carnis peccati, per quam sanatur

Irenæus Episcopus.

A sanatur plaga serpentis in carne peccati? Quid de protoplasti peccato, per quod alligati fuimus? Multo autem apertius de eadem fide beatissimus martyr & Episcopus Cyprianus. Si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porro autē si grauisimis delictoribus & in deum multo ante peccatibus, cū postea crediderint remissio peccatorum datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ, prima natiuitate cõtraxit? Qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur nõ propria, sed aliena peccata. Reticiam ab Augustino Episcopū magna fuisse auctoritatis in Ecclesia tempore episcopatus sui, gesta illa ecclesiastica nobis indicant, quādo in vrbe Romana Melchiade Apostolice sedis Episcopo presidente, cum aliis iudex interfuit, Donatumque damnauit, qui prior author Donatistarum schismatis fuit, & Cæcilianum Episcopum Ecclesie Carthaginensis absoluit. Is cum de baptismo agebat, ita locutus est, Hanc igitur esse principalem in Ecclesia indulgentiam neminem præterit, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantia nostræ facinora prisca deleuimus, vbi & veterem hominem cum ingentis sceleribus exuimus. Audis antiqui criminis pondus, audis prisca facinora, audis cum sceleribus ingentis hominem veterem, & audes aduersus hæc ruinolam construere nouitatem? Olympius Hispanus Episcopus, vir magna in Ecclesia & in Christo gloria, in quodam sermone Ecclesiastico, Si fides, inquit, vnam in terris incorrupta mansisset, ac vestigia defixa tenuisset, quæ signata deseruit, nuquā protoplasti mortifera transgressione viciū sparsisset in germine, vt peccatum cum homine nasceretur. Habēsne aliquid quod aduersus nos tibi dicere videaris, quod nõ etiam in istū dicere cõpellaris, vel potius in istos? Vna est enim omnium catholica fides, qui per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, in quo omnes peccauerunt, vno corde credunt, ore vno fatentur, & vestras nouitias præsumptiones catholica antiquitate subuertunt. Audi adhuc quod te posita amplius commouere, atq; conturbare, & vtinam in melius commutare. Ecclesia catholice aduersus hæreticos acerrimum defensorem venerandum quis ignorat Hilarium Episcopum Gallum? Qui cum de Christi carne ageret, attende quid dixerit. Ergo cum missus est, inquit, in similitudinem carnis peccati, non sicut carnem habuit, ita habuit & peccatum. Sed quia ex peccato omnis caro est, à peccato scilicet Adam parente deducta, in similitudine peccati carnis est missus, existente in eo nõ peccato, sed peccati carnis similitudine. Rursus idē ipse in expositione centesimi duo de uigesimi Psalmi, cum ad id venisset quod scriptum est, Viuet anima mea, & laudabit te: viueret se, inquit, in hac vita nõ reputat, quippe qui dixerat, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis conceptus me mater mea. Scit sub peccati origine, & sub peccati lege esse se natū. Sentisne quid audias? Querisne quid dicas? Hunc virum tanta in Episcopis catholicis laude præclarum, tanta notitia famaque conspicuum, de peccato originali aude si quid tibi frontis est criminari. Sed adhuc audi alium excellentem dei dispensatorem, quem veneror vt patrem, in Christo enim Iesu per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauat

crum regenerationis. accepi, beatū loquitur Ambrosiū, D cuius pro catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus & ipse sum expertus, & mecū non dubitat orbis prædicare Romanus. Hic vir cum secundum Lucā exponeret Euangelium, Jordanis, inquit, cõuersus est retrorsum: significauit salutaris lauari futura mysteria, per quæ in primordia nature suæ, qui baptizati fuerint paruuli à malitia reformantur. Rursus idem ipse in eodem opere, Non enim virilis coitus, inquit, vuluæ virginalis secreta referauit, sed immaculatum semen inuiolabili vtero spiritus sanctus infudit. Solus enim per omnia ex natis de femina sanctus dominus Iesus, qui terrænæ cõtagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit. Idemque in eodem ipso, Omnes, inquit, in Adam morimur, quia per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa, mors omnium est. Item loco alio in eodem Euangelio, Caue ergo, inquit, ne ante nuderis, sicut Adā nudatus est, mandati cœlestis custodia destitutus, & exutus fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit, in quo omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendēs vulnera eius acerbis curasset. Rursus in opere ipso, alio loco, Fuit, inquit, Adam, & in illo sumus omnes. Perit Adam, & in illo omnes perierunt. Rursus idē ipse in apologia Prophetæ David, Antequam nascimur, inquit, maculamur contagio, & ante vsum lucis, originis ipsius excipimus iniuriam, & in iniquitate concipimur. Non expressit, inquit, vtrum parentum an nostris, & in delictis vnum quæque generat mater sua. Nec hic declarauit, vtrum in delictis suis mater pariat, an iam sint aliqua delicta nascentis. Sed vide ne vtrunq; intelligendum sit. Nec conceptus exors iniquitatis est, quoniam & parentes non carent lapsu. Et si nec vnus diei infans sine peccato, multo magis nec illi materni conceptus dies sine peccato sunt. Concipimur ergo in peccato parentum, & in delictis eorum nascimur. Sed & ipse partus habet contagia suā, nec vnū tantummodo habet ipsa natura contagiū. Idem ipse in expositione libri Tobie. Quis iste peccati est generator nisi diabolus, à quo Eua maculata peccato, obnoxie successione vsuris omne gen^o degenerauit humanū? Rursus in eodē, Diabolus, inquit, Eua decepti vt supplantaret virum, obligaret hereditatem. Idem ipse in expositione Psalmi quadragesimo octauo, Alia est, inquit, iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vulneratus, & obnoxiam hereditatem successione humanæ suo vulnere dereliquit, vt omnes illo vulnere claudicem. I nunc & mihi obice originale peccatū, dissimula ab istis, finge te nescire quid dicant, & sanctæ Ecclesie tot tantosque doctores, qui vita optime gesta, debellatisque suorum temporū erroribus, gloriosissime de hoc seculo, antequā vos ebulliretis exierunt, velut eis non visis, in me impetum faciens, & velut nesciens, quod illi sub meo nomine lacerentur, tanquā securus insulta. Crederem, te fateor, quid mali faciās ignorare, nec impudētia, sed imprudentiæ tuæ tribuerem, quod hæc lumina ciuitatis dei audes hostiliter insectari, quæ sectari fideliter debuisti. Crederē te, inquit, hoc tantum nefas committere nescientem, nisi in eo libro cui te respondisse vel existimas, vel existimari cupis, apertissimum testimonium de sancti Ambrosij disputatione posuisses. An ibi nõ legisti, quod cum Christi natiuitatem de virginis partu supradictus infirmus et

Ambrosius super Lucā.

Roma. 5.

Ambrosius in apologia David, cap. 11.

Expositione

G Episcopus, Ideo, inquit, & quasi homo per vniuersa tentatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quasi de spiritu natus abstinuit à peccato: Omnis enim homo medax, & nemo sine peccato nisi vnus deus. Seruatum est igitur ut ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem nemo videatur expers esse delicti. Qui autem expers delicti, expers etiam huiusmodi conceptionis. Si hæc ibi verba venerandi Ambrosij non legisti, quomodo redarguendum librum, in quo ea sunt posita suscepisti? Si autem legisti, quid aduersus me furis, & illum in me primitus carpis? Quid nomen dilaniare niteris meum, & Ambrosium facis tacito eius nomine Manichæum? Cernis nempe cum quibus tua maledicta sustineam, cernis cum quibus mihi sit causa communis, quam nulla consideratione sobria pulsare calumniis & expugnare conaris? Cernis quam tibi perniciosum sit, tam horribile crimen obicere talibus, & quam mihi gloriosum sit, quodlibet crimen audire cum talibus? Si cernis cerne, & tandem tace, Pelagianam linguam tot linguis catholicis deprime, tot venerandis oribus proterua ora submitte. Si scholam Xenocratis sicut Polemone ex antelucano conuiuio temulentus intrasses, non tanta quanta in isto cœtu tot sanctorum, deberes verecundia coerceri. Hic enim certe tanto maior debet esse verecundia, quanto verior addiscitur sapientia. Tanto amplius reuerendi sunt tot memorabilium Episcoporum, quam vnus Xenocratis vultus, quanto Platone Xenocratis doctore, doctor istorum maior est Christus. Ego certe beatæ memoriæ Memoris patris tui non immemor, qui mecum non paruum inierat amicitiam colloquio literarum, tunc ipsum mihi charissimum fecerat, cum te viderem in libris tuis non antelucano conuiuio temulentum, sed insano cœuio turbulentum, introduxi te sedandum atque sanandum, non in alicuius philosophi auditorium, sed in sanctorum patrum pacificum honorandumque cœuentum. Sit operæ precium obsecro te, aspice illos quodammodo aspicientes te, & mansuere ac leniter dicentes tibi, Itane nos sili Juliane Manichæi sumus? Rogo quid respondebis? Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumeta succurrent? Quæ Aristotelis categoriæ, quibus ut in nos velut artifex disputator insilias, videri appetis elimatus? Quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorum conspectu exeri audebunt? Quæ abs te arma non fugient nudumque destituent? An forte diciturus es, neminem illorum te in isto crimine nominasse? Et quid facies cum tibi dixerint, tolerabilibus dente maledico nomina cõcideres nostra, quam fidem nostram, cuius merito in celo nomina scripta sunt nostra? An forte dices eis, nec fidem vestram vlllo tali crimine violauit? Sed qua confidentia id dicere audebis homo, qui dicis Manichæum esse sensum, confiteri ex Adam trahere nascentes originale peccatum, quod isti confessi atque professi sunt, quod in Christi Ecclesia suorum rudimentorum tempore didicerunt, quod Christi Ecclesiam suorum honorum tempore docuerunt, qui per spiritum sanctum tam multa peccata omnibus quos baptizare potuerunt, tam multis paruulis sola originalia remisit? Iterum te admonco, iterum rogo aspice tot ac tales Ecclesie catholice defensores atque rectores, vide quibus tam grauem, tamque nefariam irrogaris iniuriam. An ideo contemnendos putas, quia occidentalis Ecclesie sunt omnes, nec vllus in eis est commemoratus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus, cum illi Graci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere de-

bere, in qua primum Apostolorum suorum voluit dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui Ecclesie præfidentem beatum Innocentium si audire voluisses, iam tunc periculosam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille sanctus Africanis respondere conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris tenet perseueranter Ecclesie? Et tamē eius successorem crimine prauaricationis accusas, quia doctrinæ apostolicæ & sui decessoris sententiæ noluit refragari. Sed de hoc interim taceo, ne animū tuum, quem sanare potius cupio, quam irritare, laudibus tui damnatoris exulcerem. Sancto Innocentio vide quid respondeas, qui nihil aliud de hac resapit, quam quod isti in quorum te cœuentum, si tamen prodest aliquid, introduxi, cum his etiam ipse cõsideret, etsi posterior tempore, prior loco: De miseris paruulis ab originali malo, quod trahitur ex Adam, per Christi gratiam liberandis, vnam cum eis tenet Christianam veramque sententiam. Qui omne præteriti vitium, primi scilicet hominis, qui libero arbitrio est in profunda demersus, Christum dixit sui lauacro purgasse baptismatis. Qui denique paruulos definiuit, nisi manducauerint carnem filij hominis, vitam profus habere non posse. Huic responde, imò ipsi domino, cuius ille antistes vsus est testimonio, & dic vnde imago dei tam capitali supplicio puniatur, ut vita priuetur, si peccatum à nascētibz originale non trahitur. Sed quid dicas, aut quid respõdeas, qui etiam si beatum audias Innocentium, non audebis tamen Christum dicere Manichæum? Non est ergo cur prouoces ad Orientis antistes, quia & ipsi vtiq; Christiani sunt, & vtriusque partis terrarum fides ista vna est, quia & fides ista Christiana est, & te certe occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit Ecclesia. Quid ei quaris inferre, quod in ea non inuenisti quādo in eius membra venisti? Imò quid ei quaris auferre, quod in ea tu quoque accepisti? Nam peccatum originale quod in aliorum perniciem paruulorum negas, quacumque ætate sis baptizatus, aut ipsum tibi remissum est, aut & ipsum. Sed si verum est, quod audiuius te infantulum baptizatum, etiam tu quanuis à tuis propriis peccatis innocens, tamen quia ex Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate traxisti, & in iniquitate cõceptus es, profecto exorcizatus & exufflatus es, ut à potestate erutus tenebrarum transfereris in regnum Christi. O sili male ex Adam nate, sed bene in Christo renate, sacramenta quibus te peperit, tuę matri conaris auferre? Nunquid Manichæa fuit quando isto modo te peperit, quomodo iam non vis ut pariat, & ingeris ei natiuitatis opprobria, ut in ea cæteris claudas, ex quibus ipse natus es, viscera pietatis? Diuidis ei nomen viri sui, ut ad regenerandos paruulos tantummodo Christus sit, ad maiores autē Christus Iesus, quia Iesus saluator interpretatur? Quod eū paruulis esse non vultis, quia nihil eos habere, vnde illos saluos faciat prædicatis. Sed non tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illustri Episcopus etiam de partibus Orientis, cuius eloquia ingentis merito gratie, etiam in lingua Latina translata vsquequaque claruerunt. Sedate ergo cum istis patribus etiam sanctus Gregorius, & cum eis tuæ criminationis inanem patiat inuidiam, dum tamē cum eis cõtra nouitiam pestem vestram medicinalem proferat & ipse sententiā. Audi ergo quid dicat. Imago, inquit, dei, labem corporeæ inundationis expurget, & coniunctam sibi carnem verbi dei subleuet pennis. Et quanuis melius fuisset ne egere quidem huiusmodi expurgatione,

Atione, sed in illa prima dignitate permanisse, ad quam & refectinamus post præsentem emendationem, & melius fuisset non excidere à ligno vite gustu amarissimo peccati, tamen in secundo loco expedit emendari, & corrigi post lapsum, quam in nequitia permanere. Itemque idem ipse, Sicut in Adam omnes, inquit, inortui sumus, ita & in Christo omnes viuificemur. Cum Christo ergo nascamur, & cum Christo crucifigamur, & cõsepeliāmur ei in mortē, ut cum ipso etiam resurgamus ad vitam. Necesse est enim nos perpeti vilem hanc & necessariam vicissitudinem, ut sicut ex bonis ad tristitia deuoluti sumus, ita ex tristibus ad meliora reparemur. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia. Ut quos gustus ligni vetiti condemnauit, Christi crux gratia largiore iustificet. Idē rursus, Venerare, inquit, natiuitatem, per quam terræ natiuitatis vinculis liberatus es. Honora Bethleem pusillam & minimam, per quam tibi regressus ad paradysum patefactus est. Itemque alibi de baptismo loquens, Persuadeat, inquit, tibi de hoc quoque sermo Christi dicentis neminem posse introire in regnum cœlorum, nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu. Per hunc primæ natiuitatis maculæ purgantur, per quas in iniquitatibus concipimur, & in delictis genuerunt nos matres nostræ. Nunquid & istum Manichæi sapere vel iacere venena diciturus es? Audis omnes vno corde, vno ore, vna fide id ipsum dicere, & hæc esse catholicam fidem non dissonante contestatione firmatā. An tibi parua in vno Gregorio Episcoporum orientalis videtur authoritas? Est quidem tanta persona, ut neque ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum tam clarum haberent atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimę veritatis agnoscerent. Sed si vis addimus huic & sanctum Basiliū, imò velis nolis addēdas est, maxime quia & tu de libro eius, quę scripsit aduersus Manichæos, in quarto volumine huius operis tui aliquid putasti esse ponendum, quod ad causam peccati originalis per vnum intrantis in mundum, & per omnes homines transeuntis omnino non pertinet. Ibi quippe agit, ne malū substantiale credatur, habens suam quandam materiam, sicut sapiunt Manichæi. Dicit ergo non esse substantiam, sed conuersationem, quæ de sola voluntate contingat, non his qui cõtagiū mortis antiquæ prima natiuitate traxerunt, sed iis qui ægritudinem conuersationis de voluntate propria collegerunt, id est, iam maioribus ratione vtentibus, & arbitrio voluntatis. Hanc conuersationem ex accidenti venientē facillime dicit posse ab ægrotantium voluntate separari. Dicit etiam si euenisset malum, ita ut non valeret vterius à voluntate remoueri, id est, quanuis accidisset, si ita accidisset ut separari vterius à voluntate non valeret, merito dici posset substantiale quidem malū non esse, sed ipsam substantiam sine malitia quæ accidit, iam esse non posse. Si autem accessit, inquit, & principium accessionis non substantiam habuit, sed voluntatem, facile potest malū à substantia separari, ut & subiecta voluntati substantia, munda possit per omnia possideri, ita ut nullius mali vel signa remaneant. Ita ita recte dixit sanctus Basilius, ut etiam de ipso malo, quod per Adam intrauit in mundum, & per omnes homines pertrāsisset, bene possit intelligi, quia & ipsum accessit naturæ humanæ. Non enim sic est primitus condita, & principium accessionis non substantiam habuit, sed voluntatem, siue mulieris, quæ à serpente seducta est, siue viri eius qui seducta ad peccandum conuenit vxori. Sed quod ait, facile posse malū à voluntate Tomus septimus.

vel à substantia separari, non humana facile est voluntati, sed misericordiæ dei. Quod aduersus Manichæos vtiq; sufficit, qui putat esse impossibile mutari in bonū naturam mali. Ideo non ait Basilius, ipsam voluntatem hominis, siue substantiam, vel naturam, malum à se posse facile separare: sed ab ea posse facile separari: sic verba sua librans, ut & Manichæos, contra quos agebat refelleret, & contra diuinam gratiam humanam superbiam non extolleret. Ille quippe omnipotens cui secundum Euāgelium facile est, quod hominibus impossibile est, malū quod nobis accidit vel ex primi hominis vel ex nostra insuper voluntate, ita suæ gratiæ largitate cõsumet, ut subiecta substantia voluntati, quem admodum commemorasti dixisse Basilius, munda possit per omnia possideri, sic omnino, ut nullius mali vel signa remaneant. Fiet hoc, & ipsa spes est indubitata fidelium: sed quando persciatur, in promptu est catholice fidei. Tunc enim dicitur nouissima inimicæ morti: Vbi est contentio tua? vbi est aculeus tuis? Item quod commemorasti dixisse Basilius, si castitas virtus est, corpus vero substantia malum esset, impossibile erat castum corpus inueniri, quia corp⁹ turpitudinis, virtutis non fieret corpus: cum autem sanctificatur, virtutis efficitur: & ita communicat virtus corpori, corpusque virtuti, per quæ & templum efficitur dei. Vnde si omne corpus fornicationis esset, impossibile vtiq; erat castitatem in corporibus inueniri, tumque de mum natura corporum possimus malum substantiale deputare. Si verò eousque corporis merita processerunt, tantoque honore decoratum est, ac tale indumentum pudicitie suscepit, ut domus sui factoris esse mereretur, ac fieret thalamus filij dei, ut venientes pater & filius habitationem corporū eligere dignarentur: quomodo non execrabilis & ridendus Manichæi sermo cõuincitur? Quid potuit dici verius & catholice regulæ conuenientius? Dictum est enim aduersus Manichæos, putantes atque affirmantes de gēte tenebrarum, quam malam naturam dicunt, deo bono cõternam habere originē corpora, & esse etiam ipsa immutabilia mala, non aduersus eos, qui tenentes veram & vere Christianam fidem, nūc quidem corruptibile esse corpus & aggravare animam confitentur, sed nec tale primitus conditum, atque in paradiso cõstitutū, nec tale semper futurum, sed in corruptione atque immortalitate mutandum, & nunc iam esse incipere templū dei, coniugali, vel viduali, vel etiā virginali pudicitia decoratum. Quando etsi caro cõcupiscit aduersus spiritum, sic tamen spiritus concupiscit aduersus carnem, ut nec ipsius corporis mēbra exhibeat iniquitatis arma peccato. Sed audi quod ad rem præsentem spectat, quid de peccato primi hominis ad nos etiam pertinente dicat iste sanctus sine vlla ambiguitate Basilius. Quod etsi reperi interpretatum, tamen propter diligentem veri fidē, verbum è verbo malum trāsferre de Greco. In sermone de ieiunio, Ieiunium, inquit, in paradiso lege cõstitutū est. Primum enim mandatum accepit Adam, à ligno sciendi bonum & malum non manducabis. Non manducabis autē, ieiunium est, & legis constitutionis initiū. Si ieiunasset à ligno Eua, non isto indigeremus ieiunio. Non enim opus habent valentes medico, sed male habentes. Aegrorauimus per peccatū, sanemur per penitentiam. Penitentia vero sine ieiunio vacua est. Male dicta terra, spinas & tribulos pariet. Contristari ordinatus es, nunquid deliciar? Et paulo post in eodem sermone, idem ipse, quia non ieiunauimus, inquit, decidimus de paradiso. Ieiunemus ergo ut ad eum redeamus. Hæc

G atque huiusmodi alia sancti Basilij si legisses, vel si lecta fideliter considerare voluisses, nūquā profecto de literis eius ad offundendas nebulas ignorantibus ea que nihil ad questionem que inter nos vertitur, pertinent, in his tuis libris nescio qua mēte posuisses. Audis quod isto nō indigeremus ieiunio, si homo ieiunij legē nō fuisset in paradisi felicitate transgressus, & negas peccato illorum hominum obnoxios ceteros nasci? Audis adiunctum, Non enim sani indigent medico: & negas nos sanitate, in qua nos creati sumus, peccato illorum hominum perdidisse? Audis sententiā quā prolata est in primū hominē peccatorem, Spinās & tribulos terra pariet tibi: ad nos etiam pertinere, & negas obnoxios esse peccato, quos eidem cernis obnoxios esse sententiā? Audis ad paradysum nos, vnde decidim⁹, redire debere, & negas ad nos eorum peccatū, qui soli tūc homines in paradiso fuerant, in quibus & nos fuimus, pertinere? Quid hinc plura? Vide iam vtrum sufficiant tibi ex Orientis partibus duo isti tam insignes viri, & tam clara præditi sanctitate, & sicut fertur, etiam carne germani? Sed dic nō sufficere. Habemus alios orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyrium, Fidu, Zozimū, Zoboënum, Nymphidium, Chromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematium, quos vno loco simul inuentos in istum confessum introducere valcamus, illos ipsos, qui Pelagio iudices præfederūt, eumq; vt homines nullo ex altera parte vrgente aduersario putantes catholicū, tāquam catholicum pronunciarunt. Nisi enim in eorum cōspectu auditūq; damnasset eos, qui dicūt quod peccatum Adā ipsum solū laeserit, & nō genus humanum, & quod infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adā fuit ante peccatum, & infantes etiam si nō baptizentur, habere vitam æternā, nullo modo inde nisi damnatus exister. Quid enim vobis prodest, quod nescio quas ansas atq; vncos, arte nescio cuius perplexitatis inseritis, ne simplicitate pateant, & clara luceant? Quis enim nō videat quomodo ista illi iudices accipere potuerunt, scilicet secundum catholicam fidem, quā vbiq; paruulos exorcizando & exufflando de potestate eruit tenebrarum, nō sicut exponuntur, vel potius cōponuntur a vobis? Et tamen dicere potuistis Adā peccatū nō propagatione, sed imitatione læsisse genus humanū, & infantes nuper natos non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante peccatū, quod ille præcepti capax fuerit, isti adhuc non sint, his nebulis illud iudiciū se putat illuisse Pelagius, vōsque ad hoc nefas toto capite annuitis, & tot ab illo Episcopos irrisos esse ridetis. Sed nūquid infantes etiam si non baptizentur, habere vitam æternā vlla caliditate in aliud detorque, vel vllis foliis ficulneis operire potuistis? Eos enim qui hoc dicunt, non potuit apud catholicos iudices nisi dānare Pelagius. Et quod sentiebat, damnauit corā hominibus, damnari metuēs ab hominibus. Nam si hoc nō sentitis, nobis vique cōsentitis. Sed quia nobis nō consentitis, illud sine dubitatione sentitis. Ac per hoc orientales vos iudices damnant, a quibus Pelagius damnari timēs, eos qui sentiūt ista damnauit, cum eis quos damnauit profecto damnādos, quia id quod negauit ore, corde seruauit. Nam quod verbis eius anathematizatur, in literis eius inuenitur. Sed nūc cum illo non ago. Tu quid dicis, cū quo mihi nunc res est? Ecce assunt tot iudices orientales, leguntur gesta ecclesiastica, quæ apud eos sunt habita. Legitur obiectū esse Pelagio, quod dicat infantes etiā non baptizatos habere vitam æternam. Legitur Pelagius eos

damnasse, qui hoc dicūt. Neq; enim illos iudices aliter potuisset euadere. Nūc ipse quid dicis? Habebūt vitam æternam paruuli etiam si nō baptizati ex hac vita emigrauerint, an non habebunt? Si dixeris, habebūt: Pelagij tui te verba damnabūt, & illi omnes a quibus timuit ipse damnari. Si autem dixeris, nō habebunt: quæro qua causa innocens imago dei vitæ priuatione punietur, si nullū peccatū ex humana propagatione contrahitur? Si vero cōtrahitur, cur Manichæi dicūtur, qui hoc sentiūt, a quibus Pelagius damnatus fuisset, nisi hoc sentire sinxisset? Tu interim habes in cōspectu, nō solum Occidentis, verum etiam Orientis Episcopos. Nam qui nobis deesse videbātur plures Orientis inuenim⁹. Omnes vno eodemq; modo credunt, per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatū mortem, & ita in omnes homines pertrāsisse, in quo omnes peccauerunt. Qui modus hic est, vt peccato illius primi vnus hominis omnes nasci credantur obnoxij? Si hoc quod dicit Manichæus, abs te dicitur, istos aspice, istos erubescite, istis parce, vel tibi potius, ne rector & habitator illorum tibi forte nō parcat. Si autem istos Manichæos esse nō dicis, nec me poteris inuenire cur dicas. Neq; enim me ob aliud esse dicis, nisi quia de peccato primi hominis, cui omnes carnalis natiuitas obligauit, nec inde quenquam nisi spiritalis natiuitas soluit, quod credūt, credo: quod tenent, teneo: quod docēt, doceo: quod prædicāt, prædico. Istis cede, & tibi mihi cedes. Ac si cederet istis, & quæris a me. Postremo si mihi per eos amicus fieri nō vis, saltē peto ne per me illorum efficiaris inimicus. Sed quomodo nō efficiaris, si in isto errore permanseris? Quanto ergo melius vt his accedas, ab illo recedas? Tantū ne apud te possunt Pelagius & Celestius, vt a solis ortu vsq; ad occasum tot ac tantos catholicæ fidei doctores & defensores antiquos, & nostræ ætati contiguos, dormientes & manētes, non solū deserere, verū etiam Manichæos audeas appellare? Miror si hoc aliquando ex tuo poterit ore procedere, quod te tamen clamare prauitas tui compellit erroris. Sed miror si in facie hominis tantū interuallum est inter frontem & linguā, vt in hac causa frons nō comprimat linguā. Sed quid musitates, noui. Dic iam dic, audiam⁹, in extremo tui operis, de quo nūc agimus, id est in quarti libri parte nouissima est, Sanctus Ioannes, inquis, Cōstantinopolitanus, negat esse in paruulis originale peccatū. In ea quippe homilia, quā de baptizatis habuit, Benedictus, inquit, deus, qui fecit mirabilia solus, qui fecit vniuersa, & conuertit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebantur paulo ante captiui: & ciues Ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore, & iustitiæ in sorte versantur, qui fuerunt in cōfusione peccati. Nō enim tantū sunt liberi, sed & sancti: non tantū sancti, sed & iusti: non solū iusti, sed & filij: nō solū filij, sed & hæredes: non solū hæredes, sed & fratres Christi: nec tantum fratres Christi, sed & cohæredes des: nō solum cohæredes, sed & mēbra: non tantū membra, sed & tēplum: non tantū tēplum, sed & organa spiritus. Vides quot sunt baptismatis largitates, & nonnulli deputant cœlestem gratiā in peccatorū tantum remissione consistere. Nos autē honores cōputauimus decem. Hac de causa etiā infantes baptizamus, cū nō sint coinquinati peccato, vt eis detur vel addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius membra sint. Itāne ista verba sancti Ioannis Episcopi audeas tanquā econtrario tot taliumq; sententiis collegarū eius opponere, eumq; ab illorū cōcordissimā societate seiuigere, & eis

A & eis aduersarium constituit: Absit, absit hoc malum de tanto viro credere aut dicere. Absit, inquam, vt Cōstantinopolitanus Ioānes de baptizate paruulorum, eorū que a paterni chirographi liberatione per Christū tot ac tantis cōepiscopis suis, maximeq; Romano Innocentio, Carthaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resister Ambrosio. Alia sunt in quibus inter se aliquando etiā doctissimi atq; optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage nō consonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem vnde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta. Quisquis in Christiana fide vult labefactare quod scriptum est, Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: totum quod in Christum credimus, auferre molitur. Omnino, nisi ab illo redimantur, peribūt, quoniam sine carne eius & sanguine vitam habere non possunt. Hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Ioannes. Sed tu eius verba in vestrum dogma conuertis. Peccata dixit paruulos non habere, sed propria. Vnde illos innocentes merito nūcupamus, secundū id quod ait Apostolus, nondum natos nihil egisse boni siue mali: non secundum id quod ait, Per vnus inobediētiam peccatores constituti sunt multi. Poterat etiam noster Cyprianus hoc dicere de paruulis quod Ioannes, quādo quidem ait, quod infans natus nihil peccauerit, & quod ei remittantur nō propria, sed aliena peccata. Cōparans ergo eos Ioānes maioribus, quorum propria peccata dimittuntur in baptismo, dixit illos non habere peccata, nō sicut verba eius ipse posuisti, non coinquinatos esse peccato, dum vis vique intelligi, non eos peccato primi hominis inquinatos. Verū hoc non tibi tribuerim, sed interpreti, quāquam in aliis codicibus eandem interpretationem habentibus, nō peccato, sed peccatis legatur. Vnde miror si non aliquis ex numero vestro singularem maluit numerum scribere, vt illud acciperetur vnum vnde dicit Apostolus, Nam iudiciū quidem ex vno in condemnationem, gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Ibi quippe vnum, nō nisi vnum delictum vult intelligi, quo nolentes credi paruulos inquinatos, peccata non habere, quod ait Ioannes, ne intelligerentur propria, vel peccatis, sicut habet a aliis codicib⁹ eadem interpretatio, sed peccato non inquinatos dicere maluistis, vt vnum primi hominis peccatum veniret in mentē. Sed suspitionibus nō agamus, & hic vel scriptoris error, vel varietas putetur interpretis. Ego ipsa verba Græca, quæ a Ioanne dicta sunt, ponam. *ὁ τὸ τὸ πᾶσι βαπτίζουσι, καὶ οὐκ ἀμαρτήματα σκελεῖται.* Quod est Latine, Ideo & infantes baptizamus quauis peccata nō habentes. Vides certē nō ab eo dictum esse paruulos nō coinquinatos esse peccato, siue peccatis, sed non habere peccata, intellige propria: & nulla cōtentio est. At inquis, Cur non ipse addidit propria? Cur putamus, nisi quia disputās in catholica Ecclesia, non se aliter intelligi arbitratur? Tali questione nullus pulsabatur, vobis nondū litigantibus securius loquebatur. Nā vis audire quid etiam ipse de hac re apertissime dixerit, Ecce etiam ipsum numero illi adiūgo sanctorum, Ecce inter meos testes, vel inter nostros constituo iudices, quem putasti patronū tuum. Ecce & ipsum dicturus es Manichæū. Ingredere sancte Ioannes ingredere, & cōsede cū fratribus tuis, a quibus nulla ratio, nulla tēratio

te separauit. Opus est & tua, & maxime tua sententia, D quoniā in tuis literis iste iuuenis inuenisse se putat vnde tot tātorūque cōepiscoporum tuorū se arbitratur percellere & euacuare sententias. Quod si vere tale aliquid inuenisset, & quod ipse sentit, te sentire claruisset, nunquā te vnū, pace tua dixerim, tot & talibus præferre in ea causa possemus, de qua nūquā fides Christiana & Ecclesia catholica variavit. Sed absit vt tu aliud scaperes, & in ea tā præcipuus emereres. Dic ergo & tu aliquid, vnde iste iuuenis confundatur & reuereatur, qui quarit maculā meam: & ignosce mihi, quia cum illi de hac re quid sentias demōstrauero, quæsiturus est & tuam. Dicit enim sensum esse Manichæū, credere paruulos indignos esse Christi liberatoris auxilio, vt a damnatione liberētur, quia ex peccato primi hominis obligati sunt. Ac per hoc cū te hoc sentire cognouerit, aut ipse se corripit ab errore Pelagij, aut tibi crimē obiciet Manichæi. Sed vt conferamus ei verū beneficiū, falsum eius nō curemus opprobriū. Audi iam Iuliane quid etiā Ioannes cū ceteris catholicis doctoribus dicat, ad Olympiam scribens. Quādo enim Adam peccauit, inquit, illud graue peccatum, & omne genus hominum in commune damnauit, de morte pœnas luebat. Itē de resuscitatione Lazari, Flebat Christus, inquit, cur vsq; ad hoc mortalitas deliquisset, vt excussa de perennitatibus inferos adamaret. Flebat Christus, q̄ eos qui immortales esse potuerūt, diabolus fecit esse mortales. Quid dici possit expressius? Quid ad ista respōdes? Si Adā grandi peccato suo omne genus humanū in cōmune damnauit, nunquid nisi dānatus paruulus nascitur? Et per quē, nisi per Christum ab ista damnatione liberatur? Si & in Lazaro dicitur excussa de perennitatibus mortalitas inferos adamasse, quis mortalium non ad istam culpā sumq; pertineat, quo cecidit primus homo de vitā perennitate, quā si nō peccaret, acceperat? Si diabolus omnes qui immortales esse poterāt, fecit esse mortales, vnde etiam paruuli moriūtur, si obnoxij peccato primi illius hominis nō sunt? Nunquid ergo, nisi per eū in quo omnes viuificabuntur, etiam paruuli de regno mortis eruuntur? Tractat idem Ioannes in sermone quodā huiusmodi quæstionē, cur bestię vel lædant homines, vel interimant, cum sentētia domini manifesta sit, quæ eas homini subdidit, vt earum habeat potestatem? Quā quæstionem sic soluit, vt dicat ante peccatū omnes bestias homini fuisse subiectas: q̄ autem nunc hominibus nocent, pœnā primi esse peccati. Prolixa tractatio est, ideo huic operi non a me inseritur, sed tamen aliquid inde oportet vt ponā. Timemus, inquit, bestias & pauemus, nō contradico. Et a principatu decidimus, & hoc dico ipse etiam. Sed nō hoc ostendit legē dei esse mēdicem. Ab initio enim nō ita res erant dispositæ, sed timebant, & tremebāt, & subiiciebantur domino. Et quoniā a fiducia decidimus, profecto & ab honore. Vnde hoc manifestum est: Adduxit bestias ad Adam videre quid eas vocaret, & nō resiliuit Adam tanq̄ timens. Et paulo post, Hoc vnum, inquit, signū, quod non fuerint homini ab initio terribiles bestię: secundum aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierem per serpētem disputatio. Si enim essent terribiles hominibus bestię, nō vtique mulier viso serpēte mansisset, nō accepisset consiliū, non ei cum tāta sermocinaretur fiducia, sed statim ad ipsum & expauiisset & resiliuisset aspectū. Nunc autē & disputat & nō timet. Nōdum enim erat timor iste, sed quia peccatum ingressum est, ablata sunt ea quæ honoris erant. Itemq; post paululum. Quādiu quidē, inquit, habebat ad deum

Idem ad Olympiam.

August.

Gene.

Ioannes E. piscopus.

G fiduciam, terribilis bestiis erat: sed quia offendit, extremos etiā conseruorum suorum iam pauet. Quod si hoc non est, inquit, tu mihi ostende ante peccatū, quōd terribiles erant hominibus bestiæ, sed non habebis. Si autē post tāta ingressus est timor, tutela domini est. Si enim mandato vel quod datum est moto ab homine & soluto, honor qui ei datus erat à deo, mansisset immobilis, non facile resurrexisset. Nempe manifestum est sanctum Ioannem hac disputatione mōstrasse illud, quod per vnum hominē peccatum ingressum est, commune omnibus hominibus factum esse peccatum, quādoquidem in omnibus terror communis est bestiarum, quæ utiq; nec infantibus pareunt. Quos profecto secundum istum tractatum Ioannis, nullo modo læderēt, siue terrent, nisi essent veteris illius peccati obligatione cōstricti. Dic Iuliane, dic etiam istum, quid enim iam dubitas dicere? Manichæum, qui tantam naturæ, cuius innocentiam defenditis, fecit iniuriam, & propagationem damnationis asseruit. Imō vero cohibere te ipsum, si quid tibi est sanabilis mentis, & corrige, & aliquando intellige, quomodo potuerit dicere Ioannes paruulos non habere peccata. Non quōd peccato primorum hominum non teneantur obstricti, sed quōd sua nulla commiserint. Et hoc quidē in eadem ipsa homilia si totam legis, inuenire potuisti. Aut si legis, nescio quemadmodum te potuit præterire. Aut si præterire nō potuit, minor cur te non correxerit, si tamen aliquid apud te valet Ioannis autoritas. Aut si illo sermone perlecto, eiq; loco eius quē commemoraturus sum, cognito atq; perspecto, in opinione tua manendum putasti, vt quid inde verba qualibet iseruisi operi tuo? An forte vt nos totum legere commoneres, & inuenire vnde tuas deprehenderemus & cōuinceremus insidias? Quid enim apertius, quā id quod ibi dixit, Venit semel Christus, & paternis nos cautionibus inuenit astrictos, quas cōscripsit Adam. Ille initium obligationis ostēdit, peccatis nostris fœnus accreuit. Audisne hominem in fide catholica & eruditum & eruditē, distinguēt debitum paterni chirographi, quod hæreditarium nobis inhestit, ab eis debitis, quorum per nostra peccata fœnus accreuit? Audis quid paruulis relaxetur i baptismo, qui nondū propria debita contraxerunt, nec tamē a paterno chirographo immunes esse potuerūt? Verba quippe eius non interpretata sic leguntur in Greco, ἔρχεται ὁ παῖς ὁ θεός, ἑν ἑνὴν ἡμῶν χειρὸν γράφον πατρίων, ὅτι ἑγράφη ὁ ἀδάμ, ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγεν τὴν χρεὴς, ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ἡμῶν ἡμεῖς μεταγενεσέρας ἀμαρτίας. Quæ verba ē verbo interpretata sic se habent, Venit semel Christus, inuenit nostrum chirographum paternum, quod scripsit Adā. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus posterioribus peccatis. Nunquid contentus fuit dicere, paternum chirographum, nisi adderet, nostrum? Vt sciremus antequam fœnus peccatis nostris posterioribus augeremus, iā illius chirographi paterni ad nos debitū pertinere. Lege etiam quemadmodum exponat idem ipse vir sanctus eundē ipsum Apostoli locum vbi scriptum est, Per vnum hominem peccatum intrauit in mūdum. Ibi enim luce clarius in huius fidei catholicæ veritate versatur. Quod totum quia longum est huic operi intexere, pauca inde cōtingam. Manifestum est, inquit, quoniam non ipsum peccatum, quod ex legis transgressione, sed illud peccatū, quod ex Adæ inobedientia, hoc erat quod omnia cōtaminauit. Et paulo post, Regnauit, inquit, mors ab Adā vsque ad Moysen, & in eos qui non peccauerunt. Quomodo re-

gnauit? In similitudine transgressionis Adæ, qui est forma futuri, propterea & forma est Christi Adam. Quomodo forma est aūt? Quoniam sicut ille ex semetipso nascentibus, quanuis non manducauerint de ligno, factus est causa mortis, quæ per cibum inducta est, ita & Christus iis qui ex ipso sunt, tametsi nihil iuste egerint, factus est prouisor iustitiæ, quæ per crucem nobis omnibus condonauit. Alio loco in eodē sermone, Vt cum dixerit tibi Iudæ, inquit, quomodo vni virtute Christi mūdus saluatus est, possis ei dicere, quemadmodum vno inobediēte Adam, mundus damnatus est. quanquam non sint æqualia, gratia atq; peccatum, neq; paria sint mors atq; vita, non æqualis deus, ac diabolus. Item post paululum, Sed non quemadmodum delictum, inquit, ita & gratia. Si enim vnius delictū multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in multos abūdauit. Quod enim dicit, inquit, huiusmodi est, Si peccatū valuit, & peccatum vnius hominis: gratia, & dei gratia, & non solum patris, sed etiam filij, quemadmodum nō amplius praualebit? Multo enim hoc rationabilius. Nam alium pro alio damnari non valde videtur habere rationē: alium autem pro alio saluari, & decētius magis & rationabilius apparer. Si igitur illud factū est, multo magis hoc. Itemq; alibi in cōsequētibus. Iudicium, inquit, ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationē. Hoc idem, inquit, quod dicitur, quoniā quidem mortem & damnationē potuit peccatum inducere, gratia autem non vnum illud tātummodo interfecit peccatum, sed etiam post illud introeūntia peccata. Et paulo post de hoc ipso, Quomodo ergo, inquit, plura introducta sunt bona, & nō solū illud interfectū est peccatum, sed etiam omnia reliqua ostendit, dicens, Gratia autē ex multis delictis in iustificationē. Et post paululum ait, Primo enim dixit, quoniam si vnius peccatū interfecit omnes, multo magis & vnius gratia poterit saluare. Post hæc autem ostendit, inquit, quoniam nō illud solum interfectum est peccatum per gratiam, sed etiam omnia reliqua. Et nō solum peccata interfecta sunt, sed etiam & tributa iustitia est. Et non tantum solum profuit Christus, quantū nocuit Adam, sed multo amplius atque magis. Post hæc in eodem cum de baptismo ageret, interposuit verba Apostoli dicentis, An ignoratis, inquit, fratres, quoniā quicumque in Christo baptizati sumus, in morte eius baptizati sumus? Consequenti ergo sumus illi per baptismū in morte. Quid est, in morte illius baptizati sumus? Vt & ipsi moriamur sicut & ille. Crux enim est baptisma. Quod ergo crux Christo & sepulchrum, hoc nobis baptisma factum est, tametsi nō in eisdem ipsis. Ipse namq; carne & mortuus est & sepultus, nos autē peccato in vtroque: quapropter non dixit, Complantati morti: sed, similitudini mortis. Mors namq; & hoc & illud, sed nō eidem ipsi subiacet: sed hæc quidem carnis Christi, nostra autem peccati. Quemadmodum ergo illa verā, & hæc. Nūquid dubitare iā poteris sanctum Ioannē tam longe esse à sensu vestro, quā non recedit à sensu catholico? Nunquid in eius disputatione qua exponit Apostoli locum, huic quæstioni, quæ inter nos vertitur pernecessarium, vbi scriptum est, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & cetera quæ connexa sunt, alicui redolet, quod vos dicitis, propter imitationem hoc esse delictū, non propter carnalē natiuitatem? Nōne illo vno peccato cōtaminata dicit esse omnia, & sic illud distinguit à ceteris postea commissis introductisq; peccatis, quæ vos

A vos dicitis ad imitationem, non ad propagationem pertinere, vt non illa tantum, sed hoc & illa per gratiam Christi dicat interfici? Nōne de baptismo Apostoli verba, vbi ait, Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte illius baptizati sumus: sic exponit, vt dicat ita cum peccato mori, qui baptizatur in Christo, sicut carne mortuus est Christus, quia in morte Christi baptizari, nihil est aliud quā peccato mori? Cui ergo peccato paruulus moritur, si originale non traxit? An forte non in Christi morte paruuli baptizatur, cum Apostolus non dixerit, quidam, sed quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? An quando baptizatur baptismate Christiano, dicitur estis, quod non baptizentur in Christo, ne vos Episcopus Ioannes sua definitione suffocet, qui dicit hoc esse baptismum eis qui baptizantur in Christo, quod crux & sepulchrū fuit Christo, vt quemadmodum ille mortuus est carne, sic & istos intelligamus mortuos esse peccato? Ecce cui viro, quā magno Christianæ fidei, atque huius catholici dogmatis defensori, voluisti vestrum dogma supponere, quasi dixerit, paruulos primi hominis non inquinatos esse peccato, cum dixerit eos non habere peccata, quæ non eum intelligi nisi propria voluisse, eius tam multa testimonia, tamque manifesta declarant. Quid te igitur adiuit, quod Ioannis Constantinopolitani tanquam tibi suffragaretur testimonium posuisti? An vt vnum verbum quasi ab eo prætermisissum, velut acuta calliditate captares, & tot verborum eius quibus obruereris, tam ingētem tibi aggerem commoueres? Intantum improuidus & incautus, vt nec in ipsa homilia, vbi vix vnum de quo male intellecto decepti deciperetis, testimonium reperire potuistis, aduerteres sanctum Ioannem Constantinopolitanū satis euidenter expressisse, omnes homines exceptis debitis ppriis paterni esse chirographi debitores, & tamen postea quæ verba eius interposuisti, quibus intentionem tuam putasti aliquid adiuuari, sequeris & dicitis, Cum igitur liquido clareat hanc sanam & veram esse sententiam, quam primo loco ratio, deinde scripturarum munivit autoritas, & quam sanctorum virorum semper celebravit eruditio, qui tamen veritati autoritatem non suo tribuere consensu, sed testimonium & gloriam de eius suscipere consortio, nullum prudentium conturbet cōspiratio perditorum. Hæc verba tua quod proficiunt, nisi vt appareat, vel quomodo de hac causa scire neglexeris catholicorum sententias sermonesque doctorum, vel si eos nosse curasti, qua fraude coneris circumuenire nescientes? Nam de ratione, & sanctorum scripturarū autoritate vt nunc interim taceam, hanc cene sententiam qua negatis peccato primi hominis obnoxios paruulos nasci, sanctorum virorum semper celebravit eruditio? Nō hoc istis tot tantorumq; sanctorum & eruditorum, quæ cōmemorauī testimoniis indicatur, imō e contrario puto, quod iam videas quātum te opinio ista fefellerit, si tamen non dolo agis, atque id ante iam noueras. Sed vt melius de te credā, si nūc primū ista cognoscis, si de peccato primi hominis, quod cōsint obligati qui carnaliter generantur infantes, nec eo nisi spiritali regeneratione soluantur, nūc primum perspicias hoc didicisse & docuisse tot sanctos, quod & nos didicimus & docemus: muta iam istam mentem, obliuiscere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot ac tales patres Manichæum iaculabaris opprobrium. Si nesciens hoc fecisti, cur non miseram respicis imperitiam? Si sciens, cur non sacrilegam deponis au-

daciam? Conuinceris vndique, luce clariora sunt testimonia tanta sanctorum. In quorum cōuentum te introduxerim, conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius, quem magister tuus Pelagius tantā prædicatione laudauit, vt diceret in libris eius præcipue sicuti sicuti Romanam, qui scriptorū inter Latinos flos quidā speciosus enituit, ita vt eius fidē & purissimum in scripturis sensum reprehendere nec inimicus auderet. Hic est & Constantinopolitanus Ioannes, quem tu in numero eruditorum ac sanctorum excellētissimum in hæc ipsa tua cui respōdeo disputatione posuisti. Hic est Basilus, cuius te verbis ad id quod nunc agitur non pertinentibus, putasti aliquid adiuuari. Hinc sunt & ceteri quorū te mouere debet tanta consensio. Non est ista, sicut stylo maledico scribis, conspiratio perditorum. In Ecclesia catholica doctrinæ sanæ studij claruerunt, spiritalibus armis muniti & accincti, strenua contrā hæreticos bella gesserunt, perfuncti fideliter suę dispensationis laboribus in pacis gremio dormierūt. Vnum dicitis egressum, me ipsum significās, qui in se summam prælij titam optat intelligi. Ecce non ego vnus, sed tot ac tanti sancti eruditiq; doctores, tibi pro me vel mecum proque omnium nostrū & tua ipsius si sapias salute respondent. Non tibi sicut calumniaris, solum populi murmur opponimus, quanquam & ipse populus aduersus vos propterea murmuret, quia non est talis quæstio, quæ possit etiam cognitionem fugere popularem. Diuites & patres, excelsi atq; infimi, docti atq; indocti, mares & feminae nouerunt quid cuique etati in baptismo remittatur. Vnde etiam matres quotidie toto orbe terrarum non ad Christum tantū, id est ad vñctum: sed ad Christum Iesum, id est, etiam saluatorem cum paruulis currunt. Sed ecce quō te introduxi, conuentus sanctorum istorum non est multitudo popularis, nō solum filij, sed & patres Ecclesiæ sunt. Ex illo numero sunt, de quibus prædictum est, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituit eos principes super omnem terrā. Ex qua filij regenerati sunt, vt hæc discerent: eius patres facti sunt, vt docerent. Quid est quod vos gaudere iactas, quia ista veritas, quam tu errorem putas, vel putari cupis, de tanta multitudine assertorem nō potest inuenire, quali parua sit eius assertio, quia in hoc fidei firmissimo & antiquissimo fundamento ipsa toto orbe diffusa nō a se discrepat multitudo? Si autem assertores eos flagitas, quorum aliquid etiā literarū iueniri potest, illustrisq; doctrina est: en adest assertorū eius memorabilis & venerabilis cōsensus atq; consensus. Sanctus Irenæus dicit, antiquā sententis plagā fidei Christi & eruce sanari, & quod protoplasti peccato fuimus tanq̄ vinculis alligati. Sed Cyprianus dicit, perire paruulum nisi fuerit baptizatus, quanuis ei non propria dimittantur, sed aliena peccata. Sanctus Reticus dicit, veteris hominis quo per lauacrū regenerationis exuimur, nō tantū vetera, sed ingenta esse peccata. Sanctus Olympius dicit vitiū de protoplasto in germine sparsum, vt peccatū cū homine nasceretur. Sanctus Hilarius dicit, ex peccato esse omnem carnem, præter illius qui venit in similitudine carnis peccati sine peccato. Dicit sub peccati origine, & sub peccati lege natū esse, cui⁹ vox est, Ego i iniquitate cōcept⁹ sum. Sanctus Ambrosius dicit eos qui baptizati fuerint, paruulos in primordia nature suæ à malitia reformari. Dicit solū ex natis de femina sanctū dominū Iesum, nulla terrena cōtagia corruptelę immaculati partus nouitate sensisse. Dicit quod in Adā omnes morimur, quia per vñctum hominem peccatum intrauit in mūdum, & illius culpa

August.

H

Rom. 5.

Ioannes Episcopus.

Rom. 6.

Aug.

Rom. 4.

Psal. 44.

Irenæus.

Cyprianus.

Reticus.

Olympius.

Hilarius.

Psal. 50.

Ambrosius.

G mors omnium est. Dicit quod in eius vulnere omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens vulnera eius acerba curasset. Dicit fuisse Adam, & in illo fuisse omnes: perisse Adam, & in illo perisse omnes. Dicit nos contagio maculari antequam nascimur, nec humanum conceptum esse iniquitatis exortem, quia concipimur, inquit, in peccato parentum, & in delictis eorum nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec vnum tantummodo habet ipsa natura contagium. Dicit diabolus foeneratorum, a quo Eua maculata obnoxia successione vsuris, omne genus defecneravit humanum. Dicit a diabolo Eua deceptam, vt supplaret virum, obligaret hereditatem. Dicit Adam ita morsu viriati esse serpentis, vt omnes illo vulnere claudicemus. Dicit per corporum viri & feminae commixtionem neminem expertem esse delicti. Qui autem expers delicti est, id est dominus Christus, etiam huiusmodi esse conceptionis expertem. Dicit sanctus Innocentius. Innocentius, lauacro regenerationis praeteriti vitium omne purgari, quod per illum accidit, qui libero arbitrio cadens, in profunda demersus est. Dicit, nisi manducauerint carnem filii hominis, id est domini, & sanguinem biberint, vitam paruulos habere non posse. Sanctus Gregorius dicit, melius fuisse non excidere a ligno vitae gustu amarissimo peccati, sed emendari nos debere post lapsum. Dicit nos ex bonis ad tristitia deuolutos, & vult a tristibus ad meliora reparari, vt quos gustu ligni vetitus condemnauit, Christi crux gratia largiore iustificet. Dicit veneradam esse natiuitatem, per quam terrenae natiuitatis vinculis liberamur. Dicit regeneratione ex aqua & spiritu purgari maculas primae natiuitatis, per quas in iniquitatibus concipimur. Dicit tibi sanctus Basilius, nos aegritudinem contraxisse peccati, quoniam Eua noluit a ligno prohibito ieiunare. Dicit postremo nos de paradiso decidisse, quia non ieiunauimus, atque vt illo redeamus, praecipit vt ieiunemus. Dicit tibi ore vno tot sancti Episcopi, Eulogius, Ioanes, Amnonianus, Porphyrius, Fidus, Zozius, Zoboenus, Nimsidius, Chromatius, Iouinus, Eleutherius, Clematius: Nos Pelagium non absoluius, nisi quia dantur eos qui dicunt paruulos etiam si non baptizentur, habere vitam aeternam. Iam tu responde, vtrum deus iustus nulli obnoxia peccato imaginem suam priuare vita possit aeterna? Postremo sanctus Episcopus Ioanes dicit, quem tu honorabiliter commemorasti, quem tu sicut sanctum eruditumque laudasti, quem tu testimonium & gloriam de consortio veritatis suscepisse dixisti, etiam ipse dixit Adam sic peccasse illud graue peccatum, vt omne genus humanum in commune damnaret. Dixit in Lazari morte ideo fleuisse Christum, quia de perennitatis excussa mortalitas inferos adamauit, & quia eos qui immortales esse poterant, diabolus fecit esse mortales. Dicit ante peccatum primi hominis omnimodo bestias homini fuisse subiectas: posteaquam vero peccatum illud intrauit, coepisse a nobis bestias formidari. Vtique adeo peccatum illud primi hominis intelligi voluit ad omnes homines pertinere: vbi quis non videat esse consequens, vt nulla bestiarum paruulos laederet, nisi & ipsos illius peccati vinculo natiuitas carnalis obstringeret? Dicit in eodem sermone, ex quo tu incautus obrepere voluisti, quod nos Christus inuenit in paterno chirographo nostro quod scripsit Adae, & posterioribus ppriis debitis obligatos. Exponit Apostoli locum in quo tota ista causa consistit, vbi scriptum est, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum,

& cetera huic sententiae cohaerentia. Nec in tam prolixa sua disputatione quod dicitis, dicit non propagatione generis hoc peccatum in omnes homines, sed imitatione transisse, imo e contrario quam se res aliter habeat, in coepiscoporum suorum sententiis non dissentiendo demonstrat. Dicit enim omnia peccata primi hominis esse cotaminata, & ne hoc non generatione carnali, sed imitatione mortali factum putetur, dicit Adam propterea dictum formam futuri, quia sicut ille ex semetipso nascentibus, quauis non manducauerint de ligno, factus est causa mortis, quae per cibum inducta est, ita & Christus iis qui ex ipso sunt, tamen nihil iuste egerint, factus est prouisor iustitiae, quam per crucem nobis omnibus condonauit. Dicit ludaeum negatem virtute vnus Christi mundum posse saluari, de ipsius primi hominis peccato refutandum, quo vno inobediente damnatus est mundus. Dicit non valde videri habere rationem, vt alius pro alio daretur, & tamen factum esse per Adam. Vnde magis persuadet esse credendum, quod decentius & rationabilius apparet, saluari alium pro alio, quod impletur in Christo. Quis autem non videat, si peccatum primi hominis non propagatione, sed imitatione per omnes homines pertransit, neminem pro alio, sed suo damnari vnumquemque peccato, quod non alius in eo generando transmissit, sed ipse imitando sua voluntate commisit? Dicit per gratiam non illud vnum tantummodo primi hominis, sed etiam post illud introeuntia interfecta esse peccata. Vbi satis utique distinguit peccata posteriora, quae dici possunt imitatione commissa, ab illo vno quod propagatione pertransit, & ostendit vtraque interfecta esse per gratiam, vt secundum Apostoli intentionem plus appareat profuisse regeneratio, quam nocuerat generatio. Sic enim exponit quod dictum est, Et non sicut delictum, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Qua sententia imitatio illa vestra, quod esse nouitum Pelagiani erroris machinamentum, Paulo Apostolo scribente, & Ioanne Episcopo exponente subuertitur. Dicit etiam de ipso baptismo, exponens quod ait Apostolus, Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus, nihil esse aliud in morte Christi baptizari, quam peccato mori, sicut ille mortuus est carne. Vnde necesse est, paruuli aut in Christo baptizentur, aut si baptizantur, in morte eius baptizentur, ac sic peccato ipsi quoque moriantur: & quia non habent proprium, ab alieni illius, id est, originalis, quod omnium commune factum est, contaminatione mudentur. His tot ac tantis molibus virorum sanctorum doctorumque vallatus, adhuc causam nostram putabis nullum assertorem de tanta multitudine inuenire potuisse? An tantam consensionem sacerdotum catholicorum, conspirationem dicturum es perditorum? Nec sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum arbitreris, qui Graeco & Latino ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis sacris vsque ad decrepitam vixit aetatem. Hic omnes vel penes omnes qui ante illum ex vtraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserant, legit, nec aliam de hac re tenuit promissam sententiam. Qui cum exponeret Ionam Prophetam, apertissime dixit, Quis paruuli peccato offendentes Adam tenentur obnoxij. Itane tuum sic amabis errorem, in quem iuuenili confidentia & humano lapsu incautius decidisti, vt ab istis catholicis vnitatis & veritatis sacerdotibus, ex diuersis

A diuersis orbis terrarum partibus tanta inter se fidei concordia congruentibus, in tam magna causa, vbi Christianae religionis summa consistit, non solum dissentire, sed eos audeas Manichaeos insuper nuncupare? Quod si hoc non facis, nec mihi hoc iuste facis, quem cernis in eadem causa disputationibus meis, quibus aduersus me ferociter irriteris, illorum secutum fuisse vestigia. Si autem me solum tali aspergis opprobrio, non ob aliud, nisi quia de peccato primi hominis quod sentiunt, sentio: quod tenet, teneo: quod praedicant, praedico: quis te non videat in me apertum iactare conuictum, de illis occultum quidem, sed tamen simile habere iudicium? Et tamen consideratis, vt alia taceam, vel Ioannis Episcopi verbis de nostro paterno chirographo, quod scripsit Adae, quae verba in eo sermone vnde quod voluisti protulisti, inuenisse te credo, vel Episcopi Ambrosij, quod de commixtione maris & feminae nullus potest expers esse peccati, quae in meo libro legisti, sed in tuis attingere timuisti, etsi coram hominibus sit dura frons tua, erubescit coram deo mens tua. Ego quidem pro dilectione quae mihi est erga te, quae deo propitio quibuslibet conuictis absit vt de medullis mei cordis extirpes, malle fili Iuliane, vt iuuentute meliore atque fortiore te vinceres, & animositatem quid aliud quam humanam, qua cupis tuam qualiscumque sit, quoniam tua iam facta est, praeualere sententiam, potentiore pietate superares. Et sicut Polemo luxuriae coronis sensum capite detractis, eisque abiectis, manum pallio subdidit, os & vultum formauit ad verecundiam, ad extremum totum se illi ad quem deridendum venerat, discipulum tradidit, sic & tu loqueris tibi tot venerabilibus viris, maximeque Episcopo Ambrosio in integritate catholicae fidei, etiam tui mali doctoris & deceptoris ore laudato, & Episcopi Basilio & Ioanne, quos tu quoque in sanctis eruditis veridica attestacione posuisti, raquam coronas ebriosorum abieceres laudes Pelagianorum, quibus tanquam magnus eorum defensor extolleris, & stylium, vt mitius dixerim, contumeliosum, non tanquam pallio pudoris absconderes, sed tanquam manu emendatiore confingeres, tuumque pectus veritate complendum, non Platonico Xenocrati, sed istis sacerdotibus Christianis, vel potius in eis ipsi domino Christo, non velut qui nunc primum veneris, traderes, sed velut qui recesseras, redderes. Quod si tibi consilium meum displicet, age vt placet. Ego enim & si correctus fueris, in quo maiora vota mea sunt, abundantius cumulatiusque gaudebo: & si quae abominor, in hac prauitate permaneris, ex opprobriis tuis fructuosum habebis & pro me caelestis mercedis augmentum, & de te misericordis doctoris aculeum. Sed quoniam iam ostendi quot & quales & quantos viros fidei catholicae defensores atque doctores falsos facias Manichaeos, audi iam parumper, inerudita temeritate quatuor adiuues Manichaeos. Hoc enim me secundo loco disputationis meae demonstraturum esse promisi. Manichaei, quod etiam te satis nosse indicasti, duas naturas, vnam boni, alteram mali ex diuersis atque inter se aduersis coeternisque principiis, vanitate sacrilega nefandi erroris inducunt. Contra quos catholica fides tantummodo sine initio naturae praedicat, summi scilicet atque incommutabilis boni, hoc est illius ineffabilis trinitatis, a quo summo, vt dictum est, atque incommutabili bono vnuerfam conditam dicit esse creaturam, naturamque omnes bonas, quauis impares creatori, quia ex nihilo creatas, ideoque mutabiles, ita vt omnino nulla natura sit, quae non aut ipse sit, aut ab ipso fa-

cta sit, vt quantacumque aut qualiscumque natura sit, & in quantum natura est, bonum sit. Quarunt itaque a nobis, vnde sit malum. Respondemus, ex bono, sed non summo & incommutabili bono. Ex bonis igitur inferioribus atque mutabilibus orta sunt mala. Quae mala licet intelligamus non esse naturas, sed vitia naturarum, tamen simul intelligimus ea nisi ex aliquibus & in aliquibus naturis esse non posse, nec aliquid esse malum, nisi a bonitate esse defectum. Sed cuius defectum, nisi alicuius sine dubitatione naturae? Quia & ipsa voluntas mala, non nisi alicuius voluntas est profecto naturae. Et angelus qui ppe & homo natura fuit. Non enim potest esse nullius voluntas, quando est voluntas. Et tantum valet eadem voluntates, vt earum naturarum, quarum sunt, faciant qualitates. Nam si quaeatur, qualis sit angelus vel homo mala voluntatis, rectissime respondetur malus, magis accipiens qualitatis nomen ex voluntate mala, quam ex natura bona: quoniam natura est ipsa substantia & bonitatis & malitiae capax. Bonitatis capax est, participatione boni a quo facta est. Malitiam vero capit non participatione mali, sed priuatione boni, id est, non commiscetur naturae, quae aliquid malum est; quia nulla natura in quantum natura est, malum est, sed quia deficit a natura, quae summum atque incommutabile est bonum, propterea quia non de illa, sed de nihilo facta est. Alioquin nec malam voluntatem habere posset, nisi mutabilis esset. Mutabilis porro natura non esset, si de deo esset, non ab illo de nihilo facta esset. Quapropter honorum author est deus, dum author est naturarum: quarum spontaneus defectus a bono, non indicat a quo factae sunt, sed vnde factae sunt. Et hoc non est aliquid, quoniam penitus nihil est, & ideo non potest auctorem habere quod nihil est. Quapropter sicut aduersatur catholicae fidei Manichaeus, hoc est fidei veritatis, veraque pietatis, qui bonum & malum sic inter se dicit esse contraria, vt non naturam, cum deficit a bono, dicat fieri malum, ipsumque defectum eius esse malum eius, sed potius ipsum malum dicat esse naturam, & quod est insapius, sine initio sempiternam, eamque appellat corpus & spiritum, corpus videlicet, vnde spiritus operetur: spiritum vero, qui operetur ex corpore: ita hunc aduersarium fidei dici non potest quantum adiuuet, qui mala ex bonis oriri negat, & in eundem sensum accipit quod ait dominus, Arbor bona fructus malos non facit: cum ille magister deus non vti que naturam constituat arborem, ex qua fructus de qua loquebatur, existat, sed voluntatem seu bonam seu malam, fructus autem opera, quae nec bonam voluntatis mala, nec mala voluntatis esse voluntatis bona. Hoc est enim quod ait, Arbor mala fructus bonos non facit, & arbor bona fructus malos non facit: tanquam diceret, Nec opera bona voluntas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Nam ipsarum arborum, id est, ipsarum voluntatum si quaeratur origines, quae oecurrunt nisi naturae, quas bonas deus condidit: ac per hoc ex bonis orta sunt mala, non ex bonis voluntatibus opera mala, sed ex bonis naturis voluntates mala. Quid ergo sic optat audire Manichaeus, nisi ex bonis mala esse non posse, vt quoniam negari non potest esse mala, nihil restet nisi vt ex malo sint, si ex bonis naturis esse non possunt? Ac sic sine initio habeant originem suam mala naturam mali, quae sine initio semper fuerit, & sint duae naturae, vna boni, altera mali. Necesse est enim vt aut nulla sint mala, aut ex bonis naturis sint, aut ex malis. Si dixerimus nulla esse mala, frustra dicimus deo. Libera nos a malo. Si autem dixerimus non oriri mala nisi ex malis,

Remanet malum, ex quo regeneretur mali. Quæadmodum autem non est iniquus deus, qui cū baptizatis dimittat peccata propria, parvulum damnat, quia cū ab illo crearetur, nesciens nec volens etiam ex illis parentibus, quibus remissa fuerant, traxit aliena. Nec virtus, cui vitiositas intelligitur esse contraria, posse creditur perfici, quia ingenerata vitia incredibile est posse consumi, quæ iam nec vitia deputanda sunt. Nō enim peccat, qui non potest aliud esse quàm creatus est. Hæc si fidei diligentia quareretur, nec ea quæ catholice fidei veritate atque antiquitate fundata sunt, infideli oppugneretur audaciâ, in ea quæ abscondita sunt sapientibus & prudentibus, & reuelata sunt parvulis, nutriti Christi gratia veniretis. Multa enim multitudo dulcedinis domini, quam profecto non invidit, & tamen abscondit timentibus eum, perfecit autem sperantibus, non in se ipsos, sed in eum. Nos ergo dicimus quod ea fides habet, de qua scriptum est, Nisi credideritis, non intelligetis: nec diabolus, sed deum verum & vere bonum esse hominum conditorem, munda de immundis ineffabiliter operantem, quanuis hominum nemo mundus nascatur, & ideo donec mūdetur spiritu sancto, sub spiritu immundo esse cogatur. Nec quantacunque immunditiam naturarum, vltimum crimen esse nuptiarum. Bonum quippe discernit propriū nuptiarum, à quolibet vitio naturarū. Nec vltimum reatum remanere peccati, qui non ea quæ in Christo fit regeneratione solvatur, quanuis infirmitas restet, contra quam in seipso cōstitutam, regeneratus si proficit, pugnet. Nec iniquus est deus, cum peccatis siue originalibus siue propriis digna retribuit, magisque iniquus aut infirmus ostenditur, si iugum graue super filios Adam, à die sicut scriptum est, natiuitatis eorum vsque in diem sepulturæ in matre omnium, sub quo iugo imago eius atteritur, aut ipse nullo vel originali vel proprio præcedente peccato, aut quilibet alius ipso imponit inuito. Nec perfectio est desperanda virtutis, per eius gratiam, qui ex origine vitiatam mutare potest & sanare naturam. Aggrediar igitur implere pollicitationem meam. Nec ista quinque argumenta vestra, ex quibus cuncta connectitis, quæ in hac quaestione aduersus catholicam fidem multipliciter disputatis, singillatim testimoniis sanctorum refutanda suscipiam, sed quantum potuerit eorum percuti & deiici, etiam cum à me de literis catholicorum Episcoporum singula proferentur, tantum percuetur atque deiicietur, siue vnum eorum, siue duo, siue plura, siue omnia, sicut valuerit quod proferatur: veluti est illud in libro quem de arca Noë conscripsit beatus Ambrosius, Per vnum, inquit, dominū deum salutem nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi natus ex virgine generationis obnoxie priuilegio minime teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: dicit is qui iustus præ ceteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixerim, nisi horum liberum vinculorum, quem naturæ communis vincula non teneant? Omnes sub peccato ab Adam, in omnes regnabat mors. Veniat solus iustus in conspectu dei, de quo iam non cum exceptione dicatur, non peccauit in labiis suis, sed peccatum non fecit. Huic dic si audes, quod diabolus fecerit hominum conditorem, qui vtriusque sexus commixtione nascuntur, quando quidem solum Christum quia sit natus ex virgine, à vinculis obnoxie generationis excepit, omnibus cæteris ex Adam sub peccati obligatione nascentibus: quod

vtrique peccatum diabolus seminavit. Hunc damnato. Rem redargue nuptiarum, qui sine peccato natum solum dicit virginis filium: istum negatorem percipiendæ criminare virtutis, qui asserit ingenerari vitia generi humano in ipso conceptionis exordio, & dicere quod aduersus me in primo tuo volumine videris tibi satis alte acutèque dixisse, nec peccare eos omnino, qui peccare dicuntur. Siquidem à quocunque creati sunt, secundum id quod creati sunt, necesse habent viuere, nec suæ repugnare naturæ. Hæc omnia dic Ambrosio, siue de Ambrosio, quæ mihi tam superbe, tam cōtumeliose, tam procaciter & petulanter obiectas. Nam his verbis suis infamare etiam baptismatis sacramentum, quod in eo plena non fiat remissio peccatorum, & iniquum deum facere, qui peccata in filiis damnat, alienaque in parentibus relaxauit, fortasse non potest dici, quoniam cum hæc loqueretur, non de baptizatorum propagine loquebatur. Porro si sanctus Ambrosius nō ex his erat, qui diabolum faciūt hominum creatorem, vel nuptias damnant, vel incapacem virtutis naturam opinantur humanam, sed ex his potius qui deum summum ac summe bonum totius hominis, id est, totius animæ, totiusque corporis agnoscunt & consententur auctorem, & honorant in sui gradus bonitate coniugia, nec hominem perfecte iustificari posse desperant: hæc interim tria vestra argumenta tanta illius viri auctoritate subuersa sunt, nec vltius obicienda sunt nobis, qui de originali peccato ea dicimus, quæ dixit ille, qui neque hominis creationem diabolo attribuit, neque nuptias condemnauit, neque iustitiæ perfectionem in natura hominis desperauit. De duobus vero residuis argumentis vestris, quæ ad baptismum pertinent, mox videbimus quid ille vir senserit, & quomodo vos ingenti mole auctoritatis obtulerit. Dicit enim in libro contra Nouatianos, Omnes homines sub peccato nascuntur, quorum ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum dicentem David, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Christi autem caro damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, vbi erat ante colluio per culpam. Hic sanè omnia simul vestra argumenta subuersa sunt. Si enim omnes homines sub peccato nascuntur, quorū ipse ortus in vitio est, cur mihi ex hoc obiciis, quod dicat diabolus hominum creatorem, cum hoc me dicere videas quod ille dixit, qui hominum creatorem diabolus esse non dixit? Si quoniam hominis ortus in vitio est, ideo dicit David, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: nec accusat vox ista nuptiale consortium, sed originale peccatum, cur me damnatorem dicis esse nuptiarum, quod dicere non audebis Ambrosium? Si quoniam omnes homines sub peccato nascuntur, & ipse ortus noster in vitio est, ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? iam tandem perspicias etiam seipsum in his suis verbis voluisse intelligi Apostolum. Ipsi ergo interior homo cum cōdelectaretur legi dei, videbat aliam legem in membris suis repugnantē legi mentis suæ, & propterea carnem suam corpus mortis esse dicebat. In ipsius ergo carne non habitabat bonum, propter quod non quod volebat, faciebat bonum, sed malum quod oderat, hoc agebat. An non tota vestra causa impulsâ, prostrata, contrita,

trita, & sicut puluis quæ proicit ventus à facie terræ, sic à cordibus eorum quos decipere coeperatis, si hæc voluerint deposito studio cōtentionis cogitare, proiecta est. Nunquid enim Paulus Apostolus non erat baptizatus: aut aliquid ei vel originalium, vel propriorum, vel ignorantia, vel scientiæ remissum non fuerat peccatorum: Vnde ergo talia loquebatur, nisi quia id quod dixi in libro meo, cui te respondisse gloriaris, omnino verum est? Lex quippe ista peccati, quæ in membris est corporis mortis huius: & remissa est regeneratione spiritali, & manet in carne mortali. Remissa scilicet, quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles: manet autem, quia operatur desideria, cōtra quæ dimittant & fideles. Hoc est omnino quod funditus subruit hæresim vestram. Quod vsque adeo videtis & timetis, vt non aliter ex his Apostolicis vocibus exire conemini, nisi quanta potestis contentione asseueretis, non illic ipsius Apostoli accipiendam esse personam, sed adhuc sub lege, nodum sub gratia positi cuiuspiam Iudæi, contra quem suæ male conuersationis consuetudo pugnet, quasi vis ipsa consuetudinis deponatur in baptismo, & non aduersus eam configant etiam baptizati, tanto fortius atque vehementius, quanto magis placeat student oculis eius, cuius gratia diuuantur, ne in tali certamine superentur. Quod si attente sine perueracia considerare voluisses, profecto in ipsa etiam vi consuetudinis inuenires quomodo concupiscentia remittatur in reatu, & maneat in actu. Neque enim nihil in homine agitur, quando cōcupiscentiarum suarū etiam quibus non consentit, stimulis inquietatur. Sed tamen non propter vim consuetudinis appellabat carnem suam corpus mortis Apostolus, sed propter quod rectissime intellexit Ambrosius, quia omnes sub peccato nascuntur, & ipse ortus in vitio est, huius vitij reatum, iam sibi in baptismo fuisse dimissum dubitare non poterat, sed contra eius inquietudinem pugnat primū ab eo vinci subiugarique metuebat. Deinde licet inuictē nodū pugnare, sed hostem non habere malebat, quando dicebat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Sciebat enim gratia nos sanari ab isto concupiscentiæ motu, qui nos ab eius originali reatu; spiritali regeneratione sanauit. Hoc bellum quod in nobis ipsis aduersum nos ipsos gerendū suscipimus, experientur in se, neque negare possunt libidinis acerrimi expugnatores, non impudētissimi laudatores. Denique dicit etiam victoriosissimus Cyprianus in Epistola de oratione dominica, Fieri autem petimus voluntatem dei in cælo & in terra, quod vtrunque ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis. Nam cum corpus est terra, & spiritum possideamus è cælo, ipsi terra & cælum sumus, & in vtroque, id est, in corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem, quotidiana congressio, vt non ea quæ volumus ipsa faciamus, dum spiritus cælestis & diuina querit, caro terrena & secularia concupiscit. Et ideo petimus inter duo ista, ope & auxilio dei concordiam fieri, vt dum & in spiritu & in carne voluntas dei geritur, quæ per eum renata est anima seruetur. Quod aperte atque manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non ea quæ vultis, illa faciatis. Vide quemadmodū instruat baptizatum populum doctor egregius. Quod ad Tomus septimus.

baptizatum enim pertineat oratio dominica, quis Christianus ignorat, vt humanam voluntatem, incolumitatem, salutemque naturam in hoc esse intelligat constitutam, non vt caro & spiritus, tãquam inter se naturaliter inimica, sicut Manichæus deliripit, separeretur, sed potius tãquam ex vitio discordiæ sanata, concordent. Hoc est enim liberari à corpore mortis huius, vt vitæ fiat, quod modo corpus est mortis, ipsa in ea morte moriente, finita discordia non natura. Vnde dicitur etiã illud, Vbi est mors contentio tua? Quod non in hac vita perfici, idem quoque testis est martyr in Epistola de mortalitate, vbi Apostolum Paulum propterea dicit concupiscere dissolui, & esse cū Christo, vt nullis iam fieret peccatis & vitis carnis obnoxius. Quam vero vigilantèr aduersus illud dogma vestrum, quo in vestra virtute cōfiditis, hoc oratione dominica exponit? Sic enim docet petendum id potius à domino, quàm de propriis viribus præsumendum, vt inter carnem & spiritum non humana virtus, sed gratia faciat diuina concordiam, cōsonans omnino Apostolo dicenti, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. His & sanctus Gregorius attestatur dicens, Anima namque cum in laboribus fuerit in angustiis, cum hostiliter vrgetur à carne, tunc ad deum refugit, & cognoscit vnde debeat auxilium poscere. Ac ne quisquã in his verbis Episcopi Gregorij hostiliter vrgeri carnem tanquam ex contraria natura mali, secundum Manichæorum insaniam suspicetur, etiã ipse vide quæmodum suis fratribus & cōdoctoribus cōcinat, docens non ob aliud aduersus carnem spiritum concupiscere, nisi vt suo vtrūque reuocetur auctori post grauissimum in hac vita rei vtriusque cōflictum, in quo laborat omnium vita sanctorum. In libro quippe apologetico, Illorum vero, inquit, verborū nondū facio mentionem, quibus intra nosmetipsos propriis vitis ac passionibus impugnamur, & die noctuque ignitis stimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgeremur, nunc latenter, nunc etiam palam prouocantibus vbi que & irritantibus rerū visibilibus illecebris, luto huius fecis cui inhaesimus, sensum fetorem venis capaciore exhalante. Sed & lege peccati, quæ est in membris nostris repugnante legi spiritus, dum imaginem regiam, quæ intra nos est, captiuam ducere studet, vt spoliis eius cedat, quicquid illud est, quod in nos beneficio diuinæ ac primæ illius conditionis influxit, vnde vix aliquis fortasse longa se & districta regens philosophia, & paulatim nobilitatem animæ suæ recolens, naturam lucis quæ in se est, humili huic & tenebroso luto cōiuncta, reuocet, ac reflectat ad deum: vel si certe propitio deo agat, vtrunq; pariter reuocabit, si tamen longa & assidua meditatione insuecat sursum semper aspicere, & deo sum male trahentem ac degrauatam materiem sibi met astricam, frænis arctioribus subleuare. Agnosce fili Iuliane cōsonas catholicas voces, & ab eis desine dissonare. Cū dicit beatus Gregorius, intra nosmetipsos propriis vitis ac passionibus impugnamur, & die noctuque ignitis stimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgeremur: baptizatus loquitur, de baptizato loquitur. Cū dicit, lege peccati quæ est in membris nostris, legi spiritus repugnante: baptizatus loquitur, de baptizatis loquitur. Christianorum est ista pugna fidelium, non infidelium ludæorum. Crede, si nō pugnas: agnosce, si pugnas: & in ista pugna rebellem quoque superbiam Pelagiani erroris expugna. Iam ne discernis, iam ne perspicias, iam ne respicias, & in baptisinate fieri omnium re-

G misionem peccatorum, & cum baptizatis quasi civile bellum interiorum remanere vitiorum? Non enim talia sunt vitia, quae iam peccata dicenda sunt, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat, & concipiat pariatque peccatū: Nec tamen extra nos sunt, quibus vincendis, cum in hoc certamine proficenter laboramus, instandū est, nostra sunt, passiones sunt, vitia sunt frangenda, cohibenda, sananda sunt, sed dum curantur infesta sunt. Et si nobis ad meliora proficientibus, magis magisque minuuntur, tamen dum hic vivitur, esse non desinunt. Discedente hinc anima pia peribunt, in resurgente corpore non redibunt. Ergo ab beatum redeam?

Ambrosius Ambrosium. Etiam Pauli caro, inquit, corpore mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita intellexit Ambrosius, ita Cyprianus, ita Gregorius, ut de aliis interim taceam simili praeditis auctoritate doctoribus. Huic morti dicit in fine, Vbi est mors contentio tua? Sed regeneratum est haec gratia, non generatorum: Christi enim caro, quod adiungit Ambrosius, damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit. nascendo non sensit in se, moriendo crucifixit in nobis. Lex itaque peccati repugnans legi mentis, quae in tanti quoque Apostoli membris erat, remittitur in baptisate, non finitur. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, nihil Christi corpus attraxit, quia non ex illa virgo concepit. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, eandem legem prima nativitate nemo non traxit, quia nisi ex illa mulier nulla concepit. Et ideo venerandus Hilarius, ex peccato esse omnem carnem non cunctatus est dicere, sed nunquid ideo negavit ex deo? Quomodo dicimus, & ex carne carne, & ex homine carnem, nunquid etiam sic negamus, generamur ex deo? Ergo & ex deo, quia creat, & ex homine, quia generat, & ex peccato, quia viciat. Sed deus qui genuit filium sibi coeternum, quod in principio erat verbum, per quod creavit omne quod non erat, etiam ipsum creavit hominem sine vitio, non ex femine hominis per virginem natum, in quo regenerat hominem generatum, sanatusque vitiatum, a reatu statim, ab infirmitate paulatim. Contra quam regeneratus sua ratione vititur, illo spectante atque adiuuante velut in agone consistit, quia virtus in infirmitate perficitur, dum contra hoc nostrum quod a iustitia deficit, illo nostro, quod ad iustitiam proficit dimicatur, ut vincete profectu, totum surgat in melius: non vincente defectu, totum vergat in peius. Parvulus vero in quo adhuc rationis nullus est usus, voluntate quidem propria nec in bono est, nec in malo, quia nulla in alterutro cogitatione versatur, sed utrumque in illo consopitum vacat, & bonum naturale rationis, & malum originale peccati. Sed annis accedentibus, cuiuslibet ratione, venit mandatum, & reuiuiscit peccatū, quod aduersus crescentem cum pugnare coeperit, tunc apparebit quid in infante latuerit, & aut vincit & dominabitur, aut vincitur & sanabitur. Non tamen ideo malum hoc nihil nocuisset, etiam si priusquam in illo apparere coepisset, parvulus hac vita exisset, quia reatus eiusdem mali, non quo reum malum est, sed quo reum facit in quo est, sicut generatione contrahitur, ita nisi regeneratione non soluitur. Hoc est propter quod parvuli baptizantur, ut non solum regni Christi fruuantur bono, verum & a malo regni mortis eruantur. Neque hoc fieri potest nisi per eum qui peccatum in sua carne damnauit, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, ut in carne nostra esset iustificatio per gratiam ubi erat ante colluuium per culpam. His itaque beati Am-

brofij verbis, nec diabolus bonitate hominem creavit, K sed hominem malignitate vitiauit: nec concupiscentiae malum nuptiarum abstulit bonum, nec in baptisatis sacramento peccati alicuius reatus relinquitur insolutus. Nec iniustus est deus, qui eum damnat lege iustitiae, qui peccati lege sit reus, etiam si ex illa natura est, quae parentem eius propterea iam reum facere non potest, quia renatus est. Virtus porro quae in infirmitate perficitur, quare si haec vera sunt desperanda est, cum per carnem Christi, quae damnat peccatum quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, fiat etiam in ea carne nostra iustificatio per gratiam, in qua erat ante colluuium per culpam? Ac per hoc quinque ista vestra, in quibus maxime terretis homines argumenta, nec alios poterunt perturbare, nec vos, si credatis Ambrosio, Cypriano, Gregorio, aliisque catholicis sanctis clarisque doctoribus, imò vero etiam vobis ipsis, legem peccati quae inest hominis membris, repugnans legi mentis, quae caro concupiscit aduersus spiritum, etiam baptizatis sanctis, ingerere pugnantem necessitatem, contra quidam nisi contra malum, non substantiam, sed substantiae vitium, dei gratia nos regenerante non imputandum, dei gratia iuuante frangendum, dei gratia remunerante sanandum? Sed ne forte dicas contra hoc potius pugnare baptizatos, quod sibi ipsi prioris vitae mala consuetudine fecerunt, non contra id cum quo nati sunt. Quanquam si hoc dicis, iam proculdubio cernis atque concedis esse in homine aliquid mali, quod non ipsum, sed reatus qui ex illo contractus fuerat, auferatur in baptismo. Tamen quia parum est ad huius quaestionis absolutionem, nisi nobis ex peccato primi hominis ingeneratum esse monstretur, audi quid inde in alio loco expressius dicat sanctus Ambrosius in expositione Euangelij secundum Lucam, cum diuersis modis ab vna tamen regula fidei non abhorrentibus, tractaret illum locum, ubi dominus ait, in vna domo diuidi tres aduersus duos, & duos aduersus tres, Postunt etiam videri, inquit, caro atque anima ab odore, tactu, gustuque luxurie separatae in vna domo se aduersus incurstantia vitia diuidentes, subiicientes se legi dei, remouentes se a lege peccati, quorum licet dissensio per prauaricationem primi hominis se in naturam verterit, ut nequaquam sibi paribus ad virtutum efficaciam studiis conuenirent, tamen per crucem domini saluatoris, tam inimicitias quam etiam maledictorum lege vacuatis, in societatis concordiam congruerunt, posteaquam Christus ex caelo pax nostra descendens, fecit utraq; vnū. Rursus in eodem opere, cum de spiritali atque incorruptibili loqueretur cibo, Etenim misericors cibus mentis est, inquit, praeclearaque alimonia suauitatis ratio, quae membra non oneret, neque in naturae pudenda, sed ornamenta conuertat, cum libidinum volutabrum commutatur in dei templum, diuersoriumque vitiorum, sacrarium incipit esse virtutum. Quod utique tunc facit, cum caro in naturam regressa vigoris sui agnoscit altricem, atque ausu deposito contumaciae, moderatoris animae coniugatur arbitrio, qualis fuit cum in habitanda paradisi secreta suscepit, antequam veneno pestiferi serpentis infecta, sacrilegam famem sciret, diuinorumque memoriam praecceptorum animae sensibus inherente, edacitatis studio praereteret. Hinc peccatum mansisse proditur, tanquam corpore animaque genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male sana copatitur. Quae si appetentiam corporis refrenasset, in ipso ortu esset extincta origo peccati, quae velut virili infusa corporis mortu male foeta anima, etiam vigore corrupto, alienis grauis oneribus parturuit. Hic certe apertissime atque satisfaciatissime, ille tam excellenter tui doctoris ore laudatus doctor Ambrosius declarauit & quid esset & vnde esset originale peccatum, & vnde contigerit illa prima concupiscentia, quae in obediencia carnis fuit dissentientis ab anima, quam discordiam sanat dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum. Vides vnde caro concupiscit aduersus spiritum, vides vnde sit lex in membris repugnans legi mentis. Vides vertisse se in naturam, animae carnisque discordiam, & per has inimicitias nobis abundare miserias, non nisi dei misericordia finiendas. Noli mihi iam aduersari. Nam si adhuc facis, cui vel quibus simul aduerseris, aduersis. Me nempe dixisti nihil magis laborare, quam ut non intelligat. Et in quibusdam locis sensus meos ad tuum potius interpretaris arbitrium, abutens tardiusculis cordibus hominum, qui te non intelligunt tacere potius noluisse, quam respondere potuisse vni meo, quatuor voluminibus tuis. Ecce fundit eloquentiae luctu ac perspicuū flumē Ambrosius. Non est vbi haereat lector, ubi caliget auditor. Manifestissime dicit Apostolus ideo dixisse, Quis me liberabit de corpore mortis huius? quia omnes sub peccato nascimur, & ipse ortus in vitio est. Manifestissime dicit dominum Christum propterea fuisse peccato, quod natus ex virgine, vinctulis obnoxia generationis naturaeque communis minime teneretur, & damnasse peccatum, quod nascendo non sensit. Apertissime dicit, quod dissensio carnis & animae per prauaricationem primi hominis in naturam se verterit. Apertissime dicit, carnem libidinum volutabrum diuersoriumque vitiorum ita mutari in dei templum, sacrariumque virtutum, cum in naturam regressa vigoris sui agnoscit altricem, atque ausu deposito contumaciae, moderatoris animae coniugatur arbitrio, qualis fuit cum in habitanda paradisi secreta suscepit, antequam esset veneno pestiferi serpentis infecta. Quod si adhuc quod aduersus meos libros moliaris, inquiris, illum aspice, aduersus illum aliquid aude, qui haerens vestrae venenis antequam nascerentur occurrit, & vnde possunt expelli, haec antidota praeparauit. Quae si satis non sunt, adhuc audi. In libro de Isaac & anima idē dicit, Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Nunquid ait, Bonus rector bonos equos habet, malos non habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vnde isti sunt equi? Nempe si eos substantias dicimus vel putamus, Manichaeorum fauemus vel haeremus insaniam: quod ut absit a nobis, catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quae legi mentis ex lege peccati resistunt. Non a nobis haec vitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nequam erunt. Veruntamen quare non in baptismo perierunt? An nodum fateberis quod reatus eorum perierit, infirmitas manserit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant in malis operibus, quod nos traxerant? Nec ita eorum mansit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, quae infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam quae deletur in baptismo. Illa namque peccatorum quae fecimus, fuit, quae cuncta remissa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, quando ipsa fiebant atque transibant. Istam vero legem peccati, cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocauit iniquitatem, quia iniquum est ut caro concupiscat aduersus spiritum, quantum alsit

onibus parturuit. Hic certe apertissime atque satisfaciatissime, ille tam excellenter tui doctoris ore laudatus doctor Ambrosius declarauit & quid esset & vnde esset originale peccatum, & vnde contigerit illa prima concupiscentia, quae in obediencia carnis fuit dissentientis ab anima, quam discordiam sanat dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum. Vides vnde caro concupiscit aduersus spiritum, vides vnde sit lex in membris repugnans legi mentis. Vides vertisse se in naturam, animae carnisque discordiam, & per has inimicitias nobis abundare miserias, non nisi dei misericordia finiendas. Noli mihi iam aduersari. Nam si adhuc facis, cui vel quibus simul aduerseris, aduersis. Me nempe dixisti nihil magis laborare, quam ut non intelligat. Et in quibusdam locis sensus meos ad tuum potius interpretaris arbitrium, abutens tardiusculis cordibus hominum, qui te non intelligunt tacere potius noluisse, quam respondere potuisse vni meo, quatuor voluminibus tuis. Ecce fundit eloquentiae luctu ac perspicuū flumē Ambrosius. Non est vbi haereat lector, ubi caliget auditor. Manifestissime dicit Apostolus ideo dixisse, Quis me liberabit de corpore mortis huius? quia omnes sub peccato nascimur, & ipse ortus in vitio est. Manifestissime dicit dominum Christum propterea fuisse peccato, quod natus ex virgine, vinctulis obnoxia generationis naturaeque communis minime teneretur, & damnasse peccatum, quod nascendo non sensit. Apertissime dicit, carnem libidinum volutabrum diuersoriumque vitiorum ita mutari in dei templum, sacrariumque virtutum, cum in naturam regressa vigoris sui agnoscit altricem, atque ausu deposito contumaciae, moderatoris animae coniugatur arbitrio, qualis fuit cum in habitanda paradisi secreta suscepit, antequam esset veneno pestiferi serpentis infecta. Quod si adhuc quod aduersus meos libros moliaris, inquiris, illum aspice, aduersus illum aliquid aude, qui haerens vestrae venenis antequam nascerentur occurrit, & vnde possunt expelli, haec antidota praeparauit. Quae si satis non sunt, adhuc audi. In libro de Isaac & anima idē dicit, Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Nunquid ait, Bonus rector bonos equos habet, malos non habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vnde isti sunt equi? Nempe si eos substantias dicimus vel putamus, Manichaeorum fauemus vel haeremus insaniam: quod ut absit a nobis, catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quae legi mentis ex lege peccati resistunt. Non a nobis haec vitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nequam erunt. Veruntamen quare non in baptismo perierunt? An nodum fateberis quod reatus eorum perierit, infirmitas manserit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant in malis operibus, quod nos traxerant? Nec ita eorum mansit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, quae infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam quae deletur in baptismo. Illa namque peccatorum quae fecimus, fuit, quae cuncta remissa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, quando ipsa fiebant atque transibant. Istam vero legem peccati, cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocauit iniquitatem, quia iniquum est ut caro concupiscat aduersus spiritum, quantum alsit

in nostra renouatione iustitia, qua iustum est, ut aduersus carnem spiritus concupiscat, ut spiritu ambulemus, & concupiscentias carnis non perficiamus. Hanc quippe iustitiam nostram inter bonos equos inuenimus nominatam. Audi adhuc quid dicat in libro quem scripsit de paradiso, Fortasse, inquit, ideo dixit Paulus, quod non licet homini loqui: quia adhuc in corpore constitutus, hoc est, videbat istius corporis passiones, videbat legem carnis suae repugnantem legi mentis suae. Itemque in eodem, Cum dicit, inquit, sapienterem serpentem, intelligis quem loquatur, id est, illum aduersarium nostrum, qui tamen habet huius sapientiam mundi. Sed & voluptas & delectatio bene sapiens dicitur, quia & carnis appellatur sapientia, sicut habes, quia sapientia huius carnis inimica est deo. Et ad exquirenda delectationum genera astuti sunt, qui appetentes sunt voluptatum. Sine ergo, inquit, delectationem intelligas, quaedam est diuino aduersa maledictio, & inimica sensibus nostris. Vnde sanctus Paulus ait: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati. Qualem voluptatem dicat hoc loco iste doctor, in proprio est, quia ut intelligeremus adhibuit Apostoli testimonium dicentis, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati. Haec est voluptas illa suscepta tua, quantum & tu reprehendas eius excessum. Vbi qualis sit planè fateris, sed tantis verborum ornamentis eam moderatè defendis & laudas, quasi istum modum sibi ipsa constituerit, & non spiritus qui aduersus eius impetum concupiscit. Aduersus quem fortiter stabat ille, qui clamabat, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. Iste repugnantis impetus si laxetur, in qua declinabit immunda? In qua non pertrahet & praecipitabit abrupta? Verū nunc quod potius instat, ecce non secundum vos quicumque Iudaeus sed secundum beatissimum Ambrosium de seipso Paulus Apostolus dicit, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati. Rursus in eodem opere alio loco doctor idē, Impugnatur, inquit, Paulus, & videt legem carnis suae repugnantem legi mentis suae, & captiuantem se in lege peccati, nec de conscientia sua praesumit, sed per Christi gratiam confidit se a mortis corpore liberandum, & tu quem quam opinaris scientem non posse peccare? Paulus dicit, sine. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse scientiam, quae delicti augeat inuidiam? Itemque in ipso opere idem ipse Episcopus ad omnes nos referens eloquium, cauissimamque communem sedulo agens, Repugnat enim lex carnis, inquit, legi mentis, & laborandum nobis est ac defendendum, ut castigemus corpus, & seruituti redigamus, & quae sunt spiritalia seminemus. In alio quoque libro suo de sacramento regenerationis, vel de philosophia quae de sacramento regere eripit, ut reformet deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Nunquid naturae sine, inquit, iustificatus a peccato aliquis? Non vitique: quoniam qui peccator moritur, in peccato manet. Ille autem iustificatur a peccato, cui per baptismum peccata remittuntur omnia. Habes ad ista quid dicas? Vides ne quem admodum expresserit vir venerabilis in baptismo fieri hominis mortem beatam, ubi remittuntur peccata omnia? Sed attende aliud, attende quod non vis. Aduertimus, inquit, cuiusmodi sit mors mystica, nunc consideremus cuiusmodi sepultura esse debeat. Non ergo satis

Ambrosius Rom. 7.
1. Corin. 15.
Hilarius.
1. Corin. 12.

Galat.
Luc. 11.
Ambrosius super Luc. cap. 58.
1. Corin. 12.

Ambrosius in libro de paradiso.
Ambrosius in libro de paradiso. cap. 12. Roma. 8.
Rom. 7.
August.
Ambrosius in libro de paradiso. cap. 12. in fine.
Roman. 7.
Ambrosius ubi supra cap. 13.
Idē in libro de sacramento regere. rationis.
August.
Ambro.

G est vt moriantur vitia, nisi marcescat corporis luxus, & omnium vinculorum carnalium compago solvatur, omnis nodus corporei laxetur vsus. Nemo sibi bladiatur, quod aliam figuram induerit, mystica precepta acceperit, ad continentie disciplinam applicuerit animu. Non quod volumus hoc agimus, sed quod odio habemus hoc facimus. Multa operatur in nobis peccatu. Nobis reluctantibus rediuit plerunque voluptates resurgunt. Luctandum nobis aduersus carnem est, luctatus est aduersus eam Paulus, denique ait, Video autem aliam legem in membris meis, repugnatem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati. Nunquid tu, inquit, fortior Paulus? Nec tanquam sedula carni tuae confidas, & te ei credas, cum Paulus clamet, Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonu: Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo hoc ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Rom. 7.

Augst.

Quantalibet feraris animi obstinatione Iuliane, quantalibet H aduersus nos peruicacia pro Pelagiano errore consistas, tanta per beatum Ambrosium circumuallaris reru evidendia, tanta verborum eius manifestatione contunderis, vt profecto si nulla te ratio, cogitatio, consideratio religionis, pietatis, humanitatis, atque in te ipso aduertenda veritatis a pertinaci intentione reuocauerit, ostendas quantum in malis humanis valeat, eod quenua fuisse progressum, vbi manere non libeat, vnde iam redire pudeat. Sic enim te credo affici, cu ista legeris. Sed o si pax Christi in tuo corde vincat, & bona penitentia de mala verecundia palmam ferat. Sed iam nunc parumper attede, quomodo ex ista lege peccati, cuius motum mortalitas etiam continentium cogitur ferre, cui modu castitas nuptiarum laborat imponere, vbi concupiscentia carnis voluptasque, quam laudas, contra propositum voluntatis agit suos impetus, cum excitatur, etiam si actus non peragit, cum fraxnatur. Attede ergo paulisper, quomodo ex hac lege peccati omnem generari hominem, & ideo trahere originale peccatu, sanctus eloquatur Ambrosius in eo ipso de sacramento regenerationis, siue de philosophia libro suo, Est, inquit, domus qua sapientia edificat, & mensa caelestibus referta sacramentis, in qua iustus cibum diuinae voluptatis epulatur, suauem gratiae potum bibens, si perpetuorum meritorum i vberi posteritate letetur. Hos filios heredas David, parvus illos corporeae commixtionis horrebat, & ideo mundari sacri fontis irriguo desiderabat, vt carnale ac terrenam labem gratia spiritalis ablueret. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mater mea. Male Eva parturiuit, vt partus relinqueret mulieribus hereditatem, atque vnusquisque concupiscentiae voluptate concretus, & genitalibus visceribus infusus, & coagulatus in sanguine, in panis inuolutus, prius subiret delictorum contagium, quam vitalis spiritus minus hauriret. Si te non deseruit qualiscunque saltem sensus humanus, vides quid de concupiscentiae voluptate hac ipsa, cui praebes impudentissimum patrocinium, pronunciauerit, tui quod saepe dicendu est doctoris testimonio predicatus tam memorabilis doctor Ambrosius, quod ea quisque concretus, ea genitalibus visceribus infusus, & coagulatus in sanguine, & in pannis, non vitique laneis, aut lineis, aut huiuscemodi talibus, qualibus iam nati obuoluntur infantes, sed pannis vitiate originis tanquam hereditariis inuolutus, prius subeat contagium delictoru, quam vitalis huius aeris auram spirando

Ambrosius in libro de sacramento regenerationis.

Psal. 50.

Augst.

percipiat, in quem veluti immensum fontem communis & non desistentis alimenti post occulta spiramenta viscerum mater norum, qui nascitur, funditur, in ortu ploraturus reatum, quem contraxit ante ortum. Ergone ex huius concupiscentiae motu illi non erubescerent homines primi, quo & ipsi apparebat noxii, & eorum filij peccato parentum pronuntiabantur obnoxij? Vtinam sicut illi eruberent eas partes corporis, in quibus libidinis inobedientiam sentiebant, nudas relinquerent, ita tu fidei catholicae obediens erubesceres erubescenda laudare. Quid autem etiam de ipso siculoneo regmine foliorum in libro de paradiso idem ipse scripsit doctor, aduerte. Quod ergo grauius est, inquit, hac se Adam interpretatione succinxit eo loco, vbi fructu magis castitatis se succingere debuisset. In lumbis enim quibus praecingimur, quaedam semina generationis esse dicuntur. Et ideo male ibi succinctus est Adam folijs inutilibus, vbi futurae generationis non fructum futurum, sed quaedam peccata signaret. Hic certe frustrauit iste vir sanctus tam elaboratam disputationem tuam nimisque sollicita, ne post peccatum Adam & Euae oculis apertis lumbos praecinxisset credantur. Vt enim tanta ibi loquacitate laborares, contra sensus veniebas omniu, & eos multiloquij strepitu perstringere cupiebas. Quid enim tam in promptu est, quam succincto-riis, vel praecincto-riis, quae Graece Spiropuata nuncupantur, lumbos hominum contegi vel praecingi, quas vulgus etiam munituras vocat? Neque hoc ille homo dei, cuius te vrgemus eloquio, tanquam obscurum esset exposuit, sed quod omnes intelligebant, quid significaret ostendit. In lumbis enim quibus praecingimur, ait, quaedam semina generationis esse dicuntur, & ideo male ibi succinctus est Adam folijs inutilibus. Quare male? Sequitur & dicit, vbi futurae generationis non fructum futurum, sed quaedam peccata signaret. Habes ne ad ista quod dicas? Ecce vnde illa confusio, ecce vnde coextio & succinctio foliorum, ecce vnde in posteris originale peccatum. Sanctus vero Ioannes Constantinopolitanus Ioannes Episcopus, quantum verecundia permittere potuit, totum illud primorum hominum erubescendum factum, duobus verbis euidenter expressit dicens, Folijs Ilianus, autem ficus erant cooperti, tegentes speciem peccati. M

Genes. 3.

Ambrosius in libro de paradiso cap. 13.

Augst.

Cui non apparet, quae vel qualis peccati species a confusis tegenda fuerat in regione lumborum, qui de sui corporis nuditate non confundebantur ante peccatu? Obsecro intelligite, imo vero permittite homines quod vobiscum intelligunt intelligere, & nolite nos cogere de pudendis penè impudenter diutius disputare. Merito idem beatus Ioannes etiam ipse sicut martyr Cyprianus circumcisionem carnis in signo praecceptam commendat esse baptismatis. Et vide quomodo ludaus, inquit, circumcisionem non differt propter comminationem, quia omnis anima quaecunque non fuerit circumcisa die octauo, exterminabitur de populo suo. Tu autem, inquit, non manufactam circumcisionem differs, quae in expoliatione carnis in corpore perficitur, ipsum dominum audiens, Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnum caelorum. Cernis quemadmodu circumcisionem circumcisoni, comminationem comminationi vir Ecclesiastica doctrina praeditus coparauit. Quod ergo est, octauo die non circuci, hoc est i Christo non baptizari. Et quod est perire de populo suo, hoc est non intrare in regnu caelorum. Et tamen vos in baptisate paruulorum expoliationem carnis, hoc est circumcisionem

Genes. 3.

Ambrosius in libro de paradiso cap. 13.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

A cuncisionem non manufactam, celebrari negatis, cum nihil eos, quo expoliari debeant, habere contenditis. Non enim eos fatemini mortuos in praecipitio carnis suae, quo peccatum significatur, maxime quod originaliter trahitur, per hoc enim est corpus nostrum corpus peccati, quod euacuari dicit Apostolus per crucem Christi. Sed nunc sententia Episcoporum qui fuerunt ante nos, & haec diuina eloquia fideliter & memorabiliter tractauerunt, vrgere te institui. Proinde ad Episcopum Ambrosium reuertamur, qui cum homines, id est, & animas & corpora hominum, opus dei esse non dubitet, & nuptias honoret, & in baptismo Christi praedicet omnia peccata dimitti, & deum nouerit esse iustum, & capace virtutis atque perfectionis per dei gratiam humanam non neget esse naturam, quae vestra quinque factis argumenta, intendentes nullum istorum quinque verum esse posse, nisi falsum sit trahere nascetes originale peccatum, tamē hoc ipsum, quod his quinque argumentis auferre conamini, sic ille vbi opus est, in suis sermonibus ponit, vt cuius satis eluceat, quid catholica veritas soleat praedicare, quid profana nouitas conetur euertere.

B An forte ipsum quoque Ambrosium scisse ac docuisse dubitabis, deum esse hominum eruditor & animae & corporis? Audi ergo quid dicat in libro de philosophia contra Platonem Philosophum, qui hominum animas reuolui in bestias asseuerat, & animarum tantummodo deum opinatur authorem, corpora autem diis minoribus facienda decernit. Ergo sanctus Ambrosius, Miror, inquit, tantum philosophum, quomodo animam, cui potestate conferenda immortalitatis attribuit, in noctuis includat aut ranulis, feritate quoque induat bestiarum, cum in Timaeo eam opus dei esse memorauerit, inter immortalia a deo facta, corpus autem non videri opus summi dei asserit, quia natura carnis humana nihil a natura corporis bestialis differt. Si ergo digna est quae dei opus esse credatur, quomodo indigna est quae dei opere vestiatur? Ecce non solum animam, quod & illi dicunt, verum etiam corpus quod illi negant, contra Platonicos dei opus esse defendit Ambrosius. An dicurus es, quod nuptias ingerat crimē, quia & inde quod nascitur concupiscentiae voluptate concretu, dicitur quod contagium delictorum? Audi ergo de nuptiis Ambrosij sententiam in Apologia sancti David, Bonu, inquit, coniugiu, sancta copula. Sed tamē qui habet uxores, ita sint ac si non habentes. Ipse est torus incoinquatus, & nemo alterum fraudare debet eo, nisi forte ad tempus, vt vacet orationi. Tamen secundum Apostolum, non vacat orationi, qui eo tempore vsum corporeae illius conuentionis exercet. Audi & altera in libro de philosophia, Bona, inquit, continentia quaedam velut crepido pietatis. Namque in praecipitiis vitae huius labentium statuit vestigia. Speculatrix sedula, ne quid obrepat illicitum. Mater autē vitiorum omnium incontinentia, quae etiam licita vertat in vitium. Ideoque Apostolus non solum a fornicatione nos retrahit, verum etiam in ipsis coniugijs modum quandam docet, & tempora praescribit orandi. Intemperans enim in coniugio, quid aliud nisi quidam adulter vxoris est? Cernis quemadmodum velit etiam inter se ipsa vera & honesta esse coniugia? Vides quemadmodum dicat incontinentiam etiam licita vertere in vitium, vbi & licitum demonstrat esse connubium, & in ipso non vult incontinentia sceleris quod licitū est? Aduertis quomodo intelligere nobiscum debeas, in quo morbo desiderij noluerit Apostolus vnūquēque vas suum possidere, sicut gentes quae

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

ignorant deum? Tibi autem libido non nisi praeter uxorem, videtur esse culpabilis. Quid ergo de Ambrosio iudicabis, qui intemperantē in coniugio, adulterū quendam appellat vxoris? Tu ne melius nuptias honoras, in quibus libidini licentiosissimum spacium praebuisti, ne fortassis offensa defensorem sibi aliu provideret? Neque enim quod ego commemoravi secundum veniam coniugibus concedere Apostolum, vbi proculdubio notatur, et si ignoscitur culpa, salte verbo tenus attingere voluisti: aut quod ab illo opere, vt orationi vacent, cessare coniuges admonentur, quod ego totum conueni raui, ausus es in tua responione refricare, credo formidans, ne tua videretur prauaricata defensio, si & te confitete appareret, quod per libidinem, cui te patrocinari non pudet, etiam coniugum impediretur oratio. Ita cum mihi pro illa respondere cuperes, sed Apostolo resistere non auderes, nec in aliam sententiam, sicut solentis, ipsum apostolicu testimoniu detorqueere potuisses, omnino inde tacere maluisti. Tu ergo melius honoras nuptias, quarum dignitatem tanquam omnino in reprehensibili volutabro carnalis concupiscentiae decoloras: an ille qui cum dicat, non solum licitum, sed etiam bonum coniugium, sanctamque copulam, tamē cessante libidinis voluptate, tempora orandi ab Apostolo praescripta commemorat, atque iam ita non vult illi morbo esse deditos coniuges, vnde trahitur originale peccatum, vt eos qui habent uxores, secundum eundem Apostolum ita esse velit, ac si non habentes? Nec vocare dubitat etiam vxoris adulterum, intemperantem maritum: omne connubij bonum pensans non cupiditate carnis, sed fide potius castitatis: non morbo passionis, sed federe coniunctionis: non voluptate libidinis, sed voluntate propagationis. Nam mulierem viro non nisi generandi causa perhibet institutam, vnde tam diu frustra, quasi quisquam hoc nostrum negaret, disputandum putasti. Haec enim sunt de hac re verba eius in libro de paradiso, Si igitur viro, inquit, culpe author est mulier, quemadmodu pro bono videtur adiecta: Verum si consideres, quia deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id, in quo esset causa vniuersitatis, quae condemnandum fuisse illud, in quo esset causa peccati. Ideo quia ex viro solo non poterat humani esse generis propagatio, pronunciauit dominus, non esse bonum solum hominē esse. Maluit enim deus plures esse, quos saluos facere posset, quibus donaret peccatu, quam vnū solum Adā, qui liber esset a culpa. Denique quia idem, inquit, vtriusque author est operis, venit in hunc mundu, vt saluos faceret peccatores. Postremo nec Cain parricidij reum priusquam generaret filios, passus est interire. Ergo, inquit, propter generationē successionis humanae, debuit mulier adijci viro. Habes ecce Ambrosium doctorem meum, & a tuo mirabiliter predicatum, & opus dei esse omnem hominem atque hominis carnem, & bonas esse nuptias, in quantum sunt nuptiae, non solum fatentem verum etiam differentem vel defendentē. Iam vero quod per originale peccatu sacro baptismati nihil deroget, superius demonstrauit, quando eius posui verba, vbi dicit illu iustificari a peccato, cui per baptismu peccata remittuntur omnia. Iustu porro ille deū vbi non praedicat, aut quis de hoc potest catholicus dubitare Christianus, quod penē & omnes impij confitentur? Quintum illud restat, verum videatur Ambrosio humana capace iustificatio sit iustificatio & perfectionis esse naturā, nec ab hac sententia propitius humana reuocetur, quia saepe ac multis modis dicit omnia hominē sub peccato nasci, & esse ipsum ortum eius in

1 Thess. 4.

1 Corint. 7.

Ambrosius in libro de paradiso cap. 10.

Genes. 2.

1 Timot. 2.

Augst.

An capax sit iustificatio

per peccata

D iij

G vicio. Verū & hoc iam supra docui, vbi cum loco ipso paulopost dixisse memoravi, à Christi carnē damnatū esse peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriēdo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, vbi erat ante colluuiū per culpam. Ibi enim naturam demonstrauit humanā etiā istam, quæ sub peccato nascitur, & cuius ort⁹ in vicio est, esse iustificationis pacem, sed sanē per gratiam, quod inimicū est vobis, eīdem gratiæ crudelibus inimicis, Verum si hoc parum

Ambrosius super Esaiā Math. 19. Regeneratio duplex. est, rursus quid dicat, attēde in expositione Esaiæ Propheta, Videamus, inquit, ne qua sit post huius vitæ curriculum nostra regeneratio, de qua dictum est, In regeneratione cū sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio lauari dicitur, per quā deterfa colluuiōe peccatorū, in regeneratione cū sederit fili⁹ hominis renouatur, ita regeneratio dici videtur, per quā ab omni corporeæ cōcretionis purificati labe, mūdo animæ sensu in vitam regeneramur æternā. Nēpe distinxit vir sanctus & verax, iustificationē vitæ huius, quæ fit per lauacrum regenerationis: & illius perfectionem, cum & nostra corpora fuerint immortalitate renouata. Nō itaq; fuit Ambrosio, quamuis fateretur nascētis originis vitū, iustificationis desperata perfectio. Quia sicut est humana natura creatori deo formabilis, ita sanabilis redemptori. Sed vos festinatis, & præsumptionem vestram, festinādō præcipitatis. Hic enim vultis hominē perfici, atq; vtinam dei dono, & non libero vel potius seruo propriæ volūtatis arbitrio. A qua perfectione quidem longe vos esse sentitis. Sed dolus est in ore vestro, siue peccatores vos esse dicatis, & iustos credi velitis, siue profiteamini perfectionem iustitiæ, quā profecto in vobis non esse sentitis. Iustificatio porrō in hac vita, nobis secundum tria ista cōfertur. Prius lauacro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde cōgressione cum vitis, à quorum reatu absoluti sumus. Tertio dum nostra exauditur oratio, qua dicimus, Dimitte nobis debita nostra: Quonia quamlibet fortiter contra vitia dimicemus, homines sumus, dei autē gratia sic nos in hoc corruptibili corpore adiuuat dimicantes, vt non desit propter quod exaudiat veniam postulātes. Istam super nos dei misericordiam, I vobis necessariam non putatis, quoniam ex eo numero estis, de quibus in Psalmo dictum est, Qui confidunt in virtute sua. Sed quāto melius audimus Ambrosium, in libro de fuga seculi dicentem, Frequens nobis de estu gēdo isto seculo est sermo, atque vtinam quā facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irreptit terrenarum illecebrarū cupiditatū, & vanitatum offusio mentem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animoq; voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quā effectus, testatur Prophetā dicēdo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam. Nō enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusamētē animumq; confundunt, atq; alio trahunt quā tu proposueris, ad secularia reuocant, mūdāna inserūt, voluptuaria ingerūt, illecebrosa intexunt, ipsiq; in tēpore quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus, ad terrēna plerunque deiciuntur. Hæc si vos non patimini, ignoscite, non vobis credimus, & in his potius sancti Ambrosij verbis quoddā speculum & hoc si proficimus, communis humanæ infirmitatis agnoscimus. Vobis autē etiā si credamus, & dicamus, orate pro nobis, vt nec nos ista patiamur: ita vos inue-

nimus elatos & alta sapientes, vt respōdeatis vobis, nō solum ista vos non pati, verumetiam in hominis esse potestate, ne ista patiatur, nec esse causam, cur ad hoc dei posceatur auxilium. Quanto ergo melius idēdem audimus Ambrosium dei gratiam consistentem, nec de sua virtute confidentem, qui cum hæc dixisset, adiecit, Quis autem tam beatus, qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino quī fieri potest? Nullo profecto modo. Denique inquit, supra eadem scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Itemq; idem ipse in libro de sacramento regenerationis, Quis igitur est, inquit, qui carne vtitur ad operandum, nisi anima? Ergo princeps & domina carnis naturaliter anima est, quæ domare carnem debet & regere. Ideoq; spiritus sancti sulca perfidio, dicit in Psalmo, Non timebo quid faciat mihi caro. Ipsa eadē dicit in Paulo, Sed castigo corpus meū, & seruituti redigo. Castigat ergo Paulus, quod ipse est, nō quod ipse est. Castigat quod ipse est, vt mortē in se lasciuie corporalis iustus operetur. Nunquid sanctus Ambrosius quando ista dicebat, non cum vitis confligebat: non vitia vincebat: Non exercitum quēdam variarum cupiditatum intra semetipsum, tanquam Christi miles egregius debellabat: Nō corpus proprium castigabat: Nunquid non superatis & oppugnatis diaboli operibus, opus dei cum opere dei, hoc est, anima cū carne pacem iustitiæ requirebat, vt non in sua virtute confidens, sed sicut ait, spirit⁹ sancti sulca præsidio diceret, Non timebo quid faciat mihi caro: Ecce quomodo natura humana capax iustificationis ostenditur. Ecce quomodo virtus in infirmitate perficitur. Sed audiam⁹ de hac re etiam victoriosissimum martyrem Cyprianum, in Epistola de mortalitate. Cum avaritia nobis, inquit, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitis, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis, & vndiq; diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio. Si ambitio cōtempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit, Cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet: compelleris iurare, quod non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis peccat⁹ vrgetur, & M delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendum sit, & optandum, ad Christum subueniente velocius morte properare. Absit autem vt Ambrosium Cyprianum aut avarum existimemus fuisse, quia cum avaritia: aut impudicum, quia cum impudicitia: aut irā subditū, quia cum ira: aut ambitiosum, quia cum ambitione: aut carnalem, quia cum carnalibus vitis: aut seculi huius amatorē, quia cum illecebris secularibus: aut libidinosum, quia cum libidine: aut superbū, quia cum superbia: aut vinolentum, quia cum vinolentia: aut inuidū, quia cum inuidia cōfligebat. Imo vero ideo nihil eorum erat, quia his malis motibus partim de origine, partim de cōsuetudine venientibus fortiter resistebat, non acquiescens esse, quod cum esse cogebant. Nec ideo tamen in tam periculoso laboriosoq; certamine nullo, telo feriebatur hostili, cum dicat in Epistola sua de elemosynis, Ne quisquam sic sibi de puritate atque immaculato pectore blandiatur, vt innocentia sua fretus, medicinam non putet adhibendam esse vulneribus, cum scriptum sit, Quis gloriabitur castū se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis

A catis: Et iterum in Epistola sua Ioannes ponat & dicat, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem nemo esse sine peccato potest, & quisquis se inculpatum esse dixit, aut superbus, aut stult⁹ est, quā necessaria, quā benigna est diuina clementia, quæ cum sciat non deesse sanatis quædam postmodū vulnera, dedit curandis denovo sanandisq; vulneribus remedia salutaria? O doctor præclarissime & testis gloriosissime, sic docuisti, sic eminuisti, vel monuisti, sic te audiendum imitandumq; præbuisi. Merito finitis aliis omnium cupiditatum certaminibus, sanatisq; vulnerib⁹, cum extrema & omniū maxima vitæ huius cupiditate, pro Christi veritate, pugnaisti, & eius in te gratiæ largitate vicisti. Secura est corona tua, victoriosa est doctrina tua, in qua & istos vincis, qui confidunt in virtute sua, Ipsi enim clamant, Perfectio nobis virtutis à nobis est: tu autē reclusas, Nemo suis viribus fortis est, sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Audi & beatissimum Hilarium, vbi speret hominis perfectionem. Cum enim loqueretur de pace Euangelica, vbi dominus ait, Pacē meā do vobis: Quia lex, inquit, vmbra est futurorum bonorum, idcirco per hanc præfiguratam significationem docuit nos in hoc terreni & morticini corporis habitaculo mundos esse nō posse, nisi per ablationē cœlestis misericordiae emundationem cōsequamur, post demutationē resurrectionis terreni corporis nostri, effecta gloriosiore natura. Rursus in eodem sermone, Ipsi, inquit, Apostolis verbo licet iam fidei emendatis atq; sanctificatis, non deesse tamen malitiam, per conditionem communis nobis originis docuit dicēs, Si vos cum sitis mali, nobis bona data dare filiis vestris. Vidēs quemadmodum venerabilis catholicus disputator, nec in hac vitā mundationem nostram neget, & tamen humanā perfectionem speret, id est perfectioris mundationis in vltima resurrectione naturam. In quadam vero homilia de libro sancti Iob, attende quid dicat, quemadmodum ipseus diaboli aduersus nos indefinens bellū ex hoc fieri asserat, cū ea mala quæ in nobis sunt excitat cōtra nos, quod in nostram fieri vtilitatem vult docere, cōuertente scilicet diuina misericordia malitiā diaboli ad purgationem nostrā. Tanta enim & tam admirabilis, inquit, in nos misericordiae dei bonitas est, vt per quē in Adæ offensa generositatem primæ & beatæ illius creationis amisimus, per eum rursum id quod amisimus, obtinere mereamur: tunc enim diabolus inuidens nocuit, nunc autē cū nocere nititur, vincitur. Mouet enim per infirmitatē carnis nostræ omnia potestatis suæ tela, cum ad lasciuiam accēdit, cum ad ebrietatē illicit, cum ad odia stimulat, cū ad avaritiā prouocat, cū ad cades instruit, cum ad maledicta exacerbat. Sed cum per firmitatem animi, horum omniū surrepentia incentiua reprimuntur, emundamur à peccato per huius victoriæ gloriam. Dictum enim ita est, Aut quomodo se emūdabit natus ex muliere: Quia nō extante hoste nō erit bellū, cessante deinde bello victoria deerit. Collidentium autē aduersus nos vitiorum victoria non adepta, nō erit emūdatio vlla vitiolorum, quia his insidiis corporis nostri pirata victo, colluctatū aduersus nos passionū concertatione purgamur. Memores igitur, inquit, & cōscij, illa ipsa corpora nostra omnium vitiorum esse materiæ, pro qua polluti & sordidi nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus, quædam nobis esse hostē, in cuius concertatione, quodam concertationis nostræ bello dimicemus. In expositione autem primi Psalmi Tomus septimus.

idem doctor nō dubitat dicere naturam nostram vti- que istam, quæ de morbo morbum trahit, ad peccatū dū ferri, ac sic ne peccemus, aduersus eam nos quodāmodo fidei religione pugnare. Plures enī sunt, inquit, qui cum per confessionē dei ab impietate discreti sint, non tamē à peccato per id liberi sunt, Ecclesiæ disciplinam non tenentes, vt auari, ebriosi, tumultuosi, procaces, superbi, amulatores, mendaces, & rapaces. Et ad hæc quidē nos vitia naturæ, inquit, nostræ propellit instinctus; sed vile est nos à via hac ad quam ferimur, abscedere, neque consistere illic, adhibito decedēdi: ex ea nō moroso recurso. Et idcirco, beat⁹ vir qui in via peccatorū non stetit, natura quidem in viam hanc ferente, sed ex via hac fidei religione referente. Nunquidnam istum putabimus accusatorē fuisse naturæ, quæ cōdidit deus? Non vtique. Nō enim dubitabat homo catholicus humanam dei opus esse naturam, sed profecto vitia, cum quibus nascimur accusauit, Apostolicum illud tenens, Fuimus enim & nos natura filij iræ, sicut & ceteri. Veruntamē hæc verba, quæ de sermone sancti Hilarij posui, si mea essent, quāta in me diceres, Manichæorumq; nomen & crimen quanto buccarum strepitu ventilareris? Nunc ergo ne tui stomachi follis indigesta maledictorum cruditate rumpatur, in hūc euome, si audes, calumniosas tuas vanitates, & insanias mēdaces. Ad hæc, inquit, nos vitia naturæ nostræ propellit instinctus. Quæ ista natura est? Nunquid gens tenebrarum, quam Manichæorum fabula inducit? Absit, Catholicus loquitur, insignis Ecclesiarum doctor loquitur, Hilarius loquitur. Nostra ergo natura est primi hominis præuaricatione vitata, nō ab alia natura vlla diuisione separanda, sed ipsa sananda, cui diabolus à nobis constituit calumniaris authorem, dum tu ei Christum inuides saluatorem, & eius hic vitam, ita vt sine vilo sit omnino peccato, perfectam duci posse contendis. Sed audi quid etiam hinc te admoneat beatus Hilarius. Cum enim exponeret Psalmum quinquagesimum primum, Spes, inquit, in misericordia dei, in seculum & in seculum seculi est. Non enim ipsa illa iustitiæ opera sufficient ad perfectā beatitudinis meritum, nisi misericordia dei etiam in hac iustitiæ voluntate, humanarum demutationum & motuum non reputer vitia. Hinc illud Prophetæ dictum est, Melior misericordia tua super vitam. Vidēs ne hominem dei, ex illo numero esse beatorum, de quibus prædictum, Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, neque est in ore eius dolus? Confitetur enim etiam peccata iustorum, magis eos asserens in dei misericordia sperare, quā de iustitia sua fidere, & ideo non est in ore eius dolus, imò in ore illorum omnium, in quibus huius veracis humilitatis, vel humilis veritatis perhibet testimonium. Qui dolus abundat in ore vestro. Vbi enim virtus non est, & tanta iactantia est, hypocrisis est: Et vbi hypocrisis, vtique dolus. Prorsus quantum sancti de misericordia dei, quæ magna est, tantum vos de vestra, quæ nulla est, virtute præsumitis. Et quantum ipsi aduersus ingenerata vitia bellum gerunt, adiuti per dei gratiam, tantum vos bellum geritis aduersus ipsam dei gratiam. Sed vtinam sicut vos vincit in suis, ita suos faciens, vos quoque ipsos vincat in vobis. Itane in corde vestro dicere audetis, quod cum vos audiunt, accenduntur homines ad virtutem: cum autem istos audiunt tantos ac tales viros, Cyprianum, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, ceterosque sacerdotes domini, desperatione franguntur, ac renunciant

Ambrosius super Esaiā Math. 19. Regeneratio duplex.

August.

Math. 5.

Psal. 48.

Ambrosius in libro de fuga seculi cap. 1.

Psal. 118.

Psal. 83.

Ambrosius in libro de sacramento regenerationis.

Psal. 55.

1. Corin. 9.

August.

1. Corin. 11.

Cyprianus.

August.

Cyprianus.

Prout.

G studiis perfectionis: Hęcine mōstra cogitationū ascen-
dunt in cor vestrum, & non elidunt frontem vestram?
Ergōne vos honoratis sanctos dei patriarchas, prophe-
tas, apostolos laude naturæ, & decolorāt eos ista lumina
Ecclēsiæ vituperatione naturæ, quia eos dicūt in cor-
pore mortis huius, vt teneant castitatis bonum, dimi-
casse contra ingenitum concupiscentiæ malum, per dei
gratiam prius conflictatione vincendum, postea novissi-
ma regeneratione sanandum? Tu intelligis Iudaum
esse qui dicit, Non enim quod volo bonum hoc ago: &
hoc præclaro intellectu, nec cōuersationis sordes in na-
tura refundis inuidiam, nec earum obscœnitates apo-
stolorum & sanctorum omnium cōsolaris iniuriis, &
hęc mala quę nō tu facis, faciebat Ambrosius cum col-
legis suis eadem sententibus, qui beatum Apostolum
de seipso dixisse intelligit, Non quod volo facio bonū,
sed quod nolo malum hoc ago. Et, Video aliam legem
in membris meis, repugnantem legi mētis meæ: & cæ-
tera huiusmodi. Isti ergo sancti talia docēdo suffodiūt,
sicut mihi obiciis, murum pudoris, & vos ob perfectio-
nis prædicationem patimini inuidiam? Sed te, vt scri-
bis, plurimum cōsolaris, quoniam laudis genus est ei
displicuisse, qui Apostolis nō peperit. Si ergo Aposto-
lis dicendo talia non peperit, ergo nec Ambrosius pe-
perit Apostolis, nec cōepiscopi eius eadem sentientes.
Si autem illi & ex apostolis ista didicerunt, & secūdum
Apostolos ista docuerunt, quid me vnum appetis: ipsos
aspice, ipsos etiam atque etiā deposito paulisper timore
ceruicis intinere. Itane tandē iuuenis cōfidentissime,
cōsolari te debes, quia talibus displices, an lugere? Sed
iam quid egorimus per totum istum librum, in sum-
mam, sicut possumus breuiter colligamus. Proposui-
hic authoritatis molem sanctorum, qui Episcopi ante
nos, nō solum sermone cum hic viuerent, verum etiam
scriptis, quæ posteritati relinquerent, fidem catholicā
strenue defenderunt, vt vestra argumenta confringe-
rent, quibus dicitis: Si deus homines creat, non possunt
cum aliquo malo nasci: Si nuptiæ bonum sunt, nihil ex
eis oritur mali: Si in baptisinate peccata omnia remit-
tuntur, non possunt nati de renatis trahere originale
peccatum: Si iustus est deus, nō potest in filiis parentum
damnare peccata, cum ipsis parentibus dimittat & pro-
pria: Si perfecta iustitiæ capax est humana natura, ha-
bere non potest vitia naturalia. Ad hęc nos dicimus, &
deum esse hominum creatorem, hoc est & animæ &
corporis, & bonum esse nuptias, & per baptisina Chri-
sti omnia peccata dimitti, & iustum esse deum, & per-
fecta iustitiæ capacem humanā esse naturam, & tamen
cum hęc omnia vera sint, obnoxios nasci homines ori-
gini vitiatæ, quæ trahitur ex homine primo, & ideo ire
in damnationem, nisi renascantur in Christo. Hoc au-
tem probauimus catholicorū authoritate sanctorum,
qui & hoc asserunt, quod de originali peccato dicimus,
& illa quinque esse vera omnia consententur. Ac per hoc
non est consequens, vt hoc falsum sit, quia vera sunt il-
la. Tales quippe ac tanti viri secundum catholicam fi-
dem, quæ vbique toto orbe diffunditur, & hoc, & illa
vera esse confirmant, vt vestra fragilis & quasi argu-
la nouitas sola authoritate coneratur illorum, præter-
quam quod ea dicunt, vt se per eos loqui veritas ipsa tes-
tetur. Sed nunc authoritate primitus eorum, vestra est
contumacia comprimenda, vt à præsumptionis impe-
tu repercussis, & quodammodo sauciatis, dum tales ho-
mines dei sic in fide catholica errare potuisse non cre-
ditis, vt aliquid dicerent vnde esset consequens, deum

non esse hominum creatorem, nuptias esse damnan-
das, in baptisino non omnium remissionem fieri pec-
catorum, deum esse iniustum, nullam spem nobis re-
manuisse virtutis perficiendæ: quæ omnia vel aliquid
eorum nefas est opinari, ausus præcipites refrenetis, &
tanquam ex furore respilcentes, incipiat in qua nu-
triti estis, recolere & aduertere & resumere veritatem.
Dicit beatus Ambrosius, vnum solum hominem me-
diatorem dei & hominum, eo quod sit natus ex virgi-
ne, nec senserit nascendo peccatum, generationis ob-
noxia vinculis non teneri. Omnes autem homines sub
peccato nasci, quorum ipse ortus in vitio est, quia con-
cupiscentiæ voluptate concreti, prius subirent cōtagia
delictorum, quàm vitalem de hoc aëre spiritum duce-
rent, ipsamque concupiscentiam tanquam legem peccati
in corpore mortis huius, legi mentis vsque adeo repu-
gnare, vt aduersus eam non solum quicumque boni fi-
deles, sed apostolica etiam virtutis magnitudo pugna-
uerit, ad hoc vt per Christi gratiam caro animæ subiuga-
ta, in concordiam reuocetur. Quorum duorum quæ
primitus sine peccato creata sunt, ex primi hominis
transgressione facta discordia est. Et quis hec dicit: Ho-
mo dei catholicus, & catholica veritatis aduersus hæ-
reticos vsque ad periculum sanguinis defensor acerrimus,
sic tui doctoris testimonio prædicatus, vt diceret
quod eius fide & in scripturis purissimum sensum,
ne inimicus quidem ausus est reprehendere, qui crea-
torem deum non solum animarum, verum etiam cor-
porum, aduersus Platoniorum philosophorum asseue-
rauit errorem: qui nuptiarum bonum & causa propa-
gandi generis humani diuinitus institutum, & pudicitia
coniugali sanctam eius copulam prædicauit. Qui
neminem dixit iustificari à peccato, nisi cui fuerint per
baptisimum dimissa omnia peccata. Qui coluit iuste iu-
stum deam. Qui perfectionem hominis in virtute at-
que iustitia abire vt impediatur desperando, sed eā tamen
perfectionem, cui nihil adiciendum sit, in alia vita spe-
rat, quæ implebitur resurrectione mortuorum. In hac
autem vita humanā iustitiam in quadā militia belloque
cōstituit, nō solum aduersus æmulas æreas potestates, sed
aduersus ipsas nostras cupiditates, per quas & illi exte-
riores inimici nos deicere vel penetrare molliūt. In
hoc bello & ipsam carnem aduersariā grauem dicit, cuius
vitiq; natura sicut primitus cōdita est, nobiscum cō-
cordissima permaneret, nisi primi hominis præuaria-
tione vitata, suo nobiscum languore cōfligeret. In hoc
bello ille vir sanctus monet nos seculū effugere, & in ea
fuga quanta sit difficultas, imò impossibilitas, nisi dei
gratia opitulet, ostendit. Dicit mortua quedā vitia, per
remissionem in baptisinate omnium peccatorum, sed
eorum nos curare debere quodammodo sepulturā. Et
in hoc ipso opere talem describit cū vitis mortuis nos
habere conflictum, vt non quod volumus agamus, sed
quod odio habemus, hoc faciamus. Multa in nobis pec-
catorum nobis reluctantibus operari, rediuiuas plerumque
resurgere voluptates. Luctandū nobis esse aduersus car-
nem, aduersus quā luctatus est Paulus, quando dicebat,
Video aliam legem in membris meis repugnantem le-
gi mentis meæ. Præcipit ne carni nostræ cōfidamus, ne
nos ei credamus, cum Apostolus clamet, Scio quia nō
habitat in me, id est, in carne mea bonum: Velle enim
adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Ecce
quātam nos pugnam cum mortuis habere peccatis,
ille strenuus Christi miles, & Ecclēsiæ fidelis doctor o-
stendit. Quomodo enim peccatū mortuū est, cū multa
operetur

A operetur in nobis reluctantibus nobis: Quæ multa: nisi
desideria stulta & noxia, quæ cōsentientes mergunt in
interitum & perditionem, quæ vti que perpeti, eisque non
consentire, certamen est, cōflictus est, pugna est. Quo-
rum pugna: nisi boni & mali, non naturæ aduersus natu-
ram, sed naturæ aduersus vitium iam mortuum, sed
adhuc sepeliendum, id est, omnino sanandū. Quomodo
ergo mortuum dicimus hoc peccatū in baptisinate,
sicut etiā iste vir dicit, & quomodo habitare in mem-
bris fatemur, & multa operari desideria reluctantibus
nobis, quibus non consentiendo resistimus, sicut etiā
hic vir fatetur, nisi quia mortuum est in eo reatu, quo
nos tenebat, & donec sepulture perfectione sanetur, re-
bellat & mortuum: Quamuis iam nō eodem modo ap-
pellatur peccatū, quo facit reū, sed quod sit reatu primi
hominis factum, & quod rebellādo nos trahere nititur
ad reatum, nisi adiuuet nos gratia dei per Iesum Chri-
stum dominum nostrum, ne sic etiam mortuum pecca-
tum rebellet, vt vincendo reuiuiscat & regnet. In hoc
bello laborantes, quandiu vita humana tentatio est, hoc
per terram, non ideo sine peccato non sumus, quia hoc
quod eo modo peccatum dicitur, operatur in membris
repugnans legi mentis, etiam non sibi ad illicita con-
sentientibus nobis, quantum enim ad nos attinet, sine
peccato semper essemus, donec sanaretur hoc malū, si
ei nunquam consentiremus ad malum. Sed in quibus
ab illo rebellante, etsi non letaliter, sed venialiter, tamē
vincimur, in his contrahimus vnde quotidie dicamus,
Dimitte nobis debita nostra. Sicut coniuges quando
modum generationi necessarium, causa solius volup-
tis excedunt: sicut continentes, quando in talibus cogi-
tationibus cum aliqua delectatione remorātur, nō quid-
dem decernentes flagitium, vel gerentes decernentis,
sed intentionem mentis, nō sicut oportet, ne illud inci-
dat inde auertentes, aut si incidit inde rapientes. De
hac lege peccati, quæ alio modo etiam peccatum voca-
tur, quæ repugnat legi mētis, de qua multa beatus Am-
brosius dixit, attestantur etiam sancti Cyprianus, Hila-
rius, Gregorius, alique plurimi. Qui ergo generatur
in Adā, regenerāndus in Christo, mortuus in Adā, vi-
uificandus in Christo, ideo peccato est obstrictus origi-
nis, quia de malo nascit, quo caro concupiscit aduersus
spiritum, nō de bono quo spiritus concupiscit aduersus
carnē. Quid ergo mirū est, si renasci debet homo ex il-
lo malo natus, cōtra quod pugnat homo renat, quo reus
& ipse teneretur, nisi renascendo liberaretur? Nō est hoc
malū materies dei creatis, sed vulnus diaboli eandem
materiā vitiantis. Non est hoc malū nuptiarum, sed pri-
morū hominū peccatū, in posteros ppagatione traie-
ctū. Etiā huius mali reatus, baptisimi sanctificatione re-
mittitur. Deus autē iustus, si tanta paruulis mala, quāta
nūc dicere nō sufficere, nihil peccati trahētibus iroga-
ret, magis appareret iniustus. Iustitiæ vero perfecta ca-
pacitas hominis non negatur, quia nec vitiorū omniū
plenissima sanitas sub omnipotēti medico desperatur.
Propter quā catholicā veritate sancti ac beati, & in di-
uindrū eloquiorū pertractatiōe clarissimi sacerdotes,
Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Am-
brosius, Gregorius, Innocētius, Ioānes, Basilius, quibus
addo presbyterū velis nolis, Hieronymū, vt omittam
eos qui nondum dormierunt, aduersus vos proferunt
de omnium hominum peccato originali, obnoxia suc-
cessione sententiam, vnde nemo eruit, nisi quæ sine le-
ge peccati repugnāt legi mentis, virgo cōcepit. Quid
est quod exultas, & mihi si in conspectu iudicum esse-

mus, quasi victor insultas, tanquā non inuenirem quid
facerem, quod confugerem, si iudicum premerer pote-
state, si in medio eruditorum confisterem tecum, si ve-
ræ quæ dicis rationis tuba, à te scilicet magno tubicīne
inflata, si auditorum arma circumstātium & tibi fauen-
tium concreparent: Ita enim tibi ponis ante oculos nos-
trum in disputatione certamen, & te argumentante,
me quid respondeam non habentem, singis vt placet.
Sic tecum vana & insana tui cordis imaginatio fabu-
latur, quasi me ante Pelagianos iudices tecū cōstituas,
quibus plaudentibus tibi liceat exaltare tāquam tubam
vocem tuam, & prædicare contra catholicam fidem, &
contra gratiā Christi, qua pusilli cum magnis liberan-
tur à malo, communem tibi & illis nouitiæ huius im-
peratis errorem. Tales iudices in Ecclēsiā dei, nec sine
aduersario ex parte altera stante potuit eruditor vester
Pelagius inuenire. De quo iudicio ipse quidem, quan-
tum ad hominum conspectum attinet, velut absolutus,
vestro tamen palam damnato dogmate egressus est. At
ego vbicumque sis, vbicumque legere ista poteris, te ante
istos in tuo corde constituo, quos non amicos meos & E
inimicos tuos, aliqua hæc meam partem gratiā propen-
dentes, aliquo abs te merito tuæ offensionis auersos, &
ob hoc tibi aduersos, in hac nostra disceptatiōe con-
stitui cognitores. Nec eos qui nunquā fuerunt, aut non
sunt, aut quorum sententiæ de hoc quod inter nos dis-
putatur, incertæ sunt, inani cogitatione cōfinxi, sed san-
ctos, & in sancta Ecclēsiā illustres antistites dei, nō Pla-
tonicis & Aristotelicis & Zenonicis aliisque huiuscemo-
di vel Græcis vel Latinis, quāquam & istis aliquos eo-
rum, verum omnes sacris literis eruditos, nominatim,
sicut oportebat expressi, eorumque sententias, quantum
sufficere videbatur, sine vlla editas ambiguitate diges-
si, vt in eis timeas non ipsos, sed illum qui tibi eos vtilia
vala formauit, & sancta templa construxit, qui tunc de
ista causa iudicauerunt, quando eos nemo potest dice-
re perperam cuiquā, vel aduersari vel fauere potuisse.
Nondum enim extiteratis, cōtra quos susceperatis de
hac quaestione cōflictum. Nondum enim eratis qui dice-
retis, quod in libris tuis ponis, quia de vobis multitu-
dini mentiti fuerimus, & quod Celestianorum vel Pe-
lagianorum nomine homines terreamus, & quod ter-
rore ab omnibus extorqueamus assensum. Certe ipse di-
xisti, quod omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitia,
ira vacuos esse deceat, pauci tales potuerunt inueniri.
Sed Ambrosium aliisque collegas eius, quos cum illo
memmorauimus, tales fuisse credendum est. Verum & si
tales non fuerunt in his causis, quas ad se delatas & in-
ter partes cognitatas, cum hic viuerent, suo iudicio desi-
nierunt, ad hanc tamen causam tales erant, quando de
illa sententias protulerunt, nullas nobiscum, vel vobis-
cum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt:
Neque nobis neque vobis irati sunt, neque nos, neque
vos miserati sunt. Quod inuenerunt in Ecclēsiā, renue-
runt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acce-
perunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud
istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est
causa nostra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorum
pro nobis latas contra vos sententiās recitamus: nō dum
vobiscum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus.
Dicis me si sub potestate iudicum premerer, quales tibi
ipsi componis, non habiturum fuisse quid facerem, quod
confugerem, cum tuis argumētationibus vnde occur-
rerem, reperire non possem. Ego planē haberem quod
facerem, haberem quod confugerem. à Pelagianis enim

Indices
quales esse
debeant.

Obiectio.

Responsio

G tenebris ad hæc tam clara catholica lumina prouocarem, quod & nunc iam facio. Tu ergo respõde, quid facias, dic quod confugas. Ego à Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos? An quia non numerandas, sed ponderandas censere esse sententias, & addis, quod quidem & ego verum esse consentio, ad aliquid inueniendum, multitudinem nihil prodesse cæcorum, etiam istos cæcos dicere audebis? Et vsque adeo permisit imis summa longus dies, vsque adeo tenebræ lux, & lux tenebræ esse dicuntur, vt videant Pelagius, Celestius, Iulianus, & cæci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Sed qualiscunque homo sis, tamen quia homo es, videre mihi videor verecundiam tuam, si tamen non in te spes est omnis emortua sanitatis, & quodammodo audio vocem tuam: responde, Absit vt audeam cæcos istos viros vel cogitare, vel dicere. Eorum ergo appende sententias. Nolo esse plures, vt eas te pigeat numerare. Sed non sunt leues, vt eas dedigneris appedere, imò tã sũt graues, vt te videã sub earũ onere laborare. Nunquid & de istis dicturus es, me imbellem tibi opinionem cõsortis opponere, & velut consternatum metu, cõscios nominare? Dicis, in causa iudicandi amoto strepitu turbarum de omni ordine cõuersationis hominum, siue sacerdotum, siue administrantium, siue præuaricatorum, ad discussionem talium rerum non sola nomina, sed eligendã esse prudentiam, & honorandam esse paucitatem quam ratio, eruditio, libertasque sublimat. Ita vero est, vt dicis. Sed nec ego te vilius multitudinis numerositate perturbo, quanuis propitio deo, de hac fide, cui contradicis, catholica sanum sapiat etiã multitudine. In qua vsquequaque plurimi vbi possunt, quomodo possunt, sicut diuinitus adiuantur, vana vestra argumenta confutat. Vnde absit à me ista, quã mihi obiicit arrogantia, vt me istam causam contra vos, vnũ pro omnibus agere pollicerer. Quod cum tu inter Pelagianos facis, non erubescens dicere & scribere maioris tibi esse apud deum gloria, destitutam veritatem tueri, multum abiecti & vere destituti sunt, multumque t obstupedi, si hanc intolerabilem arrogantiam esse non iudicant, qua te etiam ipsis Pelagio scilicet & Celestio vestrum omnium doctoribus anteponis, quasi & illi iam cesserint, & tu remanseris, qui destitutam tuearis, quam veritatem putatis.

I Verum quia te delectat non numerare multitudinem, sed appendere paucitatem, exceptis iudicibus Palæstinis, qui hæresim vestram in absoluto Pelagio damnauerunt, quem timore compressum, Pelagiana ipsa dogmata damnare coegerunt, decem Episcopos iam defunctos, & vnum presbyterum tibi huius causæ opposui iudices, qui de illa cum hic viuerent, iudicauerunt. Si vestra consideretur paucitas, multi sunt: si multitudo catholicorum Episcoporum, perpauci sunt. Ex quibus papam Innocentium, & presbyterum Hieronymum retrahere fortasse tentabis: istum, quia Pelagium Celestiumque damnauit: illum, quia in Oriente contra Pelagium catholicam fidem pia intentione defendit. Sed lege quæ dicat in laudem beatissimi papæ Innocentij Pelagius, & vide vtrum tales facile possis iudices inuenire. De illo autem sancto presbytero qui secundũ gratiam quæ data est ei, sic in Ecclesia laborauit, vt eruditionem catholicam multum in Latina lingua, multis & necessariis literis adiunaret, non solet Pelagius iactitare, nisi quod ei tanquam æmulo inuiderit. Sed nolo ex hoc tibi videatur de istorum iudicum numero retrahendus. Non enim eius sententiam posui, quam tempore inimicitiarum contra vestrum tenuit & defendit er-

Obiectio.

Obiectio
responsio.

Ab se per
dent.

Hieronymi
laus.

rorem, sed quã posuit in scriptis suis, liber ab omni studio partium, antequam vestra damnabilia dogmata pullularent. De reliquis sanè non habes omnino quod dicas. Nunquid Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, & Ioannes de plebeia fece sellulariorum, sicut Tulliane iocaris, in vestram inuidiam concitati sunt? Nunquid milites, nunquid scholastici auditoriales? Nunquid nauar, tabernarij, cetarij, coqui, lanij? Nunquid adolecetes ex monachis dissoluti? Nunquid postremo de qualicumque clericorum turba isti sunt, quos vrbana exagitatione dicacitate, vel potius vanitate cõtemnis, quia non possunt secundum categorias Aristotelis de dogmatibus iudicare? Quasi tu, qui maxime quereris examen vobis & Episcopale iudicium denegari, peripateticorum possis inuenire cõsiliium, vbi de subiecto & his quæ sunt in subiecto cõtra originale peccatũ dialectica sententia proferratur. Isti Episcopi sunt, docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores aduersus garulas vanitates, i quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudicij tribuisti, nõ potes inuenire quod spernas. I Episcopus talis synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facile sedere tot, quia nec isti vno tempore fuerunt. Sed fideles & multi, excellentiores paucos dispensatores suos deus per diuersas ætates, temporum locorumque distantias, sicut ei placet atque expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de aliis atque aliis temporibus, atque regionibus ab Oriente & Occidente congregatos vides, non in locum quo nauigare cogantur homines, sed in librum, qui nauigare possit ad homines. Quanto tibi essent isti iudices optabiliores, si teneres catholicam fidem, tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem, quam in lacte suxerunt, quam in cibo sumpserunt, cuius lac & cibum paruis magnisque ministraverunt, quam contra inimicos etiam vos tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissime ac fortissime defenderunt. Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, adificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo profanas voces vestrae nouitatis expauit, & cauta ac sobria ex admonitione Apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corruperetur à castitate quæ est in Christo, catholicae fidei virginitati insidias vestri dogmatis surreptentis exhorruit, & tanquam M caput colubri calcavit, obtruit, abiicit. His igitur eloquiis & tãta autoritate sanctorum, profecto aut sanaberis dei misericordia donante, quod quantum tibi opte videt qui faciat: aut si quod abominor, in eadẽ quæ tibi videtur sapientia, & est magna stulticia, perduraueris, non tu iudices quæ siturus es, vbi causam tuam purges, sed vbi tot sanctos doctores egregios atque memorabiles catholicæ veritatis accuses, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basilius, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, ceterosque focios ac participes eorum, insuper & vniuersam Christi Ecclesiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrãtes, ingenti in domino gloria claruerunt. Aduersus hanc autem miserabilem, quam deus auertat insaniam, sic respondendum esse video libris tuis, vt fides quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios & Christi professos inimicos, etiam ipsum defenditur Euangelium.

Libri secundi Finis.

DIVI

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi contra Iulianum liber
Tertius.

I Am nunc quia sine dubio tot tãtorumque sanctorum & in sacris literis eruditorum, & in Ecclesiæ regimine tam clara memoria & laude pollentium auctoritati si non cesseris, nec acquiesceris, siue contumeliosissime sicut me siue illos verecundius & mitius cũ aliqua personarũ acceptione tractaueris, tamẽ etiã ipsos errare dicturus es, ita tibi dilecte fili Iuliane, domino donãte, respondere debeo, & sic tuos libros atque argumenta refellere, vt si possis, intelligas male tibi fuisse persuasum, quod aliis persuadere moliris. Teque salubriter pœniteat incauta ac temerariã iuuenilis progressionis & prolapsionis tuæ, nõ tantũ tibi tua correctione, verũ etiam pluribus B pfitura, cognoscetibus vobis atque fatentibus quã nõ inanita, quãmq; veraciter tot & tanti Christianorum rectores doctoresq; populorũ, hoc in Ecclesia dei didicerint & docuerint, quod verisimili nõuitate decepti, cupiebatis euertere. Si autẽ, quod abs te dominus auertat, vel sic tenebratũ cor habueris, vt intelligere ista nõ possis, vel ex eo numero fueris, quos in sanctis Psalmis veritas notat dicẽs, Noluit intelligere, vt bene ageret: vel ex eo, de qualibus item scriptũ est, Verbis nõ emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obaudiet: nec sic erit iste infructuosus labor, vel meus, vel aliorum fratrum, qui per Christi gratiam cõtra hunc errorem, catholicam defendunt fidem. Multo amplius enim erũnt, quos antiqua veritas vel instruat defensã, vel corrigat, si non defuerunt, quos irrepes error insoluitus aut subuerteret, aut moueret. Ac ne longum faciam, non omnia verba tua ponam, sed si dominus adiuuerit, tuarum velut acutarum argumentationum nihil nõ solum destructumq; dimittam. De iudicibus, apud quos propterea dicis non potuisse vos agere causam vestram, quia nemo de rebus dubiis bene consultat, nisi qui ab odio, ira, & amicitia, vacuum pectus attulerit, quales non fuisse dicis, qui de causa vestra iudicauerunt, quia prius eam cõperunt odisse quã nosse, iam quidem superiore libro respondi, quia si tales iudices, quales definiuit vnde hoc dixisti Salustius, quæretis, sancto Ambrosio & cõepiscopis eius, qui de hac re ab odio vestri vel amicitia, vel ira, vel quod tu non possisti, Salustius posuit, misericordia pro vobis vel contra vos vacuum pectus habuerunt, quãdo de hac re veras tranquillãsententias protulerunt, vtique cederetis. Quos nũc vobis parum est iudices nolle, nisi etiam reos facere insuper audeatis. Sed obscuro te quomodo causam vestram qui damnauerunt, ante cõperunt odisse quã nosse? Quia eam proculdubio nouerant, oderãt. Nouerant enim vos dicere, nihil mali paruulos habere nascendo, quod purgari debeat renascendo. Nouerãt vos dicere, gratiam dei secundum merita nostra dari, vt iam gratia non esset gratia, quia non gratis daretur, sed secundum debitum redderetur. Nouerant vos dicere, hominem in hac vita posse nullum habere peccatum, vt non ei sit necessariũ, quod in oratione dominica tota dicit Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra. Hęc in vobis nouerant, & rectissime oderant. Denique si ab eis vos correctos nouerint, & amabunt? Quoniam non

sicut dicis, Si quis aut liberum in hominibus arbitriũ, D aut deum esse nascentium cõditorem dixerit, Pelagianus & Celestianus vocabitur, sed qui libertatem, in quã vocati sumus, nõn gratiã dei tribuerit, & qui paruulorũ liberatorem Christum negauerit, & cuiquam in hac vita iusto aliquam in dominicã oratione petitionem, non propter ipsum dixerit necessariã, ipse huius erroris accipit nomen, quia errori cõmunicat crimen. Iam vero Manichæorum crimine, quæ catholica lumina audeas vel nescias vel te nescire frigas infamare, nõ opus est & hic dicere. Sanè vt dicis, si pro vobis potius ab Imperatore responsũ est, cur non in medium profilitis, & hoc vltro publicis potestãtib; allegãtis, vos esse monstrantes, quorum Christianus princeps approbavit fidem? Verum si dei legem nõ sicut sese habet, sed sicut vobis placet intelligitis: quid mirum si & de lege Imperatoris hoc facitis? Sed hæc te aliã executionẽ pleni polliceris. Quod si feceris, aut redarguetur sicut insidiosum, aut contemnetur sicut inanẽ, quod fateris. Quã vero lauta & lepida est gratulatio tua, quod vnũ dicis egressum, qui in se summam prælij sitam optat intelligi, videlicet vt Pelagianis tu videaris Dauid, ego autẽ Goliath. Videris, si tu hoc induxisti pactũ & placitũ cum Pelagianis, vt si victus fueris, nihil vterius illi audeant. Ego autẽ absit vt ad motiõmachiam vos prouocẽ, quos vbiunque apparueritis, vbiq; diffusus Christi debellat exercitus, qui debellauit apud Carthaginẽ Celestium, quãdo illic ipse non eram, & rursus Constantinopolim tam longe à regionibus Africanis, qui debellauit in Palæstina Pelagium, vbi causam vestram suã damnationis timore damnauit: ibi enim omnino cecidit hæresis vestra. Et quia ille, cuius figura erat Dauid, contra suos aduersarios, in suis omnibus militibus oppugnat errorem vestrum, etiam Pelagij linguam tanquam prostrati & iacentis, gladio detrucauit. Nam quod tu dedignaris, propterea vos novos hereticos dici, quia omne malum quod peccatũ definitur, asferitis non in natura, sed in sola voluntate consistere, iam vobis Pelagius, imò per linguam Pelagij dominus amputauit. Timens quippe ille dãnari, damnauit eos qui dicunt infantes etiam si non baptizentur, habere vitam æternam. Qui ergo negatis esse in paruulo malũ quod baptisate diluatur, dicite quo merito partũ nõ baptizatus, æterna morte plectatur? Sed quid estis dicturi, nisi forte Pelagio maledicãtis? Qui tamen si vobis maledicentibus dicat, Et quid velletis vt facerẽ? An dicente Christo, Si non manducaueritis meam carnem & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dicturus fueram paruulum habiturum vitam, qui sine isto sacramento finisset hanc vitam? Puto quod vos maledixisse homini pœnitebit. Iã vos ergo totius pœniteat huius erroris, ne argumẽto miserimo vtamini, quo vniuersi vtũtur hæretici, quos à perniciofa licentia leges Imperatorum catholicorum premũt. Omnes quippe huiusmodi dicũt, quod ipse dixisti, laborare illam partem rationis inopia, quæ in differendo cum terrorem surrogat, nullũ à prudentibus impetrãt, sed secũ à meticulous extorquet assensum. Noui denique hæretici vos estis, sed istam penẽ omnium hæreticorum veterem vocem cum ceteris agnouistis atq; tenuistis, nec vos & alios decipiatis, velut talem vocem habẽtes aduersus nos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationem nobiscum venire per imperialia iussa cõpulimus. Illorum enim furor occupauerat Africã totã, nec predicari à catholicis veritatem cõtra suam

Idem.

Gpaticbantur errorem, violentis aggressiōibus, latrocinationibus, itinerum oblidionibus, rapinis, ignibus, cadibus multa vastantes, cuncta terrentes. Cum quibus apud Episcopos, quos communes nō habebamus, nihil agere poteramus. Quod vero ante cētum ferme annos maiores nostri cum eis egerant, iam populorum memoria non tenebat. Hęc igitur necessitas compulit, vt saltem gestis nostra collatione confectis eorum cōtūderemus inuerecundiam, & reprimeremus audaciam. Vestra verō apud competens iudicium communium Episcoporum, modo causa finita est. Nec amplius vobiscum agendum est, quantum ad ius examinis pertinet, nisi vt prolata de hac re sententiam cum pace sequamini. Quod si nolueritis, a turbulenta vel insidiola iniquitudine cohibeamini. Similes autē estis potius Maximinianistis, qui cupientes exiguitatem suam nomine saltem certaminis cōsolari, & ideo videri aliquid apud eos quibus contemptibiles erant, quia inire nobiscum sinerentur examen, interpellantes eos, & libellam dantes, prouocantesq; contemptusimus. Magis enim de certamine nominari desiderabant, quam formidabant in certamine superari. Nec sperabāt victorię gloriam, sed famam requirebant collationis, quia multitudinis non habebant. Si ergo putatis ideo vos esse victores, quia non vobis datum est quale desideratis examen, Maximinianistę vos ad ista vaniloquia præcesserunt, quāuis dederit vobis Ecclesia catholica iudiciū quale debuit, vbi causa vestra finita est: illis autem nullum dare dignata est, quia nō a nobis sicut vos, sed a Donatistis fuerant segregati. Si autem in Maximinianistis videtis nō esse consequens, vt qui conferre in aliquo iudicio non sinuntur, putari debeant de veritate cōfidere, nolite vltterius hac vana iactare, vobisq; sufficiat, quod vos Ecclesia catholica & materna lenitate sustinuit, & iudicialia seueritate, vel potius medicinali necessitate damnavit. Sed ne superfluis immoremur, omitto tumultus maledictorum & cōuiciorum tuorum, siue que in principio congestisti operis tui, siue que per omnes eosdem quatuor libros pene nusquā spargere destitisti, ne grauius hominibus neuter nostrū disputator grauis, sed leuis vterque litigator appareat. Videamus iam potius quid asseras, vnde me sicut promittis, ostendas homines & nuptias diabolo auctori tribuere. Certe redarguenda tibi mea verba proponis, quibus propositis velut respondens persuadere conaris, cōtra me ipsum locutum me fuisse. Qui cum propter meam defensionem dixerim, ab hereticis nouis dici, nos damnatores esse nuptiarum operisque diuini, postea id abstulerim, dicendo in senis vncis possideri hominem nascentem a deo & a diabolo, vel potius totum a diabolo possideri, prorsus excluso deo velut ab vniuersa sua possessione, quod est homo. Vbi est acumen tuū, quo tibi videris & categorias Aristotelicas assecutus, & aliam dialecticę artis astutiam? Itane non attendis hoc, quod mihi de paruulis obiecisti, de quibuslibet maioribus malis hominibus vtrique nostrum obici posse ab aliquo aduersario veritatis? Interrogo enim te, quid de nondum regenerato homine pessimo quocunq; respondeas: saltem istum confiteris esse sub diabolo, nisi renascatur in Christo, an & hoc negas? Si negas, qui sunt ergo quos deus eruit de potestate tenebrarum, & transfert ad regnum filij charitatis suę? Si autem cōfiteris, quero vtrū in tali homine in potestate adhuc posito, tenebrarum habeat deus aliquam potestatem? Si dixeris, non habet: respondebit tibi, Ergo deus de sua possessione a dia-

bolo exclusus est. Si dixeris, habet: respondebit tibi, Ergo deus & diabolus in senis vncis hominem possident, & tibi ab imperitis talis inuidia cōcitantur, qualem tu mihi, qui vis peritus putari, de paruulis ab ortu recentibus concitare voluisti. Ecce primum argumentum tuum, quanta facilitate destructum est, dum attendere negligis, sic esse homines sub diaboli potestate antequā redimantur a Christo, vt tamen dei potestati nō solum hi, sed ne ipse quidem diabolus subtrahatur. De baptisimi sanę questione, quam vobis apud ignaros inuidiosam mendacis nostris factam fuisse conquectus es, vix dici potest, quā eleganter existi, hanc a vobis amolitus inuidiam, eo quod paruulos baptizandos esse fateamini, quia gratiam baptismatis dicitis nō pro causis esse mutandā, quod ipsa dona sua pro accedentium capacitate dispensat. Ideoque Christus qui est sui operis redeptor, auget, inquis, circa imaginem suā continua largitate beneficia, & quos fecerat condendo bonos, facit innouando adoptandoque meliores. Hocne est totum cur vobis de baptismate paruulorum faciendam non existimatis inuidiam, quasi quicquam nostrum vos dixerit negare, paruulos baptizari oportere. Non eos dicitis nō debere baptizari, sed pro magnitudine sapientię vestrę, res mirabiles dicitis. In sacramento saluatoris baptizantur, sed non saluantur: redimuntur, sed non liberantur: lauantur, sed nō abluuntur: exorcizantur & exufflantur, sed a potestate diaboli non eruantur. Hęc sunt sententiarum portenta vestrarum, hęc inopinata mysteria dogmatum nouorū, hęc paradoxa Pelagianorū hereticorum, mirabiliora quā Stoicorum philosophorum. Vt enim hęc dicatis, timetis audire, Si saluantur, quid in eis ægrotabat? Si liberantur, quid in eis seruitutis vinculo tenebatur? Si abluuntur, quid in eis latebat immundum? Si eruantur, quo merito erant sub diaboli potestate, qui propria iniquitate non erant liberi, nisi quia trahunt, quod negatis, originale peccatum? Et ad hoc negatis, non vt eos saluos, liberos, mundos, nulli hosti subditos asseratis, nō enim aliquid eis opitulatur vestrū testimonium falsum ante iudicem verum, sed vt illis in mala vetustate remanentibus, vos nouam sectemini vanitatem. Non enim vestra, sed illius est vera sententia, qui dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei. Verum vos excellentissimi amatores illius vitę quę futura est æterna cum Christo, nullā pœnam putatis esse, imaginem dei in æternum exulare a regno dei, cum si paruum pœnam esse diceretis, non esset hęc vox beati amatoris illius regni, sed miserii contemptoris. Porro autem, si quod huic sufficit causa, paruum saltem pœnam fatemini esse, quę magna est, vt imago dei nō sinatur intrare in regnum dei, obsecro aperite qualescunque oculos, & videte, qua iustitia pœna ista infligenda sit paruulo, quem clauis oculis originali obnoxium negatis esse peccato. Omitto commemorare, quę mala in hac ipsa transitoria vita penē omnes patiantur infantes, & quomodo explicetur quod dictū est, Graue iugum super filios Adam a die exitus eorum de ventre matris eorum, vsque in diem sepulture in matrem omnium. Quę vtrique mala sub iusto, & omnipotēte deo non irrogarentur eius imagini, quibus malis in virtute exerceri infantilis ætas non potest dici, si nulla ex parentibus mala merita traherentur. Hęc autē mala paruulorum, non ea quę habere negantur a vobis, sed quę perpeti cernuntur ab omnibus nobis, vt præmittis omnino, nec respicis: expatiaris ibi vir discretissimus, & exerces

Ad primū Iulianę argumentum. Cap. II.

Coloss. 1.

A exerces ingenium ac linguam tuam in laude naturę. Natura ista in tantas & tam manifestas collapsa miserrimas, saluatorem, liberatorem, mundatorem, redemptorem Christum habet necessarium, non Iulianum, non Celestium, non Pelagium laudatorem. Quam quidem redimi nō fatereris in paruulis, nisi quia hoc Celestius apud Carthaginem gestis Ecclesiasticis, ora Christiana non sustinēs, falsus est. Ceterum rogo te, quomodo potest intelligi ista redemptio, nisi a malo redimente illo qui redemit Israël ab omnibus iniquitatibus eius? Vbi enim redemptio sonat, intelligitur & precium. Et quod est hoc, nisi preciosus sanguis agni immaculati Iesu Christi? De hoc autem precio quare sit scilicet, quid interrogamus alium? Redemptor ipse respondeat, dicat ipse mercator. Hęc est, inquit, sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pergite, adhuc pergite, & sicut dicitis, in sacramento saluatoris baptizantur, sed non saluantur: redimuntur, sed non liberantur: lauantur, sed nō abluuntur: exorcizantur & exufflantur, sed a potestate diaboli non eruantur: sic etiam dicitur, sed nullius peccati remissione mundantur. Mira sunt quę dicitis, noua sunt quę dicitis, falsa sunt quę dicitis: mira stupemus, noua cauemus, falsa conuincimus. Nōne ipse dixisti, administrationem corporis sic animo esse commissam, vt fructus operis fieret vtrique cōmunis, & vel virtutis exercita gaudia, vel insolentię pœnas cum eius quam hic non bene rexerat, carnis afflictione sentiret? Responde igitur, quare in hac ipsa vita, afflictione carnis anima crucietur infans, cuius ei meritum, quia nō bene rexerit carnem, adhuc non potest imputari? Naturam dicitis humanam in exordiis nascentium innocentia dote locupletem. Fatemur sanē, quantum ad peccata pertinet propria. Cum autem etiam originali negatis obnoxios, respōdete, quo merito tanta innocentia nonnunquam exca, nonnunquam furda nascatur? Quod vitium etiam ipsam impedit fidem, Apostolo teste qui dicit, Igitur fides ex auditu. Iā vero quis ferat, quod ad ipsum spectat animum, imaginē dei innocentia sicut asseris dote locupletem, fatuum nasci, si nulla ex parentibus mala merita in paruulos transeūt? An ita est quisquam vestrum fatuus, vt fatuitatem nullum malum putet, cum scriptura dicat, mortuum septē diebus, fatuum vero omnibus diebus esse lugendum? Quis autem nesciat, quos vulgo moriones vocant, natura ita fatuos, vt quibusdam eorum penē sensus peccatorum conferatur? Et non vultis fateri genus humanum ex initio quo deseruit deum, trahere damnatę originis noxam his omnibus dignissimam pœnis, nisi vbi parcat ratione dispositionis occultę inscrutabilis sapientię conditoris, qui nec ab ipsa vniuersa massa perditionis abstinere sui operis bonum, vt ex malis vitiorum cōdat, licet cum malis, in quantum bona est, rationalem mortalemque naturam, cuius nemo esse potest conditor, præter ipsum, & in generatione damnata præbeat vasis misericordię regenerationis auxilium. Frustra itaque putas ideo in paruulis non esse delictum, quia sine voluntate, quæ in eis nulla est, esse non potest. Hoc enim recte dicitur propter propriū cuiusque peccatū, non propter primi peccati originale cōtagium. Quod si nullum esset, profecto nulli malo paruuli obstricti, nihil mali vel in corpore, vel in anima, sub tanta iusti dei potestate paterentur. Quod tamen & ipsam a mala voluntate priorum hominū sumpsit exordium. Sicut voluntas mala ipsa est origo peccati, id est, a volūtate ma-

la peccatum exortum est, & peccati origo volūtate mala est, ita nisi voluntas mala, nō est cuiusquam vlla origo peccati. Hęc si sapias, simpliciter & veraciter gratiā Christi erga paruulos confiteberis. Nec cogaris res impissimas atq; absurdissimas dicere, aut baptizandos nō esse paruulos, quod quidē postea estis fortasse dicturi: aut tam magnum sacramentum sic in eis esse ludibriū, vt in saluatore baptizentur, sed non saluantur: a liberatore redimantur, sed non liberentur: lauacro regenerationis lauantur, sed non abluuntur: exorcizentur & exufflantur, sed a potestate tenebrarum non eruantur: sic eorum precium sanguis qui in remissionem fusus est peccatorum, sed nullius peccati remissione purgantur. Hoc totum propterea, quia timetis dicere, non baptizentur, ne non solum facies vestrę sputis oblinantur virorum, verum etiam capita sandaliis mulierularum cōmitigētur. Nos certe causam, cur sub diabolo sit qui nascitur, donec renascatur in Christo, peccati ex origine dicimus esse cōtagium. Vos autē qui hoc negatis, ea saltem quę aperta sunt intuemini, cur nōnulli etiam dæmonem patiantur infantes, nisi forte & ipsos aut esse, aut sub diabolo esse negabitis. Nec vos Euangelium cōmouebit, at forsitan propter vos interrogauit dominus quod sciebat, vt pater pueri responderet filium suū ab infantia sua dæmonio tam graui grauiterque vexari, vt a Christi discipulis non posset expelli. Ecce ego, vt sint paruuli in diaboli potestate, causam nuptias esse non dico, quod me dicere calumniaris. Nuptiæ quippe habent ordinem suum, & benedictionē suam, bonumq; suum, nec subintrante peccato amittere potuerunt. Tu autem quare sit sub diabolo ille saltem infans, qui manifestissime vexatur a diabolo, ita vt aliquando ipsa vexatione moriatur, responde si potes. Non vis enim quenquam vllam pœnam pro alienis subire peccatis, ne hinc fiat credibile, etiam contagia peccatorum in nascentes ex gignentibus posse trāsire. Sed videlicet vt egregius dialecticus non me patieris elabi, sed presse in interrogabis & breuiter, in paruulis actionem ream, an naturam putem? Et ad vtrunque respondes, Si actionem, inquis, ostende quid fecerint. Si naturā, ostende quis eos fecerit. Quasi & actio mala faciat nisi naturam ream? Aliis, non actione quippe qui reus est, homo est, homo autem natura est, homines igitur sicut peccati actione maiores, ita minores maiorū cōtagione sunt rei. Isti ex eo quod faciunt, illi ex quibus originem ducunt. Quocirca paruuli bonum est quod homines sunt, quod omnino nō essent, nisi eos ille qui summe bonus est, creauisset. Malum vero si nullum ex origine traheret, nunquam cum vitiis vel corporalibus nascerentur. Deus enim qui est animarum, ipse est etiam corporum conditor, qui vtrique humanę in ipsa cōditione naturę vitia non infligit immeritę. Neque enim de innumerabilibus paruulis, qui & in animo & in corpore cum tanta vitiorum varietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de illo qui cæcus est natus, nō propter peccatum ipsius vel parentum id esse factum, sed vt manifestarentur opera dei in illo. Multi quippe nec sanantur omnino, sed cum eisdem vitiis, siue in qualibet ætate, siue in ipsa moriuntur infantia. Nonnullis etiam paruulis iam renatis vel permanent cum quibus sunt nati, vel accidunt huiusmodi mala. Absit vt dicamus indigne, sed hinc potius intelligamus eis ad alterum seculū prodesse, quod renascantur. Huius autem seculi dispositionem, propter initium superbix hominis, per quod apostatauit a deo, diuersis malis hominum peragi in iugo graui super fi-

Luc. 9.

Cap. VI.

* alius, non

faciat natu

tura est, homines igitur sicut peccati actione maiores, ita minores maiorū cōtagione sunt rei. Isti ex eo quod faciunt, illi ex quibus originem ducunt. Quocirca paruuli bonum est quod homines sunt, quod omnino nō essent, nisi eos ille qui summe bonus est, creauisset. Malum vero si nullum ex origine traheret, nunquam cum vitiis vel corporalibus nascerentur. Deus enim qui est animarum, ipse est etiam corporum conditor, qui vtrique humanę in ipsa cōditione naturę vitia non infligit immeritę. Neque enim de innumerabilibus paruulis, qui & in animo & in corpore cum tanta vitiorum varietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de illo qui cæcus est natus, nō propter peccatum ipsius vel parentum id esse factum, sed vt manifestarentur opera dei in illo. Multi quippe nec sanantur omnino, sed cum eisdem vitiis, siue in qualibet ætate, siue in ipsa moriuntur infantia. Nonnullis etiam paruulis iam renatis vel permanent cum quibus sunt nati, vel accidunt huiusmodi mala. Absit vt dicamus indigne, sed hinc potius intelligamus eis ad alterum seculū prodesse, quod renascantur. Huius autem seculi dispositionem, propter initium superbix hominis, per quod apostatauit a deo, diuersis malis hominum peragi in iugo graui super fi-

Eccl. 10. & 40.

Et lios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vique in diem sepulturae in matrem omnium. Quod autem in hoc opere tuo, quomodo fiat à dialecticis syllogismi, vnde quaestione tibi nullus obiecit, docere conaris, quantum tibi places, tantum grauibis lectionibus displices. Et quod est peius, fingis me dicere quod non dico, concludere sicut non concludo, concedere quod non concedo, & concludis tibi ipse, quod renuo. Quando enim ego negavi naturam hominum esse laudabilem, in quantum homines sunt? Quando dixi ob hoc ipsum reos esse, quia sunt, cum profecto essent, nec rei essent, si nemo peccasset? Quando dixi, facunditatem esse reprobendam, cum ad benedictionem pertineat nuptiarum? Quomodo à te peterem vt hoc ipsum concederes, quod ipse non dixi? Nam vero quod me dicis assumere, omnis commixtio corporum mala, nihil minus est, quam vt dicas me etiã vini & aquae accusasse commixtionem, quando potio nobis temperatur, quia & ibi corporum est sine dubitatione commixtio. Et si omnem commixtionem corporum malam dixi, neque hanc vtique praetermissi. Sed nec ipsam commixtionem sexus vtriusque reprehendi, si legitima atque nuptialis est. Sine hac enim non fieret hominum generatio, etiam nullo cuiusquam praecedere peccato. Proinde illud aliud quod me dicere adiungis, Filij autem de corporum commixtione nascuntur, dico sanè: sed conclusio quam velut meam inferre voluisti, nõ est mea. Non enim dico, nequam igitur filij, qui de mala operatione procedunt, quandoquidem ipsam coniugum operationem, quae fit gignendorum gratia filiorum, nõ dico malam, sed potius bonã, quia bene vtitur libidinis malo, per quod generantur homines, bonum opus dei, nõ sine malo, propter quod regenerandi sunt, vt liberentur à malo. Deinde contextis alterum syllogismum tuum, quoniã tuus est, & prior iste non meus. Dicis ergo, causa sexuum commixtio corporum, & vis vt hoc concedam tibi. Ecce concedo. Pergis inde & adiungis, Si mala semper commixtio, deformis etiam conditio corporum, in sexuum diuersitate positorum. Hoc si esset consequens, me non premeret, qui commixtionem nuptialem, id est, liberorum procreandorum causam, nõ solum malam non dico, verum etiã bonam dico. Huc accedit, quia & consequens non est, vt si semper est mala sexus vtriusque commixtio, propterea sit deformis etiam conditio corporum in sexuum diuersitate positorum. Profecto enim si intãtum homines essent malo libidinis subiugari, vt remota honestate nuptiarum, omnes in differenter ac passim canino more concumberent, nõ ideo deformis esset conditio corporum, cuius deus author est, quoniam mala esset omnium hominum maris feminaeque commixtio: sicut etiã nunc de adulterina commixtione vtique mala, bonum est in corporum conditione opus dei. Vides nempe, quã dialecticè nihil dixeris, & nulla quidẽ culpa est dialecticæ disciplinæ, quantum à tramite eius exorbitaueris. Videris illius artis verbis ad hoc vt, vt eis in status attonitos facias imperitos, volendo videri esse quod non es. Quod & si esses, ad eum modum quo ista disputanda sunt, nihil esses. Sed planè nunc & ineptus & imperitus, tunc autem ineptus artifex esses, & tamen dialecticorum quasi iaculis oneratus acutis, in certamẽ procedis, & iactas plumbeos pugiones, dicens, Si mala semper commixtio, deformis etiam conditio corporum in sexuum diuersitate positorum. Nec videns quã nõ sit consequens, quod pro argumẽto necessario posuisti, adiungis & dicis, Quod cum negare nequueris. Quid

est quod nequeo negare? Hoc nepe, quod tu iam si vel K fero sapias, non potes nisi negare, quia non vtique si mala est commixtio adulterorum, propterea ex illis nascẽtium conditio deformis est hominum. Illa quippe est hominum male operãtium de membris bonis: ista vero dei est bene operãtis de hominibus malis. Quod si dixeris, etiam cum sit adulterium, bona est per seipsam commixtio, quia naturalis est, sed ea male vtuntur adulteri. Cur non vis acquiescere ita posse esse libidinẽ malam, qua bene tamen vtantur gignendi gratia coniugati? An potest bonorum esse vsus malus, & nõ potest malorum bonus? Cum inueniamus ipso satana quã bene vsus fuerit Apostolus, tradens ei hominẽ in interitum carnis, vt spiritus saluus esset in die domini, & alios vt discerent non blasphemare. Quod vero superaddis & dicis, Rei autem mala deus author esse non potest, quomodo id dicis, cum sint quaedã mala, quorum author est deus? Melius enim loqui nouit ipse quã tu, qui per Prophetam dicit, creare se mala. Deinde quomodo libet sese habeat hæc superadditio tua, quid ad me pertinet, cum illud cui conceditur, nõ concesserim, eo quod inconsequens esse monstrauerim, vt deformis sit conditio corporum, etiam si omnem commixtionem corporum, vel vtriusque sexus malam esse concederem? Vt enim concedamus deum nullius esse authorem mali: nunquid ideo non est author conditionis corporum, quam nullo modo malam esse concessi, quia nulla me ad hoc superius concessa cogebant? Inanis ergo & ridenda tua remansit illatio, qua concludis & dicis, Omnia igitur corpora malo reputantur authori. Multo enim verius ita concluditur, vt dicamus, Si nec mala commixtio adulterorum, facit esse malam conditionem corporum, aut si bona est & in adulteris sexus vtriusque commixtio, sed ea mali vtuntur male, quoniam multo magis ex hoc non potest corporum mala esse conditio, recte igitur corpora deo reputantur authori. Nulla est itaque fœua, quam metuẽs quasi reuertar in viam, quod videris me velle reuocare. Dic tamen quãnam illa via sit, & explica ratiocinationem tuam. Deus, inquis, bonus, per quem facta sunt omnia, ipse corporis nostri membra formauit. Hoc verissimum esse concedo. Sequeris & adiungis, Qui autem corpora fecerat, diuisit & sexum, diuisit in specie, quod in operatione coniungeret, fecitque causam coniunctionis dissimilitudo membrorum. Et hoc assentior. Deinde inferis, Ab ipso igitur commixtio corporum, à quo est origo corporum. Quis hoc negauerit? Quod cum in gratis, inquis, concesseris, sequitur tot rerum bonarum, corporum, sexuum, coniunctionum malos fructus esse non posse. Et hoc verum dicis, horum enim bonorum fructus homo est, quod in quantum homo est, bonum est: quod autem in illo malum est, à quo sanandus est per saluatore, & liberandus per redemptionem, & abluendus per lauacrum, & eruenus per exorcismum, & absoluendus per sanguinem, qui in remissionem fufus est peccatorum, non est fructus corporum, sexuum, coniunctionum, sed originalis veterisque peccati. Sicut enim de prole adulterorum, si ego dicerem, tot malorum, id est lasciuia, turpitudinis, criminis bonus fructus esse non potuit, recte mihi responderes, hominem qui de adulteris natus est, non esse fructum lasciuia, turpitudinis, criminis, quorum malorum author est diabolus, sed corporum, sexuum, coniunctionum, quorum bonorum author est deus. Sic ego tibi rectissime dico, malum cum quo nascitur homo, nõ esse fructum corporum, sexuum, coniunctionum quorum

A quorum bonorum author est deus, sed prima prauariationis, cuius author est diabolus. Absit autẽ vt quemadmodũ calumniaris, dicamus homines ad hoc à deo fieri, vt à diabolo legitimo iure teneãtur. quauis enim & hoc diuinã sit magis quã diabolica potestatis, vt immundo principi generatio immunda subdatur, nisi regeneratione mundetur, tamen nõ ad hoc facit deus homines, vt familiam quodammodo diabolus habeat, sed ea bonitate, qua naturis omnib⁹ praestat vt sint, quã etiam ipsum facit subsistere diabolus. Quam bonitatem si rebus subtraheret, continuo nihil essent. Sicut nõ ideo creat pecora in armentis & gregibus impiorum, vt demonibus immolentur, quauis hoc eos nouerit esse facturos: sic etiam vbi generationem peccato cernit obnoxiam, secundum pulcherrimum quem disposuit ordinem seculorum, suam non abstinere ab eius conditione bonitatem. Sed post hanc argumentationem qua te fallis, & consecisse te aliquid arbitraris, ingeris solitum maledictum, ac deinde subnectis, quod forsitan dicam scripturarum, non syllogismorum debere testimonio comprobari, filios de corporum commixtione nascẽtes, reputari diuino operi: quasi qui hoc negauerit, possit esse Christianus. Proinde rem, quam promptissime confitemur, & libentissime predicamus, velut habeat inter nos cõtrouerfiam, ita per scripturarum testimonia conaris ostendere, & laboras inaniter, non vt respondere nobis, sed vt libros possis implere. Veruntamen quod dixisti, vt exprimeret fidem operũ Prophetarum, propẽ periculum pudoris accessit, quia dixit, Erunt duo in carne vna, satis te debuit admonere, nihil pendendum futurum fuisse in operibus dei, nisi praecessisset cur natura humana deberet de sui meriti deformitate confundi. Dicis etiam in laude libidinis hanc fuisse redditam dei munere Abraham & Sarã, senio profectis emortuisque corporib⁹, & inuidiosa voce proclamans, vt asseram si possim, ad opus diaboli pertinere, quod deum videam interdum cõferre pro munere. Quasi vero si claudum hominem resuscitet deus, viuẽtib⁹que restituat, qui vtique mortuus iam claudicare nõ poterat, etiam claudicationem debet videri pro munere contulisse. Ita ergo si restitutus est, qui fuerat in viridioribus corporum vigor, sic vtique restitutus est, vt se habeat conditio corporis mortis huius. Non enim eos ad illum statum reuocari oportebat, in quo Adam fuit ante peccatum, vt possent sine lege in membris, quã repugnat legi mentis, filios procreare. Quauis ad hoc intelligendum sit, emortuum fuisse corpus Abraham, vt non valeret de omni femina filios gignere, quã parere posset. Dicitur enim facere hoc etatis accessus, vt ex femina generare senex possit adolefcentula, cum iam de grandiore nõ possit, quauis illa de iuvene possit. Qui enim tam prolixo tempore tunc viuẽbant, proculdubio ferius fiebant ita decrepiti, vt ad cõcubitum moueri omnino non possent, si tamẽ cuiquã viro sano potest id accidere per atatem. Nam cum hoc opus in manibus haberẽ, nũciatus est nobis senex octoginta & quatuor agens annos, qui religiose cum coniuge religiosa iam viginti quinque annos vixerat cõtinenter, ad libidinem sibi emisse Lystriam, qui vtique pro modulo, quo isto tempore viuũt homines, grauioris senectutis est, quã fuerat Abraham in annis centum adhuc victurus alios septuaginta. Vnde prudẽtius creditur fœcunditate quã defuit, suis deum famulis praestitisse. Duã quippe causã dicitur, propter quas parere Sara non poterat, & erat vulua eius emortua. Vna est

sterilitatis, quã ab ipsa inerat iuuetute. Altera atatis, nõ D quia nonaginta annos agebat, sed quia iam desiterant ei fieri muliebria. Constat enim si mulierum menstrua secreta cessauerint per atatem, non eas iam posse concipere, et si fœcundã fuerit antequam illa cessassent. Et ideo scriptura noluit hoc tacere, vt augetur miraculi gloria, quod erat deus in eorum prole facturus. Quando autem suo viro ancillam dedit, de qua voluit, quia de se non poterat suscipere filios, non atate fuerat, sed sua sterilitate permota. Sic enim ait scriptura, Sara autem vxor Abraham non pariebat illi. Et verba eius ad virum ista sunt: Ecce conclusit me deus, vt nõ pariam. Tunc autem si atatem consideremus amborum, decrepiti essent, si nostri temporis homines essent. Erat enim Abraham annorũ circiter octoginta quinque, Sara autem annorum septuaginta quinque. Scriptum est enim, Abraham autem erat octoginta sex, cum peperit Agar Hismael Abraham. Proinde ante annum fermẽ mixtus inuenitur ancillã, quando conceptus est Hismael, quia tandem coniuges in hac atate generãt temporib⁹ nostris, nisi diuinitus fiat tale miraculum, & tamen illi poterant, si Sara sterilis non fuisset, quia & ille potuit de Agar, & illa nondum erat sic atate progressa, vt ei cessarent fieri muliebria. Ad hoc ego erat Abraham corpus emortuum, vt de Sara iam generare non posset, etiam si esset illa ita fœcunda, vt tamen iam propinquaret atati qua cruor ille mensuris interuallis venire desisteret. Quibus enim iam omnino non fluit, eas ab authoribus medicinã definitum est non posse concipere. Quod si falsum esset, nullo modo dicere scriptura curaret, Dese cerũt autem Sarã fieri muliebria: cum superius iam dixisset, Abraham autẽ & Sara seniores progressi in diebus suis. Pro modo ergo tẽporis, cuius lãge prolixiore spacio tunc viuẽbãt, generare iam illa atate non poterant, cum esset Abraham centenarius, Sara nonagenaria, etiam si sterilis non fuisset, & ante annum concumberent, quãdo adhuc ei fluebant fortasse muliebria. Et ideo adhuc cõcipere posset, si iuuenis esset maritus: tũc autem non posset, propter corpus Abraham sic emortuũ senectute, vt ex illius atatis femina gignere non valeret, qui tamen & ipse de adolefcentula valeret, sicut postea de Cethura valuit: quauis & illic dici possit, fœcunditatis munus in eodẽ perseverasse, quod acceperat vt nasceretur Isaac. Pro modo autem nunc temporis, quo longe breuiore spacio viuunt homines, intra centũ annos amborum coniugum, generare posse dicuntur. Si vero in summam ducti amborum anni, centenariũ numerum excefferint, sic asseuerantur nõ posse filios procreare, etiam si fœcunda sit mulier, & fluentibus adhuc muliebribus possit ex iuene: vt iure fuerit etiam constitutum, ne quisquam ius liberorum haberet, nisi cum amborum anni computati & simul ducti, centum non transisse doceretur. Miraculum ergo dei factum est, vt conciperetur Isaac, nõ parẽtibus eius libidine reddita, sed fœcunditate donata. Nã illa esse poterat etiã in illis annis, hæc vero esse nõ poterat, tot impediẽtib⁹ causis. Quãquã & libido, sicut superius differuimus, si emortuis mẽbris senilibus munere dei quodãmodo reuiuifcẽtib⁹, etiã ipsa reuiuifceret, conditioẽ profecto carnis corruptibilis sequeretur, vt esset in corpore mortis huius, quã i paradiso esse nõ posset ante peccatũ in corpore vitẽ illius. Secundũ conditioẽ autẽ pœnalis huius corporis, munus fœcunditatis nũc deus vniciquẽ largitur, nõ secũdũ illã fœlicitatẽ, vbi nihil erat in carne, quã aduersus spiritũ cõcupisceret, & cõcupiscẽtiã aduersus

Plumbeus pugio.

Corin. 5. Timot. 1. Cap. 111. Esai. 45. Cap. IX. Actus coniugum. Ins liberorum.

Ge spiritu frænaretur, quia in natura hominis ante peccatum, pacem decebat esse, nõ bellum. In ea vero parte ratiocinationis tuę frustra laborasti, tanquã dicere possemus, Isaac sine concupiscentia carnis vel semine viri fuisse procreatum, hoc enim non dicimus, & ideo quicquid inde disputasti, prætereundo contempnimus.

Cap. XII. Quod autem tibi præclaro acumine visus es inuenisse, vt diceret, etiam si diabolus crearet homines, nulla culpa sua mali essent, & ideo iã nec mali essent, quia esse quisquam nisi quod natus est, non potest, nec ab eo iustum est aliquid amplius flagitare quàm potest. Solemus & nos aduersus Manichæos ista dicere, qui non vitiatam bonam dicunt esse naturam, sed sine initio & immutabiliter malam, quam secundum suas fabulas opinantur malam. Natura vero humana secundum catholicam fidem bona instituta, sed vitata peccato meritoque damnata est. Nec mirum autem nec iniustum est, quod admirabilis radix profert damnata dånatos nisi cui man⁹ nõ defuit creantis, nõ desit & misericordia liberantis, quam vos miseri inuidetis, cum malum paruulos, à quo liberet, habere non dicitis. Sed certe vos qui miserã falsã defensione premitis, & perniciofa

H laude oppugnatis infantiam, quare nihil mali merentes, tot in paruulis imagines dei, si non baptizentur, nõ admittitis ad regnũ dei? Nunquid ipsi sibi defuerunt, vt priuenter regno, vt tam luctuoso puniatur exilio, cum id non fecerint, quod facere omnino nõ poterant? Vbi

etiam ponis quia & vita carebunt, quoniam non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem filij hominis. Vnde Pelagius, quod supra commemorauit, eos qui dicunt infantiam, etiam si non baptizetur, habere vitam æternam, in Ecclesiastico iudicio nisi damnasset, damnatus exisset. Qua iustitia quæso, à regno dei, aut à vita dei alienatur imago dei, in nullo transgressa legem dei? Nõne audis quemadmodum detestetur Apostolus quosdã, quos dicit alienatos à vita dei per ignorãtiam quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis eorum? Tenebitur hac sententia nõ baptizatus paruulus, an non tenebitur? Si dixeritis, non tenebitur: Euangelica veritate, lingua etiã Pelagij teste, vincemini atque puniemini. Vbi est enim vita dei, nisi in regno dei, quod nisi renati ex aqua & spiritu, intrare nõ possunt? Si autem dixeritis, tenebitur, fatemini pœnã, culpam dicite: fatemini supplicium, meritum dicite. Nihil in vestro dogmate reperitis, quod proferre possitis. Iam igitur aliquãdo si vllus est Christianus sensus in vobis, etiam in paruulis propãginem mortis & damnationis agnoscite, debita iustitia puniendam, gratis gratia dei liberandam. In quorum redemptione laudari dei misericordia potest, in quorum perditione accusari dei veritas non potest, quia vniuersã viã domini misericordia & veritas.

Diuidis, definis, differis quasi medicinaliter de genere, & specie, & modo, & excessu concupiscentiæ, huius genus esse asseris in igne vitali, speciem in motu genitali, modum in opere coniugali, excessum in intemperantia fornicandi, & tamen post istam totã quasi subtilẽ atque prolixam disputationem tuam, cũ te breuiter & aperte interrogauero, cur ignis iste vitalis bellum in homine radicaauerit, vt eo caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritui necesse sit concupiscere aduersus carnem, cur vulnere feriat mortali, qui voluerit igni cõsentire vitali: puto quod ipsum libri tui atramentum erubescendo cõuertetur in minium. Et ignis vitalis, qui nostrã animã, quæ vita est vera carnis, non solum ad arbitriũ non obsequitur, sed plerũque cõtra

eius arbitrium inordinatis & turpibus motibus excitatur: & nisi aduersus eum spiritus concupiscat, bonam vitam nostram ignis iste vitalis occidit. Post longam disputationẽ velut concludens, merito igitur, inquis, concupiscentiæ origo definitur in igne vitali, quo collecto necesse est vt ei reputetur concupiscentia carnalis, per quam cõstituta est vita carnalis. Ita hoc dicis, quasi probare possis. An vero cuiuscunque frontis sis, audeas suspicari, in prima hominum cõstitutione, priusquã culpam debita damnatio sequeretur, istam carnalem concupiscentiam aut extitisse in paradiso, aut inordinatis sicut eam nunc videmus motibus, pugnas aduersus spiritum fœdisimas edidisse? Deinde subnectis & dicis, Huius itaque appetitus non in genere suo, non in specie, nõ in modo culpa est, sed in excessu, quia gen⁹ eius & species ad conditoris operam pertinent: modus eius ad arbitrium honestatis: excessus ad vitium voluntatis. Quã concinne tibi verba inania sonauerunt, vtique homini qui nõ cogitas quid dicas. Si modus appetitus huius ad arbitrium pertinet honestatis, cuius tandem honesti arbitrium coniugati velit hunc appetitum, nisi quando opus est commoueri, & tamen quod vult non potest: Cuius honestẽ continentis arbitrium velit aliquando hunc appetitũ moueri, & tamen quod vult nõ potest? Vnde clamat homo, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Cum ergo in ipso motu pro nostrã voluntatis arbitrio non habeat vllum modum, in effectu autem nõ sit ipse moderatus, sed ei modum vigili certamine spiritus honestus imponat, quid est quod laudatis homines mali, & ad deum nõ clamat, Libera nos à malo? Quid te autem iuuat quod dicis, intercipi debilitate libidinem, quasi non morte prorsus extinguatur, quando iam homini qui ab illa fuerit superatus & subiugatus, non certamen indicitur, sed victo redditur quod debetur? Hoc est amarum, hoc est vbi non intelligis, contententis propãginem mortis, quod quãdo sani sumus, tũc est iste motus insanus. Aut in cõiugibus, inquis, cum honestate exercetur, aut in castis virtute frænatur. Itãnc vero, ita tu expertus est Ergõne à coniugibus nõ frænatur hoc malum, vel hoc tuum bonũ? Prorsus cum libitũ fuerit, sternunt se cõiuges, & inuadunt quandoocunque titillauerit, nec ad horam cubandi appetitus iste differitur, sed tunc videtur legitima corporum esse commixtio, quando istud naturale tuum bonum fuerit spõte commotum. Si talem duxisti vitam coniugalem, define te tuis experimentis in disputatione committere, & de aliis potius quemadmodum sit ducenda vel docenda, perquire. Miror tamẽ si à adulterina saltem desideria nõ frænasti, nec frænanda sensisti. Si vero etiam pudicitia cõiugalis, & propter immoderata in ipso quoque connubio volutabra libidinis, & propter damnabiles concupiscentias, ne præter coniugis naturalem vsum aliquid perpetretur, frænata hãc pestem, quid est quod dicis, in coniugibus cum honestate exercetur: quali honest⁹ sit appetit⁹ iste semper in coniuge, & nihil ei saltem secundum veniam, sicut dicit Apostolus, concedatur? Quãto melius diceret, in coniugum moderatione cum honestate exercetur? An timuisti ne illic quoque intelligatur malum, cui etiã coniuges frænũ cura moderationis imponunt? Postremo nunc saltẽ iam continetẽ viuens, agnosce in quadrigis illis Ambrosianis equum malum, & noli corde vel ore laudare, quem cogaris virtute frænare. Quartũ, inquis, à lasciuie tibus perpetratur, id est, illius voluptatis excessus: & quia de insolentia, non de natura cõtingit,

Agit, inquis, iure damnatur. De cuius quæso insolentia contingit: Lasciuie, an concupiscentiæ? Ne offendas susceptã, respondebis lasciuie. Sed omnes homines iudicant lasciuie non esse peccatum, nisi quia concupiscentiæ consentitur. Nullũmne ergo malum est, cui consentiendo peccatur? At hoc malũ inest in carne contra spiritũ concupiscentiæ: etiã si non sit in spiritu non consentiente, & contra etiam concupiscentiæ. Exclama ei go, Libera nos à malo, & noli malum falsa laudis, huic addere malo. Diserte sanẽ inter lasciuientes & continentales in medio pudicitiam constituis coniugalem, quæ illos illicita commisisse indignatur. Hos etiam licita cõtempnissẽ miratur vltimi limitis sortita regionem, vltra se proruentium execrata barbariem, supra semicantium venerat fulgorem, quæ verecundis manibus & confouet æstuantes, & laudat tali remedio non egentes. Multum delector eloquentissima veritate, sed obsecro te, nempe sicut dicis, & disertissimi me ac verissime dicis, propterea cõtinentes laudat pudicitia coniugalis, quod tali remedio nõ egeant, quo se ipsam perspicit eguisse, id est, vt secundum Apostolum, qui se nõ cõtinet nubat. Cur ergo quando ego istã concupiscentiam morbum esse dico, tu negas, qui tamen ei necessarium remedium cõfiteris? Si agnosces remediũ, agnosce morbum. Si negas morbum, nega remedium. Rogo cede aliquando etiam per os tuum tibi loquẽti veritati, Nemo prouidet remedium sanitati. Illud etiã recte dicis, examine nõ posse placere connubium, si mali comparatione laudetur. Hoc verum est. Omnino enim in genere suo nuptiæ bonũ sunt, sed ideo bonũ quia fidem tori seruant, quia prolis suscipiendæ causa sexum vtrunque commiscunt, quia impietatem separationis exhorrent. Hæc sunt bona nuptialia, quibus nuptiæ bonum sunt, quæ sapissime diximus esse potuisse etiam si nemo peccasset. Post peccatum autem accessit eis, non de felicitate, sed de necessitate certame, vt sub bono pugnent etiam ipsæ contra concupiscentiã malum, ad nihil eam sinentes illicitum peruenire, quanuis ipsa in hæc nunc remissioribus, non concitatoribus motibus instigare non cesset & eius malo bene vtetes, in propagatione filiorũ. Illud vero quis negat malum, nisi qui non audit Apostolum inonentem: Hoc autem dico secundum veniã, non secundum imperium? Quãdo coniuges non prolis suscipiendæ, sed carnalis voluptatis explendę victi cupiditate concumbunt, hoc nõ laudatur, sed ignoscitur in cõparatione peioris, interuenientibus & deprecantibus nuptiis. Post hæc autem ad exemplum Abrahæ & Saræ nescio qua ratione reuertes, de quo iam satis respõdisse me existimo. Sed nescio quid te fugerat, quod addere voluisti, cum postea venisset in mentẽ, humanum est, solet euenire. Quid ergo illud est audiamus. Dicis factum fuisse propheticum, quod nunc ostensum est in regione Africa, pulchra & sancta mulieris, quæ Ecclesiæ formam tenebat, tutũ non esse vel coniugem vel pudorem, & quia ibi diuinitus intacta seruata est. Ne in omnibus tuis verbis frustra immorer, ad eum cui scribis, te conuertis, & dicis, Orãndus est hic deus, frater beatissime Turbanti, consacerdos dilectissime, vt paribus etiam hac tempestate virtutibus Ecclesiam catholicam filij sui sponsam, matram, fecundam, castam, decoram, à Manichæorum cõstitutione in Africa vel ex Africa Iatrocinantium erueret non moreretur. Hæc nostra potius oratio est aduersus Manichæos, & Donatistas, & alios hæreticos, vel quoslibet Christiani & catholici nominis

inimicos in Africa cõstitutos: contra vos autem, quia D nobis estis pestilentia transmarina, Christo saluatore vincenda. Ideoẽ latrocina mur ex Africa, quia vnum martyrem hinc opponim⁹ Cyprianum, per quem probemus antiquã non defendere fidem, contra vestri erroris vanam profanamque nouitatem: Oñefas. Defuerunt Ecclesię dei quæ in Africa constituta est, defuerunt orationes tuæ, quando ista quæ oppugnas, Cyprianus beatissimus prædicabat: Quando ille dicebat, multo magis à baptisate prohiberi non debet infans, quĩ recens natus nihil peccauit, nisi quod secũdum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, vt ei remittatur nõ propria, sed aliena peccata: quando hæc Cyprianus didicerat & docebat, defuit auxilium precum tuarum, quo Sara in regione Africa seruaretur intacta, & à Manichæorũ cõstitutione, qui secundum intellectum tuum, antequam Manichæi nomen Romanis sonuisset in terris, etiam ipsum deceperat Cyprianum, liberaretur Ecclesiæ pulchritudo: Vide quæ monstruosa & furiosa dicas contra antiquissimam catholicam fidem, non habendo quid dicas. Sed quãtumlibet tergiuereris ð heresis Pelagiana, quæ contra muros antiquissimæ veritatis, nouas construis machinas, nouas moliris insidias: Pœnus disputator quod me cõtumeliose tuus defensor appellat, Pœnus, inquam, disputator non ego sed Cyprianus Pœnus te hoc vulnere Pœnus immolat, & pœnã scelerato ex dogmate sumit. Quid si tot Episcopos ex Africa nominallem, quot ex aliis orbis partibus nominauit, aut quid si in eis ipsis plures Afri essent? Vn⁹ hinc est, ceteri aliunde, quorum ab Oriente & Occidente confessione confoderis, & tamen tanta obstinatione cæcãris, vt nõ videas, te potius velle corrumpere antiquum Ecclesiæ decorem, id est, antiquam fidem, tanquam Saræ aniculę pulcherrimę castitatem. Si epim per sanctos antistites dei, memorabilesq; doctores, Irenæũ, Cyprianum, Reticiũ, Olympium, Hilarium, Ambrosiũ, Gregorium, Basilium, Ioannem, Innocentium, & Hieronymum constuprauerunt Ecclesiam Manichæi, dic mihi Iuliane quæ te peperit? Vtrum te casta, an verò meretrix in lucẽ, quam deseruisti, per vterũ gratiæ spiritalis enixa est, an vt dogmata Pelagiana defendas, cõiugis Christi & matris tuæ viscera, in sinu nefario non erroris sed furoris infamas: Vsq; eade enim contra vetustam pulchritudinem Saræ non inuenit quid nouitia deformitas mentiatur, vt tot Episcoporũ gloriosorũ, catholicorum in tãta suarum sententiarum manifestatione cõsensum, in quibus sunt qui Manichæi nec nomen audierũt, Manichæorum blasphemia criminetur. Sed ab hoc digressu, quod te impetus, non vt dicis doloris, sed perditu pudoris abstulerat, ad ea quæ institueras desirare, reuertes, & adhibito ex Apostolo testimonio illud quod de Abrahæ & Saræ emortuis membris dixerat, confirmare conaris. Vnde iam superius quãtum satis visum est, me differuisse succerit. Quis autem Christianus ignorat, quod ille qui primum hominẽ expuluerit, omnes fabricetur ex semine? Sed ex semine iã vitiatu atq; damnato, qd partim per veritatẽ remaneat in supplicio, partim per misericordiam liberetur à malo. Non igitur vt putas atq; concludis, vllis laqueis tuis peccati naturalis suffocatur assertio. Deprauatã quippe primi transgressoris voluntate naturã, nõ tua defensio verbis inanibus purgat per nouitium dogma vestrum, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quamobrẽ nec puto, sicut calumniaris, quod cõiug-

Cap. XII.

Timoth. 2.

Ephes. 4.

1 Tim. 3.

Psal. 24. Cap. XIII.

1 Corin. 7.

Lulianus.

Roma. 4.

Ca. XIII.

G ges sine corporum calore generaverint, nec puto quod hominē deus nō fecerit, aut diabolo fecerit, aut diabolus fecerit, quia nec ipsi parētes possunt hominē facere, sed ex parētibz deus. Cuius potestati nec seipsum diabolus subtrahit, quanto minus naturā humanā, quam sibi per peccati meritum illo damnante subiecit? Quae cū ita sint, tu potius etiā non cultor, quod esse dicis me, tamē quātūmlibet eum accusare videaris, diaboli adiutor esse conuinceris, quōd omnes paruulos ab eo malo, per quod tenentur ā diabolo, sanari per Christum non debere contendis, cū doctrina non sana sanos esse defendis. Ego autem secundū sanam fidem, ex eadem concupiscentiā voluptate cōcretum etiā Isaac dico, ex qua & homines ceteri, vno solo excepto ab hoc malo, per quem liberamur ā malo: peccatorum quoq; genitalibz manum diuinę prouidentiae interesse non nego. Attingit enim ā fine vsq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & nihil inquinatum in eam incurrit. Et ideo etiam de immundis & contaminatis, quae voluerit operatur, munda tamen ipsa & incontaminata persistens. Nec opus est, vt anfractibus lōgis ea quę cōcedo, mihi probare coneris, sed ad hoc responde si potes, cur ipse Isaac nisi baptismatis Christi signo circūcisus die octauo fuisset, perisset anima eius de populo suo? Explica si potes, tāta pōna quo merito plecteretur, nisi ab hac illo sacramento liberaretur? Emortuam vuluam Sarae ad emissionē seminis, & emortuum corpus Abrahā ad generandum sicut iuuenes generāt, deū viuificasse negari nō potest, vt proles de illa parētum nasceretur atate. Sed Isaac quātūmlibet ad propria peccata, etiam si ex adulteris nasceretur, innocens natos quid meruerat, vt anima eius de populo suo periret, nisi circūcisio subueniret? Noli euagari per multa obscura, perplexa, superflua: ad hoc vnum apertum, simplex, necessariumq; respōde. Interponis Apostoli testimonium, nō ad quod ab ipso positum est, sed ad quod ipse arbitraris. Vnde nūc quoniam non inde agimus, & longum & superuacaneū est disputare, tamen interponis vbi ait, Et quomodo iudicabit deus mundum? Si enim veritas dei in meo mēdacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? Ac deinde subiungis, per hanc sua verba Apostolum ostēdere, amisisse deū auctoritatem iudicandi, si modum non tenuit imperandi. Si ergo sicut putas, ad hoc ista dixit Apostolus, vt sese cohiberent qui asserebant laudi dei proficere peccata mortalium, eumq; ideo impossibilia praecepisse, vt miserendi sibi materiam praepraret, & per hanc Apostolicā sententiā, sicut existimas, demonstratur propterea recte iudicari homines, quia praecepta possibilia non fecerūt: iniuste autem iudicantur, si ea non fecissent, quae impossibilia iuberētur: quid de Isaac dicitur es, cui quicquam nec possibile nec impossibile est imperatū, & tamē perditionis animae suę pōna feriretur, si octauo die non circūcideretur? An vero nec sic tandem respicis illud praeceptū in paradiso datū possibile ac facile fuisse praeceptum, quo contempto atq; violato omnes ex vno homine, tāquam in massa originis commune illud habere peccatū, & hinc esse ingū graue super filios Adam ā die exitus de ventre matris eorū, vsq; in diem sepulturae in matrem omnium? Et quoniam ex ista in Adam generatione dānata nemo liberatur, nisi regeneretur in Christo, propterea signum eiusdem regenerationis Isaac nisi accepisset, perisset: nec immerito perisset, quia ex hac vita, quō per generationem damnatam damnatus intrauerat, sine signo regenerationis exisset. Aut si

non est ista causa, dic alteram. Bonus est deus, iustus est deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est: nō potest quenquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. Nullum meritum malum octo dierum infans de propriis peccatis habebat, quare dānaretur, nisi circūcideretur, si ex origine non trahebat. Perge ad cetera, & vanis vaniora contexe, non scripturarum sanctorum eloquia, quae commemoras, dico, sed ex his quae conficere niteris. Quandoquidem dicis, ex hoc intelligi debere perfectā ignorantiam, iustitiā nominari, quia dixit deus ad Abimelech, qui cum Sara erat cōcubitor ignorās quōd vxor esset aliena, Et ego sciebam quia in corde mūdo fecisti hoc. & ideo nācētium statum, generantium voluptate nō laedi. Quia et si mala esset, inquis, tamen ad illorum nullo genere scientiā perueniret. Cur ergo eos nō nominas iustos, si perfecta ignorantia iustitiā nomine nuncupanda est? Nihil est nanq; perfectius ignorantia paruulorum, nihil ergo vocetur & iustius. Vbi est quod superius asserendū putasti, nec iustos nasci paruulos, nec iniustos, quod futuri sunt actibus suis, sed tātummodo infantiam innocentiae dote locupletem? An non verba tua sunt vbi dicitis, Homo igitur innocentia quidem plenus, sed virtutis capax nascitur, aut laudem, aut reprehensionem ex proposito accedente meritorum? Nunquid virtutem dicitur es non esse iustitiam? Quomodo igitur infans nondū plenus est virtute, sed capax, cū plenus sit ignorantia, quam dicis esse iustitiam, nisi virtutem neges esse iustitiam? Itāc nōdum euigilabis hac absurditate percussus, & te hoc dixisse poenitebit? Nā domini verba vigilant, sed tu dormis. Neq; enim ait regi, Sciebam quia cor habes iustum: aut, quia cor habes mundū: cum scriptum sit, Beati qui mūdo sunt corde, quoniam ipsi deū videbunt: tu autem istum Abimelech ad peccatoris proponis exemplum. Sed sciebam, inquit deus, quia in corde mūdo fecisti hoc. Non omnia vel quaecunq; alia, sed hoc, in quo adulterij conscientiam non habebat. Miror tamen quōd isto exemplo ā te commemorato, quod non potes, conaris efficere, & non ibi vides quod non vis audire. Conaris enim vt credatur oranti Abraham, libido reddita esse mulieribus, quia scriptum est, Concluserat deus ā foris omnem vuluam in domo Abimelech, propter Sarā vxorem Abrahā. Hanc enim conclusionem sic vis intelligi, tanquam libido fuerit illis fēminis deo indignante detracta, cum magis indicetur his verbis, aliqua valetudine vulua cōclusa, vt aut in prāgnāda concumbere fēmina, aut parere imprāgnata non posset: & nō attendisti homo, qui non vis iudicio diuino quenquam non alienis sed suis plecti posse peccatis, quomodo fieri potuerit vt Abimelech peccaret, quāuis nec ipse adulterino corde peccauerit, & deus quantulumcunq; peccatū eius in mulieribus ad eum pertinentibus vindicaret. Vides contagionem transire peccati de viro in fēminas, quibus miscbatur, vel quibus dominabatur, & in prolem de parentibus nō vis, ex quorū seminibus propagatur? Considera igitur, quā sit inscrutabilis altitudo iudiciorum sapientiae & scientiae dei, & garrire desine cōtra originalis secreta peccati. Deinde incipis disputare de excessu concupiscentiae, quem reprehensibilem dicis, quasi in eius moderatione cum ea bene vtitur coniugatus, equus ipse qui malus est, & nō potius sit eius auriga laudandus. Quid ergo te adiuuant testimonia de scripturis, quibus ostenditur, quemadmodum deus vel prohibeat libidinis vel dānet excessum? Illud potius intueri, quicquid

A quicquid in quorumlibet flagitiorum turpitudine, quae genitalibus membris perpetratur, horremus concupiscentiam carnis, nisi teneatur efficere ipsis motibus suis quos in corporibus etiā castorum vsq; ad ingemiscendum effectū perducit in somnis. Sic autē dicis, qua ratione quaereret iustos in Sodomis deus, si illos tales natura faciebat: tanquā nos dicamus mentis excellentiore natura concupiscentiam carnis nō posse frānari. Sed dicimus, vsque adeo malum est, vt repugnās expugnādo vincatur, donec sicut vulnus in corpore, ita perfecta curatione sanetur. Si autem putas Apostolum ex hoc laudasse libidinem, quia vsum fēminae dixit esse naturalem, vbi ait, quosdam relicto naturali vsu fēminae, exarsisse in appetitum suum in inuicem, omnem profecto vsum fēminae laudare compelleris, ac per hoc & ea quae cum fēminis committuntur supra laudabis, quia & illic vsus utique naturalis est, quāuis damnandus, quia legitimus non est. Vnde & filij non legitimi, sed naturales vocantur, qui inde nascuntur. Non utiq; concupiscentiam carnis, illo verbo laudauit Apostolus, sed naturalem appellauit vsu, vnde natura humana potest nascēdo subsistere. Dicis etiam Sodomitas & in panis & vini peccasse creatura: atq; ita vis intelligamus libidinem bonā, sed homines qui ea male vtūtur, esse culpabiles, sicut bona est natura panis & vini, quāuis ea male vtendo peccetur. Ita enim nō intelligis quid loquaris, vt nō videas creaturam panis & vini, nō concupiscere aduersus spiritū, sed ipsam potius inhoneste ā male vtētibus concupisci, & eam forinsecus in nostrum corpus intrare. Quia ideo parcius & restrictius est vtendum, ne ipsa quoq; concupiscentia, quod malum intus ac nostrū est, mētem corruptibili corpore ex abundantiore materia, multo magis aggrauante, aduersus nos vehementius & inuictius cōcitetur. Hoc igitur malo, quod indicat malum esse siue qui aduersus illud dimicat, siue quem subingat, & parēs bene vtitur, cum pudice filium gignit: & deus, cum prouide hominē condit. Nunc ergo considera, rogo te, Nunc, in quā, vt te salubriter veritas vincat, depolita vincendi cupiditate, considera vtrum nostrae, an tuae sententię debeas acquiescere. Bene q; breuiter admonere te dicis, vt lectoris peccatori habeat, quod toto libro abs te gestum est. Et quę sit ipsa breuis admonitio, subinferens, Concupiscentiae naturalis qui modū tenet, inquis, bono bene vtitur: qui modū non tenet, bono male vtitur: qui autē etiam ipsum modū sanctae virginitatis amore contempserit, bono melius nō vtitur. Confidentia quippe suae salutis, inquis, & roboris contēpit remedia, vt gloriosa posset exercere certamina. Ego vero sic ad tua ista respondeo, Concupiscentiae carnalis qui modū tenet, malo bene vtitur: qui modū nō tenet, malo male vtitur: qui autem etiam ipsum modum sanctae virginitatis amore cōtempserit, malo melius nō vtit. Confidentia quippe diuinę opitulationis & muneris cōtēpit infima remedia, vt gloriosiora posset exercere certamina. In hac cōtrouerfia de bene vtendo isto vtrū bono an malo, tota inter nos causa versatur. In qua vellem quidem egregios iudices nō repudiare, quos tibi meis superioribus libris sana doctrina eruditos, sine vllō studio partū, de hac causa sententias protulisse monstraui. Sed quoniam si te non correxeris, ipsorum quoque accusatorem, vel vt mitius dixerim, reprehensionem sine dubio praeprabis, te potius vtar iudice pro mea sententia contra tuam, non alicubi alibi sed in eodem libro tuo, nec eius alio sed eoispo loco. Dixisti enim sanctam virginitatem confidentia suae salutis & Tomus septimus.

roboris contempserit remedia, vt gloriosa posset exercere certamina. Quero quę remedia contempserit: Respondebis, nuptias. Quero, ista remedia contra quem morbum sunt necessaria? Remedium quippe ā medēdo, id est, ā medicando nomē accepit. Simul itaq; videmus ambo remedium nuptiarū. Cur laudas tu libidinis morbum, quo perueniri cernis ad mortem, si ei non resistat aut continentia retinaculum, aut cōiugale remedium? Iam hoc & superius egi tecum, vbi disertissime pudicitiam coniugale inter lasciuientes & continentēs ita posuisti, quae verecundis manibus & confouet astuantes, & laudat tali remedio non egētes. Eadem itaq; repeto, iterū audi, quod illic tibi breuiter dilucideq; respondi. Quando ego istam concupiscentiam morbum esse dico, quare tu negas, qui tamē ei necessarium remediū confiteris? Si agnoscis remedium, agnosce morbum. Si negas morbum, nega remedium. Rogo cede aliquādo etiam per os tuum tibi loquēti veritati, nemo prouidet remedium sanitati. Quae sunt autem sanctorum virginū, sicut appellas, gloriosa certamina, nisi quia nō vincuntur ā malo, sed vincunt in bono malo? Quae non gloriosa ego, sed gloriosiora dicere malui. Habet enim E palmam de huius mali subiectione, quāuis minorē, pudicitia etiam cōiugalis. Belligerat enim etiā ipsa cōtra carnalem concupiscentiā, ne limites tori nuptialis excedat. Sed belligerat, ne definitum ex cōsensu coniugum orandi tempus irrumpat. Et si tantas vires habet ista pudicitia coniugalis, tantūque dei donum est, vt faciat quod praescribunt tabulae matrimoniales, in ipso quoque toro coniugali conflictu fortiori belligerat, ne vltra quā generandis filiis satis est, etiam ipsum coniugis corpus attrahat. Talis pudicitia nec menstruat, nec grauidis vitur fēminis, nec eius etatis, qua certum est eas iam concipere nō valere. Nec eam prorsus concumbendi vincit affectus, sed tunc relaxatur, cum speratur regenerationis effectus. Si quid vero sit in coniuge, non quidem contra naturam, sed tamen quod tabularum matrimonialium limitem transeat, veniale apud Apostolum reperitur, quia nequaquam limes coniugalis carnis exceditur, sed tamen vt etiam ipse nō excedatur, contra malū concupiscentiae dimicatur. Quod vsque adeo malum est, vt ei ne noceat, pudicitia certamine resistatur: & tu, nisi fallor, in isto es certamine cōstitutus. Et quia te fideliter pugnare existimas, vinci times. A quo quāso te vinci times? A bono, an malo? An forte ā me vinci times, vt adhuc malum neges, & tanquam bonum laudes, ā quo vinci times? Inter duos aduersarios constitutus in magnas coartaris angustias, & me vis vincere per eloquentiam, & libidinem per continentiam: sed pugnando aduersus eam confiteris malum, laudādo eam deseris veritatis bonum. Sed ego te vinco & expugnatorem & laudatorem mali, constituens te ante iudicem non alium, sed teipsum. Vis enim vincere concupiscentiam expugnatione eius, me vero laude eius. Sed ego respōdeo, vt vincatur qui laudat, iudicet qui pugnat. Si enim malum est, cur laudat? Si bonū est, cur expugnat? Si autem nec bonum nec malum est, vt quid laudat? vt quid expugnat? Quando igitur expugnat libidinis eris, tandiu pro me contra teipsum iudex eris. An forte aduersus libidinem non certabis, ne in isto quod mecum habes certamine supereris, dicēs tibi ipsi, Melius non pugno, quā ostendo pugnādo malū esse quod laudo. Noli obsecro te. Quid enim sum ego, quē pro magno desideras vincere? Vincat te potius veritas, vt tu libidinem vineas. Nam si aduersus eā pugna-

Gre desiteris, vinceris, & ad immunda omnia pertrahe-
ris. Quod cum sit horredum malum, nec ad hoc quod
desideras tibi proderit hoc etiam. sic enim vinceris a
me, imò ab ipsa, quã prædico, veritate. Sed concupiscen-
tiæ debellator etiã tuo iudicio vinceris, cum id malum
laudas, de cuius debellatione gloriaris. Si autẽ ne cer-
tamine dimicantis vincatur lingua laudantis, pugnare
iam desinis, captivum concupiscentiã, desertorem cõ-
tinentiã vincam, non iam suo, sed iudicio sapientiã.
causa itaque nostra finita est. Quantumlibet enim lau-
des ita concupiscentiam carnis, quandiu pugnans aduersus
eam, cernis quã verum de illa, nec nisi de illa dixerit
Apostolus Ioannes, quod non est a patre. Nam si vt di-
cis, qui modum eius non tenet, bono male vitur, etiam
in male vitentibus bonum est ipsa. Quã igitur est illa,
quã non est a patre? An etiam ipsam quomodolibet in-
telligas, laudare dispones: Porro si malum est ipsa, vbi
erit quando erit, quandoquidem ista etiam si male quis
vitatur, bonum erit: Nec ipsa, vt dicis, sed ille erit malus
qui bono vitur male, ac per hoc frustra dixit Ioannes
concupiscentiam carnis nõ esse a patre. Hanc enim tu
H bonam, & ob hoc a patre esse contendis etiam cum ea
quisque male vitur, quia bono male vitur. Nec dicere
poteris, quando moderata est, a patre est: quãdo immo-
derata est, non est a patre, quia & tunc, vt dicis bonum
est, quo male vitur malus. Sed ab his angustiis liberaberis,
si credideris non lingue tuã, sed pugne tuã. Continen-
tia est enim a patre, qua non expugnaretur concupi-
scentia, nisi non esset a patre. Hęc ipsa ergo contra quã
si continenter viuis, acriter pugnans, nõ est a patre. Non
enim contra eam pugnans, nisi repugnaret. Nec vero
repugnaret tibi agẽti, quod donatur & amatur a patre,
si esset a patre. Ex ista & cum ista nascitur homo, bonũ
dei opus, non sine malo, quod trahit origo generatio-
nis, & sanat gratia regenerationis. Ac per hoc recte a
me dictũ est, ita nuptiarũ bonum malo originali, quod
inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum
& fornicationum malum, bono naturali, quod inde na-
scitur, non potest excusari. Bonum enim naturale dixi,
quod mecum ipse collaudas: malum autem originale
dixi, cuius motibus mecum repugnans, & cuius contra
me laudibus pugnans. Hoc non est malum, quod natus
es, sed cum quo natus es, & contra quod spiritualiter di-
micas, quia renatus es. Quod natus es, pertinet ad dei
conditionem, parentum fecunditatem: cõtra quod au-
tem dimicas, quia renatus es, pertinet ad præuaricati-
onem, quam diaboli astutia seminavit, vnde de Christi
gratia liberauit, vt prius hoc malo bene vtereris in con-
iuge, nunc illi aduerseris in te, nõ iam reus ex illo, sicut
eras natus, sed ab eodem reatu non erutus, nisi quia re-
natus, vt possis redemptus regnare cum Christo, si ta-
men ista hæresis non te faciat perire cum diabolo. Sed
quod potius cupimus, confitearis malum: contra quod
bellum geris, vt eo nõ ita separato, quasi alia natura sit,
sed in te omni ex parte sanato, in perpetua pace leteris.
Nõ igitur sum pharmacopola similis vt dicis, qui pro-
mittebat bestiam quã seipsam comesset, sed observa ne
bestialis iste morus, contra quem videris in tua carne
confingere, sicut te pervertit laudatus, sic te consumat
postea relaxatus. Nõ enim vt calumniaris, ego dixi nu-
ptias & magnum bonum, & magnum malum, rãquam
eo modo scriptam comedat ista sententia, sed dixi in
vno homine naturã bonam, vitium malum, quod esse
iupse certe in adulteris confiteris, nec propter eorum
vitium improbens naturam, nec propter eorum natu-

ram approbens vitium. Bonũ dixi nuptias, ex quibus es K
natus, malum autẽ nõ de nuptiis, sed de vitiosa origine
attractũ, cõtra quod geris bellum renatus. Ridiculum
est autem, quod me dicis Epicuri vias gradientem, ha-
benas omnes, quibus cupiditates frãnantur, incidere.
Quid si ego laudarem corporis voluptatem? hoc enim
tu satis eloquẽter facis, quod inerudite atque impolite
faciebat Epicurus, quasi propterea sis eius aduersarius,
quia diserte dicere non nouerat ille, quã dicis. Rursus
vt sentio laboraturus es, quomodo te ostẽdas & lauda-
torem voluptatis esse, & Epicureum non esse. Sed noli
laborare, ego te ista cura liberabo. Non es Epicureus,
quia ille totum hominis bonum in corporis posuit volu-
ptate, tu autem magnam partem humani boni pone-
re in virtute conaris, quam veram, id est, verã pietatis
ignoras. Dixit enim homini deus, Ecce pietas est sapiẽ-
tia. Et hæc vnde homini, nisi ille der, de quo scriptum
est, Dominus sapientes facit cæcos: & de quo item legi-
tur, Si quis indiget sapiẽtia, postulet a deo. Verum si tu
non es Epicureus, qui ex illo aliquam partem in volu-
ptatis laude sumpsisti, quanto minus ego, qui de volu-
ptate carnis hoc sentio, quod sentit Ambrosius, inimi-
cam scilicet esse iustitiã, & quod homo concupiscentiã
voluptate concretus, priusquam nascitur, subeat conta-
gia delictorum. Quod autem ad mores pertinet nos-
tros, quemadmodum viuamus, in promptu est eis
cum quibus viuimus. Nunc de catholico agitur do-
gmate ac fide, perfidia non sit desertoris in te. Nam tua
me non terret velut lingua celsoris. Fateor me docere
homines, quod in apostolicis literis didici, quia si dixi-
rimus quod peccatum non habemus, nos ipsos decipi-
mus, & veritas in nobis nõ est. Fateor me in populo, &
cum populo dei peccus tundere, & veraciter dicere, Di-
mitte nobis debita nostra. Nec insultetis hinc nobis.
Inde quippe vestri hæretici, quia hæc displicent vobis.
Nos in dei vera misericordia, vos in vestra falsa virtu-
te confiditis. Vos gratiam dei secundum merita vestra
dari dicitis, quod tamen nisi damnasset Pelagius, a ca-
tholicis Episcopis danaretur. Nos vero eam gratis da-
ri, & propterea gratiam nuncupari, & ex illa esse omnia
sanctorum merita confitemur, dicente Apostolo, Gra-
tia dei sum, id quod sum. Ideo nos irridetis, & præ vo-
bis alta ceruice contemnitis. Facti enim sumus oppro-
brium iis qui abundant, & despectio superbis. Cõsili-
um quippe in opus cõfudistis, cum dominus spes eius est. In
hac tamen re vnde nunc agimus, non video cur dicas
me habenas omnes quibus cupiditates frãnantur inci-
dere, qui omni virtute secundum gratiam dei, quã da-
tur hominibus, omnes cupiditates frãnãdas esse decer-
no. Sed abs te quærõ vtrum bonã an malã sint ista cu-
piditates, quas esse frãnãdas prædicas, & velut a me re-
laxentur, accusas? Puto enim nõ eas equorum vel quo-
rumcunque animalium præter nos esse, sed nostras. In
nobis sunt ergo malã cupiditates, quas bene viuendo
frãnantur. Habenas igitur quibus non bonẽ, sed malã
frãnãtur cupiditates, me prædicere criminari. Harum
est vna concupiscentia carnis, ex qua & cum qua nasci-
tur, & propter quã renascuntur infantes. Eo malõ cõiuges
castos dico bene vti, adulteros male: tu contra eo bono
adulteros dicis vti male, castos cõiuges bene: cõtinetiã
melius eo nõ vti ambo dicimus, sed ego eo malo, tu eo
bono. Ac per hoc, quãuis deo nostra cõficiãtia, cõuer-
satio vero etiã hominibus inter quos viuim, nota sit, ta-
men ambo cõtinentiã profitemur. Et si quã profitemur
agimus, istam concupiscentiã profecto ambo frãnamus
aduersus

A aduersus eius repugnantes motus ambo bellamus, am-
bo eam si proficimus debellamus. Verum hoc interest,
quod ego dico me malum frãnare, tu autem te bonum.
Ego dico mihi malum repugnare, tu tibi bonum. Ego
bello aduersus malum, tu aduersus bonum. Ego cupio
malum debellare, tu bonum. Vnde putari potest, quod
istam concupiscentiam magis incitare laudando, quã
frãnare studeas continendo. Gloriosa te per continen-
tiam profiteris exercere certamina. Contra quid rogo?
Quid dicitur es, nisi contra carnis concupiscentiam?
Sed vtrum amicam, an aduersariam? Nunquid nisi ad-
uersariam respondebis? Caro enim concupiscit aduer-
sus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. Hęc enim inui-
cem aduersantur, sicut Apostolus testis est. Fortassis ergo
eã laudare te fingis, si pugnare nõ fingis. Nam quo-
modo fideliter simul agas duo ista, nõ video, vt & lau-
des velut amicam, & expugnes velut inimicam. Vnum
eorum credimus, sed elige quid credamus. Si ex animo
pugnans, non ex animo laudas. Si autem simpliciter agis
in præconio, colludis in prælio. Ego sanẽ quia inimicus
tibi nõ sum, sicut inimicus tibi est illud quod habitat
in carne tua malum, quantumvis potissimũ cupiam vt hoc
malum & doctrinã sanitate vituperes, & vitã sanctita-
te debelles, tamen ex his duobus, quorum putari potes
vnum ex animo facere, alterum fingere, malim te fal-
laciã laudare concupiscentiam, quã fallaciã impu-
gnare. Tolerabilius enim lingua tua, quã vita vitu-
tibus: tolerabilius sententia, quã continentia simula-
tur. Fingis quippe laudem, quã sis aduersarius senten-
tiã meã, si non fingis castitatem, quã es aduersarius
concupiscentiã tuã. Ita fiet, vt nec contra me diutius
proferas fallaciã verbum, si veraciter geris contra li-
bidinẽ bellum. Sed siue vnum horum fingas, siue vtrũ-
que, quod nescio quemadmodum possis ex animo fa-
cere, id est, sine vlla simulatione, & pugnes cõtra quod
laudas, & laudes cõtra quod pugnans, ego tamẽ id quod
est mitius de te credẽs, velut cum debellatore libidinis
ago, & nuptias non dico malas, sed bene vti malo, quas
tu dicis bene vti bono, bonam esse dicens concupiscen-
tiam carnis, quam tamen in te debellando malum esse
cõiuncis. Quomodo autem cum illa etiam, qui ea bene
vituntur, belligerant coniugati, iam superius disputavi.
Quã cum ita sint, & coniugium bonum in quantum
coniugium est, & homo siue de cõiugio, siue adulterio
nascatur, in quantum homo est, bonum est: quia in qua-
tum homo est, opus dei est, & tamen quia cum illo & ex
illo malo generatur, quo bene pudicitia cõiugalis vitur,
necessarium illi est, vt ab eius mali nexu regenera-
tione soluatur. Quid ergo ex me quæris, vbi sit origi-
nale malum, cum in teipso verius tibi loquatur libido,
contra quam pugnans, quã tu ipse, quãdo eã laudas?
Quid quæris, vnde sit homo sub diabolo quem deus fe-
cit? Vnde enim est in morte, quam deus nõ fecit? Quid
ibi cognoscit, inquis, diabolus suum, si nec quod fa-
ctum, nec vnde factum est, ipse cõdidit? Planẽ quod fa-
ctum est, homo est: vnde factum est, semen est homi-
nis, vtrumque bonum est, nihil horum diabolus cõdidit,
sed vitium seminis ipse seminavit. Non ibi cognos-
cit suum bonum, quia non est eius, quod ambo lauda-
mus, sed cognoscit suum malum, cõtra quod ambo pu-
gnamus. Nec recte laudatur ab altero nostrum, contra
quod ab vtroque pugnat. Vide sanẽ quemadmodum
quæras a me inter tot bona, vnde sit in paruulis malũ,
& taceas quod ego posui in eodem libro, cui respõdes
& inter ipsa verba, quibus nũc respõdes, quod ait Apo-
Tomus septimus.

stolus, Per vnum hominem peccatum intravit in mun-
dum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines
pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hoc enim non
vis vt audiant vel legant homines isto loco, vbi maxi-
me opus erat, ne agnoscant fidem suam, & contemnunt
argumentationem tuam. Definisse me dicis homi-
nẽ, si de fornicatione nascatur, reum non esse: si de con-
iugio, innocentẽ non esse. Hęc vero nimia est & aper-
ta calumnia. Imò definiui hominem vnde cõque nascatur,
secũdum catholicam fidem, quam patres cõtra vos
antequam nasceremini, euidentissimẽ defenderunt, &
innocentem esse paruulum per proprium, & reum per
originale peccatum. Naturã autem substantiam, cuius
author est deus, etiã in grandibus esse peccatoribus bo-
nam, qui vtique propter peccata etiam sua propria ma-
li sunt, quã illi malo cum quo nati sunt addiderũt. Cur
autem timerem ne mihi obiiceretur vt dicis, quia pec-
cata omnium parẽtum, omnibus filiis imputarem, cum
etiam si hoc verum sit, non quantum attinet ad vinen-
tes iam suã voluntatis arbitrio, sed quantum attinet ad
nascentes, nullo modo naturã substantiam malum esset,
cuius author est deus, sed ea quã insunt ei vitia, contra
quã tu quoque, vt verbis tuis vtar, exerces gloriosa cer-
tamina? Sicut autem quemadmodũ dicis, quãdo adul-
teri gignunt, nascitur homo de virtute seminũ, non de
turpitudine flagitiorum: ita quando coniuges gignũt,
nascitur homo de virtute seminum, non de honestate
nuptiarum. Aut si hic de vtroque, & ibi de vtroque: fructus
autẽ nuptiarum est, quantum ad ipsas prorsus attinet nu-
ptias, nõ hominũ generatio, qui possunt etiam de adul-
teris nasci, sed ordinata susceptio filiorũ. Cur ergo sen-
tentiã meã pars falsissima est, quã dixi, nuptiarum bo-
num malo originali, quod inde trahitur, non potest ac-
cusari, cum eo malo, contra quod pugnans, & quo bene
vsi fuerint cõiugati vt nascereris, & hoc inde abs te tra-
ctum reum tenet nisi renasceres? Itaque nec accu-
sandi sunt coniuges, qui bene vituntur malo, & regene-
randi sunt filij vt liberẽtur a malo. Si enim nuptiarum
bonum nõ esset nisi bonus vsus boni, tunc mirandum
esset quomodo inde traheretur malũ: cum vero sit bo-
num nuptiarum bonus vsus mali, quid mirum si de ip-
so malo, quo bene vitur bonitas nuptiarũ, trahitur ma-
lũ quod est originale peccatũ? Illud mirabile est, quod
cum essent Apostoli boni odor Christi, traheretur in-
de bonum, traheretur & malum. Aliis enim erant odor F
vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortẽ, cũ odor ille
non esset vsus mali, sed boni. Ideo quippe bonus odor
erãt Christi, quia bene vtebãtur gratia Christi. Falsum
est igitur quod dixisti, si malum inde trahitur, accusari
potest, excusari nõ potest: quia trahitur inde originale
malum, cũ trahatur inde etiam bonum, ordinata scilicet
propagatio filiorum. Nec malũ illud inde ideo tra-
hitur, quia bona sunt nuptiã, sed quia in bonis earũ est
etiam vsus mali. Nõ enim copula nuptialis, sicut putas,
propter carnis concupiscentiam, sed propter bonum,
quod de isto malo fit, instituta est. Quod quidem bonũ
sine isto malo fieret, si nemo peccasset. Nunc ergo sine
isto malo esse non potest, sed nõ ideo malum est: sicut
ecõtrario nullum malum sine aliquo bono esse potest,
nec ideo bonum est. Opus enim dei bonũ est in natura,
sine quo tamẽ esse nõ potest voluntas mala. Ac per hoc,
sicut adulterium non potest esse sine bono natura, nec
ideo bonũ est: ita connubiũ non potest esse sine malo
concupiscentiã, nec ideo malum est. Quapropter etiam
si tibi concedatur, omne causam mali esse expertẽ bo-
E iij

Ca. XXIII. G ni, nihil hinc refertur ad nuptias, quæ non sunt causa mali. Neque enim concupiscentia malum, nuptia fecerunt, sed quo bene uterentur paratum inuenerunt. Non euadit, inquis, res illa supplicium, cuius participatione etiam alia trahunt reatum. Hoc si de concupiscentia carnis sentis, non absurde sentis. Hoc enim malo bene utuntur fideles coniugati, & ex hoc qui generantur reatum trahunt, ideoque & ipsi regenerandi sunt. Id autem malum non euadit supplicium, hoc est enim eius supplicium ut eo generati si regenerati non fuerint, puniantur: in regeneratis autem, cum ex omni parte sanati fuerint, consumatur. Si trahitur, inquis, & de nuptiis originale malum, causa mali est conuentio nuptiarum. Quid si alius dicat si trahitur de natura voluntas mala, causa mali est constitutio naturarum, nonne falsissimum est? Sic ergo & quod ipse dixisti, quauis originale malum non de nuptiis trahatur, sed de carnali concupiscentia, contra quod malum & ipse confisus, quo malo coniugati bene utuntur, si sola coniuges propagationis gratia miscantur, & si peccatum non precessisset, quod in omnes homines pertransiit, nec fuisset profectio malum quo bene uteretur, & tamen ut procrearent filios, misceretur. De arboribus autem bona & mala, quantum erraueris, puto me satis demonstrasse in primo huius operis libro. Et cum eosdem nodos repetis, qui iam soluti sunt, non est in superfluis immorandum. Queris per quid peccatum inueniatur in paruulis, & enumeras multa bona tacens de malo contra quod pugnas, sed cum taces clamas. Parentes, inquis, qui conuentu suo causam fecere peccato, iure damnabiles, quorum labore actum est, ut ad dominatum exercendum in homines diabolus perueniret. Potes hoc & ipsi deo dicere, non dico, quia creat homines trahentes originale peccatum, quia id tu negas, sed quia nutrit & vestit innumerabiles impios, etiam quos nouit in ipsa impietate macturos. Quod profectio si non fecisset, seruos homines diabolus non haberet. Sed forsitan dicas, Deus in eis pascendis non attendit nisi bonum, cuius ipse auctor est, quo homines sunt. *Obuiatis.* Sic ergo & parentes in filiis gignendis non attendunt nisi bonum, quod homines sunt, maxime nescientes quales futuri sunt. Nempe quod etiam tu confiteris, peccatum nullum esset, si nulla praecessisset voluntas mala, quia & originale peccatum, quod nos dicimus, vos negatis, nullum esset utique nisi natura ex primi hominis mala voluntate vitiosa. Sed nulla esset etiam voluntas mala, si nulla praecessisset natura, vel angelica, vel humana. Nunquid propter hoc deum causam dicitur es peccatorum, quia voluntas eius causa est mutabilium naturarum? Sicut ergo creati deo non imputatur, quod rationales naturæ a bono deficiunt, sed quod bonum sunt, sic parentibus gignentibus & malo concupiscentia bene utentibus, non imputandum est, quod cum eo malo filij nascuntur, sed quod bonum sunt. Non autem ideo sicut putas, a diabolo ducitur origo nascentium, inquam homines sunt, quia dicitur a diabolo esse origo peccati, sine quo nullus nascitur hominum. Neque enim quia origo mortis a diabolo est, ideo ab illo est origo mortalium. Rimam quaeris inter tot innocentia praesidia, qua potuerit intrare peccatum, cum tibi ostendat Apostolus Paulus, non rimam, sed apertissimam ianuam dicens, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit. Sed hæc tacens verba dicitis tua, quia per opus dei, opus diaboli transire non sinitur, cum homines sint opus dei, peccatum autem opus diaboli, quod dicit Apostolus in omnes pertransiisse. Clamas, si natura per deum est, non po-

test in ea esse originale malum, quasi non alius religiosius sibi clamare videatur, Si natura per deum est, non potest ex ea nasci vllum malum, aut non potest in ea esse vllum malum. Et tamen falsum est, quia nec oriri malum potest nisi ex natura, nec ubi sit habet nisi fuerit in natura. Confiteor igitur opus dei esse qui nascitur, etiam trahens originale malum, quoniam quod in illo dei opus est, bonum est, quia bonum est opus dei etiam cum malo, non solum in paruulis verum etiam in quibuslibet aetatibus, hoc est, substantia, forma, vita, sensus, ratio, cæteraque omnia bona etiam in quocumque homine malo. Quis autem operatur ut uiuat homo, nisi in quo uiuimus, mouemur & sumus: Id autem operatur occulto quodam opere beneficentia sua, exceptis alimentis perspicuis, quibus extrinsecus sustinemur. Qui ergo operatur ut uiuat homo, quauis conuersatione vitiosa, ipse operatur ut nascatur homo, quauis origine vitiosa. Quid est autem quod propositis alijs ex libro meo verbis meis fingis, quod dixerim aliam fuisse nuptiarum institutionem ante peccatum Adæ, quæ sine concupiscentia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum esse potuissent? Detrahe nuptiis concupiscentiam, qua caro concupiscit aduersus spiritum, detrahe malum contra quod pugnas, gloriosa exercens continentia virtute certamina, & non opus est ut cætera detrahas. Si nuptias queris, quales ante peccatum primorum hominum esse docuerunt, sine motu corporum, & sine necessitate sexuum, quis vnquam vllas nuptias cogitauit? Sed bellum quod in se casti sentiunt siue continentis, siue etiam coniugati, hoc dicimus in paradiso ante peccatum nullo modo esse potuisse. Ipsa ergo etiam nunc sunt nuptia, sed in generandis filiis tunc nullo modo uterentur, nunc concupiscentia malo bene utuntur. Quo malo sua bona non perdidit in castitatis fide, in coniunctionis foedere, in propaginis germine. Adhereret ergo tunc etiam vir uxori ut gignerent filios, non tamen haberent in carne motum libidinis turbida, sed tranquillæ tantummodo voluntatis, quam spectamus in cæteris membris. Arguis me, quod eos paruulos qui mundum impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus & de morbo natos, & ab exordio reos definiam. Paruuli opus diaboli substantialiter non sunt, sed opere dei originaliter rei sunt. Et ideo Christus, quod & ipse confiteris, etiam pro paruulis mortuus est, quia & ad ipsos pertinet sanguis qui in remissionem suffus est peccatorum. A quo illos sanguine facitis alienos, cum eos negatis trahere originale peccatum. Nec succenseas, quod concupiscentiam dixi morbum, cui & tu confessus es prouisum fuisse remedium. Exordium vero paruulorum, ex quo nasceretur, in Adam fuit, quo per peccatum vitioso atque damnato, alterum eis Christus, ex quo renascerentur instituit. Si ante peccatum, inquis, per deum creatum est vnde homines nascerentur, per diabolum autem vnde parentes commouerentur, ascribitur sine dubio sanctitas nascentibus, & culpa generantibus. Quid dicis, parentes commouerentur? Si pietate voluntatis, qua optat filios quisque suscipere, & hoc per deum institutum, si autem perturbatione libidinis, cui nec excitanda nec auferenda sufficit voluntatis arbitrium, naturæ vulnus est de prauaricatione, quam diabolus persuasit, inflatum. Recte itaque a me dictum est, fieret sine isto morbo seminatiorum filiorum in corpore vitæ illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Quod autem argumentaris ad bonum fecunditatis paruulos pertinere quæ dei benedictione ante morbum libidinis instituta est, non

non ad ipsum libidinis morbum, qui postea peccantibus accidit, atque ideo sanctitatem ascribendam esse nascensibus, & generantibus culpam, non attendis peccato illo magno vniuersam in deterius mutatam fuisse naturam, vnde fuerat propaganda ducenda. Sic enim posses dicere Euam solam, non cæteras feminas dolores parturitionis sentire debuisse, quoniam benedictio qua dictum est, Crescite & multiplicamini & replete terram, ex qua filij procreantur, ante facta est, quam fuisset muliebris sexus illa maledictione punitus. Sed si hoc dixerimus, utique responditur sicut ex peccato illo, ita & ex maledictione in peius tota mutata fuisse naturam, vnde trahitur originale peccatum, & iugum graue super filios Adam. Non enim sicut tu argumentaris, Iudæum sub lege positum describit Apostolus dicentem, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: & Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: &, Mihi malum adiacet: &, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: sed describebat humanam in hac corruptibili carne naturam, non opere dei cum vitio primitus instituta, sed ex voluntatis arbitrio veniente priorum hominum vitio sauciata. Cuius enim vox est, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: nunc quid Iudæi Abit, sed sine dubitatione Christiani. Eius ergo voces sunt etiam illa superiores, ex quibus hæc consequenter expressa est. Ipse enim dixit, Gratia me liberabit de corpore mortis huius per Iesum Christum dominum nostrum, qui dicebat, Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ. Sed ne forte istam catechumeni existimes vocem, lauacrum regenerationis adhuc sperantis, post quod lauacrum nullam legem peccati resisterem legi mentis, habiturus esset in membris, quaquam tu ipse, siquid de te tibi credimus, aduersus huius concupiscentia malum, per continentia bonum, gloriosa certamina post lauacrum regenerationis exerceas, recole tamē quid scribat ad Galatas, certe homines baptizatos, Dico autem, inquit, spiritum ambulate, & concupiscentias carnis non perferetis. Non ait, ne feceritis: quia eas non habere non poterant: sed, ne perfereritis: id est, ne opera earum consensu voluntatis impleatis. Caro enim, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, ut non ea quæ vultis faciat. Vide si non hoc est ad Romanos, Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Deinde ad Galatas addit & dicit, Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Vide si non hoc est ad Romanos, iam non ego operor illud: &, Condelector legi dei secundum interiore corpore, ad obediendum desideriis eius. Si enim non obediatur concupiscentiis, quas necesse est esse in carne peccati, atque in corpore mortis huius, non perficietur quod perfici vetat Apostolus dicens, Concupiscentias carnis ne perferetis. Ipsa quippe sunt opera, de quibus totum mire sequitur, & dicit, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, luxurie, idolorum seruitus, & cætera. Si ergo non consentiatur concupiscentiis carnis, quauis agantur motibus, non tamen perficiuntur operibus. Proinde cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ volumus faciamus, nec carnis perficiuntur concupiscentia quauis fiant, nec nostra perficiuntur bona opera, quauis fiant. Sicut enim tunc perficitur carnis concupiscentia, cum consentit ei spiritus ad operanda, ut non concupiscat aduersus illam, sed cum

illa, sic & bona opera nostra tunc perficiuntur, quando ita D spiritui caro consenserit, ut aduersus eum etiam ipsa non concupiscat. Hoc enim volumus, cum perfectionem iustitiæ concupiscimus. Hoc, intendere concupiscentiis carnis non perficiendis, & bonum perficere non inuenio, hoc intentione non intermissa velle debemus, sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus, ideo dixit ad Romanos, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Vel sicut habent codices Græci, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non id est, non mihi adiacet perficere bonum. Non ait facere, sed perficere. Quid mirum, quia facere bonum, est post concupiscentias non ire. Perficere autem bonum, est non concupiscere. Quod ergo est ad Galatas, Concupiscentias carnis ne perfereritis: hoc e contrario est ad Romanos, Perficere autem bonum non inuenio. Quia nec illa perficiuntur in malo, quando eis non accedit nostra voluntatis assensus: nec nostra voluntas perficitur in bono, quando illarum cui non consentimus permanet motus. Ipse autem confisus, in quo etiam baptizati velut in agone decertant, cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ubi & spiritus facit bonum opus, non consentiendo concupiscentia mala, sed non perficit, quia ipsa mala desideria non absument, & caro facit malum desiderium, sed nec ipsa perficit, quia non sibi consentiente spiritu, & ipsa ad opera damnanda non peruenit: iste ergo confisus non Iudæorum, nec quorumlibet aliorum, sed planè Christianorum fidelium, & bene viuendo in hoc certamine laborantium breuiter ostenditur ad Romanos ubi ait, Igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Si ergo hæc est conditio in corpore mortis huius, quæ utique non fuit in paradiso in corpore vitæ illius, proculdubio satis euidenter apparet, vnde trahant paruuli obligationem peccati, cum carnaliter nascuntur, quæ non soluitur nisi cum spiritualiter renascuntur. Non enim hæc trahunt ex opere quo humanam deus naturam fecit, sed ex vulnere, quod naturæ humanæ hostis inflavit. Non hostis secundum Manichæos prosiliens ex natura mali, quæ non condidit deus, sed hostis angelus quodam ex opere dei bonus, ex opere suo factus malus. Qui se primus vulnerando prostravit, ut elisus elideret, & per malam suasionem prauaricationis vulnus infligeret, vnde genus humanum etiam in his qui viam dei ambulant, claudicaret. Et tamen succentes mihi quia dixi, Hæc enim quæ ab impudentibus impudenter laudatur pudenda concupiscentia, & iratus impudētius multa dicis, vos extollens, tanquam scripturis sanctis & rationi certissimæ congruentes, eo proposito non esse in natura malum defendatis, ut ad virtutum studia homines incitetis, inculcantes nullum culmen ita arduum esse virtutis, ut non ad illud adiuuante deo mens queat fidelis euadere. Atque ob hoc dicatis, non esse in carne mali necessitatem, ut erubescat vnusquisque laudabiliter conditus, deformiter viuere, ac si pudor turpi occurrat ignauiæ de commedatione nobilitatis in genitæ, & cætera huiusmodi, quæ satis eloquenter in vestra prædicatione iactasti, nos contra deprimens, & dicens, quod dubium non sit euerfione sanctitatis, continentia pudicitia, morum labem nostris conuenire, imò inesse dogmatibus, neque id esse me negaturum, qui ideo sicut dicis, in naturam inuidiam malæ conuersationis sordes refundo, ut peccatis metum demam, quorum obsecrationem, Apostolorum & sanctorum omnium consolor inuiriis, eo quod vas aureum Apostolum Paulum sapere dixisse commemorem, Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio: & cætera huius-

**DE DIVI AVRELIJ
AVGVSTINI HIPONENSIS EPI-
scopi, contra Iulianum Liber Quartus.**



LAM nunc ab alterius voluminis exordio cetera videamus, quibus librum meum refellere niteris, omitentes sicut instituiimus ea quae nodos non faciunt quaestionum, quibus solvendis curam nos oportet impedere, nec immorando superfluis, ipsa prolixitate operis, a laborioso negotio deterere le-
Capit.
 gorem. Superiore igitur libro satis egimus, quo recte iudicantibus appareret, cum deus verus & bonus sit hominum conditor, bonaeque sint nuptiae, quas & conditione atque copulatione virtuosae, & sexus instituit, & fecunditatis munere benedixit, malum tamen esse concupiscentiam carnis, qua concupiscit aduersus spiritum, eoque malo bene uti pudicitiam conjugalem, meliusque non uti continentiam sanctioris, quod malum non ex alia substantia, quam deus non condidit, sicut Manichaeus insanit, nobis esse permixtum, sed per inobedientiam vnius hominis exortum atque tractum, & per obedientiam vnius hominis expiandum atque sanandum, cuius obligatione implicat debita poena nascentem, soluit indebita gratia resurgentem. Hoc malum contra me laudando, aduersarius meus videris, sed in te debellando meus testis es: si autem hoc non debellas, tuus hostis es. Proinde quia primo tuo libro sufficienter me respondisse existimo, quanuis tibi tota causa finita sit, tamen ne ceteris tribus respondere non potuisse videamur, in eis etiam quam vana dixeris intueri. Propositis ex meo libro verbis meis exultas, quod teste Apostolo dixerim, donum dei esse pudicitiam conjugalem, quasi propterea laudauerit Apostolus malum quod tu laudas, quo caro concupiscit aduersus spiritum, quo malo vitur bene pudicitia coniugalis, sicut iam in libro superiore monstravi. Non itaque paruim donum dei est, ita frangari hoc malum, ut ad nihil relaxetur illicitum, sed generationi tantum regenerandorum seruiat filiorum. Eius quippe impetus non sua sponte moderatus est. A nullo nanque illicito sese abstinere, si membra desiderio eius inserviant. Ac per hoc eius modus, non in ipso cuius inquietus est motus, sed in refrenate ac bene viete laudatur. Itaque isto malo cum bene vituntur coniugati fideles, a cuius reatu soluti sunt munere saluatoris, profecto quicumque inde nascuntur, eiusdem munere creatoris, non sicut nobis obiciis, in regnum diaboli preparantur, sed ab illo potius eruendi, & in regnum vniuersi transferendi. Haec enim est, & esse debet piorum coniugum intentio, ut regenerationi generatio preparatur. Si autem hoc malum, quod in seipsis parces sentiunt, cui malo, ut tuis verbis utar, Apostolorum legio repugnauit, non pertineret ad filios, sine illo utique nascerentur. Nunc vero quandoquidem cum hoc nascatur, quid miraris, quia propter hoc resuscitantur, ut ab eius obligatione soluantur, & aut ex ista vita ab illo liberati rapiantur, aut in ista vita aduersus illud liberi praerentur, victoresque in fine remunerebuntur: Quis autem nostrum suspicatus est usum coniugum a diabolo fuisse repertum? Quis commixtionem corporum, per malum praeruationis credit accidisse, cum sine his nuptiis prorsus esse non possent? Sed malum quo bene vitur, nullum esset, si nemo peccasset. Quod dixi, mihi obice ut purgem. Nam si & quod non dixi, mihi obiciis, quando

Libri Tertij finis.

G modi. Veruntamen vos laudans, nos arguens, aduersus concupiscentiam malum pugnas, & pugnando confiteris, quod loquedo negas. Atque ita vis videri culmine ascendisse virtutis, ut in ipso culmine, quo te existimas euasisse, cum persequente concupiscentia, tanquam in arce conflagas, & quantumlibet ex loco superiore, tamen cum hoste interno dimicare non desinas. Nec erubescis concupiscentiam, quae te amplius perdet sine dubitatione si vicerit, laudare aduersus eum qui te perditum etiam cum vincit, inquit, maxime quia in fine eiusdem libri tui dicis, quod non sit alia mei sensus intentio, quam ad inferendum virtutibus bellum, in vitiorum sacramenta iurare, & ad excidium ciuitatis dei omni astu, omni furore conari: adipiscende castitatis desperatione, repugnantes turpitudini territare, metiri tantas obscenae libidinis vires, ut ea ratio regere ac frenare non possit, cui nec Apostolorum legio repugnauerit. Haec de me prorsus ipse mentiris. Ego enim non infero virtutibus bellum, sed vitis, quantum adiuuor infero, & inferendum esse proclamo. Quod si & tu facis, quid est quod laudas cum quibus pugnas? Quomodo virtute hostes debellare te credas, quos verbo lacerare non audeas? Si ambo concupiscentiam debellamus, quare non ambo vituperamus? Quam te iactas expugnare continentiam, quare non vis damnare sententiam? Mentiri me dicis tantas libidinis vires, ut eam ratio regere ac frenare non possit. Ecce ego non dico tantas libidinis vires, ut humana ratio diuinitus accensa & adiuta, ea regere ac frenare non possit. Sed tu quare negas malum esse, quod si non frangatur occidit? Ecce ego voce qua possum, quod me negare asseris elamo, Apostolorum legionem repugnasse libidini, uti repugnate. Tu qui nos fecisse Apostolis calumniaris & velut indignaris iniuriam, cur & illorum & tua exornas laudibus inimicam? Quis ea defendat, cui legio repugnauit Apostolorum, nisi hostis Apostolorum? Itane habere tecum libido & amicitiam meretur & bellum, ut abs te & expugnetur in te, & defendatur aduersus me? Bellum vestrum laet, amicitia patet. Ex hoc quod patet, suspectum facis esse quod later. Quid enim vis credamus de bello quod geritis in aperto, quorum amicitiam cernimus in aperto? Quomodo vis ut a bitremur aduersus aculeum te dimicare libidinis, cum liberos impleas laude libidinis? Verum ecce vinco suspicionem meam. Expugnare te credo quod laudas, sed laudare te doleo quod expugnas. Ex isto igitur & cum isto malo, quod a te quoque credimus expugnari, homo generatur, quem negas regeneratione saluari. Isto enim coniugati bene vituntur, quo continent melius non vitur. Porro si malum est, quo caro concupiscit aduersus spiritum, cui malo sicut fateris, Apostolorum legio repugnauit, hoc uteris coniugati, proculdubio non bono bene vitur, sed malo. Ex hoc igitur, & cum hoc filij generati regenerandi sunt, ut liberentur a malo. Hoc enim originali malo etiam parces illorum renati sunt, etiam ab hoc reatu resuscitatio sunt liberati. Quid autem vellemus ut gignerent, non unde renati, sed unde nati sunt, nisi quod & ipsi nati sunt? Res ergo, quia & ipsi rei nati sunt, & generantes inde unde nati sunt, non aliud poterunt generare quam nati sunt. Unde autem renati, inde a reatu, cum quo nati sunt liberati. Ac per hoc & illi quos reatu liberati generauerunt, eadem sunt regeneratione liberandi. Ex hoc enim malo rei nati sunt, quo bene vitur renati, ut nascantur regenerandi. Contra quod malum si non pugnas, pugnantibus crede. Si pugnas, aduersarium confitere, & noli laudando morbum habere amicum, quem pugnando experiris inimicum.

A finimus? Consequens putas esse, ut munus dei noceat, si homo cum malo nascitur. Nemo enim nisi dei munere nascitur. Audi ergo & intellige, Munus dei nulli nocet, quo quisque est & viuit, sed concupiscentiam malum non potest esse nisi in eo quod est & viuit. Quapropter potest esse malum in munere dei, sanandum alio munere dei. Potest igitur in homine, qui munere dei est ut viuat, malum esse generatione contractum, regeneratione sanandum. Nam utique nullus infans cum daemone nasceretur, si non nasceretur: nec ideo mali huius ipsa est causa, qua nascitur. Nascitur ergo munere dei, cum daemone autem iudicio dei sane occulto, sed nunquid iniusto? In eo vero quod dixi, bonum conjugale etiam si non habetur, a domino esse poscendum, quibus utique, nisi quibus est necessarium, visus sum tibi dicere, pro concumbendi viribus supplicandum. Sed ego pro ipsa pudicitia conjugali dixi rogandum deum, in qua est concumbendi non liber usus, sed licitus modus. Nam homo si concumbere non potest, potius non querat uxorem, quandoquidem Apostolica sententia ubi ait, Si se non continet, nubat, remedium voluit esse nuptias, quod & ipse confessus es, contra morbum concupiscentiam, quod confiteri non vis, qui remedium confiteris. Hoc autem remedium est, non ut sit concupiscentia, si non est, sed ut non rapiat ad illicita, cuius motus infranis est. Pertinet enim ad hoc quoque petitionis genus, quod in oratione dominica dicimus, Ne nos inferas in tentationem: quoniam vnusquisque tentatur a concupiscentia sua, sicut ait Apostolus Iacobus. Conuenit huic & quod dicimus, Libera nos a malo. Dicunt enim hoc de hac re coniuges, ut interim metere liberi a malo, bene vitantur malo quod habet in carne. Sciunt enim quia in carne eorum non habitat bonum, ut omni postea corruptibilitate sanata, nullum in eis quod vitantur, remaneat malum. Quid est quod triumphas tanquam de hoste victo? Internum potius vince quod laudas, Nam victoria de te mea, illo malo tecum pugnantem secuta est. Neque enim dicere audebis eum vinci qui verum dicit, ab eo qui falsum dicit. Ego autem concupiscentiam, contra quam pugnas, malum dico, tu bonum, sed pugna tua malum fatetur, quod bonum lingua mentitur, augens mendacium alio mendacio, quo affirmas & a me illam dictam bonam. Neque enim concupiscentiam carnis, quam loannes Apostolus dixit a patre non esse, ego dicerem bonum, sed bonum dixi esse pudicitiam conjugalem, quae resistit malo concupiscentiae, ne ad illicita rapiat cum mouetur. Verum sciens quam inaniter argumentatus fueris, pulsas ut dicis alterum definitionis meae latus, & inquis, Si calor genitalis coniugalis honestatis minister ab immoderatis procurribus, tam studio fidelium quam domi virtute retinetur, nec extinguitur per gratiam, sed frangatur, probabilis est in genere suo & in modo suo, & solis accusatur excessibus. Haec dicens, non attendis coniugum conuentionem causa generandi, ideo bonum esse laudabile, quia in eo limos praefigitur licitus malo concupiscendi. Cur enim non potius malum vocetur, quod fateris esse frangendum? Cur quae frangenda, nisi ne noceat, nisi ne ad illicita, quae desiderat, relaxetur? Et utique desiderij mali malum est, etiam si ei non consentiatur, donec eo veniamus, ubi nec habeatur. Non igitur quid boni de concupiscentia carnis fiat, sed ipsa quid mali faciat, cogitandum est. Nam pudicitia conjugalis inhiantem concupiscentiam, siue de illicito, siue de licito percipere voluptatem, frangit ab illicito, siue de licito vitur, hoc est bonum, non tamen eius, sed bene vitentis

bonum est. Quod autem ipsa concupiscentia facit siue ad licitum siue ad illicitum indifferenter ardere, utique malum est. Hoc itaque malo bene vitur pudicitia conjugalis, melius non vitur continentia virginalis. Si posset, inquis, calor genitalis malum esse, naturaliter extirpandum erat, non componendus. Vide quemadmodum noluit dicere, quod supra dixerat frangendum, sed malum componendus. Sensisti enim quod cum nemo frangeret, nisi cui repugnaret, & ob hoc mutato verbo, timore ipso factus es malum, quod repugnat bono. Appellas etiam calorem genitalem, quia pudet appellare libidinem, siue sicut eam diuinus sermo appellare consuevit, carnis concupiscentiam. Sic ergo loquere & dic, Si posset carnis concupiscentia mala esse naturaliter, extirpanda erat, non componenda. Sic enim possunt, qui Latine sciunt tardiores intelligere quid loquaris. Sed ita hoc dicis, quasi non eam mallet extirpare si posset, omnes qui propterea coniugantur, quia continentiam laborem, quo huic malo resistitur, non ferunt, & ideo malum bene vitur, quam melius omnino non vitur. Sed si in corpore mortis huius hoc malum necessarium est coniugatis, quia sine illo fieri non potest bonum generationis, continententer extirpent concupiscentiam carnis. Tu ipse, tu qui loqueris, nec quid loquaris attendis, extirpa libidinem de membris tuis. Non enim & tibi necessaria est, aut bona sunt eius desideria, quibus si consenseris vel cesseris, interibis. Porro si malum est in te cui repugnans, quod oppugnans, quod cum vincis expugnans, hoc malo melius non vitur, quo malo bene vitur, in quibus hoc bonum esse contendis, ubi profecto mentiris, aut falleris. Neque enim dicturus es in coniugibus bonum esse libidinem, in sanctis autem, vel virginibus, vel continentibus malum. Iam sententiam teneamus tuam, ubi aisti, Concupiscentia naturalis qui modum tenet, bono bene vitur: Qui modum non tenet, bono male vitur: Qui autem etiam ipsum modum sanctae virginis amore contempserit, bono melius non vitur. Confidentia quippe suae salutis, inquis, & roboris contempserit remedia, ut gloriosa posset exercere certamina. His verbis tuis sine ambiguitate declaras, concupiscentiam carnis hoc esse in vtriusque, id est, & coniugatis & continentibus. Quo enim coniugati bene vituntur, & continent melius non vituntur, bonum tu dicis, ego malum, sed in sanctis virginibus & continentibus, carnis concupiscentia malum se esse manifestat, contra quam fateris eos gloriosa exercere certamina: proculdubio ergo non bono, sed malo melius non vituntur. Hoc igitur vitentes coniuges, nec ipsi utique bono, sed malo bene vituntur. Proinde tota controuersia non remansit, si tamen remansit aliqua, nisi utrum in eis qui continentiam deo voverunt, bonum sit ista de qua disputamus concupiscentia carnis, an malum. Quod enim horum duorum repertum in his fuerit, hoc & in coniugibus apparebit, quoniam hoc illi bene vitur, quo isti melius non vituntur. Collige itaque totas vires acuti tui cordis, ac libera frontis, & aude respondere si potes, hoc bonum esse, cui sicut libro superiore confessus es, Apostolorum legio repugnauit, mihi scilicet exprobrans, quod tantas esse dixerim libidinis vires, ut ei nec Apostolorum legio repugnauerit, cum potius pro causa mea faciat, quia ei malo quod tu bonum dicis, legio non qualicumque sanctorum, sed ipsorum quoque repugnauit Apostolorum. Cui malo tantum licere posse quis crederet, ut tibi laudatorem etiam de suis expugnantibus prouideret? Abiter quidem ut antiquorum aliquem, vel Apostolorum, vel quo-

Grumcunque sanctorum, mirabiliter tamen, si vel quemquam hæreticorum nouorum, qui simul vtrūque se esse profiteatur, inexplicabilis modis expugnatorē scilicet defensorēq; libidinis, & conetur ostendere manens in hæresi Pelagiana, & ex animo se laudare, quod ipsum eius animum nisi expugnetur, occidit, & ex animo expugnare quod ei dogma nisi laudetur, absomit. Rogo si est in vobis vllus sensus humanus, num potest & malum esse peccatum, & bonum esse desiderare peccatum? Quid autem agit in carne sanctorum continentium ista concupiscentia, nisi peccandi desideria, quibus non contentientes exercent vt confiteris gloriosa certamina? Neque enim saltem connubij desiderium in illa continentia professione potest esse non malum. Quid ergo illic agit, vbi malum est quicquid agit, ac si ei consentiatur, & peragitur? Quid ibi agit hæc concupiscentia, vbi nihil boni concupiscitur ex illa? Quid ibi agit libido, vbi nihil boni libebit ex illa? Nō importune in coniugatis esse dicatur. Si enim summū culmen obtinet pudicitia coniugalis, faciunt boni aliquid per illam, quauis nihil faciant propter illam. In sanctis autē virginibus & continentibus quid agit obsecro te? Quid agit tua ista suscepta, cū despis, aduersaria? Si sapias, quid agit, vbi nihil boni agit ipsa, nihil boni agitur de ipsa? Quid agit in eis in quibus quicquid secundum ipsam concupiscitur, malum est? Quid agit in eis, quos contra se compellit vigilare atque pugnare, & si quando ab eis vllum vel in somnis furatur assensum, cum euigilauerint gemere & inter gemitus dicere, quomodo impleta est anima mea illusionibus? Quid cum sopitos deludunt somnia sensus: nescio quomodo etiam castæ animæ in turpes labuntur assensus, quæ si imputaret altissimus, quis viueret castus? Hoc ergo malum quod nō dicitur es bonum, nisi aduersus omnem veritatis tubam sic obsurdueris, vt clames bonum esse concupiscere malum, quod nec inter surdos dicere audebis: Hoc inquā malum, cur non extirpatur de continentium carne sanctorum? Cur non totum opere mentis aufertur? Hoc enim dicis fieri debuisse si malum esset. Et quia non fit in coniugatis, vbi eius modus est necessarius, ideo putas bonum, cum videas nec ibi fieri vbi modus eius nullus necessarius est, & in quantum inest nocet, & si non ad perdendum de sorte sanctorum si nō ei consentiatur, tamen ad minuendam spiritalem delectationem sanctorum merium, illam scilicet de qua dicit Apostolus, Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Hæc delectatio profecto minuitur, quando & si non ad explendam, certè ad oppugnandam carnalis concupiscentiam voluptatis, bellantis animus occupatur, & ita exercet gloriosa certamina, vt à delectatione intelligibilis pulchritudinis ipsis certaminibus auocetur. Sed quia in ista humana miseria peior hostis est cauenda superbia, ideo nimirum nō penitus extinguitur in carne continentium sanctorum ista concupiscentia, vt dū pugnatur aduersus eā, periculorū suorū animus admonetur, ne securus infletur, donec humana fragilitas ad tantam perfectionem perueniat sanitatis, vbi nulla putredo lasciuia, nullus tumor superbiæ formidetur. Sic virtus in infirmitate perficitur, quia & pugnare infirmitatis est. Quanto enim quisque vincit facilius, tātō pugnat minus. In semetipso autem quis pugnaret, si nihil ex semetipso eidem repugnaret? Et quid nobis repugnat ex nobis, nisi quod adhuc curatur vt sanetur in nobis? Ergo in nobismetipsis sola est infirmitas causa pugnandi: & rursus infirmitas admonitio est non su-

perbiendi. Proinde virtus qua hic vbi superbi potest, & vt non superbiatur, in infirmitate perficitur. Quamobrem quoniam hoc coniuges bene vtuntur, quo contentientes melius nō vtuntur malo, contentientes melius non vtuntur. Malum igitur est quo coniuges bene vtuntur, & inest coniugibus quo bene vtatur: inest & continentibus quo melius nō vtantur. Ideo quippe inest, vt non extollatur. Solis ergo libidinis excessus accusatur, sed ille à quo nō refranatur. Nam ipsa per se ipsam rectissime omnino suis ipsis motibus accusatur, quibus ne excedat, obsistitur. Non itaque vt dicis, nihil ad innocentiam promouet modestia rei per ipsum genus nocētis. Promouet quippe ad innocentiam nō consentire malo: nec ideo & illud cui non consentitur, non est malū, immo propterea sine dubitatione malum est, quia non ei consentire bonum est. Quid enim mali faceret qui bonæ concupiscentiæ consentiret, cum mali nihil faciat etiam qui opere coniugali nō sine ipsius malo seminat hominem, qui est dei opus bonum? Nec confectricem seminum libidinem dixeris. Ille quippe creat hominis semen, qui hominem ex semine: sed vnde interest, quia mali huius occulta sunt, & dira cōtagia, nec his omnibus qui malo carēt, deus vel semen vel homines creat, etiam si quidam ab eiusdem mali noxa regeneratione soluti sunt sicut soluendi sunt qui inde nascuntur. Dixi sanè, nec pœnitet, de pudicitia coniugali, quæ mea verba posuisti, quia cum dona dei esse monstrantur, à quo petenda sunt, discitur si non habetur, & cui agēdæ gratia, si habentur. Aguntur enim gratia non de origine, vt dicis concupiscentiæ, cuius origo est primum malum hominis, sed de regimine, quod verum dicis. Vtrunque enim dicis, vel regimine, vel origine. Ideo autem agitur gratia de regimine concupiscentiæ, quia repugnans vincitur. Quod autem repugnat volūtatī bonæ, non est bonum, imò malum esse quis neget, nisi qui non habet volūtatē bonam, cui quod repugnat, fateatur malum? Interponis alia de libro meo, vbi cum dixissem dominum dei pudicitiam esse coniugalem, & hoc Apostolo teste docuissem, occurrerem deinde quæstionem tacitus nolui præterire quid dicendum sit, cum videntur etiam nonnulli impij pudice cum cōiugibus viuere. Soletis enim negantes dei dona esse virtutes quibus rectè viuunt, & eas naturæ voluntatiq; humanæ, non gratiæ dei tribuentes, hoc vti argumēto, quod eas nonnunquam habeant infideles: ita conātes euacuare quod dicitis, M neminem rectè viuere, nisi ex fide per Iesum Christum dominum nostrum, vnum dei & hominum mediatorem: vbi vos eius aduersarios apertissime profiteamini. Denique longe nō camus, si forte fallor, ad ista responde. Ego dixi pudicum non veraciter dici, qui non propter deum verā fidem cōnubij seruat vxori. Vnde autē id ostenderem paulo post adhibui quod mihi visum est grande documentum. Cum enim virtus sit, inquam, pudicitia, cui vitium cōtrarium est impudicitia, omnesq; virtutes etiam quæ per corpus operantur, in animo habitent, quomodo vera ratione pudicū corpus asseritur, quando à vero deo ipse animus fornicatur? Deinde ne quisquam nostrum negaret animum infidelium fornicari, adhibui testimonium de scriptura sancta, vbi legitur, Ecce enim qui lōge se faciunt à te, peribunt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Sed tu qui mea sicut dicis, quæ mihi videntur acuta persequeris, hoc totum tanquam mihi obtusum visum fuerit, præteristi. Vide ergo quid horum negandum arbitreris. Virtutem esse pudicitia coniugalem promptissime confiteris: omnes

A virtutes etiam quæ per corpus operantur, in animo habitare non negas. Porro infidelis animum fornicari à deo ille potest negare, qui se palam sanctorum scripturarum aduersarium profiteatur. Ex quibus omnibus hæc summa conficitur, vt aut in animo fornicante pudicitia vera esse possit, quod cernis quam sit absurdum: aut in animo infidelis pudicitia vera esse non possit, quantum hoc cum assererem, te fixeris surdum. Non igitur vt calumniaris, studio vituperandi substantiam, dona collaudo. Non enim diuinorum donorum capax esset, nisi bona esset humana substantia, cui vitia quoque ipsa bonitatis perhibet testimonium naturalis. Quid enim aliud in vitio rectè displicet, nisi quia detrahit vel minuit, quod in natura placet: Cum ergo diuinitus adiunatur homo, non tantum ad capessendā perfectionem adiunatur, quod ipse posuisti, vtique volens intelligi eū per se incipere sine gratia, quod perficit gratia: sed potius quod Apostolus loquitur, vt qui in vobis opus bonum cœpit, perficiat vsq; in finem. In quo enim vis hominē sicut loqueris, ad aliquid laudabile generosi cordis stimulis incitari, in hoc eum nō vis in domino, sed in libero arbitrio gloriari, ac sic priorem dare vt retribuat illi, eoque modo gratia iam non sit gratia, quia nō est gratuita. Bonam dicis hominum naturam, quæ talis gratiæ opitulationem meretur. Quod gratatē audire, si hoc propterea quia rationalis natura est, diceres. Neque enim gratia dei, per Iesum Christum dominū nostrum lapidibus aut lignis pecoribusve præstatur, sed quia imago dei est, meretur hanc gratia: non tamen vt eius bona voluntas possit præcedere præter gratiam, ne vel ipsam prior det vt retribuat illi, ac sic gratia iam nō sit gratia, dū non datur gratuita, sed redditur debita. Quid est ergo quod secundū modū vestrum, effectū voluntatis humanæ dona cœlestia me cōdideras nuncupasse, tanquam voluntas hominis sine dei gratia moueretur ad bonū, vt ei debitas à deo retribueretur effectus? Itane oblitus fueras nos cum scriptura dicere cōtra vos, præparatur volūtas à domino, vel quod in nobis deo operetur & velle: O ingrati gratiæ dei, & inimici gratiæ Christi, & solo vocabulo Christiani. Nonne pro inimicis suis orat Ecclesia? Quid orat obsecro, si vt eis sanæ voluntatis retribuat precium, quid eis orat, nisi grande supplicium? Quod iam contra eos est, non pro eis. Orat autem pro eis. Non ergo quia est illis voluntas bona, sed vt conuertatur in bonam volūtas mala, quoniam præparatur voluntas à domino. Et deus est enim vt ait Apostolus, qui operatur in vobis & velle. Sed acerbissimi gratiæ huius inimici exempla nobis opponitis impiorum, quos dicitis alienos à fide abūdere virtutibus, in quibus sine adiutorio gratiæ solū est natura bonum, licet superstitionibus mācipatum, quod solis libertatis ingenitæ viribus, & misericordes crebro, & modesti, & casti inueniuntur & sobrii. Hæc dicens ecce iam & illud quod gratiæ dei tribueras, abstulisti, ipsum scilicet voluntatis effectum. Non enim aisti velle eos esse misericordes, modestos, & castos, & sobrios, & ideo nō esse quod nondum per gratiam fuerint cōsecuti, bonæ huius voluntatis effectus: sed si & esse voluerunt & sunt, iam in eis voluntatem & effectum voluntatis inuenimus: quid remāsit quod gratiæ referuemus in tam euidentibus, quibus dixisti eos abundare virtutibus? Quāto fatius si te impios ita laudare delectat, vt non audies dicerem scripturam, Qui dicit impium iustum esse, maledictus erit in populo, & odibilis in gentibus: etiā virtutibus veris eos prædicēs abundare. Quanto, inquam,

fatius hæc ipsa i eis dona dei esse fatereris, sub cuius occulto iudicio nec iniusto, alij fatui, alij tardissimi ingenij, & ad intelligendum quodammodo plumbi, alij obliuiosi, alij acuti memoresve nascuntur, alij vtroque inueneri præditi, & acute intelligentes, & tenacissima memoriæ thesauro cognita recōdentes, alij natura leues, alij leuissimis causis ira facillima ardentēs, alij ad vindictæ cupiditatem inter vtroque mediocres, alij spadones, alij in concubitu ita frigidi vt vix omnino moueantur, alij libidiniosissimi, vt vix omnino teneantur, alij inter vtroque & moueri faciles, & teneri, alij timidissimi, alij audacissimi, alij neutri, alij hilares, alij tristes, alij ad nihil horum procliuēs, nec eorum quæ commemorauit aliquid instituto ac proposito, sed natura, vnde medicus audet ista tribuere temperationibus corporum. Quod si & probari vel nulla existēte, vel omni finita quaestione potuisset, nūquid sibi quisque corpus cōdidit, & hoc eius tribuendum est voluntati, quod mala ista naturalia magis minusve perpetitur? Nam profus ea non perpetitur cum hic viuunt, nullo modo, nulla ratione quisquā potest. Nec tamen siue maximus siue minimus vrgatur, fas est vt dicat ei qui se fixit quauis omnipotenti iusto & bono, quare sic me fecisti? Et de iugo graui quod est supra filios primi Adam, nemo liberat nisi secundus Adam. Quanto ergo tolerabilius illas quas dicis in impiis esse virtutes, diuino muneri potius, quā eorum tribueres tantūmodo voluntati, licet ipsi hoc nesciat donec si ex illo sunt prædestinatorum numero, accipiant spiritum qui ex deo est, vt sciant quæ à deo donata sunt eis? Sed absit vt sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iusta? Absit autem vt sit iustus vere, nisi viuat ex fide: iustus enim ex fide viuunt. Quis porro eorum qui se Christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit diabolo mācipatum? Sit licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorū me nonominibus tanquā in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrendum. Verum tu in hac causa & si ad scholam Pythagoræ prouoces vel Platonis, vbi eruditissimi atq; doctissimi viri multo excellentiore ceteris philosophiæ nobilitate veras virtutes nō esse dicebant, nisi quæ meri quodam modo imprimuntur à forma illius æternæ immutabilisq; substantiæ, quod est deus, etiam illic aduersus te quantum donat qui nos vocauit, pietatis libertate clamabo. Nec in istis est vera iustitia, qua iustus ex fide viuunt. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Quomodo sunt vere iusti, quibus vilius est humilitas veri iusti? Quod enim propinquauerunt intelligentia, inde superbia recesserunt, quia cognoscētes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est inspiens cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quomodo est in eis vera iustitia, in quibus non est vera sapientia? Quam si eis tribuimus, nihil erit causæ cur eos non ad illud regnum peruenire dicamus, de quo scriptum est, Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum. Ac per hoc Christus gratis mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidē veram, ad virtutem verā, ad iustitiam veram, ad sapientiam veram, quacunque re alia, quacunque ratione perueniunt. Prorsus sicut de lege verissime ait Apostolus, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: ita verissime dicitur, Si per naturam voluntatemque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: Si per doctri-

Rom. 7.

Quod superbia & humana miseria peior sit hostis.

2. Cor. 12.

Cap. III.

Sup. 4.

C

Psalm. 17.

Gal. 3.

Diuersa hæc sunt.

E

Eccl. 4. 8.

Rom. 8.

Rom. 1.

Rom. 1.

Rom. 10.

Rom. 1.

S. 4p. 6.

Gal. 3.

Gnas hominum qualiscunque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Per quod enim vera iustitia, per hoc etiam regnum dei. Deus namque ipse, quod absit, erit iniustus, si ad eius regnum verus non admittitur iniustus, cum & ipsum eius regnum iustitia sit, quemadmodum scriptum est, Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium. Porro si veram iustitiam non habet impij, profecto nec alias virtutes comites eius & socias: quia cum non ad suum referuntur auctorem dona dei, hoc ipso mali his vtentes efficiuntur iniusti, si quas habent, veras non habent, ac per hoc nec continentia siua, pudicitia vera virtus est impiorum. Tu vero tam male accipis quod ait Apostolus, Na qui in agone contendit, ab omnibus continens est, vt continentiam tam magnam virtutem, de qua scriptum est, quod nemo esse potest continens nisi deus det: etiam choraulas & huiusmodi turpes infamesq; personas habere contendas. Hi enim quando in agone decertant, ab omnibus continent vt corruptibilem coronam accipiant: a cuius tam vana cupiditate non continent. Hac enim cupiditas vana ac per hoc praua, vincit in eis & frangat alias prauas cupiditates, propter quod dicti sunt continentes. Sed vt grauissimam faceres iniuriam Scipionibus, continentiam quam in eis tanto eloquio praedicasti, dedisti & histrionibus, ignorans Apostolum cum exhortaretur homines ad virtutem, sic exemplum de vitiosa hominum affectione sumpsisse, quemadmodum alio loco scriptura cum ad amorem sapientiae homines hortaretur, quarendam dixit esse sicut pecuniam. Nunquid propterea sancta scriptura dicenda est laudasse auaritiam? Sed quia notum est, amatores pecuniae, quantis patienter laboribus doloribusq; subdantur, a quantis se contineant voluptatibus, siue cupiditate augedi pecuniam, siue timore minuendi, quanta lucrum sagacitate sectentur, & prudenter damna deirent, quam timeant plerumque aliena diripere, & aliquando sua sibi ablata contemnant, ne repetendo & litigando plus perdant: recte admoniti sumus sic amare sapientiam, vt ea nobis thesaurizare auidissime cupiamus, atque vt nobis magis magisque acquiratur, nec aliqua ex parte minuatur, & perferamus molestias, & libidines refranemus, & prospiciamus in posterum, & innocentiam beneficentiamq; seruemus. Quod cum facimus, ideo veras virtutes habemus, quia verum est propter quod facimus, id est, hoc naturae nostrae consentaneum est ad salutem & veram felicitatem. Non enim absurde virtus definita est ab eis qui dixerunt, Virtus est animi habitus naturae modo atq; rationi consentaneus. Verum dixerunt, sed quid sit consentaneum liberandae ac beatificandae naturae mortalium nescierunt. Neque enim omnes homines naturali instinctu immortales & beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summum bonum praestari hominibus non potest nisi per Christum, & huc crucifixum, cuius morte mors vincitur, cuius vulneribus natura nostra sanatur. Ideoq; iustus ex fide Christi viuuit. Ex hac enim fide prudenter, fortiter, temperanter, & iuste, ac per hoc his omnibus veris virtutibus recte sapienterque viuuit, quia fideliter viuuit. Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalis fides quae in Christo est vera promittit, nihil profunt homini virtutes, nullo modo verae possunt esse virtutes. An placet tibi vt veras virtutes auarorum esse dicamus, cum lucrorum vias prudenter exoggitant, cum pro acquirenda pecunia saeva atque aspera multa fortiter tolerat, cum varias cupiditates quibus sumptuose viuunt, temperanter sobriq;

castigant, cum abstinent ab alieno, & de suo saepe amico contemnunt, quod videtur ad iustitiam pertinere, ne iurgiis & iudiciis plura consumant? Cum enim agitur aliquid prudenter, fortiter, temperanter & iuste, omnibus quatuor virtutibus agitur, quae secundum tuam disputationem verae virtutes sunt: sed ad cognoscendum vtrum verae sint, hoc tantum modo intuetur quod agitur, nec causa quaerenda est cur agatur. Vnde ne tibi videar calumniari, ipsa tua verba iam ponam. Cunctarum, inquis, origo virtutum in rationabili animo sita est, & affectus omnes per quos aut fructuose aut steriliter boni sumus, in subiecto sunt mentis nostrae, prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Horum igitur affectuum vis cum insit omnibus naturaliter, inquis, non tamen ad vnum finem in omnibus properat, sed pro iudicio voluntatis, cuius nutui seruiunt, aut ad aeterna, aut ad temporalia diriguntur. Quod cum sit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variat quod merentur. Nec nominis sui igitur, inquis, possunt, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetuerunt praemij, aut amplitudine ditantur, aut exilitate frustrantur. Hac vbi didiceris nescio: iam tamen certis, vt arbitror, consequens esse, vt vera sit virtus auarorum, prudentia qua excogitat genera lucellorum & thesaurorum: iustitia, qua grauium damnorum metu facilius sua nonnunquam contemnunt, quam usurpant aliquid alienum: & auarorum temperantia, qua luxuria, quoniam sumptuosa est, cohibent appetitum, soloq; necessario victu tegumentoq; contenti sunt: & auarorum fortitudo, qua vt ait Horatius, Per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes: qua deniq; cognouimus quosdam irruptione barbarica, ad ea prodenda quae habebant nullis hostium tormentis potuisse compelli. Ergo virtutes istae tali sine turpes atq; deformes, & ideo nullo modo germanae veraeque virtutes: tibi tamen ita verae videtur & pulchrae, vt nec nominis sui possint nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetuerunt praemij exilitate frustrerentur, id est, terrenorum commodorum fructu, non caelestium praemiorum. Nec aliud erit quam vera iustitia Catilinae, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat: & fortitudo vera erit ei, quod frigus, famem, sitim ferre poterat: & vera patientia, quod patiens erat inedia, algoris, vigilia, supra quam cuiquam credibile est. Quis haec sapiat, nisi desipiat? Sed videlicet homo eruditus eorum vitiorum verisimilitudine falleris, quae finitima videtur & propinqua virtutibus, cum absint ab eis quam longe absunt a virtutibus vitia. Nam sicut constantia est virtus, cui contraria est inconstantia: vitium est tamen ei quasi finitimum pertinacia, quae constantiam videtur imitari. Quo vtinam vitio careas, cum haec quae dico vera esse cognoueris, ne tibi in errore velut amando constantiam, manendum pertinaciter arbitreris. Ita omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretione contraria, sicut prudentiae temeritas: verum etiam vicina quodammodo, nec veritate, sed quadam specie fallere similia, sicut ipsi prudentiae non temeritas vel imprudetia, sed astutia: quod tamen vitium est, quantum in scripturis sanctis & in bono accipitur, quod dictum est, Astuti vt serpentes: & in malo, quod in paradiso erat serpens prudentissimus omnium bestiarum. Nec istorum vitiorum, quae finitima virtutibus diximus, possunt omnium facile nomina reperiri: verum & si non inuenitur quemadmodum nuncupentur, cauenda sunt. Noueris itaq; non officium, sed

A sed finibus a vitii discernendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est: finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid vbi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare conuincitur. Quae tu non attendens, fines ab officiis separasti, & virtutes veras officia sine finibus appellandas esse dixisti. Ex quo te tanta absurditas sequitur, vt veram cogaris appellare iustitiam, etiam cuius dominam repereris auaritiam. Siquidem manus abstinere ab alieno, si officium cogites, potest videri esse iustitia. Sed cum quaeritur, quare fiat, & responderetur, ne plus pecuniae litib' pereat: quomodo iam hoc factum verae poterit esse iustitia, cum seruiat auaritia? Quales virtutes Epicurus induxit voluptatis ancillas, quae omnino quicquid facerent, propter illam vel adipiscendam facerent vel tenendam. Absit autem vt virtutes verae cuiquam seruiant, nisi illi vel propter illum cui dicimus, Deus virtutum conuertere nos. Proinde virtutes quae carnalibus delectationibus, vel quibusq; commodis & emolumentis temporalibus seruiunt, verae prorsus esse non possunt. Quae autem nulli rei seruire volunt, nec ipsae verae sunt. Verae quippe virtutes deo seruiunt in hominibus, a quo donantur hominibus. Deo seruiunt in angelis, a quo donantur & angelis. Quicquid autem boni sit ab homine, & non propter hoc sit, propter quod fieri debere vera sapientia praecipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto sine peccatum est. Possunt ergo aliqua bona fieri non bene faciendis a quibus fiunt. Bonum est enim vt subueniatur homini periclitanti, praesertim innocenti. Sed ille qui hoc facit, si amando gloriam hominum magis quam dei facit, non bene bonum facit: quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit. Absit enim vt sit vel dicatur voluntas bona, quae in aliis vel in seipsa, non in domino gloriatur. Nec esse fructum eius a quo fit bonum, nisi bona factum fuerit voluntate: sed dei opus bonum, a quo etiam per malos fit bonum: ac per hoc nec eius fructus iste dicendus est, quomodo arbor mala bonos fructus facere non possit. Arbor enim mala bonos fructus non facit, sed potius bonum opus est illius, qui etiam per malos bene facit. Quapropter dici non potest quantum te fallat ista opinio, qua dixisti, omnes virtutes affectus esse, per quos aut fructuose aut steriliter boni sumus. Fieri autem non potest vt steriliter boni sumus, sed bonum non sumus quicquid steriliter sumus. Arbor enim bona bonos fructus facit. Absit autem vt deus bonus, a quo securis paratur arboribus non faciendis fructum bonum, excidat & in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igitur homines sunt steriliter boni, sed qui boni non sunt, possunt esse alij min', alij magis mali. Vnde & illi quos commemorare voluisti, de quibus ait Apostolus, Genes legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis: quid te adiuuent, omnino non video. Per hos enim probare conatus es, etiam alienos a fide Christi, veram posse habere iustitiam, eo quod isti teste Apostolo, naturaliter quae legis sunt faciunt. Vbi quidem dogma vestrum quo estis inimici gratiae dei, quae datur per Iesum Christum dominum nostrum, qui tollit peccatum mundi, euidentius expressisti: introducens hominum genus quod placere deo possit sine Christi fide lege naturae. Hoc est vnde vos maxime Christiana detestatur Ecclesia. Sed quid vis esse istos: Vtrum veras virtutes habent, & steriliter boni sunt, quia non propter deum: an etiam deo ex his placent, atq; ab illo vita remuneratur aeterna? Si steriles dixeris, quid

ergo eis prodest, quod secundum Apostolum defendit eos cogitationes suae in die qua iudicabit deus occulta hominum? Si autem qui defendentur cogitationibus suis, eo quod naturaliter opera fecerint legis, non sunt steriliter boni, & ob hoc inueniunt aeternam mercedem apud deum, proculdubio propterea iusti sunt, quia ex fide viuunt. Nam testimonium illud quod ex Apostolo posui, Omne quod non est ex fide, peccatum est: sicut tibi visum est accepisti & exposuisti, non vt sapit, sed vt sapis. De cibus enim Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset, Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide: hanc peccati speciem de qua agebat, generali voluit probare sententia, mox inferens, Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Sed vt hoc tibi de cibus tantum intelligendum esse concedam: quid de alio dicitur es testimonio quod identidem posui, nec inde aliquid disputasti, quia non inuenisti quomodo in tuam possis detorquere sententiam quod ad Hebraeos scriptum est, Sine fide enim impossibile est deo placere: Nempe vt hoc diceretur, de tota vita hominis agebatur, in qua iustus ex fide viuuit: & tamen cum sine fide impossibile sit placere, tibi virtutes sine fide sic placent, vt eas veras praedices, eisq; bonos esse homines: & rursum, quasi te penituerit laudis earum, steriles pronunciare non dubites. Isti ergo qui naturali lege sunt iusti, aut placent deo, & ex fide placent, quia sine fide impossibile est placere: & ex qua fide placent nisi ex fide Christi? quonia sicut legitur in Actibus Apostolorum, In illo deus definiuit fidem omnibus, suscitans eum a mortuis. Ideoq; dicitur sine lege naturaliter quae legis sunt facere, quia ex gentibus venerunt ad Euangelium, non ex circuncisione, cui lex data est: & propterea naturaliter, quia vt crederet, ipsa in eis est per dei gratiam correcta natura: nec per eos potes probare quod vis, etiam infideles veras posse habere virtutes, sunt quippe isti fideles. Aut si fidem non habent Christi, profecto nec iusti sunt, nec deo placent, cum sine fide placere impossibile sit. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes suae defendet, vt tolerabilius puniantur, quia naturaliter quae legis sunt vt cunq; fecerunt, scriptum habentes in cordibus opus legis haecenus, vt aliis non faceret quod perpeti nolent. Hoc tamen peccantes, quod homines sine fide, non ad eum finem ista opera retulerunt ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius quam Catilina punietur, non quia iste bonus, sed quia ille magis malus, & minus impius quam Catilina, Fabricius: non veras virtutes habendo, sed a veris virtutibus non plurimum deuiando. An forte & isti qui exhibuerunt terrenae patriae Babyloniam dilectionem, & virtute ciuili, non vera, sed verisimili daemonibus vel humanae gloriae seruiuerunt, Fabricius videlicet, & Regulis, & Fabiis, & Scipionibus, & Camillis, ceterisq; talibus, sicut infantibus qui sine baptismo moriuntur, prouisuri estis aliquem locum inter damnationem regnumq; caelorum: vbi non sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui deo non placuerunt, cui sine fide placere impossibile est, quae nec in operibus, nec in cordibus habuerunt? Non opinor perditionem vestram usq; ad istam posse impudentiam profligare. Erunt ergo, inquis, in damnatione sempiterna, in quibus erat vera iustitia: O vocem impudentiam maiore praecipitem. Non erat, inquam, in eis vera iustitia, quia non actibus, sed finibus praestantur officia. Sed facere ac lepide homo elegantissimus & vrbansissimus, si dicatur, inquis, quia castitas infidelium castitas non est: eadem fronte dicitur quia corpus Paganorum cor-

Rem. 14.

1. Cor. 9.

Sap. 8.

Proner. 2.

Quid sit virtus.

Rem. 1.

Julianus.

Augus.

Horat. lib. 1. Epistol.

Salustius.

Vitia vitiorum finitima.

Mat. 10. Gen. 3.

Rem. 14.

Hebr. 11.

Abac. 2.

An et quae modo vera iustitia possit esse in gentibus.

Acto. 13.

pus non sit: & oculi Paganorum sensum non habeant intuenti, & frumenta quæ in Paganorum nascuntur agris, frumenta non sint: & multa, inquis, alia quæ tantæ absurditatis sunt, ut risum possint intelligētibus commouere. Non planè risum, sed fletum potius intelligentibus vester commouet risus, sicut mentibus amicorum sanorum, fletum commouet risus phreneticorū. Itane aut cōtra scripturas sanctas infidelis animum fornicari negas, aut esse in animo fornicante veram castitatem dicis, & rides & sanus es? Vnde, quomodo, qua ratione istud fieri potest? Prorsus nec illa est castitas vera, nec sanitas vestra. Prorsus, inquam, nec vera est castitas animi fornicantis, & vera insania est hominis dicētis hoc dedecus & ridentis. Nos autē absit ut dicamus quod corpus Paganorum corpus non sit, & cætera huiusmodi. Neque enim est consequens, ut si non est vera virtus qua gloriatur impius, non sit verum corpus quod operatur deus. Sed planè possumus dicere hæreticorum frōtem non esse frontem, si non membrum quod fecit deus, significare intelligamus frontis nomine, sed pudorem. Quid si non in eo ipso libro, cui respondiſte te iactas, ante præstruerē, ne in hac sententia, qua dicimus, Omne quod non est ex fide, peccatum est: etiam illa intelligantur infidelium quæ dona sunt dei, siue in animi, siue in corporis bonis? Ibi enim sunt & ista quæ inaniter garris, corpus, & oculi, & membra cætera. In eo genere sunt etiam quæ in agris Paganorum frumenta nascuntur, quodrum deus creator est, non Pagani. An non tu ipse inter cætera etiam ista verba mea posuisti, ubi dixi, Anima enim & corpus & quæcunque bona animæ & corporis naturaliter insita, etiā in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt: De his autem quæ faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Hanc breuem, sed vtique apertā sententiam meam si mente tenuisses, puto quod tam improbus non fuisses; ut nos posse dicere assereres, quia corpus Paganorum corpus non sit: & oculi Paganorum sensum non habeant intuenti: & frumenta quæ in Paganorum nascuntur agris, frumenta non sint. Ut enim tibi tanquam de somno excitato eadem verba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortassis ut hæc diceret exciderunt, hæc etiam in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt. De his autem quæ faciunt dictum est, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Sed cum insana dicis & rides, phrenetico es similis. Cum autē vera quæ dico abs te pauloante commemorata, & huic ipsi operi tuo quo mihi respondere videris, inserta, sic non attendis, sic obliuisceris, non iam phreneticis, sed lethargicis cōpararis. Mirari te dicis, quod tam excellēs meum videlicet, sicut irridenter loqueris, non vidit ingenium, quantum vos in hoc quoque iuuerim, quia dixi aliis peccatis alia peccata vincuntur: Continuo quippe subditis atque concluditis dicētes, Perfacile igitur studio sanctitatis, quod deus adiuvat, potest homo carere peccatis. Si enim vincuntur, inquis, peccata peccatis, quanto magis possunt virtutibus peccata superari? Quasi nos negemus, adiutorium dei tantum valere, si velit, ut hodie nullas concupiscētias malas habere possimus, contra quas vel inuictissimè dimicemus. Et tamen non fieri nec tu negas. Cur autem non fiat, quis cognouit sensum domini? Non tamen parum scio, cum scio, quæ eū que illa causa sit, quod nec nulli desit iniquitas, nec omnipotentis infirmitas. Est igitur aliquid in eius abdito altoq; cōsilio, cur quædiu viuimus in hac carne mortali, est in nobis contra

quod mens dimicet nostra. Est etiam propter quod dicamus, Dimitte nobis debita nostra. Sed ut tibi sic loquar tanquam homini homo, & talis homo cuius terra inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, nihil est in creaturis, quod attinet ad institutarum diuinitus merita naturarum, rationali mente præstantius. Vnde sit consequens, ut mens bona magis sibi placeat, magisque se ipsa delectet, quam quilibet alia creatura. Quam vero periculose, imò permiciose sibi placeat, cū per hoc tumescit typho, & morbo inflationis extollitur, quædiu non videt sicut videbit in sine summum illud & immutabile bonum, in cuius comparatione se spernat, sibiq; illius charitate vilescat, tantòque spiritu eius impleatur, ut id sibi non ratione sola, sed aeterno quoque amore præponat, multum est disputando velle monstrare. Sapiat hæc qui fatigatus fame reuertitur ad semetipsum & dicit, Surgam, & ibo ad patrem meum. Vnde itaque scimus, ne forte quia hoc superbiae malum tunc animum tentare non poterit, & contra quod decertemus omnino nullum erit, quando tanta latibitur visione, & tāta inflammabitur charitate superioris boni, ut ad seipsum sibi placendo deficere ab illius delectatione non possit: ideo factum est in loco infirmitatis huius, ne superbe viueremus, ut sub quotidiana peccatorum remissione viuamus? Propter quod superbiae malum, nec Apostolus Paulus est arbitrio suo creditus, sed quia nondum venerat ad tantam participationem superioris illius boni, ut illic iam non posset extolli, hic illi est angelus satanæ colaphizator, ne hic ubi poterat extolleretur, appositus. Sed siue ista causa sit, siue alia quæ multo amplius me latet, tamen quod dubitare non possum, quantumlibet proficiamus sub hoc onere corruptibilis corporis, si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nō est. Propter quod & sancta Ecclesia etiam in talibus suis membris, ubi maculam criminis & rugā non habet falsitatis, licet contradicente superbia vestra, nō desinit deo dicere, Dimitte nobis debita nostra. Tu autem quanta arrogantia & de vestra præsumptione virtutis dixeris, Perfacile igitur studio sanctitatis, quod deus adiuvat, potest homo carere peccatis: ille non agnoscit, qui dogmata vestra non nouit. Nam & studiū sanctitatis sine adiutorio dei vultis in hominis voluntate præcedere, quod merito deus debeāt adiuuare, nō gratis, & sic creditis hominem in hac ærumnosa vita posse carere peccatis, ut non in se habeat quare dicat, Dimitte nobis debita nostra. Quauis aliquanto timidius id posuisse videaris, quia non dixisti, potest omnibus carere peccatis. Verum nec quibusdam dicere voluisti, sed tanquam tibi ipse de nimia vestra præsumptione erubueris, ita sententiam temperasti, ut & vestra & nostra posset voce defendi. Nam si apud Pelagianos discutatur, respondebitur ideo non dictum quibusdam, quia omnibus peccatis hominem carere posse dixisti. Si autem apud nos, & hic respondebitur, ideo non dictum omnibus, quoniam quemlibet hominem volueris intelligi, pro quibusdam peccatis necesse habere veniam postulare: sed qui seimus, quid sentiat, nec seire non possumus quomodo ista dicatis. Si gentilis, inquis, nudum operuerit, nunquid quia non est ex fide peccatum est? Prorsus in quantum non est ex fide, peccatum est, non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum est: sed de tali opere non in domino gloriari, solus impius negat esse peccatum. Quod ut intelligas, quauis iam satis inde fuerit disputatum, tamen

quia

quia magna res est, adhuc paulisper auscultat. Ecce eadē commemoro quæ ipse posuisti. Si gentilis qui non viuit ex fide, nudum operuerit, periclitantem liberauerit, ægri vulnera fouerit, diuitias honestæ amicitia impenderit, ad testimonium fallum nec tormentis potuerit impelli, quæro abs te, vtrum hæc opera bona bene faciat, an male? Si enim quauis bona, male tamen facit, negare non potes eum peccare, qui male quodlibet facit. Sed quia eum non vis cum facit ista peccare, profecto dicturus es, & bona facit, & bene. Fructus ergo bonos facit arbor mala, quod fieri non posse veritas dicit. Noli præcipitare sententiam, diligenter considera quid te respondere conueniat. An dicis hominem infidelem arborem bonam? Placet ergo deo. Neq; enim bono potest non placere quod bonum est. Et ubi erit quod scriptum est, Sine fide impossibile est deo placere: An respondebis, non in quantum infidelis est, sed in quantum homo est, arbor bona est? De quo ergo dominus ait, Non potest arbor mala bonos fructus facere: quædoquidem quicūque erit, aut homo, aut angelus erit. Sed si homo, in quantum homo est, arbor bona est: profecto & angelus in quantum angelus, arbor bona est. Hæc enim dei sunt opera, qui naturarū conditor est bonarum. Ac per hoc nulla erit arbor mala, de qua dictum est, quod non possit facere fructus bonos. Quis infidelis ita infideliter sapiat? Non itaque in quantum homo est, quod est opus dei, sed in quantum malæ voluntatis est, quicūque arbor mala est, & bonos fructus facere non potest. Vide itaque vtrum infidelem voluntatem audeas bonam dicere voluntatem. Sed forte dicturus es, Misericors voluntas bona est. Rectè istud diceretur, si quæ ad modum fides Christi, id est, fides quæ per dilectionem operatur, semper est bona, ita misericordia semper esset bona. Si autem reperitur & misericordia mala, qua persona pauperis accipitur in iudicio, propter quam postremo rex Saul meruit à domino vtique misericordie dānari, quia contra eius præceptum captiuo regi per humanum pepercit affectum, attentius cogita, ne forte misericordia bona non sit, nisi quæ huius bonæ fidei fuerit. Imò responde vt hoc sine dubitatione perspicuas, vtrum bonā misericordiam existimes infidelem. Porro si vitium est male misereri, proculdubio vitium est infideliter misereri. Quod si & ipsa per seipsam naturali compassione opus est bonum, etiam isto bono male vititur qui infideliter vititur, & hoc bonum male facit, qui infideliter facit: qui autem male facit aliquid, profecto peccat. Ex quo colligitur, etiam ipsa bona opera quæ faciunt infideles, nō ipsorum esse, sed illius qui bene vititur malis. Ipsorum autem esse peccata, quibus & bona male faciunt, quia ea nō fideli, sed infideli, hoc est stulta & noxia faciunt voluntate: qualis voluntas nullo Christiano dubitante arbor est mala, quæ facere non potest nisi fructus malos, id est, sola peccata. Omne enim, velis nolis, quod non est ex fide, peccatum est. Et ideo deus istas arbores non potest diligere: & si tales permanserint, disponit excidere, quia sine fide impossibile est placere. Sed ita hic immoror, quasi istas arbores nō iam tu ipse steriles pronunciaueris. Quomodo igitur obsecro non aut iocaris in his disputationibus, aut deliras, qui sterilium fructus arborum laudas? Qui vtique aut nulli sunt, aut si mali sunt, laudandi non sunt: aut si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt, imò & bonæ sunt, quarum fructus boni sunt, & debent deo placere, cui bonæ arbores nō possunt nisi placere: falsumq; erit quod scriptum est, Sine fide impossibile est placere. Sed

responsurus es, quid nisi vana? Ego, inquis, sterilitate bonos dixi homines, qui non propter deum faciendo bona quæ faciunt, non ab eo vitæ consequuntur aeternam. Iustus ergo deus & bonus, bonos est in mortem missurus aeternam? Piget iam dicere quàm multa te sequatur insana talia sentientem, talia dicentem, talia scribetem, in talibus me quod similiter non desipiam velut censorie reprehendentem. Sed breuiter accipe, ne forte cum in rebus ipsis tantum erres quantum errari plurimum potest, videar tecū cętare de verbis. Aut ergo intellige quod ait dominus, Si oculus tuus nequā est, totum corpus tuum tenebrosum erit: si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit: & hūc oculum agnosce intentionem, quæ facit quisque quod facit: & per hoc discere eum qui non facit opera bona intentione fidei bonæ, hoc est, eius quæ per dilectionem operatur, totū quasi corpus quod illis velut mēbris operibus constat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum. Aut certe quoniam saltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorū videntur bona, nō tamen eos ad salutem sempiternam regnumq; perducere, scito nos illud bonum hominum dicere illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine dei gratia, quæ datur per vnum mediatorem dei & hominum, nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad aeternum dei donum regnumq; perducere. Omnia proinde cætera quæ videntur inter homines habere aliquid laudis, videntur tibi virtutes veræ, videantur opera bona, & sine vilo facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc scio, quia non ea facit voluntas bona. Voluntas quippe infidelis atq; impia non est bona. Dicantur secundum te huiusmodi voluntates arbores bonæ, sufficit quod apud deū steriles sunt, ac per hoc nō bonæ. Sint inter homines fructuosa, inter quos sunt & bonæ, te auctore, te laudatore, si vis etiam plantatore: dum tamē illud velis nolis obtineam, quod amor mundi, quo quisque amicus est huius mundi, non est à deo, amorq; fruendi quibuscunque creaturis sine amore creatoris, nō est à deo. Amor autem dei quo peruenitur ad deum, nō est nisi à deo patre per Iesum Christum cū spiritu sancto. Per hūc amorem creatoris, bene quisque vititur etiā creaturis. Sine hoc amore creatoris, nullus quisquā bene vititur creaturis. Hoc ergo amore opus est, ut bonū beatificum sit & pudicitia coniugalis, ut sit eius intentio quando vititur coniugis carne, nō in voluptate libidinis, sed in voluntate propagationis. Si autē vicerit, & propter seipsam non propter filios propagandos fieri aliquid extorserit, & voluntas veniale peccatum sit propter nuptias Christianas,

Non autem dixi, quod interpositis aliis ex libro meo verbis me dixisse dixisti, ideo filios esse sub diaboli potestate, quia de corporū commixtione nascuntur. Aliud est enim dicere, de corporum commixtione nascuntur: aliud quia de corporum commixtione nascuntur. Nō autem ibi causa mali est, quia de corporū commixtione nascuntur. Neque enim etiam si natura humana primogenitum hominum peccato vitata nō esset, possent filij nisi de corporū commixtione generari. Sed ideo sub diaboli potestate sunt, qui de corporum commixtione nascuntur, antequam per spiritum renascantur, quia per illā nascuntur concupiscētiam, qua caro concupiscit aduersus spiritum, & aduersum se cogit concupiscere spiritum. Quæ pugna boni & mali nulla esset si nemo peccasset. Sicut autem ante hominis iniquitatem nulla erat, ita post infirmitatem nulla erit. Sed alia rursus mea verba proponis, & copiosissime disputas, quoniam ex impari-

bus bonis compositi sumus, animum corpori debere dominari. Quorum alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commemorare esse commune. Et ideo id quod est melius, id est animi virtute præditum dicitur & membrum corporis bene & cupiditatibus imperare. Nec consideras, quod cupiditatibus non sic imperatur ut membris. Cupiditates enim malæ sunt, quas ratione frangamus, contra quas mente pugnamus. Membra vero bona sunt, quæ voluntatis mouemus arbitrio, exceptis genitalibus, quauis & ipsa ex dei opere bona sint. Quæ ideo pudenda dicuntur, quia plus in eis mouendis potestatis habet libido, quam ratio. Quæ tamen non finibus perpetrare quod prouocat ipsa commotio, cum membra cætera facili tenemus imperio. Quando autem male utitur homo membris bonis, nisi quædam cõsentit eis quæ in nobis habitant cupiditatibus malis? In quibus libido præ cæteris turpis est, cui nisi resistatur, horrenda immunda committit. Quo malo bene non utitur, nisi sola pudicitia coniugalis. Hæc autem libido ideo malum non est in beluis, quoniam non repugnat rationi quæ carent. Cur autem non creditis, hominibus in paradiso constitutis ante peccatum diuinitus potuisse concedi ut tranquillam motionem & coniunctionem vel commixtionem membrorum sine vlla libidine filios procrearet: aut in eis saltem libido talis esset, cuius motus nec præcederet nec excederet voluntatem? An vobis libido parum est, quia placet, nisi & talis placeat, quæ nolentes etiam repugnantemque sollicitet? De qua Pelagiani quidem etiam litibus gloriatur tanquam de aliquo bono, sed eam sancti gemitibus consistunt, ut liberentur à malo.

Quando homo membris male utitur.

Cap. VI. Ridenda cõtrarietate me dixisse calumniaris, alios reos ex bono, alios sanctos ex malo opere, quoniam dixi nuptiarum bonum homines infideles infideliter utendo, in malum peccatumque conuertere, eoque modo concupiscentiæ malum conuertere fidelium nuptias in usum iustitiæ. Ac per hoc non dixi alios reos ex opere bono, sed ex opere malo, quo male utuntur bonis. Nec alios sanctos ex opere malo, sed ex opere bono, quo bene utuntur malis. Si non vis intelligere, aut si te fingis non intelligere, noli obstrepere volentibus & valentibus intelligere.

Cap. VII. Si aliquis malus condi posset, inquis, nunquam in bonum ablutione transiret. Eo modo diceres corpus quod mortale cõditum est, fieri immortale non posse: & tamen ut illud, ita & hoc falsum diceres. Non enim deus malum condidit, cum hominem cõdidit: sed bonum quod ipse condidit, malum trahit ex peccato, quod ipse non condidit: & sanat hoc malum quod ipse non condidit, in bono quod condidit. Cum autem nos non dicamus demones instituisse concubium, nec seminalem sexum vtriusque mixtionem, nec diabolicum opus esse causam generandi concubium coniugum, quoniam hæc omnia deus instituit, & possent esse sine concupiscentiæ malo, si vulnus præuaricationis vnde sequeretur discordia carnis & spiritus, inflictum non fuisset à diabolo: nonne te respicis, & de tua garrula loquacitate, quæ inania fabulatus es, erubescis, quod scilicet deprehendant demones in concubitu coniugatos, & tanquam in sua operatione deprehensos, non sinant generare filios regeneratione liberandos? Quasi diabolus si quod vellet faceret, non ipsos maiores impios adhuc in eiusdem diaboli positos potestatem quando cognosceret disponere fieri Christianos, cõtinuo suffocaret. Non est ergo consequens, ut parentibus regenerandos generantibus, & propter hoc concumbentibus demones minaciter ac

terribiliter contradicant, sicut tibi ipse confingis: quia

per vulnus à diabolo inflictum, in quo claudicat genus humanum, aliquid create deo gignitur, quod ex Adam transferatur ad Christum: cum legio demonum nec porcos in potestate habere potuerit, nisi petebat permittit Christus: & nouerit etiam de ipsis quas eum facere permittit, diaboli persecutionibus coronas suscitare martyribus, utens bene omni genere malorum ad utilitatem bonorum. Sed in illis quoque coniugibus, qui filiorum regenerationem vel non cogitant, vel etiam detestantur, bonum opus est nuptiarum generandi causa commixtio legitima sexuum, cuius operis fructus est ordinata susceptio filiorum, quauis eo bono male utantur, & in eo peccent, quod de impia vel propaganda vel propagata prole gloriatur. Homines enim qualibet peccati contagione vel perpetracione polluti, in quantum homines sunt, bonum sunt, & ideo bonum est ut nascantur, quia bonum sunt. Nec tamē ut gignantur, ideo adulteria vel quæque supra faciendæ sunt, ad quam nos absurditatem putas posse compelli, quia nuptias de malo libidinis, bonum proles dicimus operari. Sed nullo modo ex hac nostra vera rectaque sententia illud peruersum falsumque conficitur. Neque enim quia dominus ait, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ideo adhuc addere iniquitatem debemus, & furta rapinasque committere, ut plures pauperes sanctos misericordia largiore pascamus. Sicut ergo de mammona iniquitatis faciendi sunt amici, qui recipiant in tabernacula aeterna: ita coniugibus de plaga peccati originalis gignendi sunt filij, qui in vitam regenerentur æternam. Et quemadmodum furta, fraudes, depradationes ad faciendam non sunt, ut per iniquitates aucta pecunia plures amici iusti inopes comparerentur: sic adulteria, supra, fornicationes malo cum quo nati sumus addenda non sunt, vnde filij numerosiore stirpe nascantur. Aliud quippe est malo bene uti, quod iam inerat: & aliud est malum perpetrare, quod non erat. Illud enim est de malo tracto ex parentibus voluntarium bonum facere: hoc vero est malum à parentibus tractum aliis malis iam propriis & voluntariis augere. Sanè interest quod mammona iniquitatis cum laude indigentibus erogatur: carnalis autem concupiscentia laudabilius continentiae virtute frangatur, quam fructibus impenditur nuptiarum. Tam magnū est enim malum eius, ut eo non uti, quam bene uti sit. Melius. Alia deinde mea verba proponis, & multum aduersus ea nihil dicis, replicans quædam quæ superiori disputatione consumpta sunt. Quæ si & ego repetere velim, quis erit finis? Inter quæ dicitur etiam illud vestrum contra Christi gratiam, scilicet à vobis inaniter dictum, quod scilicet appellatione gratiæ, bonos fieri homines fatali necessitate dicamus, cum vobis ora obstruat & linguas premant, qui loqui nondum valent. Cum enim loquacissime labore astruere ac psuadere, quod Pelagius in Palæstinorum Episcoporum cognitione damnauit, gratiam dei secundum merita nostra dari, nulla tamē merita potestis asserere paruulorum, per quæ discernantur, qui eorum in dei filios adoptantur, ab eis qui sine huius gratiæ consecutione moriuntur. Calumniaris me dicere nihil studij expectari ab humana voluntate debere, contra illud euāgelicum quo ait dominus, Petite, & accipietis: quarite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis: Omnis enim qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. Ibi enim vos, ut video, ponere iam cõpistis merita gratiam præcedentia, quod est petere, querere, pulsare, ut his meritis debita illa reddatur, ac sic gratia inaniter nuncupetur, tanquam gratia

A gratia nulla præcesserit, & cor tetigerit, ut beatificum bonum peteretur à deo, ut quæreretur deus, ut pulsaretur ad deum, frustraque sit scriptum, Misericordia eius preueniet me. Frustra etiam nos pro inimicis nostris iubeat orare, si non est eius auersa & aduersa corda conuertere. Sed ponis apostolicum testimonium, & ab eo dicitur pulsantibus aperiri, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, ut videlicet intelligamus docentibus vobis ideo non omnes saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quia ipsi nolunt petere, cum deus velit dare: nolunt querere, cum deus velit ostendere: nolunt pulsare, cum deus velit aperire. Sed hunc sensum vestrum infantes illi ipsa sua taciturnitate conuincunt, qui nec petunt, nec querunt, nec pulsant, imò etiam cum baptizantur reclamant, respuunt, reluctantur, & accipiunt tamen & inueniunt, pulsant & aperitur eis, & intrant in regnum dei, ubi sit eis æternitatis salus & agnitio veritatis, longe pluribus infantibus in istam gratiam non adoptatis ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quibus dicere non potest: Volui & nolulistis, quia si voluisset, quis eorum qui nondum habent voluntatis suæ arbitrium, voluntati eius omnipotentissime restitisset? Cur ergo non sic accipimus quod dictum est, Qui omnes vult homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quomodo & illud accipimus, quod idem dixit Apostolus, Per vnium iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ? Hos enim omnes vult deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, in quos omnes per vnium iustificationem gratia peruenit ad iustificationem vitæ, ne dicatur vobis, Si deus vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed ideo non veniunt quia ipsi nolunt: cur tot milia paruulorum, qui non percepto baptismate moriuntur, non veniunt in regnum dei, ubi certa est agnitio veritatis? Nunquid autem homines non sunt, ut non pertineant ad id quod dictum est, omnes homines? Aut aliquis poterit dicere, deus quidem vult, sed ipsi nolunt, qui nondum velle seu nolle ista nouerunt, quando nec ipsi paruuli baptizantur atque moriuntur, & per illam gratiam ad agnitionem veritatis quæ in regno dei est, certissimam veniunt, ideo veniunt, quia ipsi renouari Christi baptismate voluerunt? Cum ergo nec illi propterea non baptizentur, quia noluerunt: nec isti propterea baptizentur, quia volunt: cur deus qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, tam multos in regnum suum, ubi est certa veritatis agnitio, qui nullo ei resistunt voluntatis arbitrio, patitur non venire? Nisi forte dicturus es, ideo paruulos non in eorum numero deputandos, quos deus omnes vult saluos fieri, quia ea salute quæ hic intelligenda est, salui sunt ipsi, nihil trahentes omnino peccati. Atque ita te intolerabilior sequetur absurditas. Isto enim modo beneuolentior facis deum omnibus impiissimis & sceleratissimis hominibus, quam innocētissimis & purissimis ab omni labe peccati. Quandoquidem illos, quia vult eos omnes saluos fieri, vult etiam intrare in regnum suum. Hoc est enim illis consequens si salui fuerint: sed qui nolunt, ipsi sibi obsunt. Immensum vero numerum paruulorum, qui sine baptismate moriuntur, suo regno aditici non vult, quos neque vlla peccata sicut putatis impediunt, & quod nullus ambigit, eius resistere voluntati contraria voluntate non possunt. Sic fit, ut esse Christianos omnes velit, quorum multi nolunt: non omnes velit, quorum est nemo qui nolit. Quod abhorret à vero.

Nouit dominus qui sunt eius: & in eorum salute atque in suum regnum introductione certa est voluntas eius. Sic ergo debet intelligi quod dictum est, Omnes homines vult venire, quemadmodum intelligitur quod dictum est, Per vnium iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. Quod apostolicum testimonium si eo modo intelligendum putas, ut dicas omnes positos esse pro multis, qui iustificantur in Christo, multi quippe alij non viuificantur in Christo: Respondebitur tibi, sic etiam illic ubi dictum est, omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, omnes positos esse pro multis, quos ad istam gratiam vult venire. Quod multo conuenientius propter hoc intelligitur dictum, quia nemo venit, nisi que venire ipse voluerit. Nemo potest venire ad me, inquit filius, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Omnes ergo qui salui sunt, & in agnitionem veniunt veritatis, eo volente salui sunt, eo volente veniunt. Quia etsi nondum sicut paruuli utuntur voluntatis arbitrio, eo volente regenerantur, quo create generant. Et qui iam utuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subueniente à quo præparatur voluntas, velle non possunt. Vbi si dixeris mihi, Cur ergo non conuertit omnium nolentium voluntates: respondebo, Cur non omnes morituros adoptat lauacro regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias inuenit voluntates? Si hoc profundius esse perspicis, quam ut abs te valeat inueniri, utriusque nostrum profundum sit, cur & in maioribus & in minoribus deus velit alteri, & nolit, alteri subuenire: dum tamen certum & immobile teneamus, non esse iniquitatem apud deum, quæ quæquam sine malis meritis damnet: & esse bonitatem apud deum, quæ multos sine bonis meritis liberet, demonstrans in eis quos damnat, quid omnibus debeatur: ut hinc discant quos liberat, quæ sibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia condonetur. Hæc ut Christianis cordibus conuenit cogitare, nescitis, & vos potius secundum vestram sententiam fato ista dicitis fieri. Vestra quippe non nostra sententia est, fato fieri quod merito non fit. Et ne secundum istam definitionem fato fiant hominibus, si meritis non fiant, quæcumque sunt, ideo merita vel bona vel mala quantum potestis asseritis, ne fatum sit consequens, si merita negaretis. Ac per hoc dicitur vobis, si ea quæ nullis meritis præstantur hominibus, fato fieri iam necesse est, & ideo merita asserenda sunt, ne fatum sit consequens, si merita non sunt: fato baptizantur, fato intrant in regnum dei paruuli, quorum bona merita nulla sunt. Et rursus, Fato non baptizantur, fato non intrant in regnum dei paruuli, quorum mala merita nulla sunt. Ecce pusilli qui fari nequeunt, vos potius assertores fati esse conuincunt. Nos autem cum vitæ originis mala merita esse dicamus, gratia dicimus intrare paruulum in regnum dei, quoniam bonus est deus: & alium merito non intrare, quoniam iustus est deus: & in neutro esse fatum, quoniam quod vult facit deus. Sed cum sciamus ab eo cui misericordiam & iudicium fideli voce captamus, istum secundum iudicium damnari, illum secundum misericordiam liberari: cur istum potius quam illud damnetur aut liberet, nos qui sumus qui respondeamus deo? Nunquid dicit figmentum ei se qui finxit, quare me sic fecisti? An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa originis vitæ atque damnatæ facere aliud vas in honorem secundum misericordiam, & aliud in con-

Jacobi 2.

Augustin' lib. 2. de gra-
tia dei con-
tra Pelagiū
cap. 47.

Differēt pu-
dicitia &
virginitas.

Humiliam secundum iudicium? Ideo non utrunque in honorem, ne hoc meruisse se existimet tanquam inculcata natura. Ideo non utrunque in contumeliam, ut iudicio superexultet misericordia: Ac per hoc nec damnatus ex debito, de supplicio iuste queritur: nec liberatus gratis, de merito superbe gloriatur, sed potius humiliter gratias agit, quando in illo a quo debitum exigitur, quid in eadem causa sibi donetur agnoscit. Afferis me in alio libro meo dixisse, negari liberum arbitrium, si gratia commendetur: & iterum negari gratiam, si liberum commendetur arbitrium calumniaris. Non hoc a me dictum est, sed propter ipsius quaestionis difficultatem videri hoc potest dictum esse & putari. Non est multum, ut ipsa verba mea ponam, vnde videant qui haec legunt, quemadmodum scriptis meis insidieris, & qua conscientia vel tardis vel ignavis cordibus abutaris, ut ideo te existiment respondere, quia non vis tacere. In nouissimis enim partibus primi libri mei ad sanctum Pinianum, cuius est titulus, De gratia dei contra Pelagium: Ista, inquam, quaestio, ubi de arbitrio vobis Pelagiū luntatis & dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultis, ut quando defenditur liberum arbitriū, si negari dei gratia videatur: quando autem asseritur dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: & cetera. Tu autem vir honestus & verax, abstulisti verba quae dixi, & dixisti quod ipse finxisti. Ego enim dixi, istam quaestionem ad discernendum esse difficilem, non autem dixi non posse discerni. Multo minus ergo dicerem, quod me dixisse mentiris, negari liberum arbitrium, si gratia commendetur: & negari gratiam, si liberum commendetur arbitrium. Redde verba mea, & vane scet calumnia tua. Repono suis locis ubi dixi, videatur ubi dixi, putetur, ut appareat de re tanta quibus abs te fraudibus disputetur. Non dixi negari gratiam, sed ut negari gratia videatur. Non dixi negari arbitrium liberū vel auferri, sed dixi ut putetur auferri. Et promittis cū libri ipsi ventilari cōperint, quod abs te illa sententiarum mearum & nudabitur & confodietur impietas. Quis nō expectet sapientiam differētis, qui fidem cognouerit mentientis? Quid est autē quod loqueris nihil pertinere ad laudem gratiae si id donet suis, quod peccata impiis largiuntur? Propter pudicitiam scilicet coniugalem, quam tibi habere videntur & impij. Homo contentiose, virtus donatur vera per gratiam, non qua vocatur, & non est. Ut quid autem pudicitiam & virginitatem quasi eiusdem generis iungis? Pudicitia est res animi, virginitas corporis. Denique illa integra in animo permanente, potest ista de corpore violenter auferri. Et cum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciuiae volūtate corrumpi. Propter quod ego nō dixi verum coniugium, siue viduitas, siue virginitas, sed vera pudicitia, siue coniugalis, siue vidualis, siue virginalis, dicenda non est, nisi quae verae fidei mancipatur. Coniuges enim & viduae & virgines possunt esse, & pudice non esse, si contaminata voluntate moechantur, si spiritu impuro supra perpetranda decernunt. In quibus tamen veram pudicitiam dicis esse, etiam si animo fornicentur, quod facere omnes impios eloquia diuina testantur. Quis autem nostrū dicit coniugium membrorum malum esse consentum, in quo nuptiae bene videntur ad propagandos filios concupiscētia malo? Quae concupiscētia malum non esset, si sola generandi causa ad licitum concubitus moueretur. Nunc vero cum ei resistit coniugalis pudicitia, limes est mali, & ideo bonum est. Vnde non crimen eius, sicut calumniando

loqueris, impunitum sit per religionē, quia nullus est criminis, quando per fidei bonum bene vitur libidinis malo. Neque hic dici potest ut putas: Faciamus mala ut veniant bona: quia ex nulla sui parte malum sunt nuptiae. Non enim, earum malum est, quod in hominibus quos parentes gignunt, non fecerunt, sed inueniunt. In primis autem coniugibus, qui ex nullis parentibus nati sunt, per peccatum accidit carnalis concupiscētia discordiosum malum, quo nuptiae bene vitentur, non per ipsas nuptias, vnde merito damnarentur. Quid ergo queris, utrum in coniugibus Christianis conuentum voluptatem, pudicitiam, an impudicitiam nominem? Ecce respondeo, nō ipsa nominatur pudicitia, sed eius mali vsus bonus, quo vsu bono fit ut illud malum nec impudicitia dici possit. Impudicitia est enim eiusdem mali vsus flagitiosus: sicut pudicitia virginalis eiusdem mali vsus nullus. Salua igitur pudicitia coniugali, malum de malo nascendo trahitur, quod renascitur purgetur. Sed si propter hoc, inquis, libidinis malū his, etiam de coniugibus Christianis proles criminosa profertur, sequitur ut pudicitia virginalis sit foelicitatis illatrix. Et quia in impiis inuenitur, inquis, antecellunt infideles pudicitiae virtute sublimes, Christianis libidinibus tunc pollutis. Non est ita ut dicis, multum falleris. Nec libidinis enim tunc polluitur, qui libidine bene vituntur, quauis generent libidinis tunc pollutos, & ideo regenerandos. Nec in impiis inuenitur pudicitia virginalis, quauis inueniatur virginitas carnis, quia vera pudicitia nō potest haberi in animo fornicante. Ac per hoc non antepositur virginalis bonum impiorum, bono coniugali fidelium. Sed coniuges bene vitentes malo, antepositur virginibus male vitentibus bono. Et ideo cum fideles coniugati bene vituntur malo libidinis, non apud eos ut calumniaris propter fidē exercetur impunitas criminis, sed in eis propter fidem veram non falsa virtus est castitatis. Quid autem ad nos pertinet, quia Manichaeos dicere affirmas, si quis homicidium conscientia formidante commiserit, reus est, quia timuit: si autem aliquod facinus exultante perpetraverit audacia, velut credēs se ex fide facere quod male facit, euasit culpam? Quod quidem nunquam audiui dicere Manichaeos. Sed quid ad nos, siue dicant, siue etiam ipsi calumniaris: cum hoc catholica fides non dicat, quam tenemus, & cuius te pōdere vrgemus? Nos enim ea quae videntur opera bona, dicimus non esse vere bona sine fide, quoniam opera vere bona necesse est deo placere, cui sine fide quia impossibile est placere, profecto quod vere opus est bonum, sine fide nō potest esse. Veruntamen illa opera quae apertissime mala sunt, non facit fides, quae per dilectionē operatur: quia dilectio proximi malum non operatur. Bona igitur concupiscētia naturalis, inquis, erubescis enim dicere carnalis, quae cum intra modum suum tenetur, inquis, nulla mali aspersione turbatur. Quomodo tenetur intra modum suum quae te, quomodo tenetur, nisi cum ei resistitur? Cur autem resistitur, nisi ne impleat desideria mala? Quomodo est igitur bona? Venisti etiam ad verba illi libri mei ubi dixi, Nonne illi coniuges primi, quorum nuptias benedixit deus, dicens, Crescite & multiplicamini, nudi erant, & non confundebantur? Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecens motus, quem nisi homines peccassent, proculdubio nuptiae non haberēt? Haec verba mea cum videres secundum scripturas ita posita, ut quicumque eundem locum libri, Genesios legit aut legerit,

Roma 2.

Quid sit
impudicitia
& pudicitia
virginalis.

alios, haec
bitare.

M

Gal. 5.
Roma 2.

Capit. 12.

Gen. 1.

Agerit, approbet sine dubitatione quod dixi, proluxa contradicendi disputatione multum sudasti, sed non sincerasti. Perstitisti quippe in sententia tua prava, quauis meam rectam ipso experimento probares nō abs te potuisse conuelli. In qua tua contradictione praetereo gestus & iactationes tuas tanquam hominis anhelantis & peruenire quō nititur non valentis, & in nebulis tamen quas perturbatus offundit, se peruenisse fingentis. Sed necessarios articulos sermonis tui, quantum me adiuuat dominus, comprehendo atque cofringo, ut totum corpus victum iacere conspiciat, qui & illa tua & haec nostra perlegerit, praesertim quia illa quae abs te multis modis repetuntur, etiam a nobis saepe destructa sunt. Dicis hic inter cetera, in hoc quod post peccatum primi homines erubescerent membra illa in quibus est libido texerunt, inuenisse me vnde persuaderem, deum aërea constituisse coniugia. Si ergo aërea essent coniugia sine libidine, aërea erunt te aethere corpora, quando libido nō erit. An istam libidine sic amatis, ut quomodo eam prius ante peccatum in paradiso positam, ita etiam resuscitatis corporibus ingeratis? Ego autem nō dico, ut me dicere affirmas, naturale non esse sine quo natura non est, sed dico naturale appellari vitium, sine quo nunc natura humana non nascitur, quae tamen sic instituta est ab initio. Ideoq; & hoc malum non ab illa prima institutione naturae, sed a primi hominis mala voluntate origine ducit. Nec permanebit, sed aut damnabitur, aut sanabitur. Sententiam meam cimicem dicis, qui vt molestiam viuus, sic fororē praestat attritus, quasi verecunderis vt loqueris, vincendo me atterere, vel tanquam victus ad loca vt dicis, caenosa cofugerim, exhorreas consequi atque perimere, quia videlicet partes disputationis tuae, quibus atterendus vel perimendus sum, quoniam de pudēdis loqui cogis, velut quidam aeditus pudor tuus & verborum sicut perhibes libertate submouit. Quare non potius de bonis quae laudas, libere loqueris? Quare nō est de opere dei verborum libertas, si eius intemerata permanet dignitas, nec aliquid ibi egit peccatū, vnde potius incuteret pudorem, & verborum comprimeret libertatem? Si non sunt, inquis, nuptiae sine libidine, & generaliter a vobis libido damnatur, damnatis & nuptias. Posse dicere, quia damnabitur mors, omnes damnados esse mortales. Si autem libido de connubio esset, profecto ante connubium vel praeter connubium nulla esset. Non potest, inquis, dici morbus sine quo non est connubium, quia potest esse connubium praeter peccatum. Morbus autem, inquis, ab Apostolo peccatum dicitur. Sed respondetur tibi, Non omnis morbus peccatum dicitur. Iste autem morbus poena peccati est, sine qua nō potest esse humana natura, nō dum ex omni parte sanata. Si autem propterea libido malum non est, quia sine illa non fit nuptiarum bonum: e contrario nec corpus bonū est, quia sine illo non fit adulterij malum. Hoc autem falsum est, sic ergo & illud. Quis autem nescit coniugatis Apostolum praecipisse, vt sciret vnusquisque eorum suum vas possidere, hoc est, uxorem suam, non in morbo desiderij, sicut gentes quae ignorāt deum: Qui ergo de hac re Apostolum legit, te negligit. Et non erubescis istum morbum, vel quod tu quauis pudibundus fateris, istā libidinem introducere in paradysum, & tribuere coniugibus ante peccatum? Ideo ne tu non in caeno absconditus latitas, qui libidine carnis & sanguinis quasi paradisi flore roseo te coronas, & tanquam libenter tali colore perfusus, & erubescis, & laudas? Quid quod

te tantum delectat loqui, vt quod confitemur & docemus, tanquam negemus, superflua proluxitate sermonis probare coneris? Quis enim negat futurum fuisse concubitus, etiam si peccatum non praecessisset? Sed futurus fuerat, sicut aliis membris, ita etiam genitalibus, voluntate motis, non libidine concitatis, aut certe etiam ipsa libidine, vt non vos de illa nimium contristemus, nō qualis nunc est, sed ad nutum voluntarium seruiente. Verum vos pro suscepta vestra tam fideliter laboratis, vt vim patiamini, nisi eam qualis nunc est etiam in paradiso collocetis, non ibi de peccato dicentes talem factam, sed talem nullo peccante fuisse mansuram, cum qua in illa pace dimicaretur, aut ne dimicaretur quotienscunque surgeret expleretur. O sanctas paradisi delicias, O frontem qualiumcunq; Episcoporum, O fidem qualiumcunq; castorum. Sed volens ostendere non omnia quae teguntur, ex peccato erubescenda putari oportere, multum in hianter multa commemoras, quae in nostro corpore naturaliter tecta sunt, quasi post peccatum tecta sint, sicut illi homines vnde inter nos quaestio est, quae ante peccatum nec pudenda nec tecta fuerat, post peccatū pudenda texerunt. Balbus, inquis, apud Tullium cum Cotta vere diligenterque disserunt. Vnde ob hoc pauca ponis, vt dicis, vt oneres pudorem meum, non ea me intellexisse sub magisterio sacrae legis, ad quorum notionem gentiles solo rationis ductu peruenire potuerunt: & ponis Balbi verba ex Ciceronis libro, per quae nos doceas, quid senserint Stoici de animalium mutorum masculinis ac foemininis diuersitatibus, de partibus corporis genitalibus, & miris commiscendorum corporum libidinibus. Quae tamen verba, vel Tulliana, vel cuiuslibet alterius antequam interponeres, cautissime praelocutus es, quod ideo sub bestiarum occasione sexuū tangat effectū, quia propter honestatem hoc in hominis descriptione praeteriit. Quid est propter honestatem? An in sexu hominis honestas confunditur, ubi deus tanquam in excellentiore natura dignus operatur? Sed docuerūt te Stoici disputare de occultis, nec docuerūt erubescere de pudendis. Adiungis deinde quomodo ipsum hominē oratione depingat vt dicis, & quomodo differat alui naturam stomacho esse subiectam, quod cibi & potitionis sit receptaculum: pulmones autem & cor extrinsecus spiritu adducant: multa in aluo mirabiliter effecta, quae consistant ex nervis, & quod sit multiplex & tortuosa, arceatq; & continet, siue illud aridum sit, siue humidum quod receperit, & cetera huiusmodi vsq; ad illud quemadmodum reliquiae cibi depellantur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. Cum ergo posset etiam in bestiis ista describere, cur inde ad hominem transitum fecit, nisi quia ista pudenda nō sunt: sicut nec in bestiis illa de sexuū genitalibus atque naturis, quae tamen in homine pudenda sunt? Ea causa vtiq; qua primitus post peccatū foliis ficulneis adoperta sunt. Nam cum in descriptione humani corporis vsque ad illa extrema venisset, qua cibi reliquiae depellantur, quemadmodum, inquit, fiat, haud sanē difficile dictu est: sed tamen praeterendum, ne quid habeat iniucunditatis oratio. Non dixit confusio, vel ne quid pudendum habeat oratio, sed ne quid iniucunditatis. Alia sunt enim quae horrorem ingerunt sensibus, vel deformia sunt: alia quae pudorem mentibus etiam si formosa sint, quia illa offendunt delectationem: commouēt autem ista libidinem, vel libidine commouentur. Quid igitur te adiuuat hec? Quia ipse, inquis, opifex noster nullum suae artis crimē

Capit. 12.

Cognouit, ut vitalia nostra tā diligēter occuleret. Absit planē ut artis suae tantus artifex vllum agnouerit crimen. Sed cur ista texerit, iam paulo superius ipse dixit, ne scilicet vel intereat, vel horreat publicata. Illa vero quae foliis ficulis texerunt coniuges primi, nec interibant vtique nec horrebant, quando nudi erant, & non confundebantur. Et nunc pudicitiae cautio potius ne libeat, quam ne horreat illa species, eorundem membrorum deuitat aspectum. Frustra igitur testimonio Stoicorum iuandam putasti tuam esse susceptam, non sanē illis amicam, qui nullam particulam boni humani in corporis voluptate posuerunt. Denique elegerunt in pecoribus potius quam in hominibus, quod tu facis, laudare libidines. Eorum quippe opinioni conuenienter ait quodā loco Tullius, se nō putare idem esse arietis & Publij Aphricani bonum. Qua magis sententia te oportuit admoneri, quid de humana libidine sentire deberes. Sed si talibus literis ut aliquid agam^o placeat, quia & in ipsis reperiuntur nonnulla vestigia veritatis, interim quae ipse posuisti, nihil aduersus nos valere puto, quod iam debeas cōfiteri. Vide nunc vtrum ista tertio dicam, non euertant assertionem tuam. In libro quarto de Republica idem Tullius hominem dicit non ut à matre, sed ut à nouerca natura editum in vitam, corpore & nudo & fragili, & infirmo: animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamē inesset tanquam obrutus quidam diuinus ignis ingenij & mentis. Quid ad haec dicis? Non hoc author iste male viuētium moribus dixit effectum, sed naturā potius accusauit. Rem vidit, causam nesciuit. Latebat enim eum cur esset graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulture in matrem omnium, quia sacris literis nō eruditus, ignorabat originale peccatum. Si autem de libidine quam defendis bene sentiret, nō ei pronus in libidines animus displiceret. Sed si haec tanquam minora bona defendis, in quae non debet à supernis animus inclinari, non quia libido vitium est, sed quia infimum bonū, audi manifestiora quae dicat in eodem ipso libro de Republica tertio, cum ageret de causa imperandi. An non, inquit, cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cū summa utilitate infimorum datum? Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini iracundiaque & ceteris vitiosis eiusdem animi partibus? Iamne saltem docente isto has quas bonas esse defendis, vitiosas partes animi confiteris? Adhuc audi. Paulō post enim, Sed & imperandi & seruiēdi, inquit, sunt dissimilitudines cognoscendae. Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori ut rex ciuibus suis, aut parens liberis: libidini autem, ut seruis dominus, quo eam coērcet & frangit. Sic regum, sic imperatorū, sic magistratuum, sic patrum, sic populorū imperia ciuibus sociisque praesunt, ut corporibus animus. Domini autem seruos ita fatigant, ut optima pars animi, id est, sapientia eiusdem animi vitiosas imbecillasque partes, ut libidines, ut iracundias, ut perturbationes ceteras. Habēnt adhuc quod contra nos de secularium literarum authoribus garrias? Sed si contra Episcopos eloquiorum diuinorū praeclarissimos tractatores, pro isto quem à te deus auerrat errore quaesiturus es quid dicas, quōve modo illorum sanctitati resistas, quid tibi erit Tullius, ut non eum in hac sententia desipuisse ac delirasse contendas? Tace ergo de illius generis libris, & noli nos inde aliquid contumeliose docere conari, ne

quorum te inaniter subleuari credis, eorum testimonio comprimaris. Quid autem de motu feminae, Cap. XIII. cuius & ipsam puduit, inaniter argumentandum putasti? Non utiq; femina motum vitibilem texit, sed cum in eisdem membris tale aliquid sentiret occultius, quale vir senserat, ambo texerunt, quod alterutrum videndo in alterutrum commoti ambo senserunt, & vel unusquisque sibi, vel alter alteri erubuerūt. Sed loquens vana, petis ut ignoscant vercundae aures, & congemiscant potius, quam indignentur necessitati tuae. Quare confunderis de dei operibus disputare? Quare petis ut ignoscatur tibi? Nōne abs te venia postulatio, etiam est ipsa libidinis accusatio? Sed si poterat, inquis, virile membrum & antea moueri, nihil ergo nouitatis inuenit delictum. Poterat planē etiam antea moueri, sed nō erat indecens, ut puderet quando id mouebat voluntatis imperium, non caro concupiscens aduersus spiritū. In hoc enim extitit nouitas pudenda, quam defendit impudēter nouitas vestra. Nunquam vero ego motum genitalium reprehendi generaliter, quod tu dicis dedicatiue, sed illum motum reprehendi quem facit concupiscentia, qua caro concupiscit aduersus spiritum, L quam velut bonum cum defendat error tuus, nescio quemadmodum aduersus illam velut aduersus malū cōcupiscat spiritus tuus. Si in fructu ligni illius, inquis, haec fuit libido, à deo facta esse monstratur, & per hoc bona quoque ipsa defenditur. Sed respondetur tibi, Non in fructu ligni fuit libido, & ideo bonum erat lignum: sed mala est inobedientia libidinis, quae aduersus hominis inobedientiam quam in ligno admisit, deo deserente surrexit. Absit enim ut deus de ligno bono cuiusque atati illorum hominum, quocumque tempore beneficium tale conferret, ut haberent in membris aduersarium contra quem pudicitia dimicaret. Nouimus autem Ioannem Apostolum, non mundum istum, id est, cōlū & terram & omnia quae in eo substantialiter sunt, qui mundus factus est à patre per filium, reprehendisse cum diceret: Omnia quae in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quae non est à patre, sed ex mundo est. Nouimus haec, nolo nos doceas. Sed quam concupiscentiam carnis dixerit à patre non esse, tu volens exponere, luxuriam intelligendam esse dixisti. Sed cum abs te quero, cui consentiatur ut sit luxuries, vel cui repugnetur ut nō sit, tua tibi suscepta occurrit in faciem, vtrum M adhuc laudando tu videris, cui consentire luxuria est, cui repugnare continentia est. Vbi miror si deliberas, vtrum eam magis debeas cum luxuria vituperare, quae fit per eius assensum, an eam laudare cum continentia, quae illi ingerit bellum. In quo bello pudicitia est victoria continentiae, & luxuria victoria cōcupiscentiae. Tu autem iudex incorruptus atque integer, cum laudes continentiam, vituperesque luxuriam: sic tamen accipis personam concupiscentiae, quam tu videris cur offendere timeas, ut eam non erubescas cum sua laudare aduersaria, nec audeas cum sua vituperare victoriam. Sed absit ut quilibet homo dei sic te audiat vituperatorem luxuriae, ut approbet concupiscentiae laudatorem: & ex tuo sermone arbitretur bonum, quod in seipso experitur malum. Denique qui concupiscentiam quam prae laudas, cōsurgendo vicerit, luxuriam quam recte vituperas nō habebit. Quomodo autem Ioanni Apostolo obtemperamus, si cōcupiscentiam carnis diligimus? Respondebis, non est ipsa quam laudo. Et quae illa est quam Ioannes dicit à patre non esse? Luxuria, inquis. Sed

A Sed luxuriosi non erimus, nisi istam quam laudas concupiscentiam diligamus. Ac per hoc, nolite diligere carnis concupiscentiam cum dicebat, luxuriosos nos esse nolebat. Ab hac igitur abs te laudata carnis concupiscentia diligenda prohibemur, quando à luxuria prohibemur. Haec autem quam diligere prohibemur, non est à patre. Duo enim bona quae à patre sunt, inter se pugnare non possunt. Pugnare autem inter se continentia & concupiscentia. Quid horum à patre magis velis esse, responde. Video quas patiaris angustias, faues quidem concupiscentiae, sed erubescis continentiae. Vincat pudor tuus, eoque vincatur error tuus. Cum igitur à patre sit continentia qua debellatur carnis concupiscentia, sume à patre continentiam, cui recta fronte erubuisi, & vince concupiscentiam, quam peruerso ore laudasti. Quinetiam putasti, omnium sensuum voluptatem in auxilium conuocandam, tanquam voluptas genitalium nec tanto patrono sibi sola sufficeret, nisi sociarum cuneus subueniret. Consequens enim existimas, ut sensum videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, atque tangendi, non à deo, sed à diabolo nobis fateamur esse collatum: si concesserimus eam concupiscentiam carnis, cui per continentiam repugnamus, nō fuisse in paradiso ante peccatum, & ex illo accidisse peccato, quod primum homini diabolus persuasit. Sic ignoras vel ignorare te fingis per quemlibet corporis sensum aliud esse sentiendi viuacitatem, vel utilitatem, vel necessitatem, aliud sentiendi libidinem. Viuacitas sentiendi, qua magis alius, alius minus in ipsis corporalibus rebus pro earum modo atque natura quod verū est percipit, atque id à falso magis minusve discernit. Utilitas sentiendi est per quam corpori vitaeque quam gerimus, ad aliquid approbandum vel improbandum, sumendum vel reiiciendum, appetendum vitandumve consulimus. Necessitas sentiendi est, quando sensibus nostris etiam quae nolumus ingeruntur. Libido autem sentiendi est, de qua nunc agimus, quae nos ad sentiendum, siue cōsentientes mente, siue repugnantes, appetitu carnalis voluptatis impellit. Haec est contraria dilectioni sapientiae, haec virtutibus inimica. Hoc malo quantum attinet ad eius partem qua sibi sexus uterque miscetur, bene vtuntur nuptiae, cum coniuges procreant filios per illam, nihilque faciunt propter illam. Hanc si voluisses vel valuisses assentiēdi viuacitate, utilitate, necessitate discernere, videres quā superfluo tā multa dixisses. Non enim ait dominus, Qui viderit mulierem, sed qui viderit ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo. Ecce sensum videndi à libidine sentiendi, si peruicax non sis, breuiter aperteque discernit. Illud deus condidit, instruendo corpus humanum, illud diabolus seminavit persuadēdo peccatum. Laudent ergo cōlū & terram & omnia quae in eis sunt, homines pii, & ex his omnibus deum, consideratione pulchritudinis, nō ardore libidinis. Sicut auri decus aliter laudat religiosus, aliter auarus. Iste cum pietate venerādi creatorem, ille cum libidine possidēdi creaturam. Mouetur certe animus ad pietatis affectum, diuino cantico audito: tamen etiam illic si sonū non sensum libido audiendi desideret, improbat, quāto magis si cantu oculis inanibus vel etiā turpibus delectatur? Ceteri tres sensus corpulentiores, & quodammodo grossiores sunt, nec se foras proiciunt, sed interius quod ad eos pertinet agunt. Odor ab olfaciente discernitur, sapor à gustante, tactus à tangente plurima. Non enim hoc est caldum & frigidum, quod leuē & asperum, aut ista hoc sunt quod

molle ac durum, & ab his omnibus distat quod dicitur D leue seu graue. In his omnibus quādo molesta vitantur, vt putores, amaritudines, estus, frigora, & quaeque aspera & dura & graua, commoditatis prouisio, non libido est voluptatis. Ea vero quae his contraria commode sumimus, si nihil eorum interest ad salutem, vel ad declinandam doloris laborisve molestiam, etiam si cum aliqua sumuntur delectatione cum praesto sunt, tamen cū absint nulla sunt desideranda libidine. Si autem desiderantur, nō est bonum. In quibuslibet enim rebus talis domandus & sanandus est appetitus. Quis enim quantumcumque sit carnalis concupiscentiae castigatō, si locum thymiamate intrauerit, odoratum, possit efficere ut ei non suauiter oleat, nisi nares claudat, aut intēione vehementi alienetur à corporis sensibus? Sed nunquid cum inde fuerit egressus, id domi suae vel quacumque pergīt desiderabit? Aut si desiderauerit, satiare debet istam libidinem, non frenare, & contra concupiscentem carnem spiritu concupiscere, donec ad illam redeat sanitatem, qua nihil tale desideret. Minimum hoc quidem, sed qui minima spernit, sicut scriptum est, paulatim decidit. Alimentorum sustentaculis indigemus. Si suauia non sint quae ore sumuntur, nec sumi possunt, E & nauquando saepe respuntur, & perniciosa sunt caueda fastidia. Non solum ergo cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, non propter exaturandam libidinem, sed propter tuendam salutem. Cum ergo natura quodammodo poscit supplementa quae desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis. Cum vero suppleta necessitate, amor edēdi animus sollicitat, iam libido est, iam malum est, cui cedendum nō est, sed resistendum. Haec duo, id est famem & edendi amorem etiam poeta discreuit, qui post maris iactationē, sociis Aeneae naufragis & peregrinis satis esse iudicans tantū sumere alimentorum, quantum refectiois indigentia postularer, ait, Postquam exempta fames epulis, mensaeque remota. Cum vero Aeneas ipse ab Euandro rege susceptus est hospes, decentius arbitratus ampliores exhiberi epulas regias, quam necessitas posceret, non satis fuit ut diceret, Postquam exempta fames: sed addidit, & amor compressus edendi. Quanto magis nos discernere ac nosse debemus, quid necessitas refectiois, quid libido edacitatis exposcat, quorum negotium est contra concupiscentē carnem spiritu concupiscere, & delectari legi dei secundū interiorem hominem, eiusque delectationis serenitatem nullis libidinosis delectationibus nubilare. Nam iste amor edēdi, non edēdo, sed continendo est comprimendus. Quis autem mente sobrius non mallet si fieri posset, sine vlla mordaci voluptate carnali, vel arida sumere alimentā, vel humida, sicut sumimus haec aëria, quae de circumfusis auris respirando & spirando sorbēmus & fundimus? Quod alimentum cum ore ac naribus sine cessatione sumamus, nec sapit nec olet quicquam: nec tamē sine illo vel tantillo spatio temporis, sicut tam prolixo sine cibo & potu possumus vivere, nec eius indigentia sentitur, nisi molestia, si ora naresque claudantur, vel nutu voluntatis quantum sinit ipsa molestia, paulisper pulmonum inhibeamus officium, quibus velut follibus alterante motu vitales flatus haurimus, & reddimus. Quāto esset foelicitus, si spatiosis quidem intervallis, sicut etiā nunc, vel quantumcumque spatiosioribus sine vlla saporis illecebrosa suauitate cibum perciperemus & potum, quō tantam molestiam vel perniciem pelleremus? Nam si in praesenti vita temperanter alimenta sumentes, con-

Tullius de Republica.

Ecclesi. 1. 19.

Itē Tullius ubi supra.

1. Ioan. 4.

Luxuria.

Differensia inter olfactum & gustum.

Genitentes vocantur & sobrii, meritoque laude habentur: nec desunt huiusmodi qui quantum natura petat, aut minus refectionis assumant, malentes si modo necessitatis congruo falluntur, minus id sumplisse quam amplius: quanto magis in illa dignitate honestum modum fuisse credendum & sumendorum alimentorum, quo & animali corpori necessaria praberetur, & modus naturalis nullatenus excederetur, sicut in paradiso pri-

mos homines vixisse credendum est? Quauis nonnulli, neque hi cōceptibiles diuini eloquij tractatores, nullo huiusmodi victu eos indignuisse potius opinentur, ut ea sola in paradiso voluptas vel alimonia existimetur fuisse, qua delectantur & aluntur corda sapientium. Sed ego cum eis sentio, qui sicut illud quod dictū est, Masculū & foeminam fecit eos, & benedixit illos deus dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terram: secundum sexum corporalem atque conspicuum intelligit dictum, ita etiam quod paulopost sequitur, & dixit deus, Ecce dedi vobis omne fœnum satiuum feminans semen, quod est super omnem terram: & omne lignum quod habet in se fructum seminis satiuū, vobis erit in escam, & omnibus bestijs terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni serpenti reptanti super terram, quod habet in se animam vitæ, & omne fœnum viride in escam: non aliter accipiunt, nisi quia ille vterque sexus his alimentis quibus & animalia cœtera corporaliter utebatur, & habebat ex hoc victu sustentaculum cōgruum, licet modo quodam immortalitatem animalis corpori necessarium, ne indigentia læderetur: de ligno autem vitæ, ne fenestrate perduceretur ad mortem. Sed nulla ratione crediderim in illo tantæ felicitatis loco aut carnem concupiuisse aduersus spiritum, & spiritum aduersus carnem, atque in ista cōsuetudine sine interna pace vixisse, aut spiritum desiderijs nō repugnasse carnalibus, sed quicquid vndeque libido suggereretur, turpi seruitio peregrisse. Remanet igitur, ut aut nulla ibi fuerit carnalis cōcupiscentia, sed ille fuerit viuendi modus, ut omnia necessaria cōgruis membrorum officijs sine vllius motu libidinis impleverentur. Non enim quia terra non libidine, sed voluntate motis agriculturalium manibus seminatur, ideo suos pariendos non concipit fetus: aut ne nimium videamur offendere homines qui voluptatem corporis quomodocumque defendunt, ita ibi credatur carnalium sensuū fuisse libidinem, ut omnimodo rationali subdita voluntati, non aliās adesset, nisi cum per illam vel saluti esset corporis, vel stirpis propagini consulendū: & tanta adesset, ut nulla ex parte mentem de supernarum cogitationum delectatione deponeret, nullus superuacuis siue importunis motus esset ex illa: nihil nisi quod prodesset fieret per illam, nihil omnino fieret propter illam. Nunc vero quam se aliter habeat, qui dimicant aduersus eā, hi maxime sentiunt. Ingerit se videtibus vel audietibus aliquid, quauis propter aliud videant & audiant, ut etiam si tangendi non inde percipit voluptatem, saltem voluptariam cogitationem inter necessaria quæ ad eam non pertinent, motu obrepente furetur. In ipsis porro cogitationibus, etiam quando nihil illecebrosum adiacet oculis, aut insonat auribus, quæ non conatur etiā obsoleta atque sopita reordinationibus inquietis, cum turpi delectatione refricare, & castis sanctisque intentionibus tumultu quodam sordide interpellationis obstrere: iam vero cum ad vltimum ventum fuerit necessaria voluptatis, per quam reficimus corpus, quis verbis explicet quemadmodum nos modum necessitatis sentire non sinat, &

ipsum limitem procurada salutis, si qua affuit delectabilia, rapiendo abscondat & transeat, putantibus nobis satis non esse quod satis est, dum libenter eius prouocationibus ducimur, existimantes nos adhuc agere negotium valetudinis, cū agamus potius crudelitatis: Quid enim mali fecerimus, crapula pœnitendo testatur, quod metuentes, plerumque minus quam eximendæ fami sufficit, vescimur. Ita nescit cupiditas, ubi finiatur necessitas. Et hæc quidē vescēdi atque potandi tolerabilis est voluptas, quanta possumus intentione vigilantibus nobis, ut facilius non impleat, quam modum aliquādo victus sufficientis excedat. Contra cuius concupiscentiam, & ieiunando & parcius alimenta sumendo pugnamus. Eoque malo bene tunc vitmur, quando per illam non nisi quod saluti conducibile est, agimus. Ideo autē hęc voluptatem dixi tolerabilem, quia vis eius tanta nō est, ut nos a cogitationibus ad sapientiam pertinentibus, si in eis sumus mentis delectatione suspensi, abrumpat & deiiciat. Nam sæpe de magnis rebus inter epulas nō solum cogitamus, verum etiam disputamus, atque inter ipsos ciborum morsus & potionum glutus, nihil remissius audiendo dicendūque colloquimur, & quod nosse vel recollere volumus, intentissimè omnino si nobis legitur accipimus. Illa vero pro qua mecum tantis contentionibus litigas, etiam quando ad eam bona intentione, hoc est, causa propagandæ prolis acceditur: tamē in ipso opere suo quem permittit aliquid non dico sapientiam, sed cuiuslibet rei aliud cogitare: Nonne illi totus animus & corpus impenditur, & ipsius mentis quadam submersio illud extremum eius impletur: Cum vero vincit etiam coniugatos ut nō propagationis, sed delectationis carnalis cupiditate misceantur, quod apostolus secundum veniam, non secundum imperium se dixisse testatur, ita hinc emergitur, & quasi in auram cogitationis post illum gurgitem respiratur, ut fiat cōsequens, quod verum ait quidam, Et pœnitendi quæ est cū voluptate vicinitas. Quis ergo amator spiritualis boni, etiam sola causa sobolis coniugatus non mallet vel sine ista si possit, vel sine tam magna vi eius filios procreare? Quod ergo mallet sancti coniuges in hac vita, puto nos hoc debere de illa paradisi vita, quæ multo melior erat, credere, si nihil melius inde possumus cogitare: Obscuro te, non sit honestior philosophia gentium, quam nostra Christiana, quæ vna est vera philosophia, quandoquidem studium vel amor sapientiam significatur hoc nomine. Vide enim quid in Hortensio dialogo dicat Tullius, quæ magis verba te delectare debuerunt, quam Balbi Stoicorum partes agentis: quæ licet vera, tamen de parte hominis inferiore, hoc est, de corpore fuerunt, & te nihil adiuuare potuerunt. Vide quid iste pro viuacitate mentis contra voluptatem corporis dicat. An vero, inquit, voluptates corporis expetendæ, quæ verè & grauiter à Platone dictæ sunt illecebræ esse atque escæ malorum? Quæ enim cōfectio est, inquit, valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod nō euocetur atque eliciatur voluptate? Cuius motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophiæ. Cōgruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis nō potest. Quis enim cum vtatur voluptate ea, quæ nulla possit maior esse, atque tēdere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquam potest? Quis autē tantus est gurgis, qui dies & noctes sine vlla minimi temporis intermissione velit ita moueri suos sensus, ut mouentur in summis voluptatibus? Quis autē bona mente præditus, non mallet nullas

A nullas omnino nobis à natura voluptates datas: Hęc ille dixit, qui nihil de primorum hominum vita, nihil de paradisi felicitate, nihil de corporū resurrectione crederat. Erubescamus interim veris disputationibus impiorum, qui didicimus in vera pietatis sanctaque philosophia, & contra spiritum carnem, & cōtra carnem concupiscere spiritum. Sed hoc vnde acciderit, Cicero nesciebat: & tamen carnis concupiscentiæ nō fauebat, quod tu facis, imò vehementer vrgebat, quod tu nō solum non facis, sed facientibus vehementer irasceris: qui concupiscentias & spiritus & carnis inter se belligerantes, tanquam in bello timidus ambas laudare conaris, velut inimicam metuens habere, quæ potuerit alteram vincere. Quin age potius ne formides, & lauda concupiscentiam spiritus, aduersus concupiscentiam carnis tanto acrius, quāto castius dimicantē. Illam vero repugnantē legi mentis, sine pauore vllō eadē cui repugnat lege mētis condēna. Aliud est cōsideratio pulchritudinis etiā corporalis, siue visibilis, sicut est in coloribus & figuris: siue audibilis, sicut est in cantibus atque modulis, quam cōsiderationem nisi rationale animal habere nō potest: & aliud est commotio libidinis, quæ ratione frenanda est. Ioannes enim apostolus illam concupiscentiam non esse dixit à patre, quæ cōcupiscit aduersus spiritum. Quam nemo potest bonam dicere, nisi cuius aduersus eam non amat concupiscere spiritus. Quod si talis non est in motu & in ardore genitalium, non aduersus eam cōcupiscit spiritus, ne aduersus donū dei concupiscendo inueniatur ingratus, sed quicquid appetuerit detur, tanquā illi quæ ex patre est. Si autem non est quod detur, hoc potius petatur à patre, non ut auferat vel comprimatur, sed ut expleat concupiscentiam quam donauit. Quod sapere, desipere est. Ut quid eā cōparamus vino & cibo, & aliquid nobis dicere videmur, quia dicimus, nec vinum ebrietas, nec cibū condemnet crapula, nec concupiscentiam infamet obscœnitas, quādo nec ebrietas, nec crapula, nec obscœnitas vlla committitur, si carnis cōcupiscentia spiritu aduersus eam concupiscente vincatur: Excessus, inquit, eius in culpa est. Nec perspicis, quod facillime potuisses, si magis ipsam quā me vincere voluisses, ut non fiat malum excedēdi, resistendum esse malo cōcupiscendi. Duo ergo mala sunt, quorum vnum habemus, alterū facimus, si ei nō resistimus quod habemus. Ideo in pecoribus malū non est concupiscentia, quia non aduersus spiritum cōcupiscit, sed eorum potius oblectat spiritum. Concupiscentia enim sapientiæ carentia, carnali concupiscentiæ resultant: & à bono vitæ rationalis aliena, hoc bonum habent quo delectantur. Iam vero & antea diximus, propterea hoc non esse in pecoribus malum, quia in eis nō concupiscit aduersus spiritum. Non enim habet rationem, quæ libidines subiugent superando, fatigant ve pugnatione peccari: Quam sententiam non tibi obiectā tanta loquacitate refellere laborasti, ut superflua multa colligeres, quæ in pecoribus animaduersa, etiā medicinæ disciplina sectatur. Sed ne propterea putaretur nō esse malum concupiscentia carnis, quia bonū est in pecore vt eo se oblectet illa natura, cui non potest inesse concupiscentia sapientiæ, ideo dictū est bonum esse pecoris, cuius sine vlla repugnantia delectat spiritum: malum autem hominis, quo concupiscit aduersus spiritum.

Conuocasti etiam in auxilium turban philosophorum, quasi susceptæ tuæ si non possint pecorum solertia naturales, saltem doctorum hominum opitulentur Tomus septimus.

tur errores. Sed quis non videat doctrinā te quæsisse Diastantiam in commemorandis nominibus doctorum hominum, scilicet quæ diuersis, quando perspicit quicunque ista tua legit, ad quæstionē quæ inter nos vertitur, hæc nullatenus pertinere? Quis enim audiat quod abs te commemoratur Thales Milesius vnus è septem sapientibus, deinde Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Xenophanes, Parmenides, Leucippus, Democritus, Empedocles, Heraclitus, Melissus, Plato, Pythagorei, vnusquisque cū proprio dogmate suo de naturalibus rebus: Quis, inquam, hæc audiat, & non ipso nominum sectarumque cōglobatarum strepitu terreatur, si est ineruditus, qualis est hominū multitudo, & existimet te aliquem magnum, qui hæc scire potueris? Ecce quod appetis, quādoquidem in his omnibus abs te cōacernatim commemoratis, quod ad rem quæ inter nos agitur pertineat, nihil omnino dixisti. Nam prælocutus es ista dicturus, & aisti, Omnes philosophi in scholis licet aliud differentes, tamen idola cum plebe venerantes, qui de naturalibus causis aliquid excogitare conati sunt, inter multas opinionis suæ vanitates, aliquas tamen veritates, velut iam ferè pares, per caliginem vani, huic tamen dogmati cōtra quod agimus, iure anteferri possunt. Atque vt hoc probares, subdidisti ea quæ à me quoque modò commemorata sunt, philosophorum nomina physicorum cum opinionibus suis, quas de naturalibus causis habuerunt: nec tamen commemorare omnes siue voluisti, siue potuisti. Quæ in re homines imperitos nullo doctorum dubitante fraudasti. Hoc enim demonstrare susceperas, omnes philosophos qui de naturalibus causis aliquid excogitare conati sunt, iure posse huic dogmati contra quod ageres anteferri. Cur ergo, vt de aliis plurimis taceam, cum commemorasses Amaximenē, eiusque discipulum Anaxagoram, tacuisti alterum eius discipulum Diogenem, qui & à magistro & cōdiscipulo suo in rerū naturæ opinione dissentit, propriūque dogma cōstituit: Quid si tale aliquid ipse sentit, vt nobis non esset antepōndus, quibus omnes qui de rerum natura philosophati sunt, antepōndos esse dixisti? Atque vt hoc quasi ostenderes, te in cōmemorandis frustra nominibus & dogmatibus philosophorum insipienter inflasti. Ecce præteristi vnum quem vel ex magistro, vel ex cōdiscipulo quos nominasti, iuxta atterere debuisti. An forte timuisti ne Diogenes Cynicus putaretur, aut ille etiam legentibus propter idem nomen occurreret, & veniret in mentem, quod melior te patronus libidinis fuerit, de qua exercēda nō verecundabatur in publico, vnde illa secta Caninum nomen accepit? Tu autem defensorem quidem libidinis proferis, sed de tua suscepta, quod fidem libertatemque patroni non decuerat, erubescis. Verum obscuro te, si philosophos nobis antepōnere gestiebas, cur non potius eos cōmemorasti, qui de moribus quæ pars ab eis philosophiæ vocatur ethica, quam nos moralem dicimus, solertissime disputarunt? Hoc enim tibi potissimum congruebat, qui honestate quidem mentis inferius, tamen bonū hominis esse censes corporis voluptatē. Sed quis nō quid prospexeris cernat? Ne scilicet in ipsa de voluptate quæstione vnde tecū agim⁹, honestiores philosophi te obruerēt, quos Cicero propter ipsam honestatē tanquā consulares philosophos nūcupauit: & ipsi Stoici maxime inimicissimi voluptatis, quorum testimoniū ex persona Balbi apud Ciceronē disputatis, verū quidem, sed quod tibi prorsus nihil prodesset, interponendū putasti. Quod autē nullum hominis

bonum censeant corporis voluptatem cupiens abscon-
dere, nulla de quaestione morali nomina & dogmata
philosophorum, quod maxime ad rem pertinebat, si al-
iquid de philosophis probandum fuit, commemorare
voluisti. Non enim te aduersus istos defenderet, nō di-
co Epicurus, qui totum bonum hominis in voluptate
corporis posuit, quia non quod ille, tu sentis, sed Dino-
machus, huius quippe dogma tibi placuit. Nam ipse
coniungendam voluptatem arbitratus est honestati, vt
quemadmodum honestas, ita voluptas per se ipsa appe-
tenda videretur. Hanc ergo partem vbi de moribus dis-
putatur, cum tibi infensam cerneret, attingere timu-
isti. Nam vbi maxime controuersia ista versatur, quanti
& quales, & cuius apud gentes gloriae philosophi tibi
preferantur, vides: maximēque ipse Plato, quem Cice-
ro appellare non dubitat penē philosophorum deum,
cuius nec tu nomen praeterire potuisti, cum de natura-
libus, nō de moralibus philosophorum nobis dogma-
ta inferres siue praferres, qui corporis voluptates vere
& grauitate dixisse perhibetur illecebras atque escas ma-
lorum. Nunquid autem quid de hominis conditione
senserint quos nominasti philosophi, quia & hoc ad na-
turalem pertinet quaestionem, quod qualitercunq; cau-
sa poscebat, commemorandum putasti? Non vtique feci-
stis, & recte. Quid enim illi didicerant, vel quid lo-
cuti fuerant de primo homine Adam & eius coniuge,
de prima eorum preuaricatione, de serpentis astutia, de
nuditate corporis ante peccatū sine confusione, & cum
confusione continuo post peccatum? Quid denique tale
audierunt, quale illud est quod ait Apostolus, Per v-
num hominem peccatum intravit in mundum, & per
peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit,
in quo omnes peccauerunt? Harum literarum illi at-
que huius veritatis expertes, quid de hac re sapere po-
tuerunt? Verum si de hominis cōditiōe dogmata homi-
nimum a sacris literis nostris abhorrentium nihil iudic-
asti esse ponendum, & rectissime iudicasti: quanto
minus te, quae posuisti adiuuare potuerūt, quid de prin-
cipiis mundi huius visibilis senserint, vnde inter nos
nulla quaestio vertitur? Sed mens tua potius tanquam
magnū aliquid de philosophorum libris didiceris, iac-
tantiae vanitate subuertitur. Videntur autem non fru-
stra Christianae fidei propinquasse, qui vitam istam fal-
laciae miseriaeque plenissimam non opinati sunt nisi di-
uino iudicio contigisse, tribuentes utique iustitiam con-
ditori, a quo factus est & administratur hic mundus.
Quanto ergo te melius veritatisque vicinior de homi-
num generatione senserunt, quos Cicero in extremis
partibus Hortensij dialogi velut ipsa rerum enidentia
ductus compulsusque commemorat? Nam cum multa
quae videmus & gemimus, de hominum vanitate atque
infelicitate dixisset, ex quibus humanae, inquit, vitae er-
roribus & erumnis sit, vt interdum veteres illi, siue va-
tes, siue in sacris initiisq; tradendis diuinæ mentis in-
terpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita su-
periore, poenarum luendarum causa natos esse dixerūt,
aliquid vidisse videantur, verūque sit illud quod est
apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio, at-
que eos qui quondam, quum in praedonum Hetrusco-
rum manus incidissent, crudelitate excogitata necabā-
tur, quorum corpora viva cum mortuis, aduersa aduers-
is accommodata, quam aptissime colligabatur: sic nos-
tros animos cum corporibus copulatos vt viuos cum
mortuis esse coniunctos. Nonne qui ista senserunt, mul-
to quam tu melius, graue iugum super filios Adam &

dei potentiam iustitiamque viderunt, etiam si gratiam, K
quae per mediatorē liberandis hominibus concessa est,
non viderunt? Ecce ego inueni quod tibi de illis genti-
lium philosophorum literis posset iure praeponi, te in-
stigante, qui nihil tale de illis inuenire potuisti, & vt
me admoneres quod aduersus te inuenire, tacere no-
luisti. Quid quod de Apostoli testimonio pro te
esse existimas, quod est contra te, & membra nostra que
vtique ante peccatum nuda erant, nec confundebant
eos quibus inerant, pudenda fuisse asseris, nescies quid
loquaris? Ego enim debui adhibere testimonium quod
ipse adhibuisti, vbi ait Apostolus, Multo magis quae vi-
dētur infirma esse corporis nostri, haec necessaria sunt,
& cetera quae pro nobis ipse posuisti. Sed opere precium
est considerare, quomodo eō veneris vt haec diceres.
Iam igitur, inquis, tempus est, vt ostēdamus extra natu-
rae testimonium etiam aliqua auctoritate legis, sic nos-
tra membra fuisse formata, vt alia verecundia, alia li-
bertate gauderent. Ad quod confirmandū, inquis, gen-
tium citetur magister, qui scribens ad Corinthios, ait,
Corpus nostrum non est vnum membrum, sed mul-
ta. Deinde cum Apostolica verba subtexeres, quib⁹ ille
mirifice explicauit vnitatem consensumque membro-
rum, Et quia pauca, inquis, totius corporis membra no-
minauerat, atque pro sua honestate genitalia loca di-
recte appellare nolebat. Nonne his verbis tuis te ipse
redarguis? Honestas ergo erat non appellare directe,
quod deus facere dignatus est recte. Et quod creare nō
puduerat ipsum iudicem, pudebat enunciare praconē.
Quando istud ita esset, nisi quae ille fecerat honesta cō-
dendo, nos fecissemus in honesta peccando? Inde sub-
iungis de hac re Apostolicum testimonium, quod ita
scriptum esse cōmemoras: Multo enim magis quae vi-
dētur infirma esse corporis nostri, haec necessaria sunt:
& quae putamus inhonorabilia esse membra corporis,
his honorem abundantiorē circūdamus. Et quae ve-
recunda sunt nostra, maiorem honestatē habent. Quae
autem sunt honesta nostra, nullo egēt: sed deus tempe-
rauit corpus, ei cui deerat, abundantiorē dando ho-
norem, vt non sit scissura in corpore, sed eadē ipsa pro
se inuicem cogitent membra. Quibus dictis tanquā vi-
sor exclamas: En verum intellectorem operis dei, an
fidelem sapientiae eius predicatorem. Verecundiora, in-
quit, nostra maiore honestate cōtegūtur. Ad hoc certe
vnum verbum totam causam tuam religandam puta-
sti, quod Apostolum dixisse legisti, verecundiora nostra. M
Si autē legisse in honesta nostra, nullo modo utique hoc
testimonium ponere auderes. Nullo modo enim deus
& hoc quod est peius ante peccatum aliquid faceret in
mēbris humani corporis inhonestū. Dices ergo quod
nescis, quia diligenter querere noluisti. In honesta dixit
Apostolus: sed nōnulli interpretes, in quibus & iste est
quantum arbitror quem legisti, credo verecundati ve-
recundiora dixerūt, quae ille dixit inhonestas: quod pro-
batur ex verbis in ipso codice scriptis, vnde ista verba
Apostolica transtulisti. Quod enim abs te positum est
verecundiora, in graeco legitur ἀσχημονα. Quod autē
sequitur, maiorem honestatem habent, in graeco est
ἐσοχημονίαν, quod integre interpretatū est, honestatē.
Vnde apparet illa quae ἀσχημονα dicta sunt, inhonestas
Latine appellari. Postremo quod adiunctū est, quae autē
sunt honestas nostra, graeco habet ἐσοχημονα. Vnde ma-
nifestū est illa quae ἀσχημονα dicta sunt, inhonestas esse.
Quauis & nulla graecorum consideratione verborum
eo ipso debuisti admoneri, inhonestas esse illa quae abū-
dantiorē

dantiorē honestatē habent velaminis, quando ea quae
hoc opus nō habēt, honestas sunt dicta. Quid est enim,
Quae autem honestas sunt nostra, non opus habent: nisi
illa inhonestas sunt, quae opus habent? Honestas ergo
adhibetur inhonestis, cum rationalis naturae sensu ipso
verecundante velantur. Eorum quippe honestas & ho-
nor est velamentum, tanto abundantius, quanto ma-
gis inhonestas sunt. Quod profecto non diceret Apo-
stolus, si corp⁹ tale describeret, quale habebāt homines
quando nudi erant & non confundebantur. Vide igitur
quam impudenter ideo dicas homines fuisse primitus
nudos, quia ad solertiae humanae operam vt se tege-
rēt pertinebat, quae nondum in illis fuit. Vnde fit con-
sequēs, vt ante peccatum inertes, peccato autem factos
credas esse solertes. Quam porrō multis inaniter dictis
quasi eleganter acutēque conclusis dicens, Non igitur
quia peccauerant genitalia, vel diabolica vel inhone-
sta fecerunt, sed quia pauitabant in ea qua primum fue-
rant honestate permanentia membra texerunt. Ad quod
respondeo, diabolica quidem membra non esse, quan-
tum ad eorum substantiam, figuram, qualitatemque; per-
tinet, quam condidit deus: sed si eadem membra in qua
B prius fuerant honestate manserunt, cur ea dixit Apo-
stolus inhonestas? Bene quod ipse confessus es illa mem-
bra fuisse prius honestas: non enim aliud posses nisi bla-
sphemia opinione sentire. Quae igitur deus honesta fe-
cerat, dixit Apostolus inhonestas. Causam requiro. Si
hoc non peccato factum est, vnde factum est? Quis ho-
nestas dei opera dehonestauit, vt ea inhonestas sanctus
Apostolus diceret? Vtrum habitudo in qua est solertia
creantis, an libido in qua est poena peccantis? Nā etiam
nunc quod deus ibi facit, honestum est: quod origo
contrahit, inhonestum. Et tamen ne sint scissura in
corpore, contributum est diuinitus sensui naturali, vt
pro inuicem sollicita sint membra: & quod dehonestauit
concupiscētia, contegat verecundia. Sed dicis, Cur
audita voce dei deambulantis in paradiso absconde-
runt se Adam & mulier eius, cum perizomata sufficere
potuissent, si de genitalium nuditate erubuissent? Quid
est quod dicis, non inueniendo quod dicas: nec atten-
dis, quod animo trepidante a facie domini, abstrusio-
ra latibula quaesierunt? Illa vero lumbis circumposita
tegmīna, motū qui ibi sentiebatur erubescēdo velarūt.
Si cum nudi essent, non confundebantur: restat vt con-
fusione se texerint. Confusionem inhonestatis esse, non
dubium. Ideoque ibi dictum est, Nudi erant & non con-
fundebantur: vt appareat cōfusione factum, quod post-
ea pudenda tixerunt. Hic autem vbi se absconderunt
in medio ligni paradisi, respondit Adam, Vocem tuam
audiui deambulantis in paradiso, & timui, quia nudus
sum. Illud manifesta confusio, istud occulta conscien-
tia, qua delinquente intrinsecus accidit manifesta con-
fusio. Illud ergo fecit pudor, hoc timor. Illud erubescē-
da concupiscētia, hoc puniēda conscientia, dementi
scilicet similis, quando eum qui cordis cernebat inter-
na, corporis occultatione fugiebat. Quid est autē quod
ait dominus, Quis nunciavit tibi quia nudus es, nisi de
ligno de quo praeceperam tibi ne manducares, manduca-
sti? Quid est gustato cibo prohibito nuditas indica-
ta, nisi peccato nudatū, quod gratia contegebat? Gratia
quippe dei magna ibi erat, vbi terrenū & animale cor-
pus bestiale libidinem non habebat. Qui ergo vesti-
tus gratia nō habebat in nudo corpore quod puderet,
spoliatus gratia sensit quod operire deberet. Fugienda,
inquis, opinio est quae putat vel in membris hominum,

vel in sensibus mēbrorum aliquid diabolum cōdidisse. D
Quid nobis obiicis vanas exorbitationes tuas? Non ali-
quid diabolus quod ad naturam hominis pertinet cō-
didit, sed quod deus bene cōdiderat, peccati persuasio-
ne violauit, ita vt illo vulnere quod factū est per duo-
rum hominum liberum arbitrium, totum genus clau-
dicaret humanum. Ecce circūstat sensus tuos miseria
generis humani. Homo es, humani nihil abs te alienū
puta, & in iis quae non pateris, compatere patientibus:
quannīs & ipse quantalibet terrena felicitate praepol-
leas, nullum sine bello intestino diem ducis, si tamen
quod profiteris implere conaris. Sed in iis quae memi-
niste iam nō potes, paruulos intueri, quot & quāta ma-
la patiātur, in quibus vanitatibus, cruciatibus, errorib⁹,
terroribus crescāt. Deinde iam grandes, etiam deo ser-
uientes tentat error vt decipiat: tētat labor, aut dolor,
vt frangat: tentat libido, vt accendat: tentat mēror vt
sternat: tentat typhus vt extollat. Et quis explicet om-
nia festinatē, quibus grauatū iugū super filios Adam
Huius euidētia miseriae gentium philosophos nihil de
peccato primi hominis siue scientes siue credentes cō-
pulis dicere, ob aliqua scelera suscepta in vita superio-
re, poenarum luendarum causa nos esse natos, & animos
nostros corruptibilib⁹ corporib⁹ eo supplicio quo Hetrusci
Aeneid. 8.
vivos cum mortuis esse coniunctos. Apostolus autem
amputat opinionem, qua credūt singula anima pro
meritis anteaē vitae diuersis corporibus inferi. Quid
igitur restat, nisi vt causa istorum malorum sit aut ini-
quitas vel impotētia dei, aut poena primi veterisq; pec-
cati: Sed quia nec iniustus nec impotens est deus, restat
quod non vis, sed cogis confiteri, quod graue iugum
super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum
Eccl. 40.
vsque in diem sepulturae in matrem omnium non fuis-
set, nisi delicti originalis meritum praecessisset.
Libri quarti finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, contra Iulianum
Liber quintus.



Quod ipse postulat, quoniam primo se-
cundoque respondimus, quid liber tuus
tertius contineat deinde videamus, & F
respondeamus pestiferis laboribus tuis,
quantum dominus opitulatur salubri-
bus laboribus nostris, tenentes institutū
modū, vt ea quae non habent ad rem quae inter nos agi-
tur, pertinētē controuersiam, transeamus: ne qui haec
nostra nosse voluerint, plus laboris & tēporis in opere
legendi quam in discēdi vtilitate cōsumant. Quid ergo
opus est vt aliquid aduersus ea dicā, quae in prin-
cipio posuisti libri huius solita & vana, de inuidia quam
nos sustinere pro veritate iactatis: & de paucitate velut
prudētium quibus vos placere gaudetis: haec enim &
veterum & nouorum omnium vox est heticorū, ipsa
consuetudine iam sordidata atque pertrita. Et tamen ne-
cessitate compellitur talibus pannis indui tam magna
etiam vestra superbia, quae sic tenditur & inflatur, vt eos
deformius, dum gestit ostentare, dirumpat. Tuas etiam
calumniosissimas contumelias non est necesse sapius
refutare, quibus me vnum nominatim videris appe-
tere: & in tot ac tanta catholica lumina, tacitis eorum

Rom. 5.

Nullus in dialogo Hortensio.

Aeneid. 8.

Cap. XVI.

1. Cor. 11.

Ibidem.

Vbi supra.

Gen. 3.

Gen. 3.

Gen. 3.

G nominibus, vel insanus insulis, vel cæcus offensis. Unde tibi duobus prioribus libris sic me respondisse arbitrator, vt à nullo amplius requiratur. Exaggeras quàm sit difficilis paucisque conueniens eruditus, sanctorum cognitio literarum: videlicet, vt deus hominū sicut vniuersorum conditor & iustus & verax ac pius, id est, donorum suorum in homines cumulator probetur, quia vna est, vt fateris, optima causa studiorum honorū, vt honoretur deus. Quem tamen sic honoras, vt paruulorum liberatorem neges per Christum Iesum, id est, saluatorem, qui eos baptismate sic ablui dicis, vt non consequantur salutem, tanquā medico non indigeat Christo, humanæ originis venā sagaciter inspiciente, & eos sanos pronunciantem Iuliano. Quanto melius nihil omnino didicisses, quàm per istam velut sciētiam legis in qua te turgidus iactas, nō sanè duce dei lege, sed vestra potius vanitate, ad hanc impiā præsumptionem inimicam fidei christianæ & tuæ animæ peruenisses. Sententia, inquis, vestra tam deformis & vana est, quæ & deo iniquitatem, & diabolo cōditionem hominum, & peccato substantiam, & conscientiam sine scientia paruulis conatur ascribere. Breuiter respondeo, Sentētia nostra nec deformis est, quia speciosum forma præ filiis hominū saluatorem prædicat omnium hominum atq; etiam paruulorum: nec vana est, quæ nō frustra, sed præcedente peccato dicit hominē vanitati similē factum, cuius dies sicut umbra prætereūt. Nec deo ascribit iniquitatem, sed potius æquitatem, quia non iniuste tot & tantis malis, quæ sæpissime cernimus, etiam paruulus plectitur. Nec diabolo conditionē hominū, sed humanæ originis deprauationē: nec peccato substantiam deputamus, sed in primis hominibus actū, in eorum vero posteritate cōtagium. Nec paruulis conscientia sine scientia, in quibus nec scientia est nec conscientia: sed sciuit ille quid fecerit in quo omnes peccauerūt, & singuli malum inde traxerunt. Tu autē qui multitudinē præstruis idiotarū, quos appellas simplices, qui aliis occupati negotiis, nihil de eruditione ceperunt, sola tamen fide ad Ecclesiam Christi peruenire curarunt, ne facile obscuris quæstionibus terreantur, sed credentes deum verum conditorem esse hominum, indubitanter quoque teneant quia pius est, quia verax, quia iustus: atque hanc existimationem de illa trinitate seruantes, quicquid audierint huic conuenire sententiæ, amplexentur atque collaudent: nec hoc eis vlla vis argumentationis euellat, sed detestentur omnem auctoritatem atque omnem societatem contraria persuadere nitentē. Si hæc ipsa tua verba consideras, aduersus te illos firmissimos reddis. Neque enim alia causa est, cur nouitatem vestrā detestetur etiam multitudo christiana, à cui⁹ velut imperito iudicio ad paucos vestros, quos videri cupis prudentissimos & doctissimos, prouocas, nisi quia deum & hominum conditorem iustissimum cogitant, & suorum tantos cruciatus cōspiciunt paruulorū, vt sub deo creatore optimo atque iustissimo nullo modo imago eius in illa ætate tāta mala pateretur, si non esset originale peccatum. Quorum si quisquam gestans paruulum filium, te sine clamore inuidioso, & in parte vbi nullus audiret, compellaret, ac diceret, Ego eā mente, intelligentiā, ratione, in qua sum factus ad imaginem dei, tantum amo regnum dei, vt hominis magnam iudicem penam, si eone nunquam possit intrare. Itane vero tu nō homo de turbā imperitorum, sed inter paucos prudentissimos regni illius amator, tanto vtiq; ardentior quanto magis te flagrantissima paucorū societas illud accē-

dit, nec facit inde torpescere frigidior multitudo, respōsurus es homini atque dicturus, Non solum magna nō est, sed nulla omnino pœna est imaginis dei, nūquā posse intrare in regnū dei: Puto quod nec vni homini, cuius nec vim nec testimonium formidabis, hoc dicere audebis. Te itaq; siue respōdēte quod libet, siue quod magis à te exigeret si non christiana, certe humana verecundia, reticente, ingereret aspectibus tuis paruulum suū dicēs, Si iustus est deus, quid mali est, quod innocētē hanc eius imaginem prohibet intrare in regnum eius, si non hoc est peccatum quod per vnum hominē intrauit in mundū? Puto quod nulla tibi a derit sapiētia, qua tibi videaris illo indocto homine doctior, sed si à te recesserit impudentia, illo infante remanebis infantiior. Sed præmio terminato quo imperitos admonitos remouisti, & paucorū tibi aures eruditissimas preparasti, quid disputationis aggrediaris, videamus. Nescio quid enim satis acutū tibi venit in mentē, quod te in secūdo libro tuo fugerat, cum de mēbris pudēdis, quæ post peccatū rationali verecūdate natura scilicet neorū adoperta sunt tegmine foliorum, multa dixisses: frustra refutare conatus quod ego dixerā, Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia exitit illic indecens motus? Quid igitur excogitasti quod ita tibi placuit, vt nec finito volumine vbi hanc quæstionē tam diuturna loquacitate versasti, iam hoc putares omittēdū? Scriptū esse dicis, Et fecerūt sibi vesti mēta, aliāq; interpretationem habere cōmemoras perizomata, & vestimenta perhibes totius corporis indumentum intelligi posse, quod ad pudoris refertur officiū. Vbi miror istum interpretem quem legisti, si Pelagianus non fuit, ex eo quod Græcus ait perizomata, vestimenta potuisse trāsferre. Verum & hic si pudor alsit, ad cuius officium vestimēta asseris pertinere, nequaquam persuadere conaberis homines primos peccato magistro ista pudoris officia didicisse, & in eis prius duas quasi socias & amicas conuenienter habitasse innocentiam & impudētiam. Quando enim nudi erant & non cōfundebantur, inuerecundi erant secundum tuam disputationem, & à naturali pudoris sensu abhorrebant. Sed videlicet ab ista prauitate peccando correcti sunt, & sensus reprobis prauaricationis factus est in eis doctor pudoris. Pudentes quippe fecit nequitia, quos impudentes iustitia faciebat. Immo vero tua ista sententia ita est indecenter impudens & deformiter nuda, vt eam quantalibet folia verborum confusas, operire non possis. A pictoribus me didicisse derides, quod Adam & mulier eius pudenda contexerint, & Horatianum illud decantatum audire me præcipis, Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ego vero non à pictore inaniam figurarum, sed à scriptore diuinarum didici literarum: * quia illi primi homines antequam peccarent nudi erant, & non confundebantur. In quibus absit vt tanta innocentia tam impudens esset, sed nondum inerāt quod puderet. Peccauerunt, attenderunt, erubuerunt, operuerunt, & adhuc clamans, nihil illic indecens nouūque senserunt. Hanc planē impudentiam tuam nimis incredibilem, absit vt dicam, nullus te Apostolus aut Propheta, sed nec pictor docuit, nec poëta. Illi quippe ipsi quibus quidlibet audendi, sicut eleganter dictum videtur, semper fuit æqua potestas, confunderētur tale aliquid ridendum fingere, quale tu credēdum non cōfunderis disputare. Duas enim simul habitātes, quarum altera est optima, altera est pessima, velut inter se conuenientes

Auenientes atque concordēs, innocentiam scilicet atque impudētiam, nullus pictor pingere, nullus poëta canere auderet: nec eorū quisquam ita de sensibus desperaret humanis, vt etiam hoc sibi audendi æquam crederet potestatem, sed insanam potius vanitatem. In eo vero quod aisti, si illi interpretationi quæ perizomata, id est, præcinctoria posuit, fauetur, latera magis dicam tectā fuisse quàm femora. Primum doleo, sic te abuti eorum ignorantia, qui græce nesciunt, vt eorum qui sciunt iudicium reueritus non sis. Sed commodius accidit, vt ipsa perizomata quæ legūtur in codicibus Græcis, tanquam verbū suæ linguæ mos Latinus vsurpet. Proinde cum perizomata nō femora, sed latera contegi potuisse asseuerasti, puto quod te etiam ipse risisti. Quis enim doctus vel indoctus ignoret, quas perizomata cōtegāt corporis partes? Quod nomen tegminis etiam in feminarum dotibus frequentari & æstimari solet, neque id alligari nisi zona quæ lūbos cingit. Interroga & discite, quod te nō credo nescire. Quauis etiam si nescias, non vsque adeo te arbitror non humanū eloquium, sed humanum habitum velle peruertere, vt perizomata etiam super humeros leuare coneris: aut eis ita latera Billorum hominum fuisse contacta, vt genitalia totaq; lumborum cum femoribus partes nuda relinquerētur. Quid ergo te adiuuat, & non me potius, ex quantavis parte corporis superioris inferiora velata sint, vbi lex in membris repugnans legi mentis affectu sentiebatur amorū, & alterno excitabatur aspectu, inobediētium prauitate suæ inobediētiae nouitate confundens: Quæ quanto turbulentius mouebatur, tanto verecūdius fieret, si caro cuius eam stimulabat aspectus, aliquanto spatiosius velaretur. Siue igitur à lumbis, siue à laterib⁹ demissa sint tegmina, pudenda sunt tecta, quæ pudenda non essent, nisi legi mentis lex peccati inuide repugnaret. Sed vbi manifesta res est, scripturæ diuinæ sensui nostrum sensum addere non debemus. Non enim hoc fit humana ignorantia, sed præsumptione perueria. Adam & mulier eius, qui nudi erant ante peccatū, & non confundebantur, mox vt peccauerunt, quas partes corporis amicerunt, perizomatam nomine satis euidenter expressum est. Videmus quid texerint, nimia insipientia est adhuc quærere, nimia impudētia adhuc negare quid senserint. Nam tu quoque cum obstinatissime contradicas, vsque adeo iudicasti nihil aliud humanis occurrere sensibus, nisi concupiscentiale motum erubescētes illos homines in genitalibus tegere voluisse, vt perizomata erigere ad latera conareris, aut operies latus vbi peccatores nihil mali sensisse contendis: aut deformiter nudans, quod magis tegendū esse consentis. Inseris alia de libro meo verba, vbi dixi carnis inobediētiam inobediēti homini dignissime retributam, quia iniustum erat vt obtemperaretur à seruo suo, id est, à corpore suo, ei qui nō obtemperauerat domino suo: & conaris ostendere hanc inobediētiam carnis potius esse laudabilem, si pœna peccati est: & tanquā persona sit aliqua, quæ peccatorem scienter affligat, sic eam velut vtricem sceleris, & in hoc dei ministram, tāquam magnum aliquid bonum cothurno sermonis exornas. Nec cogitas posse te isto modo laudare angelos malos, qui vtique non sunt nisi prauaricatores atq; impij, per quos tamen deum meritas penas irrogare peccatibus, sancta scriptura testatur, dicēs, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationum immisionem per angelos malos. Lauda etiam istos, lauda eorum principem Satanam, quia &

ipse vindex peccati fuit, quando ei tradidit Apostolus Dominum in inieritum carnis. Valde enim dilectus es cōtra gratiam Christi, & idoneus dicere panegyricum cum Satanæ & angelis eius, per quos multorum deus iudex atque vltor est peccatorum, retribuens eis secundum opera suā, eos ipsos pessimos & damnabiles spiritus puniendorum supplicia facies, qui bene iusteque vritur & bonis & malis. Prædica igitur iniquissimas potestates, quia per ipsas mala retribuntur malis: qui propterea concupiscentiam prædicas carnis, quia inobediētia retributa est inobediētia peccatoris. Lauda iniquum regem Saulem, quia & ipse fuit pœna peccantium, domino dicente, Dedi tibi regem in ira mea. Lauda dæmoniu quod rex ipse patiebatur, quia & hoc pœna fuerat peccatoris. Lauda cæcitatem cordis quæ ex parte Israël facta est. Nec tacetur de cæcitate Israël. Quare? Donec plenitudo, inquit, gentium intraret. Nisi forte & istam pœnam negabis esse, quam si lucis internæ amator esses, nō solum aliquam, sed valde magnam pœnam esse clamares. At ista cæcitas fuit Iudæis grande incredulitatis malum, & grandis causa peccati, vt occiderent Christum. Iam istam cæcitatē si pœnam fuisse negaueris, similem te perpeti etiam non consistens indicabis. Si autem pœnam quidem fuisse, sed peccati pœnam non fuisse cōfendis, iterum fateris quod vnum aliquid & peccatum esse possit, & pœna: si autem nō est hæc pœna peccati, profecto iniqua pœna est, & iniustum facis deum, quo iubente vel sinente, aut infirmum, quo nō auertente, infligitur innocenti. Quod si etiā pœnam peccati esse concedis, ne hoc non concedendo tu ipse corde cæcus appareas, vide iam quod videre volebas, istam quam mouisti solutam esse quæstionē, quia sicut diabolus atque angeli eius & mali reges, nō solum ipsi peccatores sunt, sed per iustitiam dei sunt etiā supplicia peccatorum, nec ideo laude sunt digni, quia pœna ex illis iusta infligitur dignis: sic lex in membris repugnans legi mentis, nō ideo ipsa iuste agit, quia eius qui egit iniuste, pœna sit iusta: & licet cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator deus, & peccatum est quo in deum non creditur, & pœna peccati qua cor superbum digna animaduersione punitur, & causa peccati cum mali aliquid cæci cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, aduersus quā bonus cōcupiscit spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobediētia cōtra dominatum mētis: & pœna peccati est, quia reddita est meritis inobediētis: & causa peccati est, defectione consentientis vel cōtagione nascentis. Proinde omnia quæ pro hac tua cæca & incōsiderata opinione dixisti, qua carnis concupiscentiam eo ipso quod eam pœnam diximus esse peccati, nō solum non vituperandam, verum etiam laudandam putasti, quamlibet prolixa disputatione in eo fueris immoratus, euauisile certissimū est. Nam quod aisti, si libido pœna peccati est, abiiciendā esse pudicitiam, ne rebellis in deum castitas illatam ab eo dicatur enervare sententiam, & cætera huiusmodi quæ hanc vanitatem consequentia atque hinc religata contexis, totidem verbis de cæcitate cordis errore simillimo dici potest: Si cæcitas cordis est pœna peccati, est abiicienda doctrina, ne rebellis in deum mentis illuminatio illatam ab eo dicatur enervare sententiam. Quod si absurdissimum est dicere, quauis sit cæcitas cordis pœna peccati, eo modo absurdissimum est etiā quod ipse dixisti, quauis sit libido, id est, inobediētia carnis pœna peccati: quoniam cæcitati cordis debet resistere sciētia, & libidini cōtinentia: eam vero pœnā quæ

Psal. 44.

Psal. 143.

Roma. 5.

Cap. 11.

L

Gene. 3.

Gen. 3.

M

Horat. in aru. poetis

* alius, scri. pntatum.

177.

1. Reg. 5.

Osc. 13.

1. Reg. 16.

Roman. 11.

F

G nec error est, nec libido, debet tolerare patientia. Quapropter quando deo donante ex vera viuatur fide, ipse deus ideo & menti illuminanda, & concupiscentia superanda, & molestia perferenda. Hoc enim totum recte fit, quando fit propter ipsum, id est, quando gratis amatur ipse, qualis amor nobis esse non potest, nisi ex ipso. Alioquin quando sibi homo multum placet & de sua virtute confidit, si traditur in desideria superbiae suae, tanto amplius augetur hoc malum, quanto magis ei cupiditates caeterae cesserint, easque velut laudabilis hanc vnam oblectando compresserint. Quod ergo in aliis opusculis meis legisse te dicis, atque id frustra refutare conatus es, esse nonnulla peccata quae poenae sint etiam peccatorum, deposito vincendi studio diligenter attende, & inuenies esse verissimum secundum ea quae de cordis caecitate tractata sunt. Quid enim egisti quae te, quid egisti commemorando apostolicum testimonium, quo ego illud probavi, quod in alia mea disputatione legisse te, quia de quibusdam scriptis dicens, Tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt? Hoc enim voluisti videri hyperbolicum dictum, quod fit cum ad permouendos animos fidem rerum qui sermocinatur excedit. Vbi ergo id Apostolus fecerit, non grauetis ostendere. Cum inueheretur, inquis, in impiorum crimina, poenarum ea nominibus aggrauauit: quantumque peccati suo virtutum omnium domicilio turpitudine horreret, ostendens, non tam reos quam damnatos sibi tales ait videri, imò sicut ipse loquitur, non sicut tu loqui fingis, & damnatos demonstrauit reos, nec solum de praeteritis reos propter quae damnatos, sed inde etiam reos vnde etiam damnatos. Nam reos ostendit, vbi ait, Et coluerunt, & seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Deinde damnatos propter reatum. Sequitur enim, Propter hoc tradidit illos deus in passionibus ignominiae. Audis propter hoc, & quaris inaniter, quomodo intelligendus sit tradere deo, multum laborans ut ostendas eum tradere deserendo. Sed quomodo libet tradat, propter hoc tradidit, propter hoc deseruit, & vides eius traditionem qualem libet, & quomodo libet intelligas quae consecuta sunt. Curauit enim Apostolus dicere quanta poena sit à deo traditi passionibus ignominiae, siue deserendo, siue alio quocunque vel explicabili vel inexplicabili modo, quo facit haec summe bonus & ineffabiliter iustus. Nam foeminae eorum, inquit, immutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relinquentes naturalem usum foeminae, exarserunt in appetitum suum in inuicem, masculi in masculos deformitatem operantes, & mercedem mutuam quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Quid hoc euidentius, quid apertius, quid expressius? Mercedem mutuam recepisse dicit utique damnatos, ut tanta operarentur mala, & tamen ista damnatio etiam reatus est, quo grauius implicantur. Ita & peccata sunt ista, & poenae praecedentium peccatorum. Et quod est mirabilius, etiam oportuisse dicit eos istam mutuam mercedem recipere. Ita se habent etiam superiora verba Apostoli, quae ipse posuisti, Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam: & caetera quae sequuntur. Et hic utique vides causam propter quam traditi sunt, sine vlla ambiguitate monstratam. Dixit quippe quid

mali ante fecissent, & adiunxit, Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum. Proinde praecedentis est haec poena peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est, quod verbis consequentibus explicat. Sed tu contra differens, eo modo tibi videris istam soluisse questionem, quia desideria suis Apostolus traditos dixit. Iam enim flagitiorum, inquis, desideria aestuabāt. Et adiungis ac dicis, Quomodo ergo per potentiam tradentis dei putadi sunt in talia facta cecidisse? Quid ergo plus factum est obsecro te, aut ut quid diceret, Tradidit illos mali ante fecissent, & adiunxit, Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, si iam erant possessi quodammodo malis desideria cordis sui? Nunquid autem consequens est, ut si habet aliquis cordis desideria mala, iam etiam consentiat eis ad committenda eadem mala? Ac per hoc aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, utique ut consentiendo eis possideatur ab eis, quod fit cum diuino iudicio traditur eis. Alioquin frustra dictum est, Post concupiscentias tuas non eas, si iam quisque reus est, quod tumultuantes & ad mala trahere nitentes sentit eas: nec eas sequitur in non eis traditur, exercēs aduersus eas gloriosa certamina si viuunt in gratia. Quid tibi enim videtur, qui obseruat quod scriptum est, Si praestes animae tuae concupiscentias eius, (quod quid est aliud, quam desideria eius mala?) faciet te gaudium inimicis & inuidis tuis? Nunquid iam iste reus est, habendo tales animae concupiscentias, quas ei praestare non debet, ne in gaudium veniat diabolo & angelis eius, qui sunt inimici atque inuidi nostri? Cum ergo dicitur homo tradi desideria suis, inde fit reus, quia desertus à deo credit eis atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. Et fit ei peccatum consequens, praecedentis poena peccati. An non est peccatum & poena peccati, vbi legitur, Dominus enim misit illis spiritum erroris, & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut seducitur ebrius? Non est peccatum & poena peccati, vbi deo dicit Propheta, Quid errare fecisti nos domine à via tua? obtudisti corda nostra ut non timeamus te? Non est peccatum & poena peccati, vbi rursus deo dicitur, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? Non est peccatum & poena peccati, vbi legitur de gentibus quas debellauit Iesus Naue: Quia per dominum factum est confortari cor eorum ut obuia irent ad bellum ad Israël, ut exterminarentur? Non est peccatum & poena peccati, quod non audiuit Roboam rex plebem bene mouentem, quoniam sicut scriptura loquitur, Erat conuersio à domino, ut statueret verbum suum quod de illo locutus est in manu Prophetae? Non est peccatum & poena peccati, in eo quod scriptum est Amasiam regem Iuda noluisse audire loas regem Israël bene mouentem, ne procederet ad bellandum? Sic enim legitur, Et non audiuit Amasias, quoniam à deo erat ut traderetur in manu, quoniam quae fuerunt deum Edom. Et multa alia commemorare possemus, in quibus liquido appareat occulto iudicio dei fieri puerilitatem cordis, ut non audiatur quod verum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum praecedens etiam poena peccati. Nam credere mendacio, & non credere veritati, utique peccatum est. Venit tamen ab ea caecitate cordis, quae occulto iudicio dei, sed tamen iusto, etiam poena peccati monstratur. Quale est etiam illud quod ad Thessalonicenses scribit Apostolus, Pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio. Ecce poena peccati, peccatum est. Vtrunque

A Vtrunque claret, breuiter dictum est, aperte dictum est; ab eo dictum est, cuius alia verba in tuam sententiam frustra detorquere conatus es. Quid est autem quod dicis, cum desideria suis traditi dicuntur, relictis per diuinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata compulsi: quasi non simul posuerit haec duo idem Apostolus & patientiam & potentiam, vbi ait, Sic autem volens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem. Quid horum tamen dicis esse quod scriptum est, Et Propheta si errauerit & locutus fuerit, ego dominus seduxi Prophetam illum, & extendam manum meam super eum, & exterminabo eum de medio populi mei Israël: patientia est, an potentia? Quodlibet eligas, vel vtrunque fatearis, vides tamen falsa prophetantis peccatum esse, poenamque peccati. An & hic dicitur es, quod ait, Ego dominus seduxi Prophetam illum, intelligendum esse, desertum, ut pro eius meritis seductus erraret? Age ut vis, tamen eo modo punitus est pro peccato, ut falsum prophetando peccaret. Sed illud iturere quod vidit Michas Propheta, dominum sedentem super thronum suum, & omnis exercitus caeli stabat circa eum à dextris eius & à sinistris eius. Et dixit dominus, Quis seducet Achab regem Israël, & ascendet, & cadet in Ramoth Galaad? & dixit iste sic, & iste sic. Et exiit spiritus & stetit in conspectu domini & dixit, Ego seducam eum. Et dixit dominus ad eum, In quo? Et dixit, Exibo & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit, Seduces & praualebis. exi & fac sic. Quid ad ista dicitur es? Nempe rex ipse peccauit, falsis credendo Prophetis. At haec ipsa erat & poena peccati, deo iudicante, deo mittente angelum malum, ut apertius intelligeremus quomodo in Psalmo dictum est misisse iram indignationis suae per angelos malos. Sed nunquid errando, nunquid iniuste quicquam vel temere iudicando, siue faciendo? Absit. Sed non frustra illi dictum est, Iudicia tua sicut abyssus multa. Non frustra exclamat Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ut retribuatur ei? Nullus elegit dignum, sed eligendo effecit dignum, nullum tamen punit indignum. Ait, inquis, Apostolus, Bonitas dei ad poenitentiam te adducit. Veru esse constat, sed quem praedestinavit adducit, quauis secundum duritiam & cor impoenitens, quantum ad ipsum attinet, thesaurizat sibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Quantumlibet enim praebet patientiam, nisi ipse dederit, quis agit poenitentiam? An oblitus es quod idem ipse doctor ait, Ne forte det illis deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis? Sed iudicia eius sicut multa abyssus. Nos certe si eos in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittamus, rei cum ipsis criminis. Quam vero innumerabilia ille permittit fieri ante oculos suos: quae utique si noluisset, nulla ratione permitteret, & tamen iustus & bonus est, & quod praebet patientiam dat locum poenitentiae, nolens aliquem perire, nouit dominus qui sunt eius, & omnia cooperantur in bonum, sed his qui secundum propositum vocati sunt. Non enim omnes qui vocati sunt, secundum propositum sunt vocati. Multi enim vocati, pauci vero electi. Qui ergo electi, hi secundum propositum vocati. Vnde & alibi dicit, Secundum virtutem dei saluos nos facientis &

vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam quae data est nobis in Christo Iesu ante secula aeterna. Denique & hic cum dixisset, Omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt; continuo subdidit, quoniam quos ante praesciuit, & praedestinavit conformes imaginis filij eius, ut sit primogenitus in multis fratribus: quos autem praedestinavit; illos & vocauit: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, hi sunt secundum propositum vocati. Ipsi ergo electi, & hoc ante mundi constitutionem, ab eo qui vocat ea quae non sunt tanquam sint. Sed electi, per electionem gratiae. Vnde dicit idem doctor & de Israël, Reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Et ne forte ante constitutionem mundi ex operibus praecognitis putarentur electi, secutus est, & adiunxit: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ex isto numero electorum & praedestinatorum etiam qui pessimam duxerunt vitam, per dei benignitatem adducuntur ad poenitentiam, per cuius patientiam non sunt huic vitae ipsa scelerum perpetratioe subtrahiti, ut ostendatur & ipsis & aliis cohaereditibus eorum, de quam profundo malo possit dei gratia liberare. Ex his nemo perit, quacunque xrate moriatur. Absit enim ut praedestinatus ad vitam, sine sacramento mediatoris finire permittatur hanc vitam: Propter hos dominus ait, Haec est autem voluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Carteri autem mortales, qui ex isto numero non sunt, & ex eadem quidem massa ex qua & isti, sed vasa irae facti sunt, ad utilitatem nascuntur istorum. Non enim quenquam eorum deus temere ac fortuito creat, aut quid de illis boni operetur ignorat, cum & hoc ipsum bonum operetur quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem seculi praesentis exornat. Istorum neminem adducit ad poenitentiam salubrem & spiritalem, qua homo in Christo reconciliatur deo, siue illis amplio rem patientiam, siue non imparem praebet. Quauis ergo omnes ex eadem massa perditionis & damnationis secundum duritiam cordis sui, & cor impoenitens quantum ad ipsos pertinet, thesaurizet sibi iram in die irae, quo redditur vnicuique secundum opera sua: deus tamen alios inde per misericordem bonitatem adducit ad poenitentiam, alios secundum iustum iudicium non adducit. Habet enim potestatem adducendi & trahendi, ipso domino dicente, Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum. Nunquid autem Achab regem sacrilegum & impium adduxit ad poenitentiam, aut saltem per mendacem spiritum iam seducto atque decepto, patientiam & longanimitatem praebuit? Nonne in eo statim propter quod erat seductus, morte rapiente completum est? Quis cum dicat non peccasse, spiritui credendo mendaci? Quis dicat hoc peccatum poenam non fuisse peccati, venientem de iudicio dei, ad quem legit mendacem spiritum siue misum, siue permissum? Quis horum aliquid dicit, nisi qui dicit quod vult, & quod verum est audire non vult? Quis vero ita desipiat ut cum audierit quod in Psalmo canitur: Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominem, ne deus sit patiens erga illum, si deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem praebendo cum fuerit? Quid est autem quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem: nisi ut non tradamur concupiscentiis nostris? Vnusquisque enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.

Roma. 1.

Ecl. 10.

L. Ibidem.

2. Petri. 2.

Esai. 19.

Esai. 63.

Esai. 64.

Ioseph. 11.

3. Reg. 11.

2. Paral. 35.

2. Thess. 2.

Mat. 6.

Iacob. 1.

Roma. 8.

Ephes. 1.

Roma. 4.

Roma. 11.

1. Ioan. 6.

Ibidem.

3. Reg. 22.

Psal. 139.

Mat. 6.

Iacob. 1.

G An forte hoc à deo petimus, vt non sit erga nos patiens bonitas eius: Non ergo eius inuocamus misericordiam sed potius iracundiam prouocamus. Quis ista sapiat sanus: immo quis vel furiosus hæc dicat? Tradit ergo deus in passionibus ignominia, vt fiant quæ non conueniunt, sed ipse conuenienter tradit, & sunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorum merita futurorum: Sicut tradidit Achab in pseudoprophetarum mædaciū: sicut tradidit Roboam in falsum consilium. Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui nouit iusta iudicia sua non solum in corporibus hominum, sed & in ipsis cordibus operari. Qui non facit voluntates malas, sed vtitur eis vt voluerit, cum aliquid inique velle nō possit, quæ deus pro votis humanis propitius annuat, iratus ne nō annuat: ac rursus quæ iratus annuat, propitius ne non annuat: atque iterum quæ contra vota humana propitius faciat, quæ iratus non faciat, & in his omnibus bonus perseverat & iustus. Exaudit propitius, non exaudit iratus: Et rursus non exaudit propitius, exaudit iratus. Parcit propitius, non parcit iratus: Et rursus non parcit propitius, parcit iratus: atque in his omnibus bonus perseverat & iustus.

H Sed ad hæc quis idoneus, vtique ad hæc eius perscrutanda & inuestiganda iudicia? Quis homo idoneus quæ corruptibile aggrauat corpus, etiam si habeat sancti spiritus pignus? Sed homo intelligens & acutus, iustam dicis esse libidinem, & laudis præconio prædicandam, si eum qui deo non obediuit, non illi obediendo puniuit. Si prudenter hic sapiens, profecto esse iniquitatem videres, qua pars inferior hominis repugnat superiori atque meliori, & tamen iuste iniquum suæ carnis iniquitate punitum: sicut est rex iniquus maligni spiritus iniquitate punitus. An & ipsum malignum spiritum laudare disponis? Eia quid moraris? Decet enim te inimicum gratiæ dei bonitatis, laudatorem spiritus esse mendacis. Nec laborabis inuenire quid dicas, laudes eius paratas habes. Si hæc ipsa in eum verba transfuleris, quæ posuisti in laude libidinis, velut consequentia sententiam meam, quia ego dixi: Iniustum enim erat, vt obtemperaretur à seruo suo, hoc est à corpore suo, ei qui non obtemperauerat domino suo. Quod tu negas, & falsum esse deridens, velut ostendere voluisti quæ sequeretur absurditas: tanquam vlticem peccati, si hoc ita est, libidinem laudans, certe istum mendacem spiritum quia impium regē sicut merebatur, fallendo traxit ad mortem, nō negas iniquitatis vltorem. Ecce ego & hic dico: Iniustum enim erat vt qui non crediderat deo vero, non deciperetur à falso. Lauda ergo & istius iustitiam falsitatis, & dic quæ dixisti in laude libidinis, quia nihil ea potest laudabilius æstimari, si iniquitate vltā commissa est, si vindicauit iniuriam dei, & quia ita confortium peccati non habuit, vt officium vindicantis assumeret: omnia hæc secundum tuos acutissimos sensus recte dicuntur, & in illius immundi spiritus laude. Ergo præconio laudis tuæ in simili causa, aut mendaci redde spiritali, aut contumaci tolle libidini. Quid fugis ad obscurissimam de anima questionem in paradiso? Ab animo quidem cœpit elatio, & ad præceptum transgrediendum inde cōsensio, propter quod dictum est à serpente, Eritis sicut dii, sed peccatum illud homo totus impleuit. Tunc est caro facta peccati, cuius vitia sanantur sola similitudine peccati. Vt ergo & anima & caro pariter vtique puniatur, nisi quod nascitur, renascendo emendetur, profecto aut vtique vitiatum ex homine trahitur, aut alterum in altero tanquam in

vitiatum vase corrumpitur, vbi occulta iustitia diuine legis includitur. Quid autem horum sit verum, libentius disco quam dico, ne audeam docere quod nescio. Hoc tamen scio, id horum esse verum quod fides vera, antiqua, catholica, qua creditur & asseritur originale peccatum, non esse conuicere falsum. Ista fides non negetur, & hoc quod de anima latet, aut ex ocio discitur, aut sicut alia multa in hac vita sine salutis labe nescitur. Magis enim curandum est, siue in paruulis, siue in grandibus, quo anima sanetur auxilio, quod quo vitiatum sit merito. Quæ tamen si vitiatum negabitur, nec sanabitur. Illud sane cur dixeris, excogitare non potui, in eo quod commemorasti dixisse Apostolum, Et tenebris oppletum insipientes cor eorum. Addidisti enim notandum esse, quoniam insipientiam causam dicat omnium malorum. Hoc quidem dixisse Apostolum non satis constat. Sed non inde cōtendo: tu potius cur hoc dixeris quæro. An forte quia paruuli non recte dicuntur insipientes, qui nō dum sapientie possunt esse participes: ideo nullum malum in eis ineffe vis credi, quod esse consequens arbitraris, si malorum omnium causa insipientia est? Sed si disputatione subtilissima & climatissima opus est vt sciamus vtum primos homines insipientia superbos, an insipientes superbia fecerit: nūc propter id quod inter nos agitur, quis ignorat omnes homines quicunque sapientes sunt, ex insipientibus fieri? Nisi forte aliqui ex præconibus mediatoris magna eius multumque insolita gratia ad sapientiam non ex insipientia sed ex infantia transire potuerint. Quod si natura sine fide mediatoris fieri posse contenditis, arcanum virus panditis hæresis vestræ. Nihil enim vos agere apparet tanta defensione & laude naturæ, nisi vt Christus gratis mortuus sit, cuius nos dicimus fidem quæ per dilectionem operatur, etiam natura insipientibus opitulari. Sūt enim qui tanta cordis obtusitate nascuntur, vt similiores pecoribus quam hominibus videantur. Quorum tantæ fatuitatis quæ in illis naturalis apparet, non potestis vllum dicere meritum, qui nullū esse dicitis originale peccatū. Quis autem nō quotidie probet testibus rebus humanis, paruulum prius nihil sapere, deinde crescendo vana sapere, & postea si ad sapientiam sortem pertinet, recta sapere, atque ita ab infantia ad sapientiam, per insipientiam mediam peruenire? Quapropter humana natura quæ iacet in paruulis, cui laudibus vestris saluatorem tanquam sana sit inuideris, quemadmodum prius proferat insipientiæ quam sapientiæ fructum videris, & radices eius vitium videre non vultis: aut videtis, quod peius est, & negatis. Deinde aliis verbis meis interpositis calūniaris, quod ego ipse mihi contrarius fuerim, qui cum dixissem inobedienti homini penam inobedientiam sui corporis redditam, cōtinuo alia membra corporis nominatim expresserim dicens, quod ad nutū nostræ seruiant voluntati. Hoc ergo dixi, genitalibus vtique exceptis, quæ corporis nomine nūcupauit: ac per hoc & corpus voluntati seruit in aliorum motione membrorum, & corpus voluntati nō seruit in motibus genitalium. Nō sunt ergo verba mea, inter se contraria, quanuis te patiantur, vel nō intelligendo, vel alios intelligere nō sinendo, cōtrarium. Si enim pars corporis nō posset nomine corporis nūcupari, nō diceret Apostolus, Mulier nō habet sui corporis potestatem, sed vir: similiter & vir nō habet sui corporis potestatem, sed mulier. Ipsa vtique membra sic appellans corporis nomine, quibus discernitur sexus, peragiturque cōcubitus. Quis est enim qui dicat virum sui potestatem corporis nō habere, si in his verbis

Apostoli

A Apostoli totum corpus intelligas, quod cōstat omnibus membris: Ac per hoc ego secundum Apostolum, etiam solum genitale membrum nomine corporis nūcupauit, quod non volūtatē, sicut manum vel pedem, sed libidine moueri agnoscit sensus humanus, qui te deridet in rebus manifestis impudentes nebulas excitantem, vt nos diutius de pudēdis rebus cogat & necessitas loqui, & honestas circumloqui. Sed qui verba mea legit quæ refellere niteris, eisque te insidiantem perspicit, sufficit mihi quia loco illo quid dixerim corpus, intelligit. Verum tu qui me verbis meis repugnasse dixisti, quod esse falsissimū videbit quisquis te audito ea relegerit, & Apostolū genitalia nomine corporis appellasse recoluerit: tu ergo qui in me quasi sententias inter se pugnantibus notasti & momordisti, expone quemadmodum tibi ipse cōstitueris, nec tibi ipse resisteris, vbi primum dixisti, cum ventum fuerit vt filij seminentur, ad voluntatis prorsus nutum membra in hoc opus creata famulari, & nisi eorum impedimenta aut de infirmitate aut de immoderatione proueniant, seruire animi imperio: cum prius dixeris membra genitalia ad nutū volūtatē seruire, & animi imperio subiacere: postmodum inter has corporis partes eadem deputasti, quæ non voluntatis imperium, sed consensum requirunt in quo tibi aduersus manifestissime comprobatis. Postea vero hoc genus motus in his habēdū putasti, quæ multa in nostro corpore ordine suo ac dispensatione secreta, volūtatē nō imperium, sed consensum requirunt magis. verius enim membra genitalia voluntatis non imperium, sed consensum requirere, quam voluntatis imperio aut animi subiacere. Vnde apparet hæreticum & cōtrarium sibi met exitisse, prius illa & posterius ista definiendo, & quia erubuerit prioribus, posterioribus veriora confessum, peruicacia tamē impudētū sui imperitia quæ prius prauè dixerat nō mutasse. Vbi quidem perspicua veritati ex aliqua parte celsisti, sed illud quod prius dixeras delere debuisti. Quomodo enim secundū priorem sententiam tuam ad volūtatē prorsus nutum ista de quibus agimus membra famulantur, atque imperio animi seruiūt, si secūdum posteriorem sententiam tuam, sicut famas, & stitis, & digestio non voluntatis imperium, sed cōsensum requirunt: Multum quidem laborasti vt hæc inuenires, quæ cōtra te potius quam cōtra me diceres. Sed in tali causa nō tibi esset necessarius labor, si adesse pudor. Quid enim prodest quia verecundari te dicis, & de rebus loqui talibus horrore prohiberi, sed necessitate compelli: quando nō erubuisti sententiam tuam relinquere scriptam, cōtra quam tu ipse perspicua veritate turbatus, mox aliam sententiam protulisti? Quamquam & ipsa commemoratio verecundiæ tuæ nimis inuerecūda est. Sed ideo mihi placet, quia cōtra te loquitur. Homo es enim qui non erubescis libidinem laudare, & erubescere te dicis de libidinis motibus disputare. Quid autem magnum fuerat intueri, quod postea quam dixi vt alia membra moueantur posuisti in potestate est, cōtinuo subieci, quando ab impedimentis corpus liberum habemus & sanum? Somnus enim quando inuitos premit & lassitudo, vtique impedimenta sunt quibus membrorum agilitas impeditur. Deinde de quod aisti, nec in eam partem sequi membra quam volumus, si ita velimus vt habitus ipse non patitur, non attendisti propterea me prædixisse, vt ad opera sibi congrua moueantur. Ac per hoc si ea volumus hēctere quod eorum natura non patitur, ad opera sibi congrua nō sequuntur, tamē quando ea sequētia voluntario motu agimus, libidinis

adiutorio non egemus. Et cum ab eis mouēdis cessare volumus, cōtinuo cessamus, nec cōtra voluntatem nostram stimulo libidinis excitātur. Sanè quod dicis etiam genitalia seruire animi imperio, notiam quamdam libidinem dicis, aut forte nimis antiquam, quæ illis & in paradiso esse potuisset si nemo peccasset. Sed quid hinc tecū agam, quando posterioribus verbis hoc tollis, quibus dicis non moueri hæc ad animi imperium, sed potius expectare consensum? Nec tamen ideo debes istam libidinem fami vel aliis molestiis nostris comparare. Quod enim nemo cum vult esurire, aut sitire, aut digerere indigētia sunt ista reficiēdi vel exonerandi corporis, quibus subueniendum est, ne lædatur, aut occidat. Nunquid autem læditur aut occidit corpus, si libidini non adhibeatur assensus? Discerne ergo mala quæ per patientiam sustinemus, ab eis malis quæ per contumaciam refrenamus. Nam & illa mala sunt, quæ in corpore mortis huius potuimus experiri. Quantæ autem & quæ tranquillæ potestatis essemus etiam de his motibus, quibus alimenta sumuntur & digeruntur, in illa felicitate paradisi, quis possit vt certum est indagare: quis vt dignū est explicare? Vbi absit vt credamus aliquid fuisse vnde sensum nostrum siue intrinsecus siue extrinsecus aut dolore pungeret, aut labor fatigaret, aut pudor confunderet, aut ardor vreret, aut algor stringeret, aut horror offenderet. Quid quod istam pulcherrimam famulam tuam, quam me pudet assidue vel vituperando nominare, te autem prædicare non pudet, commedationem fieri putas, quod ei seruiunt vt ardentius excitetur, etiam cætera corporis partes, siue oculi videntes ad concupiscendum, siue alia membra in osculis & amplexibus? Aures quoque hominis quomodo ei subderes intrinseci, & crexisti eius vetustissimum quidem, sed planè gloriosissimum titulum, commemorans quod in expositione cōsiliorum suorum Tullius posuit, quia cum vinolenti adolefcētes, tibiartum etiam cantu, vt fit, insinuat, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse tibi-cinam vt spōdeum caneret, Pythagoras dicitur: Quod cum illa fecisset, tarditate modorum, & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam refedisse. Vides ergo quanto cōgruentius ego dixerim, sui iuris hanc esse quodammodo cui seruitur ab aliis sensibus, vt in opus suum dignetur assurgere, vel à sua commotione requiescere. Hoc enim ego ideo dixi, quia sicut ipse confessus es, consentitur ei potius quam imperatur. Nam & quod aliis concitatur stimulis, vel modulamine frangitur & sedatur, sicut ipse prosequeris, profecto nō fieret, si seruiret hominis voluntati. Fœminas autem quas ab isto motu immunes facis, quauis possint virili concupiscētia subiacere, & quando non patiuntur suam, tamen quantum eius etiam ipsæ fufferant impetum, cui repugnat decus honestatis castitatem, interrogetur Ioseph. Debuisti sanè homo Ecclesiastice, Ecclesiastica musica potius quam Pythagorica commoueri, quid Davidica cithara egerit in Saule quando malo spiritu vexabatur, & tangēte citharam sancto, ab illa molestia respirabat: ne ideo bonū aliquid existimes concupiscētia carnis, quia nonnquam musicis cohibetur sonis. Quod autē dicis exclamās, O quam digne Hieremias cū Prophetarum choro & sanctorum omnium exclamaret, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt insipientis populi peccata defleret. Quia Ecclesia Christi doctores Pelagiani erroris expellit, si flere salubriter velles, hoc feres, quod illo es implicatus errore, eisque te lachrymis ab eadē noua peste dilueres.

3. Reg. 22.
3. Reg. 12.

Sapient. 9.

Roman.

Galat. 2.

Galat. 5.

Cap. III.

1. Cor. 7.

* alia, 70.
civ.

Gene. 3.

Gene. 39.

1. Reg. 16.

Hier. 9.

G An ignoras vel oblitus es, vel cōsiderare detrectas, sanctam Ecclesiam vnam catholicā etiam paradisi significatam fuisse vocabulo: Quid ergo miramini, si de isto paradiso foras mittimini, qui legem quæ est in membris nostris repugnans legi mentis, in illum paradisum vultis inducere, de quo foras à domino missi sumus, nec ad eum redire poterimus, nisi hanc, in isto paradiso vicerimus? Si enim non ista concupiscentia quam defendis repugnat legi mētis, nullū aduersus eam certamen quisquam sanctus exercet. Tu autem confessus es, aduersus istam quam tueris, exercere sanctos gloriosa certamina. Ipsa est igitur quæ repugnat legi mentis in corpore mortis huius, de qua se gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum liberari dicebat Apostolus. Sentisne iam tandem gratiæ huius inimici quanto sint fonte lachrymarum plangendi, & ne alios ad interitum secum trahant, quanta pastoralis curæ obseruatione vitandi? Vos enim augetis ista nouitate eam quæ in omnibus est hereticis occidui temporis prauitatem. Vos estis ruina morum, qui ipsius fidei supra quam mores ædificandi sunt, molimini fundamenta subuere. Vos pudoris interitus, quos laudare non pudet, contra quod pugnat pudor. Hoc potius audire debet Ecclesia, quæ virgo dicitur, vt vos caueat: hoc matrone, hoc virginis sacræ, hoc omnis pudicitia Christiana. Nō enim sicut insimulas, cum Manichæis dicūt inesse carni suæ mali necessitatem: quod malum illi substantiale, & deo coæternum esse mentiuntur, sed dicunt sanè cum Apostolo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, esse tamen eam sub animi potestate, gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum, in mortis corpore castigandam, in morte corporis resoluendam, in corporis resurrectione & mortis morte sanandam. Tenent enim sanctam professionē non solo habitu vestis, sed & mentis & corporis resistendo concupiscentiæ carnis, quod hic fieri potest, nō ea prorsus carendo, quod hic fieri non potest. Hoc ergo audiant, vt donec illa careant, vos caueant. Nam si ab omnibus sanctis quæras tāquam in sancto auditorio duobus recitare cupientibus, vtrum vituperatorem, an laudatorem malint audire libidinis, quid de illis responsurum putas, cōtinentium laborem, coniugatorum pudorem, omnium castitatem? Itāne abiiceret ab auribus suis libidinis vituperationem, & libenter audirent libidinis laudem? Non vsque adeo putandum est perisse frontem de rebus, vt hoc dedecus, nisi in tali forte auditorio fieret, vbi te recitaturō confidentibus discipulis suis magister Celestius aut Pelagius præsideret.

Hinc ad alia verba mea trāsīs, vbi dixi, Hunc itaque motum ideo indecentem, quia inobedientem, cum illi primi homines in sua carne sensissent, & in sua nuditate erubuissent, foliis ficulneis eadem membra texerunt, vt saltem arbitrio verecundantium velaretur, quod nō arbitrio volentium mouebatur: & quoniam pudebat quod indeceter libebat, operiēdo fieret quod decebat. His verbis meis propositis hoc te iam destruxisse in secundi tui libri disputatione, & in huius tertij cui nunc respōdeo parte superiore, inani iactatione commemoras. Nūc autem quia istum motum libidinis dixi ideo indecentem, quia inobedientem, dixisse me vis putari, non eam corpori, non animo esse subiectam, sed vera virtute semper indomitam. At ego illam virtutē nunquam dixi esse, sed vitium. Quod si non mouetur concupiscendo, quid est quod aduersus eam castitas dimicat continendo? Vbi sunt illa quæ aduersus eam con-

cessus es exerceri sanctorū gloriosa certamina? Quantum ergo attinet ad pudicitiam, quod eius libidinis expugnatione, oppresse, frenatione, & ad nihil illicitū permissione seruetur, hoc dicis quod ego: sed quod expugnandum, opprimendum, refrenandum est, ne ad illicita rapias, quibus inhiare non cessat, bonum esse tu dicis, non ego. Quis autem nostrum verum dicat, iudicent casti, auscultantes non linguæ tuæ, sed experientia suæ. Iudicet Apostolus, dicens, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Sed Paterniani, inquis, iidēque Venustiani heretici similes Manichæis, dicunt à lumbis vsque ad pedes diabolum fecisse corpus hominis, superiores vero partes deū ab hominis studio requiri, quā vt anima quā in stomacho & capite habitare dicunt, munda seruetur. Pubē vero si omnium flagitiorum sordibus oblinatur, aiunt ad suam nō pertinere curam. Ita semper, inquis, vt ipsi libidini turpiter seruiant, titulum ei propriæ potestatis affigunt. Cuius cognatione sententiæ, posuissē me in libro meo asseris, Arbitrio verecundantium velabatur, quod non arbitrio volentium mouebatur, & quod nō seruiens voluntati, suo iure corpus libido succendit. Nunquid ideo vim veritatis effugere poteris, quia nobis calūniando importas socios falsitatis? Quod enim ego in libro meo posui, cui cedere vtinā quā resistere maluisses, longe distat ab istis Paternianis seu Venustianis. Ego enim secundum catholicam fidem, totum hominem, totam scilicet animam, totumque corpus eius deo summo & vero tribuo creatori: Diabolum autem dico humanam vel aliquid eius nō creasse sed vitiaisse naturā, contrāque ipsam diabolicam plagam, quæ dei opitulatione sanāda est, donec ab ea penit' liberemur, nobis esse pugnantem. Nec animam qua corpus viuunt, vniuersum mundum, quantum in hac vita mūdus homo est, posse seruari, si concupiscentiæ carnis ad flagitia perpetranda & quæque immunda consenserit. Quantum ergo attinet ad istam calūniam tuam, nunquid habes aduersus ista quæ dicas? Quod si parum est, ecce damno & anathematizo ea quæ Paternianos seu Venustianos sentire dixisti: Adde etiā Manichæos: Vtrosque cum cæteris hereticis execror, damno, anathematizo, detestor. Quid quæris amplius? Exue te calūniis, viribus luctare, non fraudibus: Responde vnde sit, cui nisi repugnetur, nulla castitas custoditur. Non est certe natura atque substantia, secundum Venustianos & Manichæos. Si nec vitii natura est, quid est? Exurgit, opprimo: renititur, refreno: repugnat, expugno. In tota anima & toto corpore conditorē habeo pacis deum. Quis in me seminavit hoc bellum? Solue Apostoli quæstionem atque responde, Per vnum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed non vult Iulianus. Et ad hoc Apostole beate respōde, Si quis vobis annunciauerit præter quod accepistis, apathema sit. Sed si cohibuero, sicut dicis, iniūctum libidinis malum, profitebor me esse turpitudinis aduocatum. Si autem dixerō malum me quidem hoc dixisse naturale, sed quod vinci possit, id est possit caueri, protinus tu ex alia parte sententiæ tuæ tripudias. Possunt enim hominēs, inquis, omne vitare peccatū, cum possint vincere concupiscentiæ malum. Si enim libido naturale malum est, & vincitur amore virtutis, multo magis dicis illa omnia vitia superari, quæ de sola voluntate contingunt. Iam multis modis ad ista vestra, & saepe responsum

A responsum est, Quia dum hic viuimus, vbi caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē, quantumlibet in isto cōflictu superiores simus, nec membra nostra exhibeamus arma iniquitatis peccato, obediētes desideriis eius, tamen vt taceam de corporeis sensibus, & in rebus quibus licite vtimur surrepētis voluptatis excessibus, in ipsis certe nostræ cogitationis motibus & affectibus si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Frustra igitur in alia tuæ sententiæ parte tripudias, nisi forte sententiā Apostoli Ioānis repudias sacrilega præsumptione. Quod autem nūc agitur, naturale esse libidinem, & ego dico quia cum illa nascitur omnis homo, & tu multo amplius, qui dicis quod cum illa sit cōditus primus homo: ita vincēdam esse libidinem, atque vt vincatur, ei resistendum esse & repugnādum, & ego dico, & tu, ne à me audias quod mihi ipse dixisti, prosteri te turpitudinis aduocatum, si libidinem negaueris esse vincendam, quæ vtique non vincitur, si nullum cum ea geritur bellum. Cum igitur libidinem & naturalem esse, & vinci posse ambo dicamus, verum bonum vincamus, an malū, ipsa inter nos vertitur quæstio. Sed vide quā sit absurdus, & sicut hostem vis expugnare libidinem, & de malo eius non vis finire quæstionem, vt si te in concupiscentiæ diaboli aduersitate non vicerit, vincat te in perueritate sententiæ. Adhuc non euigilas, vt intelligas nostram naturam non esse sed vitii, cōtra quod virtute pugnamus. Neque enim bono bonū, sed bono vtique malum vincimus. Cōsidera cum quo vincat, cum quo vincatur. Quādo enim libido vincit, vincit & diabolus. Quādo libido vincitur, & diabolus vincitur. Quæ ergo vincit libido, & à quo vincitur, est hostis eius. Cum quo autē vincit & vincitur, author est eius. Rogo te oculos aperi, & cerne quæ aperta sūt. Nulla pugna est sine malo. Quando enim pugnatur, aut bonum pugnat & malum, aut malum & malū: aut si duo bona inter se pugnat, ipsa pugna est magnum malum. Quod in corpore quando contingit, vt ea quibus constat, id est humidum & siccum, calidū & frigidum, quāuis sint inter se contraria, pacem secum concordiamque non teneant, morbi agrotationesque nascuntur. Et quis audeat dicere aliquid eorum nō esse bonum, cum omnis creatura dei bona sit, & benedicat in hymno trium puerorum frigus & æstus dominum, quæ inter se sunt contraria, seruant tamen pro rerum incolumitate concordiam: Cum vero in nostro corpore discerpāt, seseque inuicem oppugnant, valetudo turbatur. Et hoc totū sicut ipsa mors, de peccati illius propagatione descendit. Neque enim & hæc quisquā dixerit, si nemo peccasset, nos in illa beatitudine paradisi fuisse passuros. Sed alia sunt rerum corporalium qualitates, quæ secum à contrariis temperatū vt bene valeamus: & cum sint in diuerso genere bonæ, tamen cum discordant, malam valetudinem faciunt: & alia sunt animæ cupiditates quæ propterea carnis dicuntur, quia secundum carnem anima concupiscit, cum sic concupiscit, vt ei spiritus, id est pars eius melior & superior debeat repugnare. Denique ista vitia nō medicos villos corporū querunt, sed gratia Christi medicante curantur, prius vt reatu non teneant, deinde vt cōflictu nō vincant, postremo vt omni ex parte sanata, nulla omnino remaneant. Proinde cum mala concupiscere malum sit, & bona concupiscere bonum sit, atque hoc bellum quandiu hic viuunt non quiescat, cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quis me liberabit de corpore

mortis huius, nisi gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum? Cui gratiæ nimis inimicum dogma horrescimus vestrum. Sed vir fortissimus nocturnorū etsi non administrator, certe exhortator prædicatorque bellorū, eneruem & mollem esse dicis opinionem, qua creditur in paradiso ad nutum voluntatis genitalia potuisse seruire. Tanto enim tibi tāquam viro casto efformator videtur esse animus, quāto plus habet potestatis in corpore. Sed ecce nō vobiscum de libidinis absentia præfentiæve cōtendimus: nec dilectionē quam debere vos ei videmus, offendimus, saltem ipsam subdite voluntatis imperio in illo foelicitatis loco. Auferte inde euidentissimam pugnam, quæ sit eius motioni mente renitēte. Auferte inde turpissimam pacem, quæ sit eius dominationi mente seruiēte. Et certē quia non eam talem videtis, qualē ibi constituere si ratione non reuocamini, pudore cogimini, in ea qualis nunc est vitium originale fatemini: cui si seruiamus perimus, cui repugnamus ne seruiamus. Ecce quod laudas, nec times ne tibi potius admoneas esse dicendum, quod ad flagitia concites homines ne resistant concupiscentiæ, quam sicut bonum naturale cōmendas. Quid enim te adiuuat quod repre hēdere videris eius excessum, cuius approbas motum? Tunc enim excedit licitum limitē, quando eius motibus ceditur. Mala est tamen & quando nō ceditur, quia malo resistitur, ne bonum castitatis intereat, si huic malo non resistatur. Quam tu cum bonā naturaliter dicis, astute illi semper consentiendum esse decernis, ne renitū improbo repugnetur naturali bono. Ita quippe potest facillime vera esse etiam illa vestra sententiā, qua dicitis hominē sine peccato esse si velit. Non est enim quomodo faciat quod nō licet, quādo licet quicquid libet, quia bonū est quod naturaliter libet. Si ergo assūt, voluptatibus perfruatur: si autem nō assunt, ipsis earum cogitationibus sicut Epicuro visum est, oblectetur, & erit sine peccato, nec se villo fraudabit bono, nec cuiusque doctrinæ opinionibus resistat naturalibus motibus, sed sicut ait Hortēsius, tunc obsequatur naturæ, cū sine magistro senserit quid natura desideret. Non enim potest quæ bona est desiderare quod malum est, aut negandū est bonæ aliquod bonum. Fiat itaque totum quod desiderat libido bona, ne ipse sit malus qui resistit bono. Non hoc dico, inquis, & iniustum est vt aliud me suspicere sentire quæ loquor. Noli ergo facere quod pati non vis, & dicere quod inuitemus ad dulcia furta, quibus Apostolum recitamus dicentē, Scio quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonū. Etsi enim nō hoc perficiunt bonum quod volunt, vt non concupiscant: faciunt tamē bonū, vt post concupiscentias suas nō eant. Si enim vos castitatē vobis videmini docere, cum dicitis, Noli vinci à bono, sed vince in bono bonum: quāto magis eam nos docemus, cū dicimus, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Vide quā sit iniustū, vt nos quod vituperamus, expugnare non credas, qui te credi non vis eo frui velle quod laudas. Quomodo casti esse nō possunt inimici libidinis, si casti esse possunt & eius amici? Quod ergo negantes originale peccatum, & inuidētes paruulis saluatorem Iesum, legem peccati repugnātem legi mētis introducere vultis & in paradisum ante peccatum, hoc in vobis isto opere cōsutamus. Eorum quæ non videmus in vobis, nec audiuimus ex vobis, nolumus esse iudices. Nihil nostra interest, quid in occulto agāt aperti libidinis laudatores. Cum vero aliis verbis meis propositis, illam distinctionem meam, quæ de nuptiis & concupiscentia priorū hominum posui, dicēs,

Quod enim illi postea propagatione fecerunt, hoc est cōnubij bonum: quod vero prius confusione texerunt, hoc est concupiscentiæ malum, sic resellendum putasti, vt dices fieri non posse, vt quod bonum est, nō habeat communem cum eo laudem, sine quo esse non potest: ita volens vnam eandemq; laudem nuptiis & libidini esse communem: quomodo corruat ista tua velut definitiua sententia, paulisper attēde. Primū quod vniuersitas rerum quam condidit deus, nō potest esse sine malis, nec ideo tamen mala communem laudem possunt habere cū bonis. Deinde si fieri nō potest, vt quod bonum est, non habeat communem cum eo laudem, sine quo esse non potest: profecto & quod malum est, sic fieri non potest, vt non habeat communem cum eo vituperationē, sine quo esse non potest. Vituperemus igitur opera dei, sicut vituperamus mala, quæ sine illis esse non possunt. Nullum enim malum est nisi in aliquo opere dei, nec sine illo esse omnino alicubi potest. Vitupera ergo, vt non te longius mittā, membra humana sicut vituperas adulteria, quæ sine illis membris esse nō possunt. quod si nō facis, ne tibi quoque ipse manifestus appareas insanus, potest igitur nuptiarum bonū nō habere laudem communem cum libidine, sine qua esse nunc non potest, sicut quodlibet malum potest nō habere communem vituperationem cum opere dei, sine quo esse nūquam potest. Sicut autem ista definitio tua falsa & inanis est, ita omnia quæ ex illa tanquam consequentia nexuisti. Intuistam sanē nunquā ego voluptatem carnis sicut solere me in simulacris, dixi. Ambo eam & debere & posse dicimus vinci: sed tu tāquam bonum repugnante alio bono, ego tanquam malum repugnante bono: & tu viribus propriis, ego gratia saluatoris, vt nō alia reprobata cupiditate, sed dei charitate vincatur, quæ nō viribus nostris diffunditur in cordibus nostris, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. De confusione autem illorum hominum pudendissq; cooperis frustra te cōmemoras aliquid Apostolo attestante mōstrasse. Tu enim verecūdiōra dices, quæ ille dixit inhonestā, vnde iam quantum satis visum est disputauius. Tu itaque frustra refugis rursus ad Balbum, atque philosophorū literas, quati Balbus te faciat loquentē, quando de illa confusione primorum hominum non potes inuenire quid dicas. Si autem in quibusdam veris sententiis saltem philosophorum literis cederes, non surdo corde illud audires, quod voluptates illecebras atq; escas malorum & vitiosam partem animi dixerunt esse libidinem. Nam quod in nostro corpore loca digestionis Balbus remota dixit a sensibus, ideo verum est, quoniam sensus nostros ea quæ digerimus nō alliciunt, sed offendunt: Propterea pars qua egerūtur, naturaliter aliis partibus altrinsecus prominentibus occultatur, sicut etiam tunc erant, quando nudi nō confundebātur, qui post peccatum continuo non occulta, sed planē in promptu posita membra texerunt. Quibus quanto magis non horrore offendeatur, sed delectatione alliciebatur aspectus, & mouebat susceptam tuam, tāto magis ea tegere ad pudoris officium pertinebat. Quod autem de claudicatione & peruentione dixi, si fraude non agis, non intellexisti. Nō enim peruentionem accipi volui hominem qui nascitur de concubitu cōiugali, quod me sensisse arbitraris aut fingis, sed peruentionem dixi quod bonū habent in fine officij sui nuptiæ, etiam si nullus inde nascatur. Seminare quippe ad virum pertinet, excipere ad feminam. Hucusq; coniuges opere suo possunt. Ad hoc dixi sanē sine claudicatione nō posse,

hoc est sine libidine perueniri. Vt autē concipiatur fetus atque nascatur, diuini est operis, nō humani, quatenus intentione ac voluntate etiam illud bonum quod ad earum opus pertinet, peragunt nuptiæ. Sed quia ipse fetus dānationi nascitur si non renascatur, eo usq; pertendunt nō operis sui velut ambulationis, sed voluntatis sine Christiana coniugia, vt regenerandos generēt: propter quod in eis vera, hoc est deo placens est pudicitia. Sine fide enim impossibile est deo placere. Vnde deinde ad illud, vbi egimus ex Apostoli testimonio, vt sciat vnusquisque suum vas, id est, suā cōiugem possidere, nō in morbo desiderij sicut gentes, quæ ignorāt deum. Quod exponens dixi, nō coniugalem, hoc est licitum honestumq; concubitum fuisse prohibitum, sed vt operis huius causa sit voluntas propaginis, nō carnis voluptas: & quod sine libidine fieri nō potest, sic tamē fiat, vt nō propter libidinem fiat. Ibi tu exclamas, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, qui extra futuram operum retributionem ex multa parte liberum arbitriū formā voluit implere iudicij. Iustissime enim sibi bonus homo, inquis, malūque committitur, vt & bonus se fruatur, & malus se ipse patiatur. Quæ prorsus exclamatio tua ad rem non pertinet, qua te sentis urgeri, nec tuo clamore pondus quo premeris subleuas, impium dogma vestrum mordicus tenens, quo vobis placeat etiam bonū hominem diuino iudicio sibi quemq; committi, ne scilicet ei sit necessaria dei gratia, velut idoneo qui semetipsum agat. Sed absit vt ita sit. Prorsus qui sibi committuntur, & a semetipsis aguntur, nō sunt boni, quia non sunt filij dei: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Puto q; agnoscas in hac sententia dogma Apostolicum, quo illud subuertitur vestrum. Veruntamen dicis aliquid contra te, quod tacitus præterire non debeo. Meministi ne quandiu disputauius contra iudicissimam quæ per Apostolū deprompta est veritatē, affirmās nullo modo esse posse aliquid quod & peccatum sit, & pœna peccati? Quid est ergo nunc, quod oblitus tantæ loquacitatis tuæ, ideo laudas altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quia extra futuram operum retributionem, ex multa parte liberum arbitrium formam voluit implere iudicij? Iustissime enim sibi, sicut definitis, bonus homo malūq; committitur, vt & bonus se fruatur, vtique in opere bono: & malus se ipse patiatur, vtique in opere malo. Quod profecto illi & peccatum est, quia malum facit, & pœna peccati, quia malum se patitur, vt ex multa parte formam iudicij quo bona bonis, & mala malis retribuuntur, iam impleat liberum arbitrium, quo recte agendo se fruatur bonus, & peccando se patitur malus. Cernis nempe cum arma tua vana quidem & obtusa iactanter ventilas, quomodo quā ferireris, nudaueris: imō te ipse percussis. Et insuper iactas mea inter se diēta esse cōtraria, quia dixi, non quidem vt tu calumniaris, concubitum corporum a diabolo fuisse repertum, cum etiam si nemo peccasset, nō nisi concubente vtroque sexu filij nascerentur: sed dixi inobedientiam carnis, quæ in carne concupiscente aduersus spiritum apparet, diabolico vulnere contigisse. Et rursus quia dixi, hanc legem peccati repugnantem legi mētis a deo illatam propter vltionem, & ideo pœnam esse peccati: hæc inter se asseras esse cōtraria, quasi fieri nō possit vt vnum atque idem malum & diaboli iniquitate & dei æquitate peccantibus ingeratur: cum etiam ipse diabolus & propria malignitate sit infestus hominibus, & dei iudicio sinatur nocere peccantibus. Neque hinc sibi ipsa diuina aduersantur

A santur eloquia, quia scriptū est, Deus mortem nō fecit. Item scriptum est, Vita & mors a domino deo, quia deceptor hominis causa mortis est diabolus, quam nō vt primus autor eius, sed vt peccati vltor intulit deus. Verum istam quæstionē satis dilucide ipse soluisti, qui hominem malū dixisti sibi esse cōmissum, vt quod sibi est ipse supplicium, & diuinum sit iudicium, & ipse liberū arbitriū, nec sint inter se duo ista cōtraria, quod in pœna sua & ipse author est & vltor deus. Abuteris autē ingeniis tardioribus. Nolo enim dicere, quia & tu nō intelligis, vt non discernas hæc duo, & maligna calliditate aut tenebrosa cæcitate confundas voluntatem & voluptatem: & sicut ipsa nomina surdastris auribus vnum atq; idem sonāt, ita res ipsas surdastris cordibus vnum idemq; esse persuadere te posse cōfidas. Hinc est quod sententias meas inter se cōtrarias putas vel putari cupis, tanquam improbem quod ante approbauerim, aut amplectar quod ante respuerim. Audi ergo aperta sententiam meā, & intellige vel sine intelligere alios, non offundēdo caligines nebulosæ disputationis serenitati syncerissimæ veritatis. Sicut bonum est bene vti malis, Bita honestum est bene vti inhonestis. Vnde & ipsa membra non propter diuini operis pulchritudinē, sed propter libidinis fœditatē inhonestā dicit Apostolus. Nec ad supra coguntur necessitate qui casti sunt, quia resistunt inhonestæ libidini, ne cōpellat eos inhonestā cōmittere, sine qua tamen nō possunt honeste filios procreare. Ita fit, vt coniugibus castis & voluntas sit in sobolis procreatione, & necessitas in libidine. De inhonesto quippe honestas agitur procreandi, quando libidinem non amat, sed tolerat castitas cōcumbendi. Soles libenter commemorare quibus te adiuuari putas, auctorum sententias secularium. Intuere inhonesto corde si potes, quid de Catone pœta cecinerit. Vrbi, inquit, pater est, vrbiq; maritus: iustitiæ cultor, rigidi seruator honesti. In commune bonus, nullūque Catonis in actus Surrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas. Qualis enim vir Cato fuerit, & vtrum in eo vera virtus honestasq; laudata sit, alia quæstio est, ad quemlibet tamen finem sua referret officia, nō vtique sine voluptate filios procreauit, & tamen nullos Catonis in actus Surrepsit, partemq; tulit sibi nata voluptas: quoniam & quod non faciebat sine voluptate, nō faciebat propter voluptatem: nec in morbo huius desiderij suū vas possidebat, quauis ignoraret deū, si talis fuit qualis predicatur. Et non vis intelligere quod ait Apostolus, Vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere, non in morbo desiderij, sicut gentes quæ ignorāt deum. Bene discernis inter bonum minus cōiugale, & bonum amplius continentia, sed tuum dogma non deferis inimicissimum gratiæ. Dicit enim, quod dominus continentia gloriā libertate electionis honorauerit, dicens, Qui potest capere, capiat: tanquam hoc capiatur non dei munere, sed arbitrij libertate: & tacet quod supra dixerit, Non omnes capiunt verbū hoc, sed quibus data est. Vide quæ tacas, quæ dicas. Puto quod te pungat conscientia, sed vincit rectum timorem, cum ingerit peruersum pudorem, quoquo modo iam defendenda præcipitata sententia. Tantummodo excessum libidinis identidem culpas, ipsam laudare non cessas. Nec attendis, sentis, intelligis, malum esse cui ne limitē necessitatis excedat, cogitur tēperantia repugnare. Quāuis tu quod monuit Apostolus, ne in morbo desiderij suum vas quisq; possideat, nō de coniugio, sed de for-

nicatione accipiendū putaueris, atq; ita tēperantia d tam honestatem de cōcubitu coniugū abstuleris, vt nemo sibi videatur in morbo desiderij suū vas possidere, quantacūq; libidine in vxoris genitalibus potuerit insanire, si recte de tēperantia coniugali sapuisset hæretic⁹, quid sentire debuerit, quid de Apostoli testimonio intelligere integra fide potuerit. Si enim vllum ibi tenendum existimares modū, potuisti & illic cōcupiscentiæ reprehendere excessum, eumq; dicere ab Apostolo significatum morbū desiderij, & non improbē negare suum vas dictū fuisse cuiq; coniugem suam. Quo verbo in eadem re etiam Petrus Apostolus vitur, vbi mōnet vt vri vxoribus suis tanquam infirmiori vasi tribuant honorē, velut cohæredibus gratiæ adiungens & dices, Et videte ne impediatur orationes vestra. Sicut & cōpostolus eius tēpora præscribit orandi tēperantiæ coniugali: & secundum veniam cōcedit quauis cum coniuge, nō vtique illum prolis, sed qui fit voluptatis intentione concubitu. Hunc audiāt Christiana cōiugia, non te, qui vis in eis quam defendis, nuquam frenari concupiscentiam, sed quotienscūq; se commouerit satiari Euidam, regnare securam. Hunc audiant, inquit, fideles Christi qui sunt cōnubio colligati, vt ex consensu tēperant, quo vacet orationi: & cū ad ipsum redeunt propter intemperantiā suam, nouerint etiam inde dicere deo, Dimitte nobis debita nostra. Quod enim secundū veniam, nō secundum imperium a tanto doctore dicitur, vtique ignoscitur, non iubetur. Sed insertis aliis verbis meis, vbi voluntatem vere piōrum Christianorum coniugū commendaui, qui filios ad hoc generant in hoc seculo, vt propter alterum seculum regenerentur in Christo, cōmemoras te iam in secūdo libro istā meā destruxisse sententiam: vbi quid tibi responderim, ibi potius legāt qui volūt. Sic enim nō sunt faciendā adulteria, etiam voluntate generandi regenerandos, quemadmodum nec furta faciendā sunt etiam voluntate pascendi pauperes sanctos: quod tamen faciendū est non furta perpetrando, sed bene vtendo māmmonā iniquitatis, vt & ipsi recipiantur in tabernacula æterna: sicut non adulteria committendo, sed cōiugaliter bene vtēdo malo libidinis, ea volūtate generādī sunt filij, vt cū eis regnetur in æternum. Verū eleganter laudas susceptam tuā, dicens, & verum dices; quod nihil tale possit dū concubitur, cogitari. Prorsus ita est. Quid enim cogitari potest tunc quando mēs ipsa qua cogitatur, illa carnali delectatione submergitur? Vnde optime ille de voluptate disputans, quæ verba in libro superiore iam posui, Cuius motus, inquit, vt quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophiæ. Congruere enim eum cogitatione, magna voluptas corporis nō potest. Quis enim cum vtatur voluptate, inquit, ea qua nulla possit maior esse, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquam potest? Non igitur etiam tu potuisti grauius accusare quam laudas, nisi fatendo in eius impetu neminem posse sancta cogitare. Sed vtique religiosus animus isto malo bene vtēs hoc cogitat, vt libidinem concubendo patiatur, quod non potest cogitare cum patitur. Sicut salutē homo cogitat, vt somno se impertiat, quod vtique non potest cogitare cum dormit: sed somnus cum occupat membra, ea non facit inobedientia voluntati: quia & ipsam voluntatem ab huiusmodi alienat imperio, auertendo animam ad visa somniorū, in quibus sæpe etiam futura monstrata sunt. Vnde si erat in paradiso vicissitudo vigilandi atque dormitendi, vbi non erat malū concupiscenti, tam felicia

Roman. 5.

Hebr. n. Cap. VII. r. 7. heff. 4.

Roman. 11.

Roman. 8.

1. Cor. 7.

1. Cor. 14.

Sup. lib. 4.

Cap. 14.

1. Petri. 3.

1. Cor. 7.

Math. 6.

Cap. VIII.

Luc. 14.

Sup. lib. 4.

Cap. 14.

Gerant somnia dormientium, quam vita vigilantium. Quod autem te iactas, & inaniter spumeum diffundis eloquium, parentes comparans parricidis, in eis asseres esse causam vt filij cum damnatione nascantur: fereris omnino lingua tua velut exultantibus & plaudētibus pennis, nec in isto strepitu, quem tibi ipse facis, respicis deum. Cur enim non ista vel tale aliquid ipsi potius hominum creatori quam genitoribus dicitur, qui certe omnium bonorum est author & cōditor: Et tamē quos ignibus aternis præsciuit arduos, creare non desinit: nec ei quia eos creat, nisi bonitas imputatur. Et quosdā infantes etiam baptizatos, quos futuros præsciuit apostatas, nō aufert ex hac vita in aeternum regnum adoptatos, nec eis confert magnum beneficium, quod ei de quo legitur, Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: Nec tamen deo tribuitur, nisi bonitas atque iustitia, qua de bonis & malis omnia bene ac recte facit. Quanto facilius intelligitur parentibus nō esse tribuendum, nisi quod filios volunt, qui proculdubio quē illis futura sunt nesciunt? Quod autem commemorasti ex Euāgelio, Melius erat homini illi non nasci: nonne vt H nasceretur plus opere dei actum est, quam parentum? Cur non ipse imagini suæ præstitit quod melius erat, qui malum quod ei futurū fuerat præsciebat, quod parentes nosse non possunt? Et tamen ab eis qui recte intelligunt, non tribuitur deo, nisi quod benignitati tribuendum est creatoris: Sic & parētibus sine nodo difficilis quæstionis hoc tribuitur, quod filios voluerit quorum futura nesciuerunt. Ego autem non dico paruulos sine Christi baptisinate morientes tanta pena esse plectendos, vt eis non nasci potius expediret, cū hoc dominus nō de quibuslibet peccatoribus, sed de selectissimis & impiissimis dixerit. Si enim, quod de Sodomis ait, & vti que non de solis intelligi voluit, alius alio tolerabili^o in die iudicij punietur, quis dubitauerit paruulos non baptizatos qui solum habent originale peccatum, nec vllis propriis aggrauantur, in damnatione omnium leuissima futuros? Quæ qualis & quanta erit quantum definire nō possim, non tamen audeo dicere, quod eis vt nulli essent quam vt ibi essent, potius expediret. Verū vos quoque qui eos velut liberos ab omni dānatione esse contenditis, cogitare non vultis, quia illos damnatione puniatis, alienando à vita dei & à regno dei tot imagines dei. Postremo separādo à parentibus piis, quos ad eos procreandos tam disertus hortaris. Hęc autem iniuste patiuntur, si nullū habent omnino peccatum, aut si iuste, ergo habēt originale peccatū. Aliis deinde propositis meis verbis quibus commemoravi quam honeste sancti antiqui patres cōiugibus vli fuerint, dicis eos nō hoc intuitu operā dedisse propagini, vt tanquam reos gignerēt filios baptisinate diluendos, eo q̄ baptisma quo nunc adoptamur, nō dum fuerat institutum. Hoc de baptisinate verum dicis: Nec ideo tamen credendū est, & ante datam circūcisionem famulus dei, quādoquidem eis inerat mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento eius opitulatos fuisse paruulis suis: quāuis quid illud esset, aliqua necessaria causa scriptura latere voluerit. Nam & sacrificia eorum legimus quibus vtiq; sanguis ille figurabatur, qui solus tollit peccata mūdi. Apertius etiam legis iam tempore nascentibus paruulis offerebantur sacrificia pro peccatis. Responde, pro quibus peccatis. Respice illis etiā generantibus patribus periturā fuisse animam paruuli de populo suo, si die nō circūcideretur octauo, & responde quo merito periret, quem negas originali obnoxiiū

fuisse peccato. Iam vero de Ioseph, cuius Mariam teste K Euangelio coniugē dixi, multa diu disputas contra sententiam meā, & conaris ostēdere, quia concubitus defuit, nullo modo fuisse coniugii: ac per hoc secundum te cum destiterint concumbere coniuges, iā non erunt coniuges, & diuortium erit illa cessatio. Quod ne contingat, agant sicut possunt decrepiti quod iuuenes agebant, & ab hoc opere quo etiam continens nimii delectaris, nec effectis aetate corporibus parcant. Non se cogitent quantum ad libidinis attinet incentiua, sensuisse, vt possint cōiuges permanere. Si hoc tibi placet, tu videris. Ego autem, quia liberorum procreandorum causa vxores esse ducēdas honestas cōsentit humana, quolibet modo libidini cedat infirmitas, præter fidē quam sibi debent cōiuges, ne fiant adulteria, & prolem, cuius generandæ causa sexus vterque miscendus est: aduertit etiam tertium bonū quod esse in cōiugibus debet maxime pertinentibus ad populum dei, quod mihi visum est esse aliquod sacramentum, ne diuortium fiat vel ab ea coniugē quæ nō potest parere, vel sicut fecisse Cato perhibetur, ne ab eo viro qui plures non vult suscipere filios, alteri fœtāda tradatur. Propter hoc in illo quod secundum Euangeliiū coniugii nuncupauit, omnia tria bona nuptiarum dixi esse cōpleta. Fidē, quia nullū adulterium. Prolem, ipsum dominū Christum, sacramentū, quia nullum diuortii. Nō ergo quia dixi omne nuptiarum, id est, hoc tripertitum bonum, in illis Christi parentibus fuisse cōpletū, propterea hoc dixisse putari debeo, sicut infimulus, vt quicquid aliter fuerit, malum esse videatur. Dico enim & aliter bonum esse cōiugium, vbi proles nisi per concubitus nō potest procreari. Si enim aliter posset, & tamen cōcūberent cōiuges, aperitissime libidini cederent, atque illo malo vterētur male. Cum vero propter quod sexus ambo sunt instituti, nisi eorum commixtione non nascitur homo, propter hoc mixti coniuges, illo malo vtūtur bene. Si autem de libidine querunt etiam voluptatem, venialiter male. Quasi maritus, inquis, Ioseph in opinione omnium erat. secundum hanc opinionem. non secundum veritatem locutam fuisse scripturam vis intelligi, vt virginem Mariam eius coniugem diceret. Hoc putemus Euangelistam facere potuisse, cum vel sua vel cuiuslibet alterius hominis verba narraret, vt secundum opinionem hominum loqueretur. Nunquid & angelus M loquens vnus ad vnum, contra conscientiam & suam & ipsius cui loquebatur, secundum opinionem potius quam secundum veritatem fuerat locuturus, qui ei dixit, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam? Deinde quid opus erat vt vsque ad Ioseph generationes perducerentur, si non ea veritate factum est, qua in coniugio sexus virilis excellit? Quod ego in libro cui respondes, cum posuisses, tu prorsus attingere timuisti. Dicit autem Lucas Euāgelista de domino, quod putabatur filius Ioseph, quia ita pt̄tabatur, vt per eius concubitus genitus crederetur. Hanc falsam voluit remouere opinionem, non Mariam illius viri negare coniugem, contra angelum testem: quanquam & tu ipse etiā ex desponsionis fide eam nomen coniugis accepisse fatearis. Quæ fides vti que inuoluta permanet. Neq; enim cum eam vidisset iam virginem sacram diuina fecunditate donatā, ipse aliam quæsiuit vxorē: cum vti que nesciam quæsiisset, si necessariam coniugē nō haberet: Sed vinculum fidei coniugalis nō ideo iudicauit esse soluendum, quia spes commiscendæ carnis ablata est. Verum de isto cōiugio quod vis existima, nos tamen nō vt calumniaris

A lumnariis, dicimus sic fuisse primos coniuges institutos, vt sine commixtione vtriusque sexus coniuges essent: sed vtrum in paradiso ante peccatum caro concupierit aduersus spiritum: vel vtrum nunc in coniugibus hoc non fiat, quando eiusdem concupiscentiæ etiam per pudicitiam coniugalem cohibetur excessus: & vtrū malum non sit, cui repugnanti cōsentiendum non est, ne in suum pergat excessum: & vtrū non ex ipsa & cum ipsa concupiscentia nascatur, cui malum inesse vllum negas: & vtrum ab ingenerato malo possit hominum quisquā sine regeneratione liberari: hoc inter nos differitur. In his quæstionibus catholica veritate antiquitus tradita, vestra impia nouitas suffocatur. Quod autē putasti cōgerenda esse sacrarum testimonia literarum, quibus probares vnde inter nos nulla quæstio est, à deo creati hominem, quod de quolibet vermiculo negare fas non est, quod pertinuit, nisi vt te apparet campos quæsiisse verborum, vbi ventose atque inaniter curreres: Sed cum etiam sancti Iob testimonium tam loquaciter adhiberes, quare non tibi venit in mentem, quod ait idem homo dei, cū de peccatis sermo eius esset humanis, neminem mundum à forde, nec infantem cuius est vnus diei vita super terram? Nam misericordiam & magnis & pusillis omnibus præstari ab illo à quo salus est & hominum & pecorū, & qui facit solem suum oriri super bonos & malos, quis abnuat, nisi qui deum esse, aut terrena curare non credit? Quod tu quasi inde contenderemus, per testimonium sancti Iob docere voluisti, quia dixit, Olsibus & neruis cōpegisti me, vitam & misericordiam tribuisti mihi. Vbi quidem ille potuit nō omnem significare hominem, sed de seipso gratias agere, quod eum carnaliter natum non deseruerit, sed ei misericordiam vt vere viueret, id est iuste viueret, qui eum cōdidit, ipse præstiterit. Aut certe quia parum erat vita quā nascendo sortitus est, ideo addidit, & misericordiam, ne remaneret naturaliter filius iræ sicut ceteri, atq; inter vasa iræ non inter vasa misericordiam fieret. Cur autē de malo quod ei adiacet, atq; inest mēbris eius, reus non sit fidelis, & ex eo malo tamen qui nascitur reatum trahat, iam nescio quotiens diximus. fideli enim hoc beneficium regeneratio contulit, non generatio. Inde ergo ab isto reatu soluenda est proles, vnde C solutus est parens. Sed magnū aliquid te dialectica docuit, rem quæ in subiecto est, sine illa re esse nō posse, in qua subiecta est: Et ideo putas malum quod est in parente, vti que in subiecto, alij rei, id est proli, ad quam non peruenit, reatum non posse transmitti. Recte hoc dices, si malum concupiscentiæ de parente non perueniret ad prolem. Cum vero sicut sine illo nemo seminatur, ita sine illo nemo nascatur, quomodo dicis eō non peruenire quod transit? Non enim Aristoteles, cuius categorias insipienter sapis, sed Apostolus dicit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per omnes homines transit. Nec sanē tibi dialectica illa mentitur, sed tu nō intelligis. Verum enim est quod ibi accepisti, ea quæ i subiecto sunt, sicut sunt qualitates, sine subiecto in quo sunt esse non posse, sicut est in subiecto corpore color aut forma: Sed afficiendo transeunt, non emigrando, quemadmodū Aethiopes quia nigri sunt, nigros gignūt, nō tamen in filios parentes colorem suum vel tunicam transferunt, sed sui corporis qualitate, corpus quod de illis propagatur afficiūt. Mirabilius est autem quando rerum corporalium qualitates in res incorporales transeunt, & tamen sūt quando formas corporū quas videmus, haurimus quodāmodo Tomus septimus.

do, & in memoriā recōndimus, & quocūq; pergitus D nobiscū ferimus, nec illē recesserunt à corporibus suis; & tamē ad nos mirabili modo affectis nostris sensibus trāsierūt. Quomodo autē de corpore ad spiritū, eo modo trāsēunt de spiritu ad corpus. Nam colores virgarū quas variavit Iacob, afficiendo transeerūt in animas peccorum matrum, atq; inde rursus eadem affectione trāsēundo apparuerunt in corporibus filiorum. Tale vero aliquid etiam in fœtibus humanis posse cōtingere, Socranus medicinæ author nobilissimus scribit, & exēplo cōfirmat historiæ. Nam Dionysium tyrannum narrat eo quod ipse deformis esset, nec tales haberē filios vellet, vxori suæ in cōcubitu formosam proponere solere picturā, cuius pulchritudinē cōcupiscēdo quodāmodo raperet, & in prolem quam cōcipiebat, afficiēdo transmitteret. Neq; enim deus ita naturas creat, vt leges auferat quas dedit motibus vniscuiusq; naturæ. Sic & vitia quāuis sint in subiecto, ex parētibus tamen in filios non quasi transmigratioe de suo subiecto in subiectū alterum, quod fieri non posse categoriæ illa quas legisti verissimum ostendunt, sed quod non intelligis, affectione & cōtagione pertranseunt. Quid est quod laboras magnis argumentationibus peruenire ad impietatis abruptū, vt Christi caro quia de Mariā natus est, cuius virginis caro sicut ceterorum omnium ex Adam fuerat ppagata, nihil distet à carne peccati, & sine vlla distinctione Apostolus dixisse credatur, eū fuisse missum in similitudine carnis peccati: aut nullam carnem esse peccati: aut si sit, quia inde venit, inde etiam esse Christi cōtendit hæreticus, imō potius instas vt nulla sit caro peccati, ne hoc sit, & Christi? Quid est ergo carnis similitudo, si nulla est caro peccati? Sed hanc Apostolicam sententiam me non intellexisse dixisti, nec eam tamen exposuisti, vt te doctore nossemus, quod aliqua res possit esse similis ei rei quæ non est. Quod si dementis est dicere, & sine dubio caro Christi non est caro peccati, sed similis carni peccati: quid restat vt intelligam, nisi ea excepta omnem reliquā humanā carnē esse peccati? Et hinc apparet illā concupiscentiā per quam Christus cōcipi noluit, fecisse in genere humano propaginē mali: quia Mariæ corpus quāuis inde venerit, tamē eam non trāiecit in corpus, quod non inde cōcepit. Ceterū corpus Christi inde dictū esse in similitudine carnis peccati, quia omnis alia hominū caro peccati est, quicquid negat, & carnē Christi ita carni cōparat nascentiū hominū ceterorū, vt asserat vtranq; esse puritatis equalis, detestandus hæreticus inuenitur. Magnū porrō aliquid inuenisse tibi videris & copiosissime disputas, etiā si nascentes mali aliquid ex parentibus trahere possent, quod expiarentur manibus dei, quia eos ipse formari in vteris matrum: ab ipso autem formari homines, quasi hoc negaremus, instantissime probas, multa de scripturis adhibens testimonia, in quibus cum ea verba ex libro Ecclesiastico posuisses quib^o dei opera dicuntur occulta, continuo tua subiecisti atq; dixisti, Quæ sententia eorū arguit vanitatem, qui putat naturalē profunditatem posse inuestigatione aliqua cōprehēdi. Hoc tibi dic, & noli de animæ origine temere aliquid definire, quod vel ratiōe verissima vel diuino eloquio minime ambiguo nō potest cōprehēdi, sed potius quod sapiētissimā mulier mater Maccabæorū sapē: Nam & eius verba posuisti, quæ filiis suis ait, Nescio qualiter in vtero meo apparuisti. Quod vti que nō putāda est dixisse de corporibus eorum, quæ corpora se nō dubitabat ex virili semine concepissee, sed vtrū animæ filiorū de paternā animā

Sapient. 4.

Math. 26.

Infantum dānatio leuissima.

Cap. IX.

Gen. 17.

Math. 5.

Math. 5.

Math. 5.

Math. 5.

Math. 5.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Gen. 30.

Rei. 17.

cap. 62.

Historia.

Rom. 8.

Mariæ corp.

capit.

Ecclesi.

Macc. 7.

G tracta fuerint, an aliunde in utero eius esse coeperint, hoc nimirum illa nesciebat, nec eam pudebat, ut temeritatem caueret, ignorantiam confiteri. Quid est ergo quod caufaris, cur non ipsi filij mundentur effectu, ut a pollutionibus, inquis, que dicuntur parentum, maiestate opificis expiantur? Nec attedis hoc dici etiam de manifestis vitiis corporum posse, cum quibus non pauci nascuntur infantes. Quauis absit ut dubitetur deum verum & bonum esse omnium corporum formatorem, & tamen ex opificis tanti manibus tam multa non solum vitiosa, verum etiam monstruosa procedunt, ut natura a nonnullis appellentur errores. Qui cum operante vim diuinam, & quid eum faciat indagare non possint, facerit eos pudet nescire quod nesciunt. Quod autem attinet ad peccati originalis in omnes homines transitum, quoniam per concupiscentiam carnis transit, transire in eam carnem non potuit, quam non per illam virgo concepit. Quod enim & de alio libro meo que scripsi ad sanctam memoriam Marcellinum, velut mihi prescribens ponere voluisti de Adam dictum, quod tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos, vnde utique ille tabificauit, non inde Christus in matris uterum venit. Sed verba que ad rem maxime pertinent in eadem sententia mea, ego dicam, quia tu dicere noluisti, & statim qui nolueris apparebit. Occulta, inquam, tabe carnalis concupiscentiam suam tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Non itaque carnem tabificauit, in cuius conceptu tabes ista non fuit. Caro itaque Christi mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit: contagium vero peccati originale non traxit, quia concubentis concupiscentiam non inuenit. Si autem nec mortalitatem, sed solum substantiam carnis de matre sumpisset, non solum caro eius caro peccati, sed nec similitudo carnis peccati esse potuisset. Sed comparas me & eo aquas Apollinaris errori, qui carnis sensum fuisse negauit in Christo, ut imperitis nebulas vndeunque commoueat, ne lucem veritatis attendant. Aliud est sensus carnis, sine quo nullus fuit aut est aut erit in corpore viuens homo: & aliud est concupiscentia qua caro concupiscit aduersus spiritum, sine qua fuit ante peccatum primus homo, qualem nobis exhibuit humanam naturam Christus homo: quia sicut ille ex terra, sic iste sine tali concupiscentia est creatus ex femina, I assumens tamen ex illa etiam mortalitatis infirmitatem, qualis non erat ante peccatum in carne hominis primi, ut esset ista quod tunc illa non fuit, similitudo carnis peccati. Ut ergo nobis patendi praberet exemplum, non habuit illa mala sua, sed pertulit aliena: In doloribus pro nobis, non in cupiditatibus fuit. Quapropter natos ex Adam, transferri renatos oportet ad Christum, ne a regno dei pereant imagines dei, quod sine malo fieri qui dicit, nec amorem habet nec timorem dei. Cum hoc autem malo necesse est hominem de damnata origine generari. Regeneratos autem absit ut redigamus, sicut calumnias, sub necessitate criminum, deo largiente dona virtutum. Quauis ergo aliam legem videamus in membris nostris repugnantem legi mentis nostre, non solum tamen necessitatem criminis non habet, sed habet potius honorem laudis, cuius spiritus spiritali munere adiutus, aduersus carnis concupiscentiam concupiscit. Sed quacunq; te verberes, quacunq; te iactes, quacunq; vndeunque colligas, infles, ventiles, spargas, contra quod concupiscit spiritus bonus, non est bonum. Non potuit, inquis, exemplum dare natura dissimilis. Potuit quidem. Nam quid est quod nos ad imitationem patris hortatur,

qui facit solem suum oriri super bonos & malos, ut eius exemplo nostros diligamus inimicos? Veruntamen natura hominis Christi, nostram naturam dissimilis non fuit, sed vitio nostro dissimilis fuit. Ille quippe sine vitio natus est homo, quod hominum nemo. Quatum autem ad vitam pertinet, qua Christum debemus imitari, hoc quoque ad distantiam plurimum valet, quod unusquisque nostrum homo est, ille autem etiam deus. Neque enim tantum potest iustus homo esse qui homo est, quantum homo qui & deus est. Illud sane magnum verumque dixisti cum posuisses testimonium Apostoli Petri dicentis, Qui peccatum non fecit, notandum esse quod iudicauerit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum: Ut doceret, inquis, quia qui non fecit, habere non potuit. Omnino verissimum est. Profecto enim peccatum etiam maior fecisset, si paruulus habuisset. Nam propterea nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris aetatis accessu: quia nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis aetatis exortu. Tolle, inquis, exempli causam: tollitur & pretij quod pro nobis factus est. Non est mirum quod solum exemplum ponis in Christo, qui praesidium gratiae, quo erat plenus, oppugnans. Spe, inquis, malo carenti ad fidei praesidia conuolamus, non autem caremus innatis. Si quidem post baptismum virilitas ipsa perdurat, quia virilitatis nomine concupiscentiam carnis appellas. Perdurat utique, quod negari non potest, contra quod debet concupiscere spiritus, ne homo renatus iam concupiscentia sua trahatur illectus: & utique concupiscentia qua repugnat ut trahat, etiam si spiritu contra eam concupiscente & resistente non trahat, ac propterea nec concipiat pariatque peccatum, non est bonum. Et ipsa est, de qua dicit Apostolus, Scio quia non habitat in me bonum, hoc est, in carne mea. Hoc autem quod non est bonum, Christus in natura si haberet sua, non sanaret in nostra.

Interponis aliud de libro meo, & quoniam dixi coniugalem concubitus, qui fit intentione generandi, non ipsum esse peccatum, eo quod bona voluntas animi sequentem ducat, non ducet sequatur corporis voluptate: tu contra refers de ea re que a peccato libera est, peccata non nasci: isto modo existimas te posse destruere originale peccatum, quod non destruit nisi saluator, que paruulis inuidentis. Destruit autem soluendo quod rei sunt, non negando. Ideo quippe concubitus coniugalis, qui fit intentione generandi, non est peccatum, quia bene vitur lege peccati, id est concupiscentia, que est in membris repugnans legi mentis. Quae si propterea reum parentem non tenet, quia regeneratus est, quid mirum si propterea reum tenet nascens, quia inde generatus est? Et ideo ne remaneat, etiam ipse regenerandus est. Haec vero sententia tua qua dixisti, de ea re que a peccato libera est, peccata non nasci, quantum adiuuet Manichaeos, si cogites, vobis ea delere de libro tuo, & de cordibus omnium qui legerunt librum tuum. Si enim non de ea re que a peccato libera est, peccata nascuntur, habent aliam naturam secundum Manichaeos vnde nascuntur. Quos & aliis similibus sententiis tuis quantum adiuuares, iam in primo huius nostri operis volumine demonstraui. Ecce & hic quod dixisti tantumdem valet. Vides ne nobis operam dandam prater errorem proprium, quo Pelagiani estis, ut quasdam tuas sententias qualis & ista est, evertamus, si Manichaeos vincere volumus? De ea re que a peccato libera est, dicis peccata non nasci. Sed veritas contra dicit, que te & Manichaeos evertit, cum quibus tibi vox ista communis est, Angelus

A Angelus quem creauit deus, res a peccato libera fuit: homo quem primum creauit deus, res a peccato libera fuit. De rebus igitur a peccato liberis, nata esse peccata qui negat, aut Manichaeus est manifestus, aut Manichaeis suffragatur incautus. Deinde ponens alia verba mea sic argumetur, quasi ego dixerim, cum seruit coniugatis ad propagandam prolem, tunc honorari libidinem. Dicis tibi ipse quod vis: Nam ego hoc non dixi omnino, nec sensi. Quomodo enim libido cum seruit honoratur, quando ne pergat in liberos excessus, dominatione metus opprimatur? Nos itaque non diximus semper ad reatum pertinere uti libidine. Quod velut dixerimus, ita colligis minus peccare adulteros quam maritos, quia maritis, inquis, libido seruit ut peccent, adulteris imperat. Sed cum ego illud non dixerim, quaecumque hoc sit tuum, quod tanquam consequens esse voluisti, nihil ad me attinet. Ego enim dico uti libidine non semper esse peccatum, quia malo bene uti non est peccatum. Nec quaecumque res ideo bona est, quia ea bene vitur bonus. Nam & de duobus hominibus scriptum est, Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vtetur. Nunquid ideo bonum esse esse imprudentem, quia bene illo vitur sapiens: Inde & Apostolus Ioannes non ait, Nolite uti mundo: sed, Nolite diligere mundum: ubi posuit & concupiscentiam carnis. Qui enim non diligens vitur, quasi non vitur, quia non eius rei causa vitur, sed alterius quam diligens intuetur, ut etiam non diligens hac vtatur. Propter quod Paulus coepistolus eius, Et qui vtuntur, inquit, hoc mundo, quasi non vtantur. Quid est, quasi non vtantur, nisi non diligant quo vtuntur, quoniam tale est, ut bene aliter non vtantur? Et hoc quidem etiam in his rebus obseruandum est, quae in hoc mundo bonae sunt, ut tamen eas diligere non oporteat. Quis enim malum esse pecuniam recte dixerit? Et tamen nemo ea bene vitur qui dilexerit, quanto magis libidinem? Nam pecuniam malus quidem spiritus concupiscit, sed ipsa contra bonum spiritum non concupiscit, quod libido facit, atque ideo, & qui hoc esse malum negat, peccat: & qui hoc malo bene vitur, non peccat. Recte igitur argumentaris, dicens, libidinem si mala est, maiori reatu obstringere quibus obsequitur, coniuges, quam quibus dominatur, adulteros, si diceretur a nobis, eos coniuges qui seruiente concupiscentia malo ad solum generandi vtuntur officium, ad aliqua mala opera eos illo uti, sicut ad facinus perpetrandum seruo vitur homicida. Cum autem dicamus bonum esse in coniugibus officium procreandi, quauis vulnus quod in renato sanari potest, trahat natus de primi contagione peccati, sicut sapiens ad opera utique bona ministro vitur imprudente. Sed homines acutissimi ideo non modum, non genus, sed excessum voluptatis arguitis, & exprobrandum censetis obscenis: quia eum nostis, ut dicis, intra concessos fines animi potestate posse retineri. Faciat animi potestas si potest, ut ad transgrediendos fines a quibus transgrediendis eam reuocat, non se libido commoueat. Quod si facere non potest, profecto ut fines non transgrediatur, improbo hosti resistitur, qui eos transgredi nititur. Sed vniuersum contemptum eius, inquis, virginibus continentibusque inesse testamur. Nunquid ideo virgines & continententes contra concupiscentiam carnis non pugnant? Et quid est contra quod exercet abs te quod praedicata illa gloriosa certamina, ut virginitatem continentiamque custodiatis? Si ergo pugnant, malum est quod expugnat. Et ubi est hoc malum, nisi in ipsis? Er-

go non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, veraciter dicitur & ab ipsis. Nihil aliud dicis esse nuptias quam corporum commixtionem: & dicis postea, quod & verum est, sine appetitu mutuo & sine opere naturali propagationem esse non posse. Nunquid tamen negas sibi met etiam adulteros appetitu mutuo & opere naturali, & corporum commixtione coniungi? Non est ergo ista definitio nuptiarum. Aliud est enim quod nuptiae sunt, & aliud est sine quo etiam nuptiae filios propagare non possunt. Nam & sine nuptiis possunt nasci homines, & sine corporum commixtione possunt esse coniuges: Alioquin non erunt coniuges, ut nihil aliud dicam, certe cum senuerint, sibi que misceri vel non poterint, vel sine spe suscipienda proles erubuerint atque noluerint. Vides ergo quam inconsiderate nuptias definiaris, dicendo eas aliud non esse nisi corporum commixtionem. Tolerabilius forte diceret, non eas inchoari nisi per corporum commixtionem, quia filiorum procreandorum causa utique ducuntur uxores, & aliter non possunt filij procreari. Sed procreandi causa commixtio corporum aliter quam nunc est fuisse, si nemo peccasset. Absit enim ut honestissima illa felicitas in paradiso commota libidini semper obtemperaret: absit ut illa pax animi & corporis haberet aliquid propter quod aduersus seipsam prima hominis natura pugnaret. Si ergo ibi nec seruendum libidini, nec aduersus eam bellandum fuit, aut non ibi fuit, aut non talis qualis nunc est fuit. Nunc enim libidini necesse est ut repugnet qui seruire noluerit: necesse est ut seruiat, qui pugnare neglexerit. Quorum duorum vnum est molestum, etiam laudabile: alterum turpe & miserabile. Itaque in hoc seculo vnum horum castis est necessarium, in paradiso autem vtrunq; a beatis fuerat alienum. Sed iterum me dicis mihimetipsi esse contrarium, propositis videlicet aliis verbis meis, ubi propagationis officium a carnalis delectationis appetitione discernens, aliud esse dixi non concumbere nisi voluntate generandi, quod non habet culpam: aliud concumbendo carnis appetere voluptatem, sed non propter coniugem, quod veniale habet culpam. Nihil habent duo ista, quantum mecum omnes vident qui verum vident, vnde me ostendas mihi esse contrarium. Audi tamen identidem quod eorum sensibus aliquoties inculcatur intimetur, quos fallere affectas. Calumnias inuisitios hominibus, ut cum infanda immunda commiserint, contra voluntatem se dicant fecisse, & ideo nullum habere peccatum, quasi nos non multo exertius ad hoc vtentur contra libidinem esse pugnandum. Nam si vos cum id bonum esse dicatis, non vultis tamen, ut vestra aduersus istud bonum frigidescere, vel certe tepescere bella credamus: quanto vigilantius & ardentius contra malum nos censemus esse pugnandum? Nos dicimus illud esse contra voluntatem, ut caro concupiscat aduersus spiritum, non illud, ut spiritus aduersus carnem. Per quam concupiscentiam bonam fit, ut nisi causa generandi non vtantur coniuges carnis libidine, ac sic malo vtantur bene. Qui usus bonus mali, facit honestum concubitus vereque nuptialem. Voluptatis autem causa non proles, facit concubitus culpabilem, sed in coniuge venialem. Ideo autem & de honesto concubitu qui nascitur, trahit quod renascendo diluatur, quia & in concubitu honesto inest malum, quod bene vitur bonitas nuptiarum. Sed non obest renatis, quod oberat natis. Vnde sit consequens, ut qui ex eis nascitur, & illi oblit si non renascatur. Tu sane inter argumentationes tuas, quibus te inaniter aduersus mea verba

G contorques, identidem te Manichæos adiuuare nō vides. Ideo quippe tibi videretur natus de cōcubitu coniugali, non trahere originale peccatum, quia de hoc opere quod non habet culpam, nasci sicut dicis, culpa non potest. Cur ergo de opere dei quod nō habebat culpā, nata est culpa angeli, nata est culpa hominis? Cernis quantum eis suffragetur quorum detestationē conaris obtegere, quod aduersus catholicā fidem fundatissimā sentis. Si enim secundum definitiūā tuam, de hoc opere quod non habet culpam, nasci culpa nō potest, ecce nulla opera dei habet culpam. Vnde igitur culpa nata est? Hic Manichæus te adiuuante aliam naturam, sicut desipit, malam molitur inducere, vt sit vnde culpa nata esse credatur, quia de opere dei, secundū tua verba, culpa non nascitur. Nunquid potest vinci Manichæus, nisi cum illo & ipse vincaris, quia & angelus & homo dei sunt opera sine culpa? Ex quibus tamen culpa nata est, dum ab eo qui culpa caret, per liberum arbitrium recesserunt, quod eis datum est sine culpa: & facti sunt mali, nō per admixtionem mali, sed per defectionem boni.

H Dicis ob hoc à me Christiani temporis continentiam fuisse laudatam, non vt ad virginitatem incēderent homines, sed vt bonum nuptiarum quod à deo institutum est damnaretur. Sed ne puteris de animo meo maleuola suspitione torqueri, velut probare me volens, dicis mihi, Si fideliter inuitas homines ad studium continentia, fateris ergo ita virtutem pudicitia à volentibus posse seruari, vt sit quicumque voluerit corpore sanctus & spiritu. Respondeo me fateri, sed non sicut vos. Nam vos ipsius animi viribus hoc tribuitis, ego adiutæ per dei gratiam voluntati. Veruntamen quid comprimitur animi imperio ne peccetur, nisi malum, quo vincente peccatur? Quod malum ne dicamus cum Manichæis tanquam ex aliena mali natura nobis esse commixtum, restat vt in nostra natura tanquam vulnus aliquod fateamur esse sanandum, cuius reatum iam fateamur regeneratione sanatum. Ecce frustra enumerasti quibus me compares, tot hereticorum fraudes, quorum vtinam numerum non auergeris: Apostolica sententia, qua notat hæreticos prohibentes nubere, etiam me asseris tangi, quasi dicam post aduentum Christi turpia esse cōiugia. Audi ergo quod dicim⁹, vt hoc ipsum multis modis ac sapienter audiēdo, nō dissimules veritatem, simulās quodammodo surditatem. Non dicimus turpia esse cōiugia, quandoquidem ne incontinentia in damnabile cadat flagitium, sulciēda est honestate nuptiarum. Sed quod vos dicitis, Christiana doctrina non dicit, id est, vt verba tua ponam, hominem sufficere ingenitis sibi motibus dare leges: hoc nō dicimus, sed dicimus quod dixit Apostolus, cū hinc loqueretur, Vnusquisque proprium donum habet à deo. Et quod dixit dominus, Sine me nihil potestis facere. Et non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, cum posset dicere, nō omnes capiunt verbum hoc, sed qui voluerit: si verum esset quod dicitis vos. Quæro sanē qualib⁹ ingenitis sibi motibus hominem dicatis esse idoneum dare leges: vtrum bonis, an malis? Si bonis aduersus bonum, ergo spiritus concupiscit aduersus spiritū, & duo bona inuicem sibi aduersantur in homine. Quod si ita esset, ipsa duorum bonorū inter se aduersitas bona esse non posset. Si autem malis, fatere igitur ingenitos esse homini motus malos, contra quos castitas dimicat. Et ne dicere cū Manichæis cogaris aliena mali naturæ nobis inesse commixtionem, nostrum potius originale confiteri languorem: Cuius languoris malo coniugalis

bene vitur pudicitia, cōtra quod languoris malū, adhibentur ab incōninentibus nuptiarum remedia, exercentur à continentibus gloriosa certamina. Arbitror pollicitationem meam ex quo tibi ad omnia respondere cœpi, in quibus soluēdos quæstionū nodos aliquos attulisti, cōmodius impleri, si numerum tuorum voluminum non excessero. Sit ergo hic finis huius mei, vt nouissimum tuum ab alio refellamus exordio.

Libri quinti Finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi contra Iulianum Liber sextus.



Esponsum est libro tuo tertio, re-
spondeatur & quarto: a derit dominus, vt non solum veritas, sed etiam charitas tibi exhibeatur à nobis. Quæ duo quisquis tenuerit, nec factus, nec inuidus erit. De quibus vltimis in principio memorati tui libri multa dixisti. Nam & error veritate, & lior charitate pellendus est. In hac autem tua disputatione cum de stultitia loquereris, dicens eam matrem esse omnium vitiorum, adhibuisti testimonium de scriptura, vbi legitur, Neminem diligit deus, nisi eum qui cum sapientia habitat. Quære itaque diligēter, vtrum habitare cum sapientia puerilis vanitas possit, per quam necesse est ex infantia paruulus transeat, qui tamen transit: & considera qui primus fructus nascatur de radice quam laudas: & quanta in cōtrarium mutatione opus habeat vt diligatur à deo, qui nisi eum qui habitat cum sapientia neminem diligit, in prædestinatis vtique paruulis quod odit absumens, vt etiam ipsos à vanitate liberatos cum sapientia diligit habitantes: quos certe si ab vbere raptos abstulerit vltimus dies, miror si audes dicere habituros cum sapientia præter regnum dei, quod eos bonum secundum te inuolatur inculpatæq; naturæ non permittit accedere, nisi veri saluatoris gratia redemptos liberet à falsi insipientia laudatoris, vt omittam naturam fatuos, multo amplius legendos scriptura teste quam mortuos. Quos quidem & ab isto tãto malo potest dei gratia per sanguinē mediatoris eruere. Sed vnde potuerunt in tantum malum ruere, si diuino iudicio nulla origini debetur pœna vitiatæ? Ecce merito reprehendisti eos & grauiter, qui vel superfederunt scienda cognoscere, vel non formidant ignorata culpæ. Nunquid hoc de his qui excordes nati sunt, potes dicere? Nec tamen eis sub deo iusto vnde hoc accidere potuerit inuenturus es, si nulla ex parentibus trahuntur merita filiorum. Sed inuidendo tibi, in quadam meretricie compertæ veritatis sine obumbramento ignorationis, vt loqueris, insanimus. Itane vero tanta in paruulis mala, tu qui non inuides, non vides? Bonus est deus, iustus est de⁹. Extranea prorsus mali est nulla natura quæ nostræ naturæ secundum Manichæos credatur admixta. Vnde sunt nō dico in moribus, sed in ipsis ingenis cum quibus nascuntur tanta hominum mala, si non est humana origo vitiatæ, non est massa damnata? Quid quod homo fatuitatis expers, & ab inuidiæ stimulis alienus, ipsam sic describis inuidiam, vt in tua descriptione hoc vitium & peccatum appareat & pœna peccati? An non est peccatum diabolicum inuidia? An non est pœna

A est pœna peccati, quæ protinus ipsum de quo oritur veniat auctorem? Hæc verba tua sunt, & tamen diuturna loquacitate visus tibi es acutissime disputasse, vñ idēq; vitium peccatum pœnamq; peccati esse non posse. Sed forte quia inuidus non es, vix tandem inuidiam in alio libro videre potuisti de qua hac diceres, & tibi pro me quia mihi non inuides, contradiceres. Finito autem proœmio, vbi etiam laborasti sicut soles, probare quod prædico deum esse hominum conditorem, mea deinde verba proponis, vbi dixi, mundo non deo nasci hominem, qui de concupiscentia carnis nascitur, deo autem nasci cum ex aqua & spiritu renascitur. Quibus meis verbis sic insidiaris, vt asseras hinc intelligi me debere dixisse, quod ad diabolium pertineat quicquid ad mūdum pertinet: quia scilicet alibi dixeram, eos qui de corporū cōmixtione nascuntur, ad ius diaboli pertinere, asserendo vtique de potestate erui tenebrarum cum regeneratur in Christo. Respondeo ergo calumniam tuam. Ita enim me vis putari appellasse mundum ad potestatem diaboli pertinentē, tanquam cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, vel diabolus fecerit, vel diabolus teneat. Hoc non dico, sed detestor, redarguo, & damno qui dicit. Sed hoc loco sic appellauit mūdum quemadmodum dominus, vbi ait, Ecce venit princeps mundi. Nō enim cœli & terræ & omnium quæ per verbum, hoc est per eundem ipsum Christum facta sunt: vnde scriptum est, Mundus per eum factus est: principem voluit intelligi diabolum: sed sicut dictum est, Mūdus in maligno positus est. Et iterum, Omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non est à patre, sed ex mundo est. Non enim cœlum & terra non sunt à patre per filium, aut angeli, sydera, arbusa, animalia, homines non sunt à patre per filium, quantum quidem attinet ad ipsam substantiam qua homines sunt: sed mūdi princeps est diabolus, & mūdus in maligno positus est, omnes vtique homines qui rei sunt damnationis æternæ, si non inde liberentur, vt non iam pertineant ad principem peccatorū, redempti eo sanguine qui in remissionem fusus est peccatorū. Huic ergo mūdo cuius princeps est, de quo ait qui vicit mundum, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet: huic, inquam, mundo nascitur homo donec renascatur in eo qui vicit mundum, & in quo nihil inuenit princeps mundi. Quis est enim mundus de quo dicit saluator mundi & victor mundi, Non potest mundus odire vos, me autē odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt: Nunquid terræ ac maris, cœli ac syderum mala sunt opera? Sed vtique mundus iste homines sunt. Nec ab isto mūdo quisquam liberandus eligitur, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum qui dedit carnem suam pro mundi vita, quod nō fecisset, nisi mundum inuenisset in morte. Quis est mundus de quo dicebat Iudeis, Vos de hoc mūdo estis, ego nō sum de hoc mundo? Postremo quis est mundus de quo elegit Iesus discipulos suos, vt iam de mūdo nō essent, & eos de quo iam non erant, ipse mundus odisset? Sic enim loquitur saluator mundi, lux mundi, sic inquam loquitur, Hæc mundo vobis, vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit, scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mūdus quod suum erat diligeret. Quia vero de mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Si non addidisset, ego elegi vos de mundo, putari posset ita dixisse, de mūdo non estis, quemadmodum de seipso dixerat, Ego non

sum de hoc mundo. Neque enim & ipse fuit de mūdo, & electus est inde, vt nō esset de mundo. Quis hoc dixerit Christianus? Nec secundum hoc enim quod homo esse dignatus est filius, de mundo fuit. Quid ita nisi quia in illo peccatum nunquam fuit, propter quod omnis homo prius mundo non deo nascitur, & vt deo nascatur, de mundo eligitur qui renascitur, vt iam non sit de mundo? Propter quod ab eo princeps mūdi eiicitur foras, sicut ipse testatur, dicēs, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Nisi forte eo vsque vestra progredietur audacia, vt dicatis non de mundo eligi paruulos quādo baptismo eius ablūtur, de quo dictum est, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Ad istam reconciliationem si negatis paruulos pertinere, negantes eos esse de mundo, qua fronte nescio viuatis in mundo. Porrò si eos fatemini cum in corpus Christi transeunt, de mundo eligi, necesse est vt ei nascantur de quo eliguntur, vt renascantur. Nascuntur enim per carnis concupiscentiam, renascuntur per spiritus sancti gratiā. Illa de mundo est, hæc venit in mundum, vt de mundo eligantur qui prædestinati sunt ante mundum. Cum autem dixisset Apostolus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: quomodo id faciat, mox adiunxit atque ait, Non reputans illis delicta eorum. Totus ergo mundus ex Adam reus, deo non negante manum formationis opere suo feminibus institutus, quāuis paterna præuaricatione vitiatas: & cum per Christum reconciliatur mundus, de mundo liberatur, eo liberante qui venit in mundum, non de mundo eligēdus, sed electurus: nō meritorum electione, sed gratiæ: quia reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Deinde propositis aliis meis verbis, vbi dixi, Huius cōcupiscentiæ reatum generatio sola dimittit, ac per hoc generatio trahit: moxque subiunxi, Ergo quod generatum est regeneretur, vt similiter quia non potest aliter, quod tractum est remittatur: frustra identidem conaris obtegere quod superfluum baptismum putatis in paruulis, dicentes mysteriorum Christi gratiam multis locupletem esse muneribus. Velitis nolitis, paruulos credere confitemini in Christum per corda & ora gestantium. Ergo & ad illos pertinet dominica illa sententia: Qui non crediderit, condemnabitur. Qua causa, qua iustitia si nullum trahunt originale peccatum? Quod autem dicis, hinc potius suos approbat, quod ante proprium volūtatē obsequium, hoc quod in eis fecit beneficiorum sublimat argumentis. Si ergo hinc suos istos approbat, profecto illos quib⁹ hoc non donat, nō approbat suos. Porrò cum & ipsi eadem causa sint eius, quia condidit eos, cur non & ipsos eodē modo approbat suos? Hic de fato, vel de acceptiōe personarum nihil negatis. Iam ergo nobiscum gratiā confitemini. Quid est enim aliud, vbi nihil illorum est? In vna igitur eademq; causa alius relinquitor iustitia iudicante non fato, alius assumitur gratia præstante non merito. Frustra omnino contenditis, nec ab originali peccato paruulos regeneratione mūdari. Nō hoc ostēdit qui dixit, Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte eius baptizati sumus. Dicendo enim, quicumque, non vtique paruulos fecit exceptos. Quid est autem in morte Christi baptizari, nisi peccato mori? Vnde etiam de ipso idē alio loco dicit, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod enim mortuus est peccato, vtique dictum est propter similitudinem carnis peccati, propter quod & magnum mysterium est crucis eius, vbi & vetus homo noster simul crucifixus est, vt

Evacuatur corp^o peccati. Si ergo in Christo parvuli baptizantur, in morte eius baptizantur. Si in morte eius baptizantur, mortis eius similitudini complantari, peccato utique moriuntur. Quod enim mortuus est, peccato, mortu^o est semel: quod autē vivit, vivit deo. Et quid est complantari similitudini mortis eius, nisi quod sequitur, Sic & vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem deo in Christo Iesu? Nunquid dicitur sumus, peccato mortuum fuisse Iesum, quod nullum habuit unquam? Absit. Et tamen quod mortuus est peccato, mortuus est semel. Mors enim eius peccatū nostrum significavit, quo utiq; ipsa mors accidit, cui morti mortuus, id est, ut mortalis non esset ulterius, peccato dicitur mortuus. Quod ergo ipse significavit in similitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: Ut quomodo ille moriēdo similitudini peccati, peccato mortuus prädicator, ita quicumque in illo fuerit baptizatus, idem peccato, cuius in Christo similitudo non veritas, eidem rei cuius illa fuerit similitudo, moriatur. Et quomodo in illius vera carne vera mors fuit, sic fiat in veris peccatis vera remissio. Totus itaque iste Epistola Apostolicæ locus si te ab ista pravitate non corrigit, nimis obdurasti. Quamvis enim sibi connexa sint omnia quibus ait scribēs ad Romanos, ut gratia dei commendetur per Iesum Christum, tamen quia Epistolam totam hic recolere & pertractare non possumus, valde enim longum est, ex isto capite quod agitur consideremus, ubi ait, Commendat autem suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc tu dictum exceptis parvulis vis putari. Vbi si abs te querā, si non sunt inter peccatores habēdi, quomodo pro eis mortuus est, qui pro peccatoribus mortuus est? Respondebis non pro solis peccatoribus mortuum, quantum sit etiam pro peccatoribus mortuus. Quod quidē nusquā legis in divinis auctoritatibus, mortuum scilicet esse Christum etiam pro eis qui nullum habuerūt omnino peccatum. Sed attēde quā validis testimoniis urgearis. Tu dicis etiam pro peccatoribus mortuum, ego dico non nisi pro peccatoribus mortuum, ita ut respondere cogaris, si nullo peccato parvuli obstricti sunt, nō esse pro parvulis mortuum. Dicit enim ad Corinthios, Quoniam vnus pro omnib^o mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est. Nullo modo hic negare permittis, nō nisi pro his qui mortui sunt, mortuum fuisse Iesum. Quos igitur hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos qui de corpore exierunt? Quis ita desipiat ut hoc sapiat? Eo modo itaque intelligimus mortuos, pro quibus omnibus vnus mortuus est Christus, quomodo alibi dicit, Et vos cum essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo. Ac per hoc vnus, inquit, pro omnib^o mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ostendens fieri nō potuisse ut moreretur nisi pro mortuis. Ex hoc enim probavit omnes mortuos esse, quia pro omnibus mortuus est vnus. Impingo, inculco, ifercio recusanti. Accipe, salubre est, nolo moriari. Vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide quia cōsequens esse voluit, ut intelligat omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo nō in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, si pro omnibus Christus mortuus, nemo neget, nemo dubitet, qui se non negat aut dubitat esse Christianum. Quapropter si nullum trahunt peccatum parvuli, non sunt mortui. Si non sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui non est mortuus nisi pro mortuis.

Tu autem iam in primo tuo libro contra nos clamans, K dixisti Christum etiam pro parvulis mortuum. Nullo modo igitur negare permittis eos trahere originale peccatum. Nam mortui vnde, si non inde aut propter quam mortem parvulorum mortuus est, qui non est mortuus nisi pro mortuis? Eumq; tu mortuum pro parvulis confiteris. Redi ergo meū ad illud quod ad Romanos cōperam dicere, Cōmendat, inquit, suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum peccatores, inquit, essemus, hoc est, cum mortui essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Hoc est illud quod alibi dicitur, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Deinde hic sequitur, Non solum autem, sed & gloriantes in deo, per dominum nostrum Iesum Christum. Non solum, inquit, salvi, sed & gloriantes, per quem nunc & reconciliationem accepimus. Et tanquam causa quereretur, quare per vnum mediatorem hominum fiat ista reconciliatio: Propter hoc, inquit, sicut per vnum hominē peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Quid ergo egit lex: itane illa reconciliare non potuit? Non, inquit. Vsq; enim ad legem, peccatum in mundo fuit: hoc est, nec lex potuit auferre peccatum. Peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Erat quidem peccatum, sed nō deputabatur, quia nō cognoscebatur. Per legem enim cognitio peccati: sicut alio loco dicit, Sed regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen: quia nec per Moysen, id est, nec per legem regnū eius ablatum est. Regnavit autē & in his qui non peccaverunt. Quare igitur, si non peccaverūt? Audi quare. In similitudinem, inquit, pravariationis Adæ, qui est forma futuri. Dedit enim ex se formam pōsteris suis, quantum peccata propria non habentibus, ut peccati paterni contagione morerentur, qui per eius carnalem concupiscentiam gignebantur. Sed non sicut delictum, inquit, ita & donum. Si enim ob vnus delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in multis abundavit. Multo magis utique abundavit, quia in quibus abundat, temporaliter moriuntur, in æternum victuri sunt. Et non, inquit, sicut per vnum peccatū, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in cōdemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Et vnum quippe illud ad damnationem trahere potuit, sed gratia non hoc vnum tantum, verum etiam plura quæ superaddita sunt peccata deleuit. Si enim ob vnus delictum, inquit, mors regnavit per vnum, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiūt, in vita regnabunt per vnum Iesum Christū. Superior repetitus est sensus, quia multo magis in vita regnabūt, qui sine fine regnabūt: quā mors in eis regnavit, quæ cū sine regnavit. Itaque sicut per vnus, inquit, delictū in omnes homines ad cōdemnationē, ita & per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. Ideo & ibi omnes, & hic omnes, quia nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad vitā nisi per istū. Sicut enim per inobediētiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundavit delictū, superabundavit gratia:

A gratia: ut quemadmodum regnavit peccatū in morte, sic & gratia regniet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum. Quid ergo dicimus, inquit, permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Quid enim præstitit gratia, si permanendum est in peccato? Denique sequitur & dicit, Qui mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo? Hinc nunc diligenter attende, & quod sequitur ut intelligas, intētus ausculta. Cum dixisset, qui mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo: an ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: Hic sunt parvuli qui baptizantur, an nō sunt? Si non hic sunt, falsum est ergo quod ait, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, quia non in morte illius baptizantur parvuli. Sed quoniam verum dicit Apostolus, nulli intelliguntur excepti. Nam si de solis maioribus dictū putatis, qui iam vtuntur libero arbitrio, cum dicat ille, quicumque, frustra vos terret dominica illa sententiā, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Habetis enim magnum compendium. Assueverate & hoc de solis maioribus dictū, nequaquā parvulis ista generalitate concludi. Et quid vobis est de questione baptismatis laborare, utrum sit vita æterna præter regnum dei, an vita æterna privandi sint innocentes tot imagines dei, ac per hoc æterna morte plectenda? Si autē hoc dicere nō audetis, quoniam vniuersaliter prolata sententiā est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei, eadem vos vniuersitas comprimit, dicente Apostolo, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Ergo & parvuli qui baptizantur in Christo, quoniam in morte ipsius baptizantur, peccato moriuntur. Indē enim cōnexa sunt ista sententiā, cum superius dictum esset, Qui mortui sum^o peccato, quomodo vivem^o in eo? Nam velut quereretur, quid est mori peccato? An ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Hinc probans quod supra dixerat, Si mortui sum^o peccato, quomodo vivemus in eo? ut qui se non ignorarent in morte Christi baptizatos, cum baptizarentur in Christo, scirent etiam se mortuos esse peccato, quia nihil est aliud in morte Christi baptizari, nisi peccato mori: hoc diligentius exponens adiungit & dicit: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodū surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, sic & resurrectionis erimus, hoc sciētes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut evacuatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato: si autē mortui sumus cum Christo, credimus quia simul vivemus cum illo, scientes quia Christus surgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortu^o est semel: quod autem vivit, vivit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidē esse peccato: vivere autē deo in Christo Iesu. Si ergo peccato nō moriuntur parvuli, proculdubio in Christi morte nō baptizantur. Si in Christi morte non baptizantur, nō in Christo baptizantur. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. In Christo autē baptizantur, peccato ergo moriuntur. Cui peccato queso te, nisi quod originale traxerunt? Argumentationes hominum conticescāt, dominus novit cogitationes hominum, quoniam

vanæ sunt. Abscondit hæc a sapientibus & prudentibus, D & revelavit ea parvulis. Si tibi Christiana fides displicet, apertius confitere: nam Christianam fidem aliam non potes invenire. Vnus homo est ad mortem, vnus ad vitam. Ille tantum homo, iste deus & homo. Per illū est mundus inimicus factus deo: per istū mundus reconciliatus deo, electus ex mūdo. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui in celo est. Hæc stabilimēta fidei Christianæ qui subvertere nititur, stantibus eis: ipse subvertitur. Prorsus quod in libro meo dixi, cui resistis, verū est. Nam quod dimissum est in pariete ut trahatur in prole, miris quidem modis fit, sed tamen fit. Et quia modus ipse non facili ratione indagatur, nec sermone explicatur, ab infidelibus non creditur. Quibus verbis meis insidiaris mendaciter, quasi dixerim nec ratione comprehendi, nec sermone explicari, subtrahens inde quod dixi, nō facili siue ratione siue sermone. Aliud est nulla, quod tu dicis: aliud est, non facili, quod ego dixi: ubi quid aliud quā calumniosus appares? Sed etsi nulla ratiōne indagetur, nullo sermone explicetur, verum est tamen quod antiquitus veraci fide catholica prædicatur & creditur per Ecclesiam totam: quæ filios fidelium nec exorcizaret nec exufflaret, si nō eos de potestate tenebrarum, & a principe mortis erueret: quod in libro meo, cui velut respondes, a me positum est, sed id tu commemorare timuisti, tanquā ipse ab orbe toto exufflandus esses. Si huic exufflationi qua princeps mundi & a parvulis eicitur foras, cōtradiceret voluisses, frustra te intorques argumentationibus vanis non aduersus me, sed aduersus communem matrem spiritalem: quæ non te aliter peperit quā sicut iam non vis ut pariat: cōtra cuius viscera satis acutis telis tibi videris armatus de iustitia dei, cōtra iustitiam dei: de gratia dei, contra gratiam dei colligens argumenta. Tunc enim est dei vera iustitia, si graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum non sit iniustum. Quomodo autem non est iniustum iugum graue, si nullum est in parvulis malū, propter quod iuste iugo premantur graui? Tunc vera est dei gratia, si hoc rebus exhibeat, quod verbis sonat. Quomodo autē hoc facit, si eum exufflat, in quo nouit non esse quod pellat: si eum lauat, in quo nouit non esse quod abluat? Nunquid vel tibi vel quibuslibet confectaneistis aliquid dicere videreris, si quantum sit, ut ex ea natum necesse sit renasci, non renatum sit necesse damnari, malū concupiscentiæ carnis, sanctitate mentis cogitare possitis? Et quid conferat gratia, cum reatum eius absoluit, quo faciebat originaliter hominem reum, quādo sit in illo plena remissio peccatorū: quāuis ipsa remaneat, cōtra quam regenerati spiritus concupiscat, aut bene vsurus hoc malo in minore certamine, aut omnino nō vsurus in maiore certamine? Inest enim sensus huius mali, dū reluctatur atque cohibetur reatus carnalis concupiscentiæ, sed nō sentitur dum est, ita eius ablatio: fide creditur, non carne vel mente sentitur. Reatus autem ille qui sola regeneratione dimittitur, quemadmodum cum in esset nō sentiebatur, ita eius ablatio fide creditur, nō carne vel mente sentitur. Ideo in huius rei obscuritate te iactas, & aduersus veritatem quæ ostēdi hominū maxime carnalium sensibus nō potest, quanto magis ut putas acriter, tanto magis infideliter pugnas. Sed verte oēs tete in facies, & contrahe quicquid siue animis siue arte vales, quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mor-

Rom. 5.

2 Corin. 5.

Coloss. 2.

1. Corin. 15.

Rom. 5.

2. Corin. 5.

Rom. 5.

Rom. 5.

Rom. 5.

Rom. 5.

1. Corin. 15.

Rom. 5.

Rom. 5.

Rom. 6.

Ge ipsius baptizati sumus. Ergo verum est nos mortuos esse peccato in morte Christi, quæ fuit sine peccato: ac per hoc & maiores & paruuli. Neque enim illi & non isti, aut isti, & non illi, sed quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Cõsepulti ergo sumus illi per baptismum in mortem non sine paruulis, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus: vt quemadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cõplantati fuimus similitudini mortis eius, sed & resurrectionis erimus: hic sunt & paruuli cõplãtati similitudini mortis eius. Hoc enim ad omnes pertinet quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est. Quorum vetus homo, nisi quicumque baptizati sumus in Christo: Hic itaque agnoscamus & paruulos, quia & ipsos baptizatos non negamus in Christo. Et vt quid simul crucifixus est vetus homo noster? Vt euacuetur, inquit, corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Propter hoc corpus peccati misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. Qua igitur impudentia negamus etiam paruulos corpus habere peccati, cū hoc quod dicit, omniū sit quicumque baptizati sumus in Christo: Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul viuemus cum Christo, scientes quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuuit, viuuit deo. Ita & vos, inquit, existimate vos mortuos esse peccato: viuere autem deo in Christo Iesu. Quibus hoc dicit? Euigilãte & attendis? Eis vtique quibus dicebat, Si autem mortui fuimus cum Christo. Et qui sunt hi, nisi quibus dixerat, Vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuetur corp⁹ peccati: nisi quibus dixerat, Complantati sumus similitudini mortis eius: nisi quibus dixerat, Cõsepulti ergo sumus illi per baptismum in morte: Et hoc quibus, vel de quibus dixerat, lege superiora verba mea, quibus hæc cuncta connexa sunt, & inuenies. An ignoratis quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Et cū hoc diceret, probare quid voluit? Lege adhuc paulo superius & inuenies. Si mortui sumus peccato, quomodo vivem⁹ in eo? Aut ergo agnoscite paruulos in baptisate mortuos esse peccato, & fatemini habuisse cui moreretur originale peccatū, aut aperte dicite non eos in morte Christi baptizatos cum baptizaretur in Christo, & Apostolum mendacij redarguite, dicentē, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Ego hæc arma cœlestia, quæ vincunt cœlestium, non dimitto, his fidem meam sermonemq; committo. Argumenta quæ profertis, humana sunt, hæc munimenta diuina sunt. Delicta quis intelligit: Nunquid ideo delicta non sunt? Ita & originale delictum quod in parente regenerato remittitur, & trãsit in prolem & manet nisi & ipsa regeneretur, quis intelligit? Nunquid ideo nõ est delictum? Vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Quo corde, quo ore, qua fronte paruulos mortuos negatis, pro quibus Christum mortuum nõ negatis? Si non est pro eis Christus mortuus, vt quid baptizantur? Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Si autem etiam pro eis mortuus est, qui vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & isti cum omnibus. Et qui in peccato mortui sunt, moriuntur

Roman. 6.

Roman. 6.

Psal. 18.

tur & peccato vt viuãt deo, quãdo renascuntur ex deo. K Quod si explicare non possim, quomodo viuus generet mortuum: mortuus enim peccato parens, & viuens deo, generat tamē in peccato mortuum, nisi & ipse peccato regeneratiõne moriatur vt viuat deo. Nūquid ideo falsum est, quia explicari verbis vel non potest, vel difficillime potest? Tu nega si audes, natum mortuum pro quo Christum non negas mortuū. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Verba sunt Apostolica, sed arma sunt nostra, quibus tamen si repugnare nolis; intelligis quod sine dubitatione credendū est, etiam si non intelligas. Homo enim qui spiritaliter natus, carnaliter gignit, vt trunque habet semen, & immortale vnde se gaudeat viuū, & mortale vnde generet mortuum. Cui viuificando nullo modo necessaria Christi mors esset, nisi mortuus natus esset. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Nec eos de ista morte excitatis, quos mortuos non esse clamatis, sed ne viuant potius impeditis, quãdo in eorum parentibus fidem, qua vna possunt reuiuiscere, impiorum argumentorum machinis oppugnatis. Sed iam veniamus ad prolixã & operosam disputationē tuam, L qua illud quod quatuordecimque similitudinis gratia in re ad perspicuendum difficili adhibendum putauit, de olea scilicet quod eius semen degeneret in oleastrum, refutare molitus es, prius affirmans, quod ei rei quæ per se defendi non potest, nihil suffragentur exempla. Cur ergo Apostolus mox vt proposuit quæstionem quomodo resurgant mortui, quo autem corpore veniant, continuo rem incognitam & inexpertam exemplo probare suscepit, adiūgens. Stulte, tu quod seminas, nõ viuificatur nisi prius moriatur? Quod quidem exemplum & huic rei de qua nūc agitur, nõ omnimodo est incõueniens. Purgatur enim à palea triticū, sicut homo à peccato, & tamen inde cum palea nascitur alterum. Quid est autem quod de crocodilo voluisti, solū esse in omnibus animalibus, cui superiores mandibulas moueri Albinus affirmat, & ignem cum sit omnibus exitio, salamandræ esse ludibrio? Nõne ista contra vos potius protulisti, quando inuenitur aliquod vnde monstratur esse possibile quod generaliter negabatur? Cum ergo vos generaliter negaueritis posse gignentes in prolem traicere quod nõ habent ipsi, si fuerit inuentum quod possit hoc facere, ita superamini, sicut ille qui dixerat non posse animalia nisi inferiora mouere mandibulas, inuēto crocodilo sine ambiguitate superatur: & qui dixerit nullū animal in igne viuere, demonstrato quod de salamandra perhibetur, sine ambiguitate conuincitur. Cum igitur definitis naturalia per accidens nõ conuerti, si vel vnus quispiam fuerit inuentus, qui vitiatu aliquo casu, cum eodem vitio genuerit filiū, factumq; sit proli naturale quod parēti accidens fuit, nempe tua definitio etiam ista destruetur & frustrabitur. Item cum definitis parentem quod ipse non habet, in suam prolem non posse transmittere, nõne definitio etiam ista destruetur, cum tibi fuerint demonstrati nati homines integerrimis omnibus membris ex his parentibus qui nonnulla membra perdidierant? Audiebamus à maioribus nostris, qui se id nosse ac vidisse dicebant, Fundanum Carthaginis rhetorem, cum pater accidenti vitio luscus esset, luscum filium procreasse: Quo exeplo eueritur illa tua sententia, qua dicis naturalia per accidens non conuerti. Accidens quippe fuit in patre, quod factū est in filio naturale. Illam vero alteram, qua dicitis parentes in filios ea quæ non habent non posse transfundere

2. Corin. 5.

Cap. III.

1. Corin. 15.

M

M

1. Corin. 15.

A dere, alius Fundani filius, quod maxime vñtatū est, cum duobus oculis de Iusco natus euerit, & innumerabiles qui nascuntur oculati de parētibus cæcis. Transmittendo quippe in eos quos gignit, quod ipsi nõ habent, vos potius quàm suos filios sibi similes esse demonstrant, qui tam fuitis in vestris definitionibus cæci. Sanè cum ea quæ ad rem non pertinent multum loqueris, dixisti aliquid vnde me quiddã quod ad rem pertinet admoneres, vbi aisti, curiositatem quod comprehēderit, minus solere mirari, & aduersus eam diuinitus fuisse prouisum, vt multa de terra innumeris discreta proprietatibus gignerentur. Et reuera hæc est vitia occultorū operum dei, ne propterea vilescant, ne cõprehensa mira esse desistat. Vnde & scriptura dicit, Sicut ossa in ventre pregnantis, ita non agnoscis opera dei quæcunque faciet vniuersa. Recte itaque & ipse dixisti, cõtra curiositatem, quæ minus solet mirari quod potuerit comprehendere, incomprehensibilia esse opera dei. Cur ergo humana opinione conaris euertere, quod min⁹ vales in diuina ratione comprehendere? Ego quidem nõ, vt tu calumniaris, dixi nulla ratione comprehendere posse, B sed dixi, non facili ratione posse. Veruntamen quod si contra vitium curiositatis humana, cui solēt, vt ipse commemoras, comprehensibile vilescere, etiam hoc deus quæadmodum multa, sic occultare voluit, vt id inuestigare atque comprehendere humana coniectura non possit: ideo ne contra Ecclesiam matrem vestram ratiunculis vestris quasi parricidalibus pugiunculis debetis armari, vt vim sacramenti eius occultam, qua purgandos concipit paruulos, quãuis de purgatis parētibus natos, tamquam ossa in ventre pregnantis, non contritãdo, sed laniando queratis? Nisi autem sermonis longitudine nollem fatigare lectorem, iam te mille rerum generibus quarum incomprehensibilis est ratio, contra vitiatas naturæ vias quæ per desertam opaca obruerēt, in quibus etiam degenerantia semina nõ quidem in dissimilimum genus: quia nec oleaster sic est ab olea discretus vt vitis, sed in vitiandam, si dici potest, similem dissimilitudinem: sicut viti est labrusca dissimilis, quæ tamen de semine vitis gignitur: multa monstrarem. Et cur nõ credamus hoc ideo voluisse creatorem, vt crederemus etiam semen hominis posse vitium de gignentibus trahere, quod in eis à quibus gignitur nõ est, vt sic ad eius gratiam qua homines eruntur à potestate tenebrarum, & in regnum illius transferuntur, etiam baptizati cum suis paruulis currerēt, sicut tecū cucurrit pater sanctus, nesciens eidem gratiæ quàm eses futurus ingratus? Sed naturæ scrutator acerrimus limites eius inuenis, & regulas figis, dicens per rerum naturam fieri non posse, vt illud probentur tradere parentes, quo caruisse creduntur. Quod si tradunt, inquis, non amiserunt. Istæ sunt Pelagianæ definitiones, quas lecto ad religiosæ memoriæ Marcellinum quod commemoras opusculo nostro, iã respicere debuisti. Prior enim Pelagius de parentibus fidelibus dixit, non eos potuisse in posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Sed quàm sit falsum, exemplis euidētissimis perdocetur, quorum aliqua supra dixi, vnde est & hoc, quod & nunc dicam. Quid enim præputij retinet circumcisus, de quo præputiatum tamen gignitur, & quod iam nõ est in homine, trahitur in hominis semine? Nec ob aliud credendū est antiquis patribus hoc diuinitus fuisse præceptum, vt octauo die circumciderēt paruulos, ad significandam regenerationem quæ fit in Cristo, qui post diem septimū sabbati, quo die iacuit in sepulchro, traditus pro-

pter delicta nostra, sequenti, id est octauo die in hebdomadibus resurrexit propter iustificationem nostrã. Quod sacramentum circūcisionis in figura præcelsissimæ baptisimatibus, quis vel mediocriter sacris literis etudius ignoret, cum apertissime de Christo dicat Apostolus. Qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo etiam circūcisus estis circūcisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circūcisione Christi, cõsepulti ei in baptismo, in quo & cõsurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illū à mortuis, & vos cum essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ, viuificauit cum illo, donãs nobis omnia delicta. Huius ergo circūcisionis non manufactæ, quæ nunc fit in Christo similitudo, præmissa est illa circūcisio manufacta quæ data est Abrahæ. Non enim dici potest, præputium corpus est, hoc autem quod trahitur in origine vitii, & illo quidem abscisso vim eius tamē nequaquam tolli potuisse de semine: hoc vero vitium quod non est corpus, sed accidens, cum indulgentia sit remissum, in semine non potuisse residere: hoc inquam à quouis callidissimo dici non potest, cum autoritate diuina superetur, qua ipsa pars corporis ob hoc iussa est amputari, vt hoc vitium purgaretur. Quod nisi esset in semine, ad paruulos quibus circūcisione illa corporis auferendum est, nullatenus perueniret. Neque si minime peruenisset, indigeret nullatenus hac corporis circūcisione semoueri. Cum autem paruulus profusus nullum habeat omnino peccatum, restat vt nullum eidem aliud auferatur nisi originale illo remedio sine quo perit anima ei⁹ de populo suo, quod sub iusto deo nõ fieret, nisi esset culpa qua fieret. Quæ quoniam propria nulla est, restat vt sola originis vitia sit culpa. Ecce circūcisus tradit nascenti de se, quo caruit in se. Quid est ergo quod dicis, per rerum naturam fieri non posse, vt illud homines probentur tradere, quo caruisse creduntur? Bonum est præputium, non est malum, quia deus illud fecit, sicut de oleastro copiosissime disputasti. Respondetur tibi, Bonus est oleaster in rerū natura, sed in mysterio scriptura malū significat: sicut lupi, sicut vulpes, sicut sus lota in volutabris cœni, sicut canis conuersus ad suum vomitum. In rerum natura bona sunt omnia sicut oues. Omnia quippe de⁹ fecit bona valde, sed in sanctis libris lupi malos significant, oues autem bonos. Nec secundum id quod sunt, sed secundum id quod significant, de illis similitudines damus, quando de bonorum malorumque differentia disputamus. Sic & præputium quoniam particula est humani corporis quod totum est bona substantia, vtique bonum est per naturam, sed malum significat per figuram, cum die octauo circūcidi præcipitur paruulis propter Christū, in quo sicut Apostolus dicit, circūcisus sumus circūcisione non manufacta, quam sine dubio præfigurauit circūcisio manufacta. Præputium itaque non est peccatum, sed significat peccatum, per quod peccatum dicitur sumus natura filij iræ. Nam & ipsum membrum natura propriè dicitur. Proinde circūcisio carnis non solum illam quasi generalem sententiam vestram sine ambiguitate subuertit, qua dicitis, per rerum naturam fieri non posse, vt quo ipse caruit, tradat proli parēs: verum etiam quia præputium peccatum significat, & inuenitur in nascente, quod iã non erat in parente, profecto originale peccatum quod iam remissum est parentibus baptizatis, manere demonstrat in paruulis, nisi & ipsi baptizentur, id est spiritali circūcisione munden- tur, vñq; cõuincit, esse verissimum quod negatis, quia

Circūcisio figura fuit baptisimatibus.

Coloss. 2.

E

Omnia in rerum natura bona sunt, licet aliqua malum significent.

2. Petri. 2. Gene. 1.

Gene. 17. Coloss. 2.

Ephes. 2.

G & ipse paruulus, de quo dictum est, Peribit anima eius de populo suo si octauo die non fuerit circumciscus, inuenire sub iusto iudice cur peccat, nō potestis negantes originale peccatum. Relinquamus syluas oleastrorum, & montes vel Africanos vel Italos oliuarum, nec interrogemus agricolas, qui cū tibi aliud, mihi aliud forte responderint, neutros possum celeri exploratione conuincere, si ad hoc experiendū seminetur arbor, seris factura nepotibus vmbra. Habemus oleam non Africanam, non Italam, sed Hebraeam: cui nos qui fuimus oleaster, in istos esse gaudemus. Illi olea data est circūcisio, quæ nobis soluit istam sine disceptatione questionem. Trahit praputium proles, quod iam nō habet parens. Carnit & tamen tradidit, amisit & tamen transmisit. Et hoc preputium, peccatum significat. Ergo & ipsum potest in parentibus interire, & tamen ad filios pertransire. Attestetur etiam ipse infans, & tacēs dicat, Peritura est anima mea de populo meo, si nō fuero circumciscus octauo die. Qui ergo & originale malum distemini, & iustum deum fatēmini, quid peccauerit dicite huic infanti tacite clamanti. Quoniam loquacitas vestra nulla rationabili voce respōdet: voces potius vestras Apostolicis nobiscum iungite. Quæ sint enim ex parētibus, vel vtrum sint etiam alia contagia peccatorum, liberum nobis est querere, siue sit facile, siue difficile, siue impossibile reperire. Per vnum tamen hominē in hunc mundum intrasse peccatum, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt, aliter nobis fas esse non existimemus accipere, nisi vt oēs mortuos esse credamus in primi hominis peccato, pro quibus mortuus est Christus, & omnes mori peccato quicunq; baptizantur in Christo. Sed in aliis verbis meis quæ velut refellenda interponis disputationi tuæ, dicis me vulgum tibi excitare conatum, quoniam dixi fidem non dubitare Christianam, quam noui heretici oppugnare cœperunt, & eos qui lauacro regenerationis abluuntur, redimī à diaboli potestate, & eos qui nōdum tali regeneratione redempti sunt, etiam paruulos filios redemptorum, sub eiusdē diaboli esse potestate captiuos, nisi & ipsi eadē gratia redimantur. Quod vt apostolico testimonio cōprobarem, ad omnes aetates dixi pertinere illud de quo Apostolus loquitur beneficiū dei, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Si hac sententia contra vos vulgus mouetur, nōne hinc te poti⁹ oportet aduertere, ita esse vulgatā & apud omnes confirmatam istam catholicam fidem, vt nec notitiam possit fugere popularē? Necessē quippe fuerat, quicquid in paruulis suis ageret, quod attinet ad mysteria Christiana, omnes nosse Christianos. Cur autem dicis, quod certaminis singularis oblitus in vulgū refugerim? Quis tibi promisit meum singulare certamen? Vbi, quādo, quomodo, quibus præsentibus, quibus arbitris? Oblato, sicut loqueris, placuit componi fœdere bellum, vt pugnas omnium contentio nostra dirimeret? Absit vt mihi apud catholicos arrogem, quod tibi apud Pelagianos arrogare non pudet. Vnus sum & multis, qui profanas vestras nouitates vt possumus refutamus, sicut vnicuique nostrū deus partitus est mensuram fidei. Antequam essem natus huic mundo, & antequam essem renatus deo, multa catholica lumina vestras futuras tenebras redarguendō præuenerunt. De quibus iam duobus superioribus libris meis, quanta potui manifestatione disserui. Habes quō te auoces, si te aduersus catholicam fidē adhuc insanire delectat, nec

nomine fellulariorum opificum derideas mēbra Christi. Memento quia infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia. Quid est autem quod eis cum ostendere cœperis, in me acerbiores fient? Mentiri eis noli, & non fient. Ego enim non eos, sicut calumniaris, asseuero peculum diaboli quos redemptos Christi sanguine scio, nec diabolo coniugia in quantum coniugia sunt, vlla transcribo, nec eum genitalium commentor artificem, nec excitatorem virorum, nisi ad illicita, nec fœcundatorem mulierum, nec conditorem assero paruulorum. Hęc ergo quæ à me aliena sunt, si eis de me dixeris, mētieris, & si quisquam eorum tibi credēs acerbior in me fuerit factus, deceptus poterit esse, non doctior, ij vero qui & vtrunque nostrum & fidem catholicam sciunt, discere abs te aliquid nolunt, sed cauēt potius ne auferas quod nouerūt. Multi quippe sunt in eis qui non solum præter me, verum etiam priores me ista didicerūt, quæ vester nouus error oppugnat. Cum ergo non eos ipse fecerim, sed inuenerim huius quam negatis sociis veritatis, quomodo eis ego sum author huius quem putatis erroris? Explica, inquis, quomodo peccatum personæ illi iuste possit ascribi, quæ nec voluit peccare nec potuit. Aliud est perpetratio propriorum, aliud alienorum contagio peccatorum, quantum quidē ad suæ cuiusque vitæ pertinet actionem. Nam si vos sententiam rectam in vestrum tortū sensum torquere nolletis, audiretis Apostolum hoc breuiter explicātem, qui vnum dixit fuisse in quo omnes peccauerūt. In illo vno mortui sunt omnes, vt moreretur vnus pro omnibus. Vnus enim pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, pro quibus Christus mortu⁹ est. Nega igitur Christum etiam pro paruulis mortuum, vt eximas eos de numero mortuorum, hoc est, de cōtagio peccatorum. Qui fieri potest, inquis, vt res arbitrij conditioni seminum misceatur? Si fieri non posset, non esset vnde paruulos nōdum de corpore egressos mortuos diceremus. Quia si Christus & pro ipsis mortuus est, ergo & ipsi mortui sunt. Quomodo si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Audisne Iuliane? Hęc Apostoli verba, non mea sunt. Quid à me quaris, quo sit factum modo, cum videas factum esse quocūque modo, si Apostolo credis aliquo modo qui de Christo & de his pro quibus mortuus est, mētiri potuit nullo modo? Potest autem dici deus ab alio quales estis peruerso, sed errore diuerso, potest prorsus dici deus quod non sentire de paruulis dicis, ad inimici sui lucrū semper industrius: quia eos quos nouit non ad tempus sub diabolo futuros, sed cum illo semper arduos, nō desinit creare, nutrire, vestire, eisq; pertinacissima iniquitate peccantibus vitam salutēque subministrare. Sed facit hoc quomodo sciēs bene vti & bonis, cuius maiestatis vsib⁹ non solū eos quos premit aut decipit, sed nec seipsum malignitatis vllius arte diaboli subtrahit: Ac per hoc non pertinent ad diabolū, qui eruuntur de diaboli potestate. Qui vero ad eum pertinet, in dei, sicut ipse, sunt potestate. Quam vanum est igitur quod acute te dixisse arbitraris, quasi asseramus hoc inter se fœdus inisse diabolum & deū, vt quicquid perfunditur, deus: quicquid nascitur, diabolus sibi vendicat, ea tamen lege, sicut dicis, vt ipsam commixtionem quam diabolus instituit, deus obnoxia virtute fœcundet. Prorsus nec instituit diabolus commixtionē, quoniam esset & si nemo peccasset: Sed ita esset, vt tua ibi suscepta vel nulla esset, vel quieta esset. Nec obnoxia virtute, sed libera & potentissima deus fœcundet vteros seminarum, etiam vasa diaboli

abolica parituros. Sicut enim hominibus malis, ita & feminibus ex origine vitiatas in quibus bona est ab illo creata substantia, incrementum, formā, vitam, salutēque largitur gratuita bonitate, nulla necessitate, in superabili potestate, irreprehensibili veritate. Cū ergo vtrūque in potestate sit dei, & quod perfunditur scilicet, & quod nascitur, à cuius potestate alienus nec ipse diabolus inuenitur, tu duo ista quomodo posuisti? Vtrū melius esse voluisti nasci quā perfundi? An melius esse perfundi, quia ibi est & nasci? Non enim perfundi poterit, qui natus non fuerit. An vtrunque a qua lance perpendis? Si nasci putas esse meli⁹, regenerationis spiritali facis iniuriam, cui regenerationem carnalem sacrilego errore præponis. Non enim frustra crederis noluisse dicere quod nascitur, sed quod perfunditur: vt quoniam diabolū & deum quasi partes inter se fecisse per nostrum sensum demonstrare cupiebas, partem dei faceres verbi vilitate viliorē. Potuisti enim dicere, quod nascitur, potuisti, qd regeneratur, potuisti postremo, quod baptizatur. Hoc enim verbum ex Graeco latina consuetudo sic habet, vt nō solet alibi nisi in sacramento regenerationis intelligi. Nihil horū dicere voluisti, sed elegisti verbum, quo fieret contemptibile quod dicebas. Nemo enim legentium præferre potest natum renato, vel regenerato, vel baptizato, sed facile putasti natum præferri posse perfuso. Si autem quātum distat cælum à terra, tanto melius est perfundi, vt portetur hominis imago cœlestis, quā nasci vt portetur hominis imago terreni, euanuit iam tua ista inuidiosa partitio. Neque enim mirandum est, si cœlestis hominis imaginem, quæ sacra perfusione suscipitur, sibi vendicat deus: imaginem verò terreni hominis, terrena labefordentem sinit esse sub diabolo, donec ad suscipiendam cœlestis hominis imaginē nascatur in Christo. Porro si perfundi & nasci æquali abs te pensantur examine, vt ideo paruuli nondum renati non credantur esse sub diabolo, ne partes æquales inter se deus & diabolus facere videātur, si deus sibi perfusus, diabolus autem vindicat natos: profecto quia secundū istū sensum tantū valet perfundi quātum valet nasci, superflū persuadet esse perfundi, quoniam quod tantūdem valet, sufficit nasci. Et tamen agimus gratias, quia nō hoc putatis. Non enim ad regnum dei natos, nisi perfundantur admittitis, atque ita perfundi multo melius iudicatis esse quā nasci. Iam itaque vobis ipsi reddite rationem, ne putetis indignum, vt qui non admittuntur in regnū dei, sint sub illo qui cecidit de regno dei: Et qui non habent vitam, sint sub illo qui perdidit vitam: Nō autem habere paruulos vitam, nisi habeant Christum, quem proculdubio habere non possunt, nisi induerint eum, eo modo quo scriptum est, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Nō ergo eos habere vitam nisi habeant Christum, Ioānes Euangelista testatur dicens in Epistola sua, Qui habet filium, habet vitā: qui non habet filium, vitam nō habet. Merito ergo intelliguntur mortui qui non habent vitam, pro quibus est Christus mortuus, vt habeant. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Ideo autē mortuus est, sicut legitur ad Hebræos, vt per mortem euacuaret eum qui potestate habebat mortis, id est diabolum. Quid ergo mirum si paruuli quādiu mortui sunt antequam incipiant eum habere qui mortuus est pro mortuis, sub eo sunt qui potestatem habet mortis? Enumeras quæ fides vere non dubitet Christiana, in quibus ea commemoras, quæ penē omnia predicamus

& nos, & de quibus nullo modo dubitandum esse censemus, vsque adeo vt etiam illud quod dicis, sine opere liberi arbitrij nullum hominis esse posse peccatum, verum esse fateamur. Non enim & hoc esse peccatū quod originale traheretur sine opere liberi arbitrij, quo primus homo peccauit, per quem peccatū intrauit in mundum, & in omnes homines pertransiit. Quod autē dicis, alienis peccatis alterum obnoxium non teneri, interest quatenus recte possit intelligi. Neque nūc ago quod peccauit Dauid, & pro peccato eius tot hominū milia ceciderunt: & quod de anathemate contra interdictum quia vsurpauit vnus, in eos qui hoc nō fecerāt, nec factum fuisse nouerant, vindicta processit. Alia disputatio est, neque nūc terrere nos debet de hoc genere peccatorū siue penarū. Parentū autē peccata modo quodā dicuntur aliena, & rursus modo quodā reperitur & nostra. Aliena quippe proprietate sunt actionis, & nostra sunt contagione propaginis. Quod si falsum esset, profecto graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, nullo modo iustum esset. Quod autem Apostolum dixisse cōmemoras, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisq; propria corporis sui prout gessit siue bonum siue malum, quomodo in paruulis accipis? Vtrum & ipsi ante tribunal Christi manifestabuntur, an non? Si non manifestabuntur, quid te adiuvat ista sentētia, quando ad eos non pertinet, quorum nunc agitur causa? Si autem manifestabuntur, quomodo reportat eorū quisq; quod gessit, qui nihil gessit, nisi quia pertinet ad eos qui per corda & ora gestantium siue credunt siue non credunt? Propria corporis sui enim dixit, quod ad vnumquemque in seipso iam viuente pertinet. Nam quomodo reportat bonum vt intret in regnum dei, si hoc reportat quisque quod gessit, nisi quia pertinet ad paruulum etiam quod per alterum gessit, id est, credit: Sicut itaque quod credidit, pertinet ad eum vt reportet bonum, hoc est percipiat dei regnum: sic ad eum pertinet etiam si non credidit, vt reportet condemnationis iudicium, quia Euangelica est & ipsa sententia dicendo, Qui non crediderit, cōdemnabitur. Et Apostolus dicēdo, Omnes nos manifestari oportet, vt recipiat vnusquisque prout gessit, siue bonum siue malum, nihil voluit intelligi medium. Vide ergo quā importune nolis paruulum de alieno peccato reportare malum, & velis eum de alieno recte facto reportare bonū, non qualecunque, sed dei regnum. Alienū quippe opus est cum credit per alterum, sicut alienū opus fuit cum peccauit in altero. Nec nos dubitamus quia baptismate delictum omne mundetur, sed renascēdo quisq; mundatur. Quod ergo non admittit nisi regeneratio, non cessat trahere generatio. Sanē dicendo concupiscentiā non vsquequaque animo rebellem, proculdubio confiteris rebellem: & supplicium nō fateris, quod aduersus te ipsum bellum geris. Dicatur, inquis, paruulorū creator deus talium, quales dei manibus digni sunt, & addis, id est innocentium. Nōne de pietate, & dei laudatione vincere videtur, qui dixerit etiam pulchra & sana opera decere manus dei? Et tamen multi deformes, multi orbi vel morbidi, multi horridi monstruosiq; nascuntur, nec ideo illam tantam substantiam, omnēq; partes eius, & quicquid in ea substantialiter existit & viuit, potuit creare nisi vnus bon⁹ & verus deus. Iubes vt asseram, quem admodum in Christo, id est in virtute eius creatos paruulos sibi audeat diabolus vindicare. Tu assero si potes, quomodo sibi nō obscure seclaperte

Gene. 27.

Virgilius.

Roman. 5.

Cap. III.

Coloss. 1.

Roman. 12.

1. Corin. 7.

Roman. 5.

2. Corin. 5.

Mat. 16.

2. Corin. 5.

Roman. 5.

2. Reg. 24.

Iosue. 7.

Eccl. 40.

2. Corin. 5.

Mat. 16.

2. Corin. 5.

Eclh. 40.

G vindicet paruulos, quos immundi spiritus vexant. Si ei traditos dicitis, videmus ambo suppliciu, tu dic meritum. Ambo bernis pœnam, tu qui nulla mala merita dicitis ex parentibus trahi, cum deum iustum ambo fateamur, demonstra ista pœna digna si potes in infantibus culpam. An vero non agnoscis etiam hoc ad illud graue iugum pertinere, quod est super filios Adam a die exitus de vetre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matre omnium? Sub quo iugo diuersis cladibus ita conteritur genus humanum, vt appareat hoc quod ex filiis iræ sunt homines tanquam pignore accepto filij misericordiæ, in futurum seculum præparari: in hoc autem seculo a die ortus vsque ad diem obitus, etiam ipsos sub eodem graui iugo conterri. Quâdoquidem etiã baptizati paruuli inter alia mala vitæ huius, nonnunquam & istos dæmonum patiuntur incurfus, quauis eruti de potestate tenebrarum, ne ab eis trahantur in supplicium sempiternum. Iterum dicitis, quod iam quid dixeris, ad quæ respondi, sed etiã nunc non debeo præterire, quod cū deus paruulis nihil de proprio tam boni quam mali merentibus, gloriam regenerationis attribuit, hoc ipso eos ad suam curam, ad suum ius, ad suum dominium pertinere docet, quod eorum voluntatem ineffabilis præuenit beneficij largitate. Quid igitur eū offenderunt quos pariter innocentes, mundos, a se ad imaginem suam creatos, innumerabiles ab isto munere alienat, nec eorum voluntatem huius ineffabilis præuenit beneficij largitate, separans tot imagines suas a regno suo? Si hoc eis non erit malum, nõ ergo amabunt regnum dei tot innocentes imagines dei. Si autem amabunt, & tantum amabunt, quantum innocentes amare debent regnum eius a quo ad ipsius imaginem creantur, nihil ne mali de hac ipsa separatione patientur? Postremo vbi libet sint, quomodo libet sint sub deo iudice, qui nec fato premitur, nec personarum acceptio ne corrumpitur, in illius regni felicitate non erunt, vbi erunt qui pariter nihil boni malive meruerunt. Sed si nihil meruissent mali, nunquam priuarentur in communis causa cõmunionem tanti boni. In eis ergo, vt saepe diximus, iræ vasis notas fecit secundum Apostolum, deus diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne gloriantur tãquam de meritis vitæ suæ, cū cognoscunt hoc sibi iustissime reddi potuisse, quod videt reddi paribus cõsortibus meritis suæ. Mire complexis Apostolus testimoniis asserit paruulos & de potestate tenebrarum erui cum cæteris, & natura esse filios iræ sicut & cæteri, quia peccato moriuntur, cum in morte Christi baptizantur, quãdo baptizantur in Christo. Si ergo recte vis sapere, etiam de paruulis saepe quod ait Apostolus de deo patre, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij charitatis suæ. Et illud alterum, Fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri. Omnes enim eruuntur de potestate tenebrarum, nec filij erūt iræ qui peccato moriuntur, qui in morte Christi baptizantur. Omnes autem vt deo viuant, peccato moriuntur, qui in morte Christi baptizantur. Omnes porro in morte eius baptizantur, quicumque baptizantur in Christo: ergo quia & paruuli baptizantur in Christo, peccato moriuntur, & a potestate tenebrarum, vbi natura filij iræ fuerat, eruuntur. Quod autem dicitis, vbi ait Apostolus, Natura filij iræ, posse intelligi prorsus filij iræ: nõne hinc admoneri debuisti, antiquam contra vos defendi catholicam fidem: quia non ferè inuenitur Latinus codex, si non a vobis nunc incipiat emendari, vel potius in medium mutari, vbi non natura sit scriptum?

Roman. 9.

Eph. 2.

Colof. 1.

Eph. 2.

Ibidem.

Indicat hoc Hieronymus.

Quod vtrique cauere debuit interpretum antiquitas, nisi etiam fidei hæc esset antiquitas, cui cœpit vestra resistere nouitas. Sed homo egregius, in grege non vis esse vulgari. Rursus enim sententiam vulgi respuit, post tanta quibus eum reddita ratione aduersus me concitaueras grauius, quàm in te fuerat concitatus. Sed nimirum tua disputata considerans, nihil te talibus argumentis apud populū in catholica fidei veritate & antiquitate fundatū, agere potuisse vel posse sensisti. Vnde ad eum spernendū contumacia rursus ora cõuertis, eiusq; partes quibus constat nõ immerito vobis Christianorum insensibilis multitudo, singillarim describēdo & deridendo percurris, in quibus & auditoriales scholasticos tangis, & dicitis cõtra me clamatuos, O tempora, & mores: & tamen vulgi iudicium reformidas. Vbi tam clamorosos tibi suffragatores inuenire potuisti, qui Tullianis me vocibus terrent, quod aliunde quàm vnde totum est, esse putem genitalem corporis partem? Quibus ego cum retulero, non hoc dico, mentitur: libidinē culpo, non membra vitium denoto, non naturam: iste autem qui mihi apud vos calumniatur, audet in Ecclesia Christi ante magistrum in cœlo sedentem recitare libidinis laudem, quod ei recitandum si vobiscum studeret, magistrorum nemo proponeret, ne offenderet omnium vestrum pudorem. nõne alia in te Tulliana vere conuenientia verba conuertent, dicentes tibi, Ex hac parte pudor pugnat, abs te petulantia: hinc continentia, illinc libido? Nescio quos etiam quasi desertores dogmatis vestri, ad fidē catholicā conuersos arguis vel reuersos. Quos tamen significasti ita te metuere, vt eorum nomina exprimere non auderes, ne forte audientes abs te sua falsa crimina, mox tibi si non vera, certe credibilia reponerent. Quod quidem quicumque sunt isti, qui grauius sapiunt, non facerent, & parcerēt tibi secundum Apostolum non reddentes maledictum pro maledicto. Tu autem saltem illum monentem ne dedigneris audire, de cuius literis exclamare te libuit, O tempora, & mores. Saltem, inquam, ipsum aude, vt quantum à rerum turpitudine abes, si tamen abis, tantum te à verborū libertate se iungas, & ea in alteros ne dicas, quæ cum tibi falso obiecta sint, erubescas. Talia te sanè in istos nescio quos dixisse qui legunt sciunt, qualia in aliquibus omnino nõ nouimus, quos in proposito continentia recessisse à Pelagianis hereticis nouimus. Tui vero, vel tuæ quales sint, nihil mea interest, quos tu vel quas tu sic fallis, vt dicas me definire nec in carioso quidem corpore libidinem posse frenari. Imò quia frenari posse & frenari oportere decerno, ideo malum intelligo. Quod qui negat malum, viderit quomodo habeat bonum, cui repugnantem, velit nolit, fateretur frenandam esse libidinem. Ego itaque non solum a senibus, verum & a iuuenibus dico libidinē posse frenari, sed multum miror a continentibus libidinem posse laudari. Quis autem nostrū dicit malum hoc quod paruuli originaliter trahunt, sine substantia in qua est, aut esse posse aut vnquam fuisse? Quod tanquam dicamus, ita queris dialecticos iudices, & irrides vulgum, quasi ad ipsum te iudicem adducam, a quo iudicari ista non possunt: quæ tu si nõ didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. Si vis viuere, noli amare sapientiam verbi qua euacuatur crux Christi. Quomodo de aliis substantiis in alias substantias vel bonæ vel malæ transeant qualitates, nõ migrando sed afficiendo, iam libro superiore tractauimus. Si vulgi spernis iudicium, illos iudices intueri, quos tibi duobus

1. Petri. 3.

M

1. Corin. 4.

A duobus prioribus meis libris luculentissima in Ecclesia Christi præditos autoritate proposui. Quale est autem, quod beatæ memoriæ Zosimū Apostolicæ sedis Episcopo, vt in tua prauitate persistas, præuaricationis accusas: qui nõ recessit a suo prædecesore Innocētio, quē tu nominare timuisti, sed maluisti Zosimū, quia egit primitus lenius cum Celestio: quoniã se in his sensibus vestris si quid displiceret, paratū esse dixerat corrigi, & Innocētij literis cõsensurū esse promiserat. Memeto sanè quæ admodū de cõstituendo Episcopo, dissensionē populi Romani insultabundus obiectas. Quod abs te quero, vtrū homines sua fecerint voluntate. Quod si negas, quomodo liberū defendis arbitrium? Si autē fateris, quomodo eam vocas vltionē dei, atq; a vestro dogmate exorbitas dum putari diuinitus vindicatū affectas? An tãdem aliquãdo cõcedis, quod obstinatissima cõtentione negaueras, occulto dei iudicio fieri, vt in ipsis hominū voluntatibus inueniatur aliquid, quod & peccatū sit & pœna peccati? Hoc enim nisi in ista tua sententiã sapuisses, nullo modo factū hominū vltionem dei esse dixisses. Sed quando ante annos plurimos tale ibi quiddã de beato Damaso & Vrsicino cõtigit, nõdū Pelagianos Ecclesia Romana damnauerat. Dicitis me quoq; ipsum innouasse sensus meos, & initio cõuersionis meæ hoc sensisse quod tu. Sed fallis, aut falleris, siue calūniando iis quæ nunc dico, siue nõ intelligendo, vel potius non legendo ea quæ tunc dixi. Nã ego, per vnū hominē in mundū intrasse peccatū, & per peccatū mortē, & ita in omnes homines pertrãsisse, in quò peccauerūt omnes, ab initio cõuersionis meæ sic tenui semper in teneo. Extrãt libri quos adhuc laicus recentissima mea cõuersione conscripsi, et si nõdū sicut postea sacris literis eruditius, tamē nihil de hac re iã tunc senties, & vbi disputãdi ratio poposcerat dicēs, nisi quod antiquitus discit & docet omnis Ecclesia, in has videlicet magnas manifestasq; miseras, in quib; homo vanitati similis factus est, vt dies eius sicut vmbra prætereant, & sit vniuersa vanitas omnis homo viuēs, merito peccati originalis gen; humanū fuisse cõl lapsum, vnde nõ liberat nisi qui dixit, Veritas liberabit vos: & Ego sum veritas. & Si vos filius veritatis fuerit, tunc vere liberi eritis. Nõ enī a vanitate nisi veritas liberat, sed secundū gratiã, non secundū debitū: per misericordiam, nõ per meritū. Sicut enim iudicij fuit, vt vanitati subiaceretur, ita misericordiæ est, vt veritate liberemur, & ipsa bona merita nostra nõ nisi dei dona esse fateamur. Iam nūc illam tuã discutiãmus calūniam, qua me dixisse criminari, baptizatos ex parte mūdari. Quod melius dicitis meis sermonib; apparere, eosq; sermones meos quibus hoc apparere posse asseras, cõsiderãdo in tua disputatiõne proponis. Ago gratias. Nepe isti sunt, Carnis, in quã, cõcupiscentia nõ est nuptiis imputanda, sed toleranda. Nõ enim est ex naturali cõnubio veniens bonū, sed ex antiquo peccato accidens malum. Propter hæc ergo fit, vt etiam de iustis & legitimis nuptiis filiorum dei, nõ filij dei, sed filij seculi generentur quia & hi qui generant, si iam regenerati sunt, nõ ex hoc generat, quò filij dei sunt, sed ex quo adhuc filij seculi. Domnica quippe sententiã est, filij huius seculi generat & generatur. Ex quo itaque sumus adhuc filij huius seculi, exterior homo noster corrumpitur, ex hoc & huius seculi filij generatur. Ex quo sumus filij dei, interior homo renouatur de die in die. Quauis & ipse exterior per lauacrum sanctificatus sit, & spem future incorruptionis acceperit, propter quod & tẽplum dei merito dicitur, sed hoc nõ solum propter præsentē sanctificationē, Tomus septimus.

sed propter illã spem dictū est de qua dicitur. Et nõ ipsi demptionē corporis nostri. Si ergo redemptio corporis nostri secundum Apostolum expectatur, profecto quod expectatur adhuc speratur, nõdum tenetur. Nihil habent hæc verba mea quod nõ ipse baptizatus agnoscat, qui cū Apostolo dicit, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, vnde & alibi ait, Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati. Quò pertinet etiã illud quod in libro Sapientię legimus. Corpus enim corruptibile aggrauat animam, & deprimit terrena in habitatio sensum multa cogitantē. Sed tanquã in cœlo iam inter angelos immortaliter habitas, verba infirmitatis & mortalitatis irrides, & ea exponens nõ secundum meum sensum, sed secundū dolū tuū, dixisse me affirmas, quod gratia nõ perfecte hominē nouum faciat. Non hoc dico, Attende quod dico, Gratia perfecte hominē nouum facit, quãdoquidem & ad corporis immortalitatem plenamq; felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfecte innouat hominē, quantū attinet ad liberationē ab omnibus omnino peccatis, nõ quantū ad liberationē attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nūc corpus aggrauat animã. Vnde est gemitus, quē suū quoq; cõstitetur Apostolus dicēs, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Sed ad illã quoq; perfectionē quæ speratur, eodē baptisate quod hic accipitur, peruenitur. Nõ autē omnes filij seculi filij sunt diaboli, quauis omnes filij diaboli filij sunt seculi. Sunt enim etiam filij dei, qui tamen adhuc filij sunt seculi: propter quod & coniugio copulantur, sed filios dei carne non gignunt, quia & vt ipsi essent filij dei, nõ ex carne, non ex sanguine, nõ ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Sanctificatio ergo per baptismum etiã nunc confertur & corpori, nõ tamen nunc corruptio eius aufertur, quæ ipsam quoq; aggrauat animam. Et ideo quãuis casta sint corpora, cum desiderijs peccati membra nõ seruiunt, propter quod ad tẽplum dei pertinere cõperunt: est tamē quod gratia in tota ista adificatione perficiat, quandiu caro cõcupiscit aduersus spiritum, vt motus malos qui refrenatū sunt indicet: & spiritus aduersus carnem, vt sanctitas perseueret. Ideo dicitis carnē concupiscere, quia carnaliter anima concupiscat. Si quidem sine anima caro nec sentiat. Concupiscere autē viuētis sentientisq; naturę est, sine quo sensu membra moueri nõ possunt, id est per se membra ipsa concupiscere nequeunt. Et qui sensus concupiscit etiam sine membris, vt in spadonibus? Quis autē nescit quod nobis egregius doctor inculcas, ideo dicit carnē concupiscere, quia carnaliter anima concupiscit? Non enim sine anima vlla potest esse carnis cõcupiscentia. Nam vtrique concupiscere, viuētis sentientisq; natura est, ita vt nõ desit cõcupiscentia, quam spado solum quocunque castitas frenat, minus quidē laboriosa, quia vbi materia de qua operetur nõ inuenit, minus aduersus eã libido cõsurgit. Est tamē, pudicęque cõmittitur, ne cõcumbendi quauis irritus ipse cõtatur, in eã tũc cõcupiscentiam veniat. Propter quã Calligonum Valeriani iunioris cõnuentiã gladio notissimus vltorē puniit, meretricis confessione cõnuentiã. Neq; enitã & in libro Ecclesiastico adhiberetur inde similitudo, atque diceretur: Videns oculus & ingemiscens, quasi spado cõcupiscens virginem & suspirans, hinc & ipse moueretur concupiscentia carnalis affectibus, licet desituti carnalis effectibus. Motibus igitur suis animã quos habet cõcupiscens, aduersatur aliis motibus suis, quos habet cõcupiscens.

Roma. 8.

1. Cor. 3.

Sapient. 9.

E

1. Cor. 11.

Gala. 3.

F

Calligonus

meretricis

confessione

cõnuentiã.

Eclh. 30.

cõcupiscens

H

G dum carnē: & rursus motibus suis quos habet secundum carnē, aduersatur aliis motibus suis, quos habet secundum spiritum, & ideo dicitur caro concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Sed propter hoc & de ipsa anima dictū est, Renouatur de die in diē. Neque enim ipsa in sanctitate non proficit, cum magis magisque minuit eas quibus non consentit, carnales cupiditates. Iam baptizatis quippe dicebat Apostolus, Mortificate membra vestra quae sunt super terrā. Ibi & fornicatio & mala concupiscentia & auaritia nominatur. Quomodo ergo mortificat iam baptizatus fornicationē, quā non iam perpetrat, & secundū te nec habet aliquid quod mortificet? Quomodo, inquam, obtēperat Apostolo dicenti, Mortificate fornicationē, nisi cū desideria eius quibus non consentit expugnat, quae in bene faciētibus, & omnino non fornicatibus nec cōsensione, nec opere, & si non desunt, tamē quotidie, minuitur? Hoc agitur in tēplo dei quādo adiuuante deo agitur quod praecipit deus. Opera spiritus erigitur, opera carnis mortificatur. Si enim secundum carnē vixeritis, inquit, moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et ut scirent se hoc non facere nisi gratia dei, continuo subdidit: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Ac per hoc quicumque aguntur dei spiritu, ipsi facta carnis mortificat spiritu. Habet ergo iam baptizati quid agant in seipsis, hoc est in dei tēplo, quod aedificatur hoc tēpore, ut dedecatur in fine. Aedificatur autē post captiuitatē, de Psalmo qui prius dedicationē domus praedicat, & post aedificationē. Sed dedicatio ad caput domus pertinet, hoc est ad Christum: aedificatio ad corpus totum domus, id est ad Ecclesiam. Ideo prior dedicatio quā aedificatio est, sicut huius rei index titulus Psalms, eicēto scilicet foras qui captiuauerat inimico. In ordine quippe Psalms, quod mirum videri potest, prior est Psalms dedicationis domus, & posterior aedificationis. Sed dedicatio ideo prior est, quia illā domū cantat, de qua eius architectus ait, Soluite templū hoc, & in tribus diebus exsultabo illud. Iste autē posterior, quādo domus aedificabatur post captiuitatem, Ecclesia prophetauit. Denique & sic incipit, Cantate domino canticū nouum, cātate domino omnis terra. Nemo igitur ita desipiat, ut vnuquēque baptizati ideo existimet iam esse perfectū, quia dictum est, Templū dei sanctū est, quod estis vos: Et, Nescitis quia corpora vestra tēplum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo: Et in alio loco, Nos enim tēplū dei viuimus: & cetera huiusmodi. Iam enim hoc vocatur, & cum aedificatur, mortificatur hic membra nostra, quae sunt super terrā. Quāuis enim iam peccato mortui, deo viuamus: est tamē quod in nobis mortificemus, ut non regnet peccatū in nostro mortali corpore ad obediendū concupiscentiis eius, a quibus nos soluit, ne his essemus obnoxii, plena atque perfecta remissio peccatorū, & remanserūt in nobis cū quibus generatur, bella castrorū. Ex his est & illa qua pudicus bene vitatur coniugatus, sed cum bene sit, de malo nascitur bonum non sine malo, & ideo renascitur, & liberetur a malo. Quod enim deus creat & homo generat, profecto bonū est, inquantū homo est. Sed ideo non sine malo, quia sola regeneratio soluit a malo, quod trahit generatio de primo magnoque peccato. Sic autē incredibile vis videtur, quod in vtero baptizati, cuius corpus est tēplū dei, formatur homo futurus, sub diabolo, qui deo renascatur, ex deo, quasi non maioris admirationis sit quod deus & ubi non habitat, operatur. Non enim habitat in corpore subdito peccatis: & tamē operatur hominē in vtero meretricis. Attingit enim

vbique propter suam munditiam, & nihil iniquitatum in seum incurrit: & quod multo est mirabilius, aliquando adoptat in filiū, quē format in vtero immundissimae foeminae: & aliquādo non vult esse suū filiū, quem format in vtero suae filiae. Ille quippe ad baptismum nescio qua prouisione peruenit: iste repentina morte non peruenit. Atque ita deus, in cuius potestate sunt omnia, facit esse in Christi cōsortio, quē formauit in diaboli domicilio: & non vult esse in regno suo, quē formauit in templo suo. Aut si vult, cur non facit quod vult? Non enim quod solent de maioribus dicere, deus vult, & paruulus non vult. Certe hic ubi fati nulla est immobilitas, nulla fortunae temeritas, nulla personae dignitas, quid restat nisi misericordiae & veritatis profunditas: Ut sciamus, & ex hoc incōprehensibili cōprehēdamus iuxta duos homines, vnu, per quem peccatū intravit in mundum: alterū, qui tulit peccatū mundi, omnes filios concupiscentiae carnalis vndecunq; nascatur, ad iugum graue filiorū Adam merito pertinere, & ex his omnes filios gratiae spiritalis vndecunq; nascatur, ad iugum suauē filiorum dei sine merito peruenire. Proinde conditionē suā gerit, qui in alterius corpore quod est tēplum dei, ita cōstruitur, ut non ideo sit & ipse tēplum dei, quia aedificatur in tēplo dei. Matris quippe corpus ut esset tēplū dei, gratiae beneficium est, non naturae: quae gratia non conceptione, sed regeneratione confertur. Nam si ad matris corpus id quod in ea concipitur pertineret, ita ut eius pars deputaretur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est; aliquo mortis vrgēte periculo, cum eū gestaret in vtero. Nunc vero eū etiā ipse baptizatur, non utique bis baptizatus habebitur. Non itaque ad maternum corpus cum esset in vtero pertinebat, & tamen creabatur in templo dei, non tēplum dei. Ita in foemina fidei creatus est infidelis, & in eum parentes infidelitatis traiecerūt, quam non habebant quādo ex ipsis natus est, sed tunc habebant quādo & ipsi similiter nati sunt. Traiecerūt ergo quod iam non erat in eis, propter semē spiritale quo regenerati sunt, sed erat in eorum carnali semine, quo eū generauerūt. Quāuis itaque sacro baptisate sanctificatur & corpus, ad hoc tamen sanctificatur, ut per remissionē peccatorū non solum praeteritis peccatis omnibus, verum etiam ipsi quae inest carnis concupiscentiae non sit obnoxii, cui necesse est obnoxius omnis homo nascatur, etiam moriturus obnoxius si non renascatur. Vbi ergo me audisti sine legisli dicentem, non in nouari homines per baptismum, sed quāuis nouari: non liberari, sed quasi liberari: non saluari, sed quasi saluari: absque ut ego inanem dicerē gratiam lauacri illius, in quo renatus sum ex aqua & spiritu, qua liberatus sum a reatu omnium peccatorū, vel quae nascendo traxerā, vel quae malē viuēdo contraxerā: Quae gratia liberor, ut scio, ne intrem in tentationem, a concupiscentia mea abstractus & illectus, atque ut exaudiar dicēs cum cōsortibus meis, Dimitte nobis debita nostra. Quae liberabor, ut spero, in aeternū, ubi iam nulla lex in membris meis repugnet legi mentis meae. Non igitur ego inanem facio de gratiam, sed tu eius inimicus inanem quāsisse videris in aeternū, ut in tuam disputationem introduceres Epicurum, qui negauit esse corpus deorū, sed tanquā corpus, nec sanguinem, sed tanquā sanguinē, & hac occasione de philosophorū literis ad rem quae inter nos agitur, non pertinentibus, tanto ineptius, quāto, velut doctus delinens. Quis autem nostrum dicit quicquid in praesenti seculo agitur, esse culpandum, cum hic ipse Christus tūc egisset bona, sed ut nos erueret de praesenti seculo malo. Quam

A Quam porro diligenter & congruenter exponas Apostolicum testimonium, ubi ait, Spe salui facti sumus: & cetera usque ad redemptionem corporis nostri, opere repretium est intueri. Dicis enim quod illa resurrectio non peccata dimittat aliquorū, sed expurget merita singulorū. Reddit enim vnicuique, inquis, secundum opera sua, nec tamen dicis, secundum quae opera sua regnum dei parvulis reddat. Et peccata quidem nulla remittuntur in regno. Sed si nulla remitterentur in iudicio illo nouissimo, puto quod dominus non dixisset de quodā peccato, Non remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro: quādo sibi remitti sperabat latro ille qui dicebat, Memeto mei cū veneris in regnum tuū. De qua re quoniam profundissima quaestio est, non est modo praecipitanda sententia. Cur autē in regno nulla peccata remittit deus filiis suis, nisi quia non inuenit quod remittat? Non enim poterunt ibi esse peccata, ubi spiritus non dico non consentit concupiscentiae carnis, sed nec concupiscit aduersus carnem, quia nec caro aduersus eum, illa ineffabilis salute perfecta: quae nunc non sit in baptisimo, ubi remittuntur quidem cuncta peccata, sed remanent carnaliū concupiscentiarum mala, cum quibus post baptismum, si tamen proficiunt, exerceant siue coniugati gloriosa, siue continentis gloriosiora certamina, quod & ipse confiteris. Sed nescio qua miseria quādo pro veritate loqueris, tunc te ipse non audis. Describēs quippe illam summam resurrectionis felicitatem, dicis neminē iam ibi iustorum liuidum facere corpus suū, & seruituti subiacere, neminem humiliare animam suam stratis duris & pedore membrorum. Responde ergo cur hic ista faciat, qui omni malo in baptisate caruit, cur audet liuidum facere templū dei? Nonne membra eius membra sunt vti que templi dei? Cur ergo non suauis odore, sed pedore, tēplū eius aut inuita praesentiam, aut impetrat misericordiam, aut placat iram eius? Nihilne mali caligat, domat, vincit, opprimit in tēplo dei, etiā liuore & pedore ipsius templi dei? Nonne atēdis, nonne perspicis, quia tā vehementer corpus suū persequens, si nihil ibi persequitur quod displicet deo, frustra persequēdo tēplum eius, facit iniuriā magnā deo: Quid tergiversaris, quid cunctaris aperius cōfiteris: Illud profecto, illud est quod iste cuius liuorem pedoremque praedicat, in sua carne persequitur. Vnde dicebat Apostolus, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Quam vocem baptizati esse cur negas, cum opera vocis huius in liuore corporis, & membrorum pedore cognoscas? Neque enim haec sancti, vel dei flagellis, vel ab inimicis tolerant patiendo, sed ipsi sibi ingerunt continendo. Et ut quid hoc, nisi contra carnis concupiscentiam spiritu concupiscendo? Quod nimirum & ipse sentisti. Cum enim describens felicitatem futurae vitae, addidisses atque dixisses, Nemo conuiciis felicem impudentiam, nemo maxillas palmis, nemo subiciet terga verberibus, nec constare studebit de infirmitate virtutem, nec cum inopia frugalitatem, nec cum maioribus magnanimitatem, quare dicere noluisse, nec cum carnis concupiscentia castitatem, sed festinasti sensum concludere, atque dixisti, nec patientia cum dolore luctabitur, nihil aliud commemorans nisi quod forinsecus irruens fortitudine non quod intus se commouens castitate comprimitur: An forte nos arguis tarditatis quod non intellexerimus, hoc te iam significasse superius, cū de liuore corporis diceres, & labore ac pedore membrorum: Quādo enim non ab hoste sed a seipso affligitur fortis, in ipso intus est, qui vincendus

est hostis. Memento sane non te exposuisse cur Apostolus dixerit: Adoptionem expectātes, qui iam in lauacro regenerationis fuerat adoptatus. Iterū dicis quod carnem suam nullus oderit. Quis enim hoc negat? Sed tamen disciplinae rigore asseris conterendam. Iterum et ego pro veritate loqueris, & audire te non vis. Cur enim caro conteritur a fidelibus, si nihil remansit in baptisimo quod aduersus spiritum concupiscat? Cur, inquam, cōteritur a seipso templum dei, si nihil ibi est quod resistat spiritui dei? Non autem tantum inesset, verum & grauitur obesset, nisi rear qui nos obstitinerat, per remissionem peccatorum solutus esset. Soluitur ergo per indulgentiam, quia tenebat in noxa: conteritur per cōtinentiam, ne vincat in pugna. Agitur itaque ne obstit, donec ita sanetur ut non sit. Quapropter dimittuntur in baptisate cūcta peccata, & originaliter tracta, & ignoranter vel scienter adiecta. Sed cū dicit Apostolus Iacobus, Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: profecto in his verbis partus a pariente discernitur. Pariens enim est concupiscentia, partus peccatum. Sed concupiscentia non parit, nisi conceperit: non concipit nisi illexerit, hoc est, ad malum pertrahendū obtinuerit volētis assensum. Quod ergo aduersus eam dimicatur, hoc agitur, ne concipiat pariatque peccatum. Dimissis itaque in baptisimo peccatis omnibus, id est, omnibus concupiscentiae foetibus, si illic etiam ipsa consumpta est, quomodo contra eam ne concipiat, dimicant sancti liuore corporis, pedore membrorum, contritione carnis? Quae verba tua sunt. Quomodo, inquam, liuore, pedore, cōtritione templi dei cōtra eam belligeratur a sanctis, si & ipsa est ablata baptisate? Manet igitur. Nec ea regenerationis lauacro carnis, si non tibi caruimus sensu quo eam manere sentim. Quis autem ita sit imprudens atque impudens, ita procax, pertinax, perucax, ita postremo insanus & demens, qui cum peccata mala esse fateatur, neget esse malam concupiscentiam peccatorum, etiam si aduersus eam concupiscentiam spiritu concipere ac parere non sinatur? Tale porro ac tam magnum malum, tantum quāta inest, quomodo non teneret in morte, & pertraheret in vltimam mortem, nisi & eius vinculum, in illa quae fit in baptisimo remissione peccatorū omnium solueretur? Propter hoc enim vinculū quod connectitur ex primo Adam, nec solui potest nisi in secundo Adā: propter hoc inquam, vinculum mortis, mortui reperiuntur infantes, non ista morte nouissima, quae a corpore animā separat, sed ea morte, qua tenebantur omnes, pro quibus mortuus est Christus. Scimus enim, ait Apostolus, quod a nobis sapissime repetendum est, quoniam vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, & surrexit. Illi ergo viuunt, pro quibus ut viuant mortuus est qui vivebat. Quod apertius ita dicitur, Illi sunt a mortis vinculo liberi, pro quibus mortuus est inter mortuos liber. Vel sic multo apertius, Illi sunt liberati a peccato, pro quibus mortuus est, qui nunquam fuerat in peccato. Et cum semel sit mortuus, tamen pro vtroquoque tūc moritur quādo in eius morte quantalibet aetatis fuerit baptizatur, id est, tūc ei proderit mors eius, qui fuit sine peccato, quādo in eius morte baptizatus, mortuus fuerit etiā ipse peccato, qui mortuus fuerat in peccato. Ingeris Apolloli testimonium, ubi ait, Nolite errare, neque fornicarij, neque simulacris seruietes, & cetera, quibus come-

Eda. 5. 2. Cor. 4.

Coloss. 3.

Roma. 8.

1. Tim. 2.

Psalm. 95.

2. Corin. 3.

2. Cor. 6.

2. Cor. 6.

Roma. 6.

Sapient. 1.

Sapient. 7.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 7.

Matth. 6.

Roma. 7.

Quam

G moratis, cōcludit quod regnum dei non possidebunt. Sed agunt talia qui concupiscentiæ quā laudas, motib⁹ ad mala & turpia quæq; cōsentiunt. Quod ergo ait, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificari estis, mutatos eos dixit in melius, nō vt ea carerent, quod in hac vita fieri nō potest, sed vt ei non obedirēt, quod in bona vita fieri potest: atque vt ab eo quo erant vinculo eius obnoxij, liberatos se esse cognoscerēt, quod nisi regeneratione fieri non potest. Tu autē qui putas quod si malū esset cōcupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur, Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Nunquid enim caret corruptione corporis? An nō est malum quod aggravat animam, & erravit qui dixit, corpus enim corruptibile aggravat animam? Nunquid caret ignorantia malo, per quod a nescientibus innumerabilia perpetratur mala? An parvū malum est, per quod homo non percipit quæ sunt spiritus dei? De baptizatis nepe dicebat Apostol⁹, Animalis homo autem non percipit quæ sunt spiritus dei: stultitia est enim illi, & nō potest scire, quoniam spiritualiter diiudicatur. Deinde paulo post. Et ego, inquit, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo, lac vobis potui dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Cum enim sint inter vos æmulatio & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vide quæ dicat mala de ignorantia malo venientia. Et puto quod non de catechumenis ista dicebat. Parvuli quippe in Christo quomodo essent, nisi iā renati essent? Quod si nondū credis, quid eis post pauca dicat attēde. Nescitis quia templū dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? An adhuc dubitabis vel negabis, non eos potuisse esse templum dei, in quo habitaret spiritus dei, nisi baptizatos? Sate ergo illud respice quod eis dixit, Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Non igitur caruerant tanto ignorantia malo in laacro regenerationis, vbi tamen omnibus caruerant sine dubitatione peccatis. Et per hoc ignorantia malū templo dei in quo habitabat spiritus dei, stultitia erant, quæ sunt spiritus dei, sed de die in diem si proficerent, & in quod pervenerant, in eo ambularent, sana profecto accedente doctrina minueretur hoc malum. Credamus etiam non tātum minui, verumetiam in hac vita posse consumi, tamen post baptismū. Nunquid in baptismo? Concupiscentiam vero quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi? Horum itaque malorum præteritus omnis reatus sacro fonte diluitur. Remittuntur ergo in renascētib⁹, minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis magisque lucente. Concupiscentia minuitur charitate magis magisque fervente. Nihil boni horum duorum est a nobis. Non enim spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Ex hoc autem concupiscentia peior est quā ignorantia: quia ignorantia sine concupiscentia minus peccat, concupiscentia vero sine ignorantia gravius peccat. Et nescire malum, nō semper est malum: concupiscere autem malum, semper est malum. Bonum quoque ipsum vtiliter aliquando ignoratur, vt opportune sciatur. Nullo autē modo fieri potest, vt carnali concupiscentia bonū hominis concupiscatur, quandoquidē nec ipsa proles libidine corporis, sed voluntate animi concupiscitur, quanuis nō sine libidine corporis seminetur. De hac quippe agimus cō-

cupiscentia, qua caro concupiscit aduersus spiritū, non K de illa bona, qua spiritus concupiscit aduersus carnē, & Gal. 5, qua concupiscitur continentia, per quā cōcupiscentia vincatur, si voluptas corporis nō est hominis bonum. Hac ergo cōcupiscentia carnis, quæ author quidā est & voluptatis, nullū cōcupiscitur hominis bonū. Hac ergo concupiscentia carnis nunquā cōcupiscitur hominis vllum bonū, si voluptas carnis nō est hominis bonū. Si autē vt aliquo loco significasti, placet tibi secta Dinomachi, honestatē voluptatemq; coniungens, quod Philosophi quoq; huius mūdi qui honestiores videbātur, scyllum bonū esse dixerunt, ex humana scilicet natura heluinaq; compactum: Si hoc ergo mōstrum tua opinione sectaris, satis est nobis quod confiteris aliam esse illicitam, aliam licitam voluptatem. Ac per hoc mala est concupiscentia quæ indifferenter vtrunque appetit, nisi ab illicita voluptate licita voluntate frænetur. Hoc autem malum non in baptismo punitur, sed baptizatis per gratiam regenerationis ab eius obligatione iam liberis, ne ad illicita pertrahat, salubriter vincitur. Vt autē resurrectionis tempore non sit omnino in vivente corpore nec dolente, præmium est eorum qui contra eam fideliter certauerunt, qui languore sanato, immortali tate sana & beatissima vestiuntur. In eis vero qui nō ad vitam resurgunt, nō feliciter, sed pœnaliter erit, nō quia tunc ab ea quisquam mūdabitur, sed quia tunc malis non in delectamenta excitatis, sed in tormenta vertetur. Iam videamus illud excellentissimum acumen tuum, quo vidisti quemadmodū refelleres quod a me dictū est, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non vt nō sit, sed vt in peccato non imputetur: quanuis autem reatu suo iam soluto, manet tamē. Aduersus hæc mea verba sic argumentaris homo acutissimus, tanquā ipsam concupiscentiam dixerim per baptismum reatu liberari, quoniam dixi, reatu suo iam soluto, velut suo dixerim, quo ipsa rea est, eoque soluto illa permaneat absoluta. Quod vtiq; si sentissem, profecto eam malam esse nō dicerem, sed fuisse. Ac per hoc secundum mirabilem intelligentiam tuam, quādo audis in aliquo homicidij reatum solutum, nō hominē sed ipsum homicidium a reatu existimas absolutū. Sic intelligat quis, nisi qui non erubescit laudare, cum qua compellitur dicere? Et quomodo te iactas exultasq; in redarguēda ista sententia, nō mea planē, sed tua? Talia quippe dicis, qualia dicēda sunt in eos qui per baptismū sanctificatā & fidelem factam cōcupiscentiam carnis affirmant in eis in quibus regeneratis manet tamē. Sed hoc tibi potius qui eam bonam prædicas, cōuenit dicere, vt honore eius naturali, sicut de infantibus dicitis, bonum sanctificationis accedat, & sit carnis cōcupiscentia sancta dei filia. Nos autem qui eam malam dicimus, & manere tamen in baptizatis, quanuis reatus eius nō quo ipsa erat rea, neq; enim aliqua persona est, sed quo reū hominem originaliter faciebat, fuerit remissus atque vacuatus, absit vt dicamus sanctificari cum qua necesse habet regenerati si nō in vacuum dei gratia suscepterūt, intellectu quodam bello tāquam cum hoste confingere, & ab ea peste desiderare atq; optare sanari. Nam si propterea dicis nulla mala remanere in baptizatis, ne ipsa mala baptizata & sanctificata credantur, vide quanta te sequatur absurditas. Si enim quicquid est in homine quādo baptizatur, baptizari & sanctificari putādū est, dicitur es & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quæ in intestinis & vesica sunt per digestiones corporis egerenda. Dicitur es baptizari & sanctificari hominem in ma-

A in matris utero constitutum, si ad hoc sacramētum accipiendū grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam nō debere qui nascitur. Postremo dicitur es & ipsas baptizari & sanctificari febres, quādo baptizatur ægroti: velut si mulier illa baptizaretur antequam curaretur, quā Satanas in infirmitate alligauerat per decem & octo annos. Quid de malis ipsis ipsius animi loquar? Cogita quantū mali sit stultitiam putare quæ sunt spiritus dei, & tamen tales erant, quos Apostolus alebat lacte, non cibo. Nunquid & stultitia illius tam magnum malum, quia non fuerat baptismate ablatum, baptizatum sanctificatumq; dicitur es? Sic ergo & cōcupiscentia quæ manet oppugnanda atque sananda, quanuis in baptismo dimissa sint cuncta omnino peccata, non solum non sanctificatur, sed potius ne sanctificatos eternæ morti obnoxios possit tenere, euacuatur: quia & illi qui lactealebantur non solido cibo, & adhuc animales, non percipientes quæ sunt spiritus dei, quoniam stultitia illis adhuc eratis in illa mētis ætate, in qua ætate noui homines appellabantur, non carnis, de corpore existent parvuli in Christo, nullo reatu stultitiæ illius teneretur: quia hoc eis beneficium fuerat regeneratione collatum, vt omnium malorum quibus & postea vel moriendo vel proficiendo fuerant exuendi, reatus continuo solueretur remissione peccatorum omnium, nondū omnium sanitate morborum. Qui tamen reatus tenet necesse est eum qui secundum carnem generatur, quia non nisi ei remittitur qui secundum spiritum regeneratur. A morte quippe iustissima damnationis per vnum mediatorum dei & hominum liberatur genus humanū non a morte corporis tantum, sed a morte qua mortui sunt, pro quibus vnus mortuus est. Et quia pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Quod vero te libuit tam multum de qualitatū differētia disputare, quia ego semel nominavi qualitatē, dicens non substantia liter manere cōcupiscentiam, sicut corpus aliquod aut spiritum, sed esse affectionem quādam malæ qualitatis, sicut est languor, itane nihil ad rem pertinere nō sentis? Primo enim dicis me mutasse sententiam, & in memorem totius libri mei, professum fuisse substantiam esse libidinem. Reuera euoluto & enucleato libro meo non reperitur es me libidinem substantiam dixisse vel C semel. Dixerunt eam quidam Philosophi partem animi esse vitiosam. Et vtiq; pars animi substantia est, quia substantia est ipse animus. Sed ego ipsum vitium quo animus vel vlla pars eius isto modo vitiosa est, libidinē dico, vt omni vitio sanato, salua sit tota substantia. Quia & illi Philosophi locutione tropica mihi videntur vitiosam partem animi appellasse libidinem, in qua parte est vitium quod vocatur libido, sicut appellatur domus pro eis qui sunt in domo. Deinde te nimis acutis dialecticorum telis incautus exercendo, nosq; iactantius territando, sectam vestram letaliter vulnerasti. Diuidens quippe ac definiens vel etiam describens differēntias qualitatū, inter cætera, Tertia specis qualitatis est, inquis, affectio & affectionalis qualitas. Affectio autem in qualitate ob hoc ponitur, ais, quia principium qualitatum est, cui etiam reputantur ad momentū accedentes recedentesq; aut animi aut corporis passiones. Affectionalis vero qualitas, inquis, omnibus quibus euenit, ex maioribus orta causis ita inherescit, vt aut magnis molitionibus, aut nullis omnino separetur. Hæc quidem satis explicasti scientibus, sed quia contemnendi non sunt qui lecturi libros nostros, disciplinæ huius Tomus septimus.

ignari sunt, quod deesse video, faciā vt à me illustrētur D exemplis. Quātum ad animū attinet, affectio est timere, affectionalis qualitatis timidū esse. Sic aliud est iratus, aliud iracundus: aliud ebrius, aliud ebriosus. Ille affectiones, istæ affectionales sunt qualitates. Quātum autem ad corpus, sicut aliud est pallēs, aliud pallid⁹, aliud rubens, aliud rubicundus, & si qua huiusmodi, quorum plurimis desunt vsitata vocabula. Cū itaque dixeris affectionalem qualitatem ortam ex maioribus causis, atque ita inherescere, vt aut magnis molitionibus aut nullis separetur, quando secundū eam dicitur animus malus, vel potius homo malus, nōne metuis ne voluntas bona aut nō ibi esse possit, aut valere nihil possit? Nōne concedis hominem miserum quicquid ille sit vel fuerit, certe aduersus talem clamasse qualitatem. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum nō inuenio? Hic saltem fatemini esse istorū verborū gemitum necessarium: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Quapropter quantolibet te aduersus oculos imperitorum dialectico tegmine inuoluas, manifesta veritate nudaberis. Ego tāquam valetudinem malam, ex origine vitiosa ingentum esse homini dico vitium, quo caro cōcupiscit aduersus spiritū, & hoc malo bene vti pudica cōiugia, cum eo vtuntur generādi causa, sed isto mali vsu bono laudari videntem, nō ipsum malum. Neque enim malum ipsum est innocens, sed homo qui facit vt malū suum quo bene vtitur, ei nocere non possit. Sicut mors cum sit supplicium peccatoris, bono mali vsu accedente fit meritum martyris. Percipitur autē in baptismo Christiano perfecta f nonitas, & perfecta sanitas ab eis malis nostris quibus eramus rei, non ab eis cum quibus adhuc cōsurgendum est ne simus rei, cū & ipsa in nobis sint, nec aliena sed nostra sint. Nam & vinolentia consuetudini vtiq; mala, quam sibi homines fecerūt, non nascendo traxerūt, resistunt post baptismum, ne eos ad mala solita pertrahat: & tamē malo resistitur, dum concupiscentiæ per continentiam denegatur, quod per consuetudinem concupiscitur. Vnde etiam cōtra istam originalem cōcupiscentiam quæ ingenta nobis est per originale peccatum, vehementius vidua quā virgo, vehementius meretrix quando casta esse voluerit, quā quæ semper fuit casta confligit: & tanto amplius in ea superāda voluntas laborabit, quāto maiores ei consuetudo vires dedit. Ex isto & cū isto hominis malo nascitur homo, quod malum per seipsum tam magnum est, & ad hominis damnationē atq; a regno dei separationem tantum habet obligationis, vt etiā si de patribus regeneratis trahatur, non nisi quemadmodū in illis sola regeneratione soluat, atq; isto vnico remedio prepositus mortis a prole pellatur, quo a patribus est pulsus. Qualitas affectionalis mali de substantia ad substantiam non emigrando transit, sed quodā operante contagio, id est, concupiscentiæ affectu, sicut de parentibus morbidis morbida soboles procreatur. Qualitas autē mali non in substantiam de substantia tanquam de loco in locum migrat, vt deserat vbi erat, & quæ fuit ibi, ipsa sit alibi: sed alia eiusdem generis quodam operante contagio, quod etiam de morbidis parentum corporibus solet euenire nascentibus. Quid autem dicere voluisti, quasi claudens vt loqueris, Aristotelem palestram, vt inde ad sacras literas reuertaris? Ais enim, Sensus est igitur concupiscentia, & mala qualitas non est: dū concupiscentia minuitur, sensus dicitur imminui. Ergo quādo minuitur concupiscentia, sensus minuitur. An non

Habitus. Dispositio.

Roma. 7.

Gal. 5.

bonitas.

per concupiscentiam castitatis & continētia, quotidie carnis cōcupiscentia magis magisq; minuitur: Vellem itaq; mihi diceret, vtrum a morbo fornicationis sanior non fiat quem fornicari minus minusq; delectat, quamuis opus illud malū vna conuersione sibi amputauerit, nec vnquam hoc fecerit ex quo lauacrū regenerationis accepit? Itemq; post cōsuetudinem vinolentię baptizatus, & nunquā se deinceps prorsus inebrians, vellem diceret, vtrum ab isto morbo nō fiat in dies sanior quam fuerat, cum potationis gurgitem minus minusq; desiderat quam solebat: Sēsus est igitur nō ipsa cōcupiscentia, sed ille potius quo nos eam maiorem minorēve habere sentimus. Sicut in corporis passionibus nō sensus est dolor, sed ille sensus est quo sentitur dolor. Nec sensus est morbus, sed ille sensus est, quo nos morbū habere sentimus. Porro si cōtinuo sit bonus, & vtique bona qualitate sit bonus, qui fornicationi vinolentięq; renūcians ab huiusmodi operib; sese abstinere, nōne recte audit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare: recteq; appellatur castus & sobrius? Deinde si proreū cōcupiscentia bonā, qua concupiscentias malas fornicandi potandiq; debellat, talis efficitur qualis recenti conuersione nondum fuit, vt illorum in eo desideria peccatorū minus minusq; moueantur, vt aduersus ea mala non tanta quāta prius exerceat, sed minora certamina, non virtutum diminutione, sed hostium, nec deficiente pugna, sed crescente victoria, dubitatis eum pronunciare meliorem? Vnde obsecro, nisi quia bona qualitas aucta, & mala minuta est? Auctū est igitur quo bonus esse cepit, minutum est quo malus fuit, & hoc egit post baptismū, non peregit in baptismo. Ita quāuis ibi peracta fuerit plena peccatorum remissio: remansit tamen qua proficeretur in melius, aduersus cateruas desideriorum malorum in nobisipsis vtique tumultuātium vigilantē exercenda & instanter exercenda luctatio, propter quam dicitur etiam baptizatis, Mortificate mēbra vestra quę sunt super terrā: & Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: & Exuite vos veterē hominē. Nullo modo reprehēditur baptisma, quia asseritur curatio quę fit post baptismū: quia potius totum hoc per baptismū actum est, id est, vt & a pręteritis languoribus sanaretur, & a futuris incipiat, studeat, mereatur sanari.

Ioan. 5.

Ita baptismum totius sit causa sanitatis, per quod & incipitur omnis sanitas & impletur. Nempe dicuntur hęc magna consensione veritatis, nulla reprehensione baptismatis. Si ergo nolis esse cōtenciosus, puto quod iam videas quā recte intelligatur, quod aliter conaris exponere, quod Propheta cum dixisset, Qui propitius sit omnibus iniquitatibus tuis, quod fit vtique remissione omnium peccatorū: cōtinuo subiecit, Qui sanat omnes languores tuos: ea mala volēs intelligi, cum quibus donec sanentur, vel quantū possunt in hac vita magis magisq; minuuntur, non quiescunt intestina bella sanctorum. Neq; enim nullus est languor quo caro cōcupiscit aduersus spiritum, etiam manente virtute castitatis inuicta. Si nullus languor est, nō ergo aduersus eum spiritus cōcupiscat. Ad hoc enim concupiscit, vt si non potest nō certandi, saltem non consentiendi obtineat sanitatē. Hoc quippe vnde nunc agimus, quod nobis resistere sentimus in nobis, aut aliena est natura separanda, aut nostra sananda. Si alienam dicimus separandam, vt Manichęos simul Pelagianosq; vitemus.

Coloss. 3.
Rom. 8.
Coloss. 3.

Psal. 102.

Cap. VIII.

Hoc ergo generi humano. inflatum vulnus a diabolo, quicquid per illud nascitur, cogit esse sub diabo-

lo tāquā de suo frutice fructū iure decerpit. Hęc verba R de libro meo tibi refellenda posuisti. Quibus ita insidiaris, tanquā naturā humanā auctorem dixerim diabolum, & ipsius qua homo constat substantię conditorem, quasi vulnus in corpore possis appellare substantiam. Sed si propterea me putas dixisse diabolum substantię conditorem, quia in ea similitudine quę a me adhibita est, fruticem dixi: frutex quippe nullo dubitante substantia est: cur vsque adeo te vel ostendis vel fingis indoctum, vt eis rebus quę substantię non sunt, adhibendas de substantia similitudines non existimes? Nisi forte & ipsi domino dialecticē calūniaberis, quia dixit, Arbor bona bonos fructū facit, & arbor mala malos fructus facit. Quis enim malitiā suę bonitatē, vel opera bona seu mala, quos velut fructus illarū arborū voluit intelligi, dicat esse substantias, nisi neficiens quid loquatur? Quis vero arbores & earum fructus neget esse substantias, si nouit quod loquitur? De his ergo rebus quę substantię sunt, videmus adhibitas similitudines eis rebus quę non sunt substantię. Quod si arbor bona vel mala, nō bonitas hominis vel malitia, sed ipsi homines accipiēdi sunt, in quibus subiectis istas esse intelligim; qualitates, bonitatem scilicet in homine bono, malitiamq; in homine malo, vt ipsę substantię sint arbores, id est ipsi homines: certe fructus earū quę nihil aliud quam opera intelliguntur, nemo nisi imperitus dicit esse substantias: cum omnium arborum fructus, vnde istę similitudines datae sunt, nemo nisi imperitus neget esse substantias. Ac per hoc ei rei quę non est substantia, fas est adhibere similitudinem de substantia. Propter quod ego vitio quod generi humano diabolum tāquā vulnus infixit, quamuis nullo modo substantia sit, recte tamē adhibui de substantia similitudinem, vt fruticem dicerem, & fructus eius vitia etiam illa cum quibus homines vobis quidē negantibus, sed veritate conuincunt nascuntur, & ex quibus in aeternum dei regno percunt, si veritate liberante nō renascantur. Proinde vitiatorem, nō conditorem substantię diabolum dixi. Subdit autē sibi quod nō cōdidit, per id quod i. s. dixit, deo iusto tribuente hęc potestātē, cuius nō subtrahit potestati nec quod sibi est subditum, nec seipsum. Ideo est enim secūda naturiuitas instituta, quia natiuitas est prima damnata. Cui tamē etiam damnata dei bonitas exhibetur, vt de maledicto semine rationalis natura formetur, qua eius affluētissima bonitate apertissime malorum hominum tanta multitudo nutritur, & occulto dei opere vegetatur. Quę bonitas operationis ei; si subtrahatur formādis promouendisq; seminibus, & viuificandis quibusq; viuentibus, non solū gignenda non aguntur, sed ad nihilum penitus etiā genita rediguntur. Cum ergo deum nisi stulta impietas non reprehēdat, quod homines vitiosa voluntate damnabiles illo viuificante viuunt, qui viuificat omnia: cur putamus ab eius operibus abhorere, quod origine vitiosa damnabiles illo create nascuntur, qui creator est omnium, & per mediatorem regenerati a damnatione liberantur debita, sed gratuita misericordie nō debita, quos elegit ante cōstitutionē mundi per electionē gratię, non ex operibus vel pręteritis, vel pręsentibus, vel futuris? Alioquin gratia iam nō est gratia. Quod maxime apparet in paruulis, quorum nec pręterita dici possunt opera, quia nō fuerūt: nec pręsentia, quia nihil operantur: nec futura, quādo in illa atate moriuntur. Dixi sanē quomodo manent peccata reatu, quę pręterierunt actu: sic econtrario fieri potest, vt cōcupiscentia maneat actu, & prętereat reatu. Quod error quidem

Matth. 7.

L

M

Eph. 1.

Roma. 11.

A quidem tuus falsum esse dicit, sed veritas verū esse conuincit. Nam tu id non valendo refellere, primo dialecticas tenebras imperitis conaris offundere, dicēs te cogitare non posse in qua dialexi inuenirem contrariorū omnium reciprocatōnem. Quam sententiam tuam si exponere volucro, & ad eorum perducere intelligentiā qui nūquam ista didicerūt, opus erit pleno fortasse volumine. Sed nūc satis est, quod ipse dixisti, in nulla dialexi posse inueniri cōtrariorū omnium reciprocatōnem. Hinc enim ostēditur aliquorum esse posse, nō omnium. In his ergo aliquibus & hoc reperi. Si enim dixisses, contrariorū reciprocatōnem esse nullorū, & per hoc ostēderes ea quę posui, cōtraria reciproca esse nō posse, quia nulla esse possunt: ego aliqua esse posse ostēdere debui, ac deinde in his esse quod posui. Sed esse aliqua iam ipse concedis, qui non dicis nullorum cōtrariorū esse reciprocatōnem, sed nō omnium. Est igitur aliquorū. Sed vtrum in his etiam hoc sit quod a me positum est, restat ostēdere, id est, vtrum sicut verū est reatu manere peccata, quę pręterierunt actu: ita sit verum, quod concupiscentia maneat actu, & prętereat reatu. B. Quod tu fieri nō posse volens ostēdere, hoc dixisti quod ego non dixi. Ego enim de concupiscentia dixi, quę est in membris repugnans legi mentis, quāuis reatus eius in omnium peccatorū remissione transferit: sicut econtrario sacrificium idolis factū, si deinceps non fiat, pręterit actu, sed manet reatu, nisi per indulgentiā remittatur. Quiddam enim tale est sacrificare idolis, vt opus ipsum cum sit prętereat, eodēque pręterito reatus eius maneat venia resoluendus. Tale est carnis concupiscentia, vt maneat in homine secum per continētia cōsistat, quamuis eius reatus qui fuerat generatione cōtractus, iam sit regeneratione transactus. Actu enim manet, non quidē abstrahendo & illiciēdo mētem, eiusq; consensu cōcupiendo & pariēdo peccata, sed mala quibus mens resistit, desideria commouēdo. Ipse quippe motus actus est eius, quamuis mente nō consentiēte desit effectus. Inest enim homini malum & pręter istum actum, id est, pręter hęc motum, vnde surgit hic motus: quē motum dicimus desiderium. Non enim semper est desiderium contra quod pugnemus, sed si tūc nō est, quando non occurrit quod cōcupiscatur, siue animo cogitatis, siue sensibus corporis, fieri potest vt insit qualitas mala, sed nulla sit tēratione commota: sicut inest timiditas homini timido & quando nō timet. Cum vero occurrit quod concupiscatur, nec desideria mala nobis etiam nolentibus cōmouentur, sanitas plena est. Hoc ergo vitium non potest nisi reatu tenere hominē, quamuis eiusdē mali bono vsu de castis cōiugibus procreatum. Qui reatus quāuis eo manente malo, soluitur in remissione omnium peccatorum per dei gratiam qua liberamur ab omni malo: cū dominus non solum propitius sit omnibus iniquitatib; nostris, verum etiā sanat omnes languores nostros. Dominus in Euangelio, Ecce, inquit, eiicio dāmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor. Post multum tempus quod hoc dictum est, passus est dominus. Mentiri nō potuit. Intelligitur ergo sic, Expulsio dāmoniorū, remissio peccatorum est, eo vtique quo diabolus peccatorū pater atq; origo sit, per id quod efficitur id quod efficit. Et vtique expulsio dāmoniorū est remissio peccatorum, tāquam resoluta causa per quam hominis animam possidebat. Perfectio sanitatū, dum de die in diē proficit Ecclesia, & corruptionis cuius reatus ablatu est, passio quotidiana renouatione minuitur. Tertia consummat, dū re-

surrectionem in seipso initiandam monstrauit Ecclesia; D qua ad incorruptionis consummationem summamq; perueniat sanitatē. Se vero cōsummati dixit. Et initium & finis ipse, ipse caput & plenitudo corporis, in membris suis ipse perficitur. Nam recole quid responderit liberator ipse atque saluator his qui ei dixerant vt exiret de Hierosolymis. Ecce, inquit, eiicio dāmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consummor. Lege Euangeliū, & vide post quantū passus fuerit & resurrexerit. Ergo mentitus est? Absit: sed significauit aliquod; quod ista inter nos quęstione versatur. Expulsio quippe est dāmoniorum remissio peccatorum: perfectio sanitatum, quę fit proficiendo post baptismum. Tertia consummatio est, quam suę quoque carnis immortalitate monstrauit incorruptibilem beatitudo gaudiorum. Tū autem in exemplum rei de qua loquebaris, sacrilegū sacrificium posuisti, atque dixisti, quicquid ad hoc genus pertinet, de isto vno posse monstrari, quoniam si semel aliquis idolis sacrificauerit, potest donec cōsequatur veniam, premi iniquitate cōmissi, & manet reatus actione finita. Nullo autem pacto, inquis, fieri potest, vt maneat actio & abscedat reatus, id est vt dāmonibus, inquis, sacrificare non desinat, & tamen liber a profanitate videatur. Hoc de sacrificio idolis oblato verissime dicis: Actus est enim qui opere ipso peragitur, & non erit: & si iterum sit, alterū sit. Impietas vero ipsa qua hęc sunt, tam diu manet, donec idolis renūcietur, & credatur in deum. Idolis itaque sacrificatum factum est transiens, nō vitium manens. Impietas vero qua sacrificatum est, quia & illo peracto manet, videtur esse concupiscentia similis, qua cōmissum est adulterium. Sed errore sublato, quo illa impietas pietas etiā putabatur, nūquid idolis aliquē sacrificare delectat, & in illo huiusmodi desiderium commouetur? Nullo modo igitur simile est, quod pro simili ponēdum putasti. Nullo modo, inquam, simile est sacrificium transiens manenti cōcupiscentiæ, quę hominem iam non cōmittentem quod solet ei cōsentiendo cōmittere, iam plena fide & cognitione retinentem non esse talia facienda, stimulus tamen illicitorum desideriorum, quibus resistit castitas, inquietare nō cessat: neq; scientia finitur vt nō sit, sed continētia refręnatur, vt quod tendit, peruenire nō possit. Quapropter sicut idolis immolatio quę iam nec in actione est, quia pręterit, nec in voluntate, quia error quo fiebat absumptus est, manet tamē reatus eius donec in lauacro regenerationis peccatorum omnium remissione soluatur. sic econtrario quamuis reatus malę cōcupiscentiæ eodem baptismo sit solutus, manet tamen ipsa, donec ab eo qui post eiectā dāmonia perficit sanitates, medicina perficiente sanetur. Sed quęso te, cū & ipse concedas peccati facti atq; transacti reatum manere, nisi sacro fonte diluatur: dic mihi reatus iste quis sit, & vbi maneat iam homine correcto recteq; viuente, nō dum tamē peccatorū remissione liberato? Subiectū est reatus iste, id est substantia, sicut spiritus, sicut corp;: an in subiecto, sicut febris, aut vulnus in corpore: siue auaritia, vel error in animo, in subiecto esse dicitur? Neq; enim reatum affirmabis esse substantiam. In quo igitur tibi videtur esse subiecto? Cur quęram quid respōdeas, & non potius verba tua ponam? Actū, inquis, prętereunte manet eius reatus in illius cōsciētia qui deliquit, donec dimittatur. Ergo in subiecto est, hoc est in animo eius qui deliquisse se meminit, & scrupulo agitur cōsciētie, donec fiat delicti remissione securus. Quod si obliuiscatur se deliquisse, nec eius conscientia stimu-

Gletur, vbi erit reatus ille quem transeunte peccato manere cōcedis donec remittatur? Non est certe in corpore, quia non est eorū accidentiū, quæ accidunt corpori. Non est in animo, quia eius memoriā deleuit obliuio: Et tamen est. Vbi est igitur, cum iam bene viuat homo, nihil tale committens? Nec dici possit eorū peccatorū eius reatum manere quæ meminit, eorū vero quæ oblitus est non manere. Manet quippe omnino donec remittatur. Vbi ergo manet, nisi in occultis legibus dei, quæ conscriptæ sunt quodammodo in mentibus angelorū, vt nulla sit iniquitas impunita, nisi quā sanguis mediatoris expiauerit, cuius signo crucis cōsecratur vnda baptismatis, vt ea diluatur reatus tāquam in chirographo scriptus, in notitia spiritalium potestati, per quas pœna exigitur peccatorum? Huic chirographo nascuntur obnoxij omnes in carne, de carne carnaliter nati, eius ab hoc debito sanguine liberādi, qui in carne quidem & de carne, non tamen carnaliter, sed spiritaliter natus est: Natus est enim de spiritu sancto, ex virgine Maria. De spiritu scilicet factus, ne esset in illo caro peccati: Ex virgine autem Maria, vt esset in illo similitudo carnis peccati. Ideo illi chirographo nō venit obnoxius, & ab illo soluit obnoxios. Neque enim nulla est iniquitas, cum in vno homine vel superiora inferioribus turpiter feruiunt, vel inferiora superioribus cōtumaciter reluctātur, etiam si vincere non sinantur. Hanc iniquitatem si homo ab homine altero forinsecus aduersante pateretur, quia in illo non esset, sine illo utiq; puniretur. Quia vero in illo est, aut cum illo puniretur, aut illo ab eius reatu liberato, sic in certamine aduersus spiritum perseuerat, vt hominem iam non reum ad nulla post mortem tormenta transmittat, non alienet à regno dei, nulla damnatione faciat detineri, neque vt ea penitus careamus, velut aliena natura seiugatur à nobis, sed quia nostræ naturæ languor est, sanetur in nobis. Propter hoc ergo vitium, sicut in eo libro cui resistis, à me positū est, humana natura dānatur, & propter quod damnatur, damnabili diabolo subiugatur, quia & ipse diabolus spiritus immundus est. Et utiq; bonum quod spiritus, malum quod immundus, quoniam spiritus est natura, immundus est vitio. Quorū duorū illud à deo est, hoc ab ipso. Non itaq; tenet homines siue maioris siue infantilis ætatis, propter qd homines, sed propter quod immūdi sunt. His verbis meis ex libro meo abs te positus, ita resistendum putasti, vt diceres hanc formā etiam in homine malo debuisse seruari, quæ seruat in diabolo, ne quisquam damnatur nisi ex vitio propriae voluntatis, atq; ideo nullum sit originale peccatum. Alioquin opus eius, vt dicit, qui etiam diabolus bonum condidit, non potest approbari. Nec attēdis quod diabolus non ex alio diabolo creauit deus, nec ex aliquo angelo licet bono, cuius tamen lex esset in membris repugnās legi mētis, per quam & cū qua, de homine nascitur omnis homo. Adiuuaret itaq; te fortasse hoc argumētum, si vt homo ita diabolus gigneret filios, eōsque paterno peccato negarem obnoxios. Nūc vero aliud est ille, qui homicida erat ab initio, quia hominē ab initio quo est homo institutus, occidit per scēminā seductionem, & in veritate per liberum arbitrium nō stetit, cadensq; deiecit hominem: & aliud est quod per vnū hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vbi euidenter expressum est, exceptis cuiusque hominis propriis, commune omnibus hominibus originale peccatum. Quod autem dixi, Qui miratur quia

creatura dei subditur diabolo, non miretur: subditur enim creatura dei creaturæ dei, minor maiori: cur ita posuisti, vt sequētia mea verba nō adderes, quibus ostēdi quemadmodū dixerim, minor maiori, humana scilicet angelicæ, nisi vt minus intelligeretur sensus meus, vt faceres tibi locū, vbi sicut soles, de Aristotelicis categoriis obtēderes nebulas imperitis, in quibus latenter putāret te aliquid dicere, quid diceres nesciētes. Ad hoc enim redacta est hæresis vestra, vt gemant sectatores vestri non inueniri dialecticos iudices in Ecclesia de scholis Peripateticorū siue Stoicorū, à quibus positis absolui. Quod enim pertinet, totū sibi vult, vt quid dixisti quāditatis? Sed quantitas, inquis, nō solum contrariorū capax non est, quod ei cum qualitate atque aliis prædicamentis, verum etiam nec contrarium habet quod ei cum substantiā et definitione commune: Bonum verum & malū contraria sunt. Hæc profecto nunquā diceres, si lectores vel auditores librorum tuorū putares intellecturos esse quod dicis. Itāne vero ideo immūdus homo immūdo angelo subdendus non fuit, quoniam quantitas qua homine maior est angelus, non solum cōtrariorū capax nō est, verum etiam nec cōtrariū habet: quasi tunc diabolo fuisset homo subdendus, si ei reperiretur esse contrarius: & mala subdēda non sint malis, quia bona malis, nō mala malis vidētur cōtraria? Quid vanius cogitari, quid ineptius dici potest: Nōne domino subditur seruus & bonus bono, & malū malo: & malus bono, & bonus malo: Nōne vxor subditur viro & bono bona, & malo mala: & bono mala, & malo bona? Quid igitur pertinet ad vim siue rationē, qua quidque cuique subdendū est, vtrū hæc res aut illa possit vel non possit capere vel habere cōtrarium? Verū tu plane inconsiderate ista nō cōfunderes, si stultitiā quæ tibi ista suggerit, sapientiā contrariā cogitares. Iam porrō illa qualis est argumentatio tua, Si res, inquis, quæ decēter ordinata est, ad deum pertinet, & res quæ ad deū pertinet bona est, bonū est itaq; subditum esse diabolo, quoniam qui institutus est à deo per hoc ordo seruat. Sequiturq; inquis, vt malum sit rebellare diabolo, quoniam per resultationē institutus à deo ordo turbatur. Posses dicere deo resistere agricolas, eiusq; ordinē perturbare purgādo agros à spinis & tribulis, quæ ille peccatoribus nasci iussit in pœnā. Quid quod ista tua ratione dici potest: si res quæ decēter ordinata est, ad deum pertinet, & res quæ ad deū pertinet bona est, bonū est malos esse in gehēna, quoniam institutus à deo per hoc ordo seruat? Quod vero tu addis, sequiq; vt malū sit rebellare diabolo, quoniam per resultationē institutus à deo ordo turbatur: cur hoc dicis? Quis enim rebellat diabolo, nisi ab ei⁹ potestate per mediatoris sanguinē liberat⁹? Melius ergo fuerat hostem nō habere, quā vincere. Sed quia peccati merito, humana natura subdita est hosti, prius homo vt aduersus eū pugnare possit, ab eius eruitur potestate. Deinde si vita est in hac carne prolixior, certans adiuuatur, vt superet. Postremo victor beatificatur, vt regnet dicturus in fine, vbi est mors contentio tua? Vel sicut dicit Apostolus, Vbi est mors victoria tua, vbi est mors aculeus tuus? Quin etiam visa sunt tibi de Manichæi libris nonnulla esse ponēda, quibus meam sententiā comparares, cum ego commixtione duarum naturarum, boni scilicet & mali, vnde illorum tota fabulosa manat infania, nō solum fide verbōque detester & damnem, verum etiā tibi ipsi suffragatori eorum resistendo, teq; refellendo conuincam. Cum enim

A enim contra eos veritas clamet, mala nisi de bonis orta non esse, nōne tu pro ipsis & cum ipsis contra veritatē reclamationes, per opus dei opus diaboli transire nō sinitur? Non potest mala radix in domo dei locari. Rerum ratio non finit, vt de bono malū, & de iusto iniquum aliquid proferatur. Nō nascuntur peccata de ea re quæ libera est à peccato. De hoc opere quod nō habet culpā, nasci culpa nō potest. Quibus omnibus vocib⁹ tuis cōfiscitur, non esse mala exorta de bonis, vt restet secundū Manichæos, nō esse mala exorta nisi de malis. Quomodo ergo quenquam Manichæorum nomine, tanquam eorum aduersarius criminaris, cum sic ab eorum parte consistas, vt vinci omnino nō possint, nisi cum illis & ipse vincaris? Quod i primo huius operis libro aliquāto copiosius, & in quinto breuius, & hic hæc tenus nos egisse suffecerit. Ipsa vero quæ communis est vobis hæresis vestra quantum Manichæos adiuuet, iam quidem sæpe monstrauit, sed ne hic quidem est omittendum. Enumerant Manichæi mala quæ in paruulis mōstrant, quæ Cicero quoque commemorat in libris de Republica, vnde ipsa eius verba iam transtuli. In quorum malorum commemoratio dicit, non vt à matre natura, sed vt à nouerca hominem in has arumnas esse proiectum. Huc accedūt etiam illa quæ non quidem omnes paruulos, sed tamen plurimos cernimus perpeti multa & varia mala, vsque ad dæmonum incursum. Atque cōcludunt dicentes, cū sit iustus & omnipotens deus, vnde ista mala patitur imago ei⁹ in paruulis, nisi quia vera est, inquit, quæ nos asserimus duarum naturarum boni scilicet maliq; cōmixtio: Hos catholica redarguit veritas, confitens originale peccatum, per quod factū est dæmonum ludibrium genus humanum, & laboriosa miseriæ destinatio propago mortalium. Non autem ita esset, si humana natura per liberū arbitrium in quo statu primum cōdita est, persistisset. Vos autem negantes originale peccatum, profecto aut cogemini dicere deum vel inualidum, vel iniustum, sub cuius potestate imago ei⁹ in paruulis sine villo vel proprio vel originali peccati merito tantis affligitur malis. Non enim per hæc exercetur virtus, quod rectē de bonis hominibus maioribus dicitur, in quibus rationis est vsus: aut quia deum vel impotentem vel iniquum dicere nō potestis, Manichæi contra vos errorem suum nefarium de duarum inter se inimicarum substantiarum permixtione firmabunt. Non igitur me ab inuentione Manichæorū, vlla, sicut dicis, munda herba fullonis. Quibus petulantibus verbis facis lauacro regenerationis iniuriā, quod in sinu catholice matris accepi. Sed vobis tam malitiosum venenū antiqui draconis irrepit, vt & catholicos horrore Manichæi nominis infametis, & Manichæos peruersitate vestri dogmatis adiuuetis. Illud vero de alio libro meo quod ad Marcellinum scribens dixi, Filios mulieris quæ serpenti credidit, vt libidine corrumpatur, non liberari nisi per filium Virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine scetaretur: ita posuisti, atque ita voluisti accipi, tanquam dixerim quod Eux serpens commixtus fuerit concubitu corporali, sicut Manichæi principem tenebrarum eiusdem mulieris patrem cum illa concubuisse delirant. Hoc ego de serpente non dixi. Sed nunquid tu contra Apostolum negas, mentem mulieris à serpente corruptam? An eum non audis, vbi dicit, Timeo ne sicut serpens Enam se felicit in versutia sua, corrumpantur mentes vestræ à simplicitate & castitate quæ est in Christo. Ex ista utique corruptione serpētis, qualis sit etiam quando corrup-

pūt mores bonos colloquia mala, peruenit libido peccandi in mentem mulieris & viri: vt prauaricationis 1. Cor. 15. corruptio deinde illa de qua erubuerūt & pudenda tēxerunt, sequeretur in carne, non diaboli accedente concubitu corporali, sed spiritali dei gratia recedente. Non igitur tota disputatione tua contriuiisti, sicut Cap. XI. te iactas, assertionem meam de malo carnalis concupiscētiæ originalisq; peccati, manente laudē nuptiarū, quæ bene vtuntur malo, non quod fecerunt, sed quod inuenerunt: verum nec ipsos Manichæos contriuiisti, quos potius adiuuisti, tum maxime & in commune omnes Pelagianę nouitatis errorisq; participes, sicut iam demonstravi. De testimoniis etiam tractatorum catholicorum sancti Basilij Casariensis, & sancti Ioannis Constantinopolitani, quorum dixisti sensum vestris cōuenire sententiis, in primo huius mei operis libro tibi sufficientissima & certissima veritate respondi, ostendens quemadmodum non intelligendo quædam verba eorum, aduersus dogma eorum, quod est dogma catholicum, mirabili cecitate pugnetis. In secundo quoque libro satis egimus, vt appareat quā non sit, quæ admodū conuiciaris, conspiratio perditorum, sed sanctorum & E. cruditorum Ecclesiæ catholice patrū pius fidelisq; cōsensus, qui hæreticæ vestræ nouitati resistunt pro antiquissima catholica veritate. Vnde etiam populi murmur, quod solum vobis à nobis dicis opponi, nec solū est, quia tantorum nititur autoritate doctorū: & iustus est, quia non vult vt euertatis sibi quoque notissimam salutem paruulorum, quæ in Christo est. Quod autem verba Apostolica, vbi dicit, Scio quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: & cetera vsque ad illud vbi ait, Miser ego homo, quis me liberābit de corpore mortis huius? me affirmas aliter intelligere quā eorū ipsum caput debet intelligi, nesciens mihi plurimū tribuis. Non enim ego solus aut primus sic istum locum intellexi, quo euertitur hæresis vestra, quemadmodum vere intelligēdus est, imō vero ego prius cum aliter intellexeram, vel potius nō intellexeram, quod mea quædam illius temporis etiam scripta testantur. Non mihi enim videbatur Apostolus & de seipso dicere potuisse, Ego autem carnalis sum, cū esset spiritalis, & quod captiuus duceretur sub lege peccati, quæ in membris erat eius. Ego enim putabam dici ista non posse nisi de iis quos ita haberet carnis concupiscētia subiugatos, vt faceret quicquid illa compelleret, quod de Apostolo dementis est credere: cum etiam innumerabilis multitudo sanctorum, ne cōcupiscētiæ carnis perficiat, contra carnem spiritu cōcupiscat. Sed postea melioribus & intelligentioribus celsi, vel potius ipsi quod fatēdum est veritati, vt viderem in illis Apostoli vocibus gemitum esse sanctorum contra carnales concupiscētiæ dimittentium. Qui cum mente sint spirituales, adhuc tamen isto corruptibili corpore quod aggrauat animā, rectē intelliguntur esse carnales, quia erunt & corpore spirituales, quando seminatum fuerit corpus animale, & resurget corpus spiritale. Et rectē adhuc intelliguntur ea parte captiuus sub lege peccati, quæ desideriorum quib⁹ non consentiunt, moribus subiaceret. Hinc factum est vt sic ista intelligerem, quæ admodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & ceteri Ecclesiæ sancti notiq; doctores, qui & ipsum Apostolū aduersus carnales concupiscētiæ quas habere nolebat, & tamē habebat, strenue conflixisse, eundemq; confictum suū illis suis verbis constat fuisse senserunt. Contra quos motus prius utique debellandos ne dominentur, & postea sa-

Cap. IX.

Roma. 5.

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

vbi in

G nandos vt penitus extinguantur, etiā ipse gloriosa certamina sanctos exercere confessus es. Simul itaque cognoscamus verba pugnācium, si pugnamus. Hoc enim modo non viuimus nos, sed viuit Christus in nobis, si & ad pugnam contra concupiscentias exercendam, & ad victoriam vsque ad consumptionem eorūdem hostium capessendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipse quippe factus est nobis sapiētia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodū scriptum est, qui gloriatur, in domino gloriatur. Non est ergo contrarium sicut putas, vt qui dicit, Vno non ego iam, viuit vero in me Christus: dicat etiā, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. In quantum quippe in illo viuit Christus, intantum expugnat & superat quod nō habet bonum in eius carne, sed malum. Neque enim rectē cuiusquam spiritus concupisceret aduersus carnem suam, nisi habitaret in illo spiritus Christi. Absit ergo vt dicamus, quod nos dicere insimulas, Apostolū sic ista dixisse, quasi qui se vellet intelligi renitentem, in scorto aliqua manu pestiferæ voluptatis abducicū dicat, Non ego operor illud: ostendens concupiscentias carnis solum impulsū libidinis operari sine consensione peccati. Quid est quod in Iudaorum superbiam frustra conaris ista verba transfere, tanquā ipsos in se transfigurari Apostolus, qui contemnebant dona Christi, velut sibi non necessaria? Sic enim suspiraris, vt ad vincendam concupiscentiam valere aliquid crederes. Sed ideo dicis à Iudæis fuisse cōtempna, quod veniam daret ille peccatis, quæ ipsi legis admonitione vitassent. Quasi hoc cōferat homini remissio peccatorum, vt caro non concupiscat aduersus spiritum, vnde illa verba nata sunt, Scio quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonū: & cetera eiusmodi. Verum tu à vestro dogmate non recedis, quo putatis gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum sic in sola peccatorū remissione versari, vt nō adiuuet ad vitanda peccata, & desideria vincenda carnalia, diffundendo charitatem in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui ab illo datus est nobis. Neque cōsideras eum qui dicit, Vnde aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & ab hoc malo non se liberari clamat, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, nec Iudæum esse, nec quia peccauit, sed ne peccet potius laborare. Exasperat, inquis, Apostolus vim consuetudinis. Tu ergo responde, vtrum cōtra hostem istam vim nō dimicet baptizatus? Quod si negas, omnibus Christianis sensibus contradicis. Si autem dimicet, cur non in verbis Apostoli vocem dimicantis agnoscis? Per legem, inquis, bonam & per mandatum sanctum prauorum animi feroces erant, quoniam sine voluntate propria, nulla eruditio poterat inspirare virtutem. O acutū intellectorem. O diuinorum eloquiorum egregiū tractatorem. Quid agis de verbis dicentis, Non quod volo ago: &, Velle adiacet mihi: &, Quod nolo hoc ago, & Condeletor legi dei secundum interiorem hominem: Audis hæc & dicis, quia voluntas defuit, ideo defuisse virtutem. Quid quod non solum voluntas, verum etiam virtus affuit, ne consentiret concupiscentiæ carnis, quæ legi peccati prauis ipsius motibus seruebat? Quibus ille non cedens, nec arma iniquitatis exhibens membra peccato, & tamen quod nollet sentiens, in carne contra spiritum concupiscentem, & aduersus eam vicissim spiritu concupiscentem, verissima castitatis voce dicebat, Igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autē

legi peccati. Illa sanè verba quæ posuisti, vbi ait Apostolus, Lex sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum: quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit, Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonū mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccatum peccās per mandatum: bene intelligitur de vita sua dixisse præterita, quādo sub lege fuerat, nondum sub gratia. Nam & verbis præteriti temporis vititur, dicendo, Peccatum non cognoui, nisi per legem: &, Concupiscentiam nesciebam: &, Operatum est in me omnem concupiscentiam: &, Viuebam aliquando sine lege: utiq; quādo nondū poterat vsum habere rationis: &, Adueniente mādato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum: & peccatum occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit, & per bonum mihi operatum est mortem. His omnibus tempus significare intelligitur quo sub lege viuebat, & nōdum adiutus gratia, concupiscentiis carnalibus vinciebat. Vbi vero iam dicit, Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: iam quod conflagens patiebatur, ostendit. Nō enim dixit, carnalis fui vel eram vel sim: & apertius tempora ipsa distinguit, vbi dicit, Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Iam enim motus desideriorum malorū non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Peccati autē nomine quod in illo habitabat, ipsam nūcupabat concupiscentiam, quia peccato facta est, & si consentientem traxerit atq; illexerit, concipit paritq; peccatum, & cetera vsque ad eum locum, vbi ait, Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati: verba sunt iam sub gratia constituti, sed adhuc contra concupiscentiā suam dimicantis, nec ei consentientis vt peccet, sed tamen quibus renititur, peccati desideria patiens. Nemo nostrum substantiam corporis, nemo naturam carnis accusat: frustra purgatur abs te, quod nō culpatur à nobis. Concupiscentias malas, quibus si bene viuimus nō consentimus, tamen esse non negamus in nobis: castigadæ sunt, frandæ sunt, expugnandæ sunt, vincendæ sunt, tamen sunt, nec alienæ sunt. Nec bona ista nostra, sed mala sunt. Nec sicut dicit Manichæa vanitas, separata extra nos erunt, sed sicut dicit catholica veritas, sanata non erunt. De illis quoque Apostolicis verbis in quibus impudentia mirabili, imō dementia resistitis fundatissimæ fidei, vbi ait, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, frustra sensum alium nouum atque distortum, & à vero abhorrentem moliris exculpere, & affirmas ea locutione dictum esse, in quo omnes peccauerūt, ac si diceretur, propter quod omnes peccauerūt: sicut dictum est, In quo corrigit iunior viam suam: vt scilicet non in vno homine omnes homines peccasse intelligantur originaliter, & tanquam in massa vnione communiter, sed propterea quia primus hominū ille peccauit, id est, cum imitatur illum, non cum generatur ex illo. Non ergo huic sensui conuenit illa locutio, ita dictum esse, in quo, velut dictum esset, propter quod. Nam propter hoc quisq; peccat quod sibi pponit vt peccet, vel quoquo modo quod illi est causa peccandi. Quis vero ab omni humano sensu tam sit absurdus, vt dicat, propter hoc fecit homo iste homicidium, quia in paradiso Adā de ligno prohibito cibum sumpsit: cum iste latrocinando occiderit hominem nihil de Adam cogitans, sed propter hoc vt aurum quod ferebat, auferret? Sic & cetera cuncta peccata, quæ propria quisq; cōmittit, habet causas

A causas propter quas sāt, etiam si nemo cogitet quod ille primus homo cōmisit, neque illud sibi ad peccadum proponat exemplum. Propter hoc itaque, id est, quoniam peccauit Adam, nec ipse Cain peccasse dicēdus est, qui eundem patrem suum nouerat. Propter quid enim fratrem suum occiderit, notum est: quia non propter hoc quod perpetravit Adā, sed quia bono eius inuidit. Denique nec ipsa tibi ad hūc vestrum sensum, quæ posuisti testimonia suffragantur. Rectē enim dicitur, In quo corrigit iunior viam suā: propter quod corrigit: quoniam sequitur, in custodiendo verba tua. Propter hoc enim corrigit viam suam, quia verba dei sicut cogitanda sunt cogitat, & cogitando custodit, custodiendo rectē viuit. Ipsa ergo illi causa est vt viam suam corrigit, quia dei verba custodit. Et quod ait beatissim⁹ Stephanus, Fugit Moyses in verbo hoc: bene intelligitur, propter verbum hoc: quia hoc audiuit, hoc timuit, hoc cogitauit: vt fugeret, hæc illi causa fugiendi. Nunquid in his locutionibus aliquid dictum est, quod pertineat ad imitationem, qua sic alterum alter imitatur, vt eū omnino non cogitet: & ideo nullo modo dici possit propter hoc peccasse, quia ille peccauit i quo nec originaliter fuit, nec de illo quicquā in peccato proprio cogitauit? Sed, inquis, si de peccati traduce loquebatur, nūquam congruētius diceret, ideo pertransiit peccatum, quia omnes sunt de coniugū voluptate generati: & adderet, in eo trāsīit, in quo ex tabida primi hominis carne fluxerant. Nec vides eodem modo tibi posse dici: Si de imitatione peccati Apostolus loquebatur, nūquam congruētius diceret, ideo pertransiit peccatū, quia primi hominis præcessit exemplum: & adderet, in eo trāsīit in quo omnes illius vnus imitatione peccauerunt. Aliquo enim duorum istorum modo loqueretur Apostolus hoc loco, si ad tuū vel meū loqueretur arbitriū. Quia ergo nec illud dixit quod tu, nec illud quod ego, nūquid vis vt credamus in his eius verbis nec originale secundum catholicos, nec imitatorium secundum Pelagianos intelligendum esse peccatum? Puto quod nolis. Remoue igitur ista quæ possunt ex vtraq; parte momenti æqualibus dici, & si tibi placet sine contentione quid Apostolus dixerit intueri, aduerte, vt hoc diceret, quid agebat, & inuenies per vnum hominem reconciliationem deo, eorum qui ex cōdemnatione totius generis liberantur gratis. Ille est primus Adam factus ex terra, iste est secundus Adam factus ex fœmina. Sed ibi per verbum caro facta est, hic autem ipsum verbum caro factum est, vt per eius mortem viuamus, quo relicto mortui fueramus. Commendat, inquit Apostolus, suam charitatem deus in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. De hac ira dicitur, Erasmus & nos natura filij iræ sicut & ceteri. De hac ira dicit Hieremias Propheta, Maledict⁹ dies ille in quo natus sum. De hac ira dicit sanctus Iob, Perea dies ille in quo natus sum. De hac ira autē dicit idem ipse, Homo enim natus ex muliere, breuis vita, & plenus iracūdiæ, sicut flos scæni decidit, fugit autem sicut umbra & non stabit. Nōne & huius curam fecisti, & hunc fecisti intrare in conspectu iudicium? Quis enim erit mundus à sordibus? Ne vnus quidem, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terrā. De hac ira dicit liber Ecclesiasticus, Omnis caro sicut vestis veterascit, testamētum enim à seculo, morte morieris. Itemq; ipse, A muliere, inquit, initium est peccati, & propter illā morimur omnes. Et alio loco, Occupa-

tio magna creata est omni homini, & iugum graue super filios Adam à die exitus de vtre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. De hac ira dicit Ecclesiastes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? De hac ira vox Apostolica est, Omnis creatura vanitati subiecta est. De hac ira plangit Psalmista, Ecce veteres posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihil ante te, veruntamē vniversa vanitas omnis homo viuens. De hac re plāgit & alijs, Quæ pro nihilo habetur, eorum animi erunt: Mane sicut herba transeat, mane floreat & prætereat, vespere decidat, dureseat, & arescat. Quoniam defecimus in ira tua, & in indignatione tua conturbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabūtur. Nemo liberabitur ab hac ira dei, nisi per mediatorem recōcilietur deo. Vnde dicit etiā ipse mediator: Qui non credit filio, non habebit vitam, sed ira dei manet super eum. Non dixit, veniet: sed, manet super eum. Ideo ergo credūt atque contententur & maiores per cor & os proprium, & paruuli per alienū, vt reconcilietur deo per mortem filij eius, nē ira dei maneat super eos, quos etiam origo vitiosa efficit reos. De hac itaque loquens Apostolus, Cum adhuc, inquit, peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nūc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per Christum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius: non solum autem, sed & gloriantes in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & nunc reconciliationem accepimus. Propter hoc sicut per vnum hominem peccatum in hunc mūdum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Nempe manifestum est vt hoc diceret quod agebat Apostolus. Itē adhuc & huic reconciliationi quæ fit per mortem filij dei, qui sine peccato venit in mundum, subtrahite paruulos, vt propter eum per quē peccatum intrauit in mundum, ira dei maneat super eos. Quid hic facit imitatio, quæ te vbi audis, Nā iudiciū quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem? Vnde gratia ex multis delictis in iustificationem, nisi quia præter vnum illud originis, addita multa quæ simul deleteret, inuenit? Alioquin sic esset ex multis cōdemnatio, quæ homines vnum imitando cōmiserant, sicut ex eisdem multis iustificatio, quibus remissis in gratiā respirabāt. Sed quia vnum illud sufficiebat, propter quod etiā solum fieret cōdemnatio, gratiæ vero non sufficiebat illud vnum delere, sed & multa quæ adiecta sunt, vt omnium remissione fieret iustificatio: ideo utiq; dictum est, Iudicium ex vno in condemnationem, gratiæ autē ex multis delictis in iustificationem. Nam sicut nō imitatur Christum paruuli, quia nondum possunt, & tamen ad eius gratiam spiritalem pertinere possunt, ita sine imitatione primi hominis, contagione tamen ex ipso carnalis generationis obstricti sunt. Si autem propterea vis eos à primi hominis alienos esse peccato, quia eum nō sunt imitati propria voluntate, ista ratione alienabis eos & à iustitia Christi, quia nec ipsum imitati sunt propria voluntate. Cum vero multos, quod dixit postea, nō vis intelligi omnes, quod prius dixerat, ideo existimās dictum fuisse multos, ne omnes intelligerentur: poteris


G hoc dicere & de semine Abraham cui promissa sunt gentes, non omnes gentes ei fuisse promissas, quia dictum est alio loco, Patrem multarum gentium posui te. Est autem sanus intellectus, ideo sic locuta scriptura, quia possunt esse aliqua omnia, quae non sunt multa, sicut omnia dicimus Evangelia, & tamen breui numero, id est, quaternario continentur. Et rursus possunt aliqua esse multa, non tamen omnia: sicut multos dicimus credere in Christum, nec tamen omnes credunt. Non enim omnium est fides, ait Apostolus. Quod autem dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes: & Patrem multarum gentium posui te: easdem omnes, multas, & easdem multas, omnes esse monstratum est. Ita etiam cum dictum est, Per unum in omnes transisse peccatum, & postea per unum inobedientiam peccatores constitutos multos: ipsi sunt multi qui & omnes. Similiter cum dictum est, Per unius iustificationem in omnes homines, ad iustificationem vitae: & rursus dictum est, Per unius obedientiam iusti constituentur multi: non aliquibus exceptis, sed eosdem multos, omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iustificantur in Christo, sed quia omnes qui iustificantur, non aliter possunt iustificari quam in Christo. Sicut possumus dicere, in aliquam domum per unam ianuam intrare omnes, non quia omnes homines intrant in eandem domum, sed quia nemo intrat nisi per illam. Omnes ergo ad mortem per Adam, omnes ad vitam per Christum: Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: id est, ex prima origine generis humani, nemo ad mortem nisi per Adam, & nemo per Adam nisi ad mortem. Et nemo ad vitam nisi per Christum, & nemo per Christum nisi ad vitam. Vos autem dum non omnes, sed multos, siue per Adam condemnatos esse, siue per Christum liberatos vultis intelligi, horrenda peruersitate Christiana religioni estis infesti. Si enim salui erunt aliqui sine Christo, & iustificatur aliqui sine Christo, ergo Christus gratis mortuus est. Erat enim & alius modus, sicut vultis, in natura, in libero arbitrio, in lege naturali, siue conscripta, quo possent salui & iusti esse qui vellent. Iustas autem imagines dei, quis nisi iniustus prohiberet à regno dei? **Hic forte dicis, Sed facilius per Christum. Nunquid non posset etiam de lege dici, Est per legem iustitia, sed facilius per Christum: Et tamen ait Apostolus, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Non est itaque prater unum mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, aliud nomen sub caelo, in quo oporteat saluos fieri nos. Et ideo dictum est, In Christo omnes uiuificabuntur, quoniam in illo deus definiuit fidem omnibus, suscitans illum à mortuis. Vestrum autem dogma id persuadere conatur, velut inculcata praedicatione naturae, & potentiae liberi arbitrij, & legis siue naturalis siue per Moysen datae, vt & si opus sit, necesse tamē non sit ad Christum pro aeterna salute transire: eo quod per sacramentum mortis & resurrectionis eius, si tamen vel hoc putatis, commodior via sit, non quod alia via esse non possit. Vnde quantum vos detestari debeant Christiani considerantes, renunciant vobis etiam tacentibus nobis. Quod vero causa tuae postremum & quasi fortissimum firmamentum, Propheticum testimonium esse voluisti, vbi per Ezechielē dictum legimus, quod erit parabola qua dicebant vnae acerbis edisse, & dentes obstupuisse filiorum: Nec morietur filius in peccato patris, nec pater in peccato filij: sed anima quae peccat, ipsa morietur: non intelligis**

hanc esse promissionē testamenti noui, & spiritalis hereditatis ad alterum seculum pertinentis? Id enim agit gratia redemptoris, vt paternum chirographū deleat, & vnusquisque pro se rationem reddat. Ceterū quam multa sunt diuinarum testimoniorum literarum quae peccatum obligant filios, numerare quis possit: Cur enim peccauit Cham, & in eius filium Chanaan vindicta prolata est: Cur pro peccato Salomonis filius eius deminutione regni punitus est: Cur peccatorum Achab regis Israël in eius posteros poena dilata est: Vt quid legitur in sanctis libris, Reddens peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos, & reddens peccata patrum filiis vsque in tertiam & quartam progeniem: Qui numerus etiā pro vniuersitate accipi potest. Nunquid haec falsa sunt? Quis hoc dixerit, nisi diuinorum eloquiorum apertissimus inimicus: Sed carnalis generatio etiam populi dei pertinens ad testamentum vetus, quod in seruitute generat, parentum peccatis obligat filios: spiritalis autem generatio sicut hereditatem, ita poenarum atque praemiorum comminationes promissionesque mutauit. Quod Propheta in spiritu praudentes ista dixerunt, sed apertius Hieremias, In diebus illis, inquit, non dicent, Patres manducauerunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed vnusquisque in suo peccato morietur, vt eius qui manducauerit vnam acerbam, obstupescant dentes ipsius. Nemo manifestum, ita hoc propheticè pronuntiari, sicut ipsum testamentum nouum quod prius occultum fuit, & per Christum postea reuelatum est. Denique ne nos mouerent ea quae commemorauimus, & cetera huiusmodi plurima de reddēdis in filios peccatis parentum, quae vti que veraciter scripta sunt, ne huic prophetae contraria putarentur, continuo soluit istam molestissimam questionem, coniungendo atque dicendo, Ecce dies veniunt dicit dominus, & consummabo domui Israël & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum. In hoc igitur testamento nouo per sanguinem mediatoris deleto paterno chirographo, incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quibus nascendo fuerat obligatus, ipso mediatore dicente, Ne vobis patrem obligatis in terra, secundum hoc vti que, quod alios natales quibus non patri succederemus, sed cum patre semper viueremus, inuenimus. Ad omnia me tibi respondisse Iuliane, & omnia refellisse quibus putasti voluminibus quatuor credendum non esse originale peccatum, & concupiscentiam carnis non posse culpam sine damnatione nuptiarum, puto quod perspicias, si peruicax non sis. Demonstratum enim est, cum paterno antiquo debito non teneri, qui hereditatem patremque mutauit: vbi cohaerem inuenit vnicum per naturam, adopratus ipse per gratiam, eique tantum concupiscentiam carnalem mortem non inferre post mortem, qui in Christi morte inuenerit mortem, qua moriatur peccato, & euaferit mortem, qua natus fuerat in peccato. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est: Nec aliqui poterunt viuere pro quibus non est mortuus, quia pro mortuis vnus est mortuus. Hac negans, his repugnans, ista conuellere moliens, catholicę fidei munimenta, ipsosque nervos dirumpere Christianae religionis, veraque pietatis: audes insuper dicere, quod contra impios bella susceperis, cum aduersum matrem quem te spiritaliter peperit, armis impietatis induaris. Audes te agmini sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, martyrum sacerdotumque

A dotumque miscere: cum tibi dicant Patriarchae, etiā paruulis natis oblata sacrificia pro peccatis, eo quod non sit mundus à fordibus nec infans diei vnus super terram: Cum tibi dicant Prophetae, In iniquitatibus concepti sumus. Cum tibi dicant Apostoli, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: vt existimemus nos mortuos quidem esse peccato, viuere autem deo in Christo Iesu. Cum tibi dicant martyres, secundum Adam carnaliter natos, colluuiōnem mortis antiquae prima natiuitate contrahere, vnde paruulis dimittantur in baptismo, non propria, sed aliena peccata. Cum tibi dicant sacerdotes, carnali voluptate concretos prius subire delictorum contagium, quam vitae huius haurire munus. His te consociari praesumis, quorum fidem debellare conaris. Audes dicere, quod à Manichaeorum consortio vincaris, qui Manichaeos inuictos facis, nisi cum eis & ipse vincaris. Falleris filii, miserabiliter falleris, vel etiam detestabiliter falleris. quando animositatem qua teneris, viceris, tunc veritatem poteris tenere, qua vinceris.

Libri Sexti & vltimi Finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi, de Anima & eius origine, ad
Renatum Liber Primus.



Sinceritatem tuam erga nos Renate frater charissime, & fraternam beneuolentiam, ac mutua dilectionis affectum, probatum quidem & antea tenebamus, verum nunc probatiorem nobis amica diligentia demonstrasti, quod mihi duos libros eius quidem hominis quem penitus ignorabam, nec tamen ideo contemnendi, Vincentij Victoris, sic enim pranotatum ibi nomen eius inueni, proxime praeterita aetate misisti. Quamuis mihi eo quod absens fuisset, in autumni sine sint redditus. Quomodo enim tu charissimus meus posses vel deberes in meam non perferre notitiam, cum in manus tuas venissent cuiuslibet hominis qualecunque litterae, licet ad alium scriberentis, vbi tamen nomen commemoraretur & legeretur meum, ita vt contradiceretur verbis meis, quae in quibusdam opusculis edidisset: Hoc itaque fecisti, quod sincerissimus & dilectissimus amicus meus facere debuisti. Sed hinc angor paululum, quod adhuc tuae sanctitati minus quam vellem cognitus sum, quando quidem putasti me sic accepturum, quasi tu mihi iniuriam feceris, notum faciendo quod alius fecit. Quantum autem hoc absit ab animo meo, vide, vt nec ab illo quidem me passum iniuriam conquerar. Cum enim aliter quaedam quam ego saperet, nunquidnam debuit reticere? Vnde mihi gratum esse debet, quod ita non tacuit, vt id etiam legere possimus. Deberet quidem tantum scribere potius ad me, quam ad alterum de me, sed ille quod mihi esset ignotus, non est ausus se mihi ingerere in meorum refutatione dictorum. Nec consulendum me putauit, vbi sibi videtur minime dubitandum, sed planè cognitam & certam tenere sententiam. Obtemperauit autem amico suo, à quo

se vt scriberet dicit esse cōpulsū. Et si quid inter disputandum; quod in meam contumeliam redundaret, expressit, non enim conuiciantis voluntate crediderim, sed diuersa sentientis necessitate fecisse. Vbi enim mihi animus erga me hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire, quam inexplorata culpā re. Fortassis enim amore mei fecit, sciens ad me peruenire posse quod scripsit, dum in eis rebus errare me non vult, in quibus se potius errare non putat. Et ideo debeat etiam eius habere gratam beneuolentiam, cuius me necesse est improbare sententiam: Ac per hoc in eis quae non recte sapit, adhuc leniter corrigendus mihi videtur, non aspere detestandus: praesertim quia sicut audio, nuper catholicus factus est, quod ei gratulandum est. Caruit enim Donatistarum vel potius Rogatistarum diuisione & errore, quo antea tenebatur: Si tamen catholicam veritatem sic vt oportet intelligat, vt vere de illius conuersione gaudeamus. Habet enim eloquium quo possit explicare quae sentit. Vnde cum illo agendum est, eius optandum vt recta sentiat, ne faciat esse delectabilia quae sunt inutilia, & quae diserta dixerit, vera dixisse videatur. Quamuis & in ipso eloquio habeat multa emendanda, & à nimia exundantia reprimenda. Quod in illo tibi quoque vt viro graui, sicut tua indicat scripta, displicuit. Sed hoc vel facile corrigitur, vel sine detrimento fidei à leuibus mentibus amatur, toleratur à grauib. Habemus enim iam quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. Non itaque desperandum est etiam hoc in isto, quamuis sit intolerabile si permanferit, posse tamen expurgari & temperari, atque ad integrum & solidum vel perducit vel reuocari modum: praesertim quia iuuenis esse perhibetur, vt quod minus habet peritia, suppleat diligentia, & quod cruditas loquacitatis eructat, aetatis maturitas decoquat. Illud est molestum & periculosum vel perniciosum, si cum laudatur eloquentia, persuadetur insipientia, vt in pretioso poculo bibatur pestifera potio. Vt enim iam incipiam demonstrare quae praecipue sint in eius disputatione vitanda, Animam dicit à deo quidem factam, nec dei esse partem siue naturam, quod omnino verum est. Sed cum eam non vult ex nihilo factam fieri, & aliam nullam creaturam vnde sit facta commemorat, atque ita illi dat auctorem deum, vt neque ex nullis extrantibus, id est, ex nihilo, neque ex aliqua re, quae non est quod deus est, sed de seipso eam fecisse credatur, nescit eod se reuolui, quod declinasse se putat, vt scilicet nihil aliud anima quam dei natura sit: ac sic consequenter & de dei natura fiat aliquid ab eodem deo, cui faciendō materia de qua facit, sit ipse qui facit: Ac per hoc & dei sit natura mutabilis, & mutata in deterius, eiusdem ipsius dei, ab eodem ipso deo natura damnetur. Quod pro tua fidei intelligentia quam non sit opinandum, & quam sit à corde catholico secludendum longeque fugiendum, vides. Ita quippe anima, vel dei status factus est ipsa, vt non de ipso sit, sed ab ipso de nihilo creata sit. Neque enim sicut homo quando sufflat, non potest de nihilo flatum facere, sed quem de isto aere ducit, hunc reddit, ita deo putandum est auras aliquas circumfusas iam fuisse, quarum exiguam quādam particulam spirando traheret, & respirando refunderet, quando in hominis faciem sufflauit, eique illo modo animam fecit. Quod & si ita esset, nec sic de ipso, sed de subiaccenti re aliqua stabili posset esse quod flauit. Sed absit vt negemus omnipotentem de nihilo flatum vitae facere potuisse, quo fieret homo in animam viuam: atque in eas contruca-

Cap. V. **G**mur angustias, vt vel iam fuisse aliquid, quod ipse non esset, vnde statum faceret opinemur, vel quod mutabile factum videmus, de seipso fecisse credamus. Quod enim de ipso est, necesse est vt eiusdem naturæ sit cuius ipse est, ac per hoc etiam immutabile sit: Anima vero, quod omnes fatentur, mutabilis est. Non ergo de ipso, quia non est immutabilis sicut ipse. Si autem de nulla re alia facta est, de nihilo facta est proculdubio, sed ab ipso. Quod vero eam non spiritum, sed corpus esse contendit, quid aliud vult efficere, quam nos non ex anima & corpore, sed ex duobus vel etiam tribus consistere corporibus? Cum enim spiritu, anima, & corpore consistere nos dicit, & omnia hæc tria corpora esse asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compositos. In qua opinione quanta eum sequatur absurditas, illi potius quam tibi demonstrandum puro. Verum iste tolerabilis error est hominis, qui nondum cognouit esse aliquid, quod cum corpore non sit, corporis tamen quandam similitudinem gerere possit. Illud planè difficillimè soluere conatur de originali peccato, quatenus ad corpus animamque pertineat, si anima non de parentibus trahitur, sed à deo noua insufflatur? Hæc ergo tam molestant & tam profundam nitens enodare quæstionem, merito, inquit, per carnem, pristam reparat habitudinem, quæ visa fuerat paulisper amisisse per carnem, vt per eam incipiat renasci, per quæ meruerat inquinari. Cernis nempe hominem ausum suscipere quod vires eius excedit, in tam immane præcipitiū decidisse, vt diceret inquinari animam meruisse per carnem, cum diceret nullo modo possit, vnde hoc meritū traxerit ante carnem. Si enim à carne incipit meritum habere peccati, dicat si potest, vnde ante peccatū suum carne meruerit inquinari. Nam hoc meritum quo in carnem peccatricem missa est, vt inquinaretur ex illa, profecto aut ex semetipsa habuit, aut quod à vero multo amplius abhorret, ex deo. Ex carne quippe meritum non potuit habere ante carnem, quo merito inquinanda mitteretur in carnem. Si ergo à semetipsa hoc meritum habuit, quomodo habuit quæ ante carnem nihil mali fecit? Si autem hoc meritum ex deo dicitur habuisse, quis hoc audiat, quis ferat, quis dici impune permittat? Non enim hoc loco queritur, quid meruerit vt iudicaretur damnanda post carnem, sed quid meruerit ante carnem ita damnari, vt inquinanda mitteretur in carnem. Explicet hoc si potest, qui est ausus dicere, inquinari animam meruisse per carnem. Item alio loco, cum eandem qua se ipse implicauerat, velut explicandam proponeret quæstionem, tanquam ex persona aduersariorum ait, Cur, inquit, deus animam tam iniusta animaduersione multauit, vt in corpus eam peccati relegare voluerit, cum consortio carnis peccatrix esse incipit, quæ peccatrix esse non potuit? In huius quæstionis tanquam scopuloso gurgite, debuit utique cauere naufragium, nec eò se committere, vnde se non erueret trahendo, sed forte redeundo, id est, penitendo. Nam de præscientia dei se nititur liberare, sed frustra. Præscientia quippe dei eos quos sanaturus est, peccatores prænoscit, non facit. Nam si eas animas liberat à peccato, quas innocentes & mûdas implicauit ipse peccato, vultus sanat quod intulit nobis, nõ quod inuenit in nobis. Auertat autem deus, & omnino abist, vt dicamus quædo lauacro regenerationis deus mundat animas paruulorum, tunc cum mala sua corrigere quæ illis ipse fecit, cum eas nullum habentes peccatum pecca-

trici carni, cuius originali peccato cõntaminarentur, K admiscuit. Quas tamen iste accusans, dicit inquinari meruisse per carnem, nec potest dicere vnde tantum malum meruerint ante carnem. Hanc ergo quæstionem, quæ frustra se putans de præscientia dei posse dissoluere, adhuc se inuoluit & dicit, Anima si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, tamen neque in peccato remansit, quia in Christo præfigurata, in peccato esse non debuit, sicut esse nõ potuit. Quid est quod dicit, peccatrix esse nõ potuit, vel in peccato esse non potuit, nisi credo, si non veniret in carnem? Neque enim potuit originali peccato esse peccatrix, aut quoquo modo in originali peccato esse nisi per carnem, si de patre non trahitur. Videmus ergo eam per gratiam liberari à peccato, sed non videmus vnde meruerit harere peccato. Quid est ergo quod dicit, Si peccatrix esse meruit, non tamen in peccato remansit? Si enim ab illo quæram, cur non in peccato remanserit, rectissime respondet, quod eam Christi gratia liberauerit. Sicut ergo dicit, vnde anima paruuli fuerit liberata peccatrix, sic etiam dicat vnde meruerit esse peccatrix. Sed L quid dicit, cui hoc quod prælocutus est, contigit? Næque vt istam quæstionem sibi proponeret, ait, Alia subtrahuntur opprobria querulis murmurationibus oblatrantium, & excusati quasi quodam turbine, identidem inter immania saxa collidimur. Hoc si ego de illo dicerem, forsitan succenseret. Verba sunt eius. Quibus præmissis proposuit quæstionem, in qua saxa quibus collisus naufragauit, ostenderet. Ad hoc enim perductus est, & tam horrendis cautibus illisus, impulsus, infixus, vt erueret se nisi emendando quod dixit, omnino nõ possit, non valens ostendere quo merito anima sit facta peccatrix, quam dicere nõ timuit ante omne suum peccatum meruisse fieri peccatricem. Quis tam immane supplicium meretur sine peccato, vt in aliena iniquitate conceptus, antequam exeat de visceribus matris, iam non sit sine peccato? De hac autem pœna, paruulorum animas qui regenerantur in Christo, nullis eorum præcedentibus meritis, gratuita liberat gratia, Alioquin gratia iam non est gratia. Proinde iste homo valde intelligens, cui displicet in tanta profunditate, et si non docta, tamen cauta nostra cunctatio, dicat si potest, in hac pœnam quo peruenerit anima merito, de qua pœna liberat gratia sine merito. Dicat, vt quod dicit, aliqua, si voluerit, ratione defendat. Nõ enim hoc exigemus, nisi ipse dixisset, quod anima meruerit esse peccatrix. Dicat meritum eius, vtrum bonum fuerit, an ne malum? Si bonum, quo merito bono venit in malum? Si malum, vnde aliquod malum meritum ante omne peccatum? Item dico, Si bonum, nõ ergo eam gratuita gratia, sed secundum debitum liberat gratia, cuius præcessit meritum bonum: ac sic gratia iam non erit gratia. Si autem malum, quæro quod sit, an quod venit in carnem, quod non venisset, nisi apud quem non est iniquitas, ipse misisset? Nunquam igitur nisi se in peiora præcipitans, hæc suam sententiam moliretur astruere, qua dicit quod anima meruit esse peccatrix. Quod de his quidem paruulis, quorum in baptismo diluitur originale peccatū, inuenit qualitercūque quod diceret, quoniam præscientia dei prædestinatis in vitam æternam nihil obesse potuisset, paulisper alieno inherere peccato. Quod tolerabiliter diceretur, si non iste verbis suis implicaretur, dicens quod meruerit anima esse peccatrix, vnde se omnino non liberat, nisi hoc eum dixisse peniteat.

De illis autem paruulis qui morte praueniuntur priusquam

AD RENATVM LIBER PRIMVS. **A** priusquam baptizetur in Christo, cum respondere voluisset, ausus est eis promittere, non solum paradysum, verum etiam regnum celorum: non inueniens quæ exiret, ne deum animas innocentes dicere cogeret æterna morte damnare; quas nullo merito precedente peccati, carni inserit peccatrici. Sed utique sentiens quid mali dixerit, sine vlla Christi gratia animas redimi paruulorum in æternam vitam regnumque celorum, & in eis posse solui originale peccatum sine baptismo Christi, in quo fit remissio peccatorum. Videns ergo, in quam se profunditatem naufragi gurgitis iecerit, sanè, inquit, pro eis oblationes alsiduas, & offerenda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum. Ecce aliud vnde nunquam exiturus est, nisi eum dixisse peniteat. Quis enim offerat corpus Christi, nisi pro eis qui membra sunt Christi? Ex quo autem ab illo dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare regnum dei. Et alio loco, Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam: nemo fit membrum Christi, nisi aut baptismo in Christo, aut morte pro Christo. Vnde & Iatro ille, non ante crucem domini sectator, sed in cruce cõfessor, de quo nonnunquam præiudicium captatur, siue tentatur contra baptismatis sacramentum: à Cypriano sancto inter martyres computatur, qui suo sanguine baptizatur; quod plerisque nõ baptizatis feruente persecutione euenit. Tanto magis pondere appensum est, tantumque valuit apud eum qui hæc nouit appendere, quod confessus est dominum crucifixum, quantum si fuisset pro domino crucifixus. Tunc enim fides eius de ligno floruit, quando discipulorum marcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuirefceret. Illi enim desperauerunt de morte, ille sperauit in cõmorientem. Refugerunt illi auctorem vitæ, rogauit ille consortem pœnæ. Doluerunt illi tanquam hominis mortem, credidit ille regnaturum esse post mortem. Deseruerunt illi sponsorem salutis, honorauit ille socium crucis. Inuenta est in eo mensura martyris, qui tunc in Christum credidit, quando deseruerunt qui futuri erant martyres. Et hoc quidem oculis domini clarum fuit, qui non baptizato, tanquam martyris sanguine ablato, tantam felicitatem statim contulit. Sed etiam nostrum quis non contideret, quanta fide, quanta spe, quanta charitate mortem pro Christo viuente suscipere potuit, qui vitam in moriente quaerit? Huc accedit, quia non incredibiliter dicitur Iatro nem, qui tunc credidit, iuxta dominum crucifixum, a qua illa quæ de vulnere lateris eius emicuit; tanquam sacratissimo baptismo fuisse perfusum; Vt omittam quod eum antequam damnaretur, baptizatum nõ fuisse, quoniam nemo nostrum nouit, nemo cõuincit. Verum hæc vt volet quisque accipiat, dum tamen de baptismo non præscribatur Saluatoris præcepto; huius Iatronis exemplo: & non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem regnumque celorum, quietis vel felicitatis cuiuslibet atque vbilibet quasi mediū locum. Hoc enim eis etiam hæresis Pelagiana promissit; quia nec damnationem meruit paruulis, quos nullum putat habere originale peccatum, nec sperat eis regnum celorum, si non peruenerint ad baptismatis sacramentum. Iste autem eum cõfiteatur paruulos originali obstrictos esse peccato, eis etiam regnum celorum non baptizatis ausus est polliceri; Quod nec illi ausi sunt, qui eos asserunt sine vilo proprio esse peccato. Ecce qualibus se Iaqueis præsumptionis innectat, nisi eum talia scripserit peniteat. De fratre autem sanctæ Perpetuæ

Dinocrate, nec scriptura ipsa canonica est, nec illa sic scripta vel quicūque illud scripsit, vt illum puerum qui septennis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctum: pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, vt à pœnis transfertetur ad requiem. Nam illius ætatis pueri, & mentiri, & verum loqui, & confiteri & negare iam possunt. Et ideo cum baptizantur, iam & symbolum reddunt; & ipsi pro se ad interrogata respondent. Quis igitur scit, vtrum puer ille post baptismum persecutionis tempore, à patre impio per idololatriam fuerit alienatus à Christo, propter quod in damnationem mortis ierit, nec inde nisi pro Christo mortura sororis precibus donatus exierit? Sed etiam si hoc isti cõcedatur, quod salua fide catholica & Ecclesiastica regula, nulla ratione conceditur, vt pro nõ baptizatis cuiuslibet ætatis hominibus offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi, tanquam per huiusmodi pietatem suorum, ad regnum celorum quo peruenerint adiuuentur: quid respondurus est de tot milibus infantum, qui nascuntur ex impiis, nec in manus piorum aliqua vel diuina vel humana miseratione peruenerint, & de ista vita in illa tenerrima ætate sine lauacro regenerationis abscedunt? Dicat si potest, vnde iste animæ sic peccatrices fieri meruerunt, vt à peccato saltem nec postea liberentur? Si enim quarant, quare damnari mereantur si nõ baptizantur, rectè mihi responderetur, propter originale peccatum. Item si quarant, vnde traxerint originale peccatum, iste responderet, ex carne utique peccatrice. Si ergo quarant, vnde damnari meruerint in peccatricem carnem, qui nihil mali fecerant ante carnem, hic inueniat quid respondeat, & sic damnari ad alienorum peccatorum subeunda contagia, vt nec baptisma regeneret male generatos, nec sacrificia expiet inquinatos. Ibi enim & de tabulis hi paruuli nati sunt, siue adhuc usque nascuntur, vt eis nullo tali possit adiutorio subueniri. Hic certe omnis argumentatio deficit. Nõ enim querimus, vnde anima damnari meruerint post carnis consortium peccatricis, sed querimus vnde anima damnari meruerint ad subeundum carnis consortium peccatricis, nullum peccatū habentes ante carnis consortium peccatricis. Non est vt dicatur, Nihil eis obfuit alieni peccati paulisper communicata cõtagio, quibus in dei præscientia fuerat parata redemptio. De his enim nunc loquimur, quibus ante baptismum de corpore exeuntibus redemptio nulla succurrit. Non est vt dicatur, Eas quas baptisma non abluir, sacrificia pro eis crebra mundabunt, quod præsciens deus, paululum illas voluit alienis hæere peccatis, sine vilo exitu damnationis æternæ, & cum spe felicitatis æternæ. De his enim nunc loquimur, quarum natiuitas apud impios & ex impiis, nulla talia potuerit inuenire præsidia. Quæ quidem si adhiberi possent, proculdubio nõ baptizatis prodesse non possent: Sicut nec illa quæ de libro Maccaiorum commemorantur sacrificia: facta pro peccatoribus mortuis, eis aliquid profuissent, si circumcisi nõ fuissent. Inueniat ergo si potest iste quid dicat, cum ab illo queritur, quid meruerit anima sine vilo peccato vel originali vel proprio sic ad subeundum alienum peccatum originale damnari, vt non ab illo valeat liberari: & videat quid eligat è duobus, vtrum dicat etiam eas animas mortuorum paruulorum, quæ hinc sine lauacro regenerationis abscedunt, & pro quibus nullum sacrificium corporis dominici offertur, à nexu peccati originalis absolui, cum Apostolus doceat, ex vno ire omnes in condemnationem, quibus utique non subuenit

Gratia, vt per vnum eruantur in redemptionem: an dicat animas non habentes vllum vel proprium vel originalem peccatum, & omnimodo innocentes, simplices, puras à iusto deo, cum eas ipse non liberādas carni in-ferret peccatrici, aeterna damnatione puniri?

Cap. XII. Ego nihil istorum duorum dicendū esse confirmo, nec illud terrium, alibi peccasse animas ante carnem, vt damnari mererentur in carnem. Apostolus quippe apertissime definiuit, nōdum in carne natos nihil egisse boni, seu mali. Vnde constat paruulos vt remissione indigeant peccatorum, non nisi originale traxisse peccatum. Nec illud quartum, eas animas paruulorū sine baptisate moriturorum, à iusto deo in carnem peccatricem religari atque damnari, quas praesciuit si ad aetatem peruenissent, in qua libero vterentur arbitrio, male fuisse victuras. Hoc nanque nec iste ausus est dicere, in tantis angustiis constitutus. Imō etiam contra istam vanitatem iam satis manifeste ac breuiter est locutus, vbi ait, In iulium deum fuisse futurum, si non perfectis propriis voluntatis operibus, velle hominem iudicare non natum. Hoc enim respondit, cum tractaret quaestionem aduersus eos qui dicunt, Cur deus hominem faciebat, quem vt pote praescius sciebat futurum nō bonum? Non natū enim iudicaret, si propterea creare nolisset, quia nō bonum futurum esse praescisset. Et vtique sicut & huic visum est, de perfectis eius operibus debuisset hominem iudicare, non de praecognitis, nec fieri aliquādo permisis. Nam si peccata, quae si homo videret commissurus esset, etiam nō commissa damnantur in mortuo, nullum beneficium collatum est illi qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, quādo quidem iudicabitur secundum eā quae in illo fuerat futura malitia, non secundum eam quae in illo inuēta est innocentia. Et de nullo mortuo baptizato poterit esse securitas, quia & post baptismum non qualitercunque peccare, verumetiam apostatare homines possunt. Quid si ergo qui baptizatus hinc raptus est, apostata erat futurus si viveret, nullūne illi beneficium putabimus esse collatum, quōd raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: & propter dei praescientiam, nō sicut fidele membrum Christi, sed sicut apostatam iudicandum esse censēbimus? Quāto enim melius si peccata nōdum facta, nondum cogitata sed praecognita & futura puniuntur, proijcerentur illi duo de paradiso ante peccatum, ne in loco tā sancto & beatifico peccaretur? Quid quod ipsa exinanitur omnino praescientia, si quod praesciuit non erit? Quomodo enim recte dicitur praesciri futurum, quod non est futurum? Quomodo ergo puniuntur peccata quae nulla sunt, id est, quae nec vita ista nondum incipiente commissa sunt ante carnem, nec morte praue niente post carnem? Hoc itaque medium ex quo anima missa est in carnem, quousque solueretur à carne, quoniam paruuli anima est, nec liberi arbitrij gessit aetatem, non inuenit vndo damnaretur nō percepto baptisimo, nisi originale peccatum. Ex hoc peccato iuste damnari animam nō negamus, quia peccato supplicij lex iusta constituit. Sed ad hoc peccatum subeundum, cur damnata sit querimus, si non ex illa vna trahitur, quae in generis humani primo patre peccauit. Quamobrem si deus non damnat innocētes, nec facit nocētes quos perspicit innocētes: & si animas nō liberat tūc ab originalibus sine à propriis peccatis, nisi in Ecclesia Christi baptisatus Christi: & si animae ante carnē nullum habuerunt omnino peccatum, & si peccata antequam committantur, & multo magis quae

nunquam commissa sunt, damnari iusta lege non possunt, nihil horū quatuor iste dicit. Et si potest explicet, paruulorum animarū, quae sine baptisimo exeuntes in damnationem mittuntur, quo merito in carnē peccatricem quae nihil peccauerūt, missae sunt, vt illic inuenirēt peccatū, propter quod merito damnarentur. Porro si quatuor ista deuitas, quae sana doctrina condemnat, id est, si non audeat dicere, vel sine vlllo peccato existentes, à deo fieri animas peccatrices, aut sine Christi sacramentis in eis solui originale peccatū, aut eas alicubi peccasse antequam mitterēt in carnē, aut ea quae nunquā habuerunt in eis peccata damnari: Si haec nolens dicere, quoniam nō sunt vtique dicēda, dixerit paruulos nō trahere originale peccatum, nec habere vnde damnētur, si nō accepto sacramento regenerationis hinc excēdit, in hāeresim Pelagianā sine dubitatione damnabilem dānandus incurrit. Quod ei ne contingat, quanto melius teneat de animae origine cunctationem meā, ne audeat affirmare quod nec humana ratione comprehendit, nec diuina auctoritate defendit, ne cogatur insipientiā profiteri, dum veretur ignorantiam confiteri. Hic forte dicat sententiam suam diuina auctoritate defendi, quādo sanctarū scripturarum testimoniis probare se existimat, animas à deo nō ex propagine fieri, sed nouas singulis insufflari. Probet, si potest, & fatebor me didicisse ab illo, quod magna intentione querebā. Sed quare alia, ne fortassis inueniat, nā hoc istis testimoniis quae iā posuit, non probauit. Omnia quippe quae hic adhibuit, ad aliquid certa sunt: ad hoc vero, quod de animae origine queritur, demonstrantur ambigua. Certū est enim deum dedisse hominibus flatum & spiritum, dicente Propheta, Haec dicit dominus qui fecit caelum & fundauit terrā, & quae sunt in ea, qui dat flatum populo super eam, & spiritum calcantibus eam. Hoc testimonium iste in eā sententiā vult accipi quā defendit, vt quod ait, dat flatum populo, non ex propagine facere animas populo, sed nouas insufflare credatur. Audeat ergo dicere nō ipsum nobis dedisse carnem, quia de parentibus origo carnis attracta est. Et vbi ait Apostolus de frumēti grano, De quo modo voluerit: neget si audeat de tritico triticum nasci, & herbā eius ex semine secūdū genus. Quod si negare nō audeat, vnde igitur scit quomodo dictū sit, dat flatum populo, vtrū eum trahēs de parentibus, an insufflās nouū? Vnde etiam scit vtrum repetitio sententiā sit, qui dat flatum populo super eā, & spiritum calcantibus eā: vt de vna re vtrunq; dictum intelligatur, & nō animā vel spiritum, quo natura viuit humana, sed spiritum sanctū significare voluerit? Si enim flatu nō posset significari spiritus sanctus, nō dominus post resurrectionem insufflasset discipulis, & dixisset, Accipite spiritum sanctū. Neq; scriptum esset in Actibus, Factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & visae sunt illis linguae diuisae sicut ignis, qui & insedit super vnumquēq; eorū, & impleti sunt omnes spiritu sancto. Quid si hoc Propheta praenūciauit, dicens, Qui dat flatum populo super eam: Et tanquam exponens quid dixerit flatum, repetiuit atque ait, & spiritum calcantibus eam. Tunc enim euidentissime factum est, quando impleti sunt omnes spiritu sancto. Aut si nondū dicēdus est populus, centū viginti homines, qui tunc in loco vno aderant, certē quādo simul quatuor vel quinq; milia crediderūt, & baptizati acceperūt spiritum sanctum, quis dubitauerit simul populum accepisse spiritum sanctum, & multitudinē quae ambulabat in terra, id est, homines calcantes terram? Nam

A Nam ille qui datur ad naturam hominis pertinens, siue ex propagine detur, siue nouus insuffletur, quorū nihil affirmandum esse dico, donec alterutrum sine vlla dubitatione clarescat, nō datur calcantibus terram, sed adhuc materno vtero inclusis. Dedit ergo flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam, quando multi simul credentes, simul repleti sunt spiritu sancto. Et ipse dat eum populo suo, & si nō simul omnibus, sed suo cuique tempore, donec discedendo de hac vita, & succedendo in hanc vitam, vniuersus eiusdem populi numerus compleatur, vt hoc sanctae scripturae loco nō aliud sit status, aliud spiritus, sed eiusdem sententiā repetitio, sicut non est alius qui habitat in caelis, & alius dominus: nec aliud est irridere, & aliud subannare, sed eadem sententiā repetita est, vbi legitur, Qui habitat in caelis, irridebit eos, & dominus subannabit eos. Vel cum dictū est, Dabo tibi gentes hereditatem tuā, & possessionem tuam fines terrae. Nō vtique aliud dixit hereditatem, aliud possessionem, nec aliud gentes, aliud fines terrae, sed eiusdem sententiā repetitio est.

B Et innumerabiles inueniet huiusmodi locutiones diuinorum eloquiorum, si auertit quod legit. Quod autē graecus dixit πνεύμα, hoc Latini varie interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem. Nam hoc verbum habent codices Graeci in isto prophetico testimonio, de quo nūc agimus, vbi dictum est. Qui dat populo flatum super eam: hoc est πνεύμα. Ipsum verbum est & vbi homo animatus est, Et insufflauit deus in faciem eius flatum vitae. Sed ipsum verbum est & in Psalmo vbi canitur, Omnis spiritus laudet deum. Ipsum est & in libro Iob, vbi scriptū est, Aspiratio autem omnipotentis est quae docet. Noluit dicere flatum sed aspiratio, cum in graeco sit πνοή. Quod etiā in illis verbis Prophetae, de quibus nunc disputamus, & certe hoc loco nescio vtrum debeat dubitare spiritum sanctum esse significatum. Agebatur enim de sapientia vnde sit in hominibus, quia non ex numero annorum, sed spiritus, inquit, est in hominibus: aspiratio autē omnipotentis quae docet: vt intelligeretur ista repetitione, non se de spiritu hominis dixisse quod ait, spiritus est in hominibus. Volebat enim ostendere vnde habeant sapientiam, quia nō à seipsis, & repetendo id exposuit dicens, Aspiratio omnipotentis est quae docet. Item alio loco in eodem libro, Intellectus, inquit, labio. Cuius meorum pura intelligit. Spiritus diuinus qui fecit me, aspiratio autem omnipotentis, quae docet me. Et hic quod ait, aspiratio vel inspiratio, in graeco est πνοή, qui in illis Prophetae verbis interpretatus est flatum. Quamobrem cum temere negetur de anima hominis, vel de spiritu hominis esse dictum, Qui dat flatum populo super eam, & spiritum calcantibus eam: quauis ibi & spiritus sanctus multo credibilis possit intelligi, qua tandem ratione audebit aliquis definire, animam vel spiritum, quo natura nostra viuit, loco illo voluisse significare prophetam: cum profecto si apertissime diceret, qui dat animam populo super terram, adhuc querendum esset, vtrum eam deus ex origine praecedentis generis det, sicut ex origine praecedentis generis, ipse tamen dat corpus non solum homini aut pecori, sed etiam semini tritici, aut alicuius ceterorum quomodo voluerit: an vero nouā sicut homo primus accepit, insufflet. Sunt etiam qui haec verba prophetica sic intelligant, vt quod ait, Dedit flatum populo super eam: id est super terram, non nisi animam hominis velint accipi flatum. Quod vero adiunxit, Et spiritum calcantibus Tomus septimus.

bus eam: spiritum sanctum significatum arbitrantur, illo scilicet ordine, quo & Apostolus dicit, Nō primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. Nam ex hac prophetica sententiā etiam elegans ille sensus exculpitur, quod ita dixerit calcantibus eam, vt vellet intelligi, contemnentibus eam. Qui enim accipiunt spiritum sanctum, amore caelestium terrena contemnuunt. Haec omnes sententiā non sunt contra fidem, siue vtrunque, id est & flatum & spiritum qui pertinet ad humanam naturam, quis intelligat, siue vtrunq; dictū accipiat de spiritu sancto, siue flatum ad animam, spiritum vero ad spiritum sanctum referat. Sed si anima & spiritus hominis & hic intelligendus est, sicut non dubitandum est quod eam deus det: ita querendum est adhuc vnde det, vtrum ex propagine, sicut ipse quidē dat, sed tamen ex propagine dat corporis membra: an vero nouum, neque propagatum singulis insufflando distribuatur: quod nō ambigua, sicut iste facit, sed aliqua certissima volumus diuinorum eloquiorum auctoritate defendi. Eadem ratione etiam quod dicit deus, Spiritus à me exiet, & omnem flatum ego feci: de spiritu quidem sancto accipiendum est quod ait, Spiritus à me exiet. De quo & saluator ait, A patre procedit. Sed quod dictum est, Omnem flatum ego feci: de omni anima dictum negari non potest. Sed omne etiam corpus ipse facit. Quod autem ex propagine corpus humanum faciat, nullus ambigit. Ac per hoc de anima cum eam cōstet ab illo fieri, vnde eam faciat, vtrum ex propagine sicut corpus, an insufflando sicut primam fecit, adhuc vtique querendum est. Adiecit etiam terrium testimonium, quia scriptum est, Qui fingit spiritum hominis in ipso, quasi hoc negetur. Sed vnde eum fingat, hoc queritur. Nam & corporalem hominis oculū quis nisi deus fingit: Et purō quod non extra, sed in seipso, & tamen, vt est, certum est ex propagine. Cum ergo & spiritum hominis in ipso fingat, querendum est vtrum noua insufflatione, an tractum ex propagine. Nouimus etiam Maccabaeorum iuuenim matrem, fecundiorē virtutibus quando filij passi sunt, quā in foetibus quādo nati sunt, eos sic fuisse adhortatam vt diceret, Filij, nescio quomodo apparuistis in ventre meo. Neque enim ego spiritum & animam donavi vobis, nec singulis vobis vultus & membra formauit, sed deus qui fecit mundum & omnia quae in eo sunt, fecitq; hominum genus, & omnium inquit actum, ipse vobis spiritum & animam reddet cum magna misericordia. Nouimus haec quidē, sed huic quomodo suffragetur ad id quod asserit, non videmus. Quis enim Christianorū neget deum donare hominibus animā & spiritum? Sed eodem modo existimo istum negare non posse, deum donare hominibus linguam, aurem, manum, pedem, omnesque corporis sensus, & omnium formam naturamq; membrorum. Quomodo enim haec dei dona esse negaturus est, nisi se obliuiscatur esse Christianum? Sed sicut constat ex propagine ab illo haec fieri atq; donari, ita querendum est etiam, spiritus & anima hominis vnde ab illo efficiatur, à quo efficiente donatur, vtrum ex parentibus, an ex nihilo, an quod iste affirmat, sed omnimodo cauendum est, ex aliqua flatu eius existente natura, non de nihilo creata, sed de ipso? Cum igitur scripturarum testimonia quae commemorat, nequaquam doceat id quod persuadere conatur, quod enim ad hanc quaestionem attinet, omnino non expriment: quid est quod dicit, animam ex flatu dei constanter asserimus, nō ex traduce, quia ex deo datur? Quasi corpus ex alio

Cap. XII.

Rom. 9.

H

Sap. 4.

1 ad. cognita

Cap. XIII.

Cap. XIII.

1 Cor. 15.

M

1 Tim. 2.

Act. 2.

Esa. 42.

Nam

Cap. XV.

Roma. II. detur quam ex illo à quo creatur, ex quo omnia, per
 G quæ omnia, in quo omnia: quantum nō de ei⁹ natura, sed
 ex eius opificio. Neque ex nihilo, inquit, quia ex deo profi-
 ficicitur. Hoc planè non adhuc quæredum monemus,
 vtrum ita sit, sed prorsus verum non esse quod dicit, id
 est, quod anima nec ex traduce sit, nec ex nihilo. Hoc
 inquam, verum non esse sine dubitatione firmamus:
 Vnum est enim è duobus, si ex traduce non est, ex ni-
 hilo est, ne ita sit ex deo, vt naturæ sit dei, quod omni-
 no sacrilegum est credere. Sed adhuc vtrum non sit ex
 traduce, certa testimonia flagitamus aut quærimus, non
 qualia iste posuit, quibus hoc quod quærimus nō osten-
 ditur. Qui vtinam in tanta profunditate quæstionis,
 quando quid dicat ignorat, imitaretur Maccabæorū
 matrem, quæ cum sciret de viro se filios concepisse, &
 à creatore omnium, siue secundum corpus, siue secun-
 dum animam & spiritum sibi creatos esse, ait tamen,
2. Macc. 7. Nescio quomodo apparuistis in vtre meo. Vellem iste
 diceret quid ista nesciebat. Hęc enim quæ dixit, vtique
 sciebat quomodo secundum corpus in eius vterum ve-
 nerint, quia de viro eos concepisse dubitare non pote-
 rat. Consciebat etiam, quia & hoc vtique sciebat, quod
 deus illis animam & spiritum dederit, quod ipse illis
 vultus & mēbra formauerit. Quid ergo nesciebat? An
 forte quod nescimus & nos, vtrum animam & spiritum
 quem deus illis sine dubio dedit, de parētibus traxerit,
 an nouū sicut homini primo insufflauit? Sed siue hoc,
 siue aliud aliquid de naturæ humanæ institutione nesciebat,
 nescire se dicebat, non quod nesciebat temere
 defendebat. Nec tamē iste huic diceret, quod nobis di-
 cere non erubuit: Homo in honore positus nō intellexit,
 comparatus est pecoribus insensatis, & similis factus
 est illis. Ecce ista mulier dixit de filiis suis, Nescio
 quomodo apparuistis in ventre meo, nec tamen comparatur
 pecoribus insensatis, aut similis facta est illis. Nescio
 dixit. Et quasi quærerent ab ea, cur nesciret, ad-
 iunxit: Neque enim ego spiritum & animam donauit
 vobis. Ille ergo qui donauit, scit vnde fecerit quod do-
 nauit, vtrum ex propagine attraxerit, an nouum insuff-
 flauerit. Quod ergo, inquit, nescio, nec singulis vobis
 vultus & mēbra formaui, ille scit qui formaui, vtrum
 simul animam formauerit, an vero iam formatis ani-
 mam dederit. Quo ergo modo, vtrum illo an isto in
 eius ventre venerit filij nesciebat, & illud tamen sciebat,
 totum quod dedit, redditurum esse eum qui dedit.
 Sed eligat iste in naturæ humanæ tam profundo abditō
 que secreto, quid mulier ista nescierit, tantum nō iudicet
 mentientem, nec pecoribus insensatis comparet
 nescientem. Quicquid erat quod illa nesciebat, profecto
 ad naturam hominis pertinebat, quod tamen sine
 culpa homo nesciebat. Quapropter dico etiam ego de
 anima mea, nescio quomodo venerit in corpus meum,
 neque enim ego illam mihi donauit, scit ille qui dona-
 uit vtrum illam de patre modo traxerit, an sicut primo
 homini nouam creauerit. Sciam etiā ego si ipse docuerit,
 quando cunquē voluerit. Nunc autem nescio,
 nec me pudet vt istud fatear nescire, quod nescio. Dic-
 sce, inquit, ecce Apostolus docet. Discam planè si Apo-
 stolus docet. Nō enim nisi deus per Apostolum docet.
 Sed quid est tandē quod docet Apostolus? Ecce, inquit,
 cum Atheniensibus loqueretur, hoc constanter expo-
 suit, dicens, Cum ipse det omnibus vitam & spiritum.
 Quis enim hoc negat? Sed intelligite, inquit, quod ait
 Apostolus, Det, inquit, non dedit, ad infinitum & iuge
 tempus reuocans, non de præterito & perfecto pronū-

cians. Et quod sine cessatione dat, semper dat: sicut semper
 per est ipse qui dat. Verba eius posui, sicut in eorum
 quos misisti, secundo libro eius inueni. Vbi primum vi-
 de quod progressus fuerit, dum nititur affirmare quod
 nescit. Ausus est enim dicere, deum nō nunc solum at-
 que in isto tantum modo seculo, sed per infinitum tem-
 pus sine cessatione atque omnino semper animas na-
 scentibus dare. Semper, inquit, dat, sicut semper est ipse
 qui dat. Quid Apostolus dixerit, quia satis apertum est,
 me intelligere absit vt negem: quod autem iste dicit,
 debet etiam ipse intelligere contra fidem esse Chri-
 stianam, atque vltius cauere ne dicat. Cum enim mor-
 tui resurrexerint, iam nemo nascetur, atque ideo tunc
 non dabit nascentibus animas, sed eas quas dat in isto
 seculo, cum corporibus iudicabit. Nō ergo semper dat,
 quannīs ipse semper sit qui nunc dat. Nec tamen quon-
 iam beatus Apostolus non dixit, dedit, sed det: inde
 conficitur quod vult iste conficere, non eum ex propa-
 gine animas dare. Ipse quippe dat, etiam si de propa-
 gine dat: quia & corporis membra, & corporis sensus, &
 corporis formam, & corporis omnino substantiam ipse
 hominibus dat, quannīs ex propagine det. Neque enim
 quia dominus ait, Si fenum agri quod hodie est, & cras
 in clibanum mittitur, deus sic vestit, nec ait, vestiuit, si-
 cut primum quando instituit: sed ait, vestit, quod &
 nunc facit: ideo negabimus lilia de origine sui generis
 procreari. Quid si ergo sic etiam anima & spiritus ho-
 minis & à deo datur quannīs datur, & tamē ex propa-
 gine sui generis datur? Quod ego nec defendo, nec re-
 fello. Sed si defendendum est, vel refellendum, perspi-
 cuis non ambiguis testimoniis id agendum esse com-
 moneo. Nec propterea pecoribus insensatis sum com-
 parandus, quia hoc me nondum scire pronuncio, sed
 potius cautus hominibus, quia non audeo docere quod
 nescio. Istum autem non ego vicissim quasi rependens
 maledictum pro maledicto, pecoribus cōparo, sed tan-
 quam filium moneo, vt quod nescit, se nescire fateatur,
 neque id quod nondum didicit, docere moliat, ne cō-
 paretur non pecoribus, sed illis hominibus quos dicit
 Apostolus volentes esse legis doctores, nō intelligen-
 tes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.
 Nam vnde est quod ita scripturas de quibus loqui-
 tur, nō curat advertere, vt cum legerit homines esse ex
 deo, non eos etiam secundum corpus, sed tantum secun-
 dum animam & spiritum ex deo esse contendat? Quod
 enim ait Apostolus, Ex ipso sumus: nō vult iste ad cor-
 pus, sed tantum ad animam & spiritum esse referendum.
 Si ergo ex deo non sunt corpora, falsum est quod scri-
 ptū est, Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.
 Deinde vbi dicit idem Apostolus, Sicut enim mulier
 ex viro, ita & vir per mulierem: exponat nobis iste quā
 propaginē significare voluerit, anime, an corporis, an
 vtriusque: Sed non vult esse animas ex propagine. Restat
 ergo vt secundum ipsum, atque omnes qui animarum
 propaginem destruunt, corpus tantum masculinum &
 femininum significauerit Apostolus dicens, Sicut enim
 mulier ex viro, ita & vir per mulierem: quia mulier ex
 viro facta est, vt etiam vir per mulierem postea nasce-
 retur. Si ergo hac Apostolus dicens, non etiam animas
 & spiritus, sed tantum corpora vtriusque sexus volebat
 intelligi, cur continuo subiunxit, Omnia autem ex deo:
 nisi quia & corpora ex deo: Ita quippe ait, Sicut enim
 mulier ex viro, ita & vir per mulierem, omnia autem ex
 deo. Eligat ergo iste vnde sit dictum. Si de corporibus,
 profecto & corpora ex deo sunt. Quid est ergo quod
 vbiunque

A vbiunque iste in scripturis legit ex deo, quādo de ho-
 minibus agitur, non & corpora, sed tantum animas &
 spiritus vult intelligi: Si vero quod dictum est, Omnia
 autem ex deo: & de corpore vtriusque sexus, & de anima
 ac spiritu dictum est, ergo secundum omnia est mulier
 ex viro. Mulier enim ex viro, vir per mulierem, omnia
 autem ex deo. Quæ omnia nisi de quibus loquebatur, id
 est, & ille vir ex quo mulier, & illa mulier quæ ex viro,
 & ille vir qui per mulierem? Neque enim ille vir per mu-
 lierem, ex quo viro mulier, sed vir qui natus est postea
 ex viro per mulierem, quemadmodum hodieque nascū-
 tur. Ac per hoc si cum ista diceret Apostolus, de corpo-
 ribus loquebatur, proculdubio corpora vtriusque sexus
 sunt ex deo. Porro si nō vult esse ex deo hominum nisi
 animas & spiritus, profecto etiam secundum animam
 & spiritum mulier erit ex viro, & nihil iam relinquatur
 eis qui cōtra animarum propaginem disputant. Si autē
 ita diuidit, vt dicat mulierem ex viro esse secundū
 corpus: ex deo autem secundum animam & spiritum, quo-
 modo erit verum, quod ait Apostolus, Omnia autē ex
 deo: si mulieris corpus ita est ex viro, vt non sit ex deo?
 Quapropter vt Apostolus potius verū loquatur, quā
 iste Apostolo præferat, mulier ex viro est, siue secun-
 dum solum corpus, siue secundum totum quo constat
 humana natura. Nihil enim horum tanquam certum
 affirmamus, sed quid horū verum sit adhuc quærimus,
 & vir per mulierem, siue ex parte tota hominis natura
 ducatur, quæ per mulierem nascitur, siue sola caro, vnde
 adhuc quæstio est, omnia tamen ex deo, vnde nulla
 quæstio est, id est, & corpus & anima & spiritus & viri
 & mulieris. Et si enim non ex deo nata vel tracta sunt,
 vel manarunt, ita vt eius naturæ sint, tamē ex deo sunt.
 A quo enim creata, condita, facta sunt, ab illo habent
 vt sint. Sed dicēdo, inquit Apostolus, Et ipse det om-
 nibus vitam & spiritum. Deinde addendo, fecitque ex
 vno sanguine omne genus hominum, animam & spi-
 ritum originaliter retulit ad authorem, corpus ad tra-
 ducem. Imō vero qui non vult temere animarum ne-
 gare propaginem, antequam liquido clareat vtrum ita
 an non ita sit, habet quod in istis verbis Apostoli intel-
 ligat, ex vno eū sanguine dixisse, ex vno homine, à par-
 te totum significante locutionis modo. Si enim ipsi li-
 cet intelligere à parte totū quod scriptum est, Et factus
 est homo in animam viuam: vt illic intelligatur & spi-
 ritus de quo scriptura ibi tacuit, cur aliis non liceat sic
 accipere quod dictum est, Ex vno sanguine: vt illic &
 anima & spiritus possit intelligi, quoniam homo signi-
 ficatus nomine sanguinis, non solū constat ex corpore,
 verum etiam ex anima & spiritu: Sicut enim qui propa-
 ginem defendit animarum, non hinc istum debet op-
 primere, quia de primo homine scriptum est, In quo
 omnes peccauerūt: nō enim dictum est, in quo omniū
 caro peccauit, sed omnes dictum est, id est, in quo om-
 nes homines, cum homo nō solum sit caro. Sicut ergo
 hinc iste non debet opprimi, quia forte ita dictum est,
 omnes homines, vt secundum solum carnem intellige-
 rentur: sic iste nō hinc debet premere defensores propa-
 ginis animarum, quia dictum est, omne genus homi-
 num ex vno sanguine, tanquā propterea sola caro per-
 tineat ad propaginem. Si enim hoc est verū, quod isti
 asserunt, vt nō sit anima ex anima, sed caro ex carne sit
 tantum, ita dictum est ex vno sanguine, vt nō totus ho-
 mo significaretur à parte, sed tantum vnius hominis ca-
 ro. Illud vero quod dictum est, in quo omnes peccauerunt,
 sola omnium hominum caro intelligēda est, quæ
 Tomus septimus.

inde transfusa est, à toto partem significante scripturā.
 Si autem illud est verum, quod totus homo ex toto ho-
 mine propagatur, id est, corpus, anima & spiritus, ibi
 proprie dictū est in quo omnes homines peccauerunt:
 hic autem tropice ex vno sanguine totū significatur à
 parte, id est, totus homo, qui ex anima constat & carne,
 vel potius vt iste amat loqui, ex anima & spiritu & car-
 ne. Nam & ex parte totū, & ex toto partem diuina elo-
 quia significare consueuerunt. Ex parte enim totum si-
 gnificatū est vbi legitur, Ad te omnis caro veniet: quia
 ex carne intelligitur totus homo. Ex toto autem pars;
 cum dicitur Christus sepultus, cū sola eius caro sepul-
 ta sit. Itā illud quod in hoc Apostoli testimonio positū
 est, quia ipse dat omnibus vitam & spiritum: secundū
 superiorem disputationē puto quod neminē moueat.
 Ipse enim dat. Sed adhuc quærim⁹ vnde det, vtrum ex
 noua insufflatione, an ex propagine? Ipse quippe dare
 etiam carnis substantiā rectissime dicitur, quam tamē
 dare ex propagine non negatur. Nunc videamus il-
 lud de Genesi testimonium, vbi facta mulier de latere
 viri, adducta est ad eum, & dixit, Hoc nunc os ex osi-
 bus meis, & caro de carne mea. Hoc quippe purat iste,
 quod dicere debuerit Adam, anima ex anima mea, vel
 spiritus de spiritu meo, si etiam hoc de illo tractū esset. E
 Sed illi qui propaginem asserūt animarum, hinc se pu-
 tant inuictius suam munire sententiam, quia cum scri-
 ptum sit, detraxisse deum costam de latere viri, eamque
 adificasse in mulierem, nō est additum, quod in eius faci-
 e sufflauerit flatum vitæ, ideo, inquit, quia iam de
 viro fuerat animata. Nam si non fuisset, nequaquam nos,
 inquit, sancta scriptura huius rei cognitione fraudas-
 set. Ad illud vero quod ait Adam, Hoc nunc os ex osi-
 bus meis, & caro de carne mea: nec ait, spiritus vel ani-
 ma de spiritu meo, vel anima de anima mea: sic ab eis
 responderi potest, quemadmodum superius demonstra-
 tum est, vt à parte totum intelligatur hoc dictum, os &
 caro mea, sed quæ animata fuerint detracta, nō mortua:
 Neque enim hoc omnipotentem facere potuisse ideo
 negandum est, quia nullus hominū potest aliquid cum
 anima de humana carne præcidere. Nam quod Adam
 secutus adiūxit, Hęc vocabitur mulier, quia de viro suo
 sumpta est: cur non ait potius, vnde opinio confirmā-
 retur istorū, quoniam de viro suo caro eius sumpta est?
 Hic vtique illi qui contra sentiunt, possunt dicere, quia
 non est scriptum carnē mulieris, sed mulierem de viro
 sumpta suo, totam debere accipi cum anima & spi-
 ritu. Nam etsi anima sexu caret, non tamen quando ap-
 pellantur mulieres, excepta anima eas necesse est intel-
 ligi. Alioquin non ita se admonerentur ornare non in-
 tortis criminibus, aut auro, vel margaritis, aut veste præ-
 ciosa, sed quod decet, inquit, mulieres promittētes pie-
 tatem per bonam cōuersationem. Vtiq; pietas intus est
 in anima vel spiritu, & tamen mulieres appellatæ sunt
 etiam vt se intus ornarēt, vbi nullus est sexus. Cum ita-
 que isti sic inter se alternante sermone certauerint, ego
 inter eos sic iudico, vt nō in cognitis fidant, & temere
 audeant affirmare quod nesciūt, vtrōque commoneam.
 Si enim scriptū esset, insufflauit flatum vitæ in faciem
 mulieris, & facta est in animam viuam: nec sic esset tam
 consequens, vt nō propagaretur ex parētibus anima,
 nisi etiam de filio eorum hoc scriptum similiter lege-
 retur. Fieri enim potuit, vt membrum non animatum
 de corpore extractū indigeret animari, filij vero ani-
 ma ex patre per matrem propaginis transfusione tra-
 heretur. Cum vero tacitum est, occultatum est, nō nō

G thorem habet vt sit, non ita, vt ab illo nata sit, vel pro-
cesserit, sed ab illo creata, cōdita, facta sit: partim ex nul-
la alia, id est, omnino ex nihilo, sicut cōelum & terra,
vel potius vniuersa mundana molis vniuersa cū mundo
concreta materia: partim vero ex alia iam creata,
atque existente natura, sicut vir ex limo, mulier ex vi-
ro, ex parentibus homo, creatura tamen omnis ex deo,
sed creante vel ex nihilo vel ex aliquo, non autem gi-
gnente vel producente de seipso. Sed hæc cum catho-
lico loquor, magis commonens quàm docens. Neque
enim esse tibi arbitror noua, vel audita quidē & antea,
non tamen credita: sed, vt existimo, sic legis epistolam
meam, vt hic agnoscas etiam fidem tuam, quæ nobis in
catholica Ecclesia, domino donante, communis est. Si
ergo hæc vt dicere cōperā, cū catholico loquor, vnde
obsecro credis esse animam, non vniuersūque nostrum
dico, sed primam primo illi homini datam? Si ex nihi-
lo, & factam tamen insufflatamq; à deo, id credis quod
ego. Si autē ex aliqua alia creatura, quæ inde anima fie-
ret, tanquam materis subiacebat artificii deo, sicut pul-
uis vnde fieret Adam, vel costa eius vnde Eua, vel sicut
aqua vnde pisces & volucres, vel sicut terra vnde ani-
malia quæque terrestria, nō est catholicum, non est ve-
rum. Quod si neque ex nihilo, neque ex alia quacunque
creatura, sed ex semetipso deum, hoc est, ex natura sua
fecisse vel facere animas, quod absit, existimas, hoc qui-
dem ab isto didicisti, sed non tibi gratulor neque blandi-
or, sōge quippe cum illo à fide catholica exorbitasti.
Tolerabilis enim, quod quidem falsum est, tamen, vt
dixi, tolerabilis, ex aliqua alia creatura, quam quidem
iam fecerat deus, quàm ex dei natura animam condi-
tam crederes, vt quod est mutabilis, quod peccat, quod
fit impia, quod etiam si impia perdurauerit in fine, sine
fine damnabitur, nōne ad dei naturam cum horren-
da blasphemia referretur? Abiice frater, abiice obsecro
istam non planē fidem, sed execrandā impietatis erro-
rem, ne homo grauis seductus à iuvene, & à laico pre-
sbyter, cum istam catholicam fidem esse arbitraris, de
numero fidelium, quod à te auertat dominus, eximaris.
Non enim tecum sic agendum est vt cum illo, aut ea
venia tuus iste tam horridus, quàm iuuenis illius, licet
ab illo ad te transferit, error est dignus. Ille ouili catho-
lico sanāndus nuper accessit, tu in catholicis pastoribus
deputaris. Nolumus ita curetur quæ venit ab errore ad
dominicum gregem, vt prius pestifera cōtagione dis-
perdat ouis vlcerosa pastorē. Quod si dicis, hoc me il-
le non docuit, nec huic errori eius vllō modo, quālibet
diserti & ornati sermonis illectus suauitate consensit:
Ago ingētes deo gratias. Sed quæro, vnde illi caput ex-
osculat, vt dicitur, gratias egeris te didicisse, quod vsq;
ad auditam disputatiōē illius ignorabas: aut si falsum
est hoc te fecisse atq; dixisse, hoc ipsum peto nobis in-
timare digneris, vt inanis rumor tuis literis refellatur.
Si autem verum est, illa humilitate te homini egisse gra-
tias, gaudeo quidem, si te illud non docuit, quod superi-
us quàm sit detestandum caendumque monstraui.
At non reprehendo quod gratus fueris tanta hu-
militate doctori, si aliquid aliud disputante illo verum
atque vtile didicisti. Sed hoc quid sit inquirō. An forte
anima non spiritum esse, sed corpus? Non quidem ma-
gnam doctrinā Christianæ arbitror esse detrimentum
ista nescire. Et si de corporum generibus subtiliter dis-
putetur, hoc maiore difficultate quàm utilitate perdi-
scitur. Si autē dominus voluerit vt ad illum ipsum iu-
uenem scribam, sicut desidero, tibi sciet fortasse dilectio

tua, quod hoc etiam non te docuerit, si tamen id te ab illo
didicisse lætaris. Sed ne quid forte aliud sit quod
cōstat esse vtile, & ad fidem necessarium pertinere, pe-
to rescribere non graueris. Nam illud quod rectissime
& valde salubriter credit, iudicari animas eundē cor-
poribus exierint, antequam veniant ad illud iudicium,
quo eas oportet iam redditis corporib; iudicari, atque
in ipsa qua hic vixerunt, carne torqueri, sine gloriari,
hoc itane tandē ipse nesciebas? Quis aduersus Euāgelii
tanta obstinatione mentis obsurdit, vt in illo paupere
qui post mortem oblatu est in sinum Abrāhæ, & in
illo diuite cuius infernus cruciatus exponitur, ista non
audiat, vel audita non credat? Sed nunquid te docuit,
quomodo anima sine corpore de digito pauperis atque
stillam desiderare potuerit, cum ipse confessus sit, ali-
menta corporea nō nisi propter fulcendas ruinas cor-
ruptibilis corporis sui, animā querere? Verba eius ista
sunt. Nūquid quia anima, inquit, aut cibum querit aut
potum, ad ipsam transire credimus passum? Et paulo-
post. Vnde intelligitur, inquit, & probatur, non ad ani-
mam pertinere ciborum sustentaculo, sed ad corp; cui
etiam præter cibum procuratur simili ratione vestitus:
vt illi necessarius videatur pasturæ suggestus, cui com-
petit & ipsos habere vestitus. Hanc ille sententiā suam
satis euidenter expositam, nonnulla etiam similitudine
illustrans, adiecit atque ait, Quid autem putamus in-
quilinum quenquam suæ habitationi prospicere? Nōne
si eam senserit aut tecto tremere, aut nutare pariete,
aut labare fundamine, destinans querit, strues congerit,
quibus imminetē possit ruinam sedulo diligenterq;
fulcire, ne sub periculo mansionis discrimen videatur
impendēre mansori? Ita ergo & animam recognosce,
inquit, carni suæ desiderare cibum, ex qua ipsum con-
cipit sine dubio desiderium. Hæc nempe ille iuuenis
sua sensa, verbis luculentissimis & sufficientissimis ex-
plicauit, asserens non animam requiri alimenta sed cor-
pori, cura quidem illius, sed tanquam habitantis in do-
mo, & moribundæ carnis imminentes ruinas prouida
refectione fulcens. Et illud ergo explicet tibi, quid
anima illa diuitis ruiturū destinare cupiebat, quæ mor-
tale corpus iam vtique nō habebat, & tamen sitiebat, &
aqua stillam de digito pauperis requirebat. Habet
vbi se exerceat iste doctor senu: Querat vt inueniat
si potuerit, cui rei anima illa apud ad inferos humidū
alimentum, vel tam exiguum mendicaret, cum ruino-
so habitaculo iam careret. Incorporeum sanē deū esse
quod credit, gratulor eū hinc saltem à Tertulliani deli-
ramentis esse discretum. Ille quippe sicut animam, ita
etiam deum corporeum esse contendit. A quo iste in
hoc dissentiens, mirabilia persuadere molitur, deum
incorporeum nō de nihilo facere, sed de semetipso sta-
tum exhalare corporeum. O doctrinam cui omnis ætas
aures surrigat, quæ homines annosos, quæ deniq; pre-
sbyteros mereatur habere discipulos. Legat legat in cō-
cione quod scripsit, notos atque ignotos, doctos atque
indoctos recitaturus inuiter. Seniores cum iunioribus
conuenite, quod nesciebatis discite, quod nūquam au-
dicatis audite. Ecce isto docente, non aliunde quod
aliquo modo est, nec ex eo quod omnino nō est, dens
statum creat, sed ex eo quod ipse est, cū sit incorporeus,
corpus sufflat. Naturam ergo suam antequam mutetur
in peccati corpore, ipse mutat in corpus. An dicit quod
ex sua natura non mutat aliquid cum flatum facit? Nō
ergo eum de seipso facit: Non enim aliud est ipse, aliud
natura eius. Quis hoc insanissimus opinetur? Quod si
dicit

A dicit ita deum de sua natura facere statum, vt ipse inte-
ger maneat, non inde quæstio est, sed vtrum quod non
aliunde, nec de nihilo, sed de illo est, non hoc sit quod
ille, id est, eiusdem naturæ & essentia: Nam & filio ge-
nito integer manet, sed quia eum genuit de seipso, non
aliud genuit quàm id quod ipse est. Excepto enim qd
hominem assumpsit, & verbum caro factum est, alius
est quidem verbum dei filius, sed non est aliud: hoc est,
alia persona est, sed non diuersa natura. Et vnde hoc
nisi quia non creatus ex alio, vel ex nihilo, sed natus ex
ipso est, non vt melior quàm erat esset, sed omnino vt
esset, & quod est ille vnde natus est, esset: hoc est, vnus
eiusdemq; naturæ, æqualis, cōæternus, omnimodo si-
milis, pariter immutabilis, pariter inuisibilis, pariter
incorporeus, pariter deus, hoc omnino quod pater, ni-
si quod filius est ipse, non pater? Si autem manet qui-
dem ipse integer deus, nec tamen de nullo, vel de alio,
sed de seipso diuersum aliquid in deterius creat, & de
incorporeo deo corpus emanat, absit vt hoc catholicus
animus bibat: Non enim est fluentum fontis diuini, sed
figmentum cordis humani. Iam verò quàm inepte
laboret animam quam putat esse corpoream, vindic-
are à passionibus corporis, disputans de animæ infan-
tia, de paralyticis & oppressis animæ sensibus, de ampu-
tatis membris corporis absque animæ sectione, nō te-
cum, sed cum illo porius agere debeo. Illi quippe insu-
dandum est, vt rationem reddat doctorum suorum, ne
de opere iuuenis velle fatigare videamur grauitate fe-
nis. Quod autem similitudines morum qui reperiuntur
in filiis, non ex animæ semine venire disputat, con-
sequens est quidem vt hoc sentiant quicumque animæ
propaginem destruunt: sed nec illi qui hanc astruunt,
ibi constituunt pondus assertionis suæ. Vident enim &
filios parentum dissimiles moribus. Quod ideo fieri pu-
tant, quia & ipse vnus homo plerunq; suis moribus
alios mores dissimiles habet, non vtique anima altera
accepta, sed vita in melius vel in deterius commutata.
Ita dicunt non esse impossibile, vt anima non habeat
eos mores, quos habet ille à quo propagata est, quādo-
quidem ipsa vna nunc alios, aliās alios habere mores
potest. Quare si hoc te credis ab isto didicisse, quod a-
nima nō sit ex traduce, vtinam id vere didicisses, me
tibi docendum libentissime traderem. Sed aliud est di-
scere, aliud videri sibi didicisse. Si ergo te didicisse ar-
bitraris quod adhuc nescis, non plane didicisti, sed te-
mere credidisti quod libenter audisti, & surrepsisti tibi
falsiloquium per suauiloquium. Quod non ideo dico,
quia falsum esse iam certus sum, animas potius insuffla-
ri nouas, quàm de origine parentum trahi: hoc enim
adhuc ab eis qui docere id possunt, existimo requiren-
dum: sed quia iste de hac re ita disseruit, vt non solum
eam quæ adhuc discutienda est, non solueret quæstio-
nem, verum etiam talia diceret quæ falsitatis non ha-
beant dubitationem. Cum enim vellet probare dubia,
ausus est dicere sine dubio reprobanda. An vero tu
reprobare dubitabis, quod cum de anima loqueretur,
Non vis, inquit, animam ex carne peccati contrahere
valetudinē, ad quam vicissim sanctificationem videas
transire per carnem, vt per ipsam reparat statum, per
quam perdidit meritum? Aut nūquid quia baptismo
corpus abluitur, non transit ad animam vel spiritum
quod creditur cōferri per baptismum? Merito ergo per
carnem, priscam reparat habitudinem, quam visa fue-
rat paulisper amississe per carnem, vt per eam incipiat
renasci, per quam meruerat inquinari. Vide in his ver-

bis, quantum iste tuus errauerit doctor. Dixit animam
per carnem reparare statum, per quam perdidit me-
ritum. Habuit ergo anima aliquem statum & aliquid
meritum bonum ante carnem, quod vult eam reparare
per carnem quādo caro lauacro regenerationis ablu-
tur. Vixerat itaque alicubi ante carnem in statu & me-
rito bono, quem statum & quod meritum perdidit cū
venisset in carnem. dixit eam per carnem reparare ha-
bitudinem priscam, quam visa fuerat paulisper amississe
per carnem. Habuit ergo ante carnem habitudinē an-
tiquam, hoc est enim priscam: Et ista qualis esse potuit,
nisi beata atq; laudabilis habitudo? Quam reparari per
sacramentum baptismatis asseuerat, cum eam nollet ex
illa originem trahere per originem quam constat in
paradiso aliquando fuisse felicē. Quomodo igitur alio
loco animam se dicit constanter asserere, non ex tra-
duce, neque ex nihilo, neque per semetipsam, neq; ante
corpus: Ecce isto loco vult animas ante corpus alicubi
vivere tam beate, vt eadem illis per baptismum beati-
tudo reddatur. Et tanquam sui rursus oblitus, adiungit
& dicit, Vt per eam, id est per carnem incipiat renasci,
per quam meruerat inquinari. Superius meritū signi-
ficauerat bonum perditum fuisse per carnem, nunc au-
tem significat malum meritum, quo factum est vt ve-
niret vel mitteretur in carnem, dicendo, Per quam me-
ruerat inquinari. Si enim mereret inquinari, non est
vtique meritum bonum. Dicat quid peccauit antequā
per carnem inquinaretur, vt per carnem inquinari me-
reretur? Dicat si potest, quod nullo modo potest, quia
inuenire hic quid verum dicat, omnino non potest.

Item aliquanto post ait, Anima itaque si peccatrix
esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, tamen neque
in peccato remansit, quia in Christo prefigurata, in pec-
cato esse non debuit, sicut esse non potuit. Rogo te fra-
ter, putasne si ista saltem postea legisti & considerasti,
& quid in recitante laudaueris, vel vnde post recitatiō-
nem gratias egeris, cogitasti? Quid est obsecro te, ani-
ma itaq; si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non
potuit? Quid est meruit & non potuit, cum mereri hoc
non potuisset nisi peccatrix fuisset: non autem fuisset
nisi esse potuisset, vt ante omne malum meritum pec-
cans, inde sibi meritum faceret, vnde ad aliā peccata
deserente domino perueniret? An ideo dixit, quæ pec-
catrix esse non potuit, quia nisi in carnem veniret, pec-
catrix esse non posset? Quid ergo meruit vt eō mittere-
tur vbi peccatrix esse posset, quod nisi venisset, alibi pec-
catrix esse non posset? Dicat quid meruit. Si enim me-
ruit esse peccatrix, aliquid iam peccauerat, vnde mere-
retur iterū esse peccatrix. Sed hæc fortassis obscura esse
videantur, aut obscura esse iactetur, cū sint apertissima:
Neque enim dicere debuit, quod anima meruerit pec-
catrix esse per carnem, cuius nec bonū nec malum me-
ritum reperire potuit ante carnem. Sed ad manife-
stiora veniamus. Dum enim magnis coartaretur angus-
tias, quomodo animæ originalis peccati vinculo tene-
antur obstrictæ, si nō ex illa trahunt originem quæ pri-
mā peccauit, sed eas puras ab omni contagione & pro-
pagatione peccati, peccatrici carni creator insufflat: ne
dicatur illi quod sic insufflando eas deus efficit reas, pri-
mo de præscientia dei hanc opinionem munire tenta-
uit, quod eis preparauerit redemptionem: In cuius red-
emptionis sacramento paruuli baptizantur, vt abluatur
originale peccatum quod de carne traxerunt, quasi fa-
cta sua deus emendet, quod eas infantes fecerat inqu-
nari. Sed posteaquam vetum est vt de illis loqueretur

G quibus tali non subuenitur auxilio, & antequam baptizentur, expirant: In hoc, inquit, loco non me quasi auctorem spondeo, sed aliquid de exemplo conicio. Habendam dicimus de infantibus istiusmodi rationem, qui praedestinari baptismi vitam praesentis, antequam renascantur in Christo, praeveniuntur occiduo. Legimus enim, inquit, de talibus scriptum, Raptus est, ne malitia mutaret illum intellectum, aut ne fictio deciperet animam eius: Propter hoc properavit de medio iniquitatis illum educere: Placita enim deo erat anima eius. Et consummatus in brevi, replevit tempora longa. Quis istum dedigneretur habere doctorem? Ergone parvuli quos plerumque voluit homines baptizari, & dum curritur, ante moriuntur, si retardarentur in ista paululum vita, ut baptizati continuo morentur, malitia mutaret intellectum illorum, & fictio deciperet animam eorum: & ne hoc eis contingeret, subventum illis est, ut ante raperentur quam baptizarentur: In ipso ergo baptismate mutarentur in peius, & fictio deciperetur, si post baptismum raperentur. O admiranda atque festanda [imò vero detestanda & execranda] doctrina. Sed hoc de vestra prudentia qui affuistis cum recitaret iste praesumpit, & de tua maxime ad quem scripsit, & cui recitatos libros tradidit, ut credituros vos esse consideret, & de non baptizatis infantibus esse scriptum, quod de omnium sanctorum immaturis aetatibus scriptum est: cum quibus male actum stulti arbitrantur, si de hac vita celeriter rapti fuerint, nec ad annos, quos homines pro magno diuino munere sibi exoptant, peruenire poterint. Quale est autem dicere, infantes praedestinatorum baptismi vitam praesentis antequam renascantur in Christo, occiduo praeveneri, velut aliqua vis fortunae, siue facti, siue cuiuslibet rei, non permittat deum quod praedestinavit implere: Et quomodo ipse illos rapit, quia placuerit ei? An eos ipse praedestinat baptizari, & ipse quod praedestinavit non finit fieri? Sed attende quid adhuc audeat, cui displicet in tanta huius profunditate quaestiones cautior quam scientior nostra cunctatio.

Aulim dicere, inquit, istos peruenire posse ad originalem indulgentiam peccatorum, non tamè vt cœlesti inducantur in regnum: sicut latroni confessio quidem, sed non baptizato, dominus non cœlorum regnum tribuit, sed paradisum, cum utique iam maneret, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: praecipue quia multas esse mansiones apud patrem suum dominus profertur, in quibus designatur merita multa & diversa mansionum, vt hic non baptizatus perducatur ad veniam, baptizatus ad palmam, quae est parata per gratiam. Cernis hominem, paradisum atque mansiones quae sunt apud patrem à regno separare cœlorum, vt etiam non baptizatis abundant loca sempiternae felicitatis. Nec videt cum ista dicit, ita se nolle baptizati cuiuspiam parvuli mansionem à cœlorum regno separare, vt ipsam dei patris domum, vel aliquas partes eius inde separare non timeat. Neque enim dominus in vniuersitate creaturae, vel in qualibet vniuersitatis parte, sed in domo patris mei, dixit, mansiones multae sunt. Quomodo ergo erit in dei patris domo non baptizatus, cum deum patrem habere non possit nisi renatus? Non sit ingratus deo, qui cum dignatus est à Donatistarum vel Rogatistarum diuisione liberare, vt ipsam domum dei patris quarat diuidere, & aliquam eius partem extra regnum cœlorum ponere, vbi non baptizati valeant habitare. Et quo pacto ipse regnum cœlorum se intraturum esse praesu-

mit, de quo regno in quanta vult parte, domum ipsius K regis excludit? Sed de latrone illo, qui iuxta dominum crucifixus speravit in dominum etiam crucifixum, & de fratre sanctae Perpetuae Dinocrate argumentatur, quod etiam non baptizatis dari possit indulgentia peccatorum, & sedes aliqua beatorum, quasi cuiusquam cui non credere nefas esset, huic indicauerit quod non fuerint baptizati. De quibus tamen in eo libro quem scripsi ad fratrem nostrum Renatum, plenius quid mihi videretur exposui, quod tua dilectio poterit nosse, si non spreueris legere. nam ille petenti non poterit denegare: astat tamen iste, atque horrendis suffocatur angustiis. Attentius enim fortasse quam tu quid mali dicat attendit, praeter Christi scilicet baptismum solui in parvulis originale peccatum. Denique vt aliquatenus in hac causa vel sero ad Ecclesiae sacramenta confugiat, pro his sane, inquit, oblationes assiduas, & offerenda iugiter sanctorum censo sacrificia sacerdotum. Habeto istum si placet etiam cœsores, si parum fuerat habere doctorem, vt sacrificium corporis Christi etiam pro his offeras, qui Christo non sunt incorporati. Rem quippe tam nouam atque à disciplina ecclesiastica & à regula veritatis alienam, cum libris suis auferret inferere, non ait, puto: non ait, existimo: non ait, arbitror: non ait saltem, suggero vel dico: sed, cœso: vt scilicet si offenderemur nouitate seu perueritate sententiae, terreremur auctoritate cœsuræ. Videris tu frater, quomodo sustinere possis ista docentem. Catholici tamen qui sanum sapiunt sacerdotes, quibus & te oportet adiungi, absint vt acquiescant istum audire censentem, quem potius optat respicientem, ac dolentem quod ista senserit, imò vero etià quod scripserit, correctione saluberrima poenitet. Sed hoc, inquit, exemplo Maccabæorum in praelio cadentium astruo faciendum, qui cum furtim de interdicitis auferrent, atque in ipso certamine cecidissent, à sacerdotibus, ait, inuenimus hoc in initum cõsiliu fuisse, vt quorũ animas ex vetito reatõ obstrinxerat, sacrificiorum oblatio repararet. Ita istud dicit quasi pro incircũcis illa oblata legerit sacrificia, sicut hæc nostra pro non baptizatis censuit offerenda. Circũciso quippe fuit illius temporis sacramentum, quod praefigurabat nostrum temporis baptismum. Veruntamen iste in sui cõparatione, qualis posterius apparuit, tolerabilius adhuc errat. M Nam velut poenituerit eum nõ quod debuit poenitere, id est, quod ausus fuerit asserere non baptizatis relaxari originale peccatum, atque indulgentiam dari omnium peccatorum, vt in paradisum, hoc est, locum tantae felicitatis mittantur, & beatas mansiones in domo patris habere mereantur, sed illud eũ potius poenituerit, quod eis minoris beatitudinis extra regnum cœlorum concesserit sedes, adiunxit atque ait: Aut si forte quispiam reluctetur, latronis animae vel Dinocratis interim temporarie collatum paradisum, iam superesse illis adhuc in resurrectione primum regni cœlorum, quanta sententia illa principalis obsistat, quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: tamen teneat etiam meum in hac parte non inuidens assensum, modo misericordiae praesentiaque diuinæ & effectũ amplifcet & affectum. Hæc verba in secundo eius libro lecta descripsi. Nunquid in hac causa erroris audaciam, temeritatem, praesumptionem habere quispiam posset ampliore? Ipse sententia dominicam recordatur, ipse commemorat, ipse suis literis interponit, ipse dicit, quanta sententia illa principalis obsistat, quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non

A non intrabit in regnum cœlorum: & audet tamen suae censuræ leuare ceruicem, cõtra sententiam principalẽ. Teneat, inquit, etiam meum non inuidens assensum, qui dicit animas non baptizatorum temporarie mereri paradisum. Propter has enim latronem atque Dinocratem, tanquam praescribendo vel potius praedecidendo commemorat: in resurrectione autem in meliora trãsserri, & regni cœlorum percipere primum, quãquam sententia, inquit, principalis obsistat. Iam ergo ipse cõsidera quãso te frater, quisquis cuiuspiam praebet assensum aduersus auctoritatem sententiae principalis, quam sententiam merebitur principis? Nouellos hæreticos Pelagianos iustissime conciliorum catholicorum, & sedis Apostolicæ dãnauit auctoritas, eo quod ausi fuerint nõ baptizatis parvulis dare quietis & salutis locum etiã praeter regnũ cœlorum. Quod ausi non fuissent, nisi negaret eos habere originale peccatum, quod opus esset absolui per baptismatis sacramentum. Iste autem sicut catholicus dicit parvulis originali obstricto esse peccato, & tamen eos ab huiusmodi vinculo sine lauacro regenerationis absoluit, & post mortẽ in paradisum misericors mittit, post resurrectionem vero etiã in regnũ cœlorum misericordior introducit. Talis sibi Saul misericors visus est, quãdo pepercit quẽ deus praecipit occidi. Sed merito inobediens misericordia, vel misericors in obediẽtia reprobata atque damnata est, vt caueat homo, ne ab illo misericordiam mereatur homo cõtra eius sententiam, à quo factus est homo. In tonat per os proprii corporis veritas, Si quis nõ fuerit renatus ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Atque vt ab hac sententia exceptos martyres faciat, quibus contigerit ante pro Christi nomine occidi, quã Christi baptismate dilui, dicit alio loco, Qui perdidit animã suam propter me, inueniet eam. Et ne cuiquam qui nõ renatus fuerit Christiana fidei lauacro, pmittatur peccati originalis abolitio, clamat Apostolus, Per vniõ delictum in omnes homines ad condemnationẽ. Contra quã condemnationem dominus vnum esse ostendens salutis auxilium, Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnationis. Cuius mysterium credulitatis in parvulis per eorum responsonem à quibus gestatur, impletur, ne si factum non fuerit, eant ex vno omnes in condemnationem. Et tamen contra tam manifestas voces quas concinit veritas, procedit in medium magis vecors quã misericors vanitas, & dicit, Non solũ non eunt in damnationem parvuli, & si nullum eos Christiana fidei lauacrũ à vinculo originalis peccati absoluat, verum etiã felicitate paradisi post mortẽ interim perfruuntur, post resurrectionem vero etiã regnũ cœlorum felicitatem possidebunt. Hæc iste contra catholicã fundatissimamque fidem nõ quid dicere auderet, si quaestione soluendam de animæ origine, vires suas excederet suscipere non auderet? Horrendis est enim coartatus angustiis ab eis qui dicunt, Cur deus animã tam iniusta animaduersione multauit, vti in corpore tam peccati re legare voluerit, eũ cõsortio carnis peccatrix esse incipit, quã peccatrix esse nõ potuit? Vtiq; enim dicunt, non potuit anima esse peccatrix, nisi eam deus misisset carnem cõsortio peccatrixis. Qua ergo iustitia id fecerit deus, eũ iste inuenire non posset, maxime propter aeternã damnationem morientiu parvulorum, quibus nõ baptizatis expiatum non fuerit originale peccatum: cur itaq; deus iustus & bonus, parvulorum animas quibus praesciuit nõ subuenturum Christiana gratia sacramentum, ab omni

noxa propaginis liberat, mittendo in corpus quod ex Adam trahitur, vinculo peccati originalis obstrinxerit, atque isto modo reas aeternae damnationis effecerit, cum inuenire non posset, nec vellet dicere etiam ipsas ex illa vna originem trahere peccatricem, maluit per naufragium miserabile exire, quã temerariũ cursum velis depositis, & remis suã disputationis inhiibitis, prouida deliberatione frangere. Vilit quippe iuueni senilis nostra cunctatio, quã huic molestissimã ac periculosissimã quaestioni magis fuerit impetõ eloquẽtia, quã cõsiliu prudentia necessarium. Et prauidit hoc etiam ipse, sed frustra. Nam hæc sibi velut ab aduersariis propositurus obiecta, ex hinc alia, inquit, substruuntur opprobria querulis murmurationibus oblatratum, & excusuli quasi quodam turbine, identidem inter immania saxa collidimur. His praedictis quaestione supra dictã scopulosissimã sibi proposuit, vbi à fide catholica naufragauit, nisi refecerit poenitendo quod fregit. Illũ ergo turbine atque illa saxa deuitas, nauem illis committere noluit. Et de hac re ita scripsi, vt rationem porius cunctationis meae, quã temeritatem praesumptionis ostenderem. Quod opusculum meum cum apud te inuenisset, irrisit, seq; illis cautibus animosiore impetu quã consultiore comisit. Sed quod cum praesidentia ista perduxerit, puto quod nõ videas. Vberius autem ago deo gratias, si & antea iam videbas. Cum enim nollet cohibere praecipitem cursum, propter ancipitem excursum, miserabilem inuenit incursum, asserens deum parvulis sine Christiana regeneratione defunctis, & modo paradisu, & postea regnum conferre cœlorum. Scripturarũ vero testimonia quacũque posuit, quibus animas deum non ex illius primae propagine attrahere, sed sicut ipsam primã suas quibusque singulis insufflare, velut probare conatus est, ita sunt, quod ad istã quaestione attinet, incerta & ambigua, vt etiam aliter accipi, quã ipse vult, facillime possint. Quod iam in eo libro quem scripsi ad amicum nostrum, cuius commemoratio nem superius feci, satis quantum existimo, demonstraui. Testimonia quippe ipsa quae adhibuit, vbi legitur de animas vel dare vel facere vel fingere: vnde illas det, vel vnde faciat siue fingat, nõ ostendunt vtrum ex propagine illius primae, an insufflando sicut ipsam primam. Iste autẽ ex coipso quod legitur animas deus dare, siue facere, siue fingere, iã putat animarum negatã esse propaginem, eũ deus eadem scriptura teste, etiam corpora faceret, siue faciat, siue fingat, quae tamẽ ab illo ex ppagine feminis dari, fieri, fingi nemo ambigit. Item quod scriptũ est, ex vno sanguine deum fecisse omne genus hominũ, vel quod ait Adam, Hoc nõ os ex osibus meis, & caro de carne mea: quia neque ibi dictum est, ex vna anima, neque hic, anima de anima mea, putat negari animas filiorum ex parentibus, vel illius mulieris ex viro: quasi vero si non ex vno sanguine, sed ex vna anima diceretur, aliud quã totõ homo intelligeretur, nec corporis propagatio negaretur: Sic etiã si dictũ esset, anima de anima mea: non vtiq; negaretur caro, quã de illo exemptam fuisse constabat. A parte enim totũ, sicut etiã à toto parte plerumque scriptura significat. Nã certẽ si non ex vno sanguine, sed ex vno homine, illo loco scriptũ esset: institutum esse genus humanum, vnde iste adhibuit testimoniũ, non praedecidat istis qui negant animarum propaginem, quãuis non sola anima nec sola caro, sed vtrumque sit homo. Responderent enim à toto partem, id est, ab homine solã hominis carnẽ, scripturã significare potuisse. Sic ergo & ij qui defendunt ani-

Sapient. 4.

Cap. XI.

L

Reg. 25.

Mat. 10.

Rom. 5.

Mat. 10.

Capit. X.

Lucæ 23.

Ioan. 3.

Ioan. 14.

Cap. XII.

Ioan. 3.

Ibidem.

non

Cap. XIII.

Acto. 17.

Gene. 2.

Garum propaginem, illud quod dictum est, ex vno sanguine, per sanguinem scilicet hominem, id est a parte totum significatum esse contendunt. Sicut enim videtur illos iuuare quod dictum est, ex vno sanguine, nec dictum est ex vno homine: sic videtur & istos iuuare quod dictum est, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: nec dictum est, in quo omnium caro peccauit. Itemque sicut illos videtur iuuare quod dictum est, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea: quia pars est dicta, non totum: sic iterum istos, quod ibi continuo sequitur, Hec vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Debuit enim dici, aiunt, quoniam de viro suo caro eius sumpta est: si non tota mulier, id est, cum anima, sed sola caro sumeretur ex viro. Porro autem utrisque auditis, qui sine studio partium iudicat, videt profecto, nec contra istos qui propaginem animarum defendunt, proferenda illa testimonia ubi pars nominatur, quia potuit scriptura significare illic a parte totum: sicut verbum caro factum est, cum legimus, non utique carnem solam, sed hominem totum intelligimus. Nec contra illos qui propaginem animarum destruunt, ista proferenda, ubi non pars hominis, sed totum commemoratur, quia potuit ibi scriptura a toto parte significare, sicut sepulchrum constituitur Christum, cum eius caro sola sepulta sit. Ac per hoc propaginem animarum nec temere astruendam, nec temere destruendam dicimus, sed admonemus alia testimonia esse querenda, quae non inueniantur ambigua.

Quamobrem quid te iste docuerit, & vnde gratias egetis, nodum scio. Manet quippe illa quaestio sicut erat, in qua quaeritur de animarum origine, utrum illas de propagine illius vnus quam primo insufflauit homini, an ex flatu suo sicut primo homini, det, faciat, fingat hominibus, quas cum dare, facere, fingere, fides Christiana non dubitat. Quam quaestionem iste cum soluere conaretur, nec vires suas intueretur, destruens animarum propaginem, & asserens eas puras ab omni contagione peccati, non de nihilo, sed de seipso insufflare creatorem, & naturam dei mutabilitatis opprobrio, quod necesse non fuerat, infamauit. Et dum vult reddere rationem, ne deus credatur iniustus si puras ab omni peccato animas, etiam illas quas Christiana regeneratione non redemit, vinculo peccati originalis innectit, ea dixit quae te nolo docuerit. Tantum enim salutis & felicitatis non baptizatis paruulis tribuit, quantum nec Pelagiana haeresis potuit. Et tamen de tot milibus paruulorum qui nascuntur ex impiis, & inter impios moriuntur, non quibus homines per baptismum cum velint, subuenire non possunt, sed de quibus baptizandis nemo potuit vel poterit cogitare, nec quisquam pro eis obtulit vel oblaturus est sacrificium; quod iste etiam pro non baptizandis censuit offerendum, quid diceret non inuenit. De quibus si fuerit interrogatus, eorum animae quid meruerint, ut illas deus nec abluendas baptismis, nec expiandas Christi corporis & sanguinis sacrificio, & in aeternum damnandas carni inferat peccatrici, aut omnino harebit, & ei nostra contestatio vel sero placebit, aut simul pro omnibus paruulis, qui toto orbe terrarum sine Christiano baptismo moriuntur, etiam eorum nominibus tacitis, quoniam nesciuntur in Ecclesia Christi, non incorporatis corpori Christi, offerendum corpus Christi esse censuit. Absit a te frater, ut hac tibi placeant, absit ut ista vel didicisse gaudeas, vel docere praesumas, alioquin longe melior inuenietur ipse quam

tu: quia in exordio primi sui libri modeste atque humiliter praelocutus est, dicens, Cum tibi parere desidero, notam praesumptionis incurri. Et paulo post, Quandoquidem, inquit, nec mihi ipse sum credulus, ea quae dixeris posse probari, studeamque semper etiam propria sententia non tueri, si improbabilis detegatur, & sit mihi cordi proprio iudicio dānato, meliora magis & quae sunt veriora seletari. Nam ut est optimi propositi laudandique consilij, facile ad veriora traduci, ita improbi obstinati iudicij est, nolle citius ad tramitem rationis inflecti. Hec quippe ille si veraciter dixit, atque ut locutus est sentit, magna profecto spei animum gerit. Item in fine libri secundi, Nec putes, inquit, ad inuidiam tuam forsitan reuocandum, quod in tua dictorum meorum constitutam potestatem iudicium. At ne forte cuiusquam curiosi lectoris obtutus, inter illitas fibras elementorum vestigia remanentia sollicitent & offendant, contextam paginae seriem pollice seuerō discerpe, meque huius censionis experte puni atramento quae indigna eloquia significauerunt, nec hac occasione & tuum erga me iudicium, quo mihi vehementer indulges, & meae quae latebant ineptiae rideantur. Isto igitur modo cum ille suos libros & initio praemuniuerit, & termino communiuerit, atque tuis humeris imposuerit onus religionis, correctionis & emendationis suae, hoc apud te inueniat quod petiuit, ut emendes eum iustus in misericordia, & arguas eum, oleum autem peccatoris quo impinguetur caput eius, absit a manibus atque oculis tuis, id est assentatio indecens adulantis, & deceptoriam lenitudinem blandientis. Quod si emendare negligis, cum videas emendandum, aduersus charitatem facis. Si autem tibi emendandus propterea non videtur, quia putas eum recte ita sensisse, aduersus veritatem sapis. Et ideo ille melior qui emendari est paratior, si non defuerit emendator, quam tu, si vel sciens irriterentem contempnis errantem, vel nesciens pariter sectaris errorem. Omnia itaque in eisdem libris ad te scriptis & tibi traditis sobrie vigilantique considera, & plura quam ego inuenies fortasse culpanda. Et quaecumque ibi sunt approbanda atque laudanda, si quid in eis reuera forsitan ignorabas, atque isto disserente didicisti, euidenter profiteri quid illud sit, ut de hoc te gratias egisse, non de his quae illic improbanda tam multa sunt, omnes nouerint, qui vel recitante illo tecum simul audierunt, vel eosdem postea libros legerunt, ne in eius ornato eloquio tanquam in precioso poculo te inuitante, & si non bibente, venenum hibant, si tu quid inde biberis, & quid non biberis nesciunt, & propter laudem tuam omnia illic bibenda salubriter arbitrantur. Quāuis & audire & legere, & quae dicta sunt haurire memoria, quid est nisi bibere? Sed praedixit dominus de fidelibus suis, quod & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Ac per hoc qui cum iudicio legunt, & secundum regulam fidei approbata approbant, & improbat improbanda, etiam si commendant memoriam quae improbanda dicuntur, nulla venenata sententiarum prauitate laeduntur. Hae me gravitate & religionem tuam, siue mutua, siue praeuia charitate monuisse vel comouisse minime penitebit, domino miserante, quomodo liber accipias quod tibi praerogandum putauit. Agā vero ei vberes gratias, de cuius misericordia saluberrimum est fidere, si ab his prauitatibus & erroribus quos ex libris huius hominis ostendere his literis potui, alienā atque integrā fidem tuam vel inuenierit Epistola ista, vel fecerit.

Libri Secundi finis

DIVI

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, Liber Tertius.



Vod mihi ad te scribendum putavi, hoc prius cogites fili dilectissime Victor, volo, si te contemnerem, nequaquam id me fuisse facturum. Nec deo, tamen humilitate nostra sic abutaris, ut propterea te existimes approbatum, quia cernis non fuisse contemptum. Non enim sequendum, sed corrigendum te diligo. Et quoniam nec corrigi posse despero, nolo mireris me contemnerem non posse quem diligo. Si enim te antequam nobis communicares, diligere debui ut esles catholicus, quanto magis te iam communicantem diligere debeo, ne sis nouus haereticus, & ut sis talis catholicus, cui resistere nullus possit haereticus. Quantum enim apparerit ex donis ingenij, quae iam tibi largitus est deus, profecto sapiens eris, si te non esse credideris: atque ut sis, ab illo qui facit sapientes, pie suppliciter, instantique poposceris, & malueris errore non decipi, quam errantium laudibus honorari.

Prius me in libris tuis titulus tui nominis pro te sollicitum reddidit. Cum enim quis esset Vincentius Victor, ab eis qui te nouerant, & forte aderat, requisissem, audiui te fuisse Donatistam, vel potius Rogatistam, nuper autem communicasse catholicis. Et cum gauderem tantum, quantum de his solemus quos ab illo errore liberatos esse cognoscimus, imo vero, etiam multo amplius, quod ingenium tuum quo delectabar, in literis tuis videbam non remansisse apud aduersarios veritatis: additum est a referentibus, quod me inter illa gaudia contristaret, ideo te cognominari voluisse Vincentium, quod Rogati successorem, qui hoc nomine appellatus est, adhuc tanquam magnum & sanctum virum animo teneas, & ob hoc illius nomen, tuum volueris esse cognomen. Nec defuerunt qui dicerent etiam hoc a te fuisse iactatum, quod ipse tibi necio qua visione apparuerit, atque ad hos conficiendos libros, de quibus tecum agere isto nostro opusculo institui, si adiuuerit dominus, ut ea tibi scribenda quantum ad res ipsas rationeque attinet, ipse dicitaret. Quod si verum est, iam te illa dicere potuisse non miror, quae si patienter auscultes admonitioni meae, & eos libros catholica mente consideres atque pertractes, te dixisse proculdubio poenitebit. Ille quippe qui se, sicut eum prodit Apostolus, transfiguratur in angelum lucis, in eo tibi est transfiguratus, quem tu fuisse vel esse tanquam lucis angelum credis. Et eo quidem modo minus ad decipiendos catholicos valet, quando se non in lucis angelos, sed in haereticos transfiguratur. Sed te ab eo falli iam catholicum nollem. Crucietur ergo te didicisse quae vera sunt, quanto magis latatus fuerat, se tibi persuasisse quae falsa sunt. Ut autem non diligas hominem mortuum, cuius dilectio tibi obesse potest, prodesse illi non potest: hoc breuiter intuearis admoneo, quod utique ille non est sanctus & iustus, si tu haereticorum Donatistarum vel Rogatistarum laqueos euasisti. Si autem illum sanctum & iustum arbitraris, tu communicatio catholice interesti. Profecto enim te catholicum fingis, si animo illud es, quod erat ille quem diligis. Et nostri quam terribiliter scriptum sit, quod spiritus sanctus discipline fugiet fictum. Si autem veraciter communicans, non te catholicum fingis, quid adhuc haereticum mortuum sic

diligis, ut eius velis te iactare adhuc nomine, cuius iam non teneris errore? Nolumus te habere tale cognomen, tanquam sis haereticum mortui monumentum. Nolumus talem titulum habere librum tuum, qualem falsum esse diceremus, si in eius sepulchro legeremus. Non enim Vincentium victorem scimus esse, sed victum, & vti nam fructuose, sicut te vinci volumus veritate. Assute autem putaris & callide, cum libros tuos quos credi cupis, illo tibi reuelate dictatos, appellas Vincentij Victoris, non tam Vincentium te quam illum vocari voluisse Victorem, vel ut tibi reuelando quae scriberes, uicisset errorem. Ut quid tibi ista fili? Esto potius verus, non fictus catholicus, ne te fugiat spiritus sanctus, & nihil tibi possit prodesse Vincentius, in quem se ad te falsum dum transfigurauit malignissimus spiritus. eius quippe sunt illa, qualibet tibi fraude persuasa. Quae si admonitis pia humilitate & catholica pace correxeris, errorem fuisse iudicabuntur studiosissimi iuuenis, emendari potius quam in eis remanere cupieris. Si autem pro eis tibi etiam contentionem, quod absit, persuaserit peritacae, iam tanquam haeretica dogmata cum suo necesse erit auctore damnari, cura scilicet pastorali & medicinali, priusquam per incautum vulgus serpare dira contagia, cum dilectionis non veritate sed nomine, salubris negligitur medicina.

Si quaeris quanam illa sint, poteris quidem legere mea scripta ad fratres nostros Renatum dei seruum, & presbyterum Petrum, ad quem tu eadem ipsa de quibus nunc agimus, scribenda existimasti, eius, ut asseris, voluntati petentis obtemperans. Dabunt enim tibi ut legas proculdubio si volueris, & ingerent etiam non petenti. Veruntamen etiam hic quae maxime in eisdem libris tuis, & in fide tua emendari cupiam, non tacebo. Primum est, quod animam non ita vis a deo esse factam, ut eam ex nihilo fecerit, sed ex semetipso. Vbi non putes esse consequens, ut natura sit dei, quia profecto quam sit impium & ipse cognoscis. Qua impietate ut careas, ita oportet ut dicas animae auctorem deum, ut ab illo facta sit, non de illo. Quod enim de illo est sicut vnigenitus filius, eiusdem naturae cuius & ille est. Ut autem anima eiusdem naturae non sit cuius est ille, facta est quidem ab illo, sed non de illo. Aut ergo dic vnde, aut fatere de nihilo. Quid est quod dicis eam particulam esse quandam huius naturae dei? Nunquid nam ipsum halitum naturae dei, cuius halitus est ista particula, negas eiusdem cuius deus est esse naturae? Si negas, ergo de nihilo & istum halitum fecit deus, cuius halitus animam vis esse particulam. Aut si non de nihilo, dic vnde illum fecerit deus? Si de seipso, ergo ipse est, quod absit, materies operis sui. Sed dicis, Cum de seipso halitum vel flatum facit, ipse integer manet, quati non & ignis lucernae integer maneat, cum de illa altera accenditur, & tamen eiusdem, non alterius sit naturae. Sed, inquis, cum a nobis vter inflatur, non aliqua portio nostrae naturae vel qualitatis infunditur, cum hoc ipso quo spiritu hausto vter impletus extenditur, sine aliqua nostri diminutione geratur. His verbis tuis adhuc addis & immoraris, & inculcas similitudinem quasi necessariam, qua intelligamus quomodo deus sine sua natura aliquo detrimento & de seipso animam faciat, & facta de ipso, non sit quod ipse. Dicis enim, Nunquid animae nostrae est portio vtris inflatio, aut homines fingimus, cum vtres inflammas, aut detrimentum nostri in aliquo patimur, cum status nostros in diuersa partimur? Sed nolum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, & manente in nobis plena status

G proprii qualitate & integra quantitate, nullum nos meminimus damnatum ex vris inflatione sentire. Ista similitudine quæ satis elegans & congruens tibi videtur, quantum fallaris, attende. Deum quippe dicis incorporeum, non de nihilo à se factam, sed de seipso animam sufflare corpoream, cum statum nos licet corporeum, subtiliorem tamen emittamus, quam nostra sint corpora, nec eum de anima nostra, sed de hoc aere per viscera corporis exhalamus. Pulmones namque animam, cuius nutum mouentur etiam cetera corporis membra, ad hunc aërem spiritum ducendum atque reddendum sicut folles mouet. Præter enim alimenta solida & fluxa, unde est cibus & potus, hoc tertium nobis deus alimentum circumfudit aurarum, quas ita carpimus, ut sine cibo & potu diu esse possimus: sine hoc autem alimento tertio, quod aera nobis quæ vndique circumstet, spirantibus & respirantibus exhibet, nec exiguo temporis spatio possimus viuere. Sicut autem cibus & potus non solum ingerendi, verumetiam per meatus ad hoc institutos egerendi sunt, ne utroque laedant, vel non intrando, vel non exundo: ita hoc tertium stabile alimentum, quia in nobis manere non sinitur, nec immorato corrumpitur, sed egeritur mox ut ingeritur: non alios, sed eandem meatus, id est, os, aut nares, aut vtrumque, & qua intraret, & qua exiret, accipit. In teipso tibi proba ipse quod dico: Emitte spiritum flando, & vide vtrum dures si non receperis. Recipere respirando, & vide quas patiaris angustias si non rursus emiseris. Hoc igitur facimus, quando vitem, sicut dicis, inflammas, quod facimus ut viamur. Nisi quod tunc paulo plus ducimus, ut paulo plus emittamus, ut spiritum stabilem, id est, ventum in vitem implendum & extendendum, non quiete spirandi & respirandi, sed anhelandi impetu coartemus. Quomodo ergo dicis, nullum patimur detrimentum, cum ex nobis aliquid transmittimus statum, & manente in nobis plena status proprii qualitate & integra quantitate, nullum nos meminimus damnatum ex vris inflatione sentire? Apparet te, fili, si aliquando vitem inflasti, non aduertisse quid egeris. Quod enim insufflando emittis, statim recipiendo non sentis. Sed potes hoc facillime discere, si hoc potius velis quam tua dicta, quia iam dicta sunt, non inflans vitem, sed inflatus ipse defendere, & auditores tuos quos veris rebus edificare debes, inani strepitu ventosi sermonis inflare. In hac causa non te ad magistrum mitto, sed ad teipsum. Emitte statum in vitem, & os claude continuo, nareque detine, & sic saltem senti verum esse quod dico. Cum enim coeperis angustias intolerabiles perpeti, quid cupies ore aperto naribusque recipere, si quando sufflasti, nihil te existimas amisisse? Vide in quo malo sis, nisi hauriendo resumas quod effundendo reddideras. Vide illa insufflatio qualia damna & detrimenta fecisset, nisi ea respiratio reparasset. Nisi enim quod impenderis ad vitem implendum, ad te itidem alendum aditu patefacto redierit, quid tibi non solum vnde illum inflare, sed vnde tu possis viuere remanebit? Hæc debuisti considerare cum scriberes, & non ista similitudine vtrium inflatorum vel inflandorum introducere nobis deum aut ex alia natura quæ iam erat, sicut nos ex isto circumfuso aere statum facimus, animas flare: aut certe quod abhorret ab ista similitudine, & abundat impietate, deum sine vilo quidem sui detrimento, sed tamen de sua natura mutabile aliquid vel præferre, vel quod est peius, tanquam sui operis materies ipse sit, facere. Ut ergo aliquam de nostro statu ad hæc rem adhibeamus similitudinem, id potius

est credendum, quod sicut nos non de natura nostra, quia omnipotentes non sumus, de isto aere circumfuso, quem trahimus & reddimus cum spiramus & respiramus, statum facimus quando sufflamus, nec viuentem nec sentientem, quantum nos viuamus atque sentiamus: ita deum non de sua natura, sed quia sic omnipotens est, ut possit creare quod vult, etiam ex eo quod omnino non est, id est, de nihilo statum facere posse viuentem atque sentientem, sed plane eum sit immutabilis ipse, mutabile facit. Quid autem tibi vult, quod huic similitudini addendum putasti exemplum de beato Helisæo, qui flando in eius faciem mortuum suscitauerit? Itane tu statum Helisæi fuisse putas animam pueri? Non vsque adeo te à vero exorbitare crediderim. Si ergo anima illa quæ viuenti ablata fuerat ut moreretur, eadem ipsa illi ut reuiuisceret reddita est: quid ad rem pertinet quod dixisti, nihil Helisæo fuisse diminutum, quasi ab illo aliquid transisset vnde viuere credatur, in pueri? Quod si propterea dictum est, quia flauit & integer mansit, quid opus erat, ut hoc de Helisæo mortuum resuscitante diceret, quod de quouis flante & neminem suscitante diceret nihilominus posset? Incaute sane locutus es, cum ablit ut credas statum Helisæi factum fuisse reuiuiscetis animam pueri, quod primum dei factum, ab illius Propheta factum hoc distare voluisti, quod ille semel, iste ter flauerit. Dixisti quippe Helisæum in faciem defuncti filij illius Sunamitidis, ad instar primæ originis insufflasse. Et cum emortua membra, inquis, in vigore pristinum redanimata, per halitum Prophete diuina virtus accenderet, nihil Helisæo fuerit imminutum, per cuius statum corpus emortuum redinuum animam reciperet & spiritum, nisi quod semel dominus in faciem hominis insufflauit & vixit, tertio Helisæus in faciem mortui aspirauit & reuixit. Sic sonant tua verba ista, quasi flandi tantum numerus interfuerit, ut non quod fecit deus, etiam Propheta fecisse credatur. Et hoc ergo emendandum est. Tam multum quippe interfuit inter illud opus dei, & hoc Helisæi, ut ille flauerit statum vitæ, quo fieret homo in animam viuentem: iste autem flauerit statum neque sentientem neque viuentem, sed aliquid significandi gratia figurantem. Denique ut puer iste reuiuisceret, non eum animando Propheta fecit, sed eum amando ut hoc deus faceret impetravit. Quod autem illum ter sufflasse dicis, aut memoria sicut fieri solet, aut mendositas codicis te fecellit. Quid plura? Non sunt tibi ad hoc astruendum aliqua exempla & argumenta querenda, sed potius emendanda & mutanda sententia. Noli ergo credere, noli dicere, noli docere, quod non de nihilo, sed de sua natura fecerit animam deus, si vis esse catholicus. Noli dicere, nec credere, nec docere, per infinitum tempus atque ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat, si vis esse catholicus. Erit enim tempus quando non dabit animas deus, cum tamen esse ipse non desinat. Poterat quidem sic accipi quod aisti, semper dat, ut intelligeretur sine cessatione dare, quoadiu homines generat & generantur, sicut dictum est de quibusdam. Semper discentes, & ad veritatis scientiam nunquam peruenientes. Non enim sic accipitur quod hic positum est semper, velut nunquam desinant discere, cum proculdubio non discant quando in hoc corpore destiterint viuere, vel cum coeperint supplicio gehænalis ignis ardere. Sed tu non permisisisti accipi verbum tuum, cum dixisti, semper dat, quandoquidem id ad infinitum tempus reuocandum putasti. Et parum hoc fuit. Sed tanquam quereretur abs te, ut a peritius explicares quomodo dixeris, semper dat, ad didisti atque dixisti,

A dixisti, Sicut semper est ipse qui dat. Hoc sana & catholica fides omnino cõdemnat. Absit enim ut credamus quod animas deus semper det, sicut semper est ipse qui dat. Sic enim semper est ipse, ut nunquam ipse esse desinat. Animas autem non semper dabit, sed eas finito generationis seculo, non iam nascentibus quibus danda sunt, proculdubio dare cessabit. Noli credere, nec dicere, nec docere, animam meritum aliquid perdidisse per carnem, tanquam boni meriti fuerit ante carnem, si vis esse catholicus. Nondum enim natos Apostolus nihil egisse dicit boni vel mali. Vnde ergo anima potuit ante carnem habere meritum bonum, ubi nihil egerat boni? An forte audebis eam dicere ante carnem bene vixisse, quam non potes ostendere vel fuisse? Quomodo ergo dicis, non vis animam ex carne peccati contrahere valetudinem, ad quam vicissim sanctificatione videas transire per carnem, ut per ipsam repararet statum, per quem perdidit meritum? Hæc dogmata quibus putatur anima ante carnem habuisse aliquod statum bonum & meritum bonum, si forte nescis, exceptis antiquis hæreticis, etiam recentius in Priscillianistis iam catholica damnauit Ecclesia. Noli credere, noli dicere, noli docere, animam per carnem reparare habitudine priscam, & per illam renasci, per quam meruerat inquinari, si vis esse catholicus. Ut enim omittam in eo quod dixisti, merito ergo per carnem, priscam reparat habitudine, quam visa fuerat paulisper amisisse per carnem, ut per eam incipiat renasci per quam meruerat inquinari, tam in proximo tu ipse tibi ipsi extitisti cõtrarius, ut homo qui paulo ante dixerat, animam per carnem reparare statum per quam perdidit meritum, ubi nullo modo potest nisi bonum meritum intelligi, quod vis utique per carnem in baptisate reparari: rursus eam dices inquinari meruisse per carnem, ubi iam non potest bonum, sed malum meritum intelligi. Ut ergo id omittam profus, vel bonum, vel malum meritum credere habuisse animam ante carnem, catholicum non est. Noli credere, nec dicere, nec docere, quod anima meruerit esse peccatrix ante omne peccatum, si vis esse catholicus. Valde enim malum meritum est, meruisse fieri peccatricem. Et utique tam malum meritum nullo modo habere potuit ante omne peccatum, præsertim priusquam veniret in carnem, quando meritum nec malum potuit habere, nec bonum. Quomodo igitur dicis, Anima itaque peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, neque in peccato remansit, cui Christo præfigurata in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit. Attende quid dicas, & desiste iam dicere, Quomodo enim meruit, & quomodo non potuit esse peccatrix? Quomodo, quæ te, peccatrix esse meruit, quæ male non vixit? Quomodo, quæ te, peccatrix facta est, quæ peccatrix esse non potuit? Aut si non potuit, ideo dicis, quia præter carnem non potuit: quomodo ergo meruit esse peccatrix, quo merito in carnem mitteretur, quandoquidem ante carnem non potuit esse peccatrix, vnde mali aliquid mereretur? Noli credere, noli dicere, noli docere, infantem antequam baptizetur morte præueto, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse catholicus. Exemplum enim quæ te fallit vel de latrone qui dominum esse confessus in cruce, vel de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris sententiam suffragantur. Latro quippe ille, quæuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrij cõfessione purgantur, tamē etiam vtrum non fuerit baptizatus ignoras. Nam ut mittam quod creditur, aqua simul cum sanguine exilien-

te de latere domini, iuxta cõfixus potuisse perfundi, atque huiusmodi sanctissimo baptisate dilui, quid si in carcere fuerat baptizatus, quod & post persecutionis tempore nonnulli clanculo impetrare potuerunt? Quid si & antequam teneretur? Neque enim propterea illi publicæ leges parcere poterant, quantum attinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus remissionem acceperat peccatorum. Quid si iam baptizatus in latrocinij facinus & crimen incurrerat: & non expers baptisatis, sed tanquam pœnitens accepit scelerum veniam quam baptizatus amisit, & quandoquidem pietas tam fidelis, & domino in animo eius, & nobis in eius verbis apparuit. Nam si eos de quibus non scriptum est vtrum fuerint baptizati, sine baptisate de hac vita recessisse contēdimus, ipsis calumniatur Apostolis, qui præter Apostolum Paulum quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod beato Petro dominus ait, Qui locus est, non indiget nisi ut pedes lauet: quid de aliis, de quibus vel tale nihil legitur dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Silea, de Philemone, de ipsis euangelistis Marco & Luca, de innumerabilibus cæteris, quos absit ut baptizatos esse dubitemus, quantum non legamus? Dinocrates autem septennis puer, in quibus annis pueri cõbaptizantur, iam symbolum reddunt, & pro se ipsi ad interrogata respondent; cur non tibi visus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre ad gentilium sacrilegia reuocari, & ob hoc fuisse in pœnis, de quibus sorore orate liberatus est, nescio. Neque enim & ipsum vel nunquam fuisse Christianum, vel catechumenum defunctum fuisse legitur: quanquam ipsa lectio non sit in eo canone scripturarum, vnde in huiusmodi questionibus testimonia proferenda sunt. Noli credere, nec dicere, nec docere, quos dominus prædestinauit ad baptisatum, prædestinationi eius eripi posse, & ante defungi quam in eis fuerit quod omnipotens prædestinauit impletum, si vis esse catholicus. Nescio enim quæ hic potestas cõtra potestatem dei casibus datur, quibus irruentibus quod ille prædestinauit fieri non sinatur. Hic error quanta erant voragine impietatis absorbeat, exaggerare non opus est, cum prudenter virum & corrigi paratum breuiter admonuisse sufficiat. Tua quippe ista sunt verba. Habenda dicimus, inquis, de infantibus istiusmodi rationem, qui prædestinati baptisate vitæ presentis antequam renascantur in Christo, præueniuntur occiduo. Ergone prædestinati baptisate vitæ presentis antequam ad eum perueniant, præueniuntur occiduo, & prædestinaret deus quod futurum non fuisse præsciuit? Aut hoc futurum fuisse nesciuit, ut eius aut prædestinatio frustraretur, aut præscientia falleretur? Vides quanta hinc dici possent, nisi quod paulo ante dixi tenerem, ut hinc te breuiter admonerem. Noli credere, nec dicere, nec docere, de infantibus qui priusquam renascantur in Christo, præueniuntur occiduo, scriptum esse, Raptus est ne malitia mutet intellectum illius, aut ne fictio decipiat animam eius, propter hoc properauit de medio iniquitatis illum educere. Placita enim erat deo anima eius, & consummatus in breui expleuit tempora longa: si vis esse catholicus. Hoc enim ad illos omnino non pertinet, sed ad eos potius qui baptizati & pie viuentes, diu non permittuntur hic viuere, non annis, sed sapientiæ gratia consummati. Iste vero error quo putatur hoc de parvulis, antequam baptizetur morientibus esse dictum, ipsi sacrosancto lauacro intolerabilem facit iniuriam, si parvulus qui baptizatus rapti poterat, propterea prius rapitur, ne malitia mutet illius intel-

lectum, aut ne fictio decipiat animam eius: quasi in eodem baptismo hac esse malitia credatur & fictio, qua in peius mutetur & decipiat, si non ante rapiatur. Deinde quoniam placita erat deo anima eius, properavit de medio iniquitatis illum educere, ita ut nec paululum remoraretur, ut quod in eo predestinavit, impleteret: sed contra suam predestinationem facere maluit, tanquam festinans, ne quod ei placuerat in non baptizato, exterminaretur in baptismo: tanquam moriturus infans ibi periret, quod currendum est cum illo ne pereat. Quis ergo hac verba scripta in libro sapientiae, de paruulis sine baptismo mortuis dicta esse crederet, diceret, scriberet, recitaret, si ea sicut oportuerat cogitaret? Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquas mansiones esse extra regnum dei, quas esse dominus dixit in domo patris sui, si vis esse catholicus. Non enim ait, sicut hoc testimonium ipse posuisti, multae mansiones sunt apud patrem meum. Quod si ita dixisset, non alibi essent intelligenda quam in domo patris eius. Sed aperte ait, In domo patris mei mansiones multae sunt. Quis itaque audeat aliquas partes domus dei separare a regno dei: ut cum reges terrae non tantum in domo sua, nec tantum in patria sua, sed longe lateque etiam trans mare regnare inveniatur, rex qui fecit caelum & terram, nec in tota domo sua regnare dicatur? Sed forte dicas, omnia quidem pertinere ad dei regnum, quia regnat in caelis, regnat in terris, in abyssis, in paradiso, in inferno. Vbi enim non regnat, cuius ubique summa potestas est: sed aliud esse regnum caelorum, quod fas non est accedere nisi lauacro regenerationis ablutos, propter dominicam veram fixamque sententiam: aliud autem esse regnum terrarum, vel aliarum creaturae partium, ubi possunt esse aliquae mansiones domus dei, quauis pertinentes ad regnum dei, non tamen ad regnum caelorum, ubi excellentius & beatius est regnum dei: ita fieri, ut nec aliqua domus dei partes atque mansiones, a regno dei nefarie separentur, & tamen non omnes in regno caelorum mansionibus praeparantur: atque in iis quae in regno caelorum non sunt, possint feliciter habitare, quibus eas etiam non baptizatis deus dare voluerit, ut in regno dei sint, quauis in regno caelorum quia baptizati non sunt, esse non possint. Hoc qui dicunt, videntur quidem sibi dicere aliquid, quia scripturas negligenter attendunt, & quomodo regnum dei dicatur, unde oramus dicentes, Adueniat regnum tuum: non intelligunt, quia regnum dei dicitur, ubi cum illo fidelis familia eius beate & sempiternae tota regnabit. Nam secundum potestatem quae illi super omnia est, etiam nunc ubique regnat. Quid ergo est quod oramus? ut veniat, nisi ut cum illo regnare mereamur? Sub eius autem potestate etiam illi erunt, qui poena aeterni ignis ardebunt. Nunquidnam ob hoc etiam ipsos in regno dei futuros dicturi sumus? Aliud est enim regni dei muneribus honorari, aliud regni dei legibus coerceri. Ut autem tibi manifestissime appareat, non esse regnum caelorum distribuendum baptizatis, & alias partes regni dei dandas quibus tibi visum est, non baptizatis: ipsum dominum audi, qui non ait, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu non potest intrare in regnum caelorum: sed non potest intrare in regnum dei. Nam verba eius de hac re ista sunt ad Nicodemum, Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Ecce non hic dixit, regnum caelorum: sed, dei. Et cum respondisset Nicodemus atque dixisset, Quomodo potest homo nasci cum senex sit? nunquid potest in

vetrem matris suae iterato introire, & renasci? Eandem K dominus sententiam planius apertiusque repetens, ait, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Ecce nec hic dixit regnum caelorum, sed regnum dei. Quod enim dixerat, Nisi quis natus fuerit denuo, hoc quid esset exposuit dicens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Et quod dixerat, non potest videre, hoc exposuit dicendo, non potest introire. Illud autem quod dixerat, regnum dei, non alio nomine repetiuit. Neque nunc opus est quaerere atque disserere, utrum regnum dei, regnumque caelorum cum aliqua differentia sit intelligendum: an res una sit duobus appellata nominibus. Sufficit quod non potest introire in regnum dei, qui non fuerit lauacro regenerationis ablutus. Mansiones autem aliquas constitutas in domo dei separare a regno dei, quam sit a veritate deum, puto quod iam intelligas. Et ideo quod putasti, in aliquibus mansionibus quas dominus multas esse dixit in domo patris sui, mansuros quosdam etiam non renatos ex aqua & spiritu, ut fides catholicam teneas, admono, si permittis, emendare non differas.

Noli credere, nec dicere, nec docere, sacrificium Christianorum pro iis qui non baptizati de corpore exierint offerendum, si vis esse catholicus: quia nec illud quod de Maccabaeorum libris commemorasti sacrificium Iudaeorum, pro eis qui non circumcisi de corpore exierunt, ostendis oblatum. In qua tua sententia tam noua, & contra Ecclesiae totius auctoritatem disciplinamque prolata, verbo etiam insolentissimo usus es, dicens, Pro his sane oblationes asiduas, & offerenda iugiter sanctorum censo sacrificia sacerdotum, ut te homo laicus sacerdotibus dei, nec discendo subderes, nec saltem simul quaerendo misceres, sed censendo preponeres. Aufer tibi ista fili: Non sic in via quam Christus humilis seipsum esse docuit, ambulatur. Nullus cum hoc tumore per angustam portam eius ingreditur. Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorum qui sine baptismo Christi ex hac vita emigraverint, interim non ire in regnum caelorum, sed in paradysum, postea vero in resurrectione mortuorum etiam ad regni caelorum beatitudinem peruenire, si vis esse catholicus. Hoc enim eis dare nec Pelagiana haeresis ausa est, quae opinatur paruulos non trahere originale peccatum. Quos tu quauis sicut catholicus cum peccato nasci fatearis, nescio quatenus peruersioris nouitate opinionis, sine baptismo salutari & ab hoc peccato cum quo nascitur absolui, & in regnum caelorum asseris introduci. Neque consideras in hac causa, quanto deterius sapias quam Pelagius. Ille quippe dominicam sententiam pertimescens, qua non baptizati in regnum caelorum non permittuntur intrare, licet eos quos ab omni peccato liberos credit, non illo audeat paruulos mittere. Tu vero sic contentus quod dictum est, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei: ut excepto errore quo audes a regno dei paradysum separare, quibusdam quos reos nasci sicut catholicus credis, sine baptismo mortuis, & illius reatus absolutionem, & regnum caelorum non dubites insuper polliceri: quasi contra Pelagium in originali peccato astruendo, tunc esse possis catholicus verus, si contra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia haereticus nouus. Nos te dilectissime, non sic volumus haereticorum esse victorem, ut error vineat errorem, & quod est peius, maior minor. Dicis enim, Aut si forte quispiam reluctetur, latronis animae vel Dinocratis interim temporarie collatum esse paradysum,

A disum, nam superesse illis adhuc in resurrectione praemium regni caelorum: quanquam sententia illa principalis obstat, quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum, tamen teneat etiam meum in hac parte non invidentis assensum, modo misericordiae praescientiaeque diuinae & effectum amplifcet, & affectum. Haec verba tua sunt, ubi te confiteris consentire dicenti, quibusdam non baptizatis sic temporarie collatum esse paradysum, ut superstit illis in resurrectione praemium regni caelorum, contra sententiam principalem qua constitutum est, non intraturum in illud regnum, qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Quam sententiam principalem times violare Pelagius, nec illos sine baptismo in regnum caelorum credidit intraturos, quos non credidit reos: Tu autem & originalis peccati reos paruulos confiteris, & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradysum mittis, & postea etiam regnum caelorum intrare permittis. Haec & huiusmodi, si & alia forsitan in tuis libris attentior & ociosior inuenire poteris, sine vlla dilatione iam corrige, si animu catholicum geris, id est, si veraciter prolatus es, dicens, quod tibi ipsi credulorum non sis ea probare posse quae dixeris, & quod semper studeas etiam propriam sententiam non tueri, si probabilis detegatur, & sit tibi cordi, proprio iudicio donato, meliora magis & quae sunt veriora sectari. Modo proba charissime, non te fallaciter ista dixisse, ut de tua indole, non solum ingeniosa, verum etiam pia, modesta, gaudeat catholica Ecclesia, non de contentiosa pertinacia haeretica exardescat insania. Nunc est ut ostendas quanta post haec bona verba quae tua commemorasti, sinceritate pectoris dixeris, quod continuo subiecisti. Nam ut est, inquis, optimi propositi, laudandique consilij facile ad veriora traduci, ita improbi obstinatique iudicij est, nolle citius ad tramitem rationis inflecti. Est igitur optimi propositi laudandique consilij, & facile ad veriora traducere. Nec sis improbi obstinatique iudicij, ut nolis citius ad tramitem rationis inflecti. Si enim haec liberaliter elocutus es, si non in labiis ista sonuisti, sed intus & germanitus in corde sensisti, in tuae correctionis tanto bono etiam moras odisti. Parum quippe tibi fuit dicere, improbi obstinatique esse iudicij, nolle ad tramitem rationis inflecti, nisi adderes citius: ut hinc ostenderes quam sit execrandus qui bonum nunquam facit, quando quidem qui tardius facit, tanta tibi videtur seueritate culpandus, ut merito improbi iudicij obstinatique dicatur. Audi ergo te ipsum, tuque potissimum & maxime eloquij tui fructibus utere, ut citius te ad rationis tramitem grauitate mentis inflectas, quam te inde minus erudite parumque consulte lubrico atatis auertes. Nimis longum est omnia quae in tuis libris, vel potius in teipso volo emendari, pertractare atque discutere, & saltem breuem tibi de singulis corrigendis reddere rationem. Nec ideo tamen te contempnas, ut arbitreris ingenium & eloquium tuum parui esse pendendum. Nec sanctorum scripturarum memoriam in te paruum esse cognoui, sed eruditio minor est, quam tanta indoli laborique coguebat. Itaque te nec amplius quam oportet tibi tribuendo vanescere volo, nec rursus te abiciendo ac desperando frigidescere. Vtinam tua scripta tecum legere possem, & colloquendo potius quam scribendo, quae sint emedanda monstrarem. Facilius hoc negotium perageretur nostra inter nos sermocinatione, quam literis. Quae si scribenda esset, multis volumi-

nibus indigeret. Verum ista capitalia, quae certo etiam numero comprehendere volui, instanter admono ne corrigere differas, & ea prorsus a fide & praedicatione tua facias aliena: ut quanta tibi facultas est disputandi, munere dei vtaris vtiliter ad aedificationem, non ad destructionem sanae salubrisque doctrinae. Sunt autem ista de quibus ut potui iam disserui, sed breuiter ea repetendo percurram. Vnum est, quod animam non ex nihilo, sed de seipso deum fecisse dixisti. Alterum, per infinitum tempus, atque ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat. Tertium, animam meritum aliquid perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem. Quartum, animam per carnem reparare habitudine priscam, & per eadem carnem renasci, per quam meruerat inquinari. Quintum, quod anima meruerit esse peccatrix ante omne peccatum. Sextum, infantes antequam baptizentur morte praeventos, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum. Septimum, quos dominus predestinavit ad baptismum, predestinationi eius eripi posse, & ante defungi quam in eis fuerit quod omnipotens predestinavit impletum. Octauum, & infantibus qui priuquam renascantur in Christo, praeventiuntur occiduo, scriptum esse, Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: & cetera quae in eadem sententiam in Sapientiae libro leguntur. Nonum, aliquas mansiones esse extra regnum dei, earum quas dominus esse dixit in domo patris sui. Decimum esse, sacrificium Christianorum pro eis qui non baptizati de corpore exierint, offerendum. Undecimum, aliquos eorum qui sine baptismo Christi ex hac vita emigraverint, interim non ire in regnum, sed in paradysum, postea vero in resurrectione mortuorum etiam ad regni caelorum beatitudinem peruenire. Haec interim vndecimum multum aperteque peruersa, & fidei catholicae aduersa, nunc iam nihil cum ceteris extirpare atque abicere ab animo, a verbo, a stylo tuo, si vis ut te non solum ad altaria transisse catholica, sed vere catholicum esse gaudeamus. Nam haec si pertinaciter singula defendantur, tot haereses facere possunt, quot opiniones esse numerantur. Quocirca considera quam sit hoc horrendum, ut omnes sint in vno homine, quae damnabiles essent in singulis singulae. Sed si tu pro eis nulla contentione pugnaueris, imo vero eas fidelibus verbis & literis expugnaueris, laudabilior eris censor in teipsum, quam si quemlibet alium recta ratione reprehenderis, & mirabilior eorum emendator, quam si nunquam illa sensisses. Absit dominus tuae menti, & tantam spiritui tuo spiritu suo facilitatem humilitatis, lucem veritatis, dulcedinem charitatis, pacem pietatis infundat, ut victor tui animi malis esse in veris, quam cuiuslibet contradictis in falsis. Absit autem ut te arbitreris haec opinando a fide catholica recessisse, quauis ea fidei sint aduersa catholicae, si coram deo cuius in nullius corde oculus fallitur, veraciter te dixisse respicis, non te tibi ipsi esse credulum, probari ea quae dixeris posse, ac studere te semper etiam propriam sententiam non tueri, si probabilis detegatur, eo quod sit tibi cordi, proprio damnato iudicio, meliora magis & quae sunt veriora sectari. Iste quippe animus etiam in dictis per ignorantiam non catholicis, ipsa est correctionis praemeditatione ac praeparatione catholicus. Sed iste sit modus huius voluminis, ubi requiescat paululum lector, ut ad ea quae sequuntur, eius intentio ab alio renouetur exordio.

G dicere, cur multi conentur discere ista, nec possunt, quia tardo, quod multum mirum est, impediuntur ingenio, ea discere ab aliis, quae aguntur ab eis ipsis, & in eis ipsis. Sed haec ipsa est maxima quaestio, cur arte non mihi opus sit, ut esse in caelo solem sciam, & lunam, & alia sidera, & arte mihi opus sit ut sciam quando digitum moueo, vnde incipiam, a corde, an a cerebro, an ab utroque, an a neutro. Et doctore non egeam ut sciam quid sit tam longe altius super me: ab alio autem homine discere expecte, vnde agatur a me quod agitur in me. Nam cum in corde cogitare dicamur, & quod cogitamus, nullo alio homine sciente sciamus, ipsum tamen cor ubi cogitamus, nescimus in qua parte corporis habeamus, nisi ab alio discamus qui nescit quod cogitamus. Nec ignoro cum audimus, ut ex toto corde diligamus deum, non hoc dici de illa particula carnis nostrae quae sub costis latet, sed de illa vi qua cogitationes fiunt. Quae merito appellatur hoc nomine, quia sicut motus non cessat in corde, vnde se pulsus diffundit vsquequaque venarum, ita non quiescimus aliquid cogitando versare. Verum tamen quem omnis sensus ab anima insit corpori, cur etiam in tenebris & oculis clausis, sensu corporis qui vocatur tactus, membra forinsecus nostra numeremus: ipsius autem animae interiore praesentia, qua cunctis quae vivificat atque animat praesto est, nulla intrinsecus nostra viscera noverimus, non medicos empiricos, nec anatomicos, nec dogmaticos, nec methodicos, sed homines scire arbitror neminem. Et quisquis fuerit conatus haec discere, non frustra ei dicitur, Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Neque enim altiora sunt quam potest nostra statura contingere, sed quam potest nostra coniectura comprehendere, & fortiora quam potest vis humani ingenij penetrare, & tamen non est caelum caeli, non dimensio syderum, non modus maris atque terrarum, non infernus inferior. Nos sumus qui nos comprehendere non valemus. Nos modulum scientiae nostrae altiores fortioresque superamus. Nos non possumus capere nos, & certe non sumus extra nos. Nec ideo comparandi pecoribus, quia id quod sumus non penitus invenimus: & comparandos nos pecoribus putas, si quod sumus oblitus sumus, si tamen id aliquando noneramus? Neque enim nunc anima mea trahitur ex parentibus, aut insufflatur a deo. Vtrumlibet horum fecerit, tunc fecit quando me creavit, non etiam nunc de me, vel in me facit. Actum illud atque tractatum est, nec praesens mihi est nec recens. Ne id quidem scio vtrum id scierim, oblitusque sum, an vero nec tunc quando factum est, id sentire ac nosse potuerim. Ecce modo dum sumus, dum vivimus, dum nos vivere scimus, de meminit nos, & intelligere & velle certissimi sumus, qui nos naturam nostram magnos cognitores esse iactamus, quid valeat memoria nostra, vel intelligentia, vel voluntas, omnino nescimus. Amicus quidam meus iam inde ab adolescentia, Simplicius nomine, homo excellentis mirabilisque memoriae, cum interrogatus esset a nobis, quos versus Virgilius in omnibus libris supra ultimos dixerit, continuo celeriter memoriterque respondit. Quaesivimus etiam superiores ut diceret, dixit. Et credimus cum nosse retrorsum recitare Virgilium. De quoque loco volumus petivimus ut faceret, fecit. Prosa etiam de quoque oratione Ciceronis, quam memoriae commendaverat, id cum facere volumus, quantum volumus sursum versus secutus est. Cum admiraremur, testatus est deum nescisse se hoc posse ante illud experimentum, ita quantum ad memoriam attinget, tunc se eius animus

didicit, & quoadcunq; discere nisi tetando & experientia non posset. Et utique antequam tetaret, idem ipse erat. Cur se igitur nesciebat? Sape nos praesumimus aliquid memoria retenturos, & cum id putamus, non scribimus: nec nobis postea cum volumus venit in mentem, nosque penitenter credidisse venturum, vel literis non illigasse ne fingeret: & subito rursus cum id non quaeramus, occurrit. Nunquid nos non erantius, quando id cogitabamus? Nec tamen hoc sumus quod fuimus, quando id cogitare non possumus. Quid est ergo quod nescimus? Quomodo subtrahimur negamurque nobis? Itaque nescio quomodo profertur ad nos, reddimurque nobis quasi alij sumus, & a libi sumus, quando quaerimus, nec invenimus quod in memoria nostra posuimus: neque nos ipsi ad nos ipsos veluti a libi positos pervenire possimus, & tunc perveniamus? quando invenimus. Vbi enim quaerimus nisi apud nos? Et quid quaerimus nisi nos? quasi non sumus in nobis, & aliquo modo recesserimus a nobis. Nonne attendis & exhorrescis tantam profunditatem? Et quid est hoc aliud quam nostra natura, nec qualis fuit, sed qualis nunc est? Et ecce magis quaeritur quam comprehenditur. Sape mihi propositam quaestionem putavi me intellexisse, si inde cogitarem. Cogitavi, nec potui. Sape non putavi, & tamen potui. Vires itaque intelligentiae meae non sunt mihi utique cognita, & credo quia nec tibi. Sed me contentis forsitan contentem, & propter hoc quoque pecoribus comparabis. Ego autem monere, vel si non dignaris, certe ad monere non desinam, ut agnoscas potius communem infirmitatem, in qua virtus periscitur, ne pro cognitis incognita praesumendo, ad veritatem pervenire non possis. Puto enim esse aliquid, quod & tu intelligere quaeris nec potes, nec tamen quaereres, nisi te posse sperares. Ac per hoc & tu vires intelligentiae tuae nescis, qui naturam tuam scientiam profiteris, nec mecum ignorantiam confiteris. Quid dicam de voluntate, ubi certe liberum a nobis praedicatur arbitrium: Nempe beatissimus Apostolus Petrus volebat pro domino animam ponere. Plane volebat. Neque enim deum id pollicendo falsebat, sed quatas vires haberet, voluntas ipsa nesciebat. Proinde vir tatus qui filium dei esse cognoverat, se latebat. Scimus nos itaque aliquid velle, seu nolle, sed voluntas nostra etiam cum bona est, quantum valeat, quantas vires habeat, quibus tentationibus cedat, quibus non cedat, si nos non fallimus, fili dilecte nescimus. Vide igitur quam multa non praeterita, sed praesentia de natura nostra, nec tantum quod ad corpus, verum etiam quod ad interiorem hominem pertinet ignoremus, nec tamen pecoribus comparemur. Et tu, quia praeteritam originem animae meae non omnino nescio, sed non plene scio, nam scio mihi datam esse a deo, nec tamen esse de deo, tanto me conuicio dignum putasti. Et quando possum de natura spiritus & animae nostrae commemorare omnia quae nescimus? Vbi potius exclamare debemus ad deum, quod ille exclamavit in Psalmo, Mirificata est scientia tua ex me, inualuit, non potero ad illam. Cur enim adiecit, ex me, nisi quia ex seipso quam incomprehensibilis esset dei scientia conuiciebat, quando quidem seipsum comprehendere non valebat? Rapiebatur Apostolus in tertium caelum, & au diebat ineffabilia verba quae non licet homini loqui, & vtrum in corpore hoc illi accidisset, an extra corpus, nescire se dicit, nec a te comparari pecoribus pertimescit. Sciebat se spiritus eius esse in tertio caelo, esse in paradiso, & vtrum esset in corpore nesciebat. Et utique tertium caelum & paradysum non erat ipse Apostolus? Paulus: corpus

vero

A vero ejus & anima atque spiritus eius ipse erat. Ecce sciebat magna, alta atque diuina quae ipse non erat, & hoc nesciebat quod ad naturam ipsius pertinebat. Quis in tanta occultarum rerum scientia, tantam sui ipsius ignorantiam non miretur? Quis postremo crederet, nisi qui non fallit, hoc diceret, Quid oremus sicut oportet nescimus: ubi esse nostra maxime debet intentio, ut nos in ea quae ante sunt extedamus: & messi in eis quae retro sunt, aliquid de mea origine oblitus sum, pecoribus comparas, cum audias eundem Apostolum dicentem, Quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu? An forte etiam hoc quia dixi, Quid oremus sicut oportet nescimus: irridendum me arbitraris, & irrationalibus similem animantibus iudicas? Et forte tolerabilis. Cum enim recto sanoque iudicio futura nostra praeteritis praeferam, & oratio nobis non propter quod sumus, sed propter quod erimus sit necessaria, multo est utique molestius nescire quid oremus, quam quoadmodum exorti fuerimus. Sed veniat tibi in mentem vbi hoc legeris, vel relegedum recole, & noli in me huius conuicij lapidem iacere, ne ad quem non vis, perveniat. Ille ipse quippe doctor gentium Apostolus dixit, Quid enim oremus sicut oportet, nescimus. Quod non tantum verbo docuit, sed suo quoque demonstravit exemplo. Nam contra vtilitatem & salutem suam perfectionem nesciens orabat, ut discederet ab eo stimulus carnis quae sibi datum dixit, ne magnitudine revelationum suarum extolleretur. Et quia illud dominus diligebat, non fecit quod ignorater petebat. Sed tamen ubi ait, Quid enim oremus sicut oportet nescimus: mox adiunxit, Sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis: id est, interpellare facit sanctos. Ille utique spiritus quae deus misit in corda nostra, clamantem abba pater, & in quo clamamus abba pater. vtrumque enim dictum: & accepisse nos spiritum clamantem abba pater, & in quo clamemus, abba pater, ut exponeretur quomodo dixit clamantem, hoc est clamare facientem, ut ipso faciente clamemus. Doceat ergo & hoc me quando voluerit, si hoc mihi expedire nouit, ut sciam vnde secundum animam originem ducam. Sed ille hoc me doceat spiritus qui altitudinem dei scrutatur, non homo qui spiritum nescit vnde vter inflatur. Absit tamen ut ego hinc te pecoribus comparem. Non enim hoc quia non poteris, sed quia non aduerteras, nesciebas. Verum tu fortasse quavis altiora sint, quae de animalium origine requiruntur, quam est vnde ducimus & reddimus flatum, tamen eadem altiora de scripturis sanctis te didicisse confidis, de quibus per fidem didicimus, quae nulla possent humana ingenia inuestigare. Nam longe utique praestantius est, nosse resurrecturam carnem, ac sine fine victuram, quam quicquid in ea medici scrutando discere potuerunt, quod in illo sensu anima percipit, cum praesentia sua vegetet cuncta quae nescit. Et longe est melius nosse animam, quae in Christo renata & renouata fuerit, in aeternum beatam futuram, quam quicquid de illius memoria, intelligentia, voluntate nescimus. Haec autem quae dixi praestantiora atque meliora, nullo modo nosse valeremus, nisi diuinis crederemus eloquiis. His ergo eloquiis fidere te fortassis existimas, ne de origine animalium sententiam definitam proferre cuncteris. Primum si ita esset, non ipsi humanae naturae tribuere debuisti, quod fecit homo de sua qualitate atque natura disquirere atque differere, sed

Tomus septimus.

dei munere. Dixisti enim, Quid differat homo a pecore. D si hoc nesciret: Quid igitur opus est aliquid legere ut hoc sciamus, si eo ipso quo a pecore distamus, iam hoc scire debemus? Sicut enim nihil mihi legis ut me vivere sciam, habet enim natura mea ut hoc nescire non possim, ita & si illud scire naturae est, cur mihi de hac re proferis quibus credam, testimonia scripturarum? Nunquid foli distant a pecore qui eas legunt? Nonne ita creati sumus ut distemus a pecoribus, & antequam ad aliquas literas pervenire possimus: Quid est quae so quod tantum naturae nostrae arrogas, ut eo ipso quod distat a pecore, iam norit de origine animalium disquirere atque differere: & rursus eam sic facis huius cognitionis experte, ut hoc scire humanitus nequeat, nisi diuinis testibus credat?

Deinde & in hoc falleris, Nam diuina testimonia quae ad istam quaestionem soluendam referre voluisti, non id aperiunt. Aliud est quod illa demonstrant, sine quo vere non possumus pie vivere, quod scilicet animalium nostrarum deum habeamus datorem, creatorem, formatorem. Sed quomodo id faciat, vtrum novas eas flando, an de parentibus trahendo, non expriment, nisi de illa vna, quam primo homini dedit. Lege diligenter quod scripsi ad fratrem nostrum dei seruum Renatum. Ibi enim quia id ostendi, non fuit necesse & hic scribere. Velles autem me definire quod ipse definisti, ut in tales angustias conruderer, in quales ipse conrusus, aduersus catholicam fidem tot & tanta locutus es, ut eas si fideliter atque humiliter recolas atque consideres, videas profecto quantum tibi profuisset, si scisses nescire quod nescis, & quantum tibi profuit si vel nunc scias. Nam si intelligentia tibi placet in natura hominis, quoniam reuera si eam non haberet, nihil quantum ad animas pertinet, a pecoribus distaremus, intellige quid non intelligas, ne totum non intelligas. Et noli despiciere hominem, qui ut veraciter intelligat quod non intelligit, hoc se non intelligere intelligit. Vnde autem dictum sit in sacro Psalmo, Homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est illis: Itege & intellige, ut hoc opprobrium humiliter potius ipse caueas, quam superbe alteri obicias. De his enim dictum est, qui istam vitam solum deputat vitam, secundum carnem viuentes, & post mortem nihil sperantes veluti pecora: non de his qui neque negant se scire quod sciunt, & contententur se nescire quod nesciunt, & potius intelligunt hanc infirmitatem suam, quam de sua virtute confidunt. Non itaque displiceat praesumptioni tuae iuuenili, meus senilis timor, si li. Ego enim si hoc quod de animalium origine quaerimus, nec deo nec aliquo spiritali homine docente scire potuero, paratior sum defendere, quam recte etiam hoc deus, sicut alia multa, nos scire noluerit: quam temere dicere quod aut ita sit obsecurum, ut hoc non solum ad aliorum intelligentiam perducere nequeam, sed nec ipse intelligam: aut certe etiam haereticos adiuuet, qui propterea persuadere conantur ab omni noxa puras esse animas paruulorum, ne scilicet eadem noxa in authorem deum recurrat & redeat, quod infontes animas quibus nec lavacrum regenerationis subuenitur esse praesciuit, dando carni peccatrici esse copulerit peccatrices, nulla baptismatis gratia subuentura, qua liberentur a damnatione perpetuas: quandoquidem innumerabiles animae infantum antequam baptizentur, de corporibus exeunt. Absit enim ut hoc volens diluere, dica quae ipse dixisti, quod anima per carnem meruerit inquinari & esse peccatrix, nullum habes ante peccatum, quo recte id meruisse dicatur. Et

K ij

Quod etiā sine baptismo originalia peccata soluantur. Et quod regnū quoque cœlorū nō baptizatis in finē tribuatur. Hęc atque huiusmodi venena fidei nisi timerē dicere, fortasse de hac re definire aliquid nō timerē. Quāto meli⁹ igitur nō separatim de anima disputo; & affirmo quod nescio: sed quod apertissime Apostolum video docuisse, simpliciter teneo, Ex vno homine omnes homines ire in condemnationē qui nascuntur ex Adā, nisi ita renascantur in Christo, sicut instituit vt renascatur antequā in corpore moriantur; quos prædestinavit ad æternā vitā misericordissim⁹ gratiæ largitor: qui est & illis quos prædestinavit ad æternā mortem, iustissimus supplicij retributor, non solū propter illa que volentes adiciūt, verum etiā si infantes nihil adiciāt præter originale peccatū. Hęc est in hac quæstione definitio mea, vt occulta opera dei habeāt suū secretū, salua fide mea.

Nūc iam quantū dominus donare dignatur, etiā ad illud de hoc respondere, vbi de anima loquēs, nomē meū iterasti atque dixisti, Non enim sicut Augustinus peritissimus Episcopus profitetur, incorporeā & eandē spiritū esse permittimus. Prius itaque vtrum anima incorporea,

sicut ego dixi, an corporea sicut tu, existimāda sit, disputemus. Deinde vtrum etiā ipsa secundū scripturas nostras dicatur spiritus, quāuis etiā proprie spiritus nuncupetur, non vniuersa, sed aliquid eius. Ac primū scire vellē, corpus quid esset definiās. Si enim nō est corpus nisi quod mēbris carnalibus constat, nec terra erit corpus, nec cœlū, nec lapis, nec aqua, nec sidera, nec si quid huiusmodi est. Si autē corpus est quicquid maioribus & minoribus suis partibus maiora & minora spacia locorum obtinentibus constat, corpora sunt etiā ista quæ commemoravi. Corpus est aer, corpus est lux ista visibilis, & omnia, sicut dicit Apostolus, corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed vtrum tale aliquid sit anima, scrupulosissime ac subtilissime quæritur. Veruntamē tu, vnde tibi maxime gratulor, deum corpus nō esse confirmas. Sed me rursus sollicitum facis vbi dicis, Si anima caret corpore, vt sit sicut quibusdam placet, cassā inanitatis aërea subtilissiq; substantia, his enim tuis verbis videris credere, omne quod caret corpore, inanis esse substantia. Quod si ita est, quomodo deū audes dicere carere corpore, nec times ne sequatur inanis eum esse substantia: Porro si & corpore caret deus, quod iam confessus es, & eum inanis esse substantia absit, nō dicas, nō ergo inanis substantia est, quicquid corpore caret. Et ideo qui incorporeā dicit esse animā, non est cōsequens vt eam velit videri inanis futilissq; substantia, quia & deum qui non est inane aliquid, simul incorporeū constiterit. Vides autem quātam inter sit inter id quod dico, & quod tu me existimas dicere. Ego enim nec aërea substantia animā dico, alioquin corpus esse confiteor, Aër enim corpus est secundum omnes qui de corporibus cum loquuntur, quid loquatur sciūt. Tu autē propter id quod incorporeā dixi animā, non solum cassē inanitatis, sed ob hoc aëream me putasti eam dixisse substantiam, cū & corpus eam nō esse dixerim quod est aër, & quod aëre impletur, inane esse nō possit, quod nec vtres tui te admonere potuerūt. Quid enim aliud in eos, nisi aër quādo infatur, ardetur: Qui vsque adeo inanes non sunt, vt eadē plenitudine etiā pōdera sufferāt. Quod si forte aliud tibi videtur esse status, aliud aër, cū aër motus ipse sit status, quod & stabello agitato doceri potest, certe vasa quælibet cōcaua que putas inania, vt plena esse cognoscas, ab ea parte qua implentur, deprime in aquam, & vide quod nihil humoris possit intrare repellente aëre

quo plena sunt. Cum autē ore sursum versus collocaueris, sicut ex latere, tunc recipiunt liquorem si quis infunditur vel ingreditur, exeunte atque euadente aëre, quā exitus patet. Hoc præsentī facilius posset demonstrari factō quā scripto. Sed non est hic diutius immorandū, cum siue intelligas aëris naturam esse corpoream, siue non intelligas, me tamen putare nō debes vel aëream dixisse animā, sed omnino incorpoream, Quod & tu esse confiteris deum, quem dicere non audes inane esse aliquid, sed negare non potes omnipotentis & immutabilis esse substantia. Cur ergo metuemus ne sit cassā inanitatis anima si sit incorporea, cum deum incorporeum fateamur esse, nec eum cassā inanitatis esse dicamus? Sic itaque potuit incorporeus deus incorpoream creare animā, quemadmodum viuēs viuentem, quāuis immutabilis mutabilem, & omnipotens longe imparē.

Cur autem animam nolis esse spiritum, sed corpus eam velis esse, non video. Si enim propterea spiritus nō est, quia distincte Apostolus nominavit spiritum, dicēs, Et integer spiritus vester, & anima & corpus: eadē causa est, cur ea non sit corpus, quia distincte nominavit & corpus. Si autē affirmas quod & anima corpus sit, quāuis distincte corpore nominato, permittit vt etiam spiritus sit, quāuis distincte spiritu nominato. Multo enim magis tibi debet videri anima spiritus esse quā corpus, quia spiritum & animā vnus fateris esse substantia: vnus autem substantia animā corpusq; esse nō dicis. Quo igitur pacto corpus est anima, cū eius & corporis sit diuersa natura: & spiritus non est anima, cum eius & spiritus sit vna eadēq; natura? Quid quod ista tua ratione etiā spiritum corpus esse cogere dicere? Alioquin si spiritus corpus nō est, & anima corpus est, non sunt spiritus & anima vnus eiusdemq; substantia. Tu autem vtrūque quāuis duo quādā sentias, vnam fateris habere substantiam. Ergo & spiritus corpus est, si anima corpus est, neque aliter possunt vnus eiusdemq; esse natura. Proinde secundum te, illud quod ait Apostolus, Spiritus vester & anima & corpus: tria sunt corpora, sed ex his duo, anima & spiritus, vni⁹ naturæ sunt corpora: corpus autem illud quod etiā dicitur caro, diuersa naturæ est. Et ex his trib⁹ vt opinaris corporibus, quorum vnum diuersa, duo vero sunt vnus eiusdemq; substantia, constat totus homo, vna quædam res, atque vna substantia. Ista cum asseras, nō vis tamen vt due res vnus eiusdemq; substantia, id est anima & spiritus, habeant vnum spiritus nomen: cum due res non vnus eiusdemq; sed imparis diuersaq; substantia, id est anima & corpus habeāt vnū, sicut putas, corporis nomen.

Sed hoc omitto, ne de nominibus inter nos sit potius controuersia, quā de rebus. quānam sit homo interior videamus, vtrum anima, an spiritus, an vtrumque. Sed sicut te scripsisse video, hominem interiorem animam dicis. De hac enim loquebaris cū diceres, Et gelante substantia quod comprehendere non poterat, effugeret corpus aliud intra corpus naturæ suæ vi & spiramine conglobatum, exindeque inciperet homo interior apparere, quē veluti in forma vaginæ corporalis inclusum, ad similitudinem sui delinavit exterioris hominis habitudo. Deinde inferis, status ergo dei animam fecit, imò status ex deo anima factus est, effigata substantialis, & secundum naturam suam corporea, & sui corporis similis, imaginique conformis. Post hæc incipiens loqui de spiritu, Hęc, inquis, anima que ex flatu dei haberet originem, sine sensu proprio atque intellectu intimo esse nō potuit, quod est spiritus, Sicut

A Sicut ergo video, interiorem hominem vis esse animā intimum, spiritum, tanquam & ipse interior sit anima, sicut illa corpori. Ita sit, vt quemadmodum corpus per interiora cōcaua sua recipit aliud corpus, quod est anima, sicut putas: sic & anima credēda sit habere interiora inania, quæ corpus tertiu receperit spiritū, atque ita totus homo cōstet ex tribus, exteriorē, interiorē, intimo. Itāne nondū respicis, quāta te absurdissima cōsequantur, cum animā conaris asseuerare corpoream? Deinde dic mihi, Quis eorum renouabitur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit illum? Interior, an intimus? Apostolus quidem præter interiorē & exteriorē nō video quod sciat alium interioris interiorē, id est, totius hominis intimum. Sed elige quem volueris, qui renouetur secundum imaginem dei, quomodo hanc recipiet, qui iam sumpsit exterioris imaginem? Si enim per membra exterioris cucurrit interior & gelauit, hoc enim etiam verbo vsus es, tanquam figmentum fusile fieret ex forma lutea, quæ de puluere facta est, quomodo eadem manente forma quæ impressa illi est vel expressa de corpore, potest reformari ad imaginem dei? An duas habebit imagines, à summo quidem dei, ab imo autem corporis, sicut in nummo dicitur caput & nauis? An forte dicis quod anima ceperit imaginem corporis, & spiritus capiat imaginem dei: tanquam illa contigua corpori, & ille sit deo, ac sic ad imaginem dei homo ille intimus, nō iste interior reformetur? Sed frustra hoc dicis. Nam & si homo ille intimus ita est per animam omnia mēbra diffusus, vt illa per corporis, iam etiam ipse per animam cepit imaginem corporis, sicut illa cum forma formauit, ac per hoc non habet vbi capiat imaginem dei, manente in se ista imagine corporis, nisi quemadmodum nūmus, vt dixi, aliter ex inferiori, aliter ex parte superiori formetur. Ad ista te absurda quādo de anima cogitas, carnalis cogitatio corporum velis nolis cōpellit. Sed deus, vt etiam ipse recitissime confiteris, non est corpus, quomodo igitur capiat eius imaginē corpus? Obsecro te frater vt nō confomeris huic seculo, sed reformeris in nouitate mētis tuæ, nec sapias secundum carnem, quoniam mors est.

Sed inquis, Si anima caret corpore, quid est quod apud inferos diues ille cognoscit? Certe, inquis, nouerat Lazarum, non nouerat Abraham. Vnde illi tanto ante tempore defuncti Abraham prouenit agnitione? Hęc dicēs, si agnitionem hominis non putas prouenire sine corporis forma, vt noueris te ipsum credo quod assidue speculum attendis, ne si fueris oblitus faciē tuam, non te possis agnoscere. Rogo te quem magis hominū nouit homo quā se ipsum, & cuius faciē potest videre minus quā suam? Quis autē potest cognoscere deum, quem tu quoque incorporeum esse nō dubitas, si præter corporis formam, sicut putas, non potest cognitio prouenire, id est si corpora possunt sola cognosci? Quis autē Christianus de tam magnis difficultatibus rebus disputans, animum in verba diuina tam negligenter intendat, vt dicat, si incorporea est anima, necesse est careat forma? Oblitus es te? formam legisse doctrinæ? Ergo corporea est forma doctrinæ? Oblitus es scriptum esse de Christo Iesu antequam hominem fuisset indutus, quod in forma dei erat? Quomodo ergo dicis, si incorporea est anima, necesse est careat forma, cum audias formam dei, quem non esse corporeum cōfiteris, & ita loqueris tanquam forma nisi in corporibus esse non possit? Dicis etiam cessare illic nomina, vbi non distinguitur forma, & nihil illic agere appellationem nominum, vbi nulla est designatio personarum. Hinc volēs D probare Abraham animam fuisse corpoream, quia dici potuit pater Abraham: Iam diximus etiam vbi corpus nullum est, esse formam. Si autem appellationem nominum nihil putas agere vbi non sunt corpora, numerata ista nomina quæ te: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, iōganimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia: & dic mihi vtrum res ipsas non agnoscas quarum ista sunt nomina, vel sic agnoscas vt aliqua lineamenta corporum videās: Ecce vt alia taceam, dic mihi quā figuram, quæ membra, quem colorem charitas habeat, quæ certe si ipse inanis non es, inane aliquid tibi videri non potest. Cuius auxilium imploratum est, inquis, corporeus utique visus est atque formatus. Audiant te homines, & nemo dei imploret auxilium, quia nemo eum potest videre corporeum. Denique dicis, Membra illic animæ describuntur, vt vere sit corpus: Et vis per oculum totum caput intelligi, quia dictus est leuasse oculos suos, per linguam fauces, per digitum manum; quia dictū est, Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti tui in aquam, vt refrigeret linguam meam. Tamen ne per membra eorum nomina de deo tibi corporeo præscribatur, dicis per hæc corporeas intelligēdas esse virtutes, quia deū rectissime defendis nō esse corporeū. Quid igitur causa est, cur nomina ista membrorum in deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? An verò quādo de creatura hæc dicuntur, proprie accipiendā sunt: quādo autem de creatore, tropice atque translate? Pēnas itaque corporeas daturus es nobis, quoniam nō creator, sed creatura, id est homo dicit, Si assumpsero pēnas meas sicut colūbas: Porro si propterea linguā habebat diues ille corpoream, quoniam dixit, refrigeret linguā meam: in nobis quoque adhuc in carne viuētibus manus habet ipsa lingua corporeas, quia scriptū est, Mors & vita in manibus linguæ. Puto etiam nō tibi videri vel esse creaturā, vel corpus esse peccatū. Cur ergo habet faciē? An non audis in Psalmo, Nō est pax ossibus meis à facie peccatorū meorum? Quod vero illum Abraham sinum existimas esse corporeum, & per ipsum asseris totū corpus eius agnosci, vereor ne in re tanta ioculariter atque irridenter, nō serio graueriq; agere credaris. Neque enim vsque adeo desperes, vt arbitraris corporeū sinū vnus hominis ferre tot animas, imò vt secūdū te loquar, ferre tot corpora bene meritō, quot illuc angeli sicut Lazarū perferunt. Nisi opinaris fortasse illam vnā animā solam ad eundē sinū peruenire meruisse. Si non iocaris, & errare pueriliter nō vis, sinū Abraham intellige, remotā sedem quietis atque secretā, vbi est Abraham. Et ideo Abraham dictam, non quod ipse tantū sit, sed quod ipse pater multarū gentium sit positus, quibus est ad imitandū fidei principatū propositus, sicut deū Abraham & deū Isaac & deū Iacob se deus vocari voluit, cum sit innumerabilis deus.

Neque hæc ita me disserere existimes, tāquam negem fieri posse, vt anima mortui sicut dormientis, in similitudine corporis sui sentiat seu bona seu mala: Nā & in somnis quado aliqua dura & molesta perpetimur, nō vtique sumus, & nisi euigilātibus nobis illa prætereāt, pēnas grauissimas pēdimus. Sed corpora esse credere, quibus hac atque illac quasi ferimur & volitamus in somnis, hominis est qui parum vigilanter de rebus talibus cogitauit. his quippe visorum imaginibus maxime anima probatur nō esse corporea: Nisi velis & illa corpora dicere, quæ præter nos ipsos tam multa videmus in somnis, cœlum, terram, mare, solem, lunam, stellas, fluuios,

Cap. XVI.

Exod. 3.

Gen. 37.

Luc. 16.

Cap. XVII.

Cap. XVIII.

Cap. XIX.

Cap. XX.

Cap. XXI.

Cap. XXII.

Cap. XXIII.

Cap. XXIV.

Cap. XXV.

Cap. XXVI.

Cap. XXVII.

Cap. XXVIII.

Cap. XXIX.

Cap. XXX.

Cap. XXXI.

Cap. XXXII.

Cap. XXXIII.

Cap. XXXIV.

Cap. XXXV.

Cap. XXXVI.

Cap. XXXVII.

Cap. XXXVIII.

Cap. XXXIX.

Cap. XL.

Cap. XLI.

Cap. XLII.

Cap. XLIII.

Cap. XLIV.

Cap. XLV.

Cap. XLVI.

Cap. XLVII.

Cap. XLVIII.

Cap. XLIX.

Cap. L.

Cap. LI.

Cap. LII.

Cap. LIII.

Cap. LIV.

Cap. LV.

Cap. LVI.

Cap. LVII.

Cap. LVIII.

Cap. LIX.

Cap. LX.

Cap. LXI.

Cap. LXII.

Cap. LXIII.

Cap. LXIV.

Cap. LXV.

Cap. LXVI.

Cap. LXVII.

Cap. LXVIII.

Cap. LXIX.

Cap. LXX.

Cap. LXXI.

Cap. LXXII.

Cap. LXXIII.

Cap. LXXIV.

Cap. LXXV.

Cap. LXXVI.

Cap. LXXVII.

Cap. LXXVIII.

Cap. LXXIX.

Cap. LXXX.

Cap. LXXXI.

Cap. LXXXII.

Cap. LXXXIII.

Cap. LXXXIV.

Cap. LXXXV.

Cap. LXXXVI.

Cap. LXXXVII.

Cap. LXXXVIII.

Cap. LXXXIX.

Cap. LXXXX.

Cap. LXXXXI.

Cap. LXXXXII.

Cap. LXXXXIII.

Cap. LXXXXIV.

Cap. LXXXXV.

Cap. LXXXXVI.

Cap. LXXXXVII.

Cap. LXXXXVIII.

Cap. LXXXXIX.

Cap. LXXXXX.

Cap. LXXXXXI.

Cap. LXXXXXII.

Cap. LXXXXXIII.

Cap. LXXXXXIV.

Cap. LXXXXXV.

Cap. LXXXXXVI.

Cap. LXXXXXVII.

Cap. LXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXIX.

Cap. LXXXXXX.

Cap. LXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

Cap. LXXXXXXXIX.

Cap. LXXXXXXXI.

Cap. LXXXXXXXII.

Cap. LXXXXXXXIII.

Cap. LXXXXXXXIV.

Cap. LXXXXXXXV.

Cap. LXXXXXXXVI.

Cap. LXXXXXXXVII.

Cap. LXXXXXXXVIII.

G montes, arbores, animalia. Hæc qui corpora esse credit, incredibiliter desipit. Sunt tamen corporibus omnino simillima: Ex hoc genere sunt etiã, quæ alia significantia diuinit? demõstrantur, siue in somnis, siue in ecclasi: Quæ vnde fiant, id est, quanam sit velut materies eorũ, quis indagare potest aut dicere? Proculdubio tamẽ spiritalis est, non corporalis. Namq; huiusmodi species velut corporum, non tamen corpora; & vigilantũ cogitatione formantur, & profunditate memoriæ continentur, & ex eius abditissimis sinibus nescio quo mirabili & ineffabili modo cum recordamur prodeunt, & quasi ante oculos prolata versantur. Tam multasigitur & tam magnas corporũ imagines, si anima corp? esset, capere cogitando vel memoria retinendo non posset. Secundũ tuam quippe definitionẽ, corporea substantia sua corpus hoc exterius nõ excedit. Qua igitur magnitudine, quæ nulla illi est, imagines tam magnorũ corporum & spaciõrũ atq; regionũ capit? Quid ergo mirũ si & ipsa sibi in sui corporis similitudine apparet & quam

H do sine corpore apparet? Neq; enĩ cũ suo corpore sibi apparet in somnis, & tamen in ea ipsa similitudine corporis sui, quasi per ignota loca & nota discurret, & læta sentit multa vel tristitia. Sed puto quod nec tu audeas dicere figuram illam corporis atq; membrorum, quam sibi habere videtur in somnis, verum corpus esse. Nam isto modo erit verus mons, quem sibi videtur ascendere: & corporea domus quã sibi videtur intrare, & arbor vera lignumq; verum habens corpus, sub qua sibi videtur iacere: & aqua vera quã sibi videtur haurire: & omnia in quibus quasi corporib? versatur, corpora erunt, si & ipsa corpus est, quæ simili imagine inter cuncta illa versatur.

De conscriptis visionibus martyrum dicendum est aliquid, quoniã tu etiam inde testimoniũ adhibendum putasti. Nẽpe sancta Perpetua visa sibi est in somnis cũ quodã Aegypto in virum cõuersa luctari. Quis autem dubitet in illa similitudine corporis, animã eius fuisse non corpus, quod vtiq; in suo fœmineo sexu manens, sopitis sensibus iacebat in stratis, quando anima eius in illa virilis corporis similitudine luctabat? Quid hic dicis? Verũm ne erat corpus illa viri similitudo, an nõ erat corpus, quauis haberet similitudinem corporis? Elige quid velis. Si corpus erat, cur non seruabat vagina suã formam? Neq; enim in illius fœminæ carne virilia repererat genitalia, vnde ita posset sese coartado, & vt tu loqueris, gelando formari. Deinde obsecro te cum corpus dormiẽtis adhuc viueret, quãdo eius anima luctabatur, in sua vagina erat, vtiq; omnibus membris viuẽtis inclusa, & in eius corpore suã formam de quo fuerat formata seruabat, nõdum quippe artus illos sicut fit in morte reliquerat, nõdum membra ex membris formata ex formantibus cogente vi mortis extraxerat: vnde igitur erat virile animæ corpus, in quo sibi luctari cum aduersario videbatur? Si autem non erat corpus, & tamẽ erat aliquid simile corporis, in quo sanẽ verus labor aut vera læticia sentirerur, iam ne tandem vides quemadmodum fieri possit, vt sit in anima similitudo quãdam corporis, nec ipsa sit corpus? Quid si tale aliquid apud inferos geritur, & in eis se non corporibus, sed corporum similitudinibus animæ cognoscunt? Cum enim tristitiam patimur quãuis in somnis, etiã membrorum corporeorum sit illa similitudo, non membra corporea, non est tamẽ pœnæ similitudo, sed pœnæ sic etiam vbi læta sentiuntur. Sed quoniam sancta Perpetua nõdum erat mortua, non vis hinc tibi forsasse præscribi, cũ valde ad rem pertinet, cuius esse na-

turã existimes illas similitudines corporũ quas habem? K i somnis, & tota causa ista finita sit, si eas & similes corporibus, & non esse corpora cõfiteris. Veruntamen Dinocrates frater eius mortuus erat, hunc vidit cum illo vulnere quod viuus habuit, & vnde est perductus ad mortem. Vbi est quod tãtis conatibus laborasti, cũ ageres de præcisione membrorũ, ne simul cõcidi anima putaretur? Ecce vulnus erat in anima Dinocratis, quod eã vi sua quando erat in eius corpore, exclusit è corpore. Quomodo ergo anima secundũ tuam opinionẽ quando membra corporis præciduntur, ab ictu se subtrahit, & in alias partes desando se colligit, ne aliqua pars eius vulnere corporis amputetur, etiã si dormienti atq; nescienti membrorũ aliquid præcidatur? Tantã quippe illi tribuisti vigilantia, vt etiã visis occupata somniorũ, si plaga irruerit ignorant, qua caro feriat, se illa prouidenter perniciterq; subducatur, ne possit feriri atq; vexari siue cõcidi: nec attẽdis homo prudẽs, quod si se anima inde subduceret, nec illa percussio sentiretur. Sed iure ni quod potueris, quid inde respõdeas, quomodo anima partes suas arripiat & recondat introrsus, ne vbi præciditur seu percutitur corporis membrũ, amputetur L & ipsa atq; vexetur. Dinocrate aspice, & dic cur eius anima nõ se subtraxerit ab eo corporis loco, qui mortifero vulnere vastabatur, ne in illa fieret quod in ei? facie tiã post mortẽ ipsius corporis appareret? An forte etiã tibi placet, vt istas potius similitudines corporũ quã corpora esse credamus, vt quomodo apparet quasi vulnus, quod nõ est vulnus: ita quod non est corpus, quasi corpus apparet? Nam si anima vulnerari potest ab eis qui vulnerat corpus, nihil ne metuendum est ne possit occidi ab eis qui occidit corpus? Quod dominus aperitissime fieri nõ posse testatur. Et tamẽ anima Dinocrate Math. 10. tis mori nõ potuit, vnde corp? eius est mortuũ: & quasi vulnerata visa est sicut corpus fuerat vulneratũ, quoniam corpus nõ erat, sed habebat i similitudine corporis etiã similitudinẽ vulneris. Porro autẽ si in non vero corpore vera miseria fuit anime, quæ significabatur adumbrato corporis vulnere, de qua sororis sanctæ orationibus meruit liberari, iã illud quale est dicere, quod anima formã de corpore accipiat, & cũ incrementõ corporis protẽdatur & crescat: Et nõ attẽdis q̃ monstruosa euadat anima iuuenis siue senis, si eius brachiũ præcidatur infantis. Cõtrahit enim se, vt dicis, animã man? ne ipsa etiã cum manu corporis amputetur, & in alias se partes corporis desando cõcludit. Ac per hoc illud animæ brachium q̃ breue corporis fuit vnde ceperat formã, tam breue seruabitur vbicunq; seruetur: quia perdidit formã cuius incrementõ posset pariter crescere. Exit ergo anima iuuenis aut senis, qui manũ cum esset parvus amisit, habẽs quidẽ duas manus, quia vna refugiens non est amputata cũ corpore, sed alterã iuuenilẽ vel senilem, alteram vero sicut primũ fuerat infantilẽ. Tales animas crede mihi, nõ forma corporis facit, sed erroris deformitas fingit. Non mihi videris ab isto errore posse crui, nisi deo adiuuante diligenter cõsideraueris visa somniantũ, & inde cognoueris esse quãsdã quæ nõ sint corpora, sed similitudines corporũ. Quãuis enim & ea quæ similia corporib? cogitam? ex eo genere sint, tamẽ quod ad mortuos attinet, aptior cõiectura de dormientibus ducitur. Neq; enim frustra eos qui mortui sunt, appellat sancta scriptura dormientes, nisi quia est quodãmodo cõsanguineus leti sopor. Proinde si anima corp? esset, & corporea esset figura in qua se videt in somnis, eo qd de corpore eius fuisset expressa, null? hominũ mēbro corporis

A corporis amputato, sicut eo caret, ita sine illo se videret in somnis, sed poti? semper integrum, eo quod anima ipsius nihil fuerit amputatum. Cum vero aliquando se integros videat, aliquãdo autẽ sicut sunt ex quacunque patre trũcatos, quid aliud ista res docet, nisi animã sicut aliarum rerum quas sentit in somnis, ita & corporis, modo sic, modo sic nõ veritatẽ, sed similitudinẽ gerere? Gaudiũ vero eius siue tristitia, delectatio vel offensio, siue sit in corporib?, siue in corporũ similitudinib?, vera est. Tu ipse nõne dixisti, vereq; dixisti, alimenta & vestimenta non esse animæ, sed corpori necessaria? Cur ergo aqua stillam desiderauit apud inferos diues? Cur Samuël sanctus post mortem, vt ipse quoq; cõmemorasti, solito vestimẽto vestitus apparuit? Nunquid ille ruinas animæ sicut carnis, per humoris alimentum reficere cupiebat? Nũquid iste de corpore vestit? exierat? Sed in illo vera erat molestia qua cruciabatur in anima, nõ tamen verũ corpus, cui quæreret alimenta. Et iste sicut potuit apparuit vestitus, vt nõ corpus esset, sed similitudinẽ corporis haberet & anima & habitus. Neq; enim se anima sicut in membra corporis, ita & in vestimenta porrigit & coartat, vt etiã inde formetur. Post mortem vero quã vim cognitionis corruptibilibus exonerata corporibus anime accipiat etiã non bonã, vt pariter malas, vel etiam bonas valeat interioribus sensibus intueri & cognoscere, siue in ipsis nõ corporib?, sed similitudinib? corporũ, siue in bonis aut in malis affectionibus mētis, in quibus nulla sunt quasi lineamẽta membrorũ, quibus valeat indagare? Vnde est & illud quod patrem Abrahamã diues ille cum in tormẽtis esset agnouit, cui figura corporis eius nõ erat nota: Cuius corporis similitudinẽ quauis incorporeã potuit anima retinere. Quis autẽ recte dicat se aliqũẽ hominẽ cognouisse, nisi in quantum potuit eius vitam volũtatẽq; cognoscere, quæ vtiq; moles nõ habet vel colores? Sic enim & nos ipsos certius quã ceteros nouim?, quia nobis cõscientia nostra nota est & voluntas. Quam plane videmus, & in ea tamen aliquã corporis similitudinem non videmus. Hanc in alio quauis præsentẽ nõ cernimus, etiam cuius absentis faciem nouimus, recolim?, cogitamus. Nostram vero faciẽ eo modo nosse, recolere, cogitare nõ possumus, & tamẽ nos ipsos nobis magis quã illud cognitũ verissime dicimus: Ita clarũ est, vbi sit potior hominis veriorq; notitia. Cum ergo aliud sit in anima, quo corpora vera sentimus, quod facim? quinq; sensibus corporis: aliud quo præter ipsos similia corporibus non corpora cernimus, vbi & nos ipsos non aliter quã similes corporibus cõtuemur: aliud quo nec corpora nec similitudines corporũ, sicut fidẽ, spem, charitatem, sine vllis colorib? & tumoribus eorumq; similitudinibus, certius sanẽ firmiusq; cõspicimus: vbi magis esse & quodãmodo familiarius habitare debemus, vbi renouari in agnitionẽ dei secundum imaginẽ eius qui creauit nos, nõne in hoc quod tertio loco posuisti? Ibi enĩ certe neq; vllũ sexum, neq; vllam sexus similitudinẽ gerimus. Nã illa masculina vel fœminina anima forma, membris virilibus muliebribusq; distincta, si nõ corporis similitudo sed corp? est, velis nolis est masculus, velis nolis est femina, quæcunq; aut masculus apparet aut femina. Sed tamen secundũ tuam opinionẽ & corpus est anima, & viuum corpus est, & habet mãmãs protrumidas & propendulas, & nõ habet barbã, & habet vuluam & genitalia quæ habent fœminæ corporis mēbra, & nõ est fœmina. Ergone nõ dicam vera cõstantius, & habet oclum, & habet linguã, & habet digitum, & ha-

Tomus septimus.

bet cetera similia corporis membra, & hæc tota est corporis similitudo, nõ corpus? Cũ ergo hoc quod ego dico, probet apud se quisq;, cum corpora imaginatur absentium, probet certe cum figuris & iã & alias suorũ recolit somniorum: à te autẽ huius monstri, vbi & verũ est & viuum est & fœmineũ corpus est, & fœmineus nõ est sexus, nullũ in natura rerum proferatur exemplum. Quod enim de phœnice loqueris, ad rem de qua agitur omnino non pertinet. Resurrectionẽ quippe illa significat corporũ, non sexum destruit animarũ, si tamen vt creditur, de sua morte renascitur. Sed arbitror quod tuũ sermonẽ parũ putaueris fore plausibile, si nõ multa de phœnice more adolescentiũ declamares. Nunquid enim sunt in eius corpore genitalia masculina, & nõ est masculus, vel fœminina, & non est fœmina? Tu autem attende quid dicas, quid astruere, quid persuadere coneris. Animã dicis per cuncta membra diffusam gelãdo riguisse, & à vertice vsq; ad ima vestigia, à medullis intimis vsq; ad superficiem cutis totam totius accepisse corporis formã, ac per hoc accepit in fœmineo corpore quicquid habet fœmineorũ viscerum fœminæ, & verum est hoc corpus, & hæc vera sunt membra, & tamẽ non est fœmina. Cur, obsecro te, in vero & viuõ corpore omnia sunt membra fœminea, & non est fœmina? In vero & viuõ corpore mēbra sunt masculina, & non est masculus? Quis ita credere, dicere, docere præsumat? An quia non generant animã? Ergo nec muli & mulæ sunt masculi & fœminæ? An quia nec concumbere poterat sine carnis corporibus animæ? Sed hoc aufertur & his qui castrantur. Et tamẽ cum eis adimatur & opus & motus, non adimitur sexus, figura quãtulacunq; masculinorum manete membrorum. Nemo vnquam masculum negauit eunuchum. Quid quod apud te animæ etiam eunuchorũ testes integros habent, & si cuiquã genitalia prorsus tota tollantur, tota in eius anima secundum opinionẽ tuam, & omnino integra permanebũt? Nouit enim se subtrahere, sicut dicis, cũ ea pars carnis cõperit execari, vt ea forma quæ inde sumpta est, quando illud vnde sumpta est amputat, nõ pereat, sed quãuis infusa gelauerit, motu tamen celerrimo rapiatur, & interius recondatur vt salua seruetur: & tamen non sit masculus apud inferos, masculinorũ genitalium secum auferens totũ, qui cum illa in corpore nõ haberet, masculus fuit propter eorũ solũ locũ. Falsa sunt hæc filii. si nõ vis vt sit in anima sexus, nõ sit & corpus. Nõ omnis similitudo corporis corp? est: Dormi & videbis: sed cũ euigilaueris, vigilatẽ discerne quod videris. In somnis enim tibi velut corporeus apparebis. Neq; id corpus tuũ, sed anima tua, nec verũ corpus, sed similitudo corporis erit. Iacebit enim corpus tuũ, ambulabit ipsa. Silebit lingua corporis tui, loquetur illa. Clausi erunt oculi tui, videbit illa. Et vtiq; viuẽtia iacebunt tui corporis membra, nõ mortua. Ac per hoc nõdũ extracta est velut de vagina sua, gelata illa forma sicut putas animæ tuæ, & in ea tamẽ tota atq; integra cernitur similitudo carnis tuæ. Ex hoc genere similitudinũ corporalium, quæ non corpora sicut corpora apparent, sunt omnia quæ sanctos libros legẽs in prophetis etiam visionibus nõ intelligis: Quibus significantur ea quæ geruntur in tẽporibus, vel præsentis, vel præteriti, vel futuro. Falleris autem in eis, nõ quia sunt ipsa fallacia, sed quia nõ ea sicut accipiẽda sunt accipis. Vbi enim visa sunt animæ martyrum, in eadẽ reuelatione visus est & agnus quasi occisus, habens cornua septem. Ibi equi, aliãq; animalia, sicut oportuit figurata. Ibi postremo & stellæ ceciderũt,

K iiii

G & cœlum plicatū est vt liber, nec tamen tunc concidit mundus. Ista itaq; omnia si sapienter accipimus, quāuis dicamus visa veracia, nō tamen vera dicimus corpora. Prolixioris autem sermonis est, de isto genere similitudinum corporaliū diligentissima disputatio, vtrum & angeli seu boni seu mali sic appareāt, quādo specie hominum vel quorumlibet corporū appareant: an habeant aliqua vera corpora, & in ipsorū potius veritate videātur: an vero in somnis vel in ecclasi in istis cernantur nō corporibus, sed similitudinibus corporum: vigilantibus autē vera cernenda, & si opus est, etiam tangenda ingerant corpora. Sed ista in hoc libro requirenda & pertractāda esse nō arbitror. Nunc de anima incorporea satis dictum sit. Quam si corporeā maus credere, prius tibi definiendum est quid sit corpus: ne forte cum de re ipsa inter nos constet, incassum de nomine laboremus. Quanta te tamē absurda secuta sint tale corpus in anima cogitantem, qualia sunt quæ ab omnibus eruditis corpora nuncupantur, id est, quæ per distantiam longitudinis, latitudinis, altitudinis, locorum occupant spacia, minora minoribus suis partibus, & maiora maioribus, puto quod iam prudenter aduertas. Restat ostendere quemadmodū quāuis & proprie dicatur spiritus, nō vniuersa anima, sed aliquid ipsius, sicut Apollolus dicit, Et integer spiritus vester, & anima & corpus: vel illud multo expressi in libro Iob: Absoluisti animā meam a spiritu meo: tamē & vniuersa anima appelletur hoc nomine, quāuis multo magis hæc quæstio nominū videatur esse, non rerum. Cum enim constet esse aliquid in anima, quod proprie spiritus nominetur, quo excepto proprie nominatur & anima, iam de rebus ipsis nulla contentio est: præsertim quid illud etiam ego dico proprie vocari spiritū, quod & tu dicis, id est, quo ratiocinamur & intelligimus, quando ita distincte ista dicitur, quæadmodum Apollolus ait, Et integer spiritus vester & anima & corpus. Hunc autē spiritum etiam mentē videtur appellare, cum dicit, Mentē seruo legi dei, carne autem legi peccati. Nam ipsa sententia est, Et caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē: vt quod ibi dicit mentem, hoc intelligatur hic spiritū dicere, non sicut existimas vniuersam mentē vocari, quæ constat ex anima & spiritu, quod vbi legeris nescio: mentē quippe nostram, nisi rationale & intellectuale nostrum dicere non solemus: ac per hoc quod ait idem Apollolus, Renouamini autē spiritu mentis vestræ: quid aliud dicit, nisi renouamini mente vestra? Sic enim spiritus mentis nihil est aliud quā mens, quomodo corpus carnis nihil aliud potest esse q̄ caro: nam & hoc scriptum est, In expoliatione corporis carnis: vbi carnem corpus carnis appellat. Dicit sanē & alio modo spiritū hominis, quē prorsus a mente discernit. Si enim orauerō lingua, inquit, spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa est. Verum nunc non de isto spiritu loquimur, qui a mente distinctus est. Habet iste suam eandemq; difficilem quæstionē: Multis enim modis atq; in diuersis significationibus scripturæ diuina spiritum nominant. Sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus: constat inter nos sic eum etiā proprie spiritum nuncupari, vt nō sit vniuersa anima, sed aliquid eius. Tamen animā etiam spiritum esse si propterea negas, quia eius intelligentia distincte dicitur spiritus, poteris negare vniuersum semē Iacob appellari Israel, quoniam excepto Iuda, etiā distincte appellatus est Israel in tribus decē, quæ in Samaria tunc fuerūt. Sed quid opus est hic diuinius immorari? Iam

nunc vnde facilius ostendamus, attende eam quæ anima est, etiam spiritum dici, cum audis vel legis domino moriente quod scriptū est, Et inclinatio capite tradidit spiritum. Ita vis intelligi, tanquam a parte significauerit totum, nō quod ea quæ anima est, possit & spiritus nuncupari. At ego vt possim expeditius probare quæ dico, te ipsum testem citius & cōmodius adhibebo. Sic enim spiritū definisti, vt pecora appareant nō spiritū, sed animam habere. Irrationalia quippe ideo dicuntur, quod vim non habeāt intelligentiæ atq; rationis. Vnde cum hominem ipsum admoneres suam nosse naturā, ita locutus es, Nam cum deus bonus nihil nō ratione cōdiderit, ipsumq; hominē animal rationale, intellectus capacem, rationis cōpotem, sensuq; viuacem, qui omnia rationis expertia prudētī ordinatione distribuat, procreauerit: his tuis verbis satis asseruisti, quod omnino verissimum est, hominem esse cōpotem rationis, atq; intelligentiæ capacem, quod vtiq; nō sunt animalia rationis expertia. Vnde & testimonio diuino eos qui nō intelligunt, pecoribus cōparasti, non vtiq; habentibus intellectum: quod & alio loco scriptū est, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. Quæ cum ita sint, attēde etiam quibus verbis spiritum definiis atq; descriperis, cum illum ab anima distinguere nitereris. Hęc anima, inquis, quæ ex flatu dei habet originem, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse nō potuit, quod est spiritus. Et paulopost, Et quāuis anima, inquis, animet corpus, tamen quod sentit, quod sapit, quod viget, spiritus sit necesse est. Itē paulopost, Aliud erit, inquis, anima, & aliud spiritus, sapientia & sensus anima. His verbis satis indicas quid esse spiritum hominis sentias, id est rationale nostrum, quo sentit atque intelligit anima: nō sicut sentit corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sententia. Hinc autē pecoribus sine dubitatione preponitur, eo quod sunt illa rationis expertia. Non habent itaq; spiritum pecora, id est intellectū, & rationis ac sapientiæ sensum, sed animam tantum. Nam & de illis dictum est, Producant aquæ repentiā animarū viuentiū, & producat terra animam viuētē. Vt ergo plenissime ac planissime noueris eam quæ anima est, more diuinorū eloquiorum etiā spiritū dici, appellatur pecoris spiritus. Et vtiq; non habent pecora illum spiritū, quē tua dilectio discernēs ab anima definiuit. Vnde manifestum est, quod generali vocabulo anima pecoris recte potuit sic vocari: sicut legitur in libro Ecclesiasticæ, Quis scit spiritus filiorū hominis si ascēdat ipse sursum, & spiritus pecoris si descēdat ipse deorsum in terrā? Itemq; in diluuii vastitate ita scriptum est, Et mortua est omnis caro quæ mouebatur super terram, volatiliū, pecorum & iumentorum, & ferarū, & omnis serpens quī mouetur super terram, & omnis homo, & omnia quæcunq; habēt spiritum vitæ. Vbi remotis omnib; dubitationis ambagibus, generale nomen animæ esse intelligimus spiritū. Cuius quidē nominis significatio tam late patet, vt etiā deus vocetur spiritus. Et iste status æreus quāuis sit corporeus, appellatur in Psalmo spiritus tempestatis. Quapropter & eam quæ anima est, etiā spiritum nuncupari puto, quod admonitus his quæ cōmemorauī diuinarū testimoniis paginarum, vbi & anima pecoris, cui nō est intellectus, appellata legitur spiritus, non negabis vltterius. Quocirca si & illa quæ de anima incorporea disputata sunt, capis & sapis, non est vnde tibi displiceam, quod eam me scire dixi non corpus esse, sed spiritum: quia & corpus non esse monstratur, & generali nomine spiritus nuncupatur

Cap. XXI.
1. Thess. 5.
Ibidem.
Roman. 7.
Galat. 5.
Ephes. 4.
Coloss. 2.
1. Corin. 14.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
EPISCOPI LIBER DE
Prædestinatione & gratia, qui intulatur de voluntate dei.



Q V M in sacris voluminibus literarum, seu futurorum quid Prophetico spiritu prænunciantibus, seu præteritorum historica veritate narrantibus, seu vitæ monita Apostolica autoritate tradentibus, aliqua veluti diuersum sonante sententia vel mouetur lector, vel sollicitatur auditor, certa & inconcussa fide cognitum teneri debet, vnus atque eiusdem spiritus, & eius præter quem nihil est veritatis, apertius alibi, paulo occultius alibi sonare mysteria. Ac proinde si quid beculta significatione suspensum, aut a conscribente breuiter indicatum, minusque quā humani cordis obtusio poscebat, expositum est, hic lucidi apparere, ibi altius latere, nusquam deesse nouerit veritatem. Quod si etiam præ magnitudine rei de qua quaritur, nō facile intellectus sensibus quærentis occurrit, maxime si de incommutabili voluntate omnipotentis dei diuersum sonet canonicæ autoritatis vtraque sententia: ita illa omnia ad pietatis regulam dirigenda sunt, vt nec iniustum deū esse, nec merita singulorum confusa quadam personarum acceptione taxantem, nec infirmum, vt quicquid voluerit non valuerit explicare, inconcussa definitiōne teneatur.

Sub huius igitur definitionis iugo, ne in sacrilegā temeritatem male libera colla luxuriēt, quæstionis huius quantum deo donante possumus, occulta memoremus: quam beatus Apollolus Paulus diuersis in locis, non parū discrepantibus verbis studiosis proponit scrutatoribus, eiq; per ipsam loquitur veritatem. Sententiam siquidem in dei gratia præcedente, latissima & robustissima disputatione confectam ita concludens, ait, Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quam in alia Epistola de diuina beneuolētia ipse sic dicat, Qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Occurrit enim, quur peccat ex his aliqui, quum omnipotēs deus omnes homines saluos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire: deinde quur rursus induret alios, miseretur aliorum, aut quomodo omnes saluos fieri velit homines, quum ipse nonnullos ne saluetur induret. Hoc quantū ad humanā iustitiā videtur iniustū. Sed quis ita desipiat, vel potius quis ita blasphemet, vt dicat de iustitia dei, lege humanæ iustitiæ disputandū: quæ profecto si iustitiæ dei aduersatur, iniusta est. Ab illo enim qui summe iustus est, omne quod qualitercunq; iustū est, manare manifestum est. Quis ergo erit qui incommutabiliter manentem, & omnia quæ sunt condentem, regentem atque seruātem dei sapientiam, pendat humanæ sapientiæ arbitrio? De qua idem Apollolus dicit, Quia sapientia carnis inimica est deo. Et alibi, Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Non est ergo de illa maiestate diuina sapientiæ, humanæ vanitatis arbitrio disputandum. Si quis autem peccata sua ita nutriendo, figura vel vmbra vel typo superbia blādiente decipitur, vt dicat, quod nonnullos esse dicturos statim vidit beatus Paulus Apollolus.

Cap. II.
Roman. 9.
1. Tim. 2.
F
Roman. 8.
1. Corin. 3.
Cap. III.
Rom. 6.

C XXIII. nuncupatur. Quamobrem si nostros ad te libros impensa dilectione conscriptos, repensa dilectione sumis & legis: si in principio primi tui libri audis & te ipsum, & studes, sicut dixisti, tuam sententiam non tueri, si improbabilis detegatur: illa præcipue vndecim caue, de quibus te in libro superiore cōmouī. Ne animā sic dicas ex deo, vt eam nō de nulla, nec de alia, sed de sua natura creauerit: aut quod per infinitum tempus, atque ita semper animas det, sicut semper est ipse qui dat. Aut animā meritum aliquod perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem: Aut animā per carnem reparare habitudinem priscam, perq; ipsam carnem renasci, per quam meruerat inquinari: Aut quod anima ante omne peccatum meruerit esse peccatrix: Aut infantes sine regeneratione baptismatis mortuos, ad indulgentiā peruenire originalū peccatorum: Aut quos dominus prædestinavit ad baptismū, prædestinationi eius eripi posse, & ante defungi. Quam in eis quod omnipotens prædestinavit impleri. Aut de his qui priusquam baptizentur expirant, dictum esse quod scriptum est, Raptus est ne malitia mutaret illius intellectum, atq; ad hunc sensum cætera pertinentia: Aut earum aliquas mansiones extra regnū dei esse, quas multas dixi in domo patris sui dominus esse: Aut sacrificium corporis & sanguinis Christi, pro his qui non baptizati de corpore exierint offerendum: Aut aliquos eorū qui sine baptisate Christi moriuntur, in paradysum interim recipi, ac postmodū & regni celorum beatitudinem cōsequi. Hęc præcipue caue fili: nec cognominari Vincētius delecteris, si vis esse victor erroris. Nec te quādo aliquid nescis existimes scire, sed vt scias discere nescire. Neq; enī aliquid in occultis dei operibus ignorando, sed temere incognita pro cognitis astruēdo, & falsa pro veris proferendo ac defendendo peccatur. Ignorantiam vero meam, vtrum animā hominum nouæ fiant, an de parentibus, quas tamen a creatore deo non de ipsius substantia fieri dubitare fas non est, aut non debere reprehendi, aut ab eo debere a quo potest docente auferri: & habere in se animas corporū similitudines incorporeas, ipsas autē non esse corpora: & salua distinctione animæ & spiritus, etiam vniuersaliter animā spiritum nūcupari, puto quod persuaserim charitati tuæ. Si autē persuadere non potui, vtrum tamen ea dixerim quæ persuadere debuerim, qui legent potius iudicabunt. Si qua sanē alia quæ plurima in tuis libris emendanda mihi videntur, scire forte desideras, venire tibi non sit onerosum, non tantquam discipulo ad magistrum, sed primario ad grandæuum, forti ad infirmum. Et si enim nō eos edere debuisti, maiore tamen & veriore gloria quisq; correctus sua confessione reprehenditur, quā cuiuslibet errātis ore laudatur. Quāuis in eorundem recitatione librorum auditores & laudatores tuos non omnes ista quæ sana doctrina improbat, vel ante sensisse, vel ad ea tibi cōsensisse crediderim: sed acie mentis, ipso tuæ recitationis impetu cursuq; perscricta, hæc parum aduertere potuisti: aut certe etiam illos qui aduertere potuerunt, nō in te rerum liquidissimam veritatem, sed verbōrū affluentia, & ingenij facultate indolemq; laudasse. Plerunque enim laudatur, prædicatur & amatur eloquium in spe iuuenis, & si nondū habeat maturitatem fidemq; doctoris. Quapropter vt & tu recte sapias, & alios nō tantummodo delectare possis, verum etiam ædificare quod loqueris, curā te oportet gerere de sermonibus tuis, remotis plausibus alienis, Libri Quarti & vltimi finis.

Errores Vincentij
CXXIII.
CXXIII.
CXXIII.
CXXIII.

G Subiunxit enim, dicit aliquis, Si cuius vult miseretur & quae vult indurat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Nouerit hac plus nos ad humilitatem ac pietatem cogi atque arctari sententia. Quum enim totum ad deum referens, humanis viribus neget doctor amplissimus, quid aliud quam ut in deum toto corde suspens, ab eo salutis auxilia postulemus, hortatur? Quem ergo mouet haec in diuinae gratiae dispensatione diuersitas, & iniustum putat, negari alteri quod alter acceperit, intelligat quemadmodum diuinitus dixerit Psalmista, Vniuersae viae domini misericordia & veritas: atque agnoscat tali deum agitare et res humanas iudicio, ut debitas poenas aut iuste reddat, aut misericorditer donec. Vitiatur enim radice macula, ita propaginis traduce per generationum sarmenta diffusa est, ut nec infans quidem vnus diei a culpa sit primae praerogationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quod si nec hic quidem sine peccato est, qui proprium habere non potuit, conficitur ut illum traxerit alienum, de quo Apostolus dicit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Quod qui negat, negat profecto primum nos esse mortales. Si enim, ut dicit Apostolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: mors intrare non potuit, nisi intrante peccato. Et quoniam mors non naturae conditio, sed poena peccati est, sequatur necesse est poena peccati. Quia vero in omnes homines mors pertransiit, in omnes necesse est pertransisse peccatum. Peccatum quomodo cum paruulis originale nascatur, carnis oculis videre non possumus: Quia vero omnes ex Adam carnaliter natos, & si illi iam etiam qui in Christo renati sunt, videmus mortis lege costringi: per hoc quod videmus semper paruulos mori, cogimur confiteri semper paruulos, nasci cum peccato originali. Facilius enim fieri posset, ut quauis transeunte peccato, poena minime sequeretur, quam ut nulla communicatione peccati partem sumat poenae, qui non habet culpam. Si ergo, ut apparuit, de praerogationis semine omnes nascimur debitores, quoniam in ipso omnes, ut ait Apostolus, peccauerunt, & ipsa iam in principio vnde descendimus, massa damnata est, nullus de duritia sua, nullus de poena sua conqueri audeat, quae etiam non existentibus peccatis propriis, sola nascendi conditione debetur. Quod vero deus aliis gratuita vocatione conuenit, misericordiam largitur indebitam, non ad dispensatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, veritatis ratione referendum. An audebit debitor creditor iniquitatis arguere, si alteri donans, ab eo quod debebat exegerit? Si ergo inter contractus hominum, nullus ex hoc praerogationis locus est, ut a se dicat debitor iniuste exigi, quia scit alteri debitori ab eodem quod debebat creditore donatum, quis in tantam insaniam profanae vocis erumpat, ut iniustitiam deum arguat, si vni indebitam donauerit gratiam, alteri reddiderit debitam poenam? Itaque ex superiori huius parte sententiae, quae dicit, Cuius vult miseretur: puto quod nullus nisi indignus misericordia audeat disputare. Quod vero sequitur, Quem vult indurat: ibi paululum humanae mentis intentio verbi nouitate confunditur. Sed non ita intelligendum est, quasi deus in homine ipse duritia iam quae non esset duritia cordis operetur. Quid enim cordis quid aliud est duritia, quam dei obuiare mandatis? Vnde illud beatus Stephanus dicebat ad populum, Dura ceruice, & non circunciso corde & auribus, vos semper spiri-

tui sancto resistitis. Quia qui a deo fieri putat, propterea quod dictum est, quem vult indurat: ipsum praerogationis intueatur exordium, & deo donante mandatum, per quod transgressionis culpam in corde fuerit operatus attendat, quauis ne ab ipso quidem si negaret assensum, potuit tentatore compelli. Ergo quicquid post illam praerogationem natus supplicij homo patitur, iuste reddi meritoque fateatur. Indurare enim deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excacare dicitur eum quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum, quem vocare noluerit. Quos enim praerogauit, illos & vocauit: & quos vocauit, illos iustificauit. Ipse enim dedit ut simus, ipse ut boni esse possimus. Praerogauit enim nos eius diuinitas, sapientia condidit, iustitia damnavit, gratia liberauit. Mundus enim quauis pro tempore ex quo factus est coeperit, in illa diuinae praerogationis luce faciendus nullum potuit habere principium: & quantumque vel ex Adam vsque in hodiernum die homines nati sunt, vel post nostram aetate generationis sunt propagine nascituri, apud deum nati sunt iam, & decurso totius vitae tempore transferunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine permanentes. Deus enim qui nec loco clauditur, nec tempore praerogatur, omnium rerum tam praerogationis memoria, quam imminetium scientia plenus est, nec remissus voluitur in praerogationem, nec speras tenditur in futurum. Et quaecumque omnino sunt, quae temporum motibus agitantur, ab eo principio in quo erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, vsque in finem omnium seculorum. De quo sine cum diceret beatus Moyses, Domine, inquit, qui regnas in seculum & seculum, & adhuc: nec sperantur futura, nec praerogata transferunt, sed in praesentia diuinitatis praesentia semper luce cerbuntur. Ab illo ergo quia aeternus & praerogatus, quia & iustus & pius est, qui exercet debitam seueritatem, & exhibet indebitam pietatem, & habet in creandis atque eligendis hominibus, sicut in luto figulus, potestatem, facta sunt alia quaedam vasa in honorem, alia vero in contumeliam. Antequam faceret nos, praerogauit nos, & in ipsa nos praerogatione cum nondum fecisset, elegit. Sed a quo hoc fieri potuit, nisi ab eo qui vocat omnia quae non sunt tanquam ea quae sunt? Apostolus enim dicit, Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Intra mundum facti sumus, & ante mundum electi sumus: atque ita vno eodemque modo nec transeunte nec futuro, sed continuo tempore, vel si quo alio modo dici potest, si tamen potest, apud deum est & praerogare & facere & eligere, & praerogationis sua incommutabiliter permanente eligere faciendos, quos facturus fuerat eligendos. Haec quidem quantum ad fidei regulam, deo illuminante praerogata sunt. Sed iam vnde deo quid etiam hinc calumiosa prauitas possit opponere. Sequitur enim, ut si eos quos praerogauit, illos & vocauit, & si eos quos vocauit, illos & iustificauit, qui nec praerogati nec vocati, ac per hoc nec iustificati sunt, ab omni culpa debeant esse innocentes, iniusteque ab eis pro vita prauitate transactae, in illo agnitionis die sint poscenda supplicia. Dicit istis Paulus Apostolus, Nunquid iniquitas apud deum? Statim ipse respondeat: Absit. Cumque hoc fuerit in hominis mente sana pietate fundatum, quod nulla sit iniquitas apud deum, ita intelligat, Cuius vult miseretur, & quae vult indurat, quasi diceret, cuius vult miseretur, & cuius non vult, non miseretur. Itemque hoc ipsum rursus intelligat, quasi diceretur, cui vult donat, & a quo vult debitum poscit. Quod qui dicere perseverat iniustum, ab Apostolo audiat, O homo,

Amo, tu quis es qui respondeas deo? Congruer siquidem huiusmodi impietatem Apostolica reprehendit auctoritas, tantum de exaggeratione nominum pondus incutiens, cum dicit, O homo, tu quis es qui respondeas deo? homo deo, lutum figulo. Subiunxit enim idem Apostolus, Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore, aliud vero in contumeliam? Si ergo habet, imo quia habet potestatem figulus luti facere ex eadem massa aliud quidem in honorem, aliud vero in contumeliam, homo, tu quis es qui respondeas deo, quia cuius vult miseretur, & quem vult indurat? Sed priusquam ad huiusmodi conclusionem beatus Apostolus disputationis ordine perueniret, hoc potissimum de veteribus literis sumpsit exemplum in quo indurationem quae a deo fieri dicitur, edoceret. Dicit, inquit, scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Indurasse autem cor eius deus in eadem scriptura apertissime dicitur, cum Moyse de signis quae in Aegyptios per eum facta fuerant loqueretur. Sic enim dicit, Ego autem indurabo cor Pharaonis ne dimittat populum. Hinc iam per aperta se iactans calumniator astutus, iustitiam dei ad suum libere arbitrium, & quanta potest vociferatione respondeat, Si cuius vult miseretur, & quae vult indurat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Huius elationi Apostolus dicit. O homo, tu quis es qui respondeas deo? Qui autem pie querens aliquid desiderat inuenire, illum locum eiusdem scripturae relegat, ubi primo Moyse in rubo ignis apparuit, atque ita cor eius ardore diuinae charitatis igniuit, ut in conspectu regum sicut David dicit, testimonia eius sine consultatione loqueretur, & ibi inueniet totum hoc, quod indurasse deo cor Pharaonis praerogauit, non ad operationem dei, sed ad praerogationem pertinere. Loquens enim dominus de rubo, sic dicit, Ego autem scio quod non dimittet vos Pharaon rex Aegypti, nisi per manum magnam. Sed extendens manum meam, percutiam Aegyptios in omnibus mirabilibus quae faciam, & postea dimittet vos Pharaon rex Aegypti. Haec prima vox dei est, quae futura voluntate Pharaonis sicut praerogauerat indicabat. Postea iam inter ipsos miraculorum imbres dixisse legitur, Ego autem indurabo cor Pharaonis, ne dimittat populum. Vbi iam aperte intelligitur primam iterasse sententiam. Quid est enim, indurabo cor, nisi non molliam? Apparet enim in alios manante iustitia, in alios gratia profuente, scripturae illius sententiam fuisse completam: quia dixit deus Pharaoni, In hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Vtente enim deo bene etiam malis, induratione Pharaonis, flagellis Aegypti, & tot ac tantis in illa gente miraculis pariter aceruatimque peractis, quid aliud gestum est, quam ut dei virtus apud se magna, in se plena, ad humani generis notitiam perueniret, non deo, sed ipsis relegentibus & creditibus profutura? Pharaonem non esse mutandum, & illam omnem gentem, quae post tot verbera vix sibi erutum populum dei, armis etiam insectari conabatur & bello; alta illa deus providentiae suae luce praerogauit. Sed peritorum interitum praerogatis a se vasis misericordiae, salutis voluit esse argumentum, & aliorum perditione ad salutem vsus est aliorum, quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam facere. Hoc etiam

diuinae potestatis in hominum electione iudicium, paulo ante commemorans beatus Apostolus robustissimis monstrauit exemplis, cum de Rebeccae partu adhuc intra vterum constituto, totum ad gratiam dei referens loqueretur. Sic enim ait, Sed & Rebecca ex vno oculo habitu habens Isaac patris nostri, cum nondum nati fuissent, nec aliquid boni egissent nec mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Statimque subiicit, Quid dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Negansque respondit, Absit. Ut iam cetera quae sequuntur, ad hanc sententiam suspensa referantur, & relata soluantur, qua negant apud deum esse iniquitatem. Sed hic quid egerit haec Apostolicae disputationis intentio, satis admodum claret. Non solum enim fratres, sed & geminos, nec solum geminos, sed vno etiam conuultu fusos in vtero comparauit, ut quoniam in nondum natis nondumque aliquid operatis, nulla esse poterant momenta meritorum, nec ex parentum quidem meritis quae diuerso tempore varia esse potuerunt, aliquod contra gratiam relinqueretur obstaculum. Quae vtiq; parentum merita etiam si permittamus diuinum parulis vel auertisse vel conciliasse praesidium, seu bona seu mala circa geminam prolem, quae eodem concepta concubitu, eodemque in luce proiecta momento est, paria esse debuerunt. Quod si futuros eorum mores dicitur diuinum discreuisse iudicium, profecto illud euacuabitur quod praerogauit Apostolus dicens, Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori. Non enim ait ex praerogatis operibus, sed cum generaliter dixerit, Non ex operibus, ibi & praerogata intelligi voluit & futura: praerogata scilicet quae nulla erant, futura quae nondum erant. Praerogatus est Iacob vas in honore, quia non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori. Et ne forte vasa in honore praerogata, suis aliquid viribus tribuendo, negarent gratiam creatoris, alio eos loco Apostolus vasa misericordiae nominauit, ut totum quicquid essent, secundum misericordiam se esse cognoscerent. Sic enim & alibi dicit idem Apostolus, Et hoc non ex vobis, sed dei donum est. Beatus etiam Moyses in Deuteronomio dicit ad populum, Et ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea & potentia manus meae fecit mihi virtutem magnam hanc: sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem, facere virtutem, ut statuat testamentum suum quod iurauit patribus vestris. Item paulo post ibidem ad eos, Ne dicas, inquit, in corde tuo, cum consumpserit dominus deus tuus gentes istas ante faciem tuam, dicens, Propter iustitias meas induxit me dominus haereditare terram bonam istam: Non propter iustitiam tuam, neque propter sanctitatem cordis tui intras haereditare terram eorum, sed propter iniquitatem gentium istarum dominus disperdet eas a facie tua. Ecce quam antiquum spiritus sancti dogma, non solum in Apostolicis literis praerogatum, sed etiam in Prophetis, atque in ipsis Israelitici populi exordiis, sancti spiritus voce firmatum, nouelle praerogationis impetus conatur euertere. Clare siquidem in vno atque eodem scripturae loco, bonitatem & seueritatem dei Propheta beatus ostendit, dicens, non propter iustitias populi haereditatem terrae illius reddidit, sed gratia tantum miserantis donari, illos autem propter iniustitias suas pelli. Ecce in illis iuste puniuntur iniquitas, in istis gratis nulla iustitia muneratur. Nec sufficit beato Moyse quod dixerat, non propter me-

Gratia ipsorum, hereditatem terrae illius Israelitico populo fuisse concessam, nisi etiam adderet quod adiunxit, unde eos omni bono monstraret indignos. Sequitur enim post illud quod supra memorauimus, Et scies hodie, quia non propter iustitias tuas dominus deus tuus dat tibi terram istam bonam hereditare, quoniam populus durae cervicis es tu. Quis hic secundum debitum praecedentium meritorum mercedem redditam dicat? Quis non gratiam fateatur indebitam? Quotiens ait Propheta, Tentauerunt eum in deserto? Quotiens iracundiam dei cordis auersione meruerunt, & saluauit eos propter misericordiam suam, ut notam faceret potentiam suam? Hoc iterum Apostolus dicit, Sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias suas in vasa misericordiae, quae preparauit in gloriam. Ne vero rursus homo in vltimam fecem desiderii resolutus, arduum virtutis iter, & quantum adiuuante gratia dei, non nisi labore gradiendum, inerti sibi crederet posse deferri, & nullius laboris industriam studio sui profectus adhiberet, ita inter se atque homines deus tempora officiaque distribuens ordinauit, ut vocatione ipsius bonorum principia sumeremus, vocati autem etiam illuminati, vias mandatorum eius boni ingenij intelligentia nosceremus, & eas libero vel eligere vel relinquere arbitrio. Quas tamen si ipsius fultu adiutorio, continua deuotione sequeremur, in fine rursus non repugnantem mandatis suis, subiectam in nobis obedientiam coronaret. Liberum vero quod ab eo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapsu fuit, & cum ad virtutis indolem, dei auxilio deserente nihil possit, ad genus omne peccati idonea fultu virtute subsistit: Trahit enim lex in membris nata peccati, & deus a leui iugo mandatorum suorum leuique sarcina recedentes: atque in peccati durissimam seruitutem, libero a iustitia voluntatis arbitrio desuantes, secundum suam iustitiam derelinquit: Eos vero qui vocationis munus congrua pietate susceperint, qui carnalibus non subiungantur illecebris, qui iactantiae vitio, auaritia facib, vto superbia caruerunt, & quantum in homine est, dei in se bona seruantes ad spiritalia exercitia omne studium contulerunt, & in agone huius vitae certantes adiuuat, & coronas vincetibus largitur aeternas: ipse rursus delinquentes deserit, resistentes indurat, contemnetes condemnat. De horum graduum distributione, quam vel in nobis deus operat, vel nos iubet aliquid operari, ipsum interrogemus de cuius verbis orta est questio: quae si dominus assit, enodare conamur, ut eius sensibus per diuersa volumina varia quidem locutione, sed vna atque eadem intentione digestis, si quid in hoc loco latet, alterius sententiae collatione referetur. Vocatum a deo Apostolum Paulum vel in eo libro legimus, ubi eius gesta cum omni veritate narratur, vel ipse in Epistola sua confitetur, dicens, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus. Secundo autem loco vocationem secutus, & totum quod in homine fuerat operatus, ipse sic dicit, Plus omnibus illis laboravi. Sed ne hoc ipsum quidem sibi tribuens, sollicita pietate subiunxit, Non ego autem, sed gratia dei mecum. Iam ergo & vocato & vocatione per opera iustitiae subspecto, quid supererat aliud, nisi ut liberatus de corpore mortis huius, ad illius alterius vitae, quae sanctis omnibus veritatis ore promissa est beatitudinem perueniret? Quod nullis humanis meritis reddi, sed dei donantis gratia largiente donari, sibi ipse respondet post gemitus quibus dixerat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore huius mortis: Gra-

tia dei, inquit, per Iesum Christum dominum nostrum. K Hanc itaque distributionem qua diximus a deo homines nullis existentibus meritis vocari, & vocatos ut boni aliquid operentur, dei adminiculis indigere, sumpto de veteribus literis Apostolus monstrat exemplo. postquam illam de duobus geminis electionem omnirepulsam laude meritorum, ad dei gratiam iudiciumque contulerat, videns quid impia posset blasphemare garrulitas, dixit, Numquid iniquitas est apud deum? Et sequitur, Absit. Et quasi diceretur ei, unde probas? Parum putauit auctoritatem suam valere doctrinae, nisi sententiam suam etiam legis doceret exemplo. Sic enim intelligi voluit quod Moyses dixerat, Misereor cuius miserebor, & misericordiam praestabo, cui misericors fuero. ut primam misericordiam vocatione credamus hominibus praerogari, quae sola ad recte viuendum non sufficit, si deserat qui vocauit. Ideoque additum est, Et misericordiam praestabo cui misericors fuero: ut a deo accipi manifestum sit & ipsa misericordiae opera, qua cum videmur impendere, dei misericordiam promeremur. Sic enim in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsis miseretur deus. Quod nisi sic intellexisset Apostolus, L nunquam pro bonis gratia, disputationi suae hoc testimonium curasset inferre. Si quem vero mouet, quod non omnes etiam de his qui iam vocati sunt, ad secundam gratiam, id est ad recte viuendi donum peruenire mereantur, sicut dominus in Euangelio dicit, Multi sunt vocati, pauci vero electi: hinc intelligat, quale sit quod contra dei gratiam defensare molitur, qui de libero sibi blanditur arbitrio. Quicumque enim diuina vocationis munere derelicto, ad impiam rursus fluxere perfidiam, ipsi dei gratiam deserentibus, ad implendum quod voluerant sufficit arbitrium. Vidit enim quemadmodum Psalmista, misericordiarum dei ordinem quem ex Moyse sensu interpretatur Apostolus, Prophetici spiritus veritate deceter. Audi, inquit, popule meus, & testificabor tibi. Quid eos volebat audire, quod cum testificatione loquebatur: Quid utique nisi mandata vitae? Sicut alius Propheta dicit, Audi Israel mandata vitae. Sed quae sint ista mandata vitae, Psalmista subiungit, & sequitur, Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et haec esse mandata vitae, in oratione qua discipulos suos patri dominus commendabat, ostendit dicens, Haec est enim vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Post hanc vocationem illud sequitur, quod & vult ad conatus hominum pertinere, & ostendit sine se non posse compleri, hoc est enim quod dicit Apostolus, Quoniam ab ipso habemus velle & perficere, pro bona voluntate. Ab ipso enim habemus velle, quia vocat & illuminat: ab ipso perficere, quoniam ad nos pertinet conari bona, quae & velle donauit. Nec incaute ab Apostolo cum dixisset, Quia ab ipso habemus & velle & perficere: additum est, pro bona voluntate: ut etiam atque etiam videant, ubi habeant a dei iustitia liberum de quo gloriantur arbitrium. Sed illum ordinem quo misericordias diuersa dominus temporum dispensatione distribuit, sicut Moysen dixisse sensit Apostolus, etiam in continuata Psalmi huius oratione videamus. Quid enim ait, postquam vocatos docuerat dicens, Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: Dilata, inquit, os tuum, & ego adimplebo illud. Hic aliquid rursus apparet homini fuisse seruatum, quod per liberum facere debeat arbitrium. Dilatare enim iubetur os suum, sed deus se implere promittit. Sicut etiam discipulis suis in Euan-

A in Euangelio dixerat, Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hoc solum ad illos retulit, ut omnem tribulationis necessitatem libenter pro veritate susciperent, penes se autem promissum effectum. Libero ergo qui locus seruetur arbitrio, ut sine dei adiutorio ad explendum quid voluerit rationali dignitate suffulta, sibi ipsi non sufficiat humana natura, continuo Psalmista ostendit, Et non audiuit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Quid dixerat cum vocaret, Audi popule meus & loquar, Israel & testificabor tibi: Quid testificans commendauerat mentibus audiendum? Dominus deus tuus ego sum. Quid etiam ab ipsis fieri iusserat, quos de terra Aegypti & ignorantiae tenebris liberatos, in luce mandatorum suorum splendore vocationis eduxerat: Dilata, inquit, os tuum. Statimque quasi diceret, si dilatare te deserente me volueris, nihil proderit, ita addidit, & implebo illud. Ergo qui vocauerat, & vocatos docuerat, querula de huiusdem voce subiugit, Et non audiuit, inquit, populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi: Exeat nunc liberi contra dei gratiam defensor arbitrij, audiat dicentem Apostolum, cum de bonis suis laboribus loqueretur, Non ego autem, sed gratia dei mecum. Audiat dei vocem in Psalmo, de his quos deseruerat dicentem, Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in voluntatibus suis. Audiat vnum eundemque Apostolum de vitae suae variis temporibus sibi tantum mala, gratiae autem dei bona omnia tribuentem. Qui prius sui blasphemus, inquit, & persecutor. Et alio loco, Gratia dei sum id quod sum. Cum diceret, Qui prius sui blasphemus & persecutor, nulla gratiae merito iniquo operi copulabatur: quia sufficit sibi, sicut dictum est, ad nequitiam naturae libertatis humanae. Cum vero de praesentis vitae beatitudine loqueretur, Gratia, inquit, dei sum id quod sum. Et illum ordinem quo miseretur deus vocatio, miseretur deinceps in coeptis conatibus adiuuan do: sicut serie Psalmi narratum atque digestum est, beatus etiam Apostolus Paulus continua narratione seruauit. Si enim in ordine quem posuit, excepta testimonia relegantur, ita loquitur, Gratia dei, inquit, sum id quod sum. Haec est prima misericordia, quam liberae voluntatis opera consequuntur. Sed ut Apostoli Pauli vocatione bona opera sequerentur, quid ait: Et gratia eius in me vacua non fuit. Quid enim fecisti? Plus, inquit, omnibus laboravi. Ne multum superbiae liberi defensor arbitrij, audiens Paulum de suis laboribus gloriantem, atque de quod sequitur, Non ego autem, sed gratia dei mecum. Puto sane quod nullus de his qui contra dei gratiam exaltato ante ruinam, sicut scriptum est, corde blasphemant, tantum arrogantiae impudentis assumat, ut beati Prophetam David meritis aut aequadum se, aut etiam existimet praefendum. Cuius, ut de illa prima remuneratione quam nullus non fateatur ut indebitam, delati scilicet regni interim taceam, orationum & confessionum eius intentiones affectusque pensemus. Ipse siquidem definit in Psalmo, Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Sed videamus vtrum ipsi iam erudito, & omni legis scientia secundum instructionem iudaeam sufficienter instructo, ad beatitudinem res haec sola suffecerit. Cur ergo rursus id clamauit ad dominum, Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo? Parum erat quod ad scrutandam legem poposcerat intellectum, nisi etiam ad custodiendam necessarium significaret auxilium, dicens,

Et custodiam illam in toto corde meo: quasi diceret, D Tunc custodiam illam in toto corde meo, si tu dederis intellectum. Adhuc superbus ille propriae voluntatis defensor ad ista respondeat, quod Propheta ad intellegendum tantum mandata diuina, quae tamen propria virtute impleturus fuerat, opere diuini postulauerit auxilij. Quae si ita sunt, a te paululum libet beate David, sensuum tuorum occulta perquirere. Unde ergo rogo te pugna carnis & spiritus? Unde Apostolicum sicut ipse fateris certamen? Etiam utique illuminatus atque eruditus intelligentiae munere, quam diuinitus postulaueras, clamas & dicis, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Nam intellectu certe discernenda vanitatis a veritate sicut poscebas accepto, cur oculos tuos a vanitate quae displicet non auertis? Si auaritiam reprehendis, cur non ab ea proprio separatus arbitrio, cor tuum ad mandata salutis inclinas, sed tanquam infirmus in omnibus clamas ad deum, Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam, nisi quia suggerit auaritia in membris nata lex peccati? Et adhuc vult oculos suos, nec per se potest vir sanctus auertere: ac sic caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: ex qua lite non liberat nisi gratia, quae per dominum nostrum Iesum Christum paruis magnisque donatur. Velle enim adiacet, perficere autem non inuenio: quantum ab ipso habemus & velle & perficere pro bona voluntate. Beatus ergo es, quoniam cum Apostolis Christi & doctrinae & pugnae aequalitate concordas: quia & in scriptis tuis, Apostolorum bella cognoscimus, & tua certamina in Apostolicis literis inuenimus. Unde ista in vno eodemque homine, qui ex anima & corpore constat, rerum voluntatumque diuersitas, nisi quia iusta dei iudicia contemns, homo deum, creatura creatorem, infirmus summum, intra semetipsum inobedientiae penas & contumaciam inferioris inuenit? Qua enim iustitia, quantum meliori deterior, creaturae tamen creaturae feruaret, si ipsi qualiscumque creatura feruere noluit creatori? Sed ne hoc quidem sufficit ad penam, ut pars illa deterior melioribus repugnaret cordis affectibus, nisi etiam plerumque superaret, in captiuitatem duceret, possideret non solum vel natos in Adam homines, sed lex ipsa peccati ad motus sui ministerium vendicaret, nisi etiam renatos in Christo, manente suggestionis pulsaret: quia reuera per id regenerationis munus reatus dimissus est, non soluta conditio gratiae est, veterum delens chirographa debitorum, non a passione carnali iam separas adhuc hominem in carne viuentem, ut omnis homo futuro tempore diuinum per singulos imploret auxilium. Et quoniam lex non tam auferre potuit quam monstrare peccatum, quod peccatum in se nascentes passim sibi homines vendicabat, & concupiscentiae confessione possessos, in aeternum mergebat interitum: dominus noster Iesus Christus filius dei, verbu patris, aequale & coaeternum patri, semetipsum exinanuit, formam serui accipiens: & cum peccatum ipse non esset, factus assumpta carne peccatum, ut peccato carnis homine sanato, peccatum damnaret in carne: venit quare quod perierat, sanare quod aegrotabat, erigere quod iacebat, potestatem habens dimittendi peccata, quod non debebat donare, quod ei debebatur dimittere, delictisque omnibus veteris culpa maculis, quam fecerat reparare naturam. De his quibus penam seueritas iusta decreuerat, secundum ineffabilem dispositionis occultae misericordiam, elegit vasa quae faceret in honorem, &

G alios à ventura ira dono gratuita vocationis absoluit: alios derelinquens ad aequalitatis iudicium referuauit, nulli tamen agnoscendae veritatis abstulit facultatem: & ita plenitudo diuinæ præscientiæ in alios manante iustitia, in alios gratia profluente cõpleta est: vt pereuntibus quos præscierat deus esse perituros, & saluatis quos in illa secreta electione præscierat esse saluandos, toto orbe diffusa multiplicaretur Ecclesia. Gratulare igitur dicitur quicumque illuminatus es, & gratiam quam non merebaris agnosce: geme quicumque induratus es, & iustitiam confitere. Dic quicumque ab originali cõtagio, lauacro gratiæ te gratularis ablutum, Misericors & miserator dominus, patiens & multa misericordiæ. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Dic quicumque damnaris, iustus es domine in omnib⁹ quæ fecisti nobis, & omnia iudicia tua vera: quia i veritate & iudicio superinduxisti omnia hæc propter peccata nostra, & noli iniustitiæ dei culpam tuæ indurationis ascribere: quia omnes via domini misericordiæ & veritas, vt nec hi qui misericordiæ fuerint consecuti à deo, iudicio veritatis de meritis suis aliquid gloriètur: nec hi qui indurati atq; dånati sunt, exculationem culpe ex hoc habere posse se credant, quod nullam qua conuerterentur, sint misericordiam cõsecuti. Hanc ergo Pharaõ misericordiam nõ accepit, & ideo ei ad pereundum, liberũ suffecit arbitrium, quem quidem nullus ita ignarus diuinarum scripturarum erit qui audeat dicere illa omnia iniuste esse perpeßum. An forte si pie de deo sicut expedit sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim dei valere ei debuit ad salutem, qua differens iustum meritumq; supplicium, miraculorum verbera crebra denotabat. Nunquid nõ potuit, sicut flagellis cadens expulit populum, ita miraculis credens, deum tantæ virtutis agnoscere? Si dicitur iam, Pharaõnem nõ potuisse mutari, quia eum præscierat deus non esse mutandum, Respondetur, dei præscientiam nõ cogere hominem vt talis sit, qualem præsciuit deus: sed præscire talem futurum, qualis futurus est, quanuis eum non sic fecerit deus. Quem si cogeret esse, hoc vtiq; cogeret quod nõ est. Porro si hoc præscierat futurum esse quod non est, præscientia non est. Quod de deo quam impie dicatur, aduertit quisque qui peccatis suis inde blanditur, quod deus eum peccatorẽ futurum esse præscierit. Existere nihilominus fortasse aliquem reor qui dicat, minus idoneam ad salutem viam, si nulla intrinsecus vocatione pulsatus, tamen quispiam flagelletur.

Vnde Nabuchodonosor pœnitentiã meruit fructuosam: Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdidit rursus accepit? Pharaõ autem ipsis flagellis est durior effectus, & perit. Hic mihi rationem reddat, qui diuinum cõsiliũ nimium altum sapietĩ corde diiudicat, cur medicamentũ vnus medici confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor, aliis est odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant: quantum ad dignitatẽ, ambo reges: quantum ad causam, ambo captiuum populum dei possidentes: quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio: Hic quicumque respondet, illi vt mutaretur affuisse diuinum, huic vt induraretur defuisse præsidium, & hoc

contendit iniustum, propter quod rerum ipsarum fines in dei voluntate cõstituens, dixit Apostolus, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat: dicente domino, Sine me nihil potestis facere: intelligat illa omnia vel adiuvante domino perfici, vel deserente permitti, vt nouerit tamen, nolente domino nihil prorsus admitti.

Sed reditur ad paruulos, reditur ad geminos, parum est quod dixi, reditur ad necdum natos, qui & eodem concubitu seminati, & eodem momento in lucem fuerant proferendi. Eis discrepans diuersumque iudicium diuinæ voluntatis apparet, sensus hominum de voluntate dei superbe nimium disputantes, magnitudo quæstionis obturbat. Exalta iam viribus vocem tuam dicit iniuste accusator iusti, & dic mihi, quid ille mali cõmisit, quid boni ille meruit? Et respondet tibi, non ego, sed Paulus Apostolus, nihil quidem ambo meruerunt: sed habet potestatem figulus lutĩ, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore, aliud quidem in cõtumeliam. Dicitur es, quare: Quæ est iudicij huius tam cõsula diuersitas? Rursus hanc præsumptionem ille confutet & dicat, O homo tu qui es, qui respondeas deo? maxime quia ad illam humanorum actuum comparationem rursus intentio conuersa respondet, iniustitiæ nõ posse argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluerit habere iudiciũ, vt vni donet, ab alio exigat, quod ab vtriusque debetur. Et certe in omnibus humanæ cõuersationis actib⁹ atq; contractibus ad discernendũ aliquid, ad diiudicandum hanc qua videmur aliquam probare iustitiam, ex ineffabili diuinæ iustitiæ plenitudine in humilitatis nostræ corda manare manifestum est, beato Ioãne hoc in Evangelio suo confirmante: Quoniam omnes de plenitudine eius accepimus. Quod si ita est, qua tantẽ impudentia homo de deo, lutum de figulo iudicabit, non solum dicens, quid me fecisti sic? sed etiam de aliis dampnabili curiositate perscrutans & dicens, quare de eadem massa fecisti alium quidem sic, alium vero sic? Si humanũ genus quod creatum primitus constat ex nihilo, nõ cum debita mortis & peccati origine naleretur, & tamen ex eis creator omnipotens in æternum nõnullos dånare vellet interitum: quis omnipotenti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim cum non essent, esse donauerat, quo fine essent habuit potestatem: nec dicitur ceteri, cur paribus omnium meritis diuinum discreparet arbitrium: quia potestatem habet figulus lutĩ ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Nunc autem cum damnatis pœna iusta reddatur, saluatis autẽ gratia donetur indubitata: quis vsque adeo humanæ cõditionis oblitus, diuini sensus arcana discutiat, vt cum ipse pœnam merito fuerit consecutus, querat cur alius gratiam quæ non debebatur ei acceperit? Hæc itaque diuinam electionẽ, non meritis reddi, sed sola voluntatis munificentiã donari hominibus, Moyses cum iam tunc quannus carnalem populum doceret, ostendit, sic enim euidenter in Deuteronomio dicit ad populum: Ecce domini dei tui cœlum est, & cœlũ cœli, terra & omnia quæ sunt in ea: veruntamẽ patres vestros elegit dominus diligere eos & semen eorum elegit post ipsos, vos præ omnibus gẽtibus. Et adiecit, Circumcidimini ergo à duritia cordis vestri; & ceruicem vestram ne induretis amplius. Sed hanc in eis mansisse duritiam cordis, sicut supra iam diximus, beatus Stephanus cũ ludæos increparet, ostendit. In actibus enim Apostolorum sicut ipse dicit, Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos semper spiri-

A spiritui sancto restitistis. Vnde dura ceruix in illo populo, qui ex omni mundo electus est, qui de seruitute decem miraculis meruit liberari, cui lex data est, cuius saluti ora prophetarum omnium militarunt, ex quo factus secundum carnem & ad quos missus est Christus: nisi quia caritas ex parte in Israël facta est donec Israël ad optatum ex plenitudine gentium intraret in regnum, & concludit in incredulitate omnes dominus, vt omnes indigerent misericordia saluatoris: Cuius diuini consilij sacramenta perstringens, & maiestatis mysteriũ, quæ quanuis magnitudine reuelationum nouerat, tamẽ pro humana infirmitate succubens etiam ille qui pro persecutionibus & blasphemis vas electionis meruit nominari, miratus exclamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: & inscrutabiles vias eius, & inscrutabilia consensens dei esse iudicia. Cum illo ergo quando de talibus quaritur, admiremur, & manente sententiã, quod nõ sit iniquitas apud deum, si quid est illud quod quaritur, quod modum nostri sensus excesserit, & intellectus nostri nõ dignatur angustias, in illa iustitiæ, misericordiæ præscientiæq; diuinæ plenitudine permanere inconcussa æquitate fateamur: ne de superioribus diuinæ voluntatis arcanis aliter quàm modus conditionis nostræ patitur disputantes, dei iustitiam relinquamus, & nostram statuere cupientes, in imam contumaciæ voraginem decidamus.

Libri de prædestinatione & gratia finis.
PROSPERI EPISTOLA AD
Augustinum, de reliquijs Pelagianæ hærescos.

DOMINO beatissimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incomparabiliter honorãdo, præstantissimo patrono, Augustino Prosper. Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus si reminiscaris, animo ac sermone compertus, nam per sanctũ fratrem meum Leontium diaconum misi Epistolas, & recepi: nunc quoq; beatitudini tuæ scribere audeo, non solum salutationis vt tunc studio, sed etiam fidei quæ Ecclesiæ viuũ effectũ. Excubate enim pro vniuersis membris corporis Christi vigilãtissima insidias veritatis virtute pugnante, nullo modo mihi verendum putauĩ, ne onerosus tibi aut importun⁹ essem in eo, quod ad multorum salutem, ac perinde ad pietatem tuam pertinet: cum potius reum futurum esse me crederem, si ea quæ valde perniciofa intelligo, vel ad specialem patronum fidei nõ referrem. Multi ergo seruatorum Christi qui in Masiensi vrbe cõsistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant patrũ opinionĩ & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secũdum dei propositũ disputasti. Et cum aliquandiu tarditatem suam culpã maluerint, quàm non intellecta reprehendere, quidãq; eorum lucidiorem super hoc atque apertioẽ beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare: euenit ex dispositione misericordia dei, vt quum quosdam intra Africam similia mouissent, librum de correctione & gratia, plenum diuinæ autoritatis emitteres. Quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato, putauimus omnes querelas resistentium sopiendas: quia

vniuersis quæstionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plenẽ illic absolutẽque responsũ est, quasi hoc specialiter studueris, vt quæ apud nos erant turbata componeres. Recensito autem hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque Apostolicam doctrinã tuã autoritatẽ antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti: ita qui persuasionis suæ impediẽtibus obscuro, auersiores quàm fuerat recesserunt. Quorũ tam abrupta disseñsio primũ propter ipsos metuẽda est, ne tam claris tamque egregiis in omnium virtutum fluio vitis spiritus Pelagianæ impietatis illudat: ne simplices quique apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentiã, hoc tutissimum sibi estimet, quod audiat eos quorum autoritatẽ sine iudicio sequuntur, asserere. Hæc enim ipsorum definitio ac professio est, omnem quidẽ hominem Adã peccante peccasse, & neminem per opera sua, sed per dei gratiã regeneratione saluari, vniuersis tamen hominibus propitiationem quæ est in sacramento sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam, vt quicumque ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salui esse possint. Qui autem credituri sunt, quive in ea fide quæ deinceps per dei gratiam sit iuanda, mansuri sunt, præscisse ante mundi constitutionem deum, & eos prædestinasse in regnũ suum, quos gratis vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bono sine excessuros esse præiudicet. Ideoque omnem hominem ad credendum & ad operandum diuinis institutionibus admoneri, vt de apprehendenda vita æterna nemo desperet, cum voluntariã deuotioni remuneratione sit parata. Hoc autẽ propositum vocationis dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & reiciendorum dicitur facta discretio, vt secũdũ quod placuit creatori, alij vasa honoris, alij vasa cõtumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem temporis afferre: eo quod in vtranque partem superfluus labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligẽtia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quàm deus definiit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinãtis electio, casta sit annitentis intentio. Remoueri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si dei constituto humanis præueniat voluntates: & sub hoc prædestinationis nomine, fatalem quandam induci necessitatem: aut diuersarum naturarum dici dominum cõditorem, si nemo aliud possit esse quàm fact⁹ sit. Atque vt breuius ac plenius quod opinãtur exponã: quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu, sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianũ ab ipso sub hac quæstione obiectum potẽtissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intentiosissime conelamatur. Et cũ contra eos scripta beatitudinis tuæ, validissimis & innumeris testimoniis diuinarum scripturarum instructa proferimus, ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid etiam ipsi quo cõcludantur astruimus, obstinationem suam vetustate defendunt: vt ea quæ de Epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita proferuntur, a nullo vnquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta vt nunc sentiuntur, asserunt. Cũque vt ipsi ea exponant, secundum quorum velint sensa depolsemus, nihil se protestentur inuenisse quod placeat, & de his taceri exigũt, quorum altitudinem nullus attigerit.

Eo postremo pernicacia tota descēdit, vt fidem nostrā adificationi audientium contrariam esse definiat, ac sic etiam si vera sit, non promendam: quia & perniciose non recipienda tradantur, & nullo periculo quę intelligi nequeant, conticeant. Quidam vero horum intantum a Pelagianis semitis non declinant, vt cum ad cōstendam eam Christi gratiam, quę omnia pręueniat merita humana, cogantur, ne si meritis reddatur, frustra gratia nominetur: ad conditionem hanc velint vniuscuiusque hominis pertinere, in qua eū nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratia creatoris instruat, vt per discretionem boni & mali, & ad cognitionē dei, & ad obedientiā mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem: atque ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, peruenire per naturalem scilicet facultatem, petendo, quęrendo, pulsando: vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturę bene vsus, vt ad istam saluam gratiam, initialis gratię ope meruerit peruenire. Propositum autem vocantis gratię in hoc omnino definiunt, quod deus constituerit nullum in regnum suum nisi per sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per Euangelicam prędicationem vocari: vt & qui voluerint fiant filij dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint: quia iustitia dei in eo sit, vt qui nō crediderint pereant: bonitas in eo appareat, si neminem repellat a vita, sed indifferenter vniuersos velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Iam hic proferunt testimonia, quibus diuinarū scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio aut faciant quę iubentur, aut negligant: & consequens putant, vt quia pręuaricator ideo dicitur nō obedisse, quia noluit: fidelis quoque nō dubitetur ob hoc deuotus fuisse quia voluit: & quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum, pari quę momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes mouere: quę bona appetentem, gratia dei foueat: mala scēntem, damnatio iusta suscipiat. Cum quę inter hęc innumerabilium illis multitudo obiicitur paruulorum, qui vtique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, nō sine dei iudicio secernuntur: vt ante discretionem boni ac mali de vsu vitę istius auferedi, alij per regenerationem inter cęlestis regni assumantur: hęc edes: alij sine baptismo inter mortis perpetuę transeant debitores: tales autem perdit, talesque saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actiuam seruarentur etatem, scientia diuina pręuiderit. Nec considerant se gratiam dei, quam comitem, nō pręuiam humanorum volunt esse meritorum, etiā illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam fantasiam non negant esse pręuentas. Sed in tantum quibuscunque commentitiis meritis electionem dei subiiciunt, vt quia pręterita, quę nō extant, futura quę non sunt futura cōngant, nouo quę apud illos absurditatis genere, & non agēda pręscita sint, & pręscita non acta sint. Hanc sanē de humanis meritis pręscientiam dei, secundū quam gratia vocatis operetur, multo sibi rationabilius videntur astruere, cum ad earum nationum cōtemplationem veniunt, quę vel in pręteritis seculis dimisse sunt ingredi vias suas, vel nūc quoque adhuc in veteris ignorantie impietate deperunt, nec vlla eis aut legis aut Euagelij illuminatio coruscatur:

uit: cum tamen in quantum prędicatoribus ostiū apertum est, & via facta est, gentium populus qui sedebat in tenebris & in vmbra mortis, lucem viderit magnā: & qui quondam nō populus, nunc autem populus dei sit: & quorum aliquando nō misertus est, hunc autem miseretur, pręuissos inquit a domino credituros: & ad vnamquamque gentem ita dispensata tempora ac minutitas voluntatum. Nec vacillare illud, quod deus omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionē veritatis venire: quandoquidem inexcusabiles sint, qui & ad vnius veri dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali, & Euangelium ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vniuerso autem humano genere mortuum esse dominū nostrum Iesum Christum, & neminem profus a redemptione sanguinis eius exceptum, etiam si omnem hanc vitam, alienissima ab eo mente pertranserat: quia ad omnes homines pertineat diuinę misericordię sacramentum: quo ideo plurimi non renouentur, quia quod nec renouari vtile habeant pręuissent, noscantur. Itaque quantum ad deū pertinet, omnibus paratam vitam æternam: quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui deo spōte crediderint, & auxilium gratię merito credulitatis acceperint. In istam vero talis gratię prędicationem hi quorum contradictione offendimur, cū prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerunt: quia si profiterentur ab ea omnia bona merita pręueniri, & ab ipsa vt possint esse, donari, necessitate cōcederent deū secundum propositum & consilium voluntatis suę, occulto iudicio, & opere manifesto, aliud vas cōdere in honorem, aliud in contumeliā: quia nemo nisi per gratiam iustificetur, & nemo nisi in pręuicatione nascatur. Sed refugiunt istud fateri, diuinoque ascribere operi sanctorum merita formidant, nec acquiescunt prędestinatuum electorum numerū nec augeri posse, nec minui: ne locum apud infideles ac negligentes cohortantium incitamenta non habeant: ac superflua sit industria ac laboris indictio, cuius studium cessante electione frustrandum sit. Ita demum enim posse ynumquemque ad correctionem aut ad profectum vocari, si se sciat suā diligentia bonum esse posse, & libertatem suam ob hoc dei auxilio iuuandam, si quod deus mandat, elegerit. Ac sic cum in his qui tempus acceperunt liberę voluntatis, duo sint quę humanam operentur salutem, dei scilicet gratia, & hominis obediētia: priorem volunt obediētiā esse quā gratiam: vt initiū salutis ex eo qui saluatur, non ex eo credendum sit stare, qui saluat: & voluntas hominis diuinę gratię sibi pariat opem, nō gratia sibi humanā subiiciat voluntatem. Quod cum peruersissimum esse reuelante dei misericordia, & instructe nos tua beatitudine nouerimus, possumus quidē ad non credendum esse constantes, sed ad autoritatē talia sententiam non sumus pares: quia multum nos & vitę meritis antecellunt, & aliqui eorum a deo nuper summo sacerdotii honore supereminēt, nec facile quis quā pręter paucos perfectę gratię intrepidus amator, tantis superiorum disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, verum etiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus creuit periculum: dum & multos reuerentia eorum aut inuiti cohibet silentio, aut incurioso ducit assensu: & saluberrimum ipsis videtur, quod penē nullius cōtradictione reprehenditur. Vnde quia in istis Pelagianę prauitatis reliquiis non medioctis virulentię fibra nutritur, si principium

A principii salutis male in homine collocatur: si diuinę voluntati impie voluntas humana pręfertur, vt ideo quis adiuuetur quia voluit, non ideo quia adiuuatur velit: si originaliter malus receptionē boni nō a summo bono sed a semetipso inchoare male creditur: si aliunde deo placetur, nisi ex eo quod ipse donauerit: tribue nobis in hac causa Papa beatissime, pater optime, quantum donante domino potes diligentia pietatis tuę obsecro, vt quę in istis quęstionibus obscuriora, & ad percipiendū difficiliora sunt, quā lucidissimis expositionibus digneris aperire. Ac primū, quia plerique nō putāt Christianam fidem hac dissensione violari, quantum periculi sit in eorum persuasione patefacias. Deinde quomodo per istam pręoperantem & cooperatē gratiam liberum nō impediatur arbitrium. Tum verum pręscientia dei ita secundum propositum maneat, vt ea ipsa quę sunt proposita, sint accipienda pręscita: an per genera causarum, & species personarū ista varietur: vt quia diuersę sunt vocationes in his qui nihil operaturi saluatur, quasi solū dei propositum videatur existere: in his autē qui aliquid boni acturi sunt, per pręscientia possit stare propositum, an vero vniiformiter, licet diuidi pręscientia a proposito temporalis distinctione nō possit, pręscientia tamē quodā ordine sit subnixā proposito: & sicut nihil sit quorūcunque negotiorū, quod non scientia diuina pręuenerit: ita nihil sit boni, quod in nostrā participationem non deo auctore defluerit. Postremo quemadmodum per hanc prędicationē propositi dei, quo fideles fiunt qui pręordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorū qui cohortandi sunt impediatur, nec occasione negligentię habeant, si se prędestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstras, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, penē omnium par inuenitur & vna sententia, qua propositū & prędestinationem dei secundum pręscientiam acceperunt: vt ob hoc deus alios vasa honoris, alios contumelię fecerit, quia finem vniuscuiusque pręuiderit, & sub ipso gratię adiutorio, in qua futurus esset voluntate & actione pręscerit. Quibus omnibus enodatis, & multis insuper quę altiore intuitu ad causam hęc pertinentia magis potes videre discussis: credimus & speramus non solum tenuitatē nostram, disputationū tuarū pręsidio roboradā, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defecatisimum lumen gratię recepturos. Nam vnum eorum pręcipuę autoritatis & spiritalium studiorum virum, sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudine tua admiratorem sectatoremque: in aliis omnibus tuę esse doctrinę: & de hoc quod in querelā trahit, iā pridem apud sanctitatem tuam sensum suū per literas velle conferre. Sed quia vtrum hoc facturum, aut quo fine sit facturum, incertum est, & omnium nostrum fatigatio prouidente hoc præsenti seculo dei gratia, in tuę charitatis & scientię vigore sperat, ad de eruditionē humilibus, ad de increpationē superbis. Necessariū & vtile est etiam quę scripta sunt scribere, ne leue existimetur quod nō frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod nō dolet, nec vulnus super ducta cute sentiūt: sed intelligant peruenturum ad sectionem, quod habuerit perseverantem tumorem. Gratia dei & pax domini nostri Iesu Christi coronet te in omni tempore, & ambulante de virtute in virtute glorificet in æternum domine Papa beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præsantissime patrone.

Tomus septimus.



DOMINO beatissimo ac toto affectu desiderando, & multū in Christo suscipiēdo, patri Augustino Hilario. Si cessantibus contradicentiū quęstionibus gratia fuit plerūque studiosorum inquisitiones, vt etiā illa quę absque periculo ignoraretur, ediscant: arbitror gratiorem fore sedulitatem nostrę relationis, quę dum indicat secundum quorundā prosecutiones quędam aduersantia veritati, nō tam sibi quā illis qui turbāt & turbant, per consiliū sanctitatis tuę satagit prouideri, domine beatissime ac toto affectu desiderādo, & multū in Christo suscipiēdo pater. Hęc sunt itaque quę Masilia, vel aliis etiam locis in Gallia ventilantur. Nouum & inutile esse prędicationi, quod quidam secundum propositum eligēdit dicatur, vt id nec arripere valeāt nec tenere; nisi quod credendi voluntate donata, excludi putant omnē prędicandi vigorem, si nihil quod per eum exciteretur, in hominibus remansisse dicatur. Consentienti omnem hominem in Adam perisse, nec inde quenquam posse proprio arbitrio liberari: sed id conueniens asserunt veritati, vel congruum prędicationi, vt cum prostratis, & nunquam suis viribus surrecturis annunciat obtinendę salutis occasio, eo merito quo voluerint & crediderint, a suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanitatis suę cōsequantur effectum. Ceterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quenquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita supplicij voluntate vnumquemque agrotum velle sanari. Quod enim dicitur, Crede & saluus eris: vnum horum exigi asserunt, aliud offerri, vt propter id quod exigitur si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Vnde non consequens putant, exigendam ab eo fidē, cuius naturę id voluntate conditoris concessum est: & nullam ita deprauatam vel extinctam putant, vt non debeat vel possit se velle sanari. Propter quod vt sanetur quis a sua, vel si noluerit, cum sua agritudine puniatur. Nec negari gratiam, si pręcedere dicatur talis voluntas, quę tantum medicum quęrat: non autem quicquam ipsa iam valeat: nam illa testimonia vt est illud, Sicut vnicuique partitus est mensuram fidei, & Rom. 12. similia, ad id velle valere, vt adiuuetur qui cōperit velle, nō vt etiam donetur vt velit. Reiectis ab hoc dono aliis pariter reis, & qui possent similiter liberari, si ea quę pariter indignis pręstatur credendi voluntas, etiam ipsis similiter pręstaretur: Si autē, aiunt, dicatur vel talem omnibus remansisse, quę vel continere quis valeat, vel obedire: de compendio putant rationem reddi electorum vel reiectorum, in eo quod vnicuique meritum proprię voluntatis adiungitur. Cum autem dicitur eis, quare alijs vel alicubi prędicetur, vel non prędicetur: vel nūc prędicetur quod aliquando penē omnibus, sicut nunc aliquibus gentibus non prędicatum sit: dicunt id pręscientię esse diuinę: vt eo tempore, & ibi, & illis veritas annuncietur vel annuncietur, quando & vbi pręnunciabatur esse credēda: & hoc non solum aliorū catholicorum testimonijs, sed etiam sanctitatis tuę disputatione antiquiore se probare testatur. Vbi tamen eandē gratiam nō minore veritatis

L

G perspicuitate docueris, ut est illud quod dixit sanctitas tua in quaestione contra Porphyrium, de tempore Christianae religionis: cōtra voluisse hominib⁹ apparere. Christianam pagam, & apud eos predicari doctrinā suam, quādo sciebat & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. Vel illud de libro in epistola ad Romanos, Dicit itaque mihi, quid adhuc conqueritur, nam voluntati eius quis resistit? Cui sanē inquisitioni, inquis, sic respondet, ut intelligamus spiritualibus viris, etiam non secundum terrenum hominem viuentibus, patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo deus praescientia eligat credituros, & damnet incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec istos ex operibus damnans: sed & illorū fidei praestans ut bene operentur, & istorum impietatem deserendo obdurans, ut male operentur. Et iterum in eodē libro superius, Aequales omnes sunt ante meritū, nec potest in rebus omnimodo aequalibus electio nominari, quoniam spiritus sanctus nō datur nisi credentibus. Non quidem deus eligit opera quae ipse largitur, cū dat spiritus sanctū, ut per charitatem bona operemur: sed tamen eligit fidem, quia nisi quis credat, & in accipiendi volūtate permaneat, non accipit donū dei, id est spiritus sanctum, per quem infusa charitate bonū possit operari. Nō ergo eligit deus opera cuiusquā in praescientia, quae ipse donaturus est: sed fidem eligit in praescientia, ut quem crediturum esse praesciuit, ipsum elegerit, cui spiritus sanctus daret, ut bona operando etiam aeternam vitam consequeretur. Dicit enim Apostolus, Idem deus qui operatur omnia in omnib⁹. Nūquam autē dictum est, deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus nostrum est, quod autem operamur, illius: & cetera in eodem opere, quae se acceptare & probare testantur, tanquam conuenientia Euangelicā veritati. Ceterum praescientiam & praedestinationē, vel propositum ad id valere cōtendūt, ut eos praescierit, vel praedestinauerit, vel proposuerit eligere, qui fuerat credituri: nec de hac fide posse dici, Quid habes quod nō accepisti: cum in eadem natura remanserit, licet vitiatā, quae prius sana ac perfecta donata sit. Quod autē dicit sanctitas tua, neminē perseuerare nisi perseuerandi virtute percepta, haecenus accipiūt, ut quibus datur, interti licet, praecedenti tamen proprio arbitrio tribuatur: quod ad hoc tantum liberum asserunt, ut velit vel nolit admittere medicinam. Ceterum & ipsos abominari se & damnare testantur, si quis quicquam virium in aliquo remansisse quo ad sanitatē progredi possit, existimet. Nolunt autem ita hanc perseuerantiam praedicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti cōtumaciter possit. Nec ad incertum voluntatis dei deduci se volūt ubi eis quantū putant ad obtinēdum vel amittendum, euidens est qualecunque sit initium voluntatis. Illud etiam testimonium quod posuisti, Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: tanquam nō canonicum definiunt omittendum. Vnde illam praescientia sic accipiunt, ut propter fidem futuram intelligēdi sint praesciiti: nec cuiquam talē dari perseuerantiam a qua non permittitur praerariari, sed a qua possit sua voluntate desicere & infirari. Asserunt inutilē exhortandi conuersionem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio valeat excitare: quod quidē inesse naturae sic se dicere cōsententur, ut hoc ipso quod ignorati veritas praedicatur, ad beneficium praesentis gratiae referendū sit. Nam si sic praedestinati sunt, inquirunt, ad vtramque partem, ut de aliis ad alios nullus possit accedere, quod pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Si ab

homine et si non fides integra, saltem vel dolor compunctae infirmitatis exoritur, aut periculum demonstratae mortis horretur. Nam si non potest timere quis vnde terretur, nisi ea volūtate quae sumitur, non ex eo culpandus quod nunc nō vult, sed in eo & cum eo, qui sic aliquādo noluit ut eam damnationem cum suis posteris mereretur incurere, ut nunquam recta, semper autem praua vellet appetere. Si autem est qualiscūque dolor qui ad exhortationem corripientis oritur, hanc ipsam dicunt causam propter quam vel reiciatur alius, vel alius assumatur: atque ita non opus esse partes constitui, quibus nec adiiciendum sit aliquid, nec detrahendum. Deinde moleste ferunt ita diuidi gratiam, quae vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, ut ille acceperit perseuerantiam, non qua fieret ut perseueraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseuerare non possit: nunc vero sanctis in regnū per gratiam praedestinati non tale adiutorium perseuerantiae datur, sed tale ut eis perseuerantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse nō possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseuerantes sint. His verbis sanctitatis tuae ita mouentur, ut dicant quādam desperationem hominibus exhiberi. Si enim, aiunt, ita Adam adiutus est, ut stare posset in iustitia, & a iustitia declinare: & nunc ita sancti iuuantur, ut declinare non possint, siquidem eam acceperunt volendi perseuerantiam, ut aliud velle nō possint: vel sic quidā deseruntur, ut aut nec accedant, aut si accesserint & recedant, ad illam voluntatem pertinuisse dicunt exhortationis, vel comminationis vtilitatem, quae & persistendi & desistendi obtinebat liberam potestatem: non ad hanc, cui nolle iustitiam inuitabili necessitate cōiunctū est: praeter illos qui sic concreati sunt his, qui cū vniuersa massa damnati sunt, ut exciperentur per gratiam liberandi. Vnde in hoc solo volūt a primo homine omnium distare naturam, ut illum integris viribus volūtatis iuuaret gratia volentem, sine qua perseuerare non poterat: hos autem amissis & perditis viribus credentes tantum, non solum erigat prostratos, verum etiam suscipiat ambulantes. Ceterum quicquid libet donatum sit praedestinati, id posse & amittere & retinere propria voluntate contēdunt. Quod tūc fallum esset, si verum putarent eam quosdam perseuerantiam percipisse, ut nisi perseuerantes esse nō possint. Inde est quod & illud pariter non accipiunt, ut eligendorū reiciendorūque esse definitum numerum velint: atque illius sententiae expositionem, non eam quae a te est deprompta suscipiant, id est, ut non nisi omnes homines saluos fieri velit, & nō eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinebunt, sed omnes omnino, ut nullus habeatur exceptus. Nec hoc timendum, quod quidam eo inuito perire dicantur. Sed quomodo, aiunt, nō vult a quoquā peccari vel deserere iustitiam, & tamen iugiter illa deseritur contra eius voluntatem, cōmittunturque peccata: ita eū saluare velle omnes homines, nec tamen omnes homines velle saluari? Testimonia etiam scripturae quae de Saule vel de David posuisti, non pertinere putant ad quaestionem, quae de exhortatione versatur. Alij autem ad id referunt, ut ex his eam gratiam accipiant commendari, quae vnusquisque post volūtatem inuatur: vel ad ipsam vocationē, quae praestatur indignis. Hoc enim & illis locis tuorum opusculorum & aliorum quae persequi longum est, se demonstrare testantur. Paruulorum autem causam ad exemplū maiorum non patiuntur afferri. Quam & tuam sanctitatem dicunt eatenus attigisse,

A attigisse, ut incertum esse volueris, ac potius de eorum poenis malueris dubitari. Quod in libro tertio de libero arbitrio ita posuisti meministi, ut hanc eis occasionē potuerit exhibere. Hoc etiam de aliorum libris quorū est in Ecclesia autoritas, faciūt quod perspicit sanctitas tua non parum posse iuuare contradicētes, nisi maiora, aut certe vel paria proferatur a nobis. Non enim ignorat prudentissima pietas tua, quanto plures sint in Ecclesia, qui autoritate nominū in sententia teneantur, aut ad sententiam transferantur. Ad summum fatigatis omnibus nobis, ad id prosecutio eorum, vel potius querela conuertitur, consentientibus etiā his qui hanc definitionē improbare non audent, ut dicant: Quid opus fuit huiusmodi disputationis incerto tot min⁹ intelligentium corda turbari? Neque enim minus vtiliter sine hac definitione aiunt tot annis a tot tractatoribus, tot praecedentibus libris & tuis & aliorum, cū contra alios, tū maxime cōtra Pelagianos, catholicā fidē fuisse defensam. Hanc mi pater & alia interminabiliter plura, si ut summa mea vota cōsenteat, per me deferre maluissem, vel quia hoc nō merui, saltem prolixiore tempore omnia quibus mouetur, collecta dirigere: ut quicquid de hac re contradicatur, quatenus refelli, vel si id nō potest, tolerari deberēt audire. Sed quia neutrum ex voto prouenit, malui quomodo potui hanc comprehensa dirigere, quam penitus de tanta quorundā contradictione recedere. Sunt ex parte tales personae, ut his cōsuetudine Ecclesiastica laicos summam reuerentiam inesse sit exhibere. Quod quidem ita curauimus deo iuuante seruare, ut cum opus fuit nō taceremus quae ad quaestionis huius assertionem exiguitas nostrarū virium suggererebat. Sed nunc summam quantum festinatio perlatoris admisit, haec velut commonendo suggesti. Tuę sanctae prudentie est dispicere quid factū opus sit, ut talium & tantorum superetur vel temperetur intentio. Cui ego iam parum prodesse existimo te reddere rationem, nisi & addatur autoritas, quam transgredi infatigabiliter contentiosa corda non possint. Sed planē illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem hoc excepto in factis & dictis omnibus admirari. Tuum erit decernere, quomodo sit in hoc eorum contradictio toleranda. Nec mireris quod aliter vel aliqua in hac epistola addidi, quantum puto, quae in superiore non dixeram: Talis est enim nunc eorū definitio, praeter illa quae per festinationem aut obliuionem fortasse praeterij. Libros cū editi fuerint, quos de vniuerso opere moliris, quae habere mereamur, maxime ut per eorum autoritatem, si qua tibi in tuis displicent, a dignitate tui nominis iam nō trepidi sequestramus. Librum etiam de gratia & libero arbitrio non habemus: superest ut eum quia vtilem quaestioni cōsidimus, mereamur accipere. Nolo autē sanctitas tua sic me arbitretur hanc scribere, quasi de iis quae nunc edidisti, ego dubitem. Sufficiat mihi poena mea, quod a praesentia tuae deliciis exulatus, ubi salubribus tuis vberibus nutrebar, nō solum absentia tua crucior, verum etiam per uicaciam quorundā qui non tantū manifesta respuunt, sed etiam nō intellecta reprehendunt. Ceterum hac suspitione intantum careo, ut potius infirmitatem meam qua tales parum patienter sero, notabilem putem. Qualiter autem ad hanc consulendum iudices, ut dixi, tuae sapientiae derelinquo. Nam ad me hoc pertinere credidi pro ea quae Christo vel tibi debeo charitate, ut quae in quaestionem veniunt non tacerem. Quicquid pro ea gratia quam in te posuisti cum magnis miramur, volueris aut

valueris, gratissime accipiemus tanquam a nobis charissima & reuerentissima autoritate decretum. Sanē quia virgente perlatore, timui me vel non omnia, vel haec ipsa minus digne consciis mearum virium posse dirigere, egi cum viro, tum moribus, tum eloquio & studio claro, ut quanta posset collecta suis literis intimaret, quas coniunctas his destinare curauit. Est enim talis qui etiam praeter hanc necessitatē, dignus tuae sanctitatis notitia iudicetur. Sanctus Leontius diaconus cultor tuus, cum meis parentibus multum te salutat. Memorem mei paternitatem tuam dominus Iesus Ecclesiae suae annis pluribus donare dignetur domine pater. Et infra, Sciat sanctitas tua, fratrem meum cuius maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam deo continentiam deuouisse. Vnde rogamus sanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ipsum in eis dominus confirmare & custodire dignetur.

AD LECTOREM:

Ne quem moueat, quod huius operis quod sequitur, non meministi in retractationibus suis. Retractationum libros habebat in manibus, quum haec scriberet, quemadmodum ipse testatur libro secundo huius argumenti.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PRAEDESTINATIONE SANCTORUM, Liber primus.



DIXISSE quidem Apostolū scimus in epistola ad Philipenses, Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum est. Idem tamen scribens ad Galatas, cum se satis apud eos egisse perspiceret, quod illis per ministerium sermonis sui necessarium esse cernebat: Decate- ro, inquit, laborem mihi nemo praestet: vel sicut in ple- rorumque codicibus legitur, Nemo mihi molestus sit. Ego autem quauis me moleste ferre cōsenteat, quod diuinis eloquiis quibus dei gratia praedicatur, quae omnino nulla est, si secundū merita nostra datur, tam multis manifestisque non ceditur: vestrum tamen studiū, fraternamque dilectionem filij charissimi Prosper & Hilari, qua eos qui tales sunt, ita nō vultis errare, ut post tot libros de hac re atque epistolas meas, adhuc me desideretis hinc scribere: tatum amo quantū non possum dicere: & tantum me amare, quantum debeo, non audeo dicere. Quapropter ecce rescribo vobis, & licet iam nō vobiscum tamen etiam per vos adhuc ago, quod me satis egisse credebam. Cōsideratis enim literis vestris videre mihi videor eos fratres pro quibus geritis piā curam, ne teneant poetica sententiam qua dictum est, Spes sibi quisque: & in illud incurrant quod non poetice sed propheticē dictum est, Maledict⁹ omnis qui spē habet in homine: eo modo esse tractandos, quos tractauit Apostol⁹ quib⁹ ait, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit. Adhuc quippe in quaestione caligat de praedestinatione sanctorū. Sed habet vnde si quid aliter in ea sapiūt, hoc quoque illis reuelat de⁹, si in

Augustin⁹ lib. expos. episto. ad Roma. 62.

1. Cor. 12. 2. 1. Cor. 12. 28. ea. in expositione.

1. Corint. 4.

Sapient. 4.

Caput 1. Philip. 3.

Gala. 6.

Hier. 17.

Philip. 3.

Go ambulēt in quod peruenerūt. Propter quod Aposto-
 lus cū dixisset, Si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis
 deus reuelabit: veritatem, inquit, in quod peruenerim⁹,
 in eo ambulemus. Peruenerunt autē isti fratres nostri,
 pro quibus sollicita est pia charitas vestra, vt credant cū
 Ecclesia Christi, peccato primi hominis obnoxium na-
 sci genus humanum, nec ab isto malo nisi per iustitiam
 secundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiam,
 vt praeueniri voluntates hominū dei gratia fateatur, at-
 que vt ad nullū opus bonū vel incipiendū vel perficiendū
 sibi quenquam sufficere posse consentiant. Re-
 tenta ergo ista in quā peruenerūt, plurimum eos à Pe-
 lagianorum errore discernūt. Proinde si in eis ambu-
 lent, & orēt eum qui dat intellectu, si quid de praedesti-
 natione aliter sapiūt, ipse illis hoc quoque reuelabit: tamē
 etiam nos impediamus eius dilectionis affectum mini-
 steriumque sermonis, sicut donat ille quē rogamus, vt in
 his literis ea quae illis essent apta & vtilia diceremus.
 Vnde enim scimus, ne forte deus noster id per hāc no-
 strā velit efficere seruitutē, qua eis in Christi libera cha-
 ritate seruimus? Prius itaque fidem qua Christiani su-
 mus, donum dei esse debemus ostēdere, si tamen dili-
 gentius id facere possumus, quā in voluminibus tot tā-
 tisque iam fecimus. Sed nūc eis respondendū esse video
 qui diuina testimonia quae de hac re adhibuim⁹, ad hoc
 dicunt valere, vt nouerimus ex nobis quidē nos habe-
 re ipsam fidē, sed incrementū eius ex deo: tanquā fides
 non ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tamē augeatur
 in nobis eo merito quo cepit à nobis. Nō ergo recedi-
 tur ab ea sententiā, quā Pelagius ipse in Episcopali iudi-
 cio Palestino, sicut eadem gesta testatur, dānare cōpul-
 sus est, gratiam dei secundū merita nostra dari: quasi nō
 pertineat ad dei gratiam quod credere cōpimus, sed il-
 lud potius quod propter hoc nobis additur, vt plenius
 perfectiusque credamus: ac per hoc initium fidei nostrae
 priores dāmus deo, vt retribuat nobis & supplementum
 eius, & si quid aliud fideliter poscimus. Sed contra
 hāc cur nō potius audimus. Quis prior dedit illi & re-
 tribuetur ei: quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt
 omnia. Et ipsum igitur initium fidei nostrae, ex quo ni-
 si ex ipso est: Neque enim hoc excepto ex ipso sunt cetera,
 sed ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quis
 autem dicat eum qui iam cepit credere, ab illo in quē
 credidit nihil mereri? Vnde fit, vt iam merenti cetera
 dicantur addi retributione diuina, ac per hoc gratiam
 dei secundum merita nostra dari. Quod obiectum sibi
 Pelagi⁹ ne dānaretur, ipse dānauit. Quisquis igitur hāc
 damnabilem vult ex omni parte vitare sententiam, ve-
 raciter intelligat dictū quod Apostolus ait: Vobis do-
 natum est pro Christo, non solum vt credatis in eum,
 verum etiā vt patiamini pro eo. Vtrunq; enim ostendit
 dei donum, quia vtrunq; dixit esse donatum. Nec ait
 vt plenius & perfectius credatis in eum: sed, vt creda-
 tis in eum. Nec se ipsum misericordiam cōsecutum di-
 xit vt fidelis, sed vt fidelis esset: quia sciebat nō se ini-
 tium fidei suae priorem dedisse deo, & retributum sibi
 ab illo eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem, à
 quo & Apostolus factus est: Nam scripta sunt etiam fidei
 eius initia, suntque Ecclesiastica celebri lectione no-
 tissima. Auersus quippe à fide quam vastabat, eique ve-
 hementer aduersus, repente est ad illam gratia potentio-
 re conuersus: cōuertente illo cui hoc ipsum facturo
 per Prophetam dictum est: Tu conuertens viuificabis
 nos: vt non solum ex nolente fieret volens credere, ve-
 rum etiam ex persecutore persecutionem in eius fidei

quam persequeretur, defensione pateretur. Donatum K
 quippe illi erat à Christo, nō solum vt crederet in eū,
 verum etiam vt pateretur pro eo. Et ideo commendās
 istam gratiā, quā nō datur secundū aliqua merita, sed
 efficit omnia bona merita: Non quia idonei sumus, in-
 quit, cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed suffi-
 cientia nostra ex deo est. Attendant hic, & verba ista
 perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cōceptum, & ex
 deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat,
 prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit
 aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quan-
 tus enim raptim, quantum celerime credendi volunta-
 tem quādam cogitationes anteuolent, innoxque illa ita
 sequatur, vt quasi cōiunctissima comiteretur, necesse est
 tamen vt omnia quae creduntur, praeueniente cogita-
 tione credantur: quantum & ipsum credere, nihil aliud
 est quam cum assensione cogitare. Non enim om-
 nis qui cogitat, credit: cum ideo cogitent plerique, ne
 credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogi-
 tat, & cogitando credit. Quod ergo pertinet ad re-
 ligionem atque pietatem, de qua loquebatur Apostol⁹?
 Si nō sum⁹ idonei cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis,
 sed sufficientia nostra ex deo est: profecto nō sum⁹
 idonei credere aliquid quasi ex nobismet ipsis, qd
 sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra
 qua credere incipimus, ex deo est. Quocirca sicut ne-
 mo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendū quod-
 cunque opus bonum, quod iam isti fratres, sicut vestra
 scripta indicāt, verum esse consentiunt: vnde in omni
 opere hono & incipiendo & perficiendo, sufficientia no-
 stra ex deo est, ita nemo sibi sufficit vel ad incipiendam
 vel ad perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex deo
 est: quoniam fides si non cogitur, nulla est, & non
 sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex no-
 bismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Cauen-
 dum est fratres dilecti à deo, ne homo se extollat ad-
 uersus deum, cum se dicit facere quod promisit deus.
 Nōne fides gentium promissa est Abrahae, & ille dans
 gloriam deo, plenissime credidit quoniam qui promi-
 sist, potens est & facere? Ipse ergo fidem gentium fa-
 cit, qui potens est facere quod promisit. Porro si ope-
 ratur deus fidem nostram miro modo agens in cordi-
 bus nostris vt credamus, nunquid metuendum est, ne
 totum facere non possit: & ideo homo sibi primas eius
 vendicat partes, vt nouissimas ab illo accipere mereat?
 Videte si aliud agitur isto modo, nisi vt gratia dei
 secundum merita nostra detur quolibet modo, ac sic
 gratia iam non sit gratia. Redditur namque hoc pacto
 debita, non donatur gratis: debetur enim credenti,
 vt à domino ipsa fides augeatur, & sit merces fidei ce-
 pta, fides aucta: nec attenditur cum hoc dicitur, nō se-
 cundum gratiam, sed secundum debitum istam mer-
 cedem credentibus imputari. Cur autem nō totum tri-
 buatur homini, vt qui sibi potuit instituire quod non
 habebat: ipse quod instituit, augeat, omnino nō video:
 nisi quia res illi nō potest diuinis manifestissimis testi-
 moniis, quibus & fides, vnde pietas exordium sumit, do-
 nū dei esse mostratur: quale est illud, quod vnicuique
 deus partitus est mensuram fidei. Et illud: Pax fratribus
 & charitas cū fide à deo patre, & domino Iesu Christo:
 & cetera talia. Nolens ergo his tā claris testimoniis re-
 pugnanē, & tamē volens à seipso sibi esse quod credidit
 homo quasi componat cū deo, vt partem fidei sibi ve-
 dicet, atque illi partem relinquat: & quod est elatius,
 primam tollit ipse, sequentem dat illi: & in eo quod
 dicit

A dicit esse amborū, priorem se facit, posteriorem deum.
 Non sic pius atque humilis doctor ille sapiebat, Cy-
 prianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo glori-
 andū, quando nostrum nihil sit. Quod vt ostenderet,
 adhibuit Apostolum testem dicentem: Quid autem ha-
 bes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloria-
 ris quasi non acceperis? Quo praecipue testimonio etiā
 conuictus sum, cum similiter errarem, putans fidē qua
 in deum credimus, nō esse donum dei, sed à nobis esse
 in nobis, & per illam nos impetrare dei dona, quibus
 temperāter, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Neque
 enim fidem putabam dei gratia praeueniri, vt per illam
 nobis daretur quod poscerem⁹ vtiliter, nisi quia crede-
 re non possemus, si non praeceperet praeconium veritatis:
 vt autem praedicato nobis Euāgelio cōsentiremus,
 nostrum esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitra-
 bar. Quem meum errorem nonnulla opuscula mea fa-
 tis indicant, ante Episcopatum meum scripta. In quib⁹
 est illud quod commemorasti in literis vestris, vbi est
 expositio quarundam propositionum ex Epistola quae
 est ad Romanos. Denique cū mea cuncta opuscula re-
 tractarem, eamque retractationem stylo prosequerem,
 cuius operis iam duos abfolueram libros, antequā scri-
 pta vestra proluxiora sumpsissem, cum ad hunc librum
 retractandū in primo volumine peruenissem, sic inde
 locutus sum. Item disputās, quid, inquā, elegerit deus in
 nōdum nato, cui dixit seruiturum esse maiore: & quid
 in eodem maiore similiter nōdum nato reprobauerit:
 de quibus propter hoc commemoratur, quantum lōge
 postea prolatus sit Propheticum testimonium: Iacob di-
 lexi, Esau autem odio habui: ad hoc per duxi ratiocina-
 tionem, vt dicerem: Nō ergo elegit deus opera cuius-
 quam in praescientia quae ipse daturus est: sed fidem ele-
 git in praescientia, vt quem sibi crediturum esse praesci-
 uit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, vt bona
 operando, etiam aeternam vitam consequeretur. Non-
 dum diligentius quesiueram, nec adhuc inuenerā qua-
 lis sit electio gratiae: de qua idem dicit Apostolus: Re-
 liquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Quae vti-
 que nō est gratia, si eam vlla merita praecedunt: ne iam
 quod datur non secundum gratiam, sed secundum de-
 bitū, reddatur potius meritis quam donetur. Proinde
 quod cōtinuo dixi: Dicit enim idem Apostolus, Idem
 deus qui operatur omnia in omnibus: nusquam autem
 dictū est, deus credit omnia in omnibus: ac deinde sub-
 iunxi: Quod enim credimus, nostrū est: quod autē ope-
 ramur bonum, illius est, qui credentibus dat spiritū san-
 ctum: profecto nō dicerem, nisi iam scirem etiā ipsam
 fidem inter dei munera reperiri, quae dantur in eodem
 spiritu. Vtrunque ergo nostrum est, propter arbitrium
 voluntatis, & vtrunque tamen datum est per spiritū fi-
 dei & charitatis. Neque enim sola charitas, sed sicut scri-
 ptū est, charitas cum fide à deo patre, & domino Iesu
 Christo. Et quod paulo post dixi: Nostrū est enim cre-
 dere & velle: illius autē, dare credentibus & volētibus
 facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quē
 charitas diffunditur in cordibus nostris: verum est qui-
 dem, sed eadem regula & vtrunque ipsius est, quia ipse
 preparat voluntatem: & vtrunq; nostrū, quia non fit ni-
 si volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea dixi:
 Quia neque velle possum⁹, nisi vocemur: & cū post vo-
 cationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, &
 cursus noster, nisi deus & vires currentibus praebear, &
 perducatur quod vocat. Ac deinde subiunxi: Manifestū est
 ergo non volentis neque currentis, sed miserentis dei

esse quod bene operamur: omnino verissimum est. Sed D
 parum de ipsa vocatione disserui, quae sit secundum pro-
 positum dei. Nō enim omnium qui vocantur talis est,
 sed tantum electorū. Itaque quod paulo post dixi: Sicut
 enim in his quos elegit de⁹, nō opera, sed fides inchoat
 meritum, vt per munus dei operentur: sic in his quos
 damnat infidelitas & impietas, inchoat poenae meritū,
 vt per ipsam poenam etiam male operentur: verissime
 dixi. Sed fidei meritum etiam ipsum esse donū dei, nec
 putari quarendū esse, nec dixi. Et alio loco: Cuius enim
 miseretur, inquam, facit eum bene operari: & quae ob-
 durat, relinquit eum vt mala operetur. Sed & illa mise-
 ricordia praecedenti merito fidei tribuitur, & ista ob-
 duratio praecedenti iniquitati. Quod quidem verum
 est, sed adhuc quarendum erat, vtrum & meritum fi-
 dei misericordiam dei praeueniat: id est, vtrum ista mi-
 sericordia ideo tantummodo fiat in homine, quia fi-
 delis est: an etiam facta fuerit vt fidelis esset. Legimus
 enim dicente Apostolo: Misericordiam consecutus sum,
 vt fidelis essem: non ait, quia fidelis erā. Fidelis er-
 go datur quidem, sed data est etiā vt esset fidelis. Re-
 E
 Etissime itaque alio loco in eodem libro dixi: Quoniam
 si non ex operibus, sed misericordia dei & vocatur vt
 credamus: & credentibus praestatur vt bene operemur,
 non est gentibus ista inuidenda misericordia: quantum
 minus ibi diligenter de illa quae per dei propositum fit
 vocatione tractauerim. Videtis certe quid tūc de fi-
 de atque operibus sentiebā, quāuis de cōmendanda dei
 gratia laborarem, in qua sententia istos fratres nostros
 esse nūc video, quia non sicut legere libros meos, ita
 etiam in eis curauerūt proficere mecum. Nam si cura-
 sent, inuenissent istam quaestionem secundum verita-
 tem diuinarum scripturarum solutam in primo libro
 duorum quos ad beatę memorię Simplicianum scripsit
 Episcopum Mediolanensis Ecclesiae, sancti Ambrosij
 successorem, in ipso exordio Episcopatus mei: nisi for-
 te non eos nouerūt. Quod si ita est, facite vt nouerint.
 De hoc primo duorum illorum libro, in secūdo retra-
 ctationem primum locutus sum, qui sermo meus ita
 se habet: Librorum, inquam, quos elaborauit Episcopus,
 primi duo sunt ad Simplicianum Ecclesiae Mediola-
 nensis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio,
 de diuersis quaestionibus: quarum duas ex Epistola Pau-
 li ad Romanos in primum librum contuli. Harū prior
 est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus? lex ꝑ
 peccatum est: Absit, vsque ad illud vbi ait: Quis me li-
 berabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum
 Christum dominum nostrū. In qua illa Apostoli ver-
 ba, Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum: & cetera
 quibus caro contra spiritum confingere ostenditur, eo
 modo exposui tanquā homo describeretur adhuc sub le-
 ge, nondū sub gratia cōstitutus. Lōge enim postea etiā
 spiritualis hominis, & hoc probabilius, esse posse illa ver-
 ba cognoui. Posterior in hoc libro quaestio est ab eo lo-
 co vbi ait: Non solum autem, sed & Rebecca ex vno
 concubitu habens Isaac patris nostri: vsque ad illud vbi
 ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut
 Sodoma fuisset, & sicut Gomorra similes fuisset.
 In cuius quaestionis solutione elaboratum est pro
 libero arbitrio voluntatis humanae, sed vicit dei gra-
 tia. Nec nisi ad illud potuit perueniri, vt liquidissima
 veritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis enim te
 discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si
 autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?
 Quod volens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc

Capit. II.

H

Roma. II.

I

Philipp. I.

Psal. 84.

Credere quid sit.

L

Roma. 4.

M

Roma. 11.

Roma. 1.

Capit. III. Retracta. cap. 1. Cor. 4.

Retracta. 123. li. ex. p. 60. ad Rom. 60. 1. sen. di. 4. 1. Opinat. Malac. 1.

Roma. 11.

Corin. 12. l. expo. ad Rom. 60. 1. sen. di. 28. 1. in expo. p. 110.

Ephe. 6. l. expo. in p. 110. ad Roma. 61.

l. expo. in p. 110. ad Roma. 61.

G Quare, inquit, non omnes docet? Si dixerimus, quia nolunt discere quos non docet, respōdebitur nobis: Et ubi est quod ei dicitur: Domine tu cōuertēs uiuificabis nos: Aut si non facit volentes ex nolentibus deus, quid orat Ecclesia secūdm̄ præceptū domini pro persecutoribus suis: Nam sic etiam voluit intelligi sanctus Cyprianus quod dicimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: hoc est, sicut in eis qui iā crediderunt & tanquam cœlū sunt, ita & in eis qui non credunt, & ob hoc adhuc terra sunt. Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut deus in illis operetur & velle: De Iudeis certe Apostolus ait, Fratres, bona volūtas quidē cordis mei, & deprecatio ad deū pro illis fit in salutem. Orat pro nō credentibus, quid, nisi ut credant: Nō enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium dei præuenit gratiam: nūquid eorum fides pro quibus oratur ut credant, dei præuenit gratiam? Quandoquidem hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est fidem nō habentibus, fides ipsa donetur. Cum igitur Euangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt: sed qui credunt prædicatore forinsecus sonante, intus à patre audiunt atque discunt: qui autem nō credunt, foris audiunt, intus nō audiunt, neque discunt: hoc est, illis datur ut credant, illis non datur: quia nemo, inquit, venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. quod apertius postea dicitur. Nā post aliquantum cum de carne sua manducanda & bibendo sanguine suo loqueretur, & dicerent etiam quidam discipulorum eius: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Et paulo post: Verba, inquit, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed sunt quidam ex vobis qui nō credunt. Et mox Euāgelista, Sciebat, inquit, ab initio Iesus quæ essent credentes, & quis traditurus esset eū, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo. Ergo trahi à patre ad Christum, & audire ac discere à patre ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere à patre, quo credat in Christum. Neque enim audientes Euangelium à non audientibus, sed credentes à non credētibus discernerat qui dicebat: Nemo venit ad me nisi fuerit ei datum à patre meo. Fides igitur & inchoata & perfecta, donum dei est: & hoc donum quibusdam dari, quibusdā non dari, omnino non dubitet qui non vult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur autē nō omnibus detur, fidelem mouere nō debet, qui credit ex vno omnes isse in condemnationem, sine dubitatione iustissimam: ita ut nulla dei esset iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Vnde cōstat magnā esse gratiam, quod plurimi liberantur, & quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur agnoscunt: ut qui gloriantur, nō in suis meritis, quæ paria vident esse damnatis, sed in domino gloriantur. Cur autem istum potius quam illū liberet, inscrutabilia sunt iudicia ei, & inuestigabiles viæ eius. Melius enim & hic audimus aut dicimus, O homo tu quis es qui respondeas deo: quam dicere audeamus quā nō uerimus quod occultum esse voluit: qui tamē aliquid iniustum velle non potuit. Illud autem quod in opusculo meo quodam contra Porphyrium sub titulo *De tempore Christianæ religionis*, me dixisse recolis: ita dixi, ut hanc diligentem & operosiorē disputationem de gratia præterirem, non sanè omnia significatione, quæ eā loco illo explicare noluissem, quæ possent aliās vel ab aliis explicari. Nā ita locutus sum inter ca-

tera respōdens propositæ quæstioni, cur Christus post tam longa tempora venerit. Proinde, inquam, cū Christo nō obiciant quod eius doctrinā nō omnes sequuntur: sentiūt enim & ipsi, nequaquā hoc recte obici posse vel sapientiæ philosophorū, vel etiā numini deorum suorū: quid respōdebūt si excepta illa altitudine sapientiæ & scientiæ dei, ubi fortassis aliud diuinū consilium lōge secretius latet, sine præiudicio etiam aliarum forte causarum, quæ à prudentibus inuestigari queunt: Hoc solum eis breuitatis gratia, in huius quæstionis disputatione dicamus: tūc voluisse hominibus apparere Christū, & apud eos prædicari doctrinā suam, quando sciebat & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus & his locis quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamē multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Quales etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione de illo compleatur præconia Prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quā tā claræ atque perspicuæ tamq̄ sublimi & sublimiter diffamata diuinæ cedere authoritati. Quādiu paruus & infirmus est intellectus hominis, diuinæ accedere veritati non poterit. Quid ergo mirum, si tam infidelibus plēnū orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, ut eis apparere vel prædicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Neque enim incredibile est tales tunc fuisse omnes, quales ab eius aduētū vsque ad hoc tēpus tam multos fuisse atque esse mirorū: & tamen ab initio generis humani, aliās occultis, aliās euidentibus, sicut cōgruere temporibus diuinitus visum est, nec prophetari destitit, nec qui in eum crederent defuerunt & ab Adam vsque ad Moysen, & in ipso populo Israël, quæ speciali quodam mysterio gens prophetica fuit: in aliis gentibus, antequam venisset in carne. Cum enim nonnulli commemorentur in sanctis Hebræicis libris, iam ex tempore Abrahæ, nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israël, nec aduentitia societate in populo Israël, qui tamen huius sacramenti participes fuerūt: cur nō credamus etiam in cæteris hac atque illac gentibus alios atque alios fuisse, quāuis eos commemoratos in eisdem authoritatibus non legamus: Ita salus religionis huius per quam solam veram, salus vera veraciterque promittitur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus nō fuit. Et ab exordio propagationis humanæ vsque in finem, quibusdam ad præmiū, quibusdam ad iudiciū prædicatur: ac per hoc & quibus omnino annunciata non est, nō credituri præsciebantur: & quibus non credituris tamen annunciata est, in illorū exemplum demōstrantur. Quibus autem credituris annūciatur, in regno cœlorum & sanctorū angelorum societati præparantur. Cernitisne me sine præiudicio latētis consilij dei aliarumq̄ causarum, hoc de præscientia Christi dicere voluisse, quod conuincendę Paganorū infidelitati qui hanc obiecerāt quæstionem, sufficere videretur: Quid enim est verū quā præscisse Christum, qui & quando & quibus locis in eū fuerant credituri: Sed vtrum prædicato sibi Christo à seipsis habituri essent fidē, an deo donante sumpturi: id est, vtrū tantummodo eos præscierit, an etiam prædestinauerit deus, quærere ac differere tūc necessarium non putauit. Proinde quod dixi tunc voluisse hominibus apparere Christū, & apud eos prædicari doctrinā suam: quādo sciebat

A sciebat & ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri: posset etiam sic dici, tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinā suam, quando sciebat & ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso ante mūdi constitutionem. Sed quoniam si ita diceretur, lectorem faceret intentū ad ea requirenda, quæ nūc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius & laboriosius disputari: visum mihi est quod tunc satis erat, breuiter esse dicendum, excepta ut dixi altitudine sapientiæ & scientiæ dei, & sine præiudicio aliarū causarum, de quibus nō tunc, sed aliās opportunius disputandum putauit. Item quod dixi salutem religionis huius nulli vnquam defuisse qui dignus fuit, & dignum non fuisse cui defuit: si discutatur & quæratur, vnde quisque sit dignus, nō desunt qui dicant, voluntate humana: nos autē dicimus, gratia vel prædestinatione diuina. Inter gratiam porrō & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratiæ preparatio: gratia vero iam ipsa donatio. Quod itaque ait Apostolus, Non ex operibus, ne forte quis extollatur: ipsius enim sumus signum, creati in Christo Iesu in operibus bonis: gratia est. Quod autem sequitur, Quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus: prædestinatio est, quæ sine præscientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse factururus. Vnde dictū est, Fecit quæ futura sunt. Præscire autem potens est etiā quæ ipse non facit, sicut quæcūq̄ peccata: quia & si sunt quædā quæ ita peccata sunt, ut pœna etiam sint peccatorum, vnde dictū est, Tradidit illos deus in reprobam mentem, ut faciant quæ non conueniunt: non ibi peccatum dei est, sed iudiciū. Quocirca prædestinatio dei quæ i bono est, gratia est, ut dixi, præparatio: gratia vero est ipsius prædestinationis effectus. Quando ergo promisit deus Abrahæ in semine eius fidem gentium, dicens: Patrem multarum gentium posui te. Vnde dicit Apostolus, Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini: non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissio. Promisit enim quod ipse factururus fuerat, non quod homines: quia et si faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum deum, ipse facit ut illi faciant quæ præcepit: non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit: alioquin ut dei promissa compleantur, nō ip dei, sed in hominum est potestate: & quod à domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahæ. Non autem sic credidit Abrahæ, sed credidit dans gloriam deo, quoniam quæ promissio, potens est & facere: non ait, prædicere: nō ait, præscire: nam & aliena facta potest prædicere atque præscire: sed ait, potens est & facere: ac per hoc facta nō aliena, sed sua. An forte opera bona gentium deus promissio Abrahæ in semine ipsius, ut hoc promitteret quod ipse facit? Nō autem promissio fidem gentium, quam sibi homines faciūt, sed ut promitteret quod ipse facit, illam præsciuit homines esse facturos. Non quidē loquitur sic Apostolus. Filios quippe promissio deus Abrahæ, qui fidei eius vestigia scētarentur: quod apertissime dicit. Sed si opera gentium promissio, nō fidem: profecto quoniam non sunt bona opera nisi ex fide. Iustus enim ex fide uiuit: & omne quod non est ex fide, peccatū est: & sine fide impossibile est placere deo: nihilominus ut impleatur quod promissio deus, in hominum est potestate. Nisi enim homo faciat quod deo non donante ad hominē pertinet, nō faciet ipse quod donet: hoc est nisi habeat homo fidem ex seipso, nō implet deus quod promissio, sed opera

institiā dentur ex deo. Ac per hoc ut promissio sua deus possit implere, non est in dei, sed in hominis potestate. Quod si veritas & pietas nos credere vetat: credamus cum Abraham, quoniam quæ promissio, potens est & facere. Promissio autem filios Abrahæ, quod esse non possunt, si non habeant fidem. Ergo ipse donat & fidem. Sanè cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, ut secundum gratiā firma sit promissio: miror homines infirmitati suæ se malle committere, quā firmitati promissionis dei. Sed incerta est mihi, inquit, de me ipso volūtas dei. Quid ergo? Tuāne tibi volūtas de te ipso certa est, nec times? Qui videtur stare, videat ne cadat. Cum igitur vtraque incerta sit, cur non homo firmitati quā infirmitati fidem suam, spem charitatēq̄ committit? Sed cum dicitur, inquit, Si credideris, saluus eris: vnū horum exigitur, alterū offertur. Quod exigitur, in hominis: quod offertur, in dei est potestate. Cur non vtrūq̄ in dei est, & quod iubet, & quod offertur? Rogatur enim ut det quod iubet, rogant credentes, ut sibi augetur fides: rogant pro nō credentibus, ut eis donetur fides, & in suis incrementis & in suis initiis dei donum sit fides. Sic autē dicitur: Si credideris, saluus eris: quemadmodū dicitur: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Nā & hic ex his duobus vnū exigitur, alterū offertur. Si spiritu, inquit, facta carnis mortificaueritis, viuētis. Ut ergo spiritu facta carnis mortificemus, exigitur: ut autem viuamus, offertur. Num igitur placet, ut facta carnis mortificare, non donum dei esse dicamus, neque id donum dei esse fateamur: quoniam exigimus à nobis, præmio vitæ si hoc fecerimus oblatō? Absit ut hoc placeat participibus & defensoribus gratiæ. Pelagianorum est error iste damnabilis: quorum mox Apostolus ora obstruxit, adiungēs: Quotquot enim spiritu dei agūtur, hi sunt filij dei, ne facta mortificare nos carnis, non per dei, sed per nostrum spiritum credemus. De quo dei spiritu etiam ibi loquebatur ubi ait, Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vniciq̄ prout vult. Inter quæ omnia sicut scitis, nominauit & fidem. Sicut ergo quāuis donum dei sit facta carnis mortificare, exigitur tamen à nobis proposito præmio vitæ: ita donū dei est & fides, quāuis & ipsa cum dicitur, Si credideris saluus eris: proposito præmio salutis exigatur à nobis. Ideo enim hæc & nobis præcipiūtur, & dona dei esse mōstrantur, ut intelligatur quod & nos ea faciamus, & deus facit ut illa faciamus: sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit: quid enim apertius quā ubi dicit, Ego faciā ut faciatis? Locum ipsum scripturæ fratres charissimi attendite, & videbitis illa deum promittere facturū se, ut faciant quæ iubet, ut fiant. Non sanè ibi tacet etiam merita eorum, sed mala, quibus se ostendit reddere promalis bona: hoc ipso quod eos facit habere deinceps opera bona, cum ipse facit ut faciant diuina mandata. Sed omnis hæc ratio qua defendimus gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, vere esse gratiam, id est non secundum merita nostra dari, quāuis euidentissime diuinorum eloquiorum testimoniis asseratur: tamē apud eos, qui nisi aliquid sibi assignēt, quod priores dent ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis reprimi se putant. Laboratur aliquando in ætate aiorum, iam vtentium voluntatis arbitrio: sed ubi veniunt ad paruulos, & ad ipsum mediatorem dei & hominū, hominem Christum Iesum, omnis deficit præcedentiū gratiam dei humanorum asserio meritorum: quia nec illi vllis bonis præcedentibus meritis discernuntur à cæ-

Psal. 84.

Matth. 6.

Roma. 10.

1o an. 6.

Ibidem.

Cap. IX.

Hier. 9.

Roma. 11.

Roma 9.

De sex quæ-

stionibus cō-

tra paganos

quæstio. 2.

Cap. X.

Quid iter-

um præ-

destinatio-

um & gra-

tiam.

Hebr. 2.

Roma. 1.

Gene. 17.

Roma. 4.

Abac. 2.

Roma. 14.

Heb. 11.

Roma. 4.

Cap. XI.

Roma. 4.

1. Cor. 10.

Roma. 8.

1. Cor. 12.

Cap. XII.

1. Timo. 2.

Gteris, vt pertineant ad liberatorem hominū: hec ille vllis humanis præcedentibus meritis, cum & ipse sit homo, liberator factus est hominum. Quis enim audiat q̄ dicuntur paruuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate baptizati exire de hac vita: & ideo alij nō baptizati in eadem ætate mori, quia & ipsorum præcisa sunt merita futura, sed mala, non eorum vitam bonam vel malam deo remunerante vel damnante? Sed nullū Apostolus quidem limitem fixit, quem transgredi non debeat hominis, vt mitius loquar, incauta suspicio. Ait enim; Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Gessit, inquit, non adiunxit, vel gesturus fuit. Sed vnde hoc talibus viris in metem venerit nescio, vt futura quæ non sunt futura, puniantur aut honorentur merita paruulorum? Cur autem dictū est, secundum ea quæ per corpus gessit hominem iudicandum, cum gerantur multa solo animo, non per corpus, nec per vllum corporis membrum, & plerumque tam magna, vt talibus cogitationib⁹ pœna iustissima debeatur, sicuti est, vt alia taceam, quod dixit insipies in corde suo, non est deus? Quid est ergo, secundum ea quæ per corpus gessit: nisi secundum ea quæ gessit eo tempore quo in corpore fuit, vt per corpus intelligamus corporis tempus? Post corpus autē nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima, non ad vlla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel pro malis luēda supplētia. Hoc autem medio tempore inter depositionem & receptionem corporis, secundum ea quæ gesserunt per corporis tēpus, siue cruciantur anima, siue requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet etiam quod Pelagiani negant, sed Christi Ecclesia constituitur, originale peccatum: quo siue soluto per dei gratiam, siue per dei iudicium non soluto cū moriuntur infantes: aut merito regenerationis trāseunt ex malis ad bona, aut merito originis trāseunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides nouit, in hoc etiam nonnulli hæretici sine vlla contradictione consentiūt. Iudicari autem quenquam nō solum secundum merita quæ habuit quandiu fuit in corpore, sed secundū merita quæ fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, vnde opinari potuerint homines, quorum ingenia nō esse cōtempribilia vestrā in dicant literā, mirās & stupens reperire non possum: nec credere auderē, nisi vobis nō credere non auderem: sed spero assuturū deum, vt commoniti cito videant ea quæ dicuntur futura fuisse peccata, si per dei iudicium in non baptizatis possunt iure puniri, etiam per dei gratiam baptizatis posse dimitti. Quicumque enim dicit puniri tantum posse deo iudicante futura peccata, dimitti autem deo miserante non posse, cogitare debet quantam deo faciat gratiā; eius iniuriam: quasi futurum peccatū prænosci possit, nec possit ignosci. Quod si absurdū est, magis ergo futuris si diu viuerent peccatorib⁹, cū in parua ætate moriuntur, lauacro quo peccata diluuntur debuit subueniri. Quod si forsitan dicunt, pœnitentibus peccata dimitti: & ideo istos nō baptizari in paruula ætate morientes, quia præcisi sunt, pœnitentiam si viuerent non acturos: eos autem qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, deum præcisse acturos pœnitentiā fuisse si viuerent: attendant & videant si ita est, non iam in paruulis sine baptismate morientibus peccata originalia vindicari, sed sua cuiusque futura si viuerent. Item baptizatis non originalia dilui, sed sua futura si viuerent, quoniam non possent nisi in maiore ætate peccare: sed

alios acturos pœnitentiā, alios non acturos fuisse præcisos: ideoq; alios baptizatos, alios sine baptismate exisse de hac vita. Hoc si audirent Pelagiani, non iam laborarent negando originale peccatum; & querere paruulis extra regnum dei nescio cuius suæ felicitatis locū: maxime quando conuincuntur non eos habere posse vitā æternam, qui non manducauerūt carnem, nec biberūt sanguinem Christi: & quia in eis qui nullum habent omnino peccatū, falsus est baptismus qui in remissionē traditur peccatorum. Dicerent enim prorsus nullū esse originale peccatum, sed pro suis futuris si viuerent meritis vel baptizari vel nō baptizari eos qui de corpore soluūtur infantes: & pro suis futuris meritis eos vel accipere vel non accipere corpus & sanguinē Christi, sine quo vitam prorsus habere nō possunt: & in vera remissione peccatorum baptizari, quauis nullum ex Adam traherent: quoniam remittuntur eis futura peccata, de quibus illos deus pœnitentiā præcisiuit acturos. Ita facillime agerent atque obtinerent causam suam qua negant esse originale peccatum, & gratiam dei non dari nisi secundum merita nostra contendunt. Sed quia hominum futura quæ non sunt futura, proculdubio nulla sunt merita, & hoc videre facillimum est: ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerūt, & multo magis nec isti dicere debuerunt. Dicit enim nō potest quam moleste feram, quod viderunt Pelagiani esse falsissimum & absurdissimum, hoc nō vidisse istos, qui nobiscum errorem illorum hæreticorum catholica authoritate condemnāt. Scripsit librum de mortalitate Cyprianus, multis ac penē omnibus qui Ecclesiasticas literas amāt laudabiliter notum, in quo propterea dicit non solum nō esse fidelibus inuitem mortem, verūetiam vitalem reperiri, quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, & in non peccandi securitatem cōstituit. Sed quid prodest si etiam futura quæ commissa nō sunt peccata puniuntur? Ait tamen ille copiosissime atq; optime, peccandi pericula nec desunt in ista vita, nec superesse post istam. Vbi & illud testimonium ponit de libro Sapientia: Rapt⁹ est, ne malitia mutaret intellectū eius. Quod a me quoque positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tanquam nō de libro canonico adhibitum: quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quā volumus hinc doceri. Quis enī audeat negare Christianus, iustum si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio futurū? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistēdum putabit? Item si dixerit iustum si a sua iustitia recesserit in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua nō dico vnum annum, sed vnum diem duxerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturum: nihil sibi præteritam suam iustitiam profuturam, huic perspicuæ veritati quis fidelium contradicit? Porro si queratur a nobis, vtrum si tunc esset mortuus quando erat iustus, pœnas esset inuenturus an requiem, nunquid requiem respondere dubitabimus? Hæc est tota causa cur dictū est, a quocunque sit dictum, Raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius. Dictum est enim secundum pericula vitæ huius: non secundum præscientiam dei: qui hoc præcisiuit quod futurum erat, non quod futurū nō erat, id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incerto: nō quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in libro Iob: Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Sed quare aliis cōcedatur vt ex huius vitæ periculis dum iusti sunt auferantur, alij vero iusti donec a iustitia cadant, in eisdem periculis

A periculis vita productiore teneatur, quis cognouit sensum domini? Et tamen hinc intelligi datur, etiā illis iustis qui bonos p̄b̄q; mores vsq; ad senectutis maturitatem, & diem vitæ huius vltimū seruant, nō in suis meritis, sed in domino esse gloriandum: quoniam qui vitæ breuitate rapuit iustum ne malitia mutaret intellectū eius, ipse in quacunque vitæ longitudine custodit iustum, ne malitia mutet intellectū eius. Cur autem hic teneatur casurum iustum, quem priuquā caderet hinc posset auferre, iustissima omnino, sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Quæ cum ita sint, nō debuit repudiari sententia libri Sapientia: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesia Christi tam longa annositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis, vsque ad extremos laicos fideles, pœnitentes, catechumenos, cū veneratione diuinæ authoritatis audiri. Certe enim si de diuinarum scripturarum tractatoribus qui fuerūt ante nos, proferrem defensionem huius sententia, quā nūc solito diligentius atq; copiosius contra nouum Pelagianorum defendere vrgemur errorem: hoc est, gratiam dei non secundum merita nostra dari, & gratis dari cui datur: quia neq; volentis neq; currentis, sed miserentis est dei: iusto autē iudicio nō dari cui non datur, quia non est iniquitas apud deum: Si huius ergo sententia defensionem ex diuinorum eloquiorū nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerē, profecto hi fratres, pro quibus nūc agimus, acquiescerēt: hoc enim significastis literis vestris. Quid igitur opus est vt eorū scrutemur opuscula, qui priuquā ista hæresis oriretur, non habuerūt necessitatem in hac difficili ad soluendū quæstione versari, quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogenterent? Vnde factum est, vt de gratia dei quid sentiret, breuiter quibusdam scriptorum suorum locis & transcurat attingerent: immorarentur vero in eis quæ aduersus alios inimicos Ecclesie disputabant, & in exhortationibus ad quasq; virtutes, quibus deo viuo & vero pro adipiscenda vita æterna & vera felicitate seruiunt, frequentationibus aut orationibus simpliciter apparebat dei gratia quid valeret. Nō enim profecerunt a deo quæ præcepit fieri, nisi ab illo donarentur vt fierent. Sed qui sententiis tractatorum instrui volunt, oportet vt istum librum Sapientia vbi legitur, Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius: omnibus tractatoribus antepōnāt: quoniam sibi eme antepōnerūt etiam temporibus proximi Apostolorū egregij tractatores, qui cū testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crederent. Et certe beatissimum Cyprianum disputasse cōstat, vt celerioris mortis beneficium commendaret, a peccatorū periculis eos eripi, qui hanc vitā finiunt in qua peccari potest. In eodem libro ait inter cetera: Cur nō cū Christo futurus, & de domini pollicitatione securus, quod ad Christum vocaris, amplecteris, & quod diabolo careas gratularis? Et alio loco: Pueri, inquit, periculū lubricæ ætatis euadūt. Itemq; alio loco: Quid non, inquit, properamus & currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorū numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequēs nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. His atq; huiusmodi doctor ille sententiis in catholice fidei luce clarissima satis aperteq; testatur, vsq; ad huius corporis depositionē peccandi pericula tentationesque metuēdas, deinceps nulla talia quenquam esse passurum. Quod & si non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscūque du-

bitaret? Quomodo igitur homini lapsō, & in eodē lapsō istam vitam misere finienti, atq; ad pœnas eunti talibus debitas: quomodo, inquam, huic nō plurimū summeq; prodesset, si ex hoc tentationum loco priusquam laboretur, morte raperetur? Ac per hoc si absit nimis inconsiderata contentio, tota quæstio ista finita est de illo qui raptus est ne malitia mutaret intellectū eius. Nec ideo liber sapientia: qui tanta numerositate annorum legi meruit in Ecclesia Christi, in quo & hoc legitur, pati debet iniuriam: quoniam resistit eis qui pro meritis hominum falluntur, vt veniant contra dei manifestissimam gratiam, quæ maxime apparet in paruulis: quorum cum alij baptizati, alij nō baptizati vitæ huius terminum sumunt, satis indicant misericordiam & iudicium: misericordiam quidem gratuitam, iudicium debitum: Si enim iudicarentur homines pro meritis suæ vitæ, quæ non haberet morte præueniente, sed habituri essent si viuerent: nihil prodesset ei qui raptus est ne malitia mutaret intellectū eius: nihil prodesset eis qui lapsi moriuntur, si ante morerentur: quod nullus dicere Christianus audebit. Quocirca non debent fratres nostri, qui nobiscū pro catholica fide perniciem Pelagianorum erroris impugnant, huic Pelagianæ intantum fauere opinioni, qua opinantur gratiam dei secundum merita nostra dari: vt quod illi audire non possunt, sententiā veram planē & antiquitatis Christianam, Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius: destruere moliantur, & id astruere quod nō dico crediturum, sed somniatum neminem putaremus: secundum ea scilicet iudicari quæquā mortuorum, quæ gesturus fuerat si tempore prolixiore vixisset. Ita quippe claret inuictū esse quod dicim⁹, Gratiam dei non secundum merita nostra dari, vt huic veritati cōtradicentes ingeniosi homines hæc ab omnium auribus & cogitationibus abigenda dicere cogenterent. Est etiam præclarissimum lumen prædestinationis & gratia, ipse saluator, ipse mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: qui vt hoc esset, quibus tandem suis vel operū vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo est cōparauit: Respondeatur quæso, ille homo vt a verbo patri coæterno in vnitatem personæ assumptus, filius dei vnigenitus esset, vnde hoc meruerit? Quod eius bonum qualecūq; præcessit: Quid egit ante, quid credidit, quid petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? Nōne faciente ac suscipiente verbo, ipse homo ex quo esse cepit, filius dei vnicus esse cepit: Nōne filium dei vnicum femina illa gratia plena cōcepit? Nōne de spiritu sancto & virgine Maria dei filius vnicus natus est, non carnis cupidine, sed singulari dei munere? Nunquid metuentum fuit, ne accedente ætate homo ille libero peccaret arbitrio? An ideo in illo non libera voluntas erat, ac nō tātō magis erat, quanto magis peccato seruire non poterat? Nempe ista omnia singulariter admiranda, & alia si qua eius ppria verissime dici possunt, singulariter in illo accepit humana, hoc est nostra natura, nullis suis præcedentibus meritis. Respondeat hic homo deo si audeat, & dicat, Cur non & ego? Et si audierit, O homo, tu quis es qui respondeas deo: nec sic cohibeat, sed augeat impudentiā & dicat, Quomodo audio: Tu quis es o homo: cū sim quod audio, id est homo, quod est & ille de quo ago, cur nō sim quod & ille? At enim gratia ille talis ac tantus est. Cur diuersa est gratia, vbi natura communis est? Certe non est acceptio personarū apud deū. Quis non dico Christianus, sed infans hæc dicat? Appareat itaque nobis in nostro capite ipse fons gratia;

Rom. 14.
2. Cor. 5.

Psal. 13.

Cap. XIII.

Sapient. 4.

M

Cyprianus
in libro de
mortalitate.

Iob. 7.

Sapient. 4.

1. Tim. 2.

Rom. 9.

Rom. 2.

Unde secundum vniuersumque mensuram se per cuncta eius membra diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei suae homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: de ipso spiritu & hic renatus, de quo est ille natus: eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factum est ut nullum haberet ille peccatum. Hanc se deus esse facturum profecto praesciuit. Ipsa est igitur praedestinatio sanctorum quae in sancto sanctorum maxime claruit, quam negare quis potest recte intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipsum dominum gloriae in quantum homo factus est dei filius, praedestinatum esse didicimus. Clamat doctor gentium in capite Epistolarum suarum, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est filius dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Praedestinatus est ergo Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset tamen in virtute filius dei secundum spiritum sanctificationis, quia natus est de spiritu sancto & virgine Maria. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo susceptio singularis, vt filius dei & filius hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & filius dei propter suscipientem vniuersum deum veraciter & proprie diceretur, ne non trinitas, sed quaternitas crederetur. Praedestinata est ista naturae humanae tanta & tam celsa & summa subuectio, vt quo attolleretur altius, non haberet: sicut pro nobis ipsa diuinitas quousque se deponebat humilior, non habuit, quam suscepit a natura hominis cum infirmitate carnis usque ad mortem crucis. Sicut ergo praedestinatus est ille vnus, vt caput nostrum esset: ita multi praedestinati sumus, vt membra eius essemus. Humana hic merita conticescant, qua perierunt per Adam: & regnet quae regnat dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum, vnicum dei filium dominum nostrum. Quisquis in capite nostro praecedentia merita singularis illius generationis inuenierit, ipse in nobis membris eius praecedentia merita multiplicata regenerationis inquirat. Neque enim retributa est Christo illa generatio, sed tributa, vt alienus ab omni obligatione peccati, de spiritu & virgine nasceretur. Sic & nobis vt ex aqua & spiritu renasceremur, non retributum est pro aliquo merito, sed gratis tributum: & si nos ad laucarum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus priores nos dedisse aliquid, vt retribueretur nobis regeneratio salutaris. Ille quippe nos fecit credere in Christum, qui nobis fecit in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus principium fidei & perfectionem in Iesu, qui fecit hominem principem fidei & perfectorem Iesum: sic enim est appellatus, vt scitis, in Epistola quae est ad Hebraeos. Vocat enim deus praedestinatos multos filios suos, vt eos faciat membra praedestinati vnici filij sui, non ea vocatione qua vocati sunt qui noluerunt venire ad nuptias: illa quippe vocatione & Iudaei vocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est: & gentes, quibus Christus crucifixus stultitia est: sed ea vocatione praedestinatos vocat, quam distinxit Apostolus, dicens ipsis vocatis Iudaeis & Gracis praedicare se Christum dei virtutem & dei sapientiam. Sic enim ait, ipsis autem vocatis: vt illos ostenderet non vocatos, sciens esse quandam certam vocationem eorum qui secundum propositum vocati sunt, quos praesciuit & praedestinavit conformes imaginis filij sui. Quae

vocationem significans, ait, Non ex operibus, sed ex voce Kantante dictum est ei, Quia maior seruiet minori. Nunquid dixit, non ex operibus, sed ex credente? Prorsus etiam hoc abstulit homini, vt totum daret deo. Dixit ergo, sed ex vocante, non quacunq; vocatione, sed qua vocatione fit credens. Hanc etiam intuebatur cum diceret, Siue poenitentia sunt dona & vocatio dei. Nam & ibi quid agebatur paulisper aduertite. Cum enim dixisset, Nolo enim vos ignorare fratres sacramentum hoc, vt non sitis vobis sapientes: quia caecitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum: mox addidit quod diligenter intelligendum est: Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres. Quid est secundum Euangelium inimici propter vos: nisi quod eorum inimicitia qua occiderunt Christum, Euangelio, sicut videmus, sine dubitatione proficit. Et hoc ostendit ex dei dispositione venisse, qui bene vti nouit etiam malis, non vt ei prosint vasa irae: sed vt ipso illis bene vteute, prosint vasa misericordiae. Quid enim apertius dici potuit, quam id quod dictum est, Secundum Euangelium inimici propter vos? Est ergo in malorum potestate peccare: vt autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed dei diuidentis tenebras & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem dei, non impleatur nisi voluntas dei. Legimus in actibus Apostolorum, cum dimissi a Iudaeis Apostoli venissent ad suos, & indicassent quanta eis sacerdotes & seniores dixissent, leuauerunt illi vocem vnanimes omnes ad dominum, & dixerunt, Domine tu es qui fecisti caelum & terram, & mare & omnia quae in eis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Assiterunt reges terrae & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in veritate in ciuitate ista, aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnixisti, Herodes & Pilatus & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium praedestinavit fieri. Ecce quod dictum est, secundum Euangelium quidem inimici propter vos. Tanta quippe ab inimicis Iudaeis manus dei & consilium praedestinavit fieri, quanta necessaria fuerant Euangelio propter nos. Sed quid est quod sequitur, Secundum electionem autem dilecti propter patres? Nunquid illi inimici qui in suis inimicitias perierunt, & aduersantes Christo de gente ipsa adhuc pereunt, ipsi sunt electi atque dilecti? Absit. Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed vtrunque licet sit inter se contrarium, id est inimici & dilecti, quauis non in eosdem homines, tamen in eandem gentem conuenit Iudaeorum, & ad idem carnale semen Israel, aliis eorum ad claudicationem, aliis ad benedictionem Israel ipsius pertinentibus. Hunc enim sensum apertius superius explicauit, vbi ait, Quod quarebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri vero execrati sunt, in vtrisque tamen idem ipse Israel. Vbi ergo audimus, Israel non est consecutus, vel ceteri execrati sunt: ibi intelligendi sunt inimici propter vos: vbi audiuius, electio autem consecuta est, ibi intelligendi sunt dilecti propter patres: quibus patribus vti que ista promissa sunt. Abrahamae quippe dicta sunt promissiones, & semini eius. Vnde & in ista oliua oleaster inseritur

A inseritur gentium. Iam porro electio quam dicit, quia secundum gratiam, non secundum debitum debet vti que occurrere, quoniam reliquae per electionem gratiae factae sunt. Haec electio consecuta est, ceteris execratis. Secundum hanc electionem Israelitae dilecti propter patres. Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictum est, Multi vocati: sed illa, qua vocantur electi. Vnde & hic posteaquam dicitur secundum electionem autem dilecti propter patres: continuo subiicit, vnde agimus, siue poenitentia enim sunt dona & vocatio dei: id est, siue mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem qui pertinent, omnes sunt docibiles dei, nec potest eorum quisquam dicere, credidi vt sic vocaret: praue nit enim quippe misericordia dei, quia sic vocatus est vt crederet. Omnes enim docibiles dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt a patre per filium, qui euidentissime dicit, Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Istorum autem nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, non perdet ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit, nec erit inde qui pereat. Propter quod dictum est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vti que nobiscum. Intelligamus ergo vocationem qua fiunt electi, non qui eliguntur quia crederent, sed qui eliguntur vt credant. Hanc enim & dominus ipse satis aperit, vbi dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea electi erant quoniam crediderant, ipsi eum prius vti que elegerant credendo in eum, vt eligi mereretur. Aufert autem hoc omnino, qui dicit, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Et ipsi quidem proculdubio elegerunt eum, quando crederunt in eum. Vnde non ob aliud dicit, non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nisi quia non elegerunt eum vt elegeret eos, sed vt elegeret eum elegit eos: quia misericordia eius praue nit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret in carne, sed iam electos in seipso ante mundi constitutionem. Haec est immobilis veritas praedestinationis & gratiae. Nam quid est quod ait Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem? Quod profecto si propterea dictum est, quia praesciuit deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credentes, contra istam praescientiam loquitur filius, dicens, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: cum hoc potius praescierit deo quod ipsi eum fuerant electuri, vt ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea praedestinatione, in qua deus sua futura facta praesciuit: electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua deus id quod praedestinavit, impleuit. Quos enim praedestinavit, ipsos & vocauit, illa scilicet vocatione secundu propositum: non ergo alios, sed quos praedestinavit, ipsos & vocauit: nec alios, sed quos ita vocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, sed quos praedestinavit, vocauit, iustificauit, ipsos & glorificauit, illo vti que sine qui non habet finem. Elegit ergo deus fideles, sed vt sint, non quia iam erant. Apostolus Iacobus dicit, Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & haeredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Eligendo ergo facit diuites in fide, sicut haeredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit. Rogo quis audiat dominum dicentem, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: & audeat dicere, credere homines vt eligantur, cum potius eligantur vt credant, ne contra sententiam veritatis priores inueniantur elegisse Christum, quibus dicit Christus, Non vos me ele-

gissis, sed ego elegi vos? Quis audiat Apostolum dicentem, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate praedestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suae, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae abundauit in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suae, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illo, in dispositione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quae in caelis sunt & quae in terris in ipso: in quo etiam sortem consecuti sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur secundum consilium voluntatis suae, vt simus in laudem gloriae eius. Quis, inquam, haec audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac quant defendimus tam clara veritate dubitare? Elegit deus in Christo ante constitutionem mundi membra eius: & quomodo eliget eos qui nondum erant, nisi praedestinando? Elegit ergo praedestinans nos: numquid eliget impios & immundos? Nam si quaestio proponatur, vtrum hos eligat, an potius sanctos & immaculatos, quid horum respondeat qui requiratur, ac non statim ferat pro sanctis immaculatisque sententiam? Praesciebat ergo, ait Pelagianus, qui futuri essent sancti & immaculati per liberam voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua praescientia, quales futuros esse praesciuit, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent, praedestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque praesciuit: vti que ipse non fecit, nec se facturum, sed illos futuros esse praesciuit. Intraeamur ergo verba Apostoli, atque videamus vtrum propterea nos elegerit ante mundi constitutionem, quia sancti & immaculati futuri eramus, an vt essemus? Benedictus, inquit, deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, sed vt essemus. Nempe certum est, nempe manifestum est, ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse, praedestinans vt tales per gratiam eius essemus. Ita ergo nos benedixit benedictione spirituali in caelestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate praedestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Deinde quid adiungat, attendite, Secundum placitum, inquit, voluntatis suae, ne in tanto beneficio gratiae dei, placito gloriaremur voluntatis nostrae. In qua gratificauit nos, inquit, in dilecto filio suo: in qua vti que voluntate sua gratificauit nos. Sic dictum est gratificauit a gratia, sicut iustificauit dicitur a iustitia. In quo habemus, inquit, redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae abundauit in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suae, secundum bonam voluntatem suam. In hoc mysterio voluntatis suae posuit diuitias gratiae suae, secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram: quae bona esse non posset, nisi ipse secundum bonam voluntatem suam vt bona fieret, lubueneret. Cum autem dixisset, Secundum

Roma. 1.

H

Cap. XVI.

Luca. 14.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

Roma. 8.

Roma. 9.

Roma. 11.

Esaie. 59.

Esaie. 54.

1. Tim. 6.

1. Tim. 2.

Cap. XVI.

1. Tim. 25.

Act. 4.

Psal. 137.

Roma. 11.

Roma. 8.

Roma. 11.

Gene. 22.

Gal. 3.

in scriptur

Roma. 11.

Esaie. 54.

1. Tim. 6.

1. Tim. 2.

Cap. XVI.

1. Tim. 25.

Eph. 1.

Roma. 8.

Iacob. 2.

1. Tim. 25.

G bonam voluntatem suam subiecit, Quam proposuit in illo, id est in dilecto filio suo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quae in caelis sunt & quae in terris in ipso, in quo etiam & forte consecuti sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur secundum consilium voluntatis suae, ut simus in laudem gloriae eius. Nihil longum est de singulis disputare. Cernitis autem proculdubio cernitis, quanta manifestatione Apostolici eloquij defendatur haec gratia, contra quam merita extolluntur humana, tanquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Elegit ergo nos deus in Christo ante mundi constitutionem, praedestinans nos in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti & immaculati futuri eramus, sed elegit praedestinavitque ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suae, ut nemo de sua, sed de illius erga se voluntate gloriatur: fecit hoc secundum diuitias gratiae suae, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in dilecto filio suo, in quo sortem consecuti sumus, praedestinati secundum propositum non nostrum, sed eius qui vniuersa operatur, usque adeo ut ipse in nobis operetur & velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis suae, ut simus in laudem gloriae eius. Hinc est autem quod clamamus, ut nemo gloriatur in homine, ac per hoc nec in seipso: sed qui gloriatur, in domino gloriatur, ut simus in laudem gloriae eius. Ipse quippe operatur secundum propositum suum, ut simus in laudem gloriae eius, utique sancti & immaculati, propter quod nos vocavit praedestinans ante mundi constitutionem. Ex hoc propositio eius est illa electorum propria vocatio, quibus omnia cooperantur in bonum: quia secundum propositum vocati sunt sancti, & sine poenitentia sunt dona & vocatio dei. Sed hi nostri de quibus vel pro quibus nunc agimus, forsitan dicunt, Pelagianos hoc Apostolico testimonio refutari, ubi dicit ideo nos electos in Christo, & praedestinos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ipsi enim putant, acceptis praecipis iam per nos ipsos fieri liberae voluntatis arbitrio sanctos & immaculatos in conspectu eius in charitate: quod futurum deus quonia praesciuit, inquit, ideo nos ante mundi constitutionem elegit & praedestinavit in Christo: cum dicat Apostolus, Non quia futuros tales nos esse praesciuit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Cum ergo nos praedestinavit, opus suum praesciuit, qui nos sanctos & immaculatos facit. Vnde recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur. Nos autem dicimus, inquit, nostrum deum non praescisse nisi fidem qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionem ac praedestinasse, ut iam sancti & immaculati gratia atque opere eius essemus. Sed audiatur & ipsi in hoc testimonio, ubi dicit, Sortem consecuti sumus, praedestinati secundum propositum, qui vniuersa operatur. Ipse ergo ut credere incipiamus operatur, qui vniuersa operatur, vocationem quippe illam de qua dictum est, Sine poenitentia sunt dona & vocatio dei: & de qua dictum est, Non ex operibus, sed ex vocante: cum posset dicere, sed ex credente & electionem quam significavit dominus, dicens, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nec fides ipsa praecedit. Non enim quia credidimus, sed ut credamus elegit nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod ab sit. Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Nec quia credidimus, sed ut credamus vocamur, atque illa vocatione qua sine poenitentia est, id profusus agitur &

peragitur, ut credamus. Nec omnia replicanda sunt de hac re tam multa quae diximus. Denique & in huius testimonij consequentibus, deo gratias agit Apostolus pro his qui crediderunt, non utique quia eis annuntiatum est Evangelium, sed quoniam crediderunt. Ait enim, In quo & vos audientes verbum veritatis Evangelium salutis vestrae, in quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius: propter hoc & ego audita fide vestra in Christo Iesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis. Noua erat & recens eorum fides praedicato sibi Euangelio, qua fide audita, gratias deo pro eis agit Apostolus. Si homini gratias ageret pro eo quod illum vel putaret non praestitisse vel nosset, adulatio vel irrisio verius quam gratiarum actio diceretur. Non erremus, deus non irridetur: donum enim eius est etiam incipiens fides, ne Apostoli falsa vel falsarum gloriarum gratiarum actio merito iudicetur. Quid illud? Nonne initium fidei apparet Thessalonicensium, de quo tamen idem Apostolus deo gratias agit, dicens, Propterea & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus dei, excepistis non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei, quod operatur in vobis, cui credidistis. Quid est quod hinc deo gratias agit? Nempe vanum est atque inane, si cui gratias agit de hoc, quod ipse non fecit. Sed quia hoc vanum & inane non est, profecto deus cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit: ut cum percepissent ab Apostolo verbum auditus dei, exciperent illum non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei. Deus igitur operatur in cordibus hominum, vocatione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, ut non inaniter audiant Evangelium, sed eo audito conuertantur & credant, excipientes non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei. Illud etiam initium fidei hominum donum dei esse nos admonet, cum hoc significet Apostolus in Epistola ad Colossenses, Orationi in state, vigilantes in illa in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium verbi sui ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vincit sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. Quomodo aperitur ostium verbi, nisi cum sensus aperitur audientis vel credat, & initio fidei facto, ea quae ad aedificandam salubrem doctrinam praedicantur & disputantur, admittat, ne per infidelitatem corde clauso ea quae dicuntur, improbet ac repellat? Vnde & ad Corinthios ait, Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten: ostium enim mihi apertum est magnum & evidens, & aduersarij multi. Quid hic aliud potest intelligi, nisi praedicato ibi per eum primitus Evangelio credidisse multos, & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse, secundum illud domini, Nemo ad me venit, nisi cui datum fuerit a patre meo. Et, Vobis datum est nosse mysterium regni caelorum, illis autem non est datum: Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est: aduersarij autem multi ex eis, quibus non est datum. Itemque ad eosdem in secunda Epistola, idem Apostolus, Cum venissem, inquit, in Troadem in Evangelio Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inueni Titum fratrem meum, sed vale illis faciens exiit in Macedoniam. Quibus valefecit, nisi eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus Evangelizanti apertum est ostium: Quid autem adiungat attendite, Deo autem, inquit, gratias

qui
A qui semper triumphare nos facit in Christo, & odorem notitiae suae per nos manifestat in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt: & in his qui pereunt, quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam autem odor vitae in vitam. Ecce vnde gratias agit miles acerrimus & defensor inuictissimus gratia: ecce vnde gratias agit, quia Christi bonus odor sunt Apostoli deo, & in his qui salui fiunt gratia eius, & in his qui pereunt iudicio eius. Sed ut minus succenseatur ab haec parum intelligentibus, ipse admonet, cum adiungit & dicit, Et ad haec quis idoneus: Veritatem reddeamus ad ostium apertionem, qua initium fidei audientium significavit Apostolus. Quid est enim, Orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium verbi: nisi aperitissima demonstratio etiam ipsum initium fidei esse donum dei: Non enim orando peteretur ab eo, nisi ab ipso tribui crederetur. Hoc donum caelestis gratia in illam purpurariam descendat, cui sicut scriptura dicit in Actibus Apostolorum, deus aperuerat sensum eius, & intendebat in ea quae a Paulo dicebantur, sic enim vocabatur B ut crederet. Agit quippe deus quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel iudicando, ut etiam per eos impleatur quod manus eius & consilium praedestinavit fieri. Frustra itaque etiam illud, quod Regnorum & Paralipomenon scriptura teste probauimus, cum deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda ut hoc velint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & velle, ad causam de qua differimus, non pertinere dixerunt. Quid enim est aliud, nihil dicere, & tamen contradicere, nisi forte cur eis hoc visum sit, rationem vobis aliquam reddiderunt, quam vos in literis vestris tacere maluistis? Sed quae illa esse possit ignoro. An forte quia ostendimus hoc deum egisse in cordibus hominum, & ad hoc perduxisse quorum ei placuit voluntates, ut rex constitueretur Saul siue David: ideo haec exempla causae huic conuenire non putant, quoniam non hoc est temporaliter regnare in hoc seculo, quod est in aeternum regnare cum deo: ac per hoc existimant ad regnata terrena faciendam deum inclinare: ad regnum vero caeleste obtinendum, deum non inclinare quorum voluerit voluntates: Sed puto propter regnum caelorum, non propter regnum terrenum esse dictum, Inclina cor meum in testimonia tua: Vel, A domino gressus hominis dirigitur, & viam eius vult: Vel, Paratur voluntas a domino: Vel, Fiat dominus noster nobiscum, sicut erat cum patribus nostris: non derelinquat nos, nec auertat nos a se: incliniet corda nostra ad se, ut eamus in omnibus viis eius: Vel, Dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis. Audiatur etiam illud, Spiritum meum dabo in vobis, & faciam ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Audiant, A domino diriguntur gressus viri, mortalis autem quomodo intelliget vias suas: Audiant, Omnis vir videtur sibi metipsum iustus, dirigit autem corda dominus: Audiant, Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam aeternam. Audiatur haec & alia quaecumque non dixi, quibus ostenditur deus ad regnum etiam caelorum, & ad vitam aeternam parare & conuere hominum voluntates. Cogitate autem quale sit, ut credamus ad constituenda regna terrena hominum voluntates operari deum, & ad capeendum regnum caelorum homines operari voluntates suas. Multa diximus, & fortasse iam dudum possumus persuadere quae volumus, & adhuc tam bonis

ingeniis sic loquimur quasi obtusis, quibus & quod nimum est non est satis. Sed dent veniam, non enim quaestio ad hoc nos compulit: quia cum in prioribus opusculis nostris, satis idoneis testimoniis egissemus donum dei esse etiam fidem, inuentum est quod contradiceretur, & ad hoc valere illa testimonia, ut ostendat dei donum esse incrementum fidei: initium vero fidei quo in Christum primitus creditur, ab homine ipso esse, nec esse donum dei: sed hoc exigere deum, ut cum id praecesserit, caetera tanquam hoc merito consequantur quae dei dona sunt: nec vllum eorum dari gratis, cum in eis dei gratia, quae non nisi gratuita est, praedicetur. Quod videtis quam sit absurdum, propter quod institimus quantum potuimus, ut etiam ipsum initium fidei donum dei esse ostenderemus. Quod & si diutius fecimus, quam forsitan vellent hi propter quos fecimus, hinc ab eis reprehendi parati sumus: dum tamen & si multo diutius quam vellent, & si cum fastidio ac tardio intelligentium, fateantur nos fecisse quod fecimus, id est etiam initium fidei, sicut continentiam, patientiam, iustitiam, pietatem, & caetera de quibus cum his nulla contentio est, donum dei esse docuisse. Hic ergo sit huius voluminis terminus, ne offendat vnius nimia longitudo.

Libri Primi Finis.

**DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi Liber Secundus de bono
perseuerantiae.**



L Am de perseuerantia diligentius disputandum est. Nam & in priore libro cum ageremus de initio fidei, etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum dei esse perseuerantiam qua usque in finem perseueratur in Christo: sine autem dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quando hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, non perseuerasse vique dicitur, & verissime dicitur: Quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauerit, accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam, & ab ea decedat atque incontinentens fiat, si iustitiam, similiter si patientiam, si ipsam fidem, recte dicitur habuisse & non habere. Continens enim fuit vel iustus fuit, vel patients vel fidelis fuit, quando fuit. Cum vero esse desisset, non est quod fuit: qui vero non perseuerauerit, quomodo perseuerans fuit, cum perseuerando quisque ostendat perseuerantem, quod iste non fecit: Sed ne quisquam relictur & dicat, si ex quo fidelis quisque factus est, vixit verbi gratia decem annos, & eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseuerauit? Non contentendo de verbis, si & illa perseuerantia putatur esse dicenda tanquam temporis sui: hanc certe de qua nunc agimus perseuerantiam qua in Christo perseueratur usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseuerauerit usque in finem: potiusque hanc habuit vnius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit: quam multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem a fidei sta-

1. Cor. 3.
1. Cor. 1.

Cap. XIX.

Eph. 1.

Eph. 1.

Roma. 9.

Ioan. 15.

Colo. 4.

Colo. 4.

1. Cor. 16.

Ioan. 6.

Luca. 8.

2. Cor. 2.

ibidem.

Col. 4.

Act. 16.

Cap. XX.

Mal. 3.

Mal. 3.

Reg. 8.

Eccl. 36.

Gibilitate defecit. Quo constituto videamus vtrum hæc perseverantia, de qua dictum est, Qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit: donum sit dei. Quod si non sit, quomodo verum est quod Apostolus ait, Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo? Horum quippe vnum pertinet ad initium, alterum ad finem: vtrumque tamen est dei donum, quia vtrūque dictum est esse donatum, sicut & superius iam diximus. Quod enim est initium verius Christiano, quam credere in Christum? Quis finis melior est quam pati pro Christo? Sed quod ad id pertinet ut credatur in Christum, qualiscumque inventa est contradictio, ut donum dei non initium, sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni donante domino satis superque respondimus. Quid autem dici potest, cur perseverantia usque in finem non donetur in Christo, cui donatur pati pro Christo: aut ut expressius eloquar, qui donetur mori pro Christo? Nam & Petrus Apostolus donum dei hoc esse demonstrans, Melius est, inquit, beneficietas, si velit voluntas dei, pati, quam malefaciētes. Cum dicit, si velit voluntas dei: ostendit divinitus donari, nec omnibus sanctis, ut pro Christo patiantur: neque enim quos non vult deus peruenire ad experientiam gloriāque passionis, non perueniunt ad regnū dei, si perseveraverint in Christo usque in finem. Sed quis dicat istis non donari hanc perseverantiam, qui aegritudine corporis, vel quocumque casu moriuntur in Christo, cum longe difficilior donetur illis, a quibus facilius est habere: sed qui nihil difficile est, facile est vtramque donare. Hanc enim promissit deus, dicens, Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant. Quod quid est aliud, quam, talis ac tātus erit timor meum quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adherant? Cur autem perseverantia ista poscitur a deo, si non datur a deo? An & ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur ipsum non dare, sed ipso non donante esse in hominis potestate: sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ob hoc gratiā agitur deo, quod non donavit ipse nec fecit? Sed quod ibi dixi, hoc & hic dico. Nolite errare, inquit Apostolus, deus non irridetur. O homo non verborum tuorum tantum, verum etiam cogitationum tuarum testis est deus: si aliquid a tanto diuine veraciter ac fideliter poscis, ab illo a quo poscis, te accipere crede quod poscis. Noli eū labiis honorare, & super eum corde te extollere, credens a teipso tibi esse, quod ab illo te fingis orare. An ab illo perseverantia nostra forte non poscitur? Iam hoc qui dicit, non meis disputationibus refellendus, sed sanctorum orationibus revocandus est. An verò quisquam eorum est, qui non sibi poscat a deo ut perseveret in eo, cum ipsa oratione quæ dominica nuncupatur, quia eandem dominus docuit, quādo oratur a sanctis, nihil penē aliud quam perseverantia posci intelligatur? Legite aliquādo intentius eius expositionē in beati Cypriani martyris libro, quæ de hac re cōdidit, cuius est titulus de dominica oratione: & videte ante quot annos contra ea quæ futura erāt Pelagianorum venena, qualē sit antidotum præparatū. Nam tria sunt, ut scitis, quæ maxime aduersus eos catholica defendit Ecclesia. Quorum est vnum, gratiam dei non secundum merita nostra dari: quoniam dei dona sunt, & dei gratia etiam conferuntur merita vni-

uersa iustorum. Alterum est, in quantacūque iustitia sine qualibuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi reatus qui generatione cōtrahitur, regeneratione soluat. Horum trium hoc quod loco ultimo posui, solum non tractatur in supradicto gloriosi martyris libro. De duobus vero cæteris tanta illic perspicuitate differitur, ut supradicti hæretici noui, inimici gratiæ Christi longe ante reperiatur conuicti esse quæ nati. In his ergo meritis sanctorum, quæ nulla nisi dei dona sunt, etiam perseverantiam donum dei esse loquitur. Dicimus, inquit, Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, ut nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterum a quo deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpiamus, perseveremus. Et paulopost de hac re ipse adhuc disputans, & docens nos perseverantiam petere a domino, quod nullo modo recte & veraciter faceret, nisi eius donum etiā hoc esset: hæc, inquit, sanctificatio non in nobis permaneat oramus, & quia dominus & index noster, sanato a se & viuificato cōminatur non delinquere, ne quid ei deterius fiat: hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctibus postulamus, ut sanctificatio & viuificatio quæ de dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur. In sanctificatione igitur perseverantiam, hoc est, ut in sanctificatione perseveremus, nos ab eo petere iste doctor intelligit, cū sanctificati dicimus, Sanctificetur nomen tuum. Quid est enim petere aliud quod accepimus, nisi ut id quoque nobis præster, ne habere desinamus? Sic ergo sanctus cum deū rogat ut sanctus sit, id vtiq; rogat ut sanctus esse permaneat: ita vtiq; & castus cum rogat ut castus sit: cōtinens, ut continens sit: iustus, ut iustus sit: pius, ut pius sit: & cætera quæ contra Pelagianos dona dei esse defendimus, hoc sine dubio petunt ut in eis perseverent bonis, quæ se accepisse nouerunt. Quod si accipiūt, profecto & ipsam perseverantiā magnum dei donum quo cætera dona eius cōseruantur, accipiunt. Quid cum dicimus, Adueniat regnum tuum: num aliud poscimus, nisi ut veniat & nobis, quod esse venturum non dubitamus omnibus sanctis? Ergo & hi qui iam sancti sunt, quid orant, nisi ut in ea sanctitate quæ illis data est, perseverent? Neque enim aliter eis veniet regnum dei, quod non aliis, sed his qui perseverant usque in finem, certū est esse venturum. Tertia petitio est, Fiat voluntas tua in cælo & in terra: vel quod in plerisque codicibus legitur, magisque ab orantibus frequenter, sicut in cælo & in terra. Quod plerique intelligunt, sicut sancti angeli faciunt, & nos faciamus voluntatem tuam. Vult autem ille doctor & martyr, cælum & terram intelligi spiritum & carnem, & hoc nos orare, ut voluntatem dei re vtraque concordante faciamus. Vidit in his verbis & alterum sensum sanissimæ fidei congruentem, de quo iam supra locuti sumus; ut scilicet pro infidelibus qui sunt adhuc terra, terrenum tantum hominem primæ natiuitate portantes, orare intelligantur fideles, qui cœlesti homine induti, non immerito cœli nomine nuncupantur. Vbi euidenter ostendit & initium fidei esse donum dei, quando non tantum pro fidelibus utaugeatur in eis vel perseveret fides, verum etiam pro infidelibus ut habere incipiant eam, quam penitus non habebant,

A habebant, & contra quam corda insuper inimica gestabant, sancta orat Ecclesia. Verum nunc non de initio fidei, de quo in superiori libro multa iam diximus: sed de illa quæ habenda est usque in finem perseverantia disputamus, quam petūt vtiq; etiam sancti qui faciunt voluntatem dei, dicētes in oratione, Fiat voluntas tua. Cum enim iam facta sit in eis, cur ut fiat adhuc petunt, nisi ut perseverent in eo quod esse cœperunt? Quamuis hic dici possit, non petere sanctos, ut voluntas dei fiat in cælo, sed ut fiat in terra sicut in cælo: in terra scilicet, ut imitetur cælum, id est, ut homo angelum, vel infidelis fidelem: ac per hoc id sanctos poscere, ut sit quod nondum est, non ut perseveret quod est. Quantalibet enim homines sanctitate prepolleant, nondum sunt aequales angelis dei: nondū ergo sicut in cælo, in eis sit voluntas dei. Quod si ita est, in ea quidem parte qua optamus ut homines ex infidelibus fiant fideles, non perseverantia, sed initium videtur optari. In ea vero qua optamus ut homines in facienda voluntate dei æquentur angelis dei, cum hoc orant sancti, perseverantiam demonstrant orare: quoniam nemo peruenit ad illam summam quæ in regno est beatitudinem, nisi in ea sanctitate quam sumpsit in terra, perseverauerit usque in finem. Quarta petitio est, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus ostendit quomodo & hic intelligatur perseverantia postulari. Ait quippe inter cætera, Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum absentes & non communicantes a cœlesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. Hæc verba sancti hominis dei, perseverantiam prorsus a domino sanctos indicant poscere, quando hac intentione dicunt, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ne a Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant, qua nullum quo inde separari mereantur, crimen admittant. Quinto orationis loco dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: in qua sola petitione non inuenitur posci perseverantia. Præterita enim sunt peccata quæ nobis ut dimittantur oramus: perseverantiam vero quæ in æternum saluos facit, temporis quidem huius vitæ, non tamen peracti, sed ei quod usque ad eius finem restat, est necessaria. Operæ precium est tamen paulisper inueniri, quomodo & in hac petitione iam tunc lingua Cypriani, tanquam telo inuictissimæ veritatis longe postea futuri confodiebantur hæretici. Etiam hoc Pelagiani audēt dicere, hominem iustum in hac vita nullum habere omnino peccatum: & in talibus hominibus esse iam in præsentī tempore Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid eiusmodi, quæ vna & sola sponsa sit Christi: tanquam sponsa eius non sit, quæ per vniversam terrā quod ab eo didicit, dicit, Dimitte nobis debita nostra. Sed attendite quomodo istos gloriosissimos Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsius dominicæ orationis exponeret, ait inter cætera: Quam necessarie autem, quam prouidenter & salubriter admonemur quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare cōpellimur: ut dum indulgentia de deo petitur, cōsciētia suæ animus recorderetur, ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur se peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in Epistola sua ponens dixit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, Tomus septimus.

habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: & cætera quæ hic inferere longum est. Iam vero cum dicunt sancti, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo: quid aliud quam ut in sanctitate perseverent, precantur? Nam profecto cōcesso sibi isto dei dono, quod esse dei donum, cum ab illo poscitur, satis aperteque monstratur: isto igitur concessio sibi dono dei, ne inferantur in tentationem, nemo sanctorum est qui non teneat usque in finem perseverantiam sanctitatis: neque enim quisquam in proposito Christianitatis perseverare desistit, nisi in tentationem primitus inferatur. Si ergo concedatur ei quod orat, ut non inferatur in tentationem, in sanctificatione vtiq; quæ deo donante percipit, deo donante persistit. Sed nolūt, ut scribitis, isti fratres ita hanc perseverantiam prædicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit. Vbi quid dicant parum diligenter attendunt: De illa enim perseverantia loquimur qua perseveratur usque in finem, quæ si data est, perseveratum est usque in finem: si autem non est perseveratum usque in finem, non est data, quod iam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines perseverantiam cuiquam datam usque in finem, nisi cum ipse venerit finis, & perseverasse cui data est, repertus fuerit usque in finem. Dicimus quippe castum quem nouimus castum, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansurus: & si quid aliud diuini muneris habeat quod teneri & amitti potest, dicimus eum habere quandiu cūque habet: & si amiserit, dicimus habuisse. Perseuerantiam vero usque in finem quoniam non habet quisquam, nisi qui perseverauerit usque in finem: multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte cum perseverauerit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur ne perseveret usque in finem. Hoc ergo dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Cum enim perseverauerit quisque usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia quæ poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti per quod sit ut non amittatur etiam quod posset amitti? Sed ne forte dicatur, usque in finem perseverantiam non amitti quidem, cum data fuerit, id est, cum perseveratum fuerit usque in finem: sed tunc amitti quodammodo, quando agit homo per contumaciam, ut ad eam peruenire non possit: sicut dicimus hominem qui non perseverauerit usque in finem, amisisse vitam æternam, vel regnum dei, non quod iam acceperat & habebat, sed quod acciperet & haberet si perseverasset: verborum controuersias auferamus, & nonnulla etiam quæ non habentur, sed haberi sperantur, posse dicimus amitti. Dicat mihi quisquis audeat, vtrum deus dare non possit quod a se posci imperauit? Hoc certe qui sapit, non dico desipit, sed insanit. Imperauit autem deus, ut ei sancti eius dicat, orantes, Ne inferas nos in tentationem. Quisquis igitur exauditur hoc poscens, non infertur in contumacia tentationem, qua possit vel dignus sit perseverantiam sanctitatis amittere. At enim voluntate sua quisque deserit deū, ut merito deferatur a deo. Quis hoc negauerit? Sed ideo petimus ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat. Et si exauditur, vtiq; non sit, quia deus non permittit ut fiat. Nihil enim sit nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit. Potens ergo est & a malo in bonum flectere voluntates, & in lapsum pronas conuertere ac dirigere in sibi placitum gressum. Cui non frustra dicitur, Deus tu conuertens viuificabis nos. Non frustra dicitur, Ne des ad mouen-

Psal. 139. dum pedem meum. Non frustra dicitur, Ne tradas me G domine à desiderio meo peccatori. Postremo ne multa commemorem, cum nobis plura fortasse occurrant, nò frustra dicitur, Ne nos inferas in tétationem. Nam quisquis in tétationem non infertur, profecto nec in tétationem suã malã voluntatis infertur. Et qui in tétationem suã malã voluntatis non infertur, in nullam prorsus infertur. Vnusquisq; enim tétatur, vt scriptum est, à còcupiscentia sua abstractus & illectus. Deus autem neminem tentat, tétatione scilicet noxia. Nam est & utilis quando nò decipimur vel opprimimur, sed probamur, secundum quod dictum est, Proba me domine, & tenta me. Illa ergo noxia tétatio est, quam significat Apostolus dicens, Ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis sit labor vester. Deus, vt dixi, neminem tentat, hoc est, neminem infert vel inducit in tétationem. Nam tentari & in tétationem non inferri non est malum, imò etiam bonũ est, hoc est enim probari. Quod itaque dicimus deo, Ne nos inferas in tétationem: quid dicimus, nisi ne nos inferri sinas? Vnde sic orant nonnulli, & legitur in codicibus pluribus, & hoc sic posuit beatus Cyprianus, Ne patiaris nos induci in tétationem. In Euangelio tamen græco nusquam inueni, nisi, Ne nos inferas in tétationem. Tutores igitur viuimus, si totum deo damus. Nò autem nos illi ex parte, & nol'is ex parte committimus, quod vidit iste venerabilis martyr. Nam cum eundem locum orationis exponeret, ait post cætera: Quãdo autem rogamus ne in tétationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ: dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe arroganterque aliquid assumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam dicat: cum dominus ipse humilitatem docens, dixerit, Vigilate & orate, ne veniatis in tétationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totũ deo quicquid suppliciter cum timore dei petitur, ipsius pietate præstetur. Si ergo alia documenta non essent, hæc dominica oratio nobis ad causam gratiã quam defendimus, sola sufficeret: quia nihil nobis reliquit, in quo tãquam in nostro gloriemur. Si quidem & vt non discedamus à deo, nò ostendit dandum esse nisi à deo, cũ poscendum ostendit à deo. Qui enim non infertur in tétationem, non discedit à deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet. Quæ tamẽ libertas voluntatis in illius primæ còditionis præstantia quantum valuerit, apparuit in angelis, qui diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, peruenire meruerunt. Post casum autem hominis, nò nisi ad gratiam suã deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum: neque nisi ad gratiam suã voluit pertinere, vt homo nò recedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illò in quo sortem consecuti sumus, prædestinati secundũ quosortũ eius qui vniuersa operatur. Ac per hoc sicut operatur vt accedamus, sic operatur, ne discedamus. Propter quod ei per Prophetã dictum est, Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & nò discedimus à te. Iste certe non est Adam primus, in quo discessimus ab eo, sed Adam nouissimus, super quẽ fit manus eius, vt non discedamus ab eo. Christus enim totus cum membris suis est propter Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cum ergo sit super eum man

dei, vt nò discedamus à deo, ad nos vtique peruenit opus K dei. Hoc est enim manus dei, quoniam operẽ dei fit vt simus in Christo permanentes cum deo, non sicut in Adam discedentes à deo. In Christo enim sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius Ephe. 1. qui vniuersa operatur. Manus igitur dei est illa, nò nostra, vt non discedamus à deo. Manus inquam eius est ista, qui dixit, Timorem meum dabo in cor eorum vt à me nò recedant. Propter quod & posci à se voluit ne inferamur in tétationem: quia si non inferimur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod poterat nobis etiã nò orantibus dari, sed oratione nostra nos voluit admoneri, à quo accipimus hæc beneficia. A quo enim, nisi ab illo accipimus, à quo iustum est vt petamus? Proffusus in hac re nò operosas disputaciones expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas orationes suas. Orat vt increduli credãt: Deus ergo còuertit eos ad fidem. Orat vt credentes perseuerent: Deus ergo donat perseuerantiam vsque in finem. hoc deus futurum esse præsciuit. Ipsa est prædestinatio sanctorũ, quos elegit in Christo Ephe. 1. ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati in còspectu eius in charitate, prædestinans eos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit eos in dilecto filio suo, in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in eos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet eis mysterium voluntatis suæ secundum bonam voluntatẽ suam, quam proposuit in illa dispositione plenitudinis temporum, in itaurare omnia in Christo qua in cælis sunt, & quæ in terris in ipso, in quo etiã & sortem còsecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Contra istam veritatis tam clarã tubam, quis homo sobria vigilantisq; fidei voces vllas admittat humanas? Sed cur, inquit, gratia dei non secundum merita hominum datur? Respõdeo, quoniam deus misericors est. Cur ergo, inquit, non omnibus? Et hic respondeo, Quoniam deus iudex iustus est: ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius in aliis iudicio demonstratur, quid eis quibus datur, conferat gratia. Non itaque simus ingrati, quòd secundum placitũ voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ tam multos liberat misericors deus de tam debita perdicione, vt si inde neminẽ liberaret, non M est iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem, non iniustitia iudicati sunt filij iræ, sed iustitia. *tal. in cor. ne non inini* Qui ergo liberatur, gratiam diligit: qui non liberatur, debitum agnoscat. Si in remittẽdo debitum bonitas, in exigẽdo æquitas intelligitur, nusquam esse apud deum *stã iudicati sunt ire, sed sunt ire, sed iustam.* iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, nò solum in paruulorum, verumetiam in geminorum vna atque eadem causa, tam diuersum iudicium? Nõne similis quæstio est, cur in diuersa causa idem iudicium? Recolamus igitur illos operarios in vinea qui tota die laborauerunt, & eos qui hora vna. nempe causa diuersa est impensũ laboris, & tamen idem iudicium in redditione mercedis. Nunquid & hic audierunt murmurantes à patrefamilias, nisi hoc volo? Ita quippe eius erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem vtrique in bonis sunt: verumtamen quantum ad iustitiam spectat & gratiam, potest & de reo qui liberatur recte dici, volo: potest & de eo qui damnatur, Tolle quod tuũ est, & vade: huic autẽ volo quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam

A nequã est, quia ego bonus sum? Hic ille si dicat, cur non & mihi merito audiet, O homo tu quis es qui respondeas deo? Quem certe in vno vestrum benignissimum largitorem, in te vero exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum. Cum enim iustus esset, etiam si vtrunque puniret: qui liberatur, habet vnde gratias agat: qui damnatur, non habet quod reprehendat. Sed si iam, inquit, hoc oportebat, vt damnatis non omnibus, quid omnibus deberetur ostenderet, atque ita gratias suã gratiam in vasis misericordiæ commẽdaret: cur in eadem causa me potius quàm illum puniret, aut illum quàm me potius liberabit? Hoc nò dico: si queris quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Si & hoc queris quare, quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna est misericordia ei. ita inscrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide, perseuerare vsque in finem non dedit? Cur putas, nisi quia nò mentitur qui dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtrique nobiscum? Nunquid ergo hominum naturæ duæ sunt? Absit. Si duæ naturæ essent, gratia vlla non esset: nulli enim daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Hominiibus autem videtur, omnes qui boni apparent fideles, perseuerantiam vsque in finem accipere debuisse. Deus autem melius esse iudicauit, miscere quosdã non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tétatione securitas, nò possint esse securi: multos enim à perniciofa elatione reprimat, quod ait Apostolus, Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat. Voluntate autem sua cadit, qui cadit: & voluntate dei stat, qui stat. Potens est enim deus statuere illum: non ergo ipse seipsum, sed deus. Veruntamen bonum est non altum sapere, sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisque vel stat. Sicut autem Apostolus ait, quod & in libro superiori memorauimus, Non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quem securus beatus Ambrosius audet & dicit, Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes: quod omnis qui humiliter & veraciter pius est, esse verissimum sentit. Hoc autem Ambrosius vt diceret, in eo libro loquebatur quem de fuga seculi scripsit, docens hoc seculum non corpore, sed corde esse fugiendum, quod nisi auxilio dei fieri non posse disseruit. Ait enim, Frequens nobis de fugiẽdo seculo isto est sermo, atque vtiã quã facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus: sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mentem occupat, vt quod studeas euitare, hoc cogites animoq; voluas, qd cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quàm effectus, testatur Propheta dicendo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiã. non enim in potestate nostra est cor nostrũ & cogitationes nostræ, quæ improuisò offusã mentem animoq; confundunt, atque aliò trahunt quàm tu proposueris: ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tempore quo eleuare mentem paramus, inserti inanibus cogitationibus ad terrena plerumque deiicimur. Non itaque in hominum, sed in dei est potestate, vt habeant homines potestatem filij dei fieri. Ab ipso quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operetur per dilectionem: ad quod bonum sumendum & Tomus septimus.

tenendum, & in eo perseueranter vsque in finem proficiendum, non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: in cuius est potestate cor nostrum, & cogitationes nostræ. Ex duobus itaq; paruulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur: & ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, vt vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, vt vocatẽm sequatur: inscrutabilia sunt iudicia dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi autem non donetur: inscrutabiliora sunt iudicia dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, huic esse ex prædestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait vnus prædestinatorum, qui de pectore domini bibebat hoc secretum, mansissent vtrique nobiscum. Quid est quæro, nò erant ex nobis, nam si fuissent, mansissent vtrique nobiscum? Nõne vtrique à deo creati, vtrique ex Adã natũ, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit, Omnem flatum ego feci: vnus eiusdemque naturæ animas acceperant? Nõne postremo vtrique vocati fuerant, & vocantem secuti: vtrique ex impijs iustificati, & per lacrum regenerationis vtrique renouati? Sed si hoc audiret ille qui sciebat proculdubio quod dicebat: responderet possit & dicere, Vera sunt hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtrique nobiscum. Quenam est tandem ista discretio? Patent libri dei, nò auertamus aspectum. Clamat scriptura diuina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia nò erant secundum propositum vocati: non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: nò erant in eo sortem còsecuti: non erant prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Vt enim non dicam quã sit possibile deo, auersas & aduersas in fidem suã hominum conuertere volũtates, & in eorum cordibus operari vt nullis aduersitatibus cedant, nec ab ipso aliqũ superati tétatione discedant: cum possit & quod ait Apostolus facere, vt non eos permittat tentari super id quod possunt: Vt ergo id non dicam, certe poterat illos deus præsciens esse lapsuros, antequã id fieret auferre de hac vita. An eò redituri sumus, vt adhuc disputemus, quanta absurditate dicatur iudicare homines mortuos etiam de his peccatis, quæ præsciuit eos deus perpetraturos fuisse si viueret: Quod ita abhorret à sensibus Christianis, aut prorsus humanis, vt id etiã resellere pudeat. Cur enim nò dicatur & ipsum Euãgelium cum tanto labore, passionibusq; sanctorum frustra esse prædicatum, vel adhuc etiam prædicari, si iudicari poterant homines etiam nò audito Euãgelio secundum contumaciam vel obedientiam quã præsciuit deus eos habituros fuisse si audissent? Nec damnaretur Tyrus & Sidon, quantum remissius, quàm illæ ciuitates in quibus non credentibus à domino Christo mirabilia & signa sunt facta: quoniam si apud illas facta essent, in cinere & cilicio penitentiam egissent: sicut se habent eloquia veritatis: in quibus verbis suis dominus Iesus altius nobis mysterium prædestinationis ostendit. Si enim quæretur à nobis, cur apud eos tanta miracula facta sint, qui videtes ea non fuerant credituri: & apud eos facta nò sint, qui crederent si viderent: quid respõdebimus? Nunquid dicturi sumus quod in libro alio dixi, vbi sex quibusdam quæstionibus Paganorum, sine præiudicio

Gtamen aliarum causarum, quas prudentes possunt inuestigare, respondi. Hoc quippe ut scitis, cum Christus quare post tam longa tempora venerit, quaereretur: dixi quod his temporibus & his locis, quibus Euangelium eius non est praedicatum, tales omnes in eius praedicatione futuros esse praesciebat, quales multi in eius corporali praesentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Item paulo post in eodem libro, atq; in eadem quaestione, Quid mirum, inquam, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, ut eis praedicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse praesciebat: Hac certe de Tyro & Sidone non possumus dicere, & in eis cognoscimus ad eas causas praedestinationis hanc diuina iudicia pertinere, sine quarum causarum latentium praedicio tunc ista respondere me dixi. Facile est quippe ut infidelitatem accusemus Iudaeorum de libera voluntate venientem, qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerunt. Quod & dominus increpas arguit & dicit, Vae tibi Corozaim & Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Sed nunquid possumus dicere, etiam Tyrios & Sidonios, talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent: cum eis ipse dominus attestetur quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum. Et tamen in die iudicij puniuntur, quauis minore supplicio quam ille ciuitates quae apud se virtutibus factis credere noluerunt. Secutus enim dominus ait, Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissus erit in die iudicij, quam vobis. Seuerius ergo puniuntur isti, illi remissius, sed tamen puniuntur. Porro si etiam secundum facta quae facturi essent si viuerent, mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant isti, si eis cum tantis miraculis fuisset Euangelium praedicatum, non sunt utique puniendi: puniuntur autem.

Falsum est igitur & secundum ea mortuos iudicari, quae facturi essent si ad viuentes Euangelium perueneret. Et si hoc falsum, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismo morietes, hoc in eis eo merito fieri, quia praesciuit eos deus si viueret, praedicatumque illis fuisset Euangelium, infideliter audiueros. Restat igitur ut solo peccato originali teneatur obstricti, & propter hoc solum eant in damnationem: quoniam videmus aliis eandem habentibus causam, non nisi per dei gratuitam gratiam regenerationem donari: & eius occulto, iusto tamen iudicio, quoniam non est iniquitas apud deum, quosdam etiam post baptismum pessime viuendo perituros, in hac tamen vita quousque pereat detineri: qui non perirent si eis corporis mors lapsum eorum praueinens subueniret: quonia nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis quae fuerat si non moreretur acturus: alioquin Tyrij & Sidonij non secundum ea quae gesserunt poenas luere, sed potius secundum ea quae gesturi fuerat, si in eis illae virtutes Euangelicae factae fuissent, per grandem poenitentiam, & per Christi fidem consequeretur salutem. Quidam disputator catholicus non ignobilis huc Euangelij locum sic exposuit, ut diceret, praescisse dominum Tyrios & Sidonios a fide fuisse postea recessuros: cum factis apud se miraculis credidissent, & misericordia potius non eum illic ista fecisse: quonia grauiori poena obnoxij fierent si fidem quam tenuerant, reliquissent, quam si eam nullo tempore tenuissent. In qua sententia docti hominis & admodum acuti, quae sunt

adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, Rcu & ipsa nobis ad id quod agimus suffragetur: Si enim miseratione dominus non fecit in istis virtutes, per quas fieri possent fideles, ne grauius punirentur cum postea fieret infideles, quod eos iterum infideles futuros fuisse praesciuit: satis aperte demonstratur, de his peccatis neminem iudicari mortuorum, quae praesciuit fuisse facturum, si aliquo modo ei ne illa faciat subueniret: sicut Tyriis & Sidoniis, si sententia illa vera est, subuenisse dicitur Christus, quos maluit non accedere ad fidem, quam scelere multo grauiore discedere a fide: quod eos si accessissent, prauiderat fuisse facturos. Quauis si dicatur, cur non factum est ut crederent potius, & hoc eis praestaretur, ut antequam fidem relinquerent, ex hac vita migrarent: quid responderi possit ignoro. Qui enim dicit, relicturis fidem beneficium fuisse concessum, ne habere inciperent quod grauiore impietate desererent, satis indicat non iudicari hominem ex eo quod praesciuit male fuisse facturus, si ei quocumque beneficio ut id non faciat consulatur. Consultum est igitur & illi qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sed cur non ita consultum fuerit Tyriis & Sidoniis ut crederent & raperentur ne malitia mutaret intellectum eorum, forsitan responderet ille, cui placuit isto modo hanc soluere quaestione. Ego vero quantum ad hoc quod ago attinet, sufficere video, ut secundum istam quoque sententiam, demonstrantur homines non iudicari de his quae non fecerunt, etiam si facturi fuisse prauii sunt. Quamquam, ut dixi, hanc opinionem, qua putantur in mortibus vel mortuis vindicari peccata quae praesciti sunt facturi esse si viuerent, etiam refellere pudeat, ne videamur & nos existimasse alicuius esse momenti, quam maluimus disputatione cohibere, quam silentio praeterire.

Proinde sicut Apostolus ait, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: qui & paruulis quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus subuenit, quos ante constitutionem mundi elegit in Christo, daturus etiam eis gratiam gratis, hoc est nullis eorum vel fidei vel operum meritis praecedentibus: & maioribus etiam his quos praecidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros: quibus non vult subuenire, non subuenit: de quibus in sua praedestinatione occulte quidem, sed iuste aliud iudicauit: non enim est iniquitas apud deum, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Vniuersae autem viae domini misericordia & veritas. Inuestigabilis ergo est misericordia, qua cuius vult miseretur, nullis eius praecedentibus meritis: & inuestigabilis veritas, qua quem vult obdurat, eius quidem praecedentibus meritis: sed cum eo cuius miseretur, plerumque communibus: si autem duorum geminorum, quorum vnus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita communia. In quibus tamen sic alter magna dei bonitate liberatur, ut alter nulla eius iniquitate damnetur. Nunquid enim iniquitas est apud deum? Absit. Sed inuestigabiles sunt viae ipsius. Itaque misericordiam eius in his qui liberantur, & veritatem in his qui puniuntur, sine dubitatione credamus: neque inscrutabilia scrutari, neque inuestigabilia vestigare conemur. Ex ore quippe infantium & lactantium suam perfecit laudem: ut quod in his videmus, quorum liberationem bona eorum merita nulla praecedunt: & in his quorum damnationem vtriusque communia originalia sola praecedunt: hoc & in maioribus fieri nequaquam omnino cunctemur, id est, non putates vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel nisi suis meritis quam puniri, siue pares qui liberantur atque puniuntur

siue dispares habeant causas malas, ut qui videtur stare, videat ne cadat: & qui gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriatur. Cur autem causam paruulorum ad exemplum maiorum, sicut scribitis, non patiuntur afferri homines, qui contra Pelagianos non dubitant esse peccatum originale, quod per vnum hominem intrauit in mundum, & ex vno omnes isse in condemnationem? Quod & Manichaei non accipiunt, qui non solum omnes veteris instrumenti scripturas in nulla autoritate non habent, verum etiam eas quae ad nouum pertinent testamentum, sic accipiunt, ut suo quodam privilegio, immo sacrilegio, quod volunt sumat, quod nolunt reiciant. Contra quos agebam in libris de libero arbitrio, vnde isti nobis praescribendum putant. Ideo quaestiones operosissimas incidentes enucleate soluere nolui, ne nimium longum opus esset, vbi me aduersus tam peruersos testimonio diuinorum non adiuuabat autoritas. Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esset, quae non desinite interponere, certa tamen ratione concludere, in omnibus deum esse laudandum, sine vlla necessitate credendi duas, sicut illi volunt, coaeternas boni & mali permixtas esse substantias. Denique in primo retractationum libro, quod opus meum nondum legistis, cum ad eosdem libros retractandos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquam, libris ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullae quaestiones quas vel enodare non poteram, vel legam fermocinationem in praesenti requirebant: ita differretur ut ex vtraque parte, vel ex omnibus earumdem quaestionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret veritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorum verum esset, laudandus crederetur vel etiam ostenderetur deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: & deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt, eo modo volentes secundum suae impietatis errorem (Manichaei enim sunt) immutabilem quantumdam & deo coaeternam introducere naturam mali. Item post aliquatum alio loco, Deinde dictum est, inquam, ex qua miseria peccatibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia homo sponte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgeret ad quam miseriam iusta damnationis pertinet ignorantia & difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suae, nec ab isto malo liberatur quisquam nisi dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descendere, negantes originale peccatum. Quauis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, sicuti in eodem libro tertio disputauimus. Quae disputatio contra Manichaeos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus peccatum originale narratur. Et quicquid inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immisum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tanquam non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod vtraque scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hac dixi in primo libro Retractingonum, cum retractarem libros de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris, verum & alia multa, quae huic ad vos operi inserere longum putavi & non necessarium, quod & vos existimo esse iudicatos, cum omnia legeritis. Quauis ergo in libro tertio de libero arbitrio ita de paruulis

disputauerim, ut etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nascitur, primordia, non supplicia esse naturae vincerentur tamen Manichaei, qui volunt duas boni scilicet & mali coaeternas esse naturas: nunquid ideo fides in dubium vocanda vel deserenda est, quam contra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quae asserit originale esse peccatum, cuius reatus generatione contractus, regeneratione solvendus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, ut simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem, cur putant esse dubitandum, quod etiam paruulos deus, quibus dat suam gratiam per baptismatis sacramentum, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filij charitatis suae? In eo ergo quod aliis eam dat, aliis non dat, cur nolunt cantare domino misericordiam & iudicium? Cur autem illis potius quam illis detur, quis cognouit sensum domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia vestigare? Conficitur itaque gratiam dei non secundum merita accipientium dari, sed secundum placitum voluntatis eius, in laudem & gloriam ipsius gratiae eius, ut qui gloriatur, nullo modo in seipso, sed in domino gloriatur, qui hominibus dat quibus vult, quonia misericors est: quod & si non det, iustus est: & non dat quibus non vult, ut notas faciat diuitias gloriae suae in vasa misericordiae. Dando enim quibusdam quod non merentur, profecto gratuitam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostendit. Bonus in beneficio certorum, iustus in supplicio ceterorum: & bonus in omnibus, quoniam bonum est cum debitum redditur: & iustus in omnibus, quoniam iustum est cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Defenditur autem sine meritis dei gratia, id est vera, gratia, etiam si paruuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non eruuntur de potestate tenebrarum, quia nullo peccato sicut putant, tenentur obnoxij, sed tantum in regnum domini transferuntur, etiam sic enim sine vllis bonis meritis datur eis regnum quibus datur, & sine vllis malis meritis non datur eis quibus non datur. Quod aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus, quando nobis obiciunt, quod fato tribuamus dei gratiam, dicendo eam non secundum merita nostra dari. Ipsi enim potius dei gratiam fato in paruulis tribuunt, qui dicunt fatum esse vbi meritum non est. Nulla quippe merita etiam secundum ipsos Pelagianos possunt in paruulis inueniri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alienentur a regno. Sicut autem nunc ut ostenderem gratiam dei non secundum merita nostra dari, secundum vtrumque sensum hoc defendere malui: & secundum nostrum scilicet, qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus: & secundum Pelagianorum sensum, qui originale negant esse peccatum: nec tamen ideo mihi est ambigendum, habere paruulos quod eis dimittat, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum: ita & in tertio libro de libero arbitrio secundum vtrumque sensum refuti Manichaeis, siue supplicia, siue primordia naturae sunt ignorantia & difficultas, sine quibus nullus hominum nascitur, & tamen vnum horum teneo. Ibi quoque a me satis euidenter expressum est, quod non sit ista natura instituti hominis, sed poena damnationis. Frustra itaque mihi de illi libri mei vetustate praescribitur, ne agam causam sicut debeo agere paruulorum, & inde gratiam dei non secundum merita hominum dari, perspicuae veritatis luce conuincam. Si enim quando libros de libero arbitrio laicus Romae cepi, & in

Lucas 10. H factae sunt in vobis, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Sed nunquid possumus dicere, etiam Tyrios & Sidonios, talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent: cum eis ipse dominus attestetur quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum. Et tamen in die iudicij puniuntur, quauis minore supplicio quam ille ciuitates quae apud se virtutibus factis credere noluerunt. Secutus enim dominus ait, Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissus erit in die iudicij, quam vobis. Seuerius ergo puniuntur isti, illi remissius, sed tamen puniuntur. Porro si etiam secundum facta quae facturi essent si viuerent, mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant isti, si eis cum tantis miraculis fuisset Euangelium praedicatum, non sunt utique puniendi: puniuntur autem.

Falsum est igitur & secundum ea mortuos iudicari, quae facturi essent si ad viuentes Euangelium perueneret. Et si hoc falsum, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismo morietes, hoc in eis eo merito fieri, quia praesciuit eos deus si viueret, praedicatumque illis fuisset Euangelium, infideliter audiueros. Restat igitur ut solo peccato originali teneatur obstricti, & propter hoc solum eant in damnationem: quoniam videmus aliis eandem habentibus causam, non nisi per dei gratuitam gratiam regenerationem donari: & eius occulto, iusto tamen iudicio, quoniam non est iniquitas apud deum, quosdam etiam post baptismum pessime viuendo perituros, in hac tamen vita quousque pereat detineri: qui non perirent si eis corporis mors lapsum eorum praueinens subueniret: quonia nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis quae fuerat si non moreretur acturus: alioquin Tyrij & Sidonij non secundum ea quae gesserunt poenas luere, sed potius secundum ea quae gesturi fuerat, si in eis illae virtutes Euangelicae factae fuissent, per grandem poenitentiam, & per Christi fidem consequeretur salutem. Quidam disputator catholicus non ignobilis huc Euangelij locum sic exposuit, ut diceret, praescisse dominum Tyrios & Sidonios a fide fuisse postea recessuros: cum factis apud se miraculis credidissent, & misericordia potius non eum illic ista fecisse: quonia grauiori poena obnoxij fierent si fidem quam tenuerant, reliquissent, quam si eam nullo tempore tenuissent. In qua sententia docti hominis & admodum acuti, quae sunt

siue dispares habeant causas malas, ut qui videtur stare, videat ne cadat: & qui gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriatur. Cur autem causam paruulorum ad exemplum maiorum, sicut scribitis, non patiuntur afferri homines, qui contra Pelagianos non dubitant esse peccatum originale, quod per vnum hominem intrauit in mundum, & ex vno omnes isse in condemnationem? Quod & Manichaei non accipiunt, qui non solum omnes veteris instrumenti scripturas in nulla autoritate non habent, verum etiam eas quae ad nouum pertinent testamentum, sic accipiunt, ut suo quodam privilegio, immo sacrilegio, quod volunt sumat, quod nolunt reiciant. Contra quos agebam in libris de libero arbitrio, vnde isti nobis praescribendum putant. Ideo quaestiones operosissimas incidentes enucleate soluere nolui, ne nimium longum opus esset, vbi me aduersus tam peruersos testimonio diuinorum non adiuuabat autoritas. Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esset, quae non desinite interponere, certa tamen ratione concludere, in omnibus deum esse laudandum, sine vlla necessitate credendi duas, sicut illi volunt, coaeternas boni & mali permixtas esse substantias. Denique in primo retractationum libro, quod opus meum nondum legistis, cum ad eosdem libros retractandos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquam, libris ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullae quaestiones quas vel enodare non poteram, vel legam fermocinationem in praesenti requirebant: ita differretur ut ex vtraque parte, vel ex omnibus earumdem quaestionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret veritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorum verum esset, laudandus crederetur vel etiam ostenderetur deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: & deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt, eo modo volentes secundum suae impietatis errorem (Manichaei enim sunt) immutabilem quantumdam & deo coaeternam introducere naturam mali. Item post aliquatum alio loco, Deinde dictum est, inquam, ex qua miseria peccatibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia homo sponte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgeret ad quam miseriam iusta damnationis pertinet ignorantia & difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suae, nec ab isto malo liberatur quisquam nisi dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descendere, negantes originale peccatum. Quauis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, sicuti in eodem libro tertio disputauimus. Quae disputatio contra Manichaeos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus peccatum originale narratur. Et quicquid inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immisum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tanquam non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod vtraque scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hac dixi in primo libro Retractingonum, cum retractarem libros de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris, verum & alia multa, quae huic ad vos operi inserere longum putavi & non necessarium, quod & vos existimo esse iudicatos, cum omnia legeritis. Quauis ergo in libro tertio de libero arbitrio ita de paruulis

disputauerim, ut etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nascitur, primordia, non supplicia esse naturae vincerentur tamen Manichaei, qui volunt duas boni scilicet & mali coaeternas esse naturas: nunquid ideo fides in dubium vocanda vel deserenda est, quam contra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quae asserit originale esse peccatum, cuius reatus generatione contractus, regeneratione solvendus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, ut simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem, cur putant esse dubitandum, quod etiam paruulos deus, quibus dat suam gratiam per baptismatis sacramentum, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filij charitatis suae? In eo ergo quod aliis eam dat, aliis non dat, cur nolunt cantare domino misericordiam & iudicium? Cur autem illis potius quam illis detur, quis cognouit sensum domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia vestigare? Conficitur itaque gratiam dei non secundum merita accipientium dari, sed secundum placitum voluntatis eius, in laudem & gloriam ipsius gratiae eius, ut qui gloriatur, nullo modo in seipso, sed in domino gloriatur, qui hominibus dat quibus vult, quonia misericors est: quod & si non det, iustus est: & non dat quibus non vult, ut notas faciat diuitias gloriae suae in vasa misericordiae. Dando enim quibusdam quod non merentur, profecto gratuitam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostendit. Bonus in beneficio certorum, iustus in supplicio ceterorum: & bonus in omnibus, quoniam bonum est cum debitum redditur: & iustus in omnibus, quoniam iustum est cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Defenditur autem sine meritis dei gratia, id est vera, gratia, etiam si paruuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non eruuntur de potestate tenebrarum, quia nullo peccato sicut putant, tenentur obnoxij, sed tantum in regnum domini transferuntur, etiam sic enim sine vllis bonis meritis datur eis regnum quibus datur, & sine vllis malis meritis non datur eis quibus non datur. Quod aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus, quando nobis obiciunt, quod fato tribuamus dei gratiam, dicendo eam non secundum merita nostra dari. Ipsi enim potius dei gratiam fato in paruulis tribuunt, qui dicunt fatum esse vbi meritum non est. Nulla quippe merita etiam secundum ipsos Pelagianos possunt in paruulis inueniri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alienentur a regno. Sicut autem nunc ut ostenderem gratiam dei non secundum merita nostra dari, secundum vtrumque sensum hoc defendere malui: & secundum nostrum scilicet, qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus: & secundum Pelagianorum sensum, qui originale negant esse peccatum: nec tamen ideo mihi est ambigendum, habere paruulos quod eis dimittat, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum: ita & in tertio libro de libero arbitrio secundum vtrumque sensum refuti Manichaeis, siue supplicia, siue primordia naturae sunt ignorantia & difficultas, sine quibus nullus hominum nascitur, & tamen vnum horum teneo. Ibi quoque a me satis euidenter expressum est, quod non sit ista natura instituti hominis, sed poena damnationis. Frustra itaque mihi de illi libri mei vetustate praescribitur, ne agam causam sicut debeo agere paruulorum, & inde gratiam dei non secundum merita hominum dari, perspicuae veritatis luce conuincam. Si enim quando libros de libero arbitrio laicus Romae cepi, & in

Tomus septimus.

G Quæ cum vera sint, hortamur ad hoc quantum cuique nostrum datum est ut possit hortari, quia & hoc eius donum est, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. *1. Cor. 3.* Vnde & Apostolus, Secundum gratiam, inquit, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. & alio loco, Vnicuique, inquit, sicut dominus dedit, Ego plantavi, Apollo rigavit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ac per hoc sicut exhortatur & prædicat recte, sed ille qui accepit hoc donum: ita exhortantem atque prædicantem profecto ille obedienter audit, qui accepit hoc donum. Hinc est quod dominus cum eis loqueretur qui carnales aures apertas haberent, dicebat tamen, Qui habet aures audiendi audiat: quas non omnes habere proculdubio noverat. A quo autem habeant, quicunque habent, ipse dominus ostendit ubi ait, Dabo eis cor cognoscendi me & aures audientes. Aures ergo audiendi, ipsum est donum obediendi, ut qui id haberet veniret ad eum, ad quem nemo venit, nisi fuerit ei datum à patre ipsius. Exhortatur ergo atque prædicamus: sed qui habent aures audiendi, obedienter nos audiunt: qui vero eas non habent, sit in eis quod scriptum est, ut audientes non audiant: audientes videlicet corporis sensu, non audiant cordis assensu. Cur autem illi habeant aures audiendi, illi non habeant: hoc est, cur illis datum sit à patre ut veniant ad filium, illis autem non sit datum, quis cognovit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit? Aut tu quis es homo, qui respondeas deo? Nunquid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendere non potest quod occultum est: Nunquid, inquam, propterea dicturi sumus quod ita esse perspicimus, non ita esse, quoniam cur ita sit non possumus invenire? Sed aiunt, ut scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari. Si dicatur in conventu Ecclesiæ audientibus multis, ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, ut alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia maneat in fide: ceteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Veruntamen si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis reiciendi, subtrahentur obediendi vires ut obedire cessetis. Ista cum dicunt, ita nos à cõfessenda gratiæ, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & à cõfessenda secundum eam prædestinationem sanctorum deterrere non debent: sicut non deterremur à cõfessenda præscientia dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat, Sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos deus futuros esse præsciuit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Nunquid enim si hoc audito nonnulli in torporem segnitiamque vertantur, & à labore proclives ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de præscientia dei falsum putandum est esse quod dictum est? Nonne si de illis bonos futuros esse præsciuit, boni erunt, in quantalibet nunc malignitate versentur: si autem malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quædam non faciendâ faceret, & faciendâ non faceret, respondebat, qualiscunque nunc sim, talis ero qualem me deus futurum esse præsciuit. Qui profecto & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum, sed usque ad deo profecit

in malum, ut deserta monasterij societate, fieret canis K reuersus ad suum vomitum, & tamen adhuc qualis sit *Prouer. 26.* futurus incertum est. Nunquid ergo propter huiusmodi causas ea quæ de præscientia dei vera dicuntur, vel neganda sunt vel tacenda, tunc scilicet quando si non dicantur, in alios itur errores? Sunt etiam qui propter *Cap. XVI.* ea vel non orant vel frigide orant, quoniam domino dicente didicerunt, scire deum quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. Num propter tales huiusmodi sententiæ veritas deserenda, aut ex Evangelio delenda putabitur? Imò cum confiteri deum, alia danda etiam non orantibus, sicut in initium fidei, alia non nisi orantibus præparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur ne dum timeamus, tepescat hortatio, extinguatur oratio, accedatur elatio. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua questio ut dicatur impellit, & capiant qui possunt: ne forte cum taceatur propter eos qui capere non possunt, non solum veritate fraudetur, verum etiam falsitate capiatur, qui verum capere quocaveatur falsitas, possunt. Facile est enim, imò & utile ut taceatur aliquid verum propter incapaces. Nam vnde est illud domini, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Et illud Apostoli, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo, lac vobis potui dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem poteratis: Quamvis modo quodam dicendi fieri possit, ut id quod dicitur, & parvulis lac, & gradibus esca sit, sicut, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quis Christianus tacere potest: quis capere? Aut quid in doctrina sana potest inveniri gratius: Quod tamen & parvulis non taceatur, & nec gradibus nec parvulis occultatur. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas verum tacendi longum est omnes querere vel inferere, quarum tamen est & hæc una, ne peiores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores: qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem non fiunt, sed nec peiores fiunt. Cum autem res vera ita se habet, ut fiat peior nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest, nobis autem tacentibus ille qui potest, quid putamus esse faciendum? Nonne potius est dicendum verum, ut qui potest capere capiat, quam tacendum, ut non solum id ambo non capiant, verum etiam qui est intelligentior, ipse sit peior? Qui si audiret & caperet, per illum etiam plures disceret. Quo enim est capacior ut discat: eo magis est idoneus ut alios doceat. Instat inimicus gratiæ atque urget modis omnibus, ut credatur secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia. Et nos nolumus dicere, quod teste scriptura possumus dicere: timeamus enim videlicet ne loquentibus nobis offendatur, qui veritatem non potest capere, & non timeamus ne tacentibus nobis qui veritatem potest capere, falsitate capiatur. Aut enim sic prædestinatio prædicanda est, quemadmodum eam sancta scriptura euidenter loquitur, ut in prædestinationis sine poenitentia sint dona & vocatio dei: aut gratiam dei secundum nostra dari merita cõfessendum, quod sapiunt Pelagiani, quamvis ista sententia, quod sæpe iam diximus, legatur in gestis Episcoporum orientaliū etiam ipsius Pelagij ore damnata. A Pelagianorum porro hæretica peruersitate tantum isti remoti sunt, propter quos hæc agimus, ut licet nondum velint fateri prædestinatos esse qui per dei gratiam fiunt obediētes atque permanent, iam

A iam tamen fateantur, quod eorum præveniat voluntatem quibus datur hæc gratia. Ideo utique ne gratis dari credatur gratia, sicut veritas loquitur, sed potius secundum præcedentis merita voluntatis, sicut contra veritatem Pelagianus error obloquitur. Prævenit ergo & fidem gratia, alioquin si fides eam prævenit, proculdubio prævenit & voluntas, quoniam fides sine voluntate non potest esse. Si autem gratia prævenit fidem, quoniam prævenit voluntatem, profecto prævenit omnem obedientiam, prævenit etiam charitatem, qua vna deo veraciter & suaviter obeditur: & hæc omnia gratia in eo cui datur, & cuius hæc omnia prævenit, operatur. *Cap. XVII.* Restat in his bonis usque in finem perseverantia, quæ frustra quotidie à domino poscitur, si non eam dominus per gratiam suam in illo cuius orationem exaudit, operatur. Videte iam à veritate quam sit alienum, negare donum dei esse perseverantiam usque in finem huius vitæ, cum vitæ huic quædo voluerit ipse det finem, quem si dat ante imminens lapsum, facit hominem perseverare usque in finem. Sed mirabilior & fidelibus euidenter largitas bonitatis dei est, quod etiam parvulis quibus obedientia non est illius ætatis ut detur, datur hæc gratia. Ista igitur sua dona quibuscumque deus donat, proculdubio donaturum se esse præsciuit, & in sua præscientia præparavit. Quos ergo prædestinavit, ipsos & vocavit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget: de qua dictum est, Sine poenitentia sunt dona & vocatio dei. Nā in sua quæ falli mutarique non potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quicquam est nisi prædestinare. Sicut autem ille quem casum futurum esse præsciuit, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut castus sit, quoniam dei dono se audit futurum esse quod erit, imò etiam gaudet eius charitas, nec inflatur tanquam id non acceperit. Non solum ergo prædicatione prædestinationis ab hoc opere non impeditur, verum ad hoc adiuvatur, ut cum gloriatur, in domino gloriatur. Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perseverantia, & ne pergam per singula, hoc de omni obedientia qua obeditur deo, veracissime dici potest. Sed ij qui solum initium fidei, & usque in finem perseverantiam sic in nostra consistunt potestate, ut dei dona esse non putent, neque ad hæc habenda atque continenda deum operari nostras cogitationes & voluntates, cetera vero ipsum dare concedunt, cum ab illo impetratur credentibus fide: cur ad ipsa cetera exhortationem eorum ceterorumque prædicationem, definitionem prædestinationis non metuunt impediri? An forte nec ipsa dicunt prædestinata? Ergo nec dantur à deo, aut ea se daturum esse nesciunt. Quod si & dantur, & ea se daturum esse præsciuit, profecto prædestinavit. Sicut ergo ipsi hortantur quoque ad castitatem, charitatem, pietatem, & cetera quæ dei dona esse cõfidentur, eaque ab illo esse præcognita, ac per hoc prædestinata negare non possunt, nec dicunt exhortationes suas impediri prædicatione prædestinationis dei, hoc est, prædicatione de his donis eius futuris præscientiæ dei: sic videant nec ad fidem, nec ad perseverantiam impediri exhortationes suas, si & ipsa opera, quod verum est, esse dei dona, eaque præcognita, id est ad donandum prædestinata esse dicantur: sed impediri potius atque luberti hæc prædestinationis prædicatione illam tantummodo perniciosissimum errorem, quo dicitur gratia dei secundum merita nostra dari, ut qui gloriatur, non

in domino sed in seipso gloriatur. Quod ut apertius D propter tardiusculos explicemus, rememorationem meam ferant, quibus ingenio præuolare donatum est. dicit Apostolus Iacobus, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à deo qui dat omnibus affluentem, & non impropere, & dabitur ei. Scriptum est & in Prouerbijs Salomonis, Quoniam dominus dat sapientiam. Et de continetia legitur in libro Sapientia, cuius autoritate vsi sunt magistri & docti viri, qui longe ante nos eloquia diuina tractarunt. ibi ergo legitur, Cui scirem quia nemo esse potest continens, nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientia scire, cuius esset hoc donum. Hæc ergo dei dona sunt, id est, ut de alijs taceam, sapientia & continetia. Acquisierunt & isti: neque enim Pelagiani sunt, ut aduersus istam perspicuam veritatem dura & hæretica peruersitate contentiant. Sed hæc, inquit, ut à deo dentur nobis, fides impetrat, quæ incipit à nobis: quam fidem & incipere habere, & in ea usque in finem permanere, tanquam id non à domino accipiamus, nostrum esse contendit. Hic proculdubio contradicitur Apostolo dicenti, Quid enim habes quod non accepisti? Contradicitur & martyri Cypriano dicenti, in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Cui hæc & alia multa quæ piget repetere, diximus, atque ostenderimus & initium fidei, & usque in finem perseverantiam dei dona esse, nec vlla futura esse sua dona, & quæ data essent, & quibus danda essent, deum non præscire potuisse, ac per hoc prædestinatos ab illo esse, quos liberat & coronat: respondendum putant, prædestinationis definitionem utilitati prædicationis aduersam, eo quod hæc audita, nemo possit correptionis stimulis excitari. Hæc ceteros nolunt hominibus prædicari dona dei esse, ut veniatur ad fidem, & permaneat in fide, ne per desperatio quæ exhortatio videatur afferri, dum cogitant qui audiunt, incertum esse humanæ ignorantia cui largiatur deus, cui non largiatur hæc dona. Cur ergo & ipsi nobiscum prædicant, dona dei esse sapientiam & continetiam? Quod si hæc cum dei dona esse prædicantur, non impeditur hortatio qua homines hortamur esse sapientes & continentes: quæ tandem causa est ut existimemus impediri exhortationem qua exhortamur homines venire ad fidem, & in ea permanere usque in finem? Et si hæc dona dei esse dicantur, quod scripturis eius testibus cõprobatur, ecce ut de continetia taceamus, & de sola in hoc loco sapientia disputemus, Nempe supra memoratus Apostolus Iacobus dicit, Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordiae & fructibus bonis, inestimabilis, sine simulatione. Cernitisne obsecro, à patre luminum sapientia quam multis & magnis bonis referta descendat? Omne quippe datum optimum, sicut idem dicit, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Cur ergo ut omittam cetera, corripimus impudicos & contumeliosos, quibus tamen prædicamus donum dei esse sapientiam pudicam atque pacificam: nec timeamus ne permoti diuinæ voluntatis incerto, per in hac prædicatione desperationis quæ exhortationis inueniant, nec correptionis stimulis aduersus seipos, sed potius aduersus nos excitentur, quia eos corripimus, hæc non habentes quæ ipsi dicimus non humana voluntate proferrî, sed diuina largitate donari? Cur denique ipsum Apostolum Iacobum huius gratiæ prædicatione non deterruit corripere inquietos, & dicere, Si zelum amarum habetis, & contiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem, non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis,

G diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Sicut ergo corripienti sunt iniqui, & diuinis eloquiis testibus, & ipsis quos nobiscum isti communes habent actibus nostris: neque hanc impedire correptionem, quod sapientiam pacificam qua contentiosi corriguntur atque sanantur, donum dei esse praedicamus: ita corripienti sunt infideles, vel infideles non permanentes, non impediende istam correptionem praedicatione gratiae dei, quae fidem quoque ipsam & in ea permanentem, donum dei esse commendat: quia & si ex fide impetratur sapientia, sicut ipse Iacobus cum dixisset, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluentem, & non improperat, & dabitur ei: mox addidit, Postulet autem in fide, nihil habens: non tamen quoniam fides datur priusquam postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est non esse donum dei, sed esse a nobis, quia data est nobis, non petentibus nobis. Apostolus enim apertissime dicit, Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre & domino Iesu Christo. A quo ergo pax & charitas, ab illo est & fides: propter quod ab illo eam non solum augeri habentibus, verum etiam non habentibus poscimus dari. Neque isti propter quos haec dicimus, qui praedicatione praedestinationis & gratiae, exhortationem clamitant impediri, ad sola illa exhortantur dona quae non a deo dari, sed a nobis esse cotendunt: sicut sunt initium fidei, & in ea usque in finem perseverantia: quod utique facere deberent, ut tantummodo infideles hortarentur ut crederent: & fideles, ut credentes permanerent. Ea vero quae nobiscum dei dona esse non negant, ut nobiscum Pelagianum demoliatur errorem, sicut est pudicitia, continentia, patientia, & cetera quibus recte viuunt, & ex fide impetrantur, a domino oranda monstrare & orare solum vel sibi vel aliis debuerunt, non autem quenquam ut ea capesseret & retineret hortari. Cum vero & ad haec exhortantur ut possunt, atque exhortando se esse homines contententur, satis utique ostendunt, nec ea praedicatione impediri exhortationes, siue ad fidem, siue ad perseverantiam usque in finem: quia & ista dei dona esse nec a seipso cuiquam, sed ab illo tribui praedicamus. At enim quod vitio suo quisque deserat fidem, cum cedit tentationi atque consentit, quae cum illo agitur ut deserat fidem, quis negat? Sed non ideo dicenda est in fide perseverantia non esse donum dei. Hanc enim quotidie poscit, qui dicit, Ne nos inferas in tentationem. & si exauditur, hanc accipit: ac per hoc quotidie ut perseveret petens, profecto perseverantiae suae spem non in seipso, sed in deo ponit. Ego autem nolo exaggerare meis verbis, sed illis cogitandum potius relinquo, ut videant quale sit quod sibi persuaserunt, praedicatione praedestinationis audientibus plus desperationis quam exhortationis afferri, hoc est enim dicere, tunc de sua salute hominem desperare, quando spem suam non in seipso, sed in deo didicerit ponere: cum Propheta clamet, Maledictus omnis qui spem ponit in homine. Haec utique dona dei, quae datur electis secundum dei propositum vocatissimum quibus donis est & incipere credere, & in fide usque ad vitam huius terminum perseverare: sicut tanta ratione atque autoritatem contestatione probauimus, haec, inquam, dei dona si nulla est praedestinatio, quam defendimus, non praesciuntur a deo: praesciuntur autem haec est igitur praedestinatio quam defendimus. Vnde aliquando eadem praedestinatio significatur etiam nomine praescientiae, sicut ait Apostolus, Non repulit deus plebem suam, quam praesciuit. Hoc quod ait, praesciuit,

non recte intelligitur nisi praedestinavit, quod circumstantia ipsius locutionis ostendit. Loquebatur enim de reliquiis Iudaeorum, quae saluae factae sunt pereuntibus ceteris. Nam superius dixerat ad Israel dixisse Prophetam, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. & tanquam responderetur, Vbi sunt ergo factae promissiones dei ad Israel: continuo subiunxit, Dico ergo, nunquid repulit deus plebem suam? Absit. nam & ego Israelita sum: ex semine Abraham a tribu Benjamin: tanquam diceret, nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit vnde nunc agimus, Non repulit deus plebem suam quam praesciuit. Atque ut ostenderet dei gratia fuisse relictas reliquias, non meritis operum eorum, secutus adiunxit, An nescitis in Helia quid dicat scriptura? quae admodum interpellat deum aduersus Israel, & cetera. Sed quid dicit illi, inquit, responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal. Non enitrat, relictas sunt mihi aut, reliquerunt se mihi: sed, reliqui mihi. Et sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Et conectens illa quae iam supra interposui, Quid ergo? huic interrogationi respondes, Quod quarebat, inquit, Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri vero excacati sunt. In hac ergo electione & in his reliquiis, quae per electionem gratiae factae sunt, voluit intelligi plebem, quam propterea deus non repulit, quia praesciuit. Haec est illa electio qua eos quos voluit, elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, praedestinans eos in adoptionem filiorum. Nullus igitur qui haec intelligit, negare vel dubitare permittitur, vbi ait Apostolus, Non repulit deus plebem suam quam praesciuit, praedestinationem significare voluisse. Praesciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse facturus: hoc est ergo praedestinavit. sine dubio enim praesciuit, si praedestinavit: sed praedestinasse, est hoc praescisse quod fuerat ipse facturus. Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi dei tractatores legimus dei praescientiam, & agit de vocatione electorum, eandem praedestinationem intelligere? Magis autem fortasse voluerunt hoc verbo in ea re uti, quod & facilius intelligitur, & non repugnat. Imo & congruit veritati quae de praedestinatione gratiae praedicatur. Hoc scio neminem contra istam praedestinationem quam secundum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. Puto tamen eis qui de hac re sententias tractatorum requirunt, sanctos & in fide atque doctrina Christiana laudabiliter usquequaque diffamatos viros, Cyprianum & Ambrosium, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere, & debere ad utrumque, id est, ut gratiam dei gratuitam sicut credenda atque praedicanda est, per omnia credentes per omnia praedicent: & eadem praedicatione praedicationi qua hortamur pigros, vel corripimus malos, non opinentur aduersam: quia & isti viri cum sic praedicarent dei gratiam, ut vnus eorum diceret in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit: alter autem, non esse in potestate nostra cor nostrum, & nostras cogitationes: non tamen hortari & corripere desisterent, ut fierent praecipua diuina. Nec timuerunt ne diceretur eis: Quid nos hortamini? Quid corripitis, si nihil boni habeamus quod sit nostrum, & si non est in potestate nostra cor nostrum? Haec ne dicerentur eis, nequaquam illi sancti

A ea mente timere potuerunt, qua intelligebant paucissimis esse donatum, ut nullo sibi homine praedicante, per ipsum dominum vel per angelos caelorum doctrinam salutis accipiant: multis vero id esse donatum, ut deo per homines credat. Quolibet tamen modo dicatur homini verbum dei, proculdubio qui sic audit ut illi obediatur, donum dei est. Vnde supra dicti tractatores excellentissimi diuinorum eloquiorum, & gratiam dei veram sicut praedicanda est, praedicauerunt, id est quam nulla merita humana praecedunt: & ad facienda diuina praecipua instanter hortati sunt, ut qui haberent donum obedientiae, quibus iussis obediendum esset, audirent. si enim gratiam merita nostra vlla praecedunt, profecto aut facti alicuius, aut dicti aut cogitationis est meritum, vbi & ipsa intelligitur voluntas bona. Sed breuissime complexus est omnium genera meritorum, qui dicit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Qui vero ait, Non est in nostra potestate cor nostrum, & nostras cogitationes: nec ipse facta & dicta praeteriit. non enim est dictum factumve hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr gloriosissimus & doctor lucidissimus potuit, quam vbi nos in oratione dominica etiam pro inimicis fidei Christianae orare oportere commouit: vbi de initio fidei quod etiam hoc donum dei sit, quid sentiret ostendit, & pro perseverantia usque in finem, quia & ipsam non nisi deus eis qui perseverauerunt donat, Ecclesiam Christi quotidie orare monstrauit. Beatus quoque Ambrosius cum exponeret quod ait Lucas Evangelista, Visum est & mihi: Potest, inquit, non soli visum esse, quod sibi visum esse declarat: non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei qui in me loquitur Christus: qui ut id quod bonum est, nobis quoque videri bonum possit, operatur: quem enim miseratur, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, visum est & mihi. quod cum dicit, non negat deo visum: a deo enim preparatur voluntas hominum. Ut enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Itemque in eodem opere, hoc est in expositione eiusdem Euangelij, cum ad illum venisset locus, vbi dominum ad Hierusalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: Simul discite, inquit, quia recipere noluit non simplici mente conuersos. Nam si voluisset, ex indeuotis fecisset deuotos. Cur autem non receperunt eum, Euangelista ipse demonstrat dicens: Quia facies eius erat euntis in Hierusalem, discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed deus quos dignatur vocat, & quae vult religiosum facit. Quid euidentius, quid iustius a verbi dei tractatoribus quaerimus, si & ab ipsis, quod in scripturis clarum est, audire delectat: Sed his duobus qui sufficere debuerunt, sanctum Gregorium addamus & tertium, qui & credere in deum, & quod credimus confiteri, dei donum esse testatur dicens: Vnius deitatis quaesumus vos, consistimini trinitatem. Si vero aliter vultis, dicite vnus esse natura, & deus vocem dari vobis a sancto spiritu deprecabitur: id est rogabitur deus ut permittat vobis dari vocem, qua quod creditis confiteri possitis. Dabit enim, certus sum, qui dedit quod primum est, dabit & quod secundum: qui dedit credere, dabit & confiteri. Isti tales tantique doctores dicentes non esse aliquid, de quo tanquam de nostro, quod nobis deus non dederit, gloriemur: nec ipsum cor nostrum & cogitationes nostras in potestate nostra esse, & totum dantes deo, atque ab ipso nos accipere consentes, ut per-

manfuri conuertamur ad eum, ut id quod bonum est, nobis quoque videatur bonum, & quod velimus illud, ut honoremus deum & recipiamus Christum, ut ex indeuotis efficiamur deuoti & religiosi, ut in ipsam trinitatem credamus, & confiteamur etiam voce quod credimus: haec utique gratiae dei tribuunt, dei munera agnoscunt: ab ipso nobis, non a nobis esse testatur. Nunquid autem quisquam eos dicitur esse ita confessos istam dei gratiam, ut auerent negare eius praescientiam, quam non solum docti, sed indocti etiam consentunt? Porro si haec ita deum nouerant dare, ut non ignorarent eum daturum se esse praescisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire, proculdubio nouerant praedestinationem, quam per Apostolos praedicatam contra novos hereticos operosius diligentiusque defendimus: nec tamen eis obedientiam praedicantibus, & ad eam sicut quisque poterat feruenter hortantibus, villo modo recte diceretur, Si non vultis obedientiam ad quam nos accenditis, in nostro corde frigescere, nolite nobis istam dei gratiam praedicare, quam deum dare fatemur, quam & nos vobis sciamus hortamini. Quamobrè si & Apostoli & doctores Ecclesiae, qui eis successerunt, eoque imitati sunt, vtrunque faciebant, id est & dei gratiam quam non secundum merita nostra datur, veraciter praedicabant: & pia obedientiam praecipua salubribus instruebant: quid est quod inuicta conclusi violentia veritatis, recte se isti nostri dicere existimant? Etsi verum est quod dicitur de praedestinatione beneficiorum dei, non est tamen popularis praedicandum? Praedicandum est prorsus, ut qui habet aures audiendi audiat. Quis autem habet, si non accepit ab illo qui ait, Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes: Certè qui non accipit, reiciat: dum tamen qui capit, sumat & bibat, bibat & viuat. Sicut enim praedicanda est pietas, ut ab eo qui habet aures audiendi, deus recte colatur: praedicanda est pudicitia, ut ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur: praedicanda est charitas, ut ab eo qui habet aures audiendi, deus & proximis diligatur: & praedicanda est ista praedestinatio beneficiorum dei, ut qui habet aures audiendi, non in seipso, sed in domino gloriatur. Quod autem dicit, non opus fuisse huiusmodi disputationis incerto minus intelligentium tot corda turbare, quoniam non minus vtiliter sine hac definitione praedestinationis, per tot annos defensa est catholica fides tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, tot catholicorum & aliorum & nostris praecedentibus libris: multum miror eos dicere, nec attendere ut de aliis hic taceam, ipsos libros nostros & antequam Pelagiani apparerent coepissent, conscriptos & editos, & videre quam multis eorum locis futuram nescientes Pelagianam heresim, credebamur praedicando gratiam, qua nos deus liberat a malis erroribus & moribus nostris, non praecedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratiam misericordiam suam. Quod plenius sapere coepi in ea disputatione qua scripsi ad beatam memoriam Simplicianum, Episcopi Mediolanensis Ecclesiae, in mei episcopatus exordio, quando & initium fidei donum dei esse cognoui & asserui. Quid autem meorum opusculorum frequentius & delectabilius innotescere potuit, quam libri confessionum mearum, cum & ipsos ediderim antequam Pelagiana heresis extitisset: In eis certè dixi deo nostro, & saepe dixi, Da quod iubes, & iube quod vis. Quae mea verba Pelagius Roma, cum a quodam fratre coepiscopo meo meo fuissent eo praesente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto comotus, penè cum 37.

Mat. 6.

Hier. 17.

Ca. XVIII.

Rom. II.

Esa. 65.

Rom. 10.

3. Reg. 19.

Rom. 11.

Ephes. 1.

Cap. XIX.

Luc. 9.

Gregorius

Nazianzenus

non

vultis

pa-

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

m.

Geo qui illa commemorabat, litigauit. Quid vero nobis primitus & maxime deus iubet, nisi vt credamus in eū. Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictū est, Da quod iubes. Et in eisdem etiam libris quod de cōuersione narraui, deo me conuertente ad eam fidem quam miserissima & furiosissima loquacitate vastabam, nōne ita narratum esse meministis, vt ostenderem me fidelibus & quotidianis matris meae lachrymis ne perirem fuisse confessum? Vbi vtique praedicaui, non solum auersas à recta fide, sed aduersas etiam rectae fidei, deum sua gratia ad eā conuertere hominum voluntates. De proficiente porro perseverantia quemadmodum deum rogauerim, & scitis & potestis recensere cum vultis. Omnia itaque dei dona quae in eodem opere siue optaui, siue laudauit, quis non dicam negare, sed dubitare saltem audeat deum daturum se esse praescisse, & quibus daturus fuerit, nunquam potuisse nescire: Haec est praedestinatio manifesta & certa sanctorum: quam postea diligentius & operosius cum iam contra Pelagianos disputarem, defendere necessitas cōpulsit. Didicimus enim singulas quasque haereses intulisse Ecclesiae proprias quaestiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura diuina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca scripturarū quibus praedestinatio commendata est, copiosius & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quod Pelagiani dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari: quod quid est aliud quam gratia omnino negatio? Haec ergo vt ingrata deo sententia destruat, gratuita dei beneficiis quibus liberamur inimica, & initium fidei, & in ea vsque in finem perseverantiam secundum scripturas, vnde iam multa diximus, dona dei esse defendimus: quoniam si à nobis esse dicimus initium fidei, vt eo caetera dei dona mereamur accipere, concludunt Pelagiani gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod ita exhorruit catholica fides, vt damnari timens, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itemque si dicimus à nobis esse perseverantiam nostram, non à domino, respondet illi, ita nos à nobis habere initium fidei sicut finem: sic argumentātes, multo magis nos habere à nobis illud initium fidei, si à nobis habemus permanere vsque in finem: cum perficere quam inchoare sit maius: ac sic identidem concludunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Si autem vtrunque dei donū est, & haec deus dona sua, (quod negare quis potest) daturum se esse praesciuit, praedestinatio praedicanda est, vt possit vera dei gratia, hoc est, quae non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Et ego quidem in illo libro cuius est titulus, de correptione & gratia, qui sufficere nō potuit omnibus dilectoribus nostris: puto me ita posuisse donum dei esse, etiam perseverare vsque in finem, vt hoc antea, si me non fallit obliuio, tam expresse atque euidenter, vel nusquam, vel penē nusquam scripserim. Sed ita haec non dixi, vt nō ante me nemo dixerit. Beatus quippe Cyprianus in oratione dominica, sicut iam ostendimus, petitiones nostras ita exposuit, vt in ipsa prima petitione perseverantiam nos diceret poscere: id nos orare asserens, dicendo, Sanctificetur nomen tuum: cum iam in baptisate sanctificati fuerimus, vt in eo quod esse cepimus, perseveremus. Videant tamen ij quibus amantibus me ingratus esse nō debeo, qui praeter hoc quod in quaestione venit, omnia mea sicut scribitis, se proficiteri amplecti: videant, inquā, vtrum in primi libri posterioribus partibus, eorum duorum quos mei episcopatus initio antequam Pelagiana haeresis appareret, ad Simplicianū Me-

diolanēsem Episcopum scripsi, remāserit aliquid quod K vocetur in dubium, gratiam dei non secundum merita nostra dari: & vtrum ibi non satis egerim etiā initium fidei esse donum dei: & vtrum ex iis quae ibi dicta sunt, non consequēter eluceat, & si non sit expressum, etiam vsque in finem perseverantiam nō nisi ab eo donari, qui nos praedestinavit in suum regnum & gloriam. Deinde ipsam epistolam quam iam contra Pelagianos ad sanctum Paulinum Nolanum Episcopum feci, cui epistolae contradicere modo coeperunt, nōne ante annos plurimos edidi: Eam quoque inspiciat quam dedi ad Sixtum Romanae Ecclesiae presbyterum, quando aduersus Pelagianos acerrima conflictatione certauimus: & talem reperient, qualis illa est ad Paulinū. Vnde recolant aduersus haeresim Pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atque conscripta, quae nunc eis displicere mirādum est: quāvis neminem velim sic amplecti omnia mea, vt me sequatur, nisi in iis quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros in quibus opuscula mea retractanda suscepi, vt nec me ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem, sed proficenter me existimo deo miserante scripsisse, non tamen à perfectione cepisse: quandoquidem arrogātius loquor quam verius, si vel nūc dico me ad perfectionē sine vilo errore scribendi iam in ista aetate venisse. Sed in interest quāntū & in quibus rebus errerit, & quā facile quisque corrigat, vel quāta pertinacia suū defendere conetur errorem. Bona quippe spei est homo, si eū sic proficietem dies vltimus vitae huius inuenierit, vt adiuciantur ei quae proficenti defuerunt, & perficiendus qui puniendus potius iudicetur. Quocirca si hominibus qui propterea me dilexerunt, quia peruenit ad eos antequam me diligerent, aliqua mei laboris vtilitas, nolo existere ingratus: quāto magis deo, quem non diligeremus, nisi prius dilexisset nos, & fecisset dilectores suos: quoniam charitas ex ipso est: sicut dixerunt quos fecit magnos non solum amatores, verum etiam predicatorum suos. Quid est autem ingratus, quāto negare ipsam gratiam dei, dicendo eam secundum merita nostra dari: Quod in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipsi Pelagio capitale crimē obiecit, quod ipse Pelagius quidem amore veritatis dei, sed tamē suae damnationis timore dānavit. Quisquis autem dicere gratiam dei secundum merita nostra dari, sicut catholicus fidelis exhorret: nec ipsam fidem subtrahat dei gratia, qua misericordia consecutus est vt fidelis esset. Ac per hoc gratia dei tribuat perseverantiam quoque vsque in finem, qua misericordiam consequitur, quā poscit quotidie vt nō inferatur in tentationem. Inter initium autem fidei, & perfectionē perseverantiae, media sunt illa quibus recte vivimus, quae ipsi etiā donari nobis à deo fide impetrante consentiunt. Haec autem omnia initium scilicet fidei & caetera vsque in finem dona sua, deus largiturum se vocatis suis esse praesciuit. Nimia igitur contentio est, praedestinationi contradicere, vel de praedestinatione dubitare. Quae tamen non ita populis praedicanda est, vt apud imperitam vel tardioris intelligentiae multitudinem redargui quodammodo ipsa sua praedicatione videatur: sicut redargui videtur & praescientia dei, quam certē negare nō possunt, si dicatur hominibus, Siue curatis siue dormiantibus, quod vos praesciuit qui falli nō potest, hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti medici est etiam vtile medicamentum sic alligare, vt aut non proficit, aut obstat: sed dicendum est, Sic currite, vt comprehendatis, atque vt ipso cursu vestro ita vos esse praecognitos noueritis,

A noueritis, vt legitime curatis: & si quo alio modo dei praescientia predicari potest, vt hominis segnitia repellatur. Quauis ergo ita se habeat de praedestinatione definita sententia voluntatis dei, vt alij ex infidelitate, accepta voluntate obediendi, conuertantur ad fidem, vel perseverent in fide: caeteri vero qui in peccatorū damnabilium delectatione remorantur, si & ipsi praedestinati sunt, ideo nondū surrexerunt, quia nondum eos adiutorium gratiae miserantis erexit. Si qui enim nondū sunt vocati, quos gratia sua praedestinavit eligēdos, accipient eandem gratiam, qua electi velint esse & sint. Si qui autem obediunt, sed in regnum eius & gloriam praedestinati non sunt, temporales sunt: nec vsque in finem in eadem obedientia permanent. Quauis ergo haec vera sint, non tamen isto modo dicenda sunt audientibus multis, vt sermo ad ipsos etiam cōuertatur, eisque dicantur illa istorū verba quae vestris literis indidistis, & quae superius iterposui. Ita se habet de praedestinatione definita sententia voluntatis dei, vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediēdi voluntate veneritis ad fidem. Quid opus est dici, alij ex vobis? Si enī Ecclesiae dei loquimur, si creditibus loquimur, cur alios eorum ad fidem venisse dicentes, caeteris facere iudicamur iniuriā: cum possimus congruentius dicere, ita se habet de praedestinatione definita sententia voluntatis dei, vt ex infidelitate veneritis ad fidem accepta voluntate obediendi, & accepta perseverantia maneat in fide: Nec illud quod sequitur, est omnino dicendum, id est caeteri vero qui in peccatorū delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdū vos adiutorium gratiae miserantis erexit: cum bene & conuenienter dici possit & debeat, Si qui autē adhuc in peccatorum damnabilium delectatione remoramini, apprehēdite saluberrimā disciplinam. Quod tamen cum feceritis, nolite extolli quali de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc nō acceperitis. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: & à domino gressus vestri diriguntur, vt eius viam velitis. De ipso autem cursu vestro bono rectoque: condiscite vos ad praedestinationē diuinā gratiae pertinere. Item quod sequitur & dicitur, Veruntamē si qui estis nondum vocati, quos gratia sua praedestinaverit eligēdos, accipietis eandem gratiam qua velitis & sitis electi: durius dicitur quāto dici potest, si nos nō quibuslibet hominibus loqui, sed Christi Ecclesiae cogitemus. Cur enim non potius ita dicitur: Et si qui sunt nondum vocati, pro eis vt vocentur oremus: Fortassis enim sic praedestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, qua velint esse atque efficiantur electi. Deus enim qui omnia quae praedestinavit, impleuit, ideo & pro inimicis fidei orare nos vult: vt hinc intelligeremus quod etiā ipse infidelibus donet vt credant, & volentes ex nolentibus faciat. Iam vero quod illis verbis connectitur, miror si vilo modo potest in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cū dicitur eis, Et si qui obeditis, si praedestinati estis reiciēdi, subtrahentur vobis obediēdi vires, vt obedire cessetis. Hoc enī dicere quid videatur aliud esse, quāto maledicere, aut mala quodammodo prophetae: Sed si & de iis qui nō perseverant, aliquid placet dicere, vel necesse est, cur non potius ita saltē dicitur, vt paulo ante dictum est: primum, vt nondum de ipsis qui in populo audiunt, hoc dicatur, sed de aliis ad ipsos, id est vt non dicatur, Si qui obauditis, si praedestinati estis reiciēdi, sed si qui obaudiunt, & caetera per verbi personam tertiam dicantur, non per secundam:

Res enim nō optabilis, sed abominabilis dicitur, & durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem cōpellendo colliditur, quāto quis eis quibus loquitur dicit, Et si qui estis qui obeditis: si praedestinati estis reiciēdi, subtrahentur obediēdi vires, vt obedire cessetis. Quid enim sententia deperit, si ita dicatur: Si qui autē obediunt, sed in regnū eius & gloriā praedestinati non sunt, temporales sunt, nec vsque in finem in eadem obedientia permanent: Nōne & verius eadē res & congruentius dicitur, vt nō ipsis tantum malum tanquam optare videamur, sed de aliis referre quod oderint, nec ad se existiment pertinere sperando oratōque meliora? Illo autem modo quo id dicendum putat, eadem sententia eisdem penē verbis etiam de praescientia dei, quā certē negare non possunt, pronunciarī potest: vt dicatur, Et si qui obeditis, si praesciti estis reiciēdi, obedire cessabit: Nepe hoc verissimum est: ita sanē, sed improbissimum, importunissimū, incongruentissimū, nō falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanae infirmitatis apposito. Illud etiā modum quo vtendū esse in praedestinationis praedicatione nos diximus, loquēti ad populū non existimo debere sufficere, nisi hoc vel huiusmodi aliquid addat, vt dicat, Vos itaque etiam ipsam obediēdi perseverantiam à patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectū, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo cōsidere nō vos esse à praedestinatione populi eius alienos, quia etiā hoc vt faciatis, ipse largitur. Absit autē à vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere iubemini, nō in vobis. Maledictus enim omnis homo qui spem habet in homine. Et, Bonum est cōsidere in domino quāto cōsidere in homine, quia beati omnes qui cōfidunt in eū. Et hanc spem tenentes, seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore. Quoniam de via aeterna quam filiis promissionis promisit non mēdax deus ante tempora aeterna, nemo potest esse securus, nisi cum consummata fuerit ista vita, quae tentatio est super terram, sed faciet nos perseverare in se vsque in eius vitae finem, cui quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem: Haec atque huiusmodi cum dicuntur siue paucis Christianis, siue multitudini Ecclesiae, cur metumus sanctorum praedestinationem & veram dei gratiam, id est quae non secundum merita nostra datur, sicut eā sancta scriptura praedicat, praedicare: An vero timēdum est, ne tunc de se homo desperet, quāto spes eius ponenda demonstratur in deo: nō autem desperaret, si eam in seipso superbissimus & infelicissimus poneret: Atque vtiā tardi corde & infirmi qui non possunt vel nodum possunt scripturas vel earum expositiones intelligere, sic audirent, sic nō audirēt in hac quaestione disputationes nostras, vt magis intuerēt orationes suas, quas semper habuit & habebit Ecclesia ab exordiis suis donec finiatur hoc seculū. De hac enim re quam nunc aduersus novos haereticos non commemorare tantum, sed planē tueri & defendere compellimur, nunquam tacuit in precibus suis, etsi aliquando in sermonibus exerendam nullo urgente aduersario putauit. Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius vt crederent: Quando fidelis quisquam amicum proximum, coniungem habuit infidelem, & non ei petiuit à domino mentem obedientem in Christianam fidem? Quis autē sibi vnquam nō orauit vt in domino permaneret? Aut quis sacerdotē super fideles dominū inuocantem, si quando dixit: Da illis domine in te perseverare vsque in finem,

† ad conuersum.

Cap. XXI.

Lib. de correptione & gratia, c. 6.

Philip. 2.

Hier. 17.

Psal. 117.

Psal. 2.

Iob. 7.

Mat. 6.

Ca. XXIII.

G nō solum voce ausus est, sed saltem cogitatione reprehendere, ac nō potius super eius talem benedictionem & corde credite & ore confite reponit, amen: cum aliud in ipsa oratione dominica non orent fideles, dicentes maxime illud, Ne nos inferas in tentatione: nisi ut in sancta obedientia perseveret. Sicut ergo in his orationibus, ita & in hac fide nata est & crescit & creuit Ecclesia, qua fide creditur gratiam dei non secundum merita accipientium dari: quandoquidem non oraret Ecclesia ut daretur infidelibus fides, nisi deū crederet & auersas & aduersas hominū ad se conuertere voluntates: nec oraret Ecclesia ut perseveraret in fide Christi, non decepta vel victa tērationibus mūdi, nisi crederet dominū sic in potestate habere cor nostrum, ut bonum quod non tenemus nisi propria voluntate, non tamen teneamus nisi ipse in nobis operetur & velle. Nā si hęc ab ipso quidem poscit Ecclesia, sed à seipso sibi dari putat, non veras, sed perfunctorias orationes habet, quod absit à nobis. Quis enim veraciter gemat, desiderās accipere quod orat à domino, si hoc à seipso se sumere existimet, nō ab illo: præsertim quoniam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus, ait Apostolus, **Rom. 8.** Interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus? Qui enim scrutatur corda, scit quid sapiat spiritus, quia secundum deum interpellat pro sanctis. Quid est, ipse spiritus interpellat: nisi interpellare facit gemitibus inenarrabilibus sed veracibus, quoniam veritas est spiritus? Ipse est enim de quo alio loco dicit: Misit deus spiritū filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. Et hoc quid est, clamantem, nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus lætū diem, qui lætos facit? Quod alibi manifestat ubi dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Ibi dixit, clamantem: hic vero, in quo clamamus: aperiens videlicet quomodo dixerit clamantem: id est, sicut iam exposui, clamare facientem. Vbi intelligimus & hoc ipsum esse donū dei, ut veraci corde & spiritualiter clamemus ad deum. Attendant ergo quomodo falluntur, qui putant esse à nobis, non dari nobis ut petamus, queramus, pulsemus: & hoc esse dicunt quo gratia prædicetur merito nostro, ut sequatur illa, cum accipimus petētes, & inuenimus querētes, aperiturque pulsantibus. Nec volunt intelligere etiam hoc diuini muneris esse ut oremus, hoc est petamus, queramus atque pulsemus. Accipimus enim spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Quod vidit beatus Ambrosius: Ait enim, Et orare deum, gratia spiritalis est: sicut scriptū est, Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Hęc igitur quæ poscit à domino, & semper ex quo esse cepit poscit Ecclesia, ista deus vocatis suis daturum se esse præsciuit, ut in ipsa prædestinatione iam dederit, quod Apostolus sine ambiguitate declarat. Scribēs quippe ad Timotheū, **2. Tim. 1.** Collabora, inquit, Euangelio secundū virtutem dei saluos nos facientis, & vocatis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundū suum propositum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna, manifestata autem nunc per aduentū saluatoris nostri Iesu Christi. Ille itaque dicat Ecclesiam aliquando in fide sua non habuisse veritatem prædestinationis huius & gratia, quæ nūc cōtra novos hæreticos cura diligentiori defenditur. Ille, inquam, hęc dicat, qui dicere audet aliquando: eam non orasse, vel non veraciter orasse, siue ut crederent infideles, siue ut perseverarent fideles. Quæ bona si semper orauit, semper ea dei

dona esse utique creditū, nec ab illo semper cognita vnter quā ei negare fas fuit. Ac per hęc prædestinationis huius fidē, quæ contra novos hæreticos noua sollicitudine nunc defenditur, nūquam Ecclesia Christi non habuit. Sed quid plura? Satis docuisse me existimo, vel potius plusquam satis, dona dei esse, & incipere in domino credere, & usque in finem in domino permanere. Cætera vero bona ad vitā piā, qua deus rectē colitur, pertinētia, etiā ipsi propter quos hęc agimus, dei dona esse cōcedunt. Omnia porro donā sua & quibus ea fuerat largiturus, deum præscisse negare nō possunt. Sicut ergo cætera prædicanda sunt, ut qui ea prædicat, obediēter audiat: ita prædestinatio prædicanda est, ut qui obediēter hęc audit, non in hominē, ac per hoc ut non in seipso, sed in domino gloriatur, quia & hoc dei præceptum est obediēter audire: id est, ut qui gloriatur, in domino gloriatur, similiter ut cætera dei donum est. Quod donū qui non habet, nō dubito dicere, alia quæcunque habet, inaniter habet. Hoc Pelagianis optamus ut habeant, istis autem nostris ut plenius habeant. Non itaque sumus in disputationibus præpti, & in orationibus pigri. Oremus dilectissimi, oremus, ut deus gratiam det etiam inimicis nostris, maximeque fratribus & dilectoribus nostris, intelligere & confiteri post ingentem & ineffabilem ruinā qua in vno omnes cecidimus, neminem nisi gratia dei liberari: eamque non secundū merita accipiētium tanquā debitam reddi, sed tanquā veram gratiā nullis meritis præcedētibus gratis dari. Nullum autē est illustrius prædestinationis exemplū, quā ipse Iesus: vnde & in primo libro iam disputauimus, & in huius sine commēdare delegi: Nullum est, inquam, illustrius prædestinationis exemplum, quā ipse mediator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum, atque in illo inueniat & seipsum: Fidelis, inquam, qui in eo veram naturā credit & confitetur humanam, id est nostram, quāuis singulariter suscipiente deo verbo, in vnicū filium dei sublimatā, ita ut qui suscepit & quod suscepit, vna esset in Trinitate persona. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente personę vnus in deo & homine veritatem. Quoniam non deum tantum dicimus Christum, sicut hæretici Manichæi: nec hominem vātum sicut hæretici Photiniani: nec ita hominem ut aliquid minus habeat, quod ad humanā certum est pertinere naturam: siue animam, siue in ipsa anima mentem rationalem, siue carnem non de femina sumptam, sed factam de verbo in carnem conuerso atque mutato, quæ omnia falsa & vana hæreticorū Apollinaristarum, tres partes varias diuersasque fecerunt. Sed dicimus Christum deū verum, natum de deo patre sine vllō initio temporis, eundemque hominē verum, natum de homine matre certa plenitudine temporis: nec eius humanitatem qua minor est patre, minuere aliquid eius diuinitatem, qua æqualis est patri: hoc autem vtrunque vnus est Christus, qui & secundum deum verissime dixit, Ego & pater vnus sumus: & secundum hominem verissime dixit, Pater maior me est. Qui ergo hūc fecit ex femine Dauid hominem iustum, qui nunquam esset iniustus, siue vllō merito præcedētis voluntatis eius ipse ex iniustus facit iustos, siue vllō merito præcedētis voluntatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sint eius. Qui ergo fecit illum hominem siue vllis eius præcedētibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare peccatum: ipse nullis eorum præcedētibus meritis facit credentes in eum, quibus di-

abus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem vt nunquam habuerit habiturūque sit voluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos prædestinavit, quia in illo vt esset caput nostrum, & in nobis, vt eius corpus essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præsciuit. Qui legunt hęc si intelligūt, agant deo gratias: qui autem non intelligūt, orent vt eorum ille sit doctor interior, à cuius facie est sciētia & intellectus. Qui vero errare se existimāt, etiam atque etiam diligenter quæ sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errēt. Ego autē cum per eos qui meos labores legūt, non solum doctior, verum etiam emēdator fio, propitium mihi deum agnosco: & hoc per Ecclesie doctores maxime expecto, si & in ipsorum manus venit, dignenturque nosse quod scribo.

AD LECTOREM.

Hoc opusculum de prædestinatione dei, non esse Augustini vel ipsa breuitas arguit. Deinde hoc docet, quod Augustinus fortiter refellit, prædestinationem esse ex operibus nostris. videtur fragmentum B alicuius libri, cuius studiosus quidam proxiimum & clausulam attulit.

DIUI AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi Liber de prædestinatione dei.

De prædestinatione dei locuturi, anxietatibus quibusdam inuoluimur, quia dum consciētiam nostrā stoliditatis perscrutamur, ab appetitu tam arduæ disputationis reprimimur. Sed dum ad omnipotentiam illius qui per os asina irrationalis, rationali sessoris verba voluntatis suæ monstrauit, mentē reducimus, sub spe superni adiutorij, ad audendū vires accipimus, sciētes quia quicquid boni loquimur vel facimus, non ex nobis hoc, sed ex deo accipimus. In primis nefas est dicere, deū aliquid nisi bonū prædestinare. Sed prædestinationum alia sunt alligationis, alia cōditionis. ista sunt iustitia, illa potentia. Vt lucidius fiat quod dicitur, quæ sunt alligationis & potētia, quæ cōditionis & iustitię, demonstratur. Creauit deus cælū & terrā, solem & lunā, diem & noctem: prædestinavit isuper vt cælū semper volueretur, terra immobilis circumuolūcti cælo loco centri haberetur: sol & luna diei noctique præessent: dies & nox certis tēporibus vicissim succederēt. Hæc prædestinationes potētię sunt & alligationis. Vnumquodque enim eorū quæ prædiximus, sic alligatū est suo operi per prædestinationem dei, vt ab eo dimoueri nō possit. Creauit deus hominē, & prædestinavit ut si obediēs esset, ac à gustu vetiti pomi se abstineret, in vita permaneret: si autē inobediēs esset, sententiā mortis subiret. Hęc prædestinatio cōditionis est & iustitię. Nō enim deus ante casum hominis sic eum per potētiā alligationis prædestinavit mori, vt necesse esset eū mori, sed sub ea cōditione, si peccaret. Quia igitur peccauit homo, iustus erat vt moreretur: si nō peccaret, nullo vinculo prædestinationis diuinæ, morti alligaretur. Mortis itaque prædestinatio sub cōditione fixa fuit in deo, propter casum humani præscientiam: non tamē vim faciēs in homine per potētiā, vt duceret eū ad mortis sententiā. Ergo prædestinatio huiusmodi nō

absolute est causa mortis, sed peccatum causa prædestinationis & mortis. Non enim sic dicitur de hominis morte, vt de cæli volubilitate. Interrogāti enim alicui, quare cælum voluitur respondimus, quia deus prædestinavit. Hęc respōsio absoluta est, nec aliam querit. Si autē aliquis querit, quare homo moritur? non absolute respōdere possumus, quia deus prædestinavit: nō enim prædestinaret, nisi enim peccaturū præsciret. Peccatum quippe in homine, in deo incitat zelum iustitię: zelus vero iustitię, prædestinationem: prædestinatio autem attrahit mortem. Et huius concatenationis initium & finis in homine est. Quare enim homo moritur? Quia deus prædestinavit. Quare deus prædestinavit? Quia iustus est, & iuste facit. Quare iuste facit? Quia homo peccauit. Ecce ex homine peccatum, & in homine mors. Est qui dicat: quomodo possit esse peccatum causa prædestinationis, cū esset prædestinatio antequam peccaret homo? Ille audiat, quia omnia antequam fiant, deus quasi facta pertractat, & siue sint puniēda, siue munerāda, in præscientia sua diiudicat. Ecce homo infelix alligatur morti, nō per dei prædestinationē, sed per suam offensionem. Quāuis enim prædestinatio offensionem præcurat tempore, offensio tamē prædestinationem præcedit effectione. Nam prædestinatio non fieret, nisi offensio futura esset: quam offensionem qui præsciuit esse, offensionis vltionem vt iustus iudex prædestinavit. Ex præscientia igitur offensionis, prædestinatio emanauit vltionis: sicut ex præscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis. Vnde Apostolus ad Romanos, **Rom. 8. Cap. III.** Quos præsciuit, hos & prædestinavit. Fortassis est qui dubitet vltionem offensionis à deo esse, quia grauis est & mala: virtutis autem remunerationem à deo esse manifeste fateatur, quia dulcis est & bona: cū deus nullius mali, sed totius boni sit author. Huic dicēdum est, quia offensio & si homini est mala dum pœnā ingerit, apud deum est iusta dum peccata punit. Quod autē iustum est, bonum est. Prædestinatio igitur vltionis, quia iusta est, & bona. Vnde fons & origo boni per Eiaiam sic loquitur, Ego dominus formans lucē, & creās tenebras, pacē faciens, & creans malū. Quasi dicat, Ego dominus faciens pacē ex me, creans malum ex te tibi. Pro peccatis enim tuis bellū tibi tribuo quod mereris, quod et si apud me sit iustum, ex te tamen tibi sit malum: quia nō ex me, sed ex te peccasti: & pro peccato pœnam tibi creo, quæ apud me est iusta, tibi autem mala. Huiusmodi ergo malum creat deus, quod per se sibi sit iustū, ex homine fit homini malū. Vna enim eademque res aliter atque aliter inter homines etiā accepta, bona est & mala: vt bellum de quo supra diximus, victis est malū, vincētibus bonū. Quapropter & mors, quæ est vltio præuaricationis, & iusta est & mala. Iusta quidem ex iusto iudice, mala autem ex misero peccatore. Hęc etiam eademque mors quibusdā hominibus est mala, quibusdā autem bona, quia hos de ignominia ducit ad gloriam, illos vero de gloria ad ignominia. Ignis quoque lignis, stipulis, vestimētis est nociuus, cupro autem & argento & auro proficiuus: quia hæc excoquit & puriora reddit, illa vero inflammāt, & penitus consumit. Cum hæc ita sint, nō vereamur dicere, mortem esse prædestinatam à deo: quia et si nobis est mala, à deo tamen propter præscientiā præuaricationis prædestinata est iusta. Vnde & Psalmista, Quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Vnde de enim & bonis gloria perennis, & malis mors infelix, nisi ab eo qui reddit vnicuique secundū opera sua? Nō tamē pure à deo mors, sed fit ex hominis præuaricatione

per iustitiam dei in hominis pœnâ. Hoc ideo, quia sunt nonnulli qui diabolum sic ponunt mortis authorem, quasi vltionis iudicem. Author est quidem mortis per suggestionem peccati, sed per potentiam retributionis nec author, nec creator. Est & pœnarum custos & exhibitor, nec tamen ex propria potentia, sed ex concessione diuina. Sed iis quæ præscriptimus quidam opponunt quod scriptum est, Mortem deus non fecit vnquam. Quibus non surda aure prætereundum est, quod aliâ scriptû est, Mors & vita à deo est. Nam opponenti, mortem deus non fecit vnquâ: oppono, mors & vita à deo est. His quippe oppositionibus in literatura nulla reconciliatio est, in intelligentia nulla repugnâtia. Mors enim sicut & vita, non tâtum dupliciter, sed etiam tripliciter intelligi potest. In primo nâq; homine & animam & carnem deus creauit immortalem. Ante peccatum ergo vixit anima, vixit caro, non sub interitus timore, sed sub immortalitatis conditione. At dum homo peccauit, anima obiit. Hæc est mors quam deus nō fecit. Caro tamen vixit post mortem animæ, sed sub mortis expectatione. Mors ergo animæ peccatû, mors carnis dissolutio elementorum: mors animæ & carnis, H pœna infernalis. Sic & vita, alia est carnis & animæ ante peccatum, alia carnis post peccatum, alia animæ & carnis post dissolutionem elementorum. Vita quidem omnis à deo est, sicut & mors carnis, quæ est dissolutio elementorum: & mors animæ & carnis, quæ est vltio offensionis. Mortem autem animæ, quæ est cæterarum principium & causâ, nūquam fecit deus, quia scriptum est, Qui peccatum non fecit. Sed mortem animæ non sic intelligas vt mortem carnis. Moritur caro, solutionem sui patiendo: moritur autē anima nō sic, sed vitam mutando. Iam quæ sint prædestinationes alligationis, quæ cōditionis, satis vt reor dictum est. Sed earum quæ conditionis sunt, aliæ ad gloriâ, aliæ ad pœnam. Quos enim deus suos fidei opere futuros esse prænouit, hos prædestinavit ad gloriâ: quos absque correctione diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit, hos pro certo prædestinavit ad pœnam. Nautis mentis nostræ, nisi exercitatione bonæ meditationis regatur, vêtis vanarum cogitationum affâtibus, per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo demersionis conuatietur.

FINIS.

AD LECTOREM.

Præcedebant hoc opus duæ ad eundem Valentinum Epistola, verum eas reperies in epistolarum volumine, 46. & 47.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi Liber de gratia & libero
arbitrio, ad Valentinum, &
cum illo monachos.

PROPTER eos qui liberum hominis arbitrium sic prædicant & defendunt, vt dei gratiam qua vocamur ad eum, & à nostris malis meritis liberamur, & per quam bona merita comparamus, quibus ad vitam perueniamus æternâ, negare audeant & conentur auferre, multa iam differuimus, lite-

risq; mādauimus, quantum nobis dominus donare dignatus est. Sed quoniâ sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt, vt negent hominis liberū arbitriū: aut quando gratia defenditur, negari existimēt liberū arbitriū: hinc aliquid scribere ad vestram charitatem Valentinæ frater & cæteri qui simul deo seruitis, compellente mutua charitate curauim. Nunciatum est enim mihi de vobis fratres, ab aliquibus qui in vestra congregatione sunt, & ad nos inde venerunt, per quos & ista direximus, quod de hac re dissensionis in vobis sint. Itaque dilectissimi, ne vos perturbet huiusmodi questionis obscuritas: moneo vos primum, vt de iis quæ intelligitis, agatis deo gratias: quicquid est autem quod peruenire nōdum potest vestræ mentis intentio, pacem inter vos & charitatem seruâtes, à domino vt intelligatis orate. Et donec vos ipse perducatur ad ea quæ nōdum intelligitis, ibi ambulate quod peruenire potuistis. Hoc admonet Apostolus Paulus, qui cum dixisset nondum se esse perfectū, paulo post ait: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, id est ita nos esse perfectos, vt nondum ad perfectionē quæ nobis sufficit venerimus: continuoq; subiunxit, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit: veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulando quippe in quod peruenimus, & quod nondum peruenimus, peruenire poterimus, deo nobis reuelante si quid aliter sapimus, si ea quæ iam reuelauit, non relinquamus. Reuelauit autem nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberū voluntatis arbitrium. Quomodo autem reuelauerit commemoro vos, non humano eloquio, sed diuino. Primum quia ipsa diuina præcepta homini nō prodesse, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciēs ad promissa præmia perueniret. Ideo enim data sunt, vt homo excusationem de ignorantia non haberet: sicut dominus dicit in Evangelio de Iudæis, Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. De quo peccato dicit: nisi de illo magno, quo præsciebat eorū futurū quando ista dicebat, id est, quomodo cum fuerant occisuri: Neque enim nullum habebant peccatum antequam Christus venisset in carne ad eos. Itē dicit Apostolus, Reuelatur ira dei de cælo in omnē impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniquitate detinent, quia quod notum est dei, manifestum est in illis: deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Quomodo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia, Si scissem, fecissem: ideo non feci, quia nesciui. Aut, si scirem, facerem: ideo non facio, quia nescio? humana, hæc eis excusatio tollitur, quādo præceptū datur, vel scientia non peccandi manifestatur. Sed sunt homines qui etiam de ipso deo se excusare conantur, quibus dicit Apostolus Iacobus, Nemo cum tentatur, dicat quod deo tentor. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat: vnusquisque vero tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Item de ipso deo se excusare volētibus, respondet liber Proverbiorum Salomonis, Insipientia viri violat vias eius, deum autem causatur in corde suo. Et liber Ecclesiasticus dicit, Ne dixeris quia propter deū recessi: quæ enim odit ne facias, ne dixeris, quia ipse me induxit: non enim

A enim opus habet viro peccatore, omne execramentum odit dominus, & non est amabile timentibus eum. Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris conseruabis mandata, & fidem bonam placiti. Apponet tibi ignem & aquam, ad quodcunque volueris extende manum tuam. In conspectu vita & mors, & quodcunque placuerit dabitur ei. Ecce apertissime videmus expressum liberum humanæ voluntatis arbitriū. Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet deus? Quomodo iubet si non est liberum arbitrium? Quid beatus ille, de quo psalmus dicit, quod in lege domini fuit voluntas eius, nōne satis indicat voluntate sua hominem in lege dei consistere? Deinde tam multa mādata quæ ipsam quodammodo nominatim conueniunt voluntatem, sicut est, Noli vinci à malo: & alia similia: sicut sunt, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: Et, Noli repellere consilia matris tuæ: Et, Noli esse sapiens apud teipsum: Et, Noli deficere à disciplina domini: Et, Noli negligere legem: Et, Noli abstinere benefacere egenti: Et, Noli fabricare in amicum tuum mala: Et, Noli intendere fallaci mulieri: Et, Noli intelligere vt bene ageret: Et, Noluerunt accipere disciplinam: & innumerabilia talia in veteribus libris diuinorū eloquiorum quid ostendunt, nisi liberum arbitrium voluntatis humanæ? In libris etiam nouis Evangelicis & Apostolicis, quid aliud ostenditur vbi dicitur, Nolite vobis cōdere thesauros in terra: Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus: Et, Qui vult venire post me, abneget semetipsum: Et, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis: Et quod dicit Apostolus Paulus, Quod vult faciat, non peccat si nubat: qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habēs suæ voluntatis, & hoc statuit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Item dicit: Si autem volens hoc facio, mercedem habeo. Et alio loco: Sobrius esto iuste, & nolite peccare. Et iterum: Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum enim in deliciis egerint in Christo, nubere volunt. Et alibi: Sed & omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Et ipsi Timotheo: Noli negligere gratiam quæ in te est. Et ad Philemonē: Ne bonum tuū velut ex necessitate esset, sed ex voluntate. Seruos etiam ipsos monet, vt dominis suis ex animo seruiant cum bona voluntate. Item Iacobus: Nolite itaq; errare fratres mei, & nolite in personarū acceptiōne habere fidē domini nostri Iesu Christi, & nolite detrahete de alterutro. Item Iōānes in epistola sua: Nolite diligere mundum: & cætera huiusmodi. Nempe vbi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & vbi ad aliquid faciendum vel non faciendum, in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Nemo ergo deum causatur in corde suo, sed sibi imputet quisque cum peccat. Neque cum aliquid secundum deum operatur, alienet hoc à propria voluntate. Quando enim volens facit, tunc dicendum est opus bonum, tunc speranda est boni operis merces ab eo de quo dictū est, Qui reddet vniciuique secundum opera sua. Qui ergo nouerit diuina mandata, aufertur eis excusatio, quæ solent homines habere de ignorantia. Sed nec ipsi sine pœna erunt qui legem dei nesciunt. Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non videtur Apostolus ita dixisse, tanquam peius aliquid significauerit esse passuros qui legem nesciunt in peccatis

suis, quàm illos qui sciunt. Peius enim videtur esse perire, quàm iudicari. Sed cum hoc de gētibus & de Iudæis loqueretur, quia illi sine lege sunt, isti autē legem acceperunt: quis audeat dicere Iudæos qui in lege peccant, non esse perituros, cum in Christum non crediderunt, quandoquidem de illis dictum est, per legē iudicabuntur: Sine fide enim Christi nemo liberari potest, ac per hoc ita iudicabuntur vt pereant. Nam si peior est conditio nescientium quàm scientium legem dei, quomodo verum erit quod dominus in Euangelio ait, Seruus qui nescit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: seruus autem qui scit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multa: Ecce vbi ostendit grauius peccare hominē sciētē quàm nescientē, nec tamē ideo confugiendum est ad ignorantia tenebras, vt in eis quisque requirat excusationē. Aliud est enim nescisse; aliud scire noluisse. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur, Noluit intelligere vt bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ nō est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat, si propterea non creditis, quia non audiuit omnino quod crederet, sed fortassis vt mitius ardeat: non enim sine causa dictū est, Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt. Et illud quod ait Apostolus, Cum venerit in flammā ignis dare vindictam in eos qui ignorant deum. Veruntamen vt habeamus & ipsam scientiam, ne dicat vnusquisque, nesciui, nō audiui, nō intellexi: voluntas conuenitur humana vbi dicitur, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: quanuis peior appareat de quo dictum est, Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obaudiet. Quando autem dicit homo: Nō possum facere quod præcipitur, quoniam concupiscentia mea vincor: iam quidem de ignorantia non habet excusationem, nec deum causatur in corde suo, sed malum suum in se cognoscit & dolet: cui tamen dicit Apostolus, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Et utique cui dicitur, noli vinci, arbitrium sine dubio voluntatis eius conuenitur: velle enim & nolle propriæ voluntatis est. Sed metuendum est ne ista omnia diuina testimonia, & quæcunque alia sunt, quæ sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrij sic intelligantur, vt ad vitam piam & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratiæ dei locus non relinquatur: & audeat miser homo quando bene viuunt & bene operatur, vel potius bene viuere & bene operari sibi videtur, in seipso non in domino gloriari, & spem recte viuendi in seipso ponere vt sequatur eum maledictum Hieremiæ Prophetæ dicentis, Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à domino discedit cor eius. Intelligite fratres hoc propheticum testimonium: quia enim non dixit Propheta, Maledictus homo qui spem habet in seipso, posset alicui videri ideo dictum esse, Maledictus homo qui spem habet in homine: vt nemo habeat spem in altero homine, sed in se. Vt ergo ostenderet sic se admonuisse hominem, vt nec in seipso haberet spem: propterea cum dixisset, Maledictus homo qui spem habet in homine: mox addidit, & firmat carnem brachij sui. Brachium pro potentia posuit operandi. In nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij sui, qui potentiam fragilem atq; inualidam, id est humanā, sibi sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat à domino. Pro-

Cap. V.

Sap. 1.

1. Pet. 2.

Psal. 11.

Roman. 12.

Psal. 31.

Prover. 1.

Prover. 3.

Philip. 3.

Math. 6.

Math. 10.

Math. 16.

Lucæ 2.

1. Cor. 7.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

1. Timor. 5.

1. Timor. 3.

1. Timor. 4.

Ad Philemonem.

1. Iacob. 2.

Ibidem.

1. Iōan. 2.

Math. 16.

Roma. 2.

Cap. III.

Roma. 2.

Ecclesi. 15.

Cap. I.

Propter hoc enim subiecit, Et à domino discedit cor eius. Talis est hæresis Pelagiana, non antiqua, sed ante non multum tempus exorta: cõtra quam hæresim cum fuisset diutius disputatum, etiam ad cõcilia episcopalia nouissima necessitate peruentum est: vnde vobis non quidem omnia, sed tamen aliqua legenda direxi. Nos ergo ad bene operandũ spem non habeamus in homine, firmantes carnem brachij nostri, nec à domino discedat cor nostrum, sed ei dicat, Adiuutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, deus salutaris meus. Proinde charissimi, sicut superioribus testimoniis scripturarum probauimus sanctarum, ad bene viuendum & recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium: sic etiam de gratia dei, sine qua nihil boni agere possumus, quæ sint diuina testimonia videamus. Ac primum de ipsa vestra professione aliquid dicam: neque enim congregaret vos ista societas in qua continenter viuitis, nisi voluptatẽ cõiugalem contemneretis. Hinc autem domino loquenti cum dixissent discipuli, Si talis est causa homini cum vxore, nõ expedit nubere: respondit eis, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus, dicens, Contine te ipsum: Et in hac re potestatem voluntatis ostendit, vbi ait, Non habens necessitatem: potestatem autem habes suæ voluntatis, vt seruet virginem suam: & tamen non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt: quibus autem datum est, sic volunt vt impleant quod volunt. Itaque vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & dei donũ est, & liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia cõiugali nempe Apostolus ait, Quod vult faciat, non peccat si nubat. & tamen etiam hoc dei donum est, dicente scriptura, A domino iungitur mulier viro. Ideo doctor gentium & pudicitiam coniugalem per quam nõ sunt adulteria, & perfectiorem continentiam, per quã nullus cõcubitus queritur, sermone suo commendans, & hoc & illud donum dei esse mõstrat, scribens ad Corinthios, & admones cõiuges ne se inuicem fraudent: quos cum admonuisset, adiecit: Vellem autem omnes homines esse sicut me ipsum: quia vtique ipse ab omni concubitu cõtinebat. Et continuo subiunxit, Sed vnusquisque proprium donũ habet à deo, alius sic, alius autem sic. Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege dei, ne fornicationes & adulteria committantur, indicant aliud quàm liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriam voluntatem, qua diuinis præceptis obediret, & tamen dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta nõ possunt. Vnde ait ille in libro Sapietia, Cum scirem quia nemo esse potest continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Vt autem ista non seruentur castitatis sancta mandata, vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Vbi si dixerit, volo seruare, sed vincor à concupiscentia mea: respondet scriptura libero eius arbitrio, quod iam superius dixi, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum: quod tamen vt fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuaret, nihil lex erit nisi virtus peccati. Augetur enim cõcupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratia. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium, Aculeus autem mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Ecce vnde dicit homo: Volo legis seruare mandatum, sed virtute cõcupiscentia meæ

vincor. Et cum voluntas eius conuenitur & ei dicitur, Noli vinci à malo: quid ei prodest nisi gratia succurrente fiat? Quod ipse Apostolus secutus adiunxit: nam & cõ dixisset, Virtus peccati lex: cõtinuo subiecit, Gratias autem deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Ergo & victoria qua peccatum vincitur, nihil aliud est quàm donũ dei, in isto certamine adiuuatis liberum arbitrium. Propter quod dicit & celestis magister, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Ergo vnusquisque contra suam concupiscentiam dimicans oret, ne intret in tentationem: id est, ne sit ab illa abstractus & illectus. Non autem intrat in tentationem, si voluntate bona vincat concupiscentiam malam. Nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humanæ, nisi à domino victoria concedatur oranti, ne intret in tentationem. Quid vero euidentius quàm dei ostenditur gratia, vbi quod oratur, accipitur? Si enim dixisset saluator noster, Vigilate ne intretis in tentationem: admonuisse videretur tãtummodo hominis voluntatẽ: cum vero addidit, & orate, ostendit deum adiuuare ne intretur in tentationem. Dicitur est libero arbitrio, Fili noli desicere à disciplina domini. & dominus dicit, Ego rogauit p te Petre, ne desiceret fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine causa voluntati eius iubeatur. Cum dicit deus, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos: vnum horum videtur esse nostræ voluntatis, id est, vt conuertamur ad deum, alterum vero ipsius gratia, id est, vt etiam ipse conuertatur ad nos. vbi possunt putare Pelagiani suã obtinere sententiam, qua dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod quidem in Oriente, hoc est, in prouincia Palestina, in qua est ciuitas Hierusalem, cõ ipse Pelagius ab Episcopis audiretur, affirmare non ausus est. Nam inter cetera quæ illi obiecta sunt, & hoc obiectum est, quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari: quod sic alienum est à catholica doctrina, & inimicum gratia Christi, vt nisi hoc obiectum sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus exisset. Sed fallaciter eum anathematizasse posteriores eius indicant libri, in quibus omnino nihil aliud defendit, quàm gratiam dei secundum merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligunt, quale est hoc vnum quod paulo ante dixi, Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos: vt secundum meritum conuersionis nostræ ad deum, detur gratia eius, in qua ad nos & ipse cõuertitur. Nec attendunt qui hoc sentiunt, quia nisi donum dei esset etiam ipsa ad deum nostra conuersio, non ei diceretur, Deus virtutum conuertere nos. Et, Deus tu cõuertens viuificabis nos, Et, Cõuerte nõs deus sanitatum nostrarum: & huiusmodi alia quæ commemorare longũ est. Nam & venire ad Christum, quid est aliud nisi ad eum credendo conuerti? & tamen ait, Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. Item quod scriptum est in libro secundo Paralipomenon, Dominus vobiscum, cum vos estis cõ eo: & si quasiertis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Manifestat quidem liberum voluntatis arbitrium. Sed illi qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, ista testimonia sic accipiunt, vt dicant meritum nostrum in eo esse quod sumus cum deo: eius autem gratiam secundum hoc meritum dari, vt sit & ipse nobiscum. Item meritum nostrum in eo esse quod querimus eum, & secundum hoc meritum dari eius gratiam, vt inueniamus eum. Et in libro Paralipomenon primo quod dictum est, Et tu Salomon filii mi cognosce deũ, & serui ei in corde perfecto, & anima volente:

Psal. 26.

Matth. 19.

1. Timo. 5.

1. Cor. 7.

Vbi supra.

Prover. 19.

1. Cor. 2.

Sapient. 8.

Iacobi. 1.

Roman. 12.

1. Cor. 15.

Matth. 16.

Roma. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 6.

1. Timo. 1.

ad Titum. 3.

Cap. VI.

Psal. 26.

Psal. 139.

Ibidem.

A volente: quia omnia corda scrutatur dominus, & omnem cogitationem mentium nouit: si quæsieris eum, inuenietur tibi, & si dimiseris eum, repellat te in perpetuum: declarat voluntatis arbitrium. Sed illi in eo ponit meritum hominis quod dictum est, Inuenietur tibi: & omnino laborant quantum possunt, ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari: hoc est, gratiam non esse gratiam. Quibus enim secundum meritum redditur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitum, sicut apertissime dicit Apostolus. Meritum enim fuit quidem in Apostolo Paulo, sed malum, quãdo persequebatur Ecclesiã: vnde dicit, Non sum idoneus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã dei. Cum ergo haberet hoc meritum malum, redditum est ei bonum pro malo, in eo quod secutus adiunxit, Sed gratia dei sum quod sum. Atque vt ostenderet & liberum arbitrium, mox addidit, Et gratia eius in me vacua nõ fuit, sed plus omnibus illis laboraui. Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur & in aliis, quibus dicit, Rogamus ne in vacuum gratiam dei suscipiatis. Vt quid enim eos rogat si gratiam sic susceperunt, vt propriam perderet voluntatem: tamen ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur boni aliquid posse, continuo cõ dixisset, Gratia eius in me vacua nõ fuit, sed plus omnibus illis laboraui: subiunxit atque ait: Non ego autem, sed gratia dei mecum: id est non solus, sed gratia dei mecum: ac per hoc nec gratia dei sola, nec ipse solus, sed gratia dei cum illo. Vt autem de cõlo vocaretur, & tã magna & efficacissimaocatione conuerteretur, gratia dei erat sola, quia merita eius erant magna, sed mala. Denique & alibi dicit ad Timotheum, Collabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, nõ secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu. Item merita sua sed mala commemoras dicit, Fuimus enim stulti & nos aliquando & increduli, errantes, seruiantes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes. Quid istis tam malis meritis nisi pœna vtique debebatur: Sed deo reddente bona pro malis, per gratiam quæ non secundum merita nostra datur, factum est quod deinde subiunxit, & dicit, Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitia quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quæ ditissime effudit super nos, per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur secundum spem vitæ æternæ. His & talibus testimoniis diuinis probatur gratia dei nõ secundum merita nostra dari, quãdo quidem non solum nullis bonis, verum etiam multis meritis malis præcedentibus videmus datam, & quotidie dari videmus. Sed plane cum data fuerit, incipiunt esse etiam merita nostra bona, per illam tamen: nam si illam subtraxerit, cadit homo non erectus, sed precipitatus libero arbitrio. Quapropter quãdo ceperit homo habere merita bona, nõ debet sibi tribuere illa, sed deo, cui dicitur in Psalmo, Adiuutor meo esto, ne derelinquas me. dicendo, ne derelinquas me, ostendit quia si derelictus fuerit, nihil boni valet ipse per se: vnde & ille ait, Ego dixi in abundantia mea, nõ mouebo in æternum. Putauerat enim suum fuisse bonum, quod ei sic abundabat, vt non moueretur: sed vt ostenderetur illi cuius esset illud bonum, de quo tanquam suo ceperat gloriari: paululũ gratia dei deferente admonitus dicit, Domine

in voluntate tua præstitisti decori meo virtute: Auertisti faciem tuã à me, & factus sum conturbatus. Ideo necessarium est homini, vt gratia dei non solum iustificetur impius, id est, ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis: sed etiam cum fuerit iam iustificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incubat super ipsam ne cadat. Propter hoc scriptum est in cantico canticorum de ipsa Ecclesiã, Quæ est ista quæ ascendit dealbata, incumbens super fratrualem suam: Dealbata est enim quæ per se ipsam alba esse non posset. Et à quo dealbata est, nisi ab illo qui per Prophetam dicit, Si fuerint peccata vestra vt phœnicium, sicut niuem dealbabo: Quando ergo dealbata est, nihil boni merebatur: iam vero alba facta, bene ambulat, sed si super eũ à quo dealbata est, perseuerat incubat. Propter quod & ipse Iesus super quæ incumbit dealbata, dixit discipulis suis, Sine me nihil potestis facere. Ergo redeamus ad Apostolũ Paulum, quæ certe inuenimus sine vllis meritis bonis, imò cum multis meritis malis dei gratiam consecutum, reddentis bona pro malis: videamus quid dicat sua iam propinquate passione, scribens ad Timotheum, Ego enim iam immolor, inquit, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. Ista vtique iam merita sua bona commemorat, vt post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denique attendite quid sequatur, Superest, inquit, mihi corona iustitiæ, quæ red det mihi dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater: Et quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia quæ iustificat impiũ? Quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur? Sed cum dicunt Pelagiani hanc esse solam, non secundum merita nostra gratiam, qua homini peccata dimittuntur: illam vero quæ datur in finem, id est æternam vitã, meritis nostris præcedentibus reddi: respondendum est eis. Si enim merita nostra sic intelligerent, vt etiam ipsa dona dei esse cognoscerent, nõ esset reprobanda ista sententia: quoniam vero merita humana sic prædicant, vt ea ex semetipso habere hominem dicant, profus rectissime respondet Apostolus, Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Profus talia cogitatã verissime dicitur, Dona sua coronat deus, nõ merita tua: si tibi à teipso, non ab illo sunt merita tua: hæc enim si talia sunt, mala sunt: quæ mala sunt, non coronat deus. si autem bona sunt, dei dona sunt: quia sicut dicit Apostolus Iacobus, Omne donum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Vnde dicit & Ioannes præcursor domini nostri, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cõlo: vtique de cõlo, vnde etiam venit spiritus sanctus, quando Iesus ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Si ergo dixi dona sunt bona merita tua, non deus coronat merita tua tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. Proinde consideremus ipsa merita Apostoli Pauli, quibus dixit coronam redditurum iudicem iustum: & videamus vtrum merita ipsius tanquam ipsius, id est ex ipso ei comparata, an dona sint dei. Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. Primo ista bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat, ait enim scribens ad Corinthios: Non quia idonei sumus cogitare

Can. 8.

Esai. 1.

Ioan. 15.

1. Timo. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

Iacobi. 1.

Ioan. 3.

Ephe. 4.

Cap. VII.

1. Timo. 4.

2. Cor. 3.

G aliquid à nobis tanquam à nobismetipsis, sed sufficietia nostra ex deo est. Deinde singula inspiciamus. Bonum, inquit, certamen certum. Quæro qua virtute certauerit, vtrum quæ illi ex semetipso fuerit, an quæ desuper data sit: Sed absit vt tantus doctor gētium ignorauerit legē dei, cuius vox est in Deuteronomio, Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc, sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem. Quid autē prodest bonum certamen, nisi sequatur victoria? Et quis dat victoriam, nisi ille de quo dicit ipse, Gratias deo qui dat nobis victoriam, per dominum nostrum Iesum Christum. Et alio loco cum cōmemorasset testimonium de Psalmo, Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis: subiecit atque ait, Sed in his omnibus superuincimus per eū qui dilexit nos. nō ergo, per nos, sed per eum qui dilexit nos. Deinde dicit, Cursū cōsummaui. sed ille hoc dixit, qui alio loco dicit, Igitur nō volētis neq; currentis, sed miserētis est dei. Quæ sententia nullo modo potest etiā sic conuerti vt dicatur, nō miserētis dei, sed volētis & currentis est hominis. quisquis enim hoc ausus fuerit dicere, aperte se ostēdit Apostolo contradicere. Postremo dicit, Fidem seruauis: sed ille hoc dixit, qui alibi ait, Misericordiam consecutus sum vt fidelis essem. Non enim dixit, Misericordiam cōsecutus sum quia fidelis erā, sed vt fidelis essem: hinc ostendens etiā ipsam fidem haberi nisi deo miserante non posse, & esse donū dei. Quod apertissime docet dicēs, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc nō ex vobis, sed dei donū est. Possent enim dicere, ideo accepimus gratiā, quia credim⁹, tanquam sibi fidem tribuētēs, gratiam deo, propter hoc Apostolus cum dixisset, per fidem, & hoc, inquit, non ex vobis, sed dei donum est. Rursus ne dicent se suis operibus donum tale meruisse: cōtinuo subiecit, Non ex operibus, ne forte quis extollatur: non quia negauit, aut euacuauit opera bona, cum dicat deum vniciuque reddere secundum opera eius: sed quia opera sunt ex fide, nō ex operibus fides, ac per hoc ab illo sūt nobis opera iustitiæ, à quo est ipsa fides, de qua dictū est, Iustus ex fide uiuit. Homines autem non intelligētēs quod ait ipse Apostolus, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis: putauerūt eum dicere sufficere homini fidem, etiam si male uiuat, & bona opera non habeat. Quod absit vt sentiret vas electiōis: qui cum dixisset quodam loco, In Christo enim Iesu neque circūcisio aliquid ualet, neque præputiū: mox addidit, sed fides quæ per dilectionem operatur. Ipsa est fides quæ fideles dei separat ab immūdis demoniis. nam & ipsi, sicut dicit Apostolus Iacobus, credunt & contremiscūt, sed nō bene operantur. Non ergo habēt istam fidem ex qua iustus uiuit, id est, quæ per dilectionem operatur, vt reddat ei deus vitam æternā secundum opera eius. Sed quia & ipsa bona opera nobis ex deo sunt, à quo nobis & fides est, & dilectio, propterea idem ipse doctor gentium etiam ipsam vitam æternā gratiam nuncupauit. Et nascitur inde non parua quæstio, quæ domino donante soluenda est. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit scriptura, Quoniam deus reddet vniciuq; secundum opera eius: quomodo gratia est vita æterna, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente, Ei qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam, sed secundum meritum. Iterum, Reliquiæ, inquit, per electionem gratia salua facta sunt. Et mox addidit, Si au-

tem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iā non K est gratia. Quomodo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? An forte vitam æternam non dixit Apostolus gratiam: Imo vero sic dixit, vt negari omnino non possit, nec intellectorem acutum, sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset, Stipendium peccati mors: continuo subdidit, Gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Ista ergo quæstio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus æterna redditur vita, ad dei gratiam pertinere: propter illud quod ait dominus Iesus, Sine me nihil potestis facere. Et ipse Apostolus cum dixisset, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc nō ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: vidit utiq; putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria nō sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea faciendi sibi sufficiat. mox itaq; addidit, Ipsis enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum dei gratiam commēdans dixisset, nō ex operibus, ne forte quis extollatur: cur hoc dixerit rationem reddēs, ipsius enim sumus, inquit, figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis? Quo modo ergo nō ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictum, tāquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his in quibus te deus finxit, id est, formauit & creauit. Hoc enim ait, Ipsius sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui utiq; iam homo erat, Cor mundum crea in me deus. & de qua dicit Apostolus, Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt noua, omnia autē ex deo. Fingimur ergo, id est, formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit deus vt in illis ambulemus. Itaque charissimi, vita bona nostra nihil aliud est quàm dei gratia: sine dubio & vita æterna quæ bonæ vitæ redditur, dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur, tātummodo gratia est: hæc autē quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia, vt verū sit quoniam verum est, quia reddet vniciuque deus secundum opera eius. Vtrum autem legerimus in scripturis sanctis, gratiam pro gratia, forsitan queritis: sed habetis Euangelium secundum Ioannem tanta luce clarissimum, vbi Ioannes Baptista de domino Christo dicit, Nos omnes ex plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaq; plenitudine accepimus pro modulo nostro tanquam particulas nostras, vt bene viuamus: sicut deus partitus est mensuram fidei, quia vnusquisq; proprium donum habet à deo, alius sic, alius autē sic, & ipsa est gratia: & insuper accipiemus & gratiam pro gratia, quādo nobis vita æterna reddetur. De qua dicit Apostolus, Gratia autem dei vita æterna, in Christo Iesu domino nostro: cum prius dixisset, Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitu redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere, Stipendium autem iustitiæ vita æterna: maluit dicere, Gratia autem dei vita æterna: vt hinc intelligeremus, non pro meritis nostris deum nos ad æternam vitam, sed pro sua miseratione perducere. De quo in Psalmo dicit homo anima sua, Qui coronat te in misericordia

A ratione & misericordia. Nunquid nō corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: ideo liberum arbitrium abstulisse putādis est. Quod si ita esset, non superius dixisset, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quando enim iubetur vt operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium: sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo quod bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur operibus. Tanquam ergo interrogaretur Apostolus, & diceretur ei, quare dixisti cum timore & tremore: horū verborum rationem reddidit, dicens, Deus est enim qui operatur in vobis. Si enim timetis & tremetis, non extollimini tāquam de vestris operibus bonis, quia deus est qui operatur in vobis. Itaque fratres debetis quidem per liberum arbitrium non facere mala, & facere bona, hoc enim nobis lex dei præcipit in libris sanctis, siue veteribus, siue nouis. Sed legamus & adiuuante domino intelligamus Apostolum dicentem, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso: per legē enim cognitio peccati. Cognitio dixit, non consummatio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adiuuat gratia vt cognitū caueatur, sine dubio lex irā operatur. Quod alio loco ipse Apostolus dicit, ipsius enim verba sunt, Lex iram operatur. Hoc autē dixit, quia ira dei maior est in præuaricatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamē facit: talis quippe homo præuaricator est legis: sicut & in alio loco dicit, Vbi enim lex nō est, nec præuaricatio est. Propter hoc & alibi ait, Vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ: legem volēs intelligi literæ vetustatem, nouitatem vero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur acuisse legem vel reprehendisse: continuo sibi opposuit quæstionem, & ait, Quid ergo dicemus: Lex peccatum est: Absit. Deinde subiunxit, Sed peccatum non cognoui, nisi per legē. hoc est quod dixerat, per legē cognitio peccati. Nam concupiscentiā, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem aliquādo uiuebam sine lege: adueniente autem mandato, peccatum reuixit: ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in vita, hoc esse in morte: peccatum enim occasione accepta per mandatum sefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctū & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi, factum est mors: Absit. Sed peccatum vt appareat peccatū, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccatum per mandatum. Et ad Galatas dicit, Sciens autem quoniam non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem domini nostri Iesu Christi: & nos in Christo credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. Quid est ergo quod vanissimi homines & peruersissimi Pelagiani legē dicūt esse dei gratiam, qua iuuamur ad nō peccandum? Quid est miseri quod dicunt, qui sine vlla dubitatione tāto Apostolo cōtradiciunt? Ille dicit peccatū vires aduersus hominē accepisse per legem, & cum per mādātū quanuis Tomus septimus.

sanctum & iustum & bonū, tamen occidere, & per bonum operari ei mortē, de qua non liberar etur, nisi viuificaret spiritus eum quē litera occiderat: si cut alio loco dicit, Litera occidit, spiritus autē viuificat. Et isti indociles, contra legē dei cæci, & cōtra vocē dei surdi, occidentem literam viuificare dicunt, & viuificati spiritui cōtradiciūt. Ergo fratres, vt ipse potius Apostoli verbis vos moneam, debitores sumus nōn carni vt secundum carnē viuamus: si enim secundum carnē vixeritis, moriemini: si autē spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuētis. Hęc dixi, vt Apostolicis verbis liberū arbitrium vestrum à malo deterrerem, & exhortarer ad bonum: nec tamen ideo debetis in homine, hoc est in vobis, non in domino gloriari quando non secundū carnē viuitis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Vt enim nō se extollerent quibus ista dicebat, existimātes se suo spiritu tanta hæc bona opera facere posse, nō dei, propterea cum dixisset, Si autē spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuētis: cōtinuo subiecit, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Quādo ergo spiritu actiones carnis mortificatis vt viuatis, illū glorificate, illū laudate, illi gratias agite cuius spiritu agimini vt ista valeatis, vt vos filios dei esse mōstretis: quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Quotquot ergo adiucto solo adiutorio legis, sine adiutorio gratiæ confidentes in virtute sua, suo spiritu aguntur, nō sunt filii dei. Tales sunt de quibus idē dicit Apostolus, quod ignorātes dei iustitiā, & suam volentes cōstituerē, iustitiæ dei nō sunt subiecti. De Iudeis hoc dicit, qui de se præsumentes gratiā repellebant, & in Christū propterea non credebāt. Suam vero iustitiā dicit eos volentes cōstituerē, quæ iustitia est ex lege, nō quia lex ab ipsis constituta, sed in lege quæ ex deo est, suā iustitiā constituerunt, quando eandem legē suis viribus se implere posse credebāt, ignorantes dei iustitiā, nō qua iustitia deus iustus est, sed quæ iustitia est homini ex deo. Et vt sciatis hanc illum eorū dixisse iustitiā quæ est ex lege, hæc autē dei quæ homini est ex deo, audite quid alio loco dicat, cū de Christo loqueretur, Propter quē omnia, inquit, non solum detrimēta esse credidi, verum etiam vt stercore existimaui esse vt Christū lucrifaciam, & inueniar in illo nō habens meā iustitiā quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo. Quid est, non habens meā iustitiā quæ ex lege est, cum sua nō esset lex ipsa, sed dei: nisi quia suā dixit iustitiā, quanuis ex lege esset, quia sua voluntate legem se posse putabāt implere sine adiutorio gratiæ, quæ est per fidē Christi? Ideo cum dixisset, Non habes meam iustitiā quæ ex lege est: secutus adiūxit, Sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo. Hanc ignorabāt, de quibus ait, Ignorantes dei iustitiā, id est, quæ est ex deo: hanc enim dicit nō litera occidens, sed viuificās spiritus. Et suā volētes cōstituerē, quā dixit ipse ex lege iustitiā, cum diceret, Non habes meam iustitiā quæ ex lege est: iustitiæ dei nō sunt subiecti, hoc est, gratiæ dei nō sunt subiecti: sub lege enim erant, non sub gratia: & ideo eis dominabatur peccatum, à quo nō fit homo liber lege, sed gratia. Propter quod alibi dicit, Peccatū enī vobis nō dominabit, non enim estis sub lege, sed sub gratia: nō quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubēdo, nō adiuuādo. Gratia quippe adiuuat vt legis quisq; sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Talibus itaq; dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Quis ita sit surdus aduersus Apostolo-Cap. XIII. licas voces, quis ita desipiat, imō insaniat, nesciens quid N iij

Dent. 8.

1. Cor. 15.

Roma. 8. Psal. 34.

Roma. 9.

2. Tim. 4.

1. Tim. 1.

Ephe. 2.

Abac. 2.

Roma. 1.

Roma. 3.

Gala. 5.

Iacobi. 2.

Cap. VIII.

Mat. 6.

Roma. 2.

Apo. 22.

Roma. 4.

Roma. 11.

Gal. 5.

Gal. 5.

Philip. 2.

Ioan. 15. Ephe. 2.

Cap. X. Gala. 2.

Roma. 4.

Psal. 50. 2. Cor. 5.

Roma. 7.

Exod. 20.

Gala. 2.

Cap. XI.

Roma. 7.

Psal. 101.

2. Cor. 3.

Roma. 8.

Cap. XII.

Roma. 10.

Philip. 3.

Roma. 6.

Gala. 5.

Cap. XIII.

G loquatur, vt audeat dicere, legem esse gratiam, cum claret qui sciebat quid loqueretur, Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis: Si autem lex non est gratia, quia vt ipsa lex fiat non potest lex adiuuare, sed gratia, nūquid natura erit gratia? Nam & hoc Pelagiani ausi sunt dicere, gratiam esse naturam, in qua sic creati sumus vt habeamus mentem rationalem qua intelligere valeamus, facti ad imaginem dei, vt dominemur piscibus maris & volucribus cæli, & omnibus pecoribus que repūt super terram. Sed non hæc est gratia, quam commendat Apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum impiis & infidelibus certum est nobis esse communem: gratia vero per fidem Iesu Christi eorum tantummodo est, quorum est ipsa fides. Non enim omnium est fides. Denique sicut eis qui volentes in lege iustificari a gratia exciderunt, verissime dicit, Si ex lege iusticia, ergo Christus gratis mortuus est: sic & his qui gratiam quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur, Si ex natura iusticia, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat, iam hic erat & natura, & non iustificabat: ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impletur, qui dixit, Nō veni soluere legem, sed adimplere: & natura per Adam perditam, per illum repararetur, qui dixit venisse se querere & saluare quod perierat: in quem veterum antiqui etiam patres crediderunt, qui diligebant deum. Dicunt etiā gratiam dei quæ data est per fidem Iesu Christi, quæ neque lex est neque natura, ad hoc tantum valere vt peccata præterita dimittantur, nō vt futura vitentur, vel repugnantia superentur. Sed si hoc verum esset, vtique in oratione dominica cum dixissemus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non adderemus, Et ne nos inferas in tentationem. Illud enim dicimus vt peccata dimittantur, hoc autem vt caueantur, siue vincantur: quod a patre qui in cælis est nulla ratione peteremus, si virtute voluntatis humanæ hoc possemus efficere. Commoneo autem charitatem vestram, & multum exhortor, vt beati Cypriani librum quem scripsit de oratione dominica, diligenter legatis, & quantum vos dominus adiuuerit, intelligatis, memoriamque mandetis. Ibi videbitis quemadmodum sic alloquatur liberum arbitrium eorum quos cōscriptio sui sermonis edificat, vt ostendat tamen ea quæ implenda videntur in lege, in oratione esse postcenda. Quod vtique vanissime fieret, si ad illa agēda sine diuino adiutorio voluntas humana sufficeret. Sed cum fuerint conuicti non defensores, sed inflatores & præcipitatores liberi arbitrii, quia neque scientia diuinæ legis, neque natura, neque sola remissio peccatorum est illa gratia, quæ per Iesum Christum dominum nostrum datur, sed ipsa facit vt lex impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur: Cum ergo in his conuicti fuerint, ad hoc se conuertunt, vt quocumque modo conentur offendere gratiam dei secundum merita nostra dari. Dicunt enim, etsi nō datur secundum merita bonorum operum, quia per ipsam bene operamur, tamen secundum merita bonæ voluntatis datur: quia bona voluntas, inquit, præcedit orantis, quæ præcessit voluntas credentis, vt secundum hæc merita gratia sequatur exauditionis dei. Iam quidem de fide, hoc est, de voluntate credentis superius disputauimus, vsque adeo eā demonstratis ad gratiam pertinere, vt Apostolus non diceret, Misericordiam cōsecutus sum, quia fidelis erā: sed diceret, Misericordiam cōsecutus sum, vt fidelis essem.

Sunt & alia testimonia, in quibus est quod ait, Sapite ad temperantiam, sicut vniciuique deus partitus est mensuram fidei. Et quod iam commemorauimus, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Et illud quod scripsit ad Ephesios, Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre, & domino Iesu Christo. Et illud vbi ait, Quia vobis donatum est pro Christo non solum vt credatis in eum, sed etiā vt patiamini pro eo. Vtrunque ergo ad dei gratiam pertinet, & fides creditum, & tolerantia patientium, quia vtrunque dixit esse donatum: & illud maxime vbi dicit, Habentes eundem spiritum fidei. non enim ait, scientiam fidei: sed spiritum fidei: quod propterea dixit, vt intelligeremus quia fides & non petita conceditur, vt ei petenti alia concedatur. Quomodo enim inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? Ergo spiritus gratiæ facit vt habeamus fidem, vt per fidem impetremus orando, vt possimus facere quæ iubemur: ideo ipse Apostolus assidue legi præponit fidem, quoniam quod lex iubet, facere nō valeamus nisi per fidem rogādo impetremus vt facere valeamus. Nam si fides liberi est tantummodo arbitrii, nec datur a deo, propter quid pro eis qui nolunt credere, oramus vt credant? Quod profus faceremus inaniter, nisi rectissime crederemus etiam peruersas & fidei cōtrarias voluntates omnipotentem deum ad credendum posse conuertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulsatur, vbi dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset de cetera duritiam cordis auferre, non diceret per Prophetā, Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum: quod de nouo testamento fuisse prædictum, satis Apostolus ostendit, vbi ait, Epistola nostra vos estis, scripta non atramento, sed spiritu dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus, vt carnaliter viuant qui debent spiritualiter viuere: sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum: cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielem Prophetam, Et dabo eis, inquit, cor aliud, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas obseruent, & faciant eas, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deū, dicit dominus. Nunquid ergo possumus nisi absurdissime dicere, bonum meritū bonæ voluntatis in homine præcessisse, vt auelleretur ab eo cor lapideum: quādoquidem ipsum cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem, & aduersus deum omnino inflexibile est: Vbi enim præcedit bona voluntas, iam non est cor vtique lapideum. Nam & alio loco per eundem Prophetam deus manifestissime ostendit non propter eorum aliqua bona merita, sed propter nomen suum ista facere, vbi ait, Non propter vos ego facio, domus Israēl, sed propter nomen meum sanctum quod profanastis in gentibus, quod intrastris illuc: & sanctificabo nomen meum magnum quod profanatum est in gentibus, quod profanastis in medio eorum, & scient gentes quia ego sum dominus, dicit Adonai dominus, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram, & aspergam vos aqua munda, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vobis, & auferetur cor lapideum de carne vestra, & dabo in vobis cor carneum, & spiritum

A spiritum meum dabo in vobis, & faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Quis ita sit cæcus vt non videat, quis ita lapideus vt non sentiat istam gratiam nō secundum merita bonæ voluntatis dari, domino dicente atque testante, Non propter vos ego facio domus Israēl, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus: Quare enim dixit, ego facio, sed propter nomen meum sanctum: nisi ne illi putarent propter bona merita sua fieri, quod non crubescunt dicere Pelagiani? Non solum autem bona merita eorum nulla, verumetiam mala merita præcessisse demonstrat, dicendo, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus. Quis non videat horrendum malum esse, nomen sanctum domini profanare? Et tamen propter ipsum nomen meum, inquit, quod profanastis vos, ego faciam vos bonos, non propter vos: & sanctificabo, inquit, nomen meum magnum, quod profanatum est in gentibus, quod profanastis in medio eorum. Sanctificare se dicit nomen B suū, quod superius dixerat sanctum. Hoc est ergo quod oramus in oratione dominica dicentes, Sanctificetur nomen tuū: vt sanctificetur in hominibus, quod per se ipsum sine dubio semper est sanctum. Denique sequitur, Et scient omnes gentes quoniam ego sum dominus, dicit Adonai dominus, cum sanctificatus fuero in vobis: Cum ergo ipse semper sit sanctus, sanctificatur tamen in eis quibus largitur gratiā suam, auferendo ab eis cor lapideum, per quod nomen domini profanauerunt. Ne autem putetur nihil ibi facere ipsos homines per liberū arbitrium, ideo in Psalmo dicitur, Nolite obdurare corda vestra. Et per ipsum Ezechielem, Proiците à vobis omnes impietates vestras quas impie egistis in me, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum, & facite omnia mandata mea. Vt quid moriemini domus Israēl dicit dominus, quia nolo mortem morietis dicit Adonai dominus, sed cōuertimini & viuetis: meminerimus deum dicere, sed cōuertimini & viuetis: cui dicitur, Conuerte nos deus. Meminerimus deū dicere, Proiците à vobis omnes impietates vestras: cum ipse iustificet impium. Meminerimus ipsum dicere, Facite vobis cor nouum & spiritum nouum: qui dicit, dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo vobis. Quomodo ergo quod dicit, facite vobis: hoc dicit, dabo vobis. Quare iubet si ipse daturus est? Quare dat si homo facturus est, nisi quia dat quod iubet, & adiuuat vt faciat qui iubet? Semper est autem in nobis voluntas libera, sed nō semper est bona. Aut enim à iustitia libera est, quando seruit peccato, & tunc est mala: aut à peccato libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona. Gratia vero dei semper est bona, & per hæc fit vt sit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hæc etiam fit, vt ipsa bona voluntas quæ iam esse cepit augeatur, & tam magna fiet vt possit implere diuina mandata quæ voluerit, cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet quod scriptum est, Si volueris conseruabis mādāta. vt homo qui voluerit & non potuerit, nondum se plene velle cognoscat, & oret vt habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur vt faciat quod iubetur: tunc enim vtile est velle, cum possumus: & tunc vtile est posse, cum volumus: nam quid prodest, si quod nō possumus, volumus, aut si quod possumus, nolimus? Magnum aliquid Pelagiani se scire putant, quando dicunt, Non iuberet deus quod sciret nō posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua quæ nō possumus, vt nouerimus

quid ab illo petere debeam. Ipsa est enim fides, quæ orando impetrat quod lex imperat. Denique ipse qui dixit, Si volueris, conseruabis mādāta: in eodem libro Ecclesiastico aliquanto post dicit, Quis dabit in ore meo custodiam, & super labia mea signaculum astutū, ne forte cadam ab eo, & lingua mea perdat me: Iam certe mandata acceperat, Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Cū ergo verum sit quod dixit, Si volueris, cōseruabis mādāta: quare querit in ore suo dari custodiam, similis ei qui dicit in Psalmo, Pone dominē custodiam ori meo? Non ei sufficit mandatum dei & voluntas sua, quandoquidem si voluerit cōseruabit mandata: Quam multa dei mandata sunt contra superbiam? iam nouit ea, si voluerit conseruabit ea. Quare ergo paulo post dicit, Domine pater & deus vitæ meæ elationem oculorum ne dederis mihi? Iam dixerat ei lex, Non concupisces: velit ergo & faciat quod iubetur: quoniam si voluerit, cōseruabit mandata. Quare sequitur & dicit, Concupiscētiam auerte a me: Contra luxuriam deus quā multa mādāta? faciat ea, quia si voluerit cōseruabit mandata. Quid est quod clamat ad deum, Ventris appetitio & concubitus ne apprehendant me? Si hoc ei præfenti diceremus, reuersus non daret respōderet & diceret, Ex ista oratione mea quæ hæc a deo peto, intelligite quomodo dixerim, si volueris cōseruabis mandata. Certum est enim nos mandata seruare si volumus: sed quia præparatur voluntas a domino, ab illo petendum est vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, quod præparatur voluntas a domino, de quo dictum est, A domino gressus hominis dirigentur, & viam eius vult: de quo dictum est, Deus est qui operatur in vobis & velle & operari. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dicit, Faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Cum dicit, faciam vt faciatis: quid aliud dicit, nisi auferam a vobis cor lapideum, vnde non faciebatis, & dabo cor carneum vnde faciatis? Et hoc quid est, nisi auferam cor durum, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens vnde faciatis? Ille facit vt faciamus, cui dicit homo, Pone domine custodiam ori meo: hoc est enim dicere, fac vt ponam custodiam ori meo: quod beneficium dei iam fuerat conseruatum, qui dixit, Posui ori meo custodiam. Qui ergo vult facere dei mandatum & non potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc paruum & inualidam: poterit autem, cum magnam habuerit & robustam. Quando enim martyres magna illa mandata fecerunt, magna vtique voluntate, hoc est magna charitate fecerunt: de qua charitate ipse dominus ait, Maiorem hac charitatē nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vnde & Apostolus dicit, Qui diligit proximum, legem impleuit: nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, nō concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum sicut te. ipsum. Dilectio proximi malum non operatur: plenus ergo legis, dilectio. Ipsam charitatem Apostolus Petrus nondum habuit, quando timore dominum ter negauit. Timor enim non est in charitate: sicut ait Ioannes Euangelista in Epistola sua, sed perfecta charitas foras mittit timorem: & tamen quantum parua & imperfecta, non deerat, quādo dicebat domino, Animam

Gen. 1.

1. Thess. 3.

Gala. 2.

Matth. 5.

Matth. 18.
Luc. 19.

Matth. 6.

Cypriani
in libro de
oratione do
minica.

Incubentur.

Cap. XIII.

Voluntas
bona.

1. Timoth. 1.

Roma. 10.

Psal. 94.

Ezech. 11.

2. Cor. 3.

Psal. 84.

Ezech. 18.

Cor. lapideum
quid sit.

Ezech. 36.

Ecclesi. 15.

Cap. XVII.

Matth. 6.

Ca. XV.

Psal. 94.

Ezech. 18.

Psal. 84.

Ezech. 18.

Cap. XVII.

G meam pro te ponā: putabat enim se posse, quod se velle sentiebat. Et quis istam etiam parvam dare cōperat charitatem, nisi ille qui pręparat voluntatē, & cooperando perficit, quod operando incipit: Quoniam ipse vt velimus operatur incipiēs, qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apostolus, Certus sum quoniā qui operatur in vobis opus bonum, perficiet vique in diem Christi Iesu. Vt ergo velimus, sine nobis operatur, cum autē volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo, vel operante vt velimus, vel cooperatē cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. De operatē illo vt velimus, dictum est, Deus est enim qui operatur i vobis & velle. De cooperante illo cum iam volumus, & volendo facimus, Scimus, inquit, quoniam diligētibus deum, omnia cooperantur ad bonum. Quid est omnia, nisi & ipsas terribiles sauasq; passiones: Sarcina quippe illa quę infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Talibus enim dominus dixit esse suam sarcinam leuem: qualis Petro H fuit quando passus est pro Christo, nō qualis fuit quando negauit Christum. Istam charitatem, id est diuino amore ardentissimam voluntatem commēdans Apostolus, dicit, Quis nos separabit a charitate Christi tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius: sicut scriptum est, Quoniā propter te mortificamur tota die, deputati sumus velut oves occisionis: Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principat⁹, neque pręsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Et alio loco dicit, Adhuc supereminētiorem viam vobis demonstro, si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æraumentum sonans, aut cymbalom tinniēs. Et si habuero prophetiam, & si sciero omnia sacramenta, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas magnanimis est, benigna est, charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, nō quarit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cōgaudet autem veritati: omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Et paulo post, Manent, inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas: sectamini charitatem. Item dicit ad Galatas, Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, in eo quod diliges proximum tuum sicut teipsum: hoc est quod ad Romanos ait, Qui diligit alterum, legem impleuit. Item dicit ad Colossenses, Super omnia autem hæc charitatem, quę est vinculum perfectionis. Et ad Timotheum, Finis, inquit, præcepti est charitas. & adiungens qualis charitas, De corde, inquit, puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Ad Corinthios autem, cum dicit, Omnia vestra cum charitate fiant: satis ostendit etiam ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt qui corripiuntur, cum charitate esse faciēdas. Vnde & alibi cum dixisset, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: mox subiunxit, Vide-

te ne quis malum pro malo alicui reddat. Ergo & quā- K do corripiuntur inquieti, non malum pro malo, sed potius bonum redditur. Hęc autem omnia quę nisi charitas operatur: Et Apostolus Petrus, Ante omnia, inquit, i. Petri. 4. mutuam inter vos charitatem perpetuō habentes, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum. Dicit etiam Apostolus Iacobus, Si tamen legem perficitis re- Iacobi. 2. galem secundum scripturas, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: bene facitis. Item Ioānes Apostolus, i. Ioan. 2. Quī diligit, inquit, fratrem suum, in lumine manet. Et alio loco, Qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum: quia hæc est annunciatio quam audimus ab initio, vt diligam⁹ inuicem. Itemque alibi, Hoc est, inquit, mandatum illius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inuicem, Et iterum, i. Ioan. 4. Hoc, inquit, mandatum habemus ab ipso, vt qui diligit deum, diligit & fratrem suum. Et paulo post, In hoc, inquit, cognoscimus quia diligimus filios dei cum deum diligimus, & mandata eius facimus: hæc est enim dilectio dei, vt præcepta eius seruemus, & præcepta eius gra- L uia non sunt. Et in Epistola secunda scriptum est, Non quasi præceptum nouum scribam tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus inuicem. Dicit etiam ipse dominus Iesus in duobus præceptis dilectionis dei & dilectionis proximi totam legem Prophetasq; pcedere. De quibus duobus præceptis, in Euangelio secundum Marcum scriptū est, Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos perquirentes, & videns quoniam illis bene responderit, interrogauit eum, Quod est primum omnium mandatum? Iesus autē respondit ei. Primum omnium mandatum est, Audi Israël, dominus deus tuus deus vnus est: Et, Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua: hoc est primum mandatum. Secundum autē simile illi, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: maius horum aliud non est mandatum. Dicit etiam in Euangelio secundum Ioannem, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hęc omnia præcepta dilectionis, id est charitatis, quę tanta & talia sunt, vt quicquid se putauerit homo facere bene, si fiat M sine charitate, nullo modo fiat bene. hæc ergo præcepta charitatis inaniter darentur hominibus nō habentib⁹ liberum voluntatis arbitrium: sed quia per legē dantur & veterē & nouam, quāuis in noua venerit gratia quę promittebatur in veterē, lex autem sine gratia litera est occidēs, in gratia vero spiritus viuificās, vnde est in hominibus charitas dei & proximi, nisi ex ipso deo: Nam si non ex deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: si autē ex deo, vicimus Pelagianos. Sedeat ergo inter nos Iudex Apostolus Ioānes, & dicat nobis, Charissimi, diligamus inuicem. In his verbis Ioānis cum se illi extollere cōperint & dicere, Vt quid vobis hoc præcipitur, nisi quia ex nobis habemus vt inuicē diligamus: sequitur continuo idem Ioānes, confundens eos & dicēs, quia dilectio ex deo est. Non itaque ex nobis, sed ex deo est. Cur ergo dictū est, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est: nisi quia præcepto admonitū est liberū arbitriū, vt quereret dei donū? Quod quidem sine suo fructu prorsus admoneretur, nisi pri⁹ acciperet aliquid dilectionis, vt addi sibi quæreretur vnde quod iubebatur impleteret. Cum dicitur, diligamus inuicē, lex est: cū dicitur, quia dilectio ex deo est, gratia est. Sapientia quippe dei legē & misericordiā in lingua portat. Vnde scriptū est in

A est in Psalmo, Etenim benedictionem dabit qui legem dedit. Nemo ergo vos fallat fratres mei, quia nos non diligeremus deum, nisi nos prior ipse diligeret. Idem Ioānes apertissime hoc ostēdit & dicit, Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Gratia nos facit legis dilectores: lex vero ipsa sine gratia, non nisi prauaricatorum res facit. Et quod discipulis suis dicit dominus, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: nihil aliud indicat nobis, Si enim nos prius dileximus: vt hoc merito nos ipse diligeret, prius illum nos elegimus, vt ab illo eligi mereremur. Sed ipse qui veritas est aliud dicit, & huic vanitati hominum apertissime contradicit. Non vos me elegistis, inquit: Si ergo nō elegistis, sine dubio nec dilexistis: quomodo enim cum eligerent quem non diligerent? Sed ego, inquit, vos elegi. Nunquid nō & ipsi postea elegerunt eum, & omnibus bonis huius seculi prætulērūt: Sed quia electi sunt, elegerunt: nō quia elegerunt electi sunt. Eligētium hominum meritum nullum esset, nisi eos eligentis gratia dei præueniret. Vnde & Apostolus benedicens Thesalonicēses, Vos, inquit, dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes: hanc benedictionē dedit, vt nos inuicem diligeremus, qui legem dedit vt inuicem diligam⁹. Denique alio loco ad eosdem, quia sine dubio in quibusdam eorum iam erat quod eis vt esset optauerat, Gratias, inquit, agere debemus deo semper pro vobis fratres, sicut dignum est, quoniam supercreuit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem. Hoc dixit, ne forte de tanto bono quod ex deo habebat, tanquam ex seipsis id habentes extollerentur. Quod ergo supercreuit fides vestra, inquit, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem, gratias agere debemus deo de vobis, non ita vos laudare tanquam hoc habeatis ex vobis. Et ad Timotheum dicit, Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentię. In quo sanē Apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur nō accepisse spiritum timoris dei, quod sine dubio magnū est dei donum: de quo dicit Propheta Esaias, Requiescet super eum spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus sciētię & pietatis, & spiritus timoris domini: nō quo timore Petrus Christum negauit: sed illius timoris spiritum accepimus, de quo dicit ipse dominus Christus, Eum timete qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete. Hoc autem dixit, ne illo timore negaremus eum, quo turbatus est Petrus. Hunc enim auferri voluit a nobis, cum prius dixit, Nolite timere eos qui corpus occidūt, & postea nō habent quid faciant. Huius timoris nō accepimus spiritum, sed virtutis & charitatis & continentię. De quo spiritu idem ipse ad Romanos ait, Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiā operatur, patientia probationem, probatio spem: spes autem non cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Non itaque per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, ipsa charitate fit, quam dei donum esse manifestat, vt tribulatio nō auferat, sed potius operetur patientiam. Ad Ephesios etiam, Pax, inquit, fraternitas & charitas cum fide, magna bona. Sed dicat vnde: A deo, inquit, patre & domino Iesu Christo. Ergo hæc magna bona non sunt nisi dei dona. Sed non est mirum, si lux lucet in tenebris, & tenebrę eam nō comprehendunt. In Ioanne lux dicit, Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater,

vt filij dei vocemur & simus. Et in Pelagianis tenebrę D dicunt, Dilectio nobis ex nobis est: Quam si veram, id est Christianam dilectionem haberent, scirent & vnde haberēt, sicut sciebat Apostolus qui dicebat, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est, vt sciamus quę a deo data sunt nobis: Ioānes dicit, Dens dilectio est. Et Pelagiani etiā ipsum deum non ex deo, sed ex semetipsis habere se dicunt: & cum scientiam legis ex deo nobis esse fateantur, charitatem ex nobis ipsis volunt. Nec audiunt Apostolum dicentē, Scientia inflat, charitas autem edificat. Quid est inflatus, imō vero quid est amentius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, quā cōfiteri ex deo esse scientiam, quę sine charitate inflat: & ex nobis esse charitatem, quę facit vt scientia inflare non possit? Item cum dicit Apostolus, Supereminētē scientiā charitatem Christi: quid est infansius quā putare ex deo esse scientiam, quę subdēda est charitati: & ex hominibus charitatem quę supereminet scientiā? Fidem autem veram & doctrinam sanā ambas esse dicit ex deo, quia scriptum est, A facie eius sciētia & intellectus procedit. Et scriptum est, Charitas autem ex deo est. Et legimus, Spiritum scientię & pietatis legimus, Spiritum virtutis & charitatis & continentię: sed maius est donum charitatis, quā scientia: nam scientia quando est in homine, charitas est necessaria ne infletur: charitas autem nō amulatur, non agit perperam, non inflatur. Satis me disputasse arbitror aduersus eos qui gratiam dei vehementer oppugnant, quę voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit adiuuatur: & sic disputasse, vt non magis ego, quā diuina ipsa scriptura vobiscū locuta sit euidentissimis testimoniis veritatis: quę scriptura diuina si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum voluntates quas ipse facit ex malis, & a se factas bonas in actus bonos & in aternam dirigit vitam: verum etiam illas quę conseruat seculi creaturam, ita esse in dei potestate vt eas quod voluerit, quando voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad penas quibusdam ingerēdas, sicut ipse iudicat occultissimo quidem iudicio, sed sine dubitatione iustissimo. Nā inuenimus aliqua peccata etiam penas esse aliorum peccatorum, sicut sunt vasa irę, quę perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo virtutē dei: sicut est fuga Israëlitarum a facie hostium de ciuitate Hai. in animo enim factus est timor vt fugerent, & hoc factum est vt vindicaretur peccatum eo modo quo fuerat vindicandum, vnde dicit dominus ad Iesum Naue, Non poterit filij Israël subsistere a facie inimicorum suorum. Quid est, non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata voluntate fugiebant, nisi quia deus dominatur & voluntatibus hominum, & quos vult, in formidinem conuertit iratus? Nunquid non hostes Israëlitarum aduersus populum dei quem ducebat Iesus Naue, sua voluntate pugnarunt? Et tamē dicit scriptura, quia per dominum factū est cōfortari cor eorum, vt obuiam irent ad Israël ad bellū, vt exterminarentur. Nunquid non sua voluntate homo improbus filius Gemini maledicebat regi David? Et tamen quid ait David plenus vera & alta & pia sapientiā: Quid ait illi qui maledicentem percutere voluit? Quid mihi, inquit, & vobis filij Sarmęd mitte eum vt maledicat, quia dominus dixit illi maledicere David. Et quis dicit ei, quare fecisti sic? Deinde scriptu-

Gratiu diuina plenam sententiam regis velut ab alio initio repetendo commendans, Et dixit, inquit, Dauid ad Abisai & ad omnes pueros eius, Ecce filius me⁹ qui exiit de vtero meo, quare animam meam, quanto magis hic filius Gemini? Sinite illum vt maledicat, quoniam dixit illi deus, vt videat dominus humilitatem meam, & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die isto. Quomodo dixerit domin⁹ huic homini maledicere Dauid, quis sapiens & intelliget? Non enim iubendo dixit vbi obedientia laudaretur, sed quod eius voluntatem proprio vitio suo malam, in hoc peccatu iudicio suo iusto & occulto inclinavit, ideo dictum est, dixit ei domin⁹. Nam si iubenti obtemperasset deo, laudandus potius quam puniendus esset, sicut ex hoc peccato postea nouimus esse punitum. Nec causa tacita est, cur ei dominus isto modo dixerat maledicere Dauid, hoc est, cor eius malum miserit vel dimiserit, vt videat, inquit, domin⁹ humilitatem meam, & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die isto. Ecce quomodo probatur de⁹ vti cordibus etiam malorum ad laudem vtque adiumentum honorum. Sic vsus est Iuda tradente Christum: sic vsus est Iudaeis crucifigentibus Christum. Et quanta inde bona praestitit populis credituris: Qui & ipso diabolo vtiur pessimo, sed optime ad exercenda & probanda fidem & pietatem bonorum, non sibi, qui omnia scit antequam fiant, sed nobis quibus erat necessarium vt eo modo ageretur nobiscum. Nunquid non sua voluntate Absalon elegit consilium quod sibi oberat: Et tamen ideo fecit, quia exaudierat dominus eius patrem oratem, vt hoc fieret. Propter quod scriptura ait, Et dominus mandauit dissipare consilium Achitofel bonum, vt inducat dominus super Absalon omnia mala. Bonu consilium dixit, quod ad tempus proderat causa, quia pro ipso erat contra patrem eius, contra quem rebellauerat vt posset eum opprimere, nisi dominus consilium dissipasset quod dederat Achitofel, agendo in corde Absalon, vt tale consilium repudiaret, & aliud quod ei no expediebat, eligeret. Quis non ista iudicia diuina cotremiscat, quibus agit deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens eis tamen secundum merita eorum? Roboam filius Salomonis respuit consilium salubre seniorum quod ei dederant, ne cum populo dure ageret, & verbis coaueuorum suoru potius acquieuit, respodendo minaciter quibus leniter debuit. Vnde hoc, nisi propria voluntate: Sed hinc ab eo recesserunt decem tribus Israel, & alium regem sibi constituerunt Hieroboam, vt irati dei voluntas fieret, quod etiam futurum esse praedixerat. Quid enim scriptura dicit: Et non audivit rex plebem, quoniam erat conuersio a domino, vt statueret verbum suum quod locutus est in manu Abia Silonita de Hieroboam filio Nabath. Nempe sic factum est & illud per hominis voluntatem, vt tamen conuersio esset a domino. Legite libros Paralipomenon, & inuenietis in secundo libro scriptum, Et suscitauit dominus spiritum super Ioram, spiritum Philistin & Arabum qui finitimi erant Aethiopicibus, & ascenderunt in terram Iuda, & dissipauerunt eam, & ceperunt omnem substantiam que in domo regis inuenta est. Hic ostenditur deum suscitare hostes eis terris vastandis, quastati poena iudicari dignas. Nunquid tamen Philistin & Arabes in terram Iudaeam dissipandam sine sua voluntate venerunt, aut sic venerunt sua voluntate, vt mendaciter scriptum sit, quod dominus ad hoc facendum eorum spiritum suscitauit: Immo vtrunque verum est, quia & sua voluntate venerunt, &

tamen spiritum eorum dominus suscitauit. Quod etiam sic dici potest, & eorum spiritum dominus suscitauit, & tamen sua voluntate venerunt. Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, vt per eos agat quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non nouit. Quid est quod homo dei dixit ad Amasiam regem, No veniat tecum exercitus Israel, non est enim dominus cum Israel & omnibus filiis Ephrem: quoniam si putaueris obtinere te in illis, in fugam conuertet te deus ante inimicos, quoniam virtus est deo vel adiuuare vel in fugam vertere? Quomodo virtus dei alios iuuat in bello dando eis fiduciam, alios immisso timore vertit in fugam, nisi quia ille qui in caelo & in terra omnia quacunque voluit fecit, etiam in cordibus hominum operatur? Legimus quid dixerit Ios rex Israel, mittens nuncium ad Amasiam regem, volentem pugnare cum illo. Nam post aliqua dixit, Nunc sede in domo tua. Quid prouocas in malum, & cadis tu & Iuda tecu? Deinde scriptura subiunxit, Et non audiuit Amasias, quoniam a deo erat vt traderetur in manu eius, quoniam quaesierunt deos Edom. Ecce deus idololatriae peccatum volens vindicare, hoc operatur est in ei⁹ corde, cui vtique iuste irascebatur, vt admonitionem salubrem non audiret, sed ea contempta iret in bellum, vbi cu suo exercitu caderet. Per Ezechielem Prophetam dicit deus, Et Propheta si errauerit & locutus fuerit, ego dominus seduxi Prophetam illum, & extendam manum meam super eum, & exterminabo eu de medio populi mei Israel. In libro Hester scriptum est, quae mulier ex populo Israel in terra captiuitatis facta fuerat vxor alienigenae regis Assueri. Ergo in eius libro scriptum est, quod cum haberet necessitatem interueniendi pro populo suo, quem rex vbicunque in regno eius esset, iusserat trucidari, orauit ad dominum, cogeat enim eam magna necessitas, vt praeter iussum regis & praeter ordinem suum ad illum auderet intrare. Et videte quid scriptura dicat, Et intuitus est eam tanquam taurus impetu indignationis suae: & timuit regina, & conuersus est color eius per dissolutionem, & inclinavit se super caput delicatae suae quae praecedebat ea, & conuertit deus & transtulit indignationem eius in lenitatem. Scriptu est in Proverbiis Salomonis, Sicut impetus aque, sic cor regis in manu dei, quocumque voluerit declinabit illud. Et in Psalmo centesimo quarto legitur dictum de Aegyptiis, quid eis fecerit deus, Et conuertit cor eorum vt odissent populum eius, vt dolum facerent in seruos eius. In literis etiam Apostolicis videte quae scripta sunt in Epistola Pauli Apostoli ad Romanos, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Item paulo post, Propterea tradidit illos deus in passionem ignominiae. Item paulo post, Sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobam mentem, vt faciant quae non conueniunt. Et ad Thesalonicenses in epistola secunda ait de quibusdam, Pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt falsitati. His & talibus testimoniis diuinorum eloquiorum, quae omnia commemorare nimis longum est, satis quantum existimo manifestatur, operari deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio vtiq; suo aliquando aperto, aliquando occulto

A culto, semper autē iusto. Fixum enim debet esse & immobile in corde vestro, quia nō est iniquitas apud deū. Ac per hoc quando legitis in literis veritatis a deo seduci homines, aut obtundi vel obdurari corda eorum, nolite dubitare praecessisse mala merita eorum, vt iuste ista paterentur: ne incurritis in illud prouerbum Salomonis, Insipientia viri violat vias eius, deum autem causat in corde suo. Gratia vero non secundum merita hominum datur, alioquin gratia iam non est gratia: quia ideo gratia vocatur, quia gratis datur. Si autem potes est, siue per angelos vel bonos vel malos, siue quocumque alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorum, quorum malitiam non ipse fecit, sed aut originaliter tracta est ab ipso Adam, aut creuit per propriam voluntatem: quid mirum est si per spiritum sanctum operatur in cordibus electorū suorum bona, qui operatus est vt ipsa corda essent ex malis bona? Sed suspicetur homines quaelibet merita bona, quae putant praecedere vt iustificentur per dei gratiam, non intelligentes cum hoc dicunt, nihil aliud dicere quam se negare gratiam: sed vt dixi, quod volunt de maioribus suspicetur, de parulis certe Pelagiani quid respondeant non inueniunt, quorum nec voluntas vlla est in accipienda gratia, cuius voluntatis meritum praecessisse dicant, & insuper eos etiam cum fletu reluctari videmus quando baptizantur, & diuina sacramenta percipiunt. Quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur, si iam libero vterentur arbitrio: & tamen heret etiam in reluctantibus gratia, apertissime nullo bono merito praecedente, alioquin gratia iam nō esset gratia. Et aliquando filiis infidelium praestatur haec gratia, cum occulta dei prouidentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando fidelium filij non eam consequuntur, aliquo impedimento existente, ne possit periclitantibus subueniri. Fuit vero ista per occultam dei prouidentiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viae: quod vt Apostolus diceret, quid praedixerit intruimini. Agebat enim de Iudaeis & gentibus eu scriberet ad Romanos, id est ad gentes, & ait, Sicut enim aliquando vos nō credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: ita & hi nunc non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam consequantur. conclusit enim deus omnes in infidelitate, vt omnium miseretur. Et cum attēdisset quid dixerit, admirans sententiae suae certam quidem veritatem, sed magnam profunditatem, quomodo conluserit deus omnes in infidelitate vt omnium miseretur, quasi faciens mala vt venirent bona: mox exclamauit atq; ait, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Haec enim inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles vias peruersi homines nō cogitantes, & proclives ad reprehendendum, non idonei ad intelligendum, putabant & iactitabant Apostolos dicere, faciamus mala vt veniat bona. Quod absit vt Apostoli dicerent, sed homines non intelligentes hoc putabāt dici, quando audiebant quod dixit Apostolus, Lex autē subintravit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Sed vtique gratia id agit, vt iam fiant bona ab eis qui fecerunt mala, non vt perseverent in malis, & reddi sibi existiment bona. Non itaque debent dicere, faciamus mala vt veniant bona: sed, fecimus mala, & venerunt bona: iam faciamus bona, vt in futuro seculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc seculo recipimus pro malis bona. Pro-

pter quod scriptum est in Psalmo, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Prius itaque nō ideo veniit filius hominis in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: hoc propter misericordiam. postea vero propter iudicium venturus est iudicare viuos & mortuos, quauis & in hoc tempore ipsa saluatio nō fiat sine iudicio sed occulto. ideo ait, In iudicium veni in hunc mundum: vt qui non vident, videant: & qui vident, caeci fiant. Ad occulta ergo dei iudicia reuocate, quando videritis in vna causa quae certē habent omnes paruuli, haereditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri vt baptizetur: illi non subueniri, vt in ipsa obligatione moriatur: illum baptizatum in hac vita relinqui, quē praesciuit deus impium futurum: istum vero baptizatum rapi ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eius: & nolite in istis dare iniustitiam vel insipientiam deo, apud quem iustitiae fons est & sapientiae. Sed sicut vos exhortatus sum ab initio sermonis huius, in quod perueneritis, in eo ambulate, & hoc quoque vobis deus reuelabit, & si non in hac vita, certē in altera: nihil est enim occultum quod non reuelabitur. Quando ergo auditis dicentem dominum, Ego dominus seduxi Prophetā illum: & quod ait Apostolus, Cuius vult miseretur, & quē vult obdurat: in eum quem seduci permittit vel obdurari, mala eius merita credite: in eo vero cuius miseretur, gratiam dei non reddentis mala pro malis, sed bona pro malis, fideliter & indubitātē agnoscite. Nec ideo auferatis a Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit deus, Ego induravi Pharaonē, vel induravi vel indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipse Pharaonē nō indurauit cor suum. Nam & hoc de illo legitur, quādo ablata est ab Aegyptiis cynomyia, dicēte scriptura, Et ingrāuauit Pharaon cor suum & in isto tempore, & noluit dimittere populum. Ac per hoc & deus indurauit per iustum iudicium, & ipse Pharaon per liberum arbitrium. Certi ergo estote, quia non erit inanis labor vester, si in bono proposito proficientes perseveretis vsque in finē. Deus enim qui modo illis quos liberat, non reddit secundum opera eorum, tunc reddet vnicique secundum opera eius. Reddet omnino deus & mala pro malis, quoniam iustus est: & bona pro malis, quoniam bonus est: & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est. Tārummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis, poenam pro iniustitia: & reddet bona pro malis, gratiam pro iniustitia: & reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia. Repetite assidue librum istum: & si intelligitis, deo gratias agite: vbi autem non intelligitis, orate vt intelligatis, dabit enim vobis dominus intellectum. Memētote scriptum esse, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter, & non impropere, & dabitur ei. Ipsa est sapientia desursum descēdens, sicut ipse Apostolus Iacobus dicit. Illam vero sapientia repellite a vobis, & orate vt nō sit in vobis, quam detestatus est, vbi ait, Quod si zelum amarum habetis, & contentiones in vobis sunt, non est ista sapientia desursum descēdens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio est, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, inestimabilis, sine simulatione. Quid boni ergo non habebit qui hanc sapientiam postularit & impetrarit a domino? Et hinc intelligite gratiam, quia si ex vobis esset ista sapientia, de-

2. Reg. 17.

Cap. XXI.

3. Reg. 12.

2. Paral. 21.

Rom. 9.

2. Paral. 25.

4. Reg. 14.

Cap. XXII.

Ezech. 14.

Hester. 15.

Rom. 11.

Prover. 21.

Psal. 104.

Rom. 1.

2. Thess. 2.

Rom. 5.

Psal. 100.

Ioan. 3.

Ioan. 9.

Ca. XXIII.

Sap. 4.

Ezech. 4.

Rom. 9.

Exo. 8.

Ca. XXVIII.

Laco. 1.


Laco. 3.

G sursum non esset, nec ab ipso qui nos creauit deo postulanda esset. Fratres, orate & pro nobis, vt temperanter & pie & iuste viuamus in hoc seculo, expectantes illam beatam spem, & manifestationem domini & saluatoris nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria & regnū cū patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

FINIS.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi de correptione & gratia ad
Valentinum, & cum illo monachos, Liber vnus.

Caput I.



LECTIS literis vestris, Valentine frater dilectissime, & qui simul scriuistis deo, quas per fratrem Florum & eos qui cum illo ad nos venerūt, misit charitas vestra, egi deo gratias, quod vestram in domino pacem, & in veritate confessionem, & in charitate flagrantiam, vestro nobis reddito sermone cognoui. Quod autem ad subuersionem quorundam apud vos molitus est inimicus, deo miserante, & eius insidias in suorum seruorum prouectum mirabili bonitate vertente, ad hoc potius valuit, vt nulli vestrum destruerentur in peius, sed nonnulli instruerentur in melius. Non itaque opus est omnia identidem retractare, que sufficiter vobis pleno libro disputata transmisiimus, quem quomodo susceperitis, scripta indicant vestra. Veruntamen semel lectum nullo modo arbitremini satis vobis inotescere potuisse. Si ergo eum fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notissimum, vt diligētissime sciatis quibus & qualibus quæstionibus soluendis atque sanandis, non ibi humana, sed diuina occurrat auctoritas, a qua recedere non debemus, si volumus peruenire quod tendimus. Dominus autem ipse non solum ostendit nobis, a quo malo declinemus, & quod bonum faciamus, quod solum potest legis litera, verum etiam adiuvat nos, vt declinemus a malo, & faciamus bonū, quod nullus potest sine spiritu gratiæ: quæ si desit, ad hoc lex adest, vt reos faciat & occidat. Propter quod dicit Apostolus, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Qui ergo legitime lege vtitur, discit in ea malum & bonum, & non confidens in virtute sua, cōfugit ad gratiam, qua præstante declinet a malo, & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, nisi cum a domino gressus hominis diriguntur, & viam eius volet? Ac per hoc & desiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est: de quo ait ille, Et dixi, nūc cœpi: hæc est immutatio dextera excelsi. Liberum itaque arbitrium & ad malum & ad bonum faciendum consistendum est nos habere: sed in malo faciundo liber est quisque iustitiæ, seruusque peccati: in bono autem liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit, Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis. Nec ita vt cum quisque fuerit a peccati damnatione liberatus, iam non indigeat sui liberatoris auxilio, sed ita potius vt ab illo audiens, Sine me nihil potestis facere: dicat ei & ipse, Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Hanc fidem quæ sine dubio vera & Prophetica & Apostolica fides est, etiā i fratre nostro Flo-

ro inuenisse me gaudeo: vnde hi potius corrigēdi sunt quos quidem propitio deo correctos esse iā existimo, qui eum non intelligebant. Intelligenda est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū, qua sola homines liberantur a malo, & sine qua nullū prorsus siue cogitando siue volendo & amando siue agendo faciunt bonum. Nō solum vt monstrante ipsa quid faciendum sit sciunt, verum etiam vt præstante ipsa faciunt cum dilectione quod sciunt. Hæc quippe inspirationem bonæ voluntatis atque operis polcebat Apostolus eis quibus dicebat, Oramus autē ad deum, ne quid faciatis mali, nō vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis. Quis hoc audiat & nō euigilet, atque fateatur a domino deo nobis esse vt declinemus a malo, & faciamus bonum? Quandoquidem non ait Apostolus, monemus, docemus, hortamur, increpamus, sed ait, Oramus ad deum ne quid faciatis mali, sed quod bonum est faciatis. Et tamen etiam loquebatur eis, & faciebat illa omnia quæ commemorauit: monēbat, docebat, hortabatur, increpabat. Sed sciebat hæc omnia non valere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, nisi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incrementum in occulto: quoniam sicut idem doctor dicit, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Non se itaque fallant qui dicunt, Vt quid nobis predicatur atque præcipitur, vt declinemus a malo, & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id velle & operari deus operatur in nobis: sed potius intelligant si filij dei sunt, spiritu dei se agi, vt quod agendum est agant, & cum egerint, illi a quo aguntur gratias agant. aguntur enim vt agant, nō vt ipsi nihil agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant: vt quando id agunt sicut agendum est, id est cum dilectione & delectatione, iustitiæ suauitatem quæ dedit dominus vt terra eius daret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quādo autem non agunt, siue omnino non faciendo, siue non ex charitate faciendo, orent vt quod nondum habent, accipiant. Quid enim habebūt quod non accepturi sunt, aut quid habent quod nō acceperunt? Ergo, inquit, præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus qui nobis præfunt, & vt faciamus orent pro nobis: non autem nos corripiant & arguant si nō fecerimus. Imò omnia fiāt, quoniam doctores Ecclesiarum Apostoli omnia faciebant & præcipiebāt quæ fierent, & corripiebāt si non fierēt, & orabant vt fierent. Præcipit Apostolus dicens, Omnia vestra in charitate fiant. Corripit dicens, iam quidē omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis vobiscum. Quare enim non magis iniquitate patimini: quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniusti regnum dei nō possidebunt? Audiamus & orātem, Vos autem, inquit, dominus multiplicet & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes. Præcipit vt habeatur charitas: corripit quia non habetur charitas: orat vt abundet charitas. O homo in præceptione cognosce quid debeas habere: in correptione cognosce tuo te vitio nō habere: in oratiōe cognosce, vnde accipias quod vis habere. Quomodo, inquit, meo vitio non habetur, quod non accepi ab illo, a quo nisi detur, non est omnino alius vnde tale ac tantum munus habeatur? Patimini me paululum fratres mei, non aduersum vos quorum rectum est cor cum deo, sed aduersus eos qui terrena sapiunt, vel aduersus ipsas humanas cogitationes pro cœlestis & diuinæ gratiæ charitate certare.

Cap. II.

2. Cor. 13.

1. Cor. 3.

Philip. 2.

1. Cor. 4.

Cap. III.

M

1. Cor. 16.

1. Cor. 6.

1. Thess. 3.

Caput. III.

Hoc

A

Hoc enim dicunt, qui in suis malignis operibus ab huius gratiæ prædicatoribus corripunt. Præcipe mihi quid faciā, & si fecero, age pro me gratias deo, qui mihi vt facerem dedit. Si autem non fecero, non ego corripendus sum, sed ille orandus est vt det quod nō dedit: id est ipsam qua præcepta eius fiant, fidelem dei & proximi charitatem. Ora ergo pro me vt hanc accipiā, & per hanc ex animo cum bona voluntate quæ præcepit faciam. Recte autem corripere si eā mea culpa non haberem: hoc est, si eam possem mihi dare vel sumere ipse, nec facerem: vel si dante illo accipere noluissem.

Cap. IV.

Cum ergo & ipsa voluntas a domino præparetur, cur me corripis, quia vides me eius præcepta facere nolle, & non potius ipsum rogas, vt in me operetur & velle? Ad hæc respondemus, Quicūque dei præcepta iam tibi nota non facis, & corripit nō vis, etiā propterea corripendus es, quia corripit nō vis. Nō vis enim tibi tua vitia demonstrari: non vis vt feriantur, fiatque tibi utilis dolor, quo medicū quæras: non vis tibi tuipse ostendi, vt cum deformem te vides, reformatorem desideres, ei que supplices ne in illa remaneas scditate. Tuum quippe vitium est quod malus es, & maius vitium corripit nolle quia malus es: quasi laudanda vel indifferenter habenda sunt vitia, vt neque laudentur neque vituperentur: aut vero nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor: aut aliud agat cum salubriter stimulat nisi vt rogetur bonus, & ex malis qui corripuntur, bonos faciat qui laudentur. Quod enim vult pro se fieri qui corripit nō vult, & dicit, ora potius pro me, quod corripiedus est, vt faciat etiam ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet, quādo sentit correptionis aculeum, excitat eum in maioris orationis affectum, vt deo miserante, incremento charitatis adiutus desinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atque gratāda. Hæc est correptionis vtilitas, quæ nunc maior nūc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur: & tūc est salubris, quando supernus medicus respicit. Nō enim aliquid proficit, nisi cum facit vt peccati sui quæque pœniteat. Et quis hoc dat nisi qui respexit Apostolū Petrū negantē, & fecit sistentem? Vnde & Apostolus Paulus posteaquam dixit eum modestia corripiedos esse diuersa sentientes, protinus addidit, Nequādo det eis deus pœnitentiam ad cogoscendam veritatem, & respiciant de diaboli laqueis. Cur autem isti qui corripit nō vult, dicunt, Tantum præcipe mihi & ora pro me, vt quod præcipis faciam? Cur nō potius secundum suum prauum sensum & ista duo respuunt & dicunt, Nec vt præcipias mihi, nec vt ores pro me volo? Quis enim hominum ostenditur orasse pro Petro, vt daret ei deus pœnitentiam, qua se negasse dominum fleuit? Quis hominum Paulum diuinis præceptis ad fidem Christianam pertinentibus erudit? Cum ergo audiretur prædicans Euāgelium & dicens, Notum enim vobis facio fratres Euāgelium quod euāgelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationē Christi Iesu: responderetur ei, Quid nobis molestus es, vt abs te accipiamus atque discamus, quod tu non ab homine acceperisti neque didicisti? Potens est enim ille qui tibi dedit, sic & nobis dare quomodo tibi. Porro si hoc non audent dicere, sed patiuntur sibi euāgelium ab homine prædicari: quāuis etiā possit non per hominem homini dari, concedant etiam corripit se debere a præpositis suis, a quibus Christiana gratia prædicatur: quāuis non negetur deus posse quem velit, etiā nullo ho-

mine corripiente corrigere, & ad dolorē salubrem pœnitentiæ occultissima & potētissima medicina suæ potestate perducere. Et sicut non est ab oratione cessandū pro eis quos corrigi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro, dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quāuis deus quos voluerit etiam non correptos facit esse correctos. Tūc autem correptione proficit homo, cū miseretur atque adiuuat, qui facit quos voluerit etiā sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter atque alij aliter diuersis & innumerabilibus modis vocentur vt reformentur, absit vt dicamus iudicium Iuti esse debere, sed figuli. Apostolus, inquit, ait, Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Cur ergo corripimur, arguimur, reprehēdimur, accusamur? Quid facimus, qui non accepimus? Qui hæc dicit, extra culpam se videri volūt, in hoc quod non obediunt deo, quia utique ipsa obediētia munus eius est: quæ necesse est vt inhiat ei cui charitas inest, quæ sine dubio ex deo est, & dat eam pater filiis suis. Hanc, inquit, non accepimus, quid itaque corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare nolimus? Nec attendunt si nondum regenerati sunt, primam esse causam, cur obiurgati quod sunt inobedientes deo, sibi debeāt displicere, quia fecit deus hominem rectum ab initio humanæ creaturæ, & non est iniquitas apud deū. Ac per hoc prima prauitas qua deo non obeditur, ab homine est, quia ex reſtitudine in qua eū deus primitus fecit, sua mala voluntate decidēs, prauus effectus est. An vero ideo prauitas ista corripieda non est in homine, quia non eius propria qui corripitur, sed communis est omnibus: Imò vero corripieda & in singulis quod est omnium. Non enim propterea cuiusquam nō est, quod ab nullo nullus immunis est. Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahunt: sed non sine causa dicitur & nostra, quia in illo vno omnes, sicut dicit Apostolus, peccauerunt. Corripieda ergo origo damnabilis, vt ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur, si tamen qui corripitur, filius est promissionis: vt strepitu correptionis forinsecus insonante atque flagellate, deus in illo intrinsecus occulta inspiratione operetur & velle. Si autem iam regeneratus & iustificatus in malam vitam suam voluntate relabatur, certe iste non potest dicere, nō accepi, quia acceptam gratiam dei suo in malum libero amisi arbitrio. Qui si correptione compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera vel etiam meliora reuertitur, nempe hic apertissime vtilitas correptionis apparet. Sed per hominem correptio siue ex charitate sit, siue non sit, tamen vt correptio proficit, non nisi per deum fit. An adhuc & iste nolens corripit, potest dicere, Quid ego feci qui non accepi: quem constat accepisse, & sua culpa quod acceperat amisisse: Possum, inquit, possum omnino, quando me arguit, quod ex bona vita in malam mea voluntate relapsus sum, dicere adhuc, Quid ego feci qui non accepi: accepi enim fidem quæ per dilectionē operatur, sed in illa vsque in finem perseverantiam non accepi: an quisquam dicere audebit istam perseverantiam non esse donum dei, & hoc tam magnū bonum ita esse nostrum, vt quisquis id habuerit, non ei possit Apostolus dicere, Quid enim habes quod non accepisti: quoniam hoc sic habet vt non acceperit? Ad hæc nos negare quidē non possumus etiā perseverantiam in bono proficientem vsque in finem,

1. Cor. 4.

E

Cap. VI.

Eclē. 7.

Rom. 9.

Rom. 5.

Mat. 26.

2. Tim. 2.

Gal. 1.

Gal. 5.

1. Cor. 4.

Iaco. 1. Magnū esse dei munus: nec esse nisi ab illo, de quo scriptum est, Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Sed nō ideo est eius qui non perseverauerit, negligēda correptio, ne forte det illi deus poenitentiam, & respiscat de diaboli laqueis. Correptionis quippe vtilitati hanc sententiam subiūxit Apostolus dicens, sicut supra commemoravi. Cum modestia corripientem diuersa sentientes, nequando det illis deus poenitentiam. Nam si dixerimus istam perseverantiam tam laudabilem tamque felicem sic esse hominis, vt ei non sit ex deo: illud primitus euacuamus, quod ait dominus Petro, Rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quid enim ei rogauit, nisi perseverantiam vsque in finem? Quæ profecto si ab homine homini esset, à deo poscenda nō esset. Deinde cum dicat Apostolus, Oramus autem ad deum ne quid faciatis mali, proculdubio perseverantiam eis orat ad deum. Neque enim nihil mali facit qui bonū deserit, & à quo declinare non debet, inclinatur in malum, nō perseverans in bono. Illo etiam loco ubi dicit, Gratias ago deo in omni memoria vestri, semper in omni prece mea p omnibus vobis cum gaudio deprecationem facies, super communicatione vestra in Evangelio à prima die vsq; nunc, confidens hocipsum, quoniam qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diē Christi Iesu. Quid aliud eis quam perseverantiam in bono vsque in finē de dei misericordia promittit: itemq; ubi dicit, Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper certans pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. quid est, vt stetis: nisi, vt perseveretis? Vnde dictum est de diabolo, In veritate non stetit: quia fuit ibi, sed non permanit. Nā utiq; isti in fide iam stabant. Nec aliud oramus cum oramus vt qui stat steterit, nisi vt perseveret. Item Iudas Apostolus cum dicit, Ei autem qui potens est consecrare vos sine offensione, & constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in latitia: nonne apertissime ostendit donum dei esse in bono perseverare vsq; in finem? Quid enim aliud donat qui consecrat sine offensione, vt constituat ante conspectum gloriae suae immaculatos in latitia, nisi perseverantiam bonam? Quid est etiam quod in Apostolorum actibus legimus, Audientes autē gentes gauisae sunt, & exceperūt verbum domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in vitam aeternā: Quis in aeternam vitam potuit ordinari, nisi * perseverantiae dono? Quādoquidem qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Qua salute, nisi aeterna? Cū vero in oratione dominica deo patri dicimus, Sanctificetur nomen tuum: quid aliud dicimus, quam vt nomen eius sanctificetur in nobis? Quod cum iam per lauacrum regenerationis effectum sit, quare quotidie à fidelibus postitur, nisi vt in eo quod factū est in nobis, perseveretur à nobis? Nā & beatus Cyprianus hoc sic intelligit, exponens quippe eadem orationem, Dicimus, inquit, sanctificetur nomen tuum: nō quod optemus deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus à deo vt nomen eius sanctificetur in nobis. ceterū à quo deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse coepimus perseveremus. Ecce gloriosissimus martyr hoc sentit, quod in his verbis quotidie fideles Christi petūt, vt perseveret in eo quod esse coeperunt. Nullo autem dubitante, quisquis à domino vt in bono perseveret precatur, donum eius esse talem perseverantiam

constitetur. Quæ cum ita sint, corripimus tamen eos, iustēque corripimus, qui cum bene viuerent, non in eo perseverauerunt. Ex bona quippe in malam vitam suam voluntate mutati sunt, & ideo corripuntur: & si nihil eis correptio profuerit, sed in vita perditā vsque ad mortē perseverauerint, etiam diuina in aeternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt, quare corripimur: ita tunc, quare dānamur, quandoquidem vt ex bono reuertemur ad malū, perseverantiam non accepimus, qua permaneremus in bono: nullo modo hac excusatione à iusta dānatione se liberabunt. Si enim sicut veritas loquitur, nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, & tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterūt dicere, nō se audisse Euangelium Christi, cum fides ex auditu sit: quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt, perseverantiam non accepimus? Iustior enim videtur excusatio dicentium, non accepimus audientiam, quam dicentium, non accepimus perseverantiam: quoniam potest dici homini, in eo quod audieras & tenueras, in eo perseverares si velles. nullo modo autem dici potest, id quod nō audieras, crederes si velles. Ac per hoc & qui Evangelium non audierit: & qui eo auditō in melius commutati perseverantiam nō accipiunt: & qui Evangelio auditō venire ad Christū, hoc est in eum credere noluerunt, quoniam ipse dicit, Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit à patre meo: & qui per artem paruulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lauacro regenerationis absolui, quo tamen non accepto mortui perierunt, non sunt ab illa conspersione discreti, quam constat esse damnatam, cūribus omnibus ex vno in condemnationē. Discernuntur autem nō meritis suis, sed per gratiam mediatoris, hoc est in sanguine secūdi Adam iustificati gratis. Itaque cum audimus, Quis enim te discernit: quid autem habes quod non accepisti? autē accepisti, quid gloriae quasi nō acceperis: ab illa perditionis massa quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quod hoc donum habet quisquis habet, quod gratia saluatoris accepit. Hoc autem Apostolicum testi monium tam magnum est, vt beatus Cyprianus ad Cyrinū scribens, ipsum subiecerit illi titulo, in quo ait in nullo esse gloriantum, quando nostrum nihil sit. Quicunque ergo ab illa originali damnatione ista diuinae gratiae largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendum Euangelium: & cum audiunt credunt, & in fide qua per dilectionem operatur, vsq; in finem perseverant: & si quando exorbitat, correpti emendantur, & quidam eorum etiam ab hominibus non corripantur, in viam quam reliquerant, redeunt: & nonnulli accepta gratia, in qualibet aetate periculis huius vitae, mortis celeritate subtrahuntur. Hæc enim omnia operatur in eis, qui vasa misericordiae operatus est eos, qui & elegit eos in filio super ante constitutionem mundi per electionem gratiae. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non enim sic sunt vocati, vt non essent electi, propter quod dictum est, Multi sunt vocati, pauci vero electi: sed quoniam secundum propositum vocati sunt, profecto electi sunt per electionem, vt dictum est, gratia, non precedentium meritorum suorum, quia gratia illis est omne meritum. De talibus dicit Apostolus, Scimus quoniam diligētibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt: quoniam quos ante præcipuit; & prædestina-

A destinavit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinavit, illos & vocavit: quos autem vocavit, ipsos & iustificavit: quos autem iustificavit, ipsos & glorificavit. Ex istis nullus perit, quia electi sunt omnes. Electi sunt autem: quia secundum propositum vocati sunt: propositū autem non suum, sed dei. De quo alibi dicit, vt secundū electionem propositum dei maneret; & non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori. & alibi, Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum suum propositum & gratiam. Cum ergo audimus, Quos autem prædestinavit, illos & vocavit, secundum quos autem vocatos debemus agnoscere, quoniam inde coepit, dicens: omnia cooperantur in bonū his qui secundum propositū vocati sunt: ac deinde subiunxit, Quoniam quos ante præcipuit, & prædestinavit conformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Atque his præmissis subdidit, Quos autem prædestinavit, illos & vocavit. Eos itaque vult intelligi, quos secundum propositum vocavit, ne putetur in eis esse aliqui vocati & non electi, propter illam dominicam sententiā, Multi vocati, pauci electi. Quicunque enim electi, sine dubio etiā vocati: non autem quicumque vocati, consequenter electi. Illi ergo electi, vt sæpe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati atque præcipiti. Horum si quisquam perit, fallitur deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur deus: horum si quisquam perit, vitio humano vincitur deus: sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur deus. Electi autem sunt ad regnandum cū Christo, non quomodo electus est Iudas ad opus cui cōgruebat. Ab illo quippe electus est, qui nouit bene vt etiam malis, vt & per eius opus dānabile, illud propter quod ipse venerat, opus venerabile completeretur. Cum itaque audimus, Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est: illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum: illum ad effundendum sanguinem suum. Merito sequitur vox ad regnum electorum, Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: Quis condemnat? Christus Iesus qui mortuus est, magis autē qui & resurrexit, qui est in dextra dei, qui & interpellat pro nobis: Quam fortis autē perseverantiae vsque in finem munus acceperint, sequantur & dicant, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus vt oves occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque, vita neque angelus, neque principatus, neque presentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti significati sunt ad Timotheum, ubi cum dictum fuisset Hymenæum & Philetum fidem quorūdam subuertere, mox additum est, Firmum autē fundamentum dei stat habens signaculum hoc, Sciuit dominus qui sunt eius. Horū fides quæ per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit: aut si qui sunt quorū deficit, reparatur antequam vita ista finiatur, & deleta quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finem perseverantia deputatur. Qui

vero perseveraturi non sunt, ac sic à fidē Christiana & conuersione lapsuri sunt, vt tales eos vita huius finis inueniat, proculdubio nec illo tempore quo bene pieq; viuunt, in isto numero cōputandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præscientia dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secundum propositum vocati, ac per hoc nec electi: sed in eis vocati, de quibus dictum est, Multi vocati: & nō in eis de quibus dictū est, pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt & baptizantur, & secundum deum viuunt? Plane dicuntur electi à nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseverantiam, quæ ad beatam vitam perducit electos, scitq; illos ita stare, vt præscierit esse casuros. Hic si à me queratur, cur eis deus perseverantiam non dederit, qui eam quæ Christiane viuerent dilectionē dedit: me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscentis modicum meum, audio dicentem Apostolum, O homo, tu qui es qui respondeas deo? Et, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quantum itaque nobis iudicia sua manifestare dignatur, gratias agamus: quantum vero abscondere, nō aduersus eius consilium murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimū esse credamus. Tu autem quisquis inimicus eius gratiae sic interrogas, ipse quid dicis? Bene, quod te nō negas esse Christianum, & catholicum iactas. Si ergo confiteris donum dei esse perseverare in bono vsque in finē: cur hoc donū ille accipiat, ille nō accipiat, putō quod mecum pariter nescis, & ambo hic inscrutabilia iudicia dei penetrare non possumus. Aut si ad liberum arbitrium hominis, quod non secundum dei gratiam, sed contra eā defendis, pertinere dicis vt perseveret in bono vsq; vel non perseveret, non deo donante si perseveret, sed humana voluntate faciente: quid moliturus es contra verba dicētis, Rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua: An audebis dicere etiam rogante Christo ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse si Petrus eam deficere voluisset, hoc est, si eam vsque in finem perseverare noluisse, quasi aliud Petrū vilo modo vellet, quam pro illo Christus rogasset vt vellet? Nam quis ignorat tunc fuisse perituram fidem Petri, si ea quæ fidelis erat voluntas ipsa deficeret: & permanfuram, si eadē voluntas maneret? Sed quia præparatur voluntas à domino, ideo pro illo nō posset esse inanis oratio. Quando rogauit ergo ne fides ei deficeret, quid aliud rogauit nisi vt haberet in fide liberimā, fortissimam, inuictissimā, perseverantissimam voluntatem? Ecce quemadmodum secundum gratiam dei, nō contra eam libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & vt perseveret, delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem. Mirandum est quidem, multumque mirandum, quod filiis suis deus quibusdam quos regenerauit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, non dat perseverantiam: cum filiis alienis scelera tanta dimittat, atque impertita gratia sua, faciat filios suos. Quis hoc non miretur? Quis hoc non vehementissime stupeat? Sed etiam illud nō minus mirum est, & tamen verum, atque ita manifestum, vt nec ipsi inimici gratiae dei, quomodo id negent, valeant inuenire, quod filios quosdam amicorum suorum, hoc est regeneratorum honorūque fidelium, sine baptismo hinc paruulos exeuntes, quibus utique si vellet, huius lauari gratia procuraret, in cuius potestate sunt omnia,

2. Tim. 2.
Ibidem.
Luc. 22.
2. Cor. 13.
Philip. 1.
Coloss. 4.
Ioan. 18.
Iud. 1.
Act. 13.
1. al. sine.
Mat. 24.
Mat. 6.
Cyprianus de oratione dominica.
Leuit. 19.
Cap. VII.

Rom. 9.
Eph. 1.
Rom. 9.
Mat. 20.
Ioan. 6.
Roman. 8.
Gal. 5.

Cap. VIII.
Roman. 9.
Roma. 11.
Luc. 22.

Ioan. 6.
x. Cor. 4.
M.
Eph. 1.
Rom. 11.
Mat. 20.
Rom. 8.

G alienat a regno suo, quod parentes mittit illorū: & quosdam filios inimicorum suorū facit in manus Christianorū venire, & per hoc lauacrum introduci in regnū, a quo eorum parentes alieni sunt, cum & illis malum, & istis bonum meritum nullum sit paruulis, ex eorum propria voluntate. Certe hic iudicia dei, quoniam iusta & alta sunt, nec vituperari possunt, nec penetrari: in his est & illud de perseverantia, de qua nunc disputamus: de vtriusque ergo exclamemus, O altitudo diuiciarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius. Nec miremur nos vestigare non posse inuestigabiles vias eius. Ut enim alia innumerabilia taceam, quae aliis dantur, aliis non dantur hominibus a domino deo apud quem non est acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis voluntatum, sicut sunt celeritates, vires, bonae valetudines, & pulchritudines corporū, ingenia mirabilia, & multarū artium capaces naturae mentium: vel quae accidunt extrinsecus, vt est opulētia, nobilitas, honores, & cetera huiusmodi, quae quisque vt habeat, nō nisi in dei est potestate: vt nō immeret etiam in baptisate paruulorū, quod nullus istorū potest dicere, sicut illa ad regnum dei nō pertinere, cur illi paruulo detur, illi non detur, cum sit vtrunque in potestate dei, & sine illo sacramento nemo intret in regnū dei: Vt ergo haec taceam vel relinquam, illos ipsos intueatur de quibus agitur. De his enim differimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respondeant si possunt, cur illos deus cum fideliter & pie viuerent, non tunc de vitae huius periculis rapuit ne malitia mutaret intellectū eorum, & ne fictio deciperet animas eorū? Vtrum hoc in potestate nō habuit, an eorum mala futura nesciuit? Nepe nihil horum nisi peruersissime atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant qui nos irrident, quando in rebus talibus exclamamus, Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vias eius? Neque enim hoc nō donat deus quibus voluerit, aut vero scriptura illa mentitur, quae de morte velut immatura hominis iusti ait: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Cur igitur hoc tam magnū beneficium aliis dat, aliis nō dat deus, apud quem non est iniquitas, nec acceptio personarum, & in cuius potestate est quoadiu quisque in hac vita maneat quae tentatio dicta est super terram? Sicut ergo coguntur fateri donum dei esse, vt finiat homo vitam istam antequam ex bono mutetur in malum, cur autem aliis donetur, aliis nō donetur, ignorant: ita donum dei esse in bono perseverantiam secundum scripturas, de quibus testimonia multa iam posui, fateantur nobiscum, & cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure aduersus deum dignentur ignorare nobiscum. Nec nos moueat, quod filiis suis quibusdā deus non dat istam perseverantiam. Absit enim vt ita esset, si de illis praedestinati essent, & secundū propositū vocatis, qui vere sunt filij promissionis. Nā isti cū pie viuunt, dicunt filij dei, sed quoniam victuri sunt impie, & in eadem impietate morituri, non eos dicit filios dei praesentia dei. Sunt enim filij dei, qui nondū sunt nobis, & sunt iam deo, de quibus ait Euangelista Ioānes, quia Iesus moriturus erat pro gente: nec tantum pro gente, sed etiam vt filios dei dispersos congregaret in vnum, quod vtrique crededo futuri erant per Euangelij praedicationē, & tamen antequam esset factum, iam filij dei erāt, in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam qui filij dei propter susceptam vel tēporaliter

gratiam dicuntur a nobis, nec sunt tamen deo: de quibus ait idem Ioannes, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permansissent vtrique nobiscum. Non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam nō sunt ex nobis: verū ait, ex nobis exierunt, sed non erāt ex nobis: hoc est, & quando videbantur in nobis, non erant ex nobis. Et tanquā ei diceretur, vnde id ostēdis? Quod si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtrique nobiscum. Filiorū dei vox est: Ioannes loquitur in filiis dei loco praecipuo constitutus. Cum ergo filij dei dicūt de his qui perseverantiam non habuerunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: & addunt, quod si fuissent ex nobis, permansissent vtrique nobiscum: quid aliud dicunt, nisi, nō erant filij etiam quādo erant in professione & nomine filiorum: non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea nō permanserunt. Neque enim ait, Nam si fuissent ex nobis, verā non fictam iustitiam tenuissent vtrique nobiscum: sed si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtrique nobiscum. In bono illos volebat proculdubio permanere. Erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserūt, id est, non vsque in finem perseverauerunt, non erant, inquit, ex nobis & quando erant nobiscum, hoc est, nō erant ex numero filiorum & quādo erant in fide filiorum: quoniam qui vere filij sunt, praesciti & praedestinati sunt conformes imaginis filij eius, & secundum propositum vocati sunt vt electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum: ex electorum autē paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis praedestinati deus perseverantiam non dedit, haberent enim eam si in eo filiorum numero essent. Et quid haberent quod non accepissent, secundum Apostolicā veramque sententiam? Ac per hoc tales filij filio Christo dati essent: quemadmodū ipse dicit ad patrē, vt omne quod dedisti mihi, nō pereat, sed habeat vitam aeternam. Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam aeternam. Ipsi sunt illi praedestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hac vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et rursus quos dicimus inimicos eius, vel paruulos filios inimicorū eius, quoscuque eorum sic regeneraturus est, vt in ea fide quae per dilectionē operatur, hanc vitam finiant, iam & antequā hoc fiat, in illa praedestinatione sunt filij eius, & dati sunt Christo filio eius, vt nō pereant, sed habeant vitam aeternam. Denique ipse saluator, Si manseritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei estis. Nunquid in his computandi sunt illi de quibus Euangelium sic loquitur, vbi dominus cum commendasset manducandam carnē suā, & bibendum sanguinem suum, ait Euangelista, Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eū audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabāt de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius: Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui nō credūt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum

lorum eius abierunt retro, & iam nō cum illo ambulabant. Nūquid nō & isti discipuli appellati sunt loquēte Euangelio, & tamen non erant vere discipuli, quia nō manserunt in verbo eius, secundum id quod ait, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis: Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non vere discipuli Christi, ita nec vere filij dei fuerunt, etiam quādo esse videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos & electos. Christi discipulos & dei filios, quia sic appellati sunt quos regeneratos pie viuere cernimus: sed tunc vere sunt quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si autem perseverantiam non habent, id est in eo quod ceperunt esse non manent, non vere appellantur quod appellantur, & non sunt. apud eum enim hoc nō sunt, cui notum est quod futuri sunt, id est ex bonis mali. Propter hoc Apostolus cum dixisset, Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonū: sciens nonnullos diligere deū, & in eo bono vsque in finem non permanere, mox addidit, his qui secundum propositum vocati sunt. Hi enim in eo quod diligunt deum, permanent vsque in finem, & qui ad tempus inde deuiant reuertuntur, vt vsque in finem perducant, quod in bono esse ceperunt. Ostēdens autē quid sit secundum propositum vocari, mox addidit ea quae iam supra posui, Quoniam quos ante praesciuit, & praedestinavit conformes imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos & vocavit, scilicet secundum propositum: quos autem vocavit, ipsos & iustificavit: quos autem iustificavit, ipsos & glorificavit. Illa omnia iā facta sunt, praesciuit, praedestinavit, vocavit, iustificavit, quoniam & omnes iam praesciti ac praedestinati sunt, & multi iā vocati atque iustificati. Quod autem posuit in fine, illos & glorificavit: siquidem illa gloria est hic intelligēda de qua idem dicit, Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria: nondum factum est, quauis & illa duo, id est vocavit & iustificavit, nō in omnibus facta sint, de quibus dicta sunt. Adhuc enim vsque in finem seculi multi vocandi & iustificandi sunt: & tamen verba praeteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit deus, quae iam vt fierent ex aeternitate disposuit. Ideo de illo dicit Propheta Esaias, Qui fecit quae futura sunt. Quicūque ergo in dei prouidentissima dispositione praesciti, praedestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt, nō dico etiam nondū renati, sed etiā nondū nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Hi vere veniunt ad Christū, quia ita veniūt quomodo ipse dicit, Omne quod datur mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciā foras. Et paulo post, Haec est, inquit, voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Ab illo ergo datur etiā perseverantia in bono vsque in finem: neque enim datur, nisi eis qui nō peribunt, quoniam qui non perseverant peribunt. Talibus deus diligētibus eum omnia cooperatur in bonum, vsque adeo profertur omnia, vt etiam si qui eorum deuiant & exorbitat, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discūt enim in ipsa ista vita iusta cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permanēdi, nec dicēdo in abundantia sua, nō mouebor in aeternum, propter quod eis dicitur, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Neque enim ait, & ne veniatis ad viam iustam: sed, ne pereatis, in Tomus septimus.

quit, de via iusta: quid ostendēs, nisi eos esse communitos qui iam ambulat in via iusta, vt in timore deo feruiant, id est non altum sapiant, sed timeant: quod significat non superbiant, sed humilibus contententur exultent deo, sed cum tremore, in nullo gloriantes, quādo nostrum nihil sit, vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Ne pereant de via iusta, in qua iam ambulare ceperunt, dum sibi hoc ipsum assignant, quod in ea sunt. His verbis vsus est & Apostolus vbi ait, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ostēdens quare cum timore & tremore, ait, Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Non enim habebat hunc timorem & tremorem, qui dicebat in abundantia sua, non mouebor in aeternum: sed quia filius erat promissionis, non perditionis: expertus deo paululum deserente quid esset ipse, Domine, inquit, in voluntate tua praescisti decori meo virtutem, auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiam humilior, tenuit viam iam videns & confitens in voluntate sua, deum decori eius praestitisse virtutem, quod sibi ipsi tribuens & de se praesumens, in tali abundantia quā praestiterat deus, nō de illo qui eam praestiterat dicebat, nō mouebor in aeternum. Factus est ergo conturbatus, vt se inueniret: & humiliter sapiens, nō solum aeternae vitae, verum etiam in hac vita pia cōuersationis & perseverantiae, in quo spes habēda esset addisceret. Haec vox & Apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundantia sua, Animam meam pro te ponam: sibi finando tribuens, quod ei fuerat a domino postea largiendum. Auertit autem ab illo faciem dominus, & factus est conturbatus, ita vt eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus conuerit ad eum faciem suam dominus, & culpam lachrymis diluit. Quid est enim aliud, Respexit eum: nisi faciem suam quam paululum ab illo auerterat, reuocavit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus: sed quia didicit nō de seipso fidere, etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo qui diligētibus eum omnia cooperatur in bonum, quia secundum propositum vocatus erat, vt nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat. Nemo ergo dicat, non esse corripiendum qui exorbitat de via iusta, sed ei redditum & perseverantiam a domino tantum esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si enim secundum propositum vocatus est iste, proculdubio illi etiā quod corripitur, deus cooperatur in bonū. Vtrum autem sic sit vocatus, quoniam qui corripitur nescit, faciat ipse cum charitate quod scit esse faciendum. Scit enim talem corripiendum, facturo deo aut ad misericordiam, aut ad iudicium. Misericordiam quidem, si a massa perditionis ille qui corripitur, gratiae largitate discretus est, & non est inter vasa irae quae perfecta sunt in perditione, sed inter vasa misericordiae, quae praeprauit deus in gloriam. Iudiciū vero, si in illis est damnatus, in his nō est praedestinus. Hinc exoritur alia quaestio non sanē contemnenda, sed in adiutorio domini, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, aggredienda atque solueda. Queritur enim a nobis, quātū attinet ad hoc donū dei, quid est in bono perseverare vsque in finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine vilo vitio factus est rectus. Nec dico, si perseverantiam nō habuit, quomodo sine vitio fuit, cui tamē necessariū dei donū fuit. huic namque interrogationi facile respondetur, eā perseverantiam non habuisse, quia in eo bono quo sine vitio

G fuit non perseverauerit: cepit enim habere vitium ex quo cecidit, & si cepit, antequam cepisset utiq; sine vitio fuit. Aliud est enim non habere vitium, & aliud est in ea bonitate in qua nullum vitium est nō manere. Eo quippe ipso quod non dicitur nunquā sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio non permanisse, proculdubio demonstratur sine vitio fuisse, in quo bono. nō permanisse culpatur. Sed illud magis quarendum, operosiusq; tractandum est, quomodo respōdeamus eis qui dicūt, Si in illa rectitudine in qua sine vitio factus est, habuit perseverantiā, proculdubio perseveravit in ea. Et si perseveravit utique non peccavit, nec illam suam rectitudinem deumq; deseruit. Eum autem peccasse, & desertorem boni fuisse, veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseverantiā, & si non habuit, non utiq; accepit. Quomodo enim & accepisset perseverantiā, & non perseverasset? Porro si propterea non habuit quia non accepit, quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiā nō accepit? Neq; enim dici potest ideo non accepisse, quia nō est discretus à massa perditionis gratiæ largitate: Nōdum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequā peccasset, ex quo tracta est origo vitiosa. Quapropter saluberrime consistemur, quod rectissime credimus, deū dominumq; rerū omnium qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura esse presciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimā bonitatē pertinere, etiā de malis bene facere quā mala esse nō sinere: sic ordinasse angelorum & hominum vitā, ut in ea prius ostenderet quid posset eorū liberum arbitrium, deinde quid posset sue gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium. Deniq; angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur diabolus, per liberum arbitriū à domino deo refugā facti sunt. Refugiētes tamen eius bonitatē qua beati fuerūt, nō potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserimi effecti sunt. Cateri autem per ipsum liberū arbitrium in veritate steterunt, eamq; de suo casu nunquā futuro certissimā scire meruerūt. Si enim nos de scripturis sanctis nosse potuim⁹ sanctos angelos iam nullos esse casuros, quanto magis hoc ipsi reuelata sibi sublimius veritate nouerūt: Nobis quippe beata sine fine vita promissa est, & æqualitas angelorum. Ex qua promissione certi sumus, cum ad illā vitam post iudicium venerimus, non inde nos esse lapsuros: quod si de seipsis angeli nesciunt, non æquales sed beatiores erimus. Veritas autem nobis eorum promittit æqualitatem. Certum est igitur hoc eos nosse per speciem, quod nos per fidem, nullā scilicet iam ruinam cuiusquam sancti angeli futuram. Diabolus vero & angeli eius, et si beati erant antequam caderēt, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate steterent, donec istam summā beatitudinis plenitudinem, tanquam præmium ipsius mansionis acciperent, id est, ut magna per spiritum sanctum data abundantia charitatis dei, cadere ulterius omnino non possent, & hoc de se certissime nosset. hanc plenitudinem beatitudinis non habebāt: sed quia nesciebant suā futuram miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine sine vilo vitio fruebantur. Nam si suum casum futurum nosset æternūq; supplicium, beati utique esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret. Sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quāuis sui futuri casus ignarum, tamen ideo beatum, quia & nō mori & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto, ac sine vi-

tio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, & profecto sine vilo mortis & infelicitatis experimento acciperet illam merito huiusmodi permansionis, beatitudinis plenitudinē, qua & sancti angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, & hoc certissime sciret. Nam neq; ipse posset etiam in paradiso beatus esse, imò ibi non esset, ubi esse miserum non deceret, si eum sui casus præscientia timore tanti mali miserum faceret. Quia vero per liberum arbitrium deū deseruit, iustum iudicium dei expertus est, ut cum tota sua stirpe quæ in illo adhuc posita, tota cū illo peccauerat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia dei liberantur, à damnatione utique liberantur, qua iam tenentur obstricti: vnde etiā si nullus liberaretur, iustum dei iudicium nemo iuste reprehēderet. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo vero numero liberantur multi, gratia fit, gratis fit, gratiæ sunt agēda quia fit, ne quis velut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino gloriatur.

*Hier. 9.
Cap. XI.*

Quid ergo? Adam non habuit dei gratiam? Imò vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris acceperat. Neq; enim ea bona & ille suis meritis comparauerat, in quibus profusus nullum patiebatur malum. Sancti vero in hac vita ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in malis sunt, ex quibus clamant ad deum, Libera nos à malo. Ille in illis bonis Christi morte non eguit: illos à reatu & hæreditario & proprio, illius agni sanguis absoluit. Ille non opus habet eo adiutorio, quod implorant isti cum dicunt, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: quoniam in eis caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, atque in tali certamine laborantes ac periclitantes, dari sibi pugnandi vincendiq; virtutem per Christi gratiam possunt. Ille vero nulla tali rixa à seipso aduersus seipsum tentatus atq; turbatus, in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur. Proinde etsi non interim latiore nunc, verū tamen potentiore gratia indigēt isti: & quæ potentior quàm dei vnigenitus filius æqualis patri & coæternus pro eis homo factus, & sine vilo vel originali vel proprio peccato ab hominibus peccatoribus crucifixus: Qui quauis die tertio resurrexit, nunquam moriturus ulterius, pertulit tamē pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit vitam, ut redempti eius sanguine, tanto ac tali pignore accepto dicerent, Si deus pro nobis, quis contra nos: Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cū illo omnia nobis donauit? Deus ergo naturā nostram, id est, animam rationalem carnemque hominis Christus suscepit, susceptione singulariter mirabili vel mirabiliter singulari, ut nullis iustitiæ suæ præcedentibus meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cepisset, ut ipse & verbum quod sine initio est, vna persona esset. Neque enim quisquam tanta rei huius & fidei cæcus est ignorantia, ut audeat dicere, quāuis de spiritu sancto & virgine Maria filium hominis natum, per liberum tamen arbitrium bene viuendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse ut esset dei filius, resistēte Euangelio atq; dicente, Verbum caro factū est. Nam ubi hoc factum est, nisi in vtero virginali, vnde fuit initium hominis Christi: Itēque virgini requirētī, quomodo fieret quod ei per angelū nūciabatur, angelus re-

Galat. 3.

Roma. 8.

Ioan. 1.

Gene. 1.

Matth. 22.

Luc. 1.

** al. nihil.*

** al. d. non deorat.*

A spondit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Propterea quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Propterea, inquit, nō propter opera, quæ nondum nati utiq; nulla sunt: sed propterea quia spiritus sanctus superueniet in te, & virt⁹ altissimi obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Ista natiuitas profecto gratuita coniunxit in vnitatē personæ hominem deo, carnem verbo. Istam natiuitatē bona opera secuta sunt, nō bona opera meruerunt. Neq; enim metuendum erat, ne isto ineffabili modo in vnitatē personæ à verbo deo natura humana suscepta, per liberum voluntatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis à deo ita suscepta, nullum in se motū malæ voluntatis admitteret. Per hunc mediatorem deus ostēdit eos quos eius sanguine redemit, facere se ex malis deinceps in æternum bonos, quem sic suscepit, ut nunquam esset malus, ne ex malo factus semper esset bonus. Istam gratiā non habuit homo primus, quia nunquā velle esse malus: sed sanè habuit in qua si permanere vellet, nūquam malus esset, & sine qua etiā cum libero arbitrio bonus esse nō

B posset, sed eam tamē per liberum arbitriū deserere posset. Nec ipsum ergo deus esse voluit sine sua gratia, quæ reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum * est, nisi adiuetur ab omnipotenti bono: quod adiutoriū si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est. Tale quippe erat adiutoriū quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet, nō quo fieret ut vellet. Hæc est prima gratia quæ data est primo Adā, sed hæc potentior est in secūdo Adam. Prima est enim qua fit ut habeat homo iustitiā si velit: secunda ergo plus potest, qua etiam fit ut velit, & tātum velit, tantoq; ardore diligit, ut carnis voluntatē cōtraria cōcupiscentem, voluntate spiritus vincat. Nec illa quidem parua erat qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrii, quoniam sic adiuuabatur, ut sine hoc adiutorio in bono nō maneret, sed hoc adiutorium si vellet desereret. Hæc autem tātō maior est, ut parum sit homini per illam reparare perditam libertatem, parum sit denique non posse sine illa vel apprehendere bonū, vel permanere in bono si velit, nisi etiā efficiatur ut velit. Tunc ergo dederat homini deus bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum, dederat & adiutoriū, sine quo in ea non posset permanere si vellet: ut autē vellet, in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet, quia dederat t adiutorium per quod posset, & sine quo nō posset perseveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere voluisset: sicut fecerunt angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros. Si autem hoc adiutoriū vel angelo vel homini quamprimum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adiutoriū quippe defuisset, sine quo manere nō possent. Nunc autē quibus deest tale adiutoriū, iam poena peccati est: quibus autem datur, secundū gratiam datur, non secundū debitū: & tanto amplius datur per Iesum Christum dominū nostrum, quibus id dare deo placuit, ut non solū assit sine quo permanere nō possu-

Tomus septimus.

mus, etiam si velimus, verumetiam tantum ac tale sit, ut velimus. Est quippe in nobis per hanc dei gratiā in bono recipiēdo & perseveranter tenendo, non solū posse quod volumus, verumetiam velle quod possum⁹. Quod nō fuit in homine primo: vñ enim horū in illo fuit, alterū nō fuit. Namq; ut reciperet bonū, gratia nō egebat, quia nondū perdidit: ut autē in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset: & acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset. nam si habuisset, perseverasset. Posset enim perseverare etiam si vellet: quod ut nollet, de libero descendit arbitrio, quod tūc ita liberū erat, ut bene velle posset & male. Quid erit autē liberius libero arbitrio, quādo nō poterit seruire peccato, quæ futura erat & homini, sicut facta est & angelis sanctis merces meriti? Nunc autē per peccatum perditō bono, merito in his qui liberantur, factū est donū gratiæ, quæ merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differāt, diligenter & vigilanter intuemus, posse nō peccare, & non posse peccare: posse non mori, & nō posse mori: bonum posse nō deserere, & bonū nō posse deserere. Potuit enim nō peccare prim⁹ homo, potuit nō mori, potuit bonū non deserere. Nūquid dictū sumus, nō potuit peccare qui tale habebat liberum arbitrium? Aut non potuit mori, cui dictum est, Si peccaueris, morte morieris? Aut non potuit bonum deserere, cum hoc peccando deseruerit, & ideo mortuus sit? Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare: nouissima erit multo maior, non posse peccare. Prima immortalitas erat posse non mori: nouissima erit multo maior, non posse mori. Prima erat perseverantiæ potestas, bonum posse non deserere: nouissima erit felicitas perseverantiæ, bonum non posse deserere.

Nunquid quia erunt bona nouissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima vel nulla vel parua? Itēque ipsa adiutoria distinguēda sunt. Aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus viuere, nec tamen cum affuerint alimenta, eis fit ut viuat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non fit, non quo fit ut viuamus. At vero beatitudo quam nō habet homo, cum data fuerit continuo fit beatus. Adiutorium est enim nō solum sine quo nō fit, verumetiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium & quo fit est; & sine quo non fit: quia & si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus: & si data nunquam fuerit, nunquam erit. Alimenta vero non consequenter faciunt ut homo viuat, sed tamē sine illis nō potest viuere. Primo itaq; homini qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat posse non peccare, posse nō mori, posse ipsum bonū nō deserere, datū est adiutoriū perseverantiæ, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis in regnum dei per gratiam dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium perseverantiæ datur, sed tale ut eis perseverantiā ipsa donetur, non solū ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verumetiam ut per hoc donū non nisi perseverantes sint. Non solum enim dixit, Sine me nihil potestis facere: verumetiam dixit, Non vos me e-legistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quibus verbis eis nō solum iustitiā, verumetiam in illa perseverantiā se dedisse monstravit. Christo enim sic eos ponente ut eant & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, forsitan non manebit? Sine penitentia

Ioan. 15.

Rom. 11. G sunt enim dona & vocatio dei, sed vocatio eorum qui secundum propositum vocati sunt. Pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet usque in finem, ac per hoc perseverabit usque in finem, nec eam nisi manentem vitam huius invenit finis. Maior quippe libertas est necessaria adversus tot & tantas tentationes, quae in paradiso non fuerunt, dono perseverantiae munita atque firmata, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus. hoc sanctorum martyria docuerunt. Denique ille Adam & terrene nullo, & insuper contra dei terrae imperium libero usus arbitrio, non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate. Isti autem non dico terrae mundo, sed saeviente ne starent, steterunt in fide, cum videret ille bona praesentia quae fuerat relicta: isti vero quae accepturi fuerant, non viderunt. Unde hoc, nisi donante illo a quo misericordiam consecuti sunt ut fideles essent, a quo acceperunt spiritum non timoris, quo perfectis cedentibus, sed virtutis & charitatis & continentiae, quo cuncta a minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent: Illi ergo sine peccato ullo data est, cum qua conditus est, voluntas libera, & eam fecit servare peccato: horum vero cum fuisset voluntas serva peccati, liberata est per illum qui dixit, Si vos filii liberi eritis, tunc vere liberi eritis. Et accipiunt tantam per istam gratiam libertatem, ut quantum quandoque hic vivunt pugnent contra concupiscentias peccatorum, eisque nonnulla surrepant, propter quae dicant quotidie, Dimitte nobis debita nostra: non tamen ultra serviant peccato quod est ad mortem, de quo dicit Iohannes Apostolus, *Quid sit peccatum ad mortem.* Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. De quo peccato quoniam non expressum est, possunt multa & diversa sentiri: ego autem dico id esse peccatum, fidem quae per dilectionem operatur, deserere usque ad mortem. Huius peccato ultra non serviant, non prima conditione sicut ille, liberi, sed per secundum Adam dei gratia liberati, & ista liberatione habentes liberum arbitrium quo serviant deo, non quo capiuntur a diabolo. Liberati enim a peccato, servi facti sunt iustitiae, in qua stabunt usque in finem, donante sibi illo perseverantia, qui eos praesciuit & praedestinavit, & secundum propositum vocavit & iustificavit & glorificavit: quoniam illa quae his promissit, etiam futura iam fecit, cui promittenti credidit Abraham, & deputatum est illi ad iustitiam. **Galat. 3.** Dedit enim gloria deo plenissime credens, sicut scriptum est, quia quae promissit, potes est & facere. Ipse ergo illos bonos facit, ut bona faciant. Neque enim propterea eos promissit Abraham, quia praesciuit a seipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suum sed eorum est quod promissit. Non ait sic, Credidit Abraham: sed, non est infirmatus in fide, dans gloria deo & plenissime credens, quia quae promissit deus, potes est & facere. Non ait quae praesciuit potes est promittere: aut, quae praedixit potes est ostendere: aut, quae promissit, potes est praescire: sed, quae promissit potes est & facere. Ipse ergo eos facit perseverare in bono qui facit bonos. Qui autem cadunt & pereunt, in praedestinatorum numero non fuerunt. **Rom. 14.** Quantum ergo de omnibus regeneratis & pie viventibus loqueretur Apostolus, dicens, Tu quis es qui iudices servum alienum a suo domino stat aut cadit: continuo tamen respexit ad praedestinos, & ait, Stabit autem, & ne hoc libere arrogarent, Potens est enim deus, inquit, statuere cum ipse itaque dat perseverantiam, qui statuere potens est eos qui stant, ut perseverantissime stent, vel restitueret qui ceciderint. dominus enim erigit elisos.

Ut ergo non acciperet hoc donum dei, id est, in bono perseverantiam primus homo, sed perseverare vel non perseverare, in eis relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quae sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex seipso concupiscentialiter resistebat, ut digne tanta bonitati & bene vivendi facilitati, perseverandi committeretur arbitrium, deo quidem praesente quid esset facturus iniuste, praesente tamen, non ad hoc cogente, sed simul sciente quid de illo ipse faceret iuste. Nunc vero posteaquam est illa magni peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuvanda remansit infirmitas. Placuit enim deo quo maxime humanae superbiae praesumptionis exstingeret, ut non gloriaretur omnis caro coram ipso, id est, omnis homo. Unde autem non gloriaretur caro coram ipso, nisi de meritis suis: quae quidem potuit habere, sed perdidit: & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberum arbitrium, propter quod non restat liberandis nisi gratia salvatoris. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriatur iniustus, quia non habent unde: nec iusti, quia ex ipso habent unde, nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt, Gloria mea & exaltatio caput meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est, Ut non gloriatur omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Hoc etiam Apostolus aperte ostendit, qui cum dixisset, Ut non gloriatur omnis caro coram ipso: ne putarent sancti sine gloria se remansisse: mox addidit, Ex ipso autem vos estis in Iesu Christo, qui factus est vobis sapientia a deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Hinc est quod in hoc loco misericordiam, ubi tentatio est vita humana super terram, virtus in infirmitate perficitur: quae virtus, nisi ut qui gloriatur, in domino gloriatur? Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni voluit deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis non solum dat adiutorium quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare si velint: sed in eis etiam operatur & velle, ut quoniam non perseverabunt, nisi & possint & velint, perseverandi eis possibilitas & voluntas divinae gratiae largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto acceditur voluntas eorum, ut ideo possint, quia sic volunt: ideo sic velint, quia deus operatur ut velint. nam si in tanta infirmitate vitae huius, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutum oportebat, ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio dei sine quo perseverare non possent, manerent si velint, nec deus in eis operaretur ut velint: inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec velint, aut non ita velint infirmitate voluntatis ut possent. Subventum est ergo infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo quavis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Ita factum est, ut voluntas hominis invalida & imbecilla, in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem dei, cum & voluntas primi hominis fortis & sana, in bono ampliore non perseveraverit, habens virtutem liberi arbitrii, quavis non de futuro adiutorio dei, sine quo non posset perseverare si vellet, non tamen tali quo in illo deo operaretur ut vellet. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere quod vellet: infirmis servavit, ut ipso donante, iustissime quod bonum est vellet, nec hoc deserere iustissime nollent. Dicite ergo Christo

Luc. 11. A Christo, Rogavi pro te ne deficiat fides tua: intelligamus ei dictum, qui edificatur super petram. Atque ita homo dei non solum quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset, verumetiam quia fides ipsa non deficit, qui gloriatur, in domino gloriatur. Hae de his loquor, qui praedestinati sunt in regnum dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis: non de his, qui cum annunciasset & locutus esset, multiplicati sunt super numerum. Ipsi autem vocati dici possunt, non autem electi, quia non secundum propositum vocati. Certum vero esse numerum electorum neque augendum neque minuendum, quantum & Iohannes Baptista significet, ubi dicit, Facite ergo dignum fructum poenitentiae, & nolite dicere apud vosmetipsos, Patrem habemus Abraham: Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: ut ostendat sic istos esse amputandos si non fecerint fructum, ut non desit numerus qui promissus est Abraham: tamen apertius in Apocalypsi dicitur, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est numerus. Quod autem etiam perseveraturis sanctis sic ista dicitur, quasi eos perseveraturos habeatur incertum: non aliter hoc audire debet, quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudinem fidelium quando in hac mortalitate vivit, in numero praedestinatorum se esse praesumat, quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic caueda est elatio, ut etiam per satanae angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus? Hinc & Apostolis dicebatur, Si manseritis in me: dicite illo qui illos vtiq; sciebat esse mansuros. Et per prophetam, Si volueritis & audieritis me: cum sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dicuntur propter huius utilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes etiam qui bene currunt timeant, dum occultum est quod perveniant. Propter huius ergo utilitatem secreti credendum est quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide quae per dilectionem operatur incipere vivere, & aliquandiu fideliter ac iuste vivere, & postea cadere, neque de hac vita priusquam hoc eis contingat auferri. Quod si nemini contigisset, tandiu haberent homines istum saluberrimum timorem quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam quae pie vivit pervenirent, deinceps iam securi nunquam se ab illo esse cautos. Quae praesumptio in isto tentationum loco non expedit, ubi tanta est infirmitas, ut superbia possit generare securitas. Denique etiam hoc erit, sed tunc, quod iam est in angelis, etiam in hominibus erit, quando vlla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorum per dei gratiam dei regno praedestinatus, donata sibi etiam usque in finem perseverantia, illuc integer perducetur, & illuc integerrimus iam sine fine beatus servabitur, adhuc sibi misericordia salvatoris sui, siue cum conuertuntur, siue cum praesentantur, siue cum coronantur. Na & tunc esse illis dei misericordiam necessariam sancta scriptura testatur, ubi sanctus David de domino deo suo dicit animae suae: Qui coronat te in miseratione & misericordia. Dicit etiam Iacobus Apostolus, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. ubi ostendit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustisq; damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter quod etiam mater Maccabaeorum filio suo dicit, Ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum enim rex iustus sicut scriptum est, sederit in throno, non Tomus septimus.

adversabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ac per hoc etiam ibi dei misericordia necessaria est, qua fiet beatus, cui non imputavit dominus peccatum: sed tunc pro bonorum operum meritis iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: manifestatur in his in quibus inveniuntur bona opera misericordiae, iudicium cum misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus praecedentibus, misericordia eius praevenerit hominem ut liberetur a malis & quae fecit, & quae facturus fuerat, nisi dei gratia regeneraretur, & quae passurus fuerat in aeternum, nisi erueretur a potestate tenebrarum, & transferretur in regnum filii charitatis dei. Verumtamen quia & ipsa vita aeterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto Apostolo gratia dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis datur, sine vlla dubitatione confitendum est ideo gratiam vitam aeternam vocari, quia his meritis redditur, quae gratia contulit homini. Recte quippe ipsa intelligitur, quae gratia in Evangelio legitur, Gratiam pro gratia, id est pro his meritis quae contulit gratia. Hi vero qui non pertinent ad hunc praedestinatorum numerum, quos dei gratia siue nondum habentes vllum liberum suae voluntatis arbitrium, siue cum arbitrio voluntatis, ideo vero libero, quia per ipsam gratiam liberato perducit ad regnum: Hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur. aut enim iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo haereditatio debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt. Arbitrium, inquam, liberum, sed non liberatum, liberum iustitiae, peccati autem servum, quo voluntur per diversas noxias cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali, & pro ipsa diversitate diversis supplicii iudicandi: aut gratiam dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseverant: deserunt & deseruntur. Dimissi enim sunt libero arbitrio, non accepto perseverantiae dono iudicio dei iusto & occulto. Patiantur ergo homines se corripere quando peccant, nec de ipsa correptione contra gratiam argumententur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis iusta poena debetur, & ad ipsam pertinet iusta correptione quae medicinaliter adhibetur, etiam si salus aegrotantis incerta est: ut si is qui corripitur, ad praedestinatorum numerum pertinet, sit ei correptio salubre medicamentum: si autem non pertinet, sit ei correptio poenale tormentum. Sub isto ergo incerto ex charitate adhibenda est, cuius exitus ignoratur: & pro illo cui adhibetur, orandum est ut sanetur. Cum autem homines per correptionem in viam iustitiae seu veniunt seu revertuntur, quis operatur in cordibus eorum salutem, nisi ille qui quotlibet plantate atque rigante, & quotlibet in agris atque arbutulis operante dat incrementum deus, cui volenti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim velle vel nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut divina voluntatem non impediatur, nec superet potestatem. De his enim qui faciunt quae non vult, facit ipse quae vult. Et quod scriptum est, quod vult omnes homines salvos fieri, nec tamen omnes salvi sunt, multis quidem modis intelligi potest, ex quibus in aliis opusculis non

Stris aliquos commemorauimus: sed hic vnum dicam: ita dictum est, Omnes homines vult saluos fieri, vt intelligantur omnes predestinati, quia omne genus hominum in eis est, sicut dictum est pharisæis, Decimatis omne olus: vbi non est intelligendum, nisi omne quod habebant. Neque enim omne olus quod erat in toto terrarum orbe decimabant. Secundum istum locutionis modum dictum est, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Nanquid enim qui hoc dixit, placebat etiã tam multis persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominũ quod Christi cõgregabat Ecclesia, siue iam intus positus, siue introducendis in eam. Non est itaq; dubitandum, voluntati dei qui in cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, & qui etiã illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult, quãdoquidem etiam de ipsiſ hominum voluntatibus quod vult cum vult facit. Nisi forte, vt ex multis aliqua commemorem, quando deus voluit Saũli regnum dare, sic erat in potestate Israëlitarum subdere se memorato viro, siue nõ subdere, quod vtique in eorum erat positum voluntate, vt etiam deo valerent resistere. Qui tamen hoc non fecit nisi per ipsorum hominum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium quõ placere in inclinãdorũ omnipotentiſsimam potestatem. Sic enim scriptum est, Et dimisit Samuel populum, & abiit vnusquisque in locum suum: & Saũl abiit in domũ suam in Gabaã: & abierunt potentes quorum tetigit deus corda, cum Saũle. Et filij pestilentes dixerunt, Num saluabit nos hic? Et inhonorauerunt eum, & non obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus est, non iturum fuisse cum Saũl quenquam eorum quorum tetigit corda deus vt irent cum illo: aut isse aliquem pestilentium, quorum vt hoc facerent corda non tetigit? Item de Dauid, quem dominus in regnum successu prosperiore constituit, ita legitur, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus erat cõ illo. Hoc cum præmissum fuisset, paulo post dictũ est: Et spiritus domini induit Abisai principem inter triginta, & dixit: Tui sumus Dauid, & tecum futuri filij Iesse. Pax pax tibi, & pax adiutorib; tuis, quia auxiliatus est tibi deus. Nunquid ille posset aduersari voluntati dei, & non potius eius facere voluntatem, qui in eius corde operatus est per spiritum suum quo induus est, vt hoc vellet, diceret & faceret? Item paulo post ait eadem scriptura, Omnes hi viri bellatores, dirigentes aciem corde pacifico venerunt in Hebron, vt constituerent Dauid super omnem Israël. sua voluntate vtique isti constituerunt regem Dauid. Quis non videat, quis hoc neget? Non enim hoc nõ ex animo, aut nõ ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit operatur. Propter quod præmissum scriptura, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens erat cum illo. Ac per hoc dominus omnipotens qui erat cum illo, adduxit istos vt eum regem constituerent. Et quomodo adduxit? Nunquid corporibus vllis vinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operatus est, traxit. Si ergo cum voluerit reges in terra deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quã ipsi suas, quis alius facit vt salubris sit correptio, & fiat in correpti corde correctio, vt celesti constituantur in regno? Corripiantur itaque a præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culpã diuersitate diuer-

sis, vel minorib; vel amplioribus: quia & ipsa quæ damnatio nominatur, quam fecit episcopale iudicium, quæ pœna in Ecclesia nulla maior est, potest si deo voluerit, in correptionem saluberrimam cedere atq; proficere. Neque enim scimus quid cõtingat sequenti die: an ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est, aut contradici deo potest ne recipiat & det pœnitentiã, & accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti, a reatu quauis iusta damnationis absoluat, damnatumque ipse non damnat: Pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpent dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Hoc quippe fit, cum singulos quosque vt occurrerint, cum quibus id agere valeam; ad hoc conamur adducere, vt iustificati ex fide pacem habeant ad deum, quam prædicabat etiam Apostolus, cum dicebat, Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquã deo exhortãte per nos, obsecramus ergo pro Christo reconciliari deo. Quid est enim ei reconciliari, nisi pacem ad illum habere, propter quam pacem etiam ipse dominus Iesus Christus dixit discipulis, In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra: si autem, ad vos reuertetur? Cum hanc euangelizant pacem, de quibus prædictum est, Quã speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bonã: nobis quidem tunc incipit esse quisque filius pacis, cum obediit & crediderit huic Euãgelio, & ex fide iustificatus pacem ad deum habere cõperit: secundum autem predestinationem dei iam filius pacis erat. Neque enim dictum est, Super quem requiescerit pax vestra, fiet filius pacis: sed, Vbi fuerit, inquit, filius pacis, requiescet super eum pax vestra. Iam ergo & antequã illi annunciaretur hæc pax, filius pacis ibi erat, sicut cum nouerat atque præscierat non euãgelista, sed dominus. Ad nos ergo qui nescimus quisnam sit filius pacis, aut non sit, pertinet nullum exceptum facere, nullumque discernere, sed velle omnes saluos fieri quibus prædicamus hanc pacem. Neque enim metuendum est, ne perdamus eam, si ille cui prædicamus, non est filius pacis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id est, nobis proderit hæc prædicatio, non & illi. si autem super eũ pax prædicata requiescit, & nobis, & illi. Quia ergo nos qui salui futuri sint nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem, saluos fieri velle deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundẽdo istam charitatẽ in corda nostra per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Potest etiã sic intelligi, quod omnes homines deus vult saluos fieri, quoniã nos facit velle, sicut misit spiritũ filij sui clamantẽ abba pater, id est, nos clamare facientem. De ipso quippe spiritu, alio loco dicit, Accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dictus est, qui efficit vt clamemus. Si ergo clamãtem spiritum recte dixit scriptura, a quo efficitur vt clamem; recte etiam & volentẽ deũ, a quo efficitur vt velimus: ac per hoc quia & corripiẽdo nihil aliud debemus agere, nisi vt ab ista pace quæ est ad deũ nõ recedatur, aut ad eam qui recederat, reuertatur, nos agamus sine desperatione quod agimus. Si filius pacis est quẽ corripiam; requiescet super eum pax nostra: si autem, ad nos reuertetur. Quauis itaq; etiã dum quorundã fides subuertitur, firmum dei funda-

A fundamentum stet, quoniam sciuit dominus qui sunt eius, non tamen ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiendis qui corripiendi sunt. Neque enim frustra dictum est, Corruptunt mores bonos colloquia mala: & Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Non argumentemur contra ista præcepta salubremque terrorem dicentes: & corruptant bonos mores colloquia mala: & pereat infirmus, quid ad nos pertinet? Firmum fundamentum dei stat, & nemo perit nisi filius perditionis. Absit vt ista garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim, quia nemo esse nisi filius perditionis: sed ait deus per Ezechielem Prophetam, Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem vero eius de manu speculatoris inquiram. Proinde quantum ad nos pertinet, qui predestinatos a non predestinatis discernere non valeamus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correptio: dei est autem illis eam facere vtilem, quos ipse præsciuit & predestinavit conformes imaginis filij sui. Si enim aliquãdo timore non corripimus, ne aliquis inde pereat: cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis viscera maiora gestamus quã beatus Apostolus, qui dicit, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Vbi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negligatur. Dicit enim, Peccantes coram omnibus corripere, vt ceteri timorẽ habeant. Quod de his peccatis accipiendum est quæ non latent, ne contra domini sententiam putetur locutus. Ille enim dicit, Si peccauerit in te frater tuus, corripere eum inter te & ipsum. Veruntamen & ipse seueritatem correptionis eousque perducit, vt dicat, Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et quis magis dilexit infirmos, quã ille qui pro omnibus est factus infirmus, & pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quæ cum ita sint, nec gratia prohibet correptionem, nec correptio negat gratiam: & ideo sic est præcipienda iustitia, vt a deo gratia qua id quod præcipitur fiat, fidei oratione poscatur: & hoc vtrunque ita faciendum est, vt neque iusta correptio negligatur. Omnia vero hæc cum charitate fiant, quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

Libri de correptione & gratia Finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI-
SCOPI LIBER REFELLENſ ARTI-
CULOS ALIQUOT FALSO IPSI IMPOSITOS.



VIDAM Christianæ ac fraternæ charitatis obliui, intantum existimationem nostram, quoquo modo student lædere, vt suam se euertere nocendi cupiditate non videant. Contexunt enim, & quælibet possunt sententiis comprehendunt in epistolis Tomus septimus.

rum quarundam blasphemiarum prodigiõsa mendacia, eaque ostendenda & ingerenda multis publice priuatimque circumferunt, asserentes talia in nostro esse sensu, qualia diabolico indiculo continentur. Quæ falso in nos ad excitandam inuidiam iactari facile & sufficienter subscriptione vnus probaremus anathematis, nisi malignitas eorum qui se grauari putant si de nobis bene sentiatur, ipsam subscriptionis nostræ breuitatem suspectam esset habitura. Vnde ne huius querelæ inueniretur occasio, necessarium conueniensque credidimus, vt siue ad calumniantium animos mitigandos, siue ad eos quorum auribus tale aliquid insonuit, instruendos, quantum adiuuante domino fieri poterit, plene lucidèque pandamus, quid de peruersis definitionibus iudicem. Propositis ergo singillatim sedecim articulis, sub vnoquoque eorum sensus nostri & fidei quam contra Pelagianos ex Apostolicæ sedis autoritate defendimus, verba ponemus, vt qui paululum sese ad hæc legenda dignati fuerint occupare, euidenter agnoscant impiarum profanarumque opinionum nullum cordibus nostris inhãsisse vestigium: & blasphemias quas perspexerint nostra professione damnari, in eandem reprobis censentur debere puniri.

Quod dominus noster Iesus Christus non pro omnium hominum redemptione sit passus. Contra vulnus originalis peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata est natura, & vnde omnium concupiscentiarum morbus inoleuit, verum & potens & singulare remedium est mors filij dei domini nostri Iesu Christi, qui liber a mortis debito, & solus absque peccato pro peccatoribus & debitoribus mortuus est. Quod ergo ad magnitudinem & potentiam precij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc seculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Cum itaque per vnam omnium naturam, omnium causam a domino nostro in veritate susceptam, redempti omnes recte dicantur, non tamen omnes captiuitate sunt eruti: redemptionis proprietas haud dubium penes illos est, de quibus princeps huius mundi missus est foras, & iam non vasa diaboli sed membra sunt Christi. Cuius mors non impensa est humano generi, vt ad redemptionem eius etiam qui regenerandi non erant, pertinerent, sed ita vt quod per vnicum exemplum gestum est pro vniuersis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra & virtute diuina, habet quidem in se vt omnibus profit, sed si non bibitur, non proficit.

Quod deus nolit omnes saluare, etiam si omnes saluari velint. Cum veritas dicat, Si vos cum fitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus. Quomodo fieri potest vt deus, qui etiam illos saluat de quibus dici non potest quod saluari velint, nolit aliquos saluare qui etiam saluari velint, nisi aliqua causæ existant? De quibus quauis sint nobis incognoscibiles, ita tamen iudicat, de quo dici non potest aliter eum quicquam facere debuisse quã fecerit: remota tamen ergo hac discretionem, quam diuina scientia intra secretum iustitiæ suæ continet, syncerissime credendum est atque profectum, deum velle vt omnes homines salui fiant.

G Siquidem Apostolus cuius ista est sententia, sollicite præcipit quod in omnibus ecclesiis piissime custoditur, ut deo pro omnibus hominibus supplicetur. Ex quibus quod multi perierunt, peritum est meritum: quod multi saluati, saluatis est donum: ut enim reus damnetur, inculpabilis est dei iustitia: ut autem reus iustificetur, ineffabilis est dei gratia est. **Quod deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, ut illum perdat in æternum.** Omnium quidem hominum deus creator est, sed nemo ab eo ideo creatus est ut pereat: quia alia causa est nascendi, & alia pereundi. Ut enim nascantur homines, est beneficium: ut autem pereant, præuaricatoris est vitium. In Adam quippe, in quo omnium hominum præformata est natura, omnes peccauerunt, eademque sententia quam ille accepit, obstricti sunt: neque ab eo vinculo, etiam si propriis peccatis careant, resoluantur, nisi in sacramento mortis & resurrectionis Christi per spiritum sanctum renascantur. Nihil ergo impius & indoctus est, qui vitium naturæ non discernit ab authore naturæ, à quo prorsus alienum est quicquid in vnoquoque dammandum est. Creat enim ut sint homines, nec multiplicandis generationum successionebus opificium suum subtrahit: secundum consilium bonæ voluntatis suæ reparaturus in multis quod ipse fecit: puniturus in multis quod ipse non fecit. Sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnus hominis obedientiam iusti constituentur multi. **Quod maior pars generis humani ad hoc creetur à deo, ut non dei, sed diaboli faciat voluntatem.** Insanum & omnino contra rationem est dicere, voluntatem dei fieri non ex voluntate dei, & damnatorem diaboli eiusque famulorum, velle ut diabolo seruiatur. Sed catholicis Pelagianis consequenter se obicere existimant, qui Adæ peccatum in omnes transisse diffugiunt: quoniam si primam natiuitatem originalis culpa non obliget, non sunt obnoxij diabolo paruuli, nec indiget erui de potestate tenebrarum, qui nunquam à suo authore discesserunt. Nos autem qui omnes in Adam periisse præstetur, venit enim filius hominis querere & saluare quod perierat: nec dicimus ideo creari hominem quenquam, ut diaboli faciat voluntatem, & agnoscamus non redemptum diabolo esse captiuum: præuaricatio enim hominum disposita à seculis creationis ordinem turbare non potuit: & merito creatura peccatrix pœnalem quidem illius damnationem patitur, cui relicto vero deo sponte se vendidit. Hæc scilicet seruitus non institutio dei est, sed iudicium, quo fraus deceptoris diaboli facta est decepto & male credulo homini pœna peccati, de quo nemo eruitur, nisi per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum cuius gratuita gratia & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum bonis meritis præuenitur. **Quod peccatorum nostrorum author sit deus, & quod malam voluntatem faciat hominum, plasmet substantiam quæ naturali motu non possit non peccare.** Huius quoque obiectionis vanitas de illa procedit schola, in qua natura humana immunis à peccato Adæ & illata defenditur: ut quia omnes homines præuaricationis reos & damnationis obnoxios nasci, periturisque nisi in Christo renascatur, asserimus, eundem videamur authorem dicere culpæ, quem profiteamur esse conditorem naturæ. **Quod nos à sensu nostro penitus abdicamus, qui deum iustum, bonum, sic humanæ substantiæ & interiorum exteriorumque sensuum nouimus creatorem, ut prorsus ab illo sit quic-**

quid pertinet ad naturam: & prorsus ab illo non sit quicquid est contra naturam. Peccatum autem contra naturam est, de quo mors & omnia quæ sunt mortis, oriuntur. Quibus malis tunc se homo induit, quando illi fide obedientiaque priuatum, in suas promissiones diabolus à lege dei traduxit, omniaque sibi posteritatis eius germina per conditionem deprauatæ stirpis, extinxit. Vnde si qua in Christo noua creatura est, libera sit à diabolo, & subiiciatur deo, reformata à deformitate sua ad imaginem eius quæ creauit eam. **Quod nisi fiat, remanet in illo in quo omnes moriuntur, non habens sortem in eo, in quo omnes viuificantur.** Non ergo cuiusquæ peccati author deus est, sed naturæ creator: quæ cum potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptoris suo propria voluntate se subdidit. Nec naturali sed captiuo motu versatur in vitio, donec moriatur peccato, & viuat deo. **Quod sine gratia dei facere non potest, quia libertatem quam perdidit, nisi Christo liberante non capit.** Non est enim aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri. **Quod deus in hominibus tale plasmet arbitrium quale est demonum, quod proprio motu nihil aliud possit vel velle, nisi malum.** Totus quidem mundus, sicut ait Apostolus Ioannes, in maligno positus est, & multorum hominum talis est malitia, qualis & demonum, qualibus dicebat Ioannes, Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali: & Vos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Sed hoc inter malos homines & demones distat, quod hominibus etiam valde malis superest, si deus miseretur, reconciliatio: demonibus nulla seruata est conuersio. Sicut ergo præuaricatoribus angelis non indidit deus illam, in qua in veritate non steterunt voluntatem: ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolus imitarentur, inseruit. **Mendacium enim de proprio loquitur, & liber à mendacio non erit, nisi eum veritas liberauerit.** **Quod hæc sit voluntas dei, ut magna pars Christianorum salua esse nec velit nec possit.** Si de his hoc dicitur qui pietatem Christianam conuersationis & fidei deserentes, in profanos errores, aut in damnabiles mores irrevocabiliter transferunt, non dubium est quod talem voluntatem habentes salui esse nolunt: & quamdiu salui esse non possunt, salui esse non possunt. Sed nullo modo credendum est huiusmodi homines in hanc desperationem ex dei voluntate cecidisse, cum potius dominus alleuet omnes qui corruunt, & erigat omnes elisos. Nemo enim nisi illius gratia erigitur, nemo nisi illius gratia stabilitur. Dei ergo est voluntas, ut in bona voluntate maneat, qui & priusquam deseratur, neminem deserit, & multos desertores ad se conuertit. **Quod nolit deus ut omnes catholici in fide catholica perseverent, sed velit ut magna pars exinde apostatet.** Non est dissimilis impietas huius blasphemie à præcedenti sententia. **Quod ergo ad illam, hoc etiam ad istam quæ in nullo est diuersa, responsum sit.** **Quod velit deus ut magna pars sanctorum à sanctitatis proposito ruat.** Nec huius definitionis insania aliud sonat, quam germina præcedens obiectionis prætendebat. Vnde mirandum est obiectionem tertio repetisse, quod semel dixisse suffecerat: Sed ut res est, numerum criminationis augere voluit, quia sensum variare non potuit. **Quod adulteria & corruptelæ virginum sacrarum ideo contingant, quia illas deus ad hoc prædestinauit, ut caderent.** **Detestanda & abominanda opinio est, quæ deum cuiusquam**

A cuiusquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit authorem, cuius prædestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iustitiam est. Vniuersa enim via domini misericordia & veritas. Adulteria enim matronarum & corruptelas virginum non instruere nouit sancta diuinitas, sed damnare: nec disponere, sed punire. **Quæ mala homines cum admittunt, suis concupiscentiis & cupiditatibus seruiunt, quas ab illa prima voluntariè præuaricationis labe traxerunt.** Cum autem declinant à malo & faciunt bonum, à domino gressus hominis diriguntur, ut viam eius velit. Propter quod dicit Apostolus, Oramus autem ad dominum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis. Non ergo casus ruetium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædestinatio dei aut excitauit, aut suscitauit, aut impulit: sed planè prædestinauit iudicium suum, quo vnicuique retributurus est prout gessit, siue bonum siue malum. **Quod iudicium futurum non esset, si homines dei voluntate peccarent.** Erit autem iudicium manifestissime: & omnis homo quem discretio diuinæ sententiæ in sinistra constituerit parte, damnabitur, quod non dei, sed suam executus est voluntatem. **Quod quando patres incesant filias, & matres filij, vel quædo serui dominos occidunt, ideo fiat, quia deus prædestinauit ut ita fieret.** Si diabolo obiceretur, quod talium facinorum ipse author, ipse esset inuentor, puto quod aliqua ratione hæc se posset exonerare inuidia, & talium scelus patratorem de ipsorum voluntate vinceret: quia etsi delectatus sit furore peccantium, probaret tamen se non intulisse vim criminum. **Quæ ergo insipientia, quæ dementia definitur, ad dei referendum esse consilium, quod nec diabolo in toto ascribi potest: qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus est esse generator.** Nihil ergo talium negotiorum deus prædestinauit ut fieret, nec illam animam turpiter nequitæque victuram ad hoc ut taliter viueret, præparauit, sed talem futuram non ignorauit, & de tali se iuste iudicaturum esse præsciuit. **Atque ita ad prædestinationem eius nihil amplius referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.** **Quod dei prædestinatione de filiis dei efficiantur filij diaboli, & de templo spiritus sancti templi demonum, & de membris Christi membra meretricis.** **Prædestinatio dei etsi apud nos, qui dum in presentis vitæ periculis versamur incerta est, apud illum tamen qui fecit quæ futura sunt, incommutabilis permanet, nec quæ illuminauit obæcat, nec quæ edificauit destruit, nec quæ plantauit euellit.** Sine enim penitentia sunt dona & vocatio dei: Et firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc, Cognouit dominus qui sunt eius. Nullo ergo modo prædestinatio dei facit ut aliqui ex filiis dei sint filij diaboli, aut ex templo spiritus sancti templi fiant demonum, aut ex membris Christi membra meretricis: sed potius prædestinatio facit, ut ex filiis diaboli fiant filij dei, & ex templo demonum templum spiritus sancti, & ex membris meretricis membra fiant Christi: quia ipse alligat fortem, & vasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de quibus dicitur, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vitæque nobiscum: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem

prædestinati, si essent reuersuri, & sanctitate ac veritate mansuri: ac per hoc prædestinatio dei multis est causa standi, nemini causa labendi. **Quod omnes fideles illi & sancti qui ad eternam mortem prædestinati sunt, qui ad vomitum suum relabuntur, vitio quidem suo id facere videntur, sed ipsius vitij causa est diuina prædestinatio, quæ illis latenter subtrahit bonas voluntates.** **Idem spiritus blasphemiarum perseverat, & à prece-dentibus mendaciis subsequens impietas non recedit.** **Quam prorsus vera ratio reprobatur, & incunctatè sana doctrina condemnat: quia omnibus quidem à fide ad infidelitatem, à sanitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem vitæ nulla emundatione purgatis, nihil aliud quam æterna mors debetur.** Sed nefas est deo ascribere causas talium ruinarum: qui etsi ex æterna scientia præcognitum habet quid vnicuiusque meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc quod falli non potest, aut necessitatem aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo à iustitia & pietate quis deficit, suo in preceptis ferrur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur. Nihil ibi pater, nihil filius, nihil spiritus sanctus. **Nec in tali negotio quicquam diuinæ voluntatis interuenit: cuius ope scimus multos ne laberentur retentos, nullos autem ut laberentur impulsos.** **Quod pars illa magna Christianorum catholicorum fidelium atque sanctorum, quæ ad ruinam ac perditionem prædestinata est, etià si petat à deo sanctitatis perseverantiam, non impetrabit, eo quod mutari non potest diuina prædestinatio, quæ illos præordinauit, præoptauit, præaptauit, ut caderent.** **Ad præuaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad desertionem fidei, ad perpetrationem qualiscunque peccati nulla est omnino prædestinatio dei, nec fieri potest ut per quem à talibus malis surgitur, per eum in talia decidatur.** Si ergo in sanctitate viuatur, si in virtute proficitur, si in bonis studiis permanetur, manifestum est munus dei, sine quo nullius boni operis fructus acquiritur. Si autem ab his receditur, & ad vitia atque peccata transitur, nihil ibi deus malæ tentationis immittit, & recessurum non deserit antequam deserat, & facit plerumque ne deserat, aut etiam si discesserit ut redeat. **Cur autem illum retineat, illum non retineat, nec possibile est comprehendere, nec licitum inuestigare, cum scire sufficiat, & ab illo esse quod statur, & non esse ab illo quod ruitur.** **Quod omnes illi fideles & sancti qui ad æternam mortem prædestinati sunt, postquam ceciderunt sic ab eo dispellantur, ne possint vel velint per penitentiam liberari.** **Non veraciter, nec sapienter hoc dicitur.** **Qui enim à fide & sanctitate exciderunt, sicut voluntate prolapsi sunt, ita voluntate non surgunt, & dominatum concupiscentiarum quibus succubuerunt, sponte patiuntur.** Si qui autem captiuitatem suam gemunt, & iudicantes semetipsos, ad misericordiam domini mutato corde confugiunt, non sine spiritu diuinæ visitationis hoc faciunt. **Hæc enim est mutatio dexteræ excelsi, qui innumeris lapsis dat penitentiam, ut resipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui detinebantur ad ipsius voluntatem.** **Nemini autem deus correctionis adimit viam, nec quenquam boni possibilitate dispoliat, quia qui se à deo auertit, ipse & velle quod bonum est, & posse sibi sustulit.** **Non est ergo consequens, sicut putant qui talia obiciunt, ut de quibus penitentiam non dederit, resipiscentiam abstulerit, & quos non leuauerit, alliserit: cum aliud sit infontem in crimen egisse, quod alienum est à deo: aliud est crimi-**

Genoso veniam non dedisse, quod de peccatoris est merito. Quod magna pars illa fidelium atque sanctorum, quae ad aeternam mortem praedestinata est, quando dicit in oratione dominica, Fiat voluntas tua: nihil aliud agit quam contra se petit: id est ut cadant & ruant, quia voluntas dei est ut morte aeterna pereant. Non hoc veritas dicit, quod haec voluntas dei sit, ut fideles & sancti a fide atque innocentia ruant, & pereant in aeternum. Sed veritas dicit, Haec est voluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissimo die. Quod ergo pater filio dedit, filius omnino non perdidit. Idem enim dicit, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & non eiciam foras. Quod si per generalitatem vocationis & per abundantiam bonitatis dei, etiam non perseveraturi perseveraturis admixti sunt, hi cum a pietate deficiunt, non ex dei opere, sed ex sua voluntate deficiunt, nec impelluntur ut cadant, nec eiciuntur ut deserant: casuri tamen & recessuri ab eo qui falli non potest, praesciuntur. Quamdiu itaque in oratione dominica dicunt, Fiat voluntas tua: non hoc contra se petunt, quod deus nulla ratione facturus est, ut cadant & ruant. Haec enim ipsorum nequitia, ipsorum est consummata libertas: Sed plane illud contra se petunt quod diuinae voluntatis esse dubium non est, ut scilicet cum venerit filius hominis in maiestate sua, & sederit super thronum gloriae suae, congregentur ante eum omnes gentes, ut separet eos ab iniucis, alios ad dexteram, alios statuens ad sinistram. Et audient eum dexteri dicentem, Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis a constitutione mundi. Audi et sinistri: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo & angelis eius. Igitur qui facturi non sunt voluntatem dei, & petunt ut fiat voluntas dei, in eo quod voluntate dei faciendum est, audiuntur, ut imitatores diaboli cum diabolo iudicentur. Qui enim spreuerunt voluntatem dei inuitantem, voluntatem dei sentient vindicantem.

FINIS.

RELII AVGVSTINI HIP- ponensis Episcopi, in libros Hypo- gnosticon contra Pelagianos & Coelestianos prologus.

Duersarij fidei catholicae, dum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnant nituntur, nos sollicitudine respondentendi faciant cautores: se vero decipiunt, antequam nostrorum valeant aliquem vulnerare. Cum enim ceci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei vacui, faciunt plenitudinem fidei Ecclesiae opulante dei gratia gloriosi: & dum in hypocrisis vigilant nocituri de quibus propterea dictum esse puto per Prophetam. Ablatus est somnus ab oculis eorum, non enim dormiunt, nisi male fecerint: nos quodammodo excitant dormientes, ut arrepto clypeo veritatis, falsitati

eorum corde resistite vigilemus, Evangelica tuba nostris auribus insonante: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Confidit ergo haeretici catholicam fidem impugnantes, in virtute sua, id est, in audacia cordis sui, gratia desolati, & in abundantia diuitiarum suarum, in operibus scilicet voluntatis suae gloriantes: Sed Psal. 52. deus dissipauit ossa hominum sibi placentium: confusi sunt, quia dominus spreuit eos. Confidamus & nos, resistentes eis in gratia domini, quae est gloria nostra, redimens nos a circumstantibus nos, & intellectum dans nobis, & instruens nos in via hac quam ingredimur, confirmando super nos oculos suos, quia in deo salutare nostrum & gloria nostra, deus auxilij nostri, & spes nostra in deo est. Sed iam de quibus vel contra quos ista praedixerim, oportet consequenti narrare sermone, atque eorum peruersis dogmatibus, in quantum nos sua gratia dominus dignatus fuerit instruire, respondere. Igitur contra Pelagianos & Coelestianos haereticos, quos dominus tales futuros suo vitio, ante constitutionem mundi praesciuit, & exortos in mundo iudicio iusto damnauit, sermo nobis est respondendi. Istos ostendebat Apostolus Petrus in Epistola sua secunda L. futuros, dicens: Fuerunt vero & pseudoprophetae in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, deum negant, superducentes sibi celem perditionem: Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Igitur de magnitudine gratiae dei confidens his respondendum, tanquam hypognoticon abbreviatum hunc facere libellum curauit. Quem si quis legere voluerit, non verborum mediocritatem contempletur, sed fidei rationem: & si placet, ad deum qui docet hominem scientiam, gratias referat. Si qua vero sunt in quibus nolentes errauimus, si tamen aliqua sint corrigenda, intuitu charitatis deo iudice corrigat, sed is cui sensus est catholicus corrigendi. Si autem nihil sciens vel inuidiosus fuerit, vitare quae sana sunt non praesumat, quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationem redditurus, quisquis ille fuerit. Huiusmodi ergo dogmatis ista est nefanda blasphemia. Adam inquit, siue peccasset siue non peccasset, moriturum fuisse. Tamen peccatum eius neminem, nisi solum nocuit ipsum. Et posse hominem per liberum arbitrium tanquam per se sibi sufficientem implere quod velit: vel etiam meritis operum a deo gratiam unicuique dari. Libidinem 4 naturale esse bonum: nec in ea esse quod pudeat. Et paruulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros a vita aeterna, si sine sacramento baptismi ex hac vita migrauerint. O malum dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quod scinditur matris vnitas ecclesiae & regeneratis. O dogma quod sub nomine Christi euertere & mutare nititur Christi fundamenta. O dogma cui nefanda sunt nomina mille, mille nocendi artes. Arma contra legem sumit ex lege: impugnat Euangelium ex Euangelio, pugnant & in sui perniciem, de veris mendacia fingens, prouocat ad mendacia, fingens prouocat ad mendacium veritatem. Sed haec sunt sibi poena, quae inordinate proferens putat esse victoriam: ut in eis quod scriptum est impleatur: Per quae enim quis peccat, per haec & torquetur.

CONTRA

CONTRA PRIMVM ARTICV- lum, Liber Primus.



Dam ergo inquit, siue peccasset, siue non peccasset, moriturum fuisse. Respondemus, Falleris haeretice, falleris: non ita est. Aut si ita est & non falleris, diuini astrue documētis. Sed absit ut in scripturis sanctis auctorē mortis deū valeas reperire. Scriptū est enim, Nolite zelare mortem in errore vitae vestrae, quoniam deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Creauit enim ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarū. Item & in eodem libro: Deus, inquit, creauit hominē inexterminabilem, & ad imaginem suam fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si vides, vide mortem non a deo auctore, sed per errorem vitae venisse hominibus in paradiso deliciarum positis: id est cum per rationē animae quae boni & vitales erant instituti, errauerūt a mandato diuino, inuidia scilicet & seductione serpentis. Audis testante propheta, deum mortem non fecisse, sed in libro Genesios protoplasto futurā, si contigisset lignū veritum, praedixisse. Sic enim scriptū est, Et dixit dominus Adā: De omni ligno quod est in paradiso, edetis: de ligno autē scientiae boni & mali non edetis: quae die autē māducaueritis, morte morietur. Haec audis, & auctore mortis dicere deum audes: Mors igitur ex inuidia diaboli veniens introiuit in orbē terrarum, & ideo iudicio iusto pro poena in peccatore permittitur dominari. Recte enim perdidit vitam qui mortē noluit cauere praedictā, ne vitā perderet. Tamen verax & misericors dominus non latatur in perditione viuorū. Quae est enim perditio viuorum nisi mors: Sed viuorum male viuentū, qui in secunda morte peribūt: non viuorū iustorum, id est, requirētium deum, quibus tantum propter peccatum Adā quod traxere nascētes, mors non secūda, sed prima deberetur. Si ergo secūdū vos deus auctor est mortis, latari debet in occasu viuorum tāquam in opere suo bono, quia scriptū est, Latabitur dominus in operibus suis: & quia nihil odians fecit, sed omnia quae fecit, valde bona sunt. Sic enim scriptū est, Diligis enim omnia quae sunt, & nihil odisti eorū quae fecisti: nec enim odies aliquid constituisti. Vel cur cōtra eā de eius obnoxio peccato corpore, carnē suā absque noxa suscepit, si eam ipse corporis iaculū fecit? Nihil enim in cōtrariū sibi dū mundū faceret, deū fecisse cognouimus. Nam ut inimicam mortē vinceret, vel eius matrē peccatū, ideo dei filiū hominē suscepisse, si oculos caligine mortis non perdidiſtis, attēdite. Nā quod ipsosibile erat legi, inquit Paulus vas electionis, in quo infirmabatur per carnē, misit deus filiū suū in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne. Quid est autē impossibile legi, nisi quod sibi nec obediētem nec perfectū facere poterat deputatū: nec peccatum tollere, nec mortem vincere praualebat? Sed quare id implere non possit subiungēs ait, In quo infirmabatur per carnē, lubēdo enim infirmo & non iuuādo infirmatur, quia per carnē, id est per cōcupiscētias carnis ex peccato veniētes, quas solo arbitrio libero homo vincere non potest: nisi enim praecedēte gratia dei, legis factor esse non poterit, sicut & ait idē Apostolus, Lex enim ad perfectum nihil adduxit. Quid est ergo filium dei venisse in similitudine carnis peccati, nisi non habēs caro eius vllum peccatū sicut nostra: dicente Petro Apostolo, Qui pec-

Sap. 1. Sap. 2. Gen. 2. Psal. 103. Gen. 1. Sap. 11. Rom. 8. Heb. 7.

catū non fecit, id est non habuit, nec inuētus est dolus in ore eius. Dicēdo enim, in similitudinē carnis peccati, id est lam absque peccato, nostrā vero peccatricē ostēdit. Nam ille ideo in similitudine, quia non per libidinis vsum ut nos, sed in spiramine mystico ex virginis vtero in veranatus est carne. Et de peccato, inquit, dānauit peccatū in carne: de humana videlicet peccatrice naturā peccatrice: peccatricem dico non deo auctore, sed homine delinquēte. Carnē ut dixi suscipiēs absque culpa, & hāc innoxia crucifigēs, peccatū, quod nos damnauerat per inobediētiā in Adā terreno, in Adā caelesti obediēte damnatur. Nos enim peccato morimur victi, Christus autē innocēs mori voluit, ut moriēdo mortē captiuaret & vinceret. Quodāmodo enim eam sibi passus est dominari, cum patiēter se occidendū eius obtulit voluntati. Sed cum mors in inferno cū iniquis videret & iustum, non habēs unde eidem sicut & ceteris insultaret, resurgētē tenere non valuit, quin immo victa prostrata est atque dānata. Et ideo Apostolus extollens victoriā Christi de morte, seruis eius gaudens annuntiat: Christus resurgēs a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autē viuuit, viuuit deo. Hoc dicēdo quid aliud intelligere nos voluit, quā deum mortem non fecisse, nec latari in perditione viuorū, qui absque peccato ut eā vinceret in infirmitate carnis, voluit habere cōsortium mortuorū? Unde si inuidia diaboli per peccatum mortē in orbem terrarum introiisse non credideritis, nihil aliud astruitis nisi deum mortem fecisse: propterea ut peremptis hominibus quibus suā donauit imaginē, nasceretur ei cum ea necessitas dimicandi vel etiā moriendi & resurgēdi. Sed absit hoc a fide catholica, quae per vnum hominē peccatum intrasse in mundum, & per peccatū mortem, & ita in omnes homines pertrāsisse credit, Paulo fideli magistro docēte, ac Christum mortuum propter peccata nostra, & resurrexisse propter iustificationē nostram, recōciliantē nos in suo corpore deo patri per crucem. Erubescite ergo & cōticescite. In vestra enim mortē perpetuam deum accusatis, in morte diabolū excusatis, & hoc ideo, quia non deum, sed diabolū timetis offendere. Dicite ergo: Si deus mortē fecit, cur Christus deus mortuum fletu Lazarū secūdum carnē? Non enim quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolēs eum & plorans ostēdit quos deus vitales fecerat, diabolū per culpā fecisse mortales. Quē ideo suscitauit, ut diabolus nihil se occidēdo profecisse cognoscat: nec quisquā hominū ad deū pertinēs de morte desperet, quia deo dormiūt quos diabolus perisse putabat. Nolo, inquit per prophetā Ezechiēlem dominus, mortem peccatoris, sed ut reuertatur & viuat. Si eius ut praedicatis auctor est deus: cur eā, dicendo, nolo, repellit a peccatore, & non patitur quod suum est permanere? Mortē nolo, inquit, peccatoris, quā ego ei non feci, sed ipse eam sibi, dū in me prauaricator extitisset inuenit. Sed reuertatur & viuat, id est vitam me miserante recipiat, quā se peccate perdidit. Nulli itaque fidelium dubium esse potest, primos homines factos sic fuisse vitales, ut si in libertate animae qua immaculati creati sunt, serpentis cōtempissent seductionē mortiferā, vita fruerentur aeterna: si vero secuti essent, amitterent. Quibus propterea praedixit deus, ne verita cōtingerēt, ut quicquid victis postea cōtingisset aduersum, non praemonerēt, sed sibi inobediētibus imputarent. Nūquid enim cum delinquentibus mortē futuram praedixisset, quod futurum erat ipsum fecisse credendum est? Quid enim eam

Rom. 6. Sapient. 1. Sapient. 2. Rom. 5. Rom. 11. Exech. 18.

Gcauedam pramonuit, si eius in eorum occafu fautor est ipfe: Sed nec eis per diabolum veniens peccatibus succedere valuillet, nisi dominus iudicio iusto in vindicta ppter inobediencia permilisset. Igitur vt moriatur homines, pena peccati est: vt reuertatur ad vita, domini miserantis est. Sed ille redit ad vera vita, qui per bona conuerfationem ex gratia dei venientem, sanguine Christi sanctificatus ingreditur in regnu caelorum, & quasi reuerfus in regione suam domino placiturus, de qua peccato fuerat exulatus, gaudes & insultas morti, dicit anima sua, Couertere anima mea in requie tuam, quia dominus benefecit mihi: Quoniam eripuit anima mea de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu: Placebo domino in regione viuoru. Placebo: vnde: Quia dominus benefecit mihi. Na & peccator recipit vita, no autem redit ad vita. Reditus enim vita in regno caeloru est, quod omnis in peccatis suis, vel sine baptismo moriens no potest possidere. Recipit enim vita in corpore non moriturus, sed ita viuens in corpore, vt sit mortuus vita, vel corpore viuens semper in pena, & vita & corpore cum diabolo mortis authore danato. Vnde & dominus in Euangelio is qui ad sinistra erunt in die iudicii, id est impiis & peccatoribus: Ite, inquit, in igne eternum, quem praparauit pater meus diabolo & angelis eius. Iustis vero qui a dextris erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnu paratum vobis ab origine mundi. Et tunc illi, ait, ibunt in suppliciu eternum, iusti vero in vitam eternam. In qua vita glorificati, id est mutati de corruptione in incorruptionem, de mortalitate in immortalitatem, fulgebunt, ac cum Christo in perpetuu regnantes, insultabunt danatae morti dicentes, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Mors itaq; priuatio vita est, nomen tantu habens, no essentia: & ideo deus eius author esse dici no potest. Quicquid enim deu fecisse dicimus, habet essentiam, id est, species est. Essentia enim dicitur ab eo quod est, quae tantum de solo deo dici debet, secundum illud quod scriptum est in Exodo Moyfi: Dices eis, id est, populo: Qui est, misit me ad vos. Tame & de ceteris creaturis dici potest quod habeat essentia, sed no sicut de deo, qui initium no habet quod est, sed ex quo accipientes initiu, quod sunt esse coeperunt. Mors ergo nihil est nisi nomen recedente vita: sicuti fames, escarum defectus: sitis, egentia potus: tenebra, absentia lucis: sterilitas, defectus fructus: silentiu, vocis absentia: inopia, priuatio facultatu, & si qua sunt alia que reru priuatione nihil esse nisi nomen inueniuntur. Opinor namq; q; ideo mors hoc vocabulum accepit, eo q; morsu quodammodo venenosu serpentis, id est diaboli in paradiso Ada fuerit interemptus. Tunc enim serpens morsu decepit Ada, quando per concupiscentia mordere, hoc est, edere suauit illicita, & vt dixi, propterea mors quasi a morsu nomen accepit. Vnde & dominus in Osee propheta morti minitans dicit, Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Mors & infernus in diaboli persona dicta intelliguntur, quia p ipsum delinquenti homini accedit mors, id est priuatio vite, & per ipsum peccatores conuertuntur in infernu, tanquam in eius carcere vbi danatus est ipse. Sed quare dicitur, quaedam modum Christus deus dei filius mors extitit mortis, & morsus inferni. Sine dubio deus in suscepta carne in qua suum mors nihil habebat, vt ipse ait: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: tetratus post baptismu in deserto, eius no obediuit concupiscentiis: vbi ait, Dic lapidibus istis vt panes fiant: & cetera. Vel quod se clauoru

morsu iustus & innoces affigi passus est cruci, & ore la-
 ceae transforari. Os autem lanceae dixi, secundum quod dicitur
 Luc. 21. Et cadet in ore gladii. Et lancea utiq; gladius est. Et q; descendens in infernum velut
 in os mortis: vnde dicit in Psalmo, Non absorbeat me
 profundu, neq; vrgeat super me puteus os suum: id est
 infernus. Detineri cum fuit a diabolo impossibile. Vnde
 homine que susceperat p homine, id est carne suam,
 quae non vidit corruptione, die tertia suscitans, tanquam
 lonae ex ore ceti produxit: quia hoc fuit infernus Christo
 quod lonae cetus, dicente ipso domino suo, Sicut enim
 Mat. 21. nim lonas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:
 ita erit & filius hominis in corde terrae tribus diebus & tribus
 noctibus. Morsus ergo factus est inferni, cum se ab eo tanquam
 escam, id est carne suam suscipi passus est, quae non
 satiaretur sicut de peccatoribus, sed absorberetur, ppter
 quod dicitur est, Absorpta est mors in victoria. Sed & illud
 testimonium quod est in Amos propheta, puto propterea dictum
 esse, cum peccati populo dominus promittes futura mala
 dicit, Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi
 mandabo serpen-
 ti & mordebit eos. Quid est enim? Et si celauerint se ab
 oculis meis in fundo maris, id est etsi permanserint in
 operibus malis, auertentes se ab oculis meis, a praecipis
 scilicet spiritualibus, quia oculi dei sunt spiritus dei, qui
 legem, id est precepta dedit in fundo maris, in alitudine
 videlicet desperationis: ibi mandabo serpenti, & mordebit
 eos, ibi in eadem desperatione contemptus mandabo, potestatem
 dabo serpenti, hoc est diabolo, qui ab initio serpens est
 nominatus, & mordebit, eo t morsu utiq; diuersaru
 concupiscentiaru quo peccates occidit, mortificabit eos, sed
 morsu mortem facit. No autem mors est sicuti fera bestiae,
 vel omne genus animaliu iracundorum, quae morsu suo nonnunquam
 mortificat homines, & tamen non ipsa sunt mors, sed morsu
 insanabili morte id est priuatione faciunt vita, quaedam
 modum etiam ictus gladii, percussio lapidis, vel quicquid potest
 hominem occidere vita priuare. Illud praeterea praetermittere
 no debeo, ne forte aliquis inimicorum veritatis, qui no sit
 rationum certarum quaesitor, sed quaestionum perplexarum
 ad subuersionem audietium inuentor atq; propositor, dicat:
 Si nihil est mors nisi nomen, quaedam modum superius
 disputasti, eo q; mors Christum iustum in inferno cum iniquis
 viderit, & quia in eo peccatu no fuit, resurgente tenere non
 valuerit, vt eidem sicut ceteris peccatibus insultaret, & ideo
 victa, prostrata atq; danata est: Si ergo nihil est, videre, tenere, insultare, vel vinci,
 proferri & danari quomodo potest quod nihil est? Respondemus,
 ipsum nihil quid est, quia interdum cum nominamus, nihil, addimus,
 est: sicut est illud de Euangelio, Et sine ipso factum est nihil:
 in substantia est nomen substantia carens. Solet enim dici, vt praefatus sum, a plurimis, dum aliquid despicitur, aut p paruo aestimatur, vel
 certe quod penitus no sit, nihil est. Cu ergo dicimus, nihil, nomen
 in substantia nominamus: cum vero addimus, est, rem significamus.
 Cur ergo nomen in substantia, id est nihil, tanquam vere aliquid sit
 dicimus, addedo est? Omne enim quod dicimus est, esse aliquid
 estimamus, tamen cum aliquotiens dicimus, nihil est, pro consuetudine
 locutionis addimus, est, ad nihil: cu nomen tantu sit nihil, & no res.
 Sic & de morte pro consuetudine verbi, vel ad comparationem
 ageris dicimus: videt mors, aliquid agit, insultat, vel danata est,
 victa est, & quicquid illud est quod dici possit quia mors faciat aut
 patiatur. Cu ergo haec de morte dicantur, omnia ad authorem

Psal. 114.

Mat. 25.

1. Cor. 15.

Exod. 3.

1. al. factus.

Mors.

Osee. 13.

Ioan. 14.

Mat. 4.

Luc. 21.

Psal. 68.

Mat. 21.

1. Cor. 15.

Amos. 9.

1. al. mors, debet eos.

Ioan. 1.

1. al. substantia est, an nomen substantia carens.

Gene. 3.

1. Cor. 15.

Sap. 7.

Gene. 3.

Athorem mortis, per quem priuatio vita facta est, diabolus referuntur. Ipse enim quae ad mortem pertinet, auctor facit, dum captiuat & perimit: aut patitur, dum vincitur & damnatur. Diabolus enim natura est angelus, sed quod natura est, opus dei est: quod vero diabolus, vitio suo est, vtendo male naturae suae bono. Opera vero eius mala quae vitia dicuntur, actus sunt, non res, quae tanquam per se agere dicuntur aliquid, cum ea & per ea totum agit diabolus. Vel danata dicitur, cum ipse pro his danatur pro quibus danatur & homo, cum per liberum arbitrium his illectus tradit assensum. Et ideo haec in futuro seculo iam non erunt, quia in auctore suo diabolo damnantur, cum ille scilicet danatus in gehena vt peccet homines, amplius potestatem haec agere non habebit.

AD ARTICVLVM SECVNDVM, Liber Secundus.

Tem peccatum Ada, aiunt, nemine nocuit, nisi solum ipsum. Respondemus, Si peccatum primorum hominum solis obfuit illis, & nemini nostrum: quemadmodum quae in illos pro peccato lata est, in nos sententia pertransiuit, in quos non trahit & culpa? Nisi forte secundum vos iniustus deus, qui expertes eorum delicti, passus est nos eorum poena astringi vinculo. Haec est enim in illis post peccatum diuina sententia, postquam scilicet suasor ad praeuariandum maledictus est serpens. Mulieri autem dixit deus, Multiplicas multiplicas merores tuos, & mordetum tuum. In tristitia paries filios, & ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Et Ada dixit, Quonia audisti vocem mulieris tuae, & manducaisti de ligno de quo praeceperam tibi de hoc solo ne manducares: maledicta terra in operibus tuis. In meroribus manducabis ex illa omnibus diebus vita tuae: spinas & tribulos germinabit tibi, & edes foenum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Hac nos poena sententia colligatos, ipsa tibi humana natura totum per orbem terrarum diffusa testimonium perhibet, dum se paternis cruciatibus sanctae legis testimonio peruidet laborare. Quod qua iustitia, si haeredes parentum peccati non sumus, patimur? Si vobis solis equitas suppeditat naturalis, quia iustiora sunt iudicia vestra quam dei, inter nos & deum residetes in superbiae solio iudicate. Nullum enim hominem tam amatorem vel defensorem sui erroris, ad dei iudicia reprehendenda vel etiam refellenda diabolus potuit inuenire, nisi Pelagium & Celestium nouae legis iura tradentes. Ada igitur factus est absque peccato natura: cum vero peccauit homo, natura peccauit, & facta est natura iam peccatrix, id est vitium habes peccati, non ipsa effecta vitium vel peccatum. Post peccatum ergo homo peccator dicitur est, non homo peccatu. Peccator enim a peccado, no homo a peccado dicitur. Et ideo peccator homo genuit hominem, sine dubio peccator: quia de natura vt dixi peccato vitiosa, non nisi natura nascitur vitiosa, id est peccatrix: secundum quod ait Apostolus Paulus, Qualis terrenus, tales & terreni. Et hoc quomodo, nisi per feminis sparsione? Sed ais mihi ediuerso venies, Ergo semen peccatum est? Iam superius dixi, quia cum peccauit homo, natura peccauit, cuius sunt semina: & semine ergo vitiatum est, no vitium, sicut scriptum est, Semen enim maledictum erat ab initio. Maledictum videlicet post peccatum, quia maledicta, inquit, terra in operibus tuis.

Sed vitium trahi no potest protoplasti, neq; esse homini sine feminis effusione. Quod confirmat Apostolus dicens, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatu mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Solus autem dominus Iesus Christus absque semine ex virgine factus est homo, & expertus delicti natus est deus & homo. Audis itaque per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt: & audes dicere haeretice, Ada peccatum nulli nisi soli nocuit ipse. Et vere tunc soli nocuit, cum solus esset ipse, & Eva mulier eius. Sed i illis vnus omnes eramus, quia natura humani generis erat, sicut in nobis omnibus illi vnus sunt, quia natura eorum sumus. Sed respondentes dicitis, vt dicere consueuistis: Apostolus si voluisset intelligi quia per feminu conceptionem dicebat peccatum in omnes homines pertransisse, no per vnum hominem dixisset, sed per duos homines, quia sine femina de solo masculo homo nasci no potest. Si cordis oculos no amulistis, attendite dictum esse, la non sunt duo, sed vna caro: Et iterum, Erunt duo in carne vna. Nam ideo per vnu hominem dixit Apostolus, quia cum in viro suo mulier vna sit caro, in femine progenies imputatur. Audite adhuc & aliu sapientissimum dicentem ad vestram confusionem: Ex muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Ecce haeretice, factu est tibi satis, per duos homines in humanum genus peccatum vel morte pertransisse. Sed quid adhuc dixeris, sicut soletis dicere, noui. Peccatu, inquis, per vnum hominem in mundum intrasse, Apostolus no feminis propagatione, sed moi um imitatione dixit. Respondeo: Si peccatu moru imitatione constat, quem imitatus est diabolus vt delinqueret, dicite: qui primus inuenitur esse peccator? Quia si de Adam interrogauero, respondebitis fortitan, q; sit diabolus imitatus. Esto, Ada vt peccaret, diabolus fuisse imitatum: dicite mihi, diabolus quem imitatus sit, quia peccatum morum imitatione constare defenditis: Sed quid immoror, sciens nihil vos responsuros? Quem enim dicituri estis imitatu fuisse, cu author sui lapsus ipse sit? Ada certe peccasse nihil aliud legimus in libro Geneleos, nisi q; inobediens extitit diuinum seruare praecceptum. Cain ergo primogenitus filius eius quae sit imitatus dum fratrem occidit, homicidiu facere, vt ostendatis interrogo. Quatuor enim tunc homines fuisse legimus, Adam scilicet & Eua, ipsum Cain & Abel fratrem suum, & ex his neminem fecisse primo homicidiu inuenimus, nisi, vt dixi, Cain. Dic ergo haeretice, vnde hoc didicerit, quemve fuerit imitatus, si morum ex altero in alterum transire constat imitatione peccatum, & no est conceptione contractu? Omne enim quod imitandum est, aut videtur oculis, aut certa relatione concipitur. An excusabis homicidium non esse peccatum? Et quid ne quis? Dic iam, dic toriens interrogati dicere veritatem. Vere no morum imitatione, sed feminis sparsione constat per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum morte, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt. Ex peccatore ergo Ada genitore suo Cain primus peccatum in vtero matris contraxit: & tertius homo natus est peccator ex

Roman. 5.

Gene. 2.

Eccl. 25.

Gene. 4.

Roman. 5.

G vter o eius. Mens interna patrio peccato erat iam capti-
uata a diabolo, inde imbutus est in zelum, inde invidia
habet & luorē: inde non morum imitatione homici-
dium sed voluntate precipitatus admisit. Qui enī vnū
peccatum idem diabolus prauaricātibus primis infligit
hominib⁹, & ipse per hoc quod omnes absq; solo, vt su-
pra dictum est, Christo nascendo traxerunt, illicitē etiā
cetera, dum ei per liberum arbitriū cōsentitur, cōmit-
tit peccata. Peccatum ergo protoplasti omnes trahim⁹,
nō morū imitatione, sed seminis cōceptione, sicut scri-
ptū est: Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in
delictis peperit me mater mea. Constant etiā & imita-
tione morum peccata, imitando scilicet malos. Sed vt
quis imitetur malos, natura est vitium deprauata qua
factus est malus & malitiosus, nō natura a deo cōditus
malus. Ob hoc enim & natura filij irā, ab Apostolo iam
baptizati fuisse dicimur. Omnis enī carnaliter nascens,
natura filius irā recte dicitur: quia natura est protoplas-
ti, quæ prior in illo propter delictum iram iudicis dei
iuste suscepit. Si enim delictum eius per quod, vt dixi,
ad iram dominū prouocauit, non traheremus, nunquā
natura filij irā diceremur. Et ideo peccatū eius non so-
lum ipsum, sed omne nocuit genus humanū, cum eius
dānatione simul & culpā suscepimus. Eius enī nos vul-
neratos esse delicto, vas probat electionis cū dicit, Nō
enim est distinctio: omnes enim peccauerunt, & egent
gloria dei. Dicendo, omnes, nullum excipit, quin immo
totum declarat genus humanum. Peccauerunt enim
omnes, cum ex vno peccatore omnes nascimur pecca-
tores: Propter quod iterū idem dicit Apostolus: Nā iudicium
ex vno in cōdemnationem. Ex quo vno, nisi ex
Adā, vel eius vno peccato? In qua cōdemnatione, nisi in
culpa eius, qua ille est cōdemnatus? Quid est autem, &
egēt gloria dei: nisi gratia dei patris, per Iesum Christū
qui est gloria dei patris? Et quid est, egent: id est nemo
idoneus per se q̄ nascitur carnaliter, vel operibus meri-
torū vitam recipit perditam, nisi per dominū nostrum
Iesum Christum spiritaliter renascatur, qui venit patris
& sua sanctiq; spiritus indebita misericordia saluare &
querere quod perierat? Quid enim perierat? Nunquid
animalia irrationalia? Aut nunquid de bobus cura est
deo? Vtiq; humanū genus per peccatū, propter quod se
sponte immaculatus morti tradens atq; resurgens, gra-
tia gratuita largitā a peccato vel morte redemit.

AD ARTICVLVM TERTIVM
Liber Tertius.



Terum posse dicunt hominem per
liberum arbitrium tanquam per se
sibi sufficientem implere quod ve-
lit, vel etiam meritis operum a deo
gratiam vniciue dari. Respon-
demus, Neminem posse per se sibi,
id est per liberum arbitrium suffi-
cere implere quod velit. Recte dicimus, nisi protoplas-
tum solum potuisse, cum voluntas liberi arbitrij fuis-
set sana eidem ante culpam: Lex enim eidem in paradiso
cōstitutio non poneretur seruanda, nisi liber esset
tam velle eandem quam nolle seruare, sicut scriptum
est: Et locutus est dominus Adā, dicens: De omni ligno
quod est in paradiso, edetis: de ligno autem scientiæ
boni & mali non edetis: & cetera. Dicendo ergo do-
minus, De omni ligno quod est in paradiso edetis: ta-
liter velle permisit. Et vetando: De ligno autem scien-

tia boni & mali non edetis: huiusmodi nolle pramo-
nuit. Sed cum & velle & nolle prædocuit, cui ad vtrū-
que posse liberum donaret arbitrium, quo male vtens
incautus, dum sponte serpenti præbet suadenti consen-
sum, domini præterit præceptum, amisso possibilitatis
bono, solum arbitriū ad velle potitus est vulneratum.
Hoc ergo vulnere cuncti libero claudicamus arbitrio,
nec implere nobis naturaliter sufficit posse bonū, quia
iam, vt superius disputauit, de natura vitiata peccato, id
est, de protoplastis hominibus, quorū sumus & ipsi na-
tura, in quibus est vitiata libertas, homo voluntatis sa-
næ perfectō videlicet libertatis arbitrio quo sibi suffi-
ciat, non potest exoriri. Nam vt calcatus liberum ar-
bitriū cū possibilitatis bono, quo valeret implere quod
voluisset, Adam factum intelligas, audi quid dicit scri-
ptura sancta in libro Ecclesiastico: Deus, inquit, ab ini-
tione fecit hominem, & reliquit illum in manu cōsiliij sui,
adiecit mandata & præcepta: Si volueris mandata ser-
uare, conseruabunt te, & fidem facere beneplacitam in
perpetuum. Apposui tibi ignem & aquam, ad quod vo-
lueris porrigere manum tuam. Ante hominem est vita &
mors, bonum & malum: & quod voluerit, dabitur illi.
Quid est autem: Et reliquit illum in manu cōsiliij sui:
nisi dimisit eū in possibilitate liberi arbitrij sui? In ma-
nu enim possibilitas intelligitur. Ipsa est prima gratia
qua primus homo stare potuisset, si seruare mādāta do-
mini voluisset. Hac ergo per inobedientiam desolatus
homo, iudicio iusto factus est serpēti, id est diabolo cui
maluit obedire quam deo, captiuus. Et ideo scriptū est:
A quo enim quis superatus est, huic & seruus addictus
est. Et iterum: Omnis qui facit peccatum, seruus est pec-
cati. Quod cōfirmat Apostolus Paulus iam baptizatis
dicens: Cum effectis serui peccati, liberi fuisitis iustitiæ,
videlicet alieni eratis a iustitia. Per se ergo homo lap-
sum facere potuit, quia voluit, sed nō sicut per se lapsus
est, continuo a lapsu per se, id est per propriā voluntatē
cōsurgere valuit, nisi manu domini misericordissima,
quādo eius placuit pietati, fuisset erectus: Propter quod
scriptum est, Allevat dominus omnes qui corruunt, &
erigit omnes elisos. Quod si homo propriæ voluntatis
virtute, & nō per dominum sufficit elisus assurgere, qua M
in paradysum, de quo inobediens pulsus est, deo recon-
ciliandus redeat, ergo Christus gratis mortuus est. Et vt
quid ad sanos medicus venire voluit, vel cur se ad sal-
uandum atq; querendum quod perierat, venisse dixit,
qui secundum dogma vestrum, nihil perditum, nihil
quod sanaret, inuenit? Te igitur sancte Paule Apostole,
vas electionis, magister gētium, quæso, cur Christus in
mundum venerit dicas, vt sciamus quid hæreticis qui
aduētum eius nihil profuisse humano generi, quod per
se sibi sufficere prædicant, respōdeamus: Fidelis sermo,
inquit, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus
venit in hunc mūdum peccatores saluos facere: quorū
primus ego sum. Audi Pelagiane hæretice, pelago per-
ditionis demerse, siue Celestiane, cœlesti iudicio peri-
tute: vas electionis veritatis tuba canētem, Christus Ie-
sus venit in hunc mūdum peccatores saluos facere, quo-
rum se primum esse dicit: & conaris astruere cum præ-
dicas hominem naturaliter posse quod velit, Christū
nullum in eo vulnus quod curaret, nullā infirmitatem
inuenisse, quam gratiæ suæ gratuito medicamento san-
aret: Intantum estis in stultitiæ profundum demersi,
vt non intelligatis Christū dominum ad nostram re-
parationem, reformationem, redemptionem, reconci-
liationemque formam serui suscipere voluisse? Quid
snim

A enī opus erat deo, si status integer naturæ maneret hu-
manæ, carnem suscipere nostram, contumelias sustine-
re a Iudæis, perpeti mortem: quæ vti que omnia pro no-
stra salutē dignatus est sustinere dominus bonus & mi-
sericors pro seruis malis & impiis, liber pro captiuis, ius-
tus pro iniustis, vita p̄ mortuis, spes pro desperatis, re-
conciliatio pro offendentibus: sicut dicit Ioannes Apo-
stolus de eo: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nō
pro nostris alitem tantum, sed etiam pro totius mūdi.
Item Apostolus Petrus: Qui peccata, inquit, nostra ipse
pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mor-
tui iustitiæ viuereamus, cuius liuore sanati estis: Eratis e-
nim sicut oves errantes. Item ipse in eadē Epistola: Quia
& Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, ius-
tus pro iniustis, vt nos offerret deo mortificatos carne,
viuificatos autē spiritu. Audis electos & idoneos testes
spiritu dei loquentes, Christum propitiationem pro
peccatis mundi venisse, peccata nostra propterea pertu-
lisse in corpore suo super lignum, vt iustitiā viuere-
mus, eius liuore nos esse sanatos, qui eramus sicut oves
errantes. Audis semel pro peccatis nostris mortuum ius-
tum pro iniustis, vt nos offerret deo, id est peccato exu-
les reuocaret ad deum: & in tenebris conscientiæ tuæ
traçtans eructas nebulas, quibus lumē verum detrahe-
re conaris, & dicis posse hominē per liberum arbitriū
tāquam per se sit idoneus, implere quod velit: idem ip-
sum est enim & illud quod flagitatis voce superba: Si
volo, sanctus sum: ti volo, peccato: si nolo, nō pecco. Ni-
hil videlicet aliud astruitis ista dicendo, nisi vt superi-
am dictum est, Christus veniens nihil nobis præstitit,
nihil salutis, nihil adiutorij cōtulit: mors eius nihil pro-
fuit nobis, salus nostra naturalis est nobis. Talia prædi-
cantibus fides catholica dicit anathema: credit enim,
quod salus hominis ex deo sit Christo, cuius vulnere li-
berum nostrum curatur & reformatur arbitrium vul-
neratum, qui auersos a se gratuita gratia sua conuertit
ad se, & vt deo placeant, operibus bonis operatur in eis
& velle & posse: quorū cursum in hac vita propter fu-
turam veram vitam, misericordia praueniendo & sub-
sequendo perficit. Ipsum igitur liberum arbitrium ho-
minibus esse, certa fide credimus & prædicamus indu-
bitanter. Sed cur dicatur liberum arbitrium, est paululū
differendum. Arbitrium ab arbitrio rationali cōsi-
deratione vel discernendo quid eligat, quidve recuset,
puto quod nomen accepit: vel ideo liberum arbitrium
dictum, quod in sua positum sit potestate, habens agen-
di quod velit possibilitatem, quod est vitalis & ratio-
nalis animæ motus. Sed huiusmodi, vt ante iā dixi, fuit
in homine protoplasto, cum ante peccatū maneret il-
læsus. Non enim per aliud contraxit offensam, nisi per
id quod potuit ne delinqueret resistere suadenti. Per velle
ergo malum recte perdidit posse bonum, qui per
posse bonum, potuit vincere velle malum. Quem iuste
deus iam delicto captiuum voluntati deprauatæ dimi-
sit, vt hæc eidem esset pœna in non faciendo quod ve-
lit, vt hæc eidem esset pœna in non faciendo quod ve-
lit, qui semper si deo fuisset obediens, sufficere potuisset
ad omne bonum quod voluisset. Malum itaq; velle nō
ex naturæ suæ conditione bona habuit, tanquā ex con-
genito malo, vt Manichæus credit: sed ex accidēti de-
siderio prauo concepit, videlicet cum vt iam superius
dixi, ad manducandū vetitum lignum, quod nolle de-
buit, assensum serpenti, id est diabolo præbuit: quod tā-
quam a radice vitiata omnis est illa orta humana pro-
pago contraxit, absq; solo Christo, qui aduentu spiritus
sancti nō humano semine ex carne virginis factus est

caro. Per peccatum ergo, liberum arbitrium hominis D
possibilitatis bonum perdidit, nō nomen & rationem.
Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus,
habens quidem iudicium rationis, non per quod sit i-
doneum quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoa-
re, aut certe peragere: sed tantum in operibus vitæ præ-
sentis, tam bonis quam etiam malis. Bonis dico quæ de
bono naturæ oriūtur: id est, velle laborare in agro, vel-
le manducare & bibere, velle habere amicum, velle ha-
bere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle
ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum re-
rum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentē per-
tinet vitam; quæ omnia non sine gubernaculo diuino
subsistunt, immo ex ipso & per ipsum sunt, vel esse cœ-
perūt. Malis vero dico, vt est velle idolum colere, vel-
le homicidium, velle adulteriū facere, res alienas vel-
le diripere, deum viuentem in secula blasphemare, vel-
le turpiter viuere, velle maleficia discere, velle inebria-
ri & luxuriose viuere, velle quicquid non licet vel non
expedit operari. Sed ista non pertinent ad substantiam
vitæ præsentis, quia nō sunt a deo, immo male deside-
rata maculāt vitam quæ est a deo. Ista sunt zizanias ani-
mæ: carnalq; quæ inimicus homo, id est, diabolus dor-
mitante Adam, dei videlicet præceptū nō conseruante,
in liberum seminavit arbitrium, in quibus procliuor &
paratior est quam in prosperis vulnerata & deprauata
volūtās. Ista sunt diaboli opera, quæ Christus dei patris
verbū, quod est gladius bisacutus, in hūc mundum ven-
niēs, ex virgine natus, de credentiū libero arbitrio gra-
tuita sua gratia amputat, idoneam in eisdem ad creden-
dum preparās voluntatem, per quam possint tam dei
patris quam suam sanctiq; spiritus iustam peragere vo-
luntatem. Nam ea esse opera diaboli & per Christū tol-
li, dilectus Christi Ioānes Apostolus probat in episto-
la sua dicens, Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniā
ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt
dissoluat opera diaboli. Itē Apostolus Petrus in actibus
Apostolorum inter cetera de Christo ait, Qui pertrāsi-
uit benefaciendo & sanādo omnes oppressos a diabo-
lo, quoniā deus erat in illo. Itē Apostolus Paulus ad He-
bræos, Qui cum sit, inquit, splendor gloriæ & figura sub-
stantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purga-
tionem peccatorum faciens sedet ad dexteram patris.
Item in eadem epistola, Si enim sanguis hircorū & tau-
rorū & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad
emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi,
qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immacu-
latum deo, emundauit cōscientiam nostram ab operi-
bus mortuis ad seruandū deo viuētī: Perge adhuc hæ-
retice, & tantis doctoribus veritatis resistens, dic liberū
arbitrium sic ex Adam susceptum, vt medicina Christi
nō indigens, per se sibi sufficiat implere quod velit. Au-
dis dei filiū apparuisse, vt opera dissolueret diaboli. Au-
dis ideo eum pertransisse, vt benefaciendo sanaret om-
nes oppressos a diabolo. Audis verbo virtutis suæ pur-
gationem peccatorum fecisse. Audis sanguinem suum
offerendo se immaculatam hostiam deo, mundasse cō-
scientiam nostram ab operibus mortuis ad seruandū
deo viuētī: & gratiæ eius ingratus existens, sanū te na-
turaliter putas liberum arbitriū possidere? Si sanus est
homo vt Adā a deo primum fuerat institutus: & vt ais,
nullum vitium postea ex illo delinquēte contraxit ex-
ortus, interrogo de quo dei filius apparēs opera dissol-
uit diaboli, quem pertrāseundo & benefaciendo sana-
uit oppressum a diabolo: In quo purgationē peccato-

Psal. 50.

Ephes. 2.

Rom. 3.

Roman. 5.

Luca. 19.

1. Cor. 9.

Gene. 2.

Ecclesi. 15.

2. Petri. 2.

Ioan. 8.

Roman. 6.

Psal. 144.

Galat. 2.

1. Timot. 4.

Liberū ar-
bitrium
quid.

rum fecit: Cuius emundavit conscientiam ab operibus mortuis ad servendum deo viventi: Nisi forte falsa hæc Apostolos qui sunt in Ecclesia catholica clarissima lumina, prædicasse dicatis, experimentum videlicet quærentes eius qui in eis locutus est Christus. Quid enim orbatu lumine veritatis non dicere presumat, qui nec legi dei, nec Prophetis, vel Evangelio Christi, eiusque Apostolis spiritu dei canentibus credere vultis, peccato primi hominis humanum genus mortale factum, cæterisque libero arbitrio depravato obnoxio subiacere peccatis, dei quoque filium ad hoc salvandum, reparandum, ac vivificandum venisse in similitudine carnis peccati, sustinuisse mori, resurrexisse à mortuis: Igitur cum de libero arbitrio agimur, non de parte hominis agimus, sed de toto, quia cum peccavit homo primus, non in parte aliqua, sed tota qua conditus est natura deliquit. Nūquid enim interdum cum tantum animam nominamus, corpus aut spiritum separamus ab anima: aut cum spiritu dicimus, animam separamus & corpus à spiritu: vel cum corpus appellamus, se iungimus spiritum animamque à corpore: Vitiato ergo libero arbitrio, totus homo est vitiatus, per quod absque adiutorio gratiæ quod deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Prævenitur autem medicina, id est Christi gratia, ut sanetur & reparatur in eodem vitiata, atque præparatur voluntas, quæ semper indigens adiutorio, illuminante gratia salvatoris possit tam deum cognoscere, quam secūndum eius vivere voluntatem. Cum enim dicit per Prophetam dominus, Et dabo in vos cor novum & spiritum novum: quid aliud significat, nisi voluntates hominum lapsas prævaricatione veteris hominis, per Christum novum hominem reparari, & præparari ad dei voluntatem, sicut scriptum est, Præparatur voluntas à domino: Iterum Apostolus Paulus, Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate: ea vti que est in eis ut dixi, à domino tam reparata quam præparata, ut esset bona: in qua se iā fidelis homo cognoscens illuminatum, ut ad dei semper sit paratior voluntatem, securus clamat ad eum dicens, Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Et, Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et, Notam fac mihi domine viam in qua ambulem. Et, Domine ad te cōfugi, doce me facere voluntatē tuam, quia tu es deus meus. Quod si vox ista iam credentis nō est, quomodo inuocabunt in quem nō crediderunt: Non ergo homo voluntate sua adhuc in vitio liberi arbitrii claudicāte, prævenit deum ut cognoscat, & quærat eam gratiam tãquam pro meritis accepturus: sed præcedit ut iam dixi, misericordissima gratia sua deus hominis ignorantis & nondum se quærentis voluntatem liberi arbitrii, ut eum se scire & quærere faciat, sicut dixit Ioannes Apostolus in epistola sua: Scimus, quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verū deū, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Et David in psalmo, Deus meus misericordia ei præveniet me. Et, Deus tu cōvertens vivificabis nos. Et dominus in Evangelio discipulis suis, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Item Ioānes Apostolus: In hoc, inquit, apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Nullum autem esse hominis meritum in accipienda gratia ad sa-

lute m, Paulus Apostolus docet, scribens ad Ephesios: K Deus autem, ait, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Propter nimiam ait charitatē suam qua dilexit nos, non propter nostram, quasi priores dilexerimus eum, cum essemus mortui peccatis: Item post pusillum in eadē epistola: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Item ad Timotheum, Noli itaque erubescere testimoniū domini nostri, neque me vincitum eius, sed collabora Euāgelio secundū virtutē dei, qui nos liberavit & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Audis ante tempora secularia, quando in dei erat homo præscientia, & non in seculo, quia nondum erat seculum: & præponis dono eius opera voluntaria, cæcus veritatis resistens. Quæres enim tuam iustitiam statuere, iustitiæ dei subiectus esse non potes. Item ad Titum: Cum autem benignitas, inquit, & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quæ res fudit in nos abunde per Iesum Christum. Quid ad hæc hæretice adhuc respondebis: Quid inimicē gratiæ dei adhuc contra gratiam tanto magistro gentiū teste, quod nullis hominum meritis detur, excogitabis opponere: Rogo, quid conamini resistere vera prædicati tam excellenti doctore, qui non de se in se, sed ex deo coram deo in Christo Euāgelium prædicans loquitur, id est in simplicitate & sinceritate dei, & non in sapientia carnali: Nam quod vera annunciat, audite eū attestantē, & nolite esse increduli, sed fideles: Deus, ait, & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Et iterum: Veritatem dico in Christo Iesu, nō mentior, testimonium mihi perhibente cōscientia mea in spiritu sancto. Item: Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Audistis, non mentior, & tanquam mentientē redarguitis, cum ex vestro dogmate peruerso, quod ille non ita esse prædicat, meritis hominum gratiam dari annunciat. Immo videte, quia non tantum Paulum, sed & Christum in eo loquentem redarguitis. Sed respondens mihi inquit: Si nō vnusquisq; p sua volūtate qua nos dicimus cum inquisisse deum, accipit gratiam, sed præuenit voluntatem eius sua gratia, qua in eum credere possit: cur nō hoc ergo in omnibus operatur? An personarum acceptor est deus: Si gratiæ illuminatione sensus tuus hæretice tenebris insipientiæ esset exutus, crederes tantum testimoniis diuinis quæ ante iam dixi, vel quæ non dixi, & in sanctis scripturis reperiuntur innumerabilia, deum nullis meritis hominum gratiam suam dare, per quam se eis ostendat ad credendum & seruendum sibi: & non quæres immo nō discutes, deus quare id non in omnibus operetur, qui bene & iuste semper omnia quæcunque vult operatur, & voluntati eius nemo resistit: propter quod omnia quæcūq; voluit, fecit. Ideo cur hoc illi operetur, illi nō operetur, metuentem me & tremementem iudicia eius inscrutabilia & incōprehensibilia, nolo interroges: quia qd lego, credo & veneror, nō autē discutio. Quis est enī homo qui respōdeat deo? Nūquid dicit figmentū ei qui se finxit, quare me sic fecisti: Habet enim potestatem sigulus lutī, ex eadem massa aliud

A aliud quidem vas facere in honorem, aliud in cōtume- liam. Sed interroga eum qui dixit: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum: Et, Non omnes capiūt verbū, nisi quibus datum est. Et, Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum: cæteris autem nō est datum. Et, Nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et, Sicut pater suscitauit mortuos & viuificat: sic & filius suscitauit mortuos, & viuificat: quos vult. Et, quia spiritus ubi vult spirat: Et, quia nō potest homo à se facere quicquā nisi datum fuerit illi desuper. Itē interroga eum qui dixit: Vobis donatū est pro Christo nō solum ut in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiāmini. Et, Non volentis neq; currētis, sed miserentis est dei: &, Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Et quia spiritus sanctus dona charismatum suorum diuidit singulis prout vult, non prout volūt. Et quibus voluerit, nō qui voluerint notas fecit deus diuitias gloriæ sacramēti sui. Ista sunt vnuer sæ viæ domini inuestigabiles, misericordia & veritas: quas si scire quæris, Paulū interroga, & respondebit tibi dicens: Altum sapere noli, sed time: quia quis cognouit sensum domini: quis instruxit eum: aut quis cōsiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei: Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula. Interroga etiam David, & dicit tibi: Quis sapiēs & intelligit hæc: Aut quis loquetur potētias domini, auditas faciet omnes laudes eius: Ista igitur cū facit deus incōprehensibilis & inuestigabilis atq; inenarrabilis, nō personarū acceptio facit, nec iniustus iudicio, sed plane iusto altoq; secreto: quia hæc est fides catholica, quam si sequi velis, non eris de iudiciis dei incōprehensibilibus curiosus & cōtentiosus, sed eris cum catholicis humilis & mansuetus. Non vt dicas deo, interrogando, quæ est voluntas tua: sed tremendo, fiat voluntas tua, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia. Modo enim quia iudicia dei in operibus eius ab homine narrari nō possunt, ideo iniustus est deus: Immo iustus est & incōprehensibilis iudicio iustitiæ suæ, & irreprehensibilis operatione volūtatis suæ. Taceat reprehensibilis mendax & iniustus homo, vt faciat irreprehensibilis verax & iustus deus quæcūq; voluerit. Si tantum attendas ad peccatum primorum hominum, quo massa humani generis damnari meruit, quia secūndum testimoniū Pauli Apostoli, ex quo vno omnes transierunt in condemnationē, poteris cognoscere iudicia dei esse iustissima. Inde est enim malum meritū in hominibus, tam in paruulis q̄ in maioribus præcedens iudicia dei, vt iusto eius iudicio puniantur. Quare autem in hoc, vt dixi, malo merito præcedenti, nō omnes puniuntur, aut cur inde non omnes saluantur: ego seruies domino in timore & exultans cum tremore misericordiæ ei & iudicium cantabo: quia iudicium facit præcedente causa: salutem vero donat ac misericordiā, præueniendo malam causam. Res igitur eius sumus. Oculis tuis hæretice, vt quid nequam est: habet potestatem paterfamilias iustus & misericors de re sua facere quod vult: de reo mortis, iudicis est quam vult: ferre sententiam. Audi tamē adhuc calcatus, vt ad propositū superioris disputationis reuertamur, quia homo voluerat libero arbitrio per Adā peccatum, sine gratia dei, id est per se solum sanare se nō potest, nec sponte ad paradysum reuertenti, sanctorum numero sociandus, nec cum gratiam meritis vllis accipere, sed totū sua misericordia deum peragere. Homo quidam, ait dominus in euāgelio, descendebat ab Hierusalē in Hierico, & incidit in latro-

nes, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierūt, semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præteriuit. Similiter & leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidā iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius, in fundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam eius habet, & quodcūq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Homo iste quidam ipse est genus humanum, descendēs ab Hierusalē in Hiericho, id est de paradiso in hunc mundum. Hierusalem enim hebraice dicitur, latine autē visio pacis interpretatur. Recte ergo in visione pacis paradysum dicimus. Ante enim q̄ peccaret homo, in visione pacis erat, hoc est in paradiso, ubi quicquid videbat, pax erat & læticia. Inde descendēs, id est humiliatus & miser factus per peccatum, in Hiericho in mundū videlicet. Hiericho enim in qua mundus ponitur, luna interpretatur: quia sicut luna oritur & occidit, ita & mundus cum in eo orta occidant, & iterum oriuntur, incidit in latrones, id est in diabolo & angelos eius. Per inobedientiam enim, vt sape dictum est, primi hominis, diabolus humanum genus despoliavit & vulnerauit, morū scilicet ornamentis, & bono possibilitatis liberi arbitrii perditio. In illo enim peccate plagam fecit, in nos vero plagas, cum per vnum illius peccatum quod nascentes trahimus, superaddimus multa peccata. Quid est autem, relicto eo semiuiuo abierunt: Recte dictus est semiuiuus: habebat enim vitalem motum, id est liberum arbitrium vulneratū, quod ei solum ad æternā vitam quam perdiderat, redire non sufficiebat. ideo & semiuiuus dicitur. Iacebat ergo humanū genus vulneratū in mundo. Sed cur iacebat, dicite, si per se surgere poterat vel sanari, nulli indigēs adiutorio: Sed iacebat vulneratus, quia vires ei propriæ ad surgendum quo ad sanandum se, medicum, id est deum requirere nō sufficiebat. Descendēs sacerdos eadem via cum videret illum, præteriuit. Similiter & leuita cū videret eum, pertransiit. In his duobus, id est sacerdote & leuita, duo tempora intelliguntur, legis scilicet & prophetarum. In sacerdote lex, per quā sacerdotium & sacrificia instituta sunt. In leuita vaticinium prophetarū, quorū temporibus omne humanum genus sanari nō potuit: F quia regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui nō peccauerūt in similitudine prævaricationis Adæ, qui est forma futuri, id est etiā in omnibus sanctis & in paruulis, qui prævaricati non sunt sicut Adam: & tamen propter peccatum prævaricationis, quod nascentes ex eo traxerunt, tanquam chirographo paterno cōstricti, stipendium peccati moriendo soluerūt. Stipendium est enim peccati mors: Et quia per legē cognitio peccati, nō abolitio. Lex enim iubet vt cognoscat se homo peccatorem esse, quod antea ignorabat, non peccatum tollit: ideo & Apostolus, Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Lex itaq; nihil ad perfectum adduxit: quia si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed cōcluit scriptura omnia sub peccato, vt pmissio ex fide Iesu Christi qui omnia peccata tollit, daretur creditibus. Plenitudo enim legis & prophetarum Christus, qui venit non soluere legē & Prophetas, sed adimplere. Sacerdote ergo & leuita prætereuntibus, iter faciens Sa-

2. Cor. 13.
Ezech. 36.
Philipp. 2.
Psal. 50.
Psal. 118.
Psal. 142.
Roma. 10.
1. Ioan. 5.
Psal. 58.
Psal. 84.
Ioan. 15.
1. Ioan. 4.

1. Ioan. 6.
Matth. 19.
Matth. 23.
Matth. 27.
1. Ioan. 5.
Ioan. 3.
Ioan. 16.
Philipp. 1.
Roma. 9.
1. Cor. 12.
Roma. 10.
Roma. 11.
Psal. 106.
Psal. 105.
Matth. 6.
Psal. 61.
Roma. 5.
Luc. 10.

Roma. 9.

Roma. 3.
Roma. 6.
Roma. 7.
Exod. 20.
Galat. 2.
Galat. 3.
Matth. 5.

G maritanus venit secus eum. Samaritanus iste, ipse est saluator Christus, quia Samaritanus custos interpretatur, cui recte dicimus, Custodi me domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. Quid est autē, venit secus eum? Id est, venit in similitudine carnis peccati, non vt ille qui latebat in carne peccati, sed secus eum, quia in similitudine. Et videns eum misericordia motus est: videns eum, quid iacentem. Nūquid surgentē & currentem? Et ideo misericordia motus est, quia in eo quo curari dignus esset, meritum nullum inuenit. Et approprias alligauit vulnera eius. Quid est, alligauit vulnera eius? Sicut scriptum est. Qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: de peccato scilicet damnauit peccatum in carne. Infundens oleum & vinum, hoc est chrisma sanctum & sanguinem suum. Et imposuit illum in iumentū suum, in adiutorium videlicet gratiē incarnationis suę, quia sicut scriptum est, Hic peccata nostra portauit, & pro nobis doluit. Et duxit in stabulum, scilicet donans ei fidem ad credendum in se. Duxit in Ecclesiam suam, quę omnibus ambulanti- bus in via fidei, tanquam stabulum patet ad succedendum. Et altera die, quasi tēpore alio post resurrectionē H vtique & ascensionem suam, protulit duos denarios: duo videlicet, vetus & nouum testamenta, in quibus vnum numisma dei regis est. Et dedit stabulario, Paulo apostolo, qui est vas electionis, cui sollicitudo est omnium ecclesiarum. Et ait, Curam eius habe, id est, quę ad fidem meam pertinet, quomodo eū oporteat ad plenam sanitatem peruenire, doce illum. Et quodcumq; supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si quid ergo super euāgelium meum, tāquam misericordiam meam consecutus vt esses fidelis, ad eius utilitatem sapueris, dum rediero iudicaturus mūdum & vnicuiq; redditurus secundum opera sua, reddam tibi. Quid est autē quod super legē & euāgelium plus Paulus erogauit? Illud quod puto ipse ait ad Corinthios, De virginibus autem præceptum domini nō habeo, cōsiliū autem do tanquam misericordiam consecutus à domino vt sim fidelis. vel illud etiam vbi de coniugibus ait, Nam ceteris ego dico, non dominus, &c. Ista interim iam à maioribus Ecclesię catholicę tractatoribus dicta vel exposita sunt: sed tunc à nobis limes fidei sanctę defenditur, quādo termini quos posuerunt sancti patres, non transferuntur à nobis, imō obseruantur & defensantur. Ecce quę admodum curatur hominis liberum arbitrium vulneratum. A die ergo aduentus sui dominus, quo venit sanare vulneratum iacentem, vsq; ad diem reditus sui, quo iudicaturus est mūdum, stabulario curā habere iubet sibi traditi fauciati: significās quod à die quo datur hominī à deo per motū misericordię eius, non per meritū quod in vulnerato non inuenitur vt sanctur, vsq; ad diem assumptionis eius, nisi sub cura gratię fuerit, ad perfectū peruenire nō posse, sicut stabularius eius Paulus docet, scribēs ad Philippenses, Considerans hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Item Petrus Apostolus in Epistola sua prima, Deus autem omnis gratię, inquit, qui vocauit nos in æternam gloriam suam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, cōfirmabit solidabitq; ipsi gloria & imperium in secula seculorū amen. Quid etiam aliud ostenditur & in oue illa perditā ex centum ouibus, nisi liberum arbitriū possibilitatis boni vicio primi hominis perditū à iustorum errasse consortio: nec per se ad cohortem, id est ad paradysum de quo exiuit, fidelium numero refociandū posse reuerti, nisi indebita gratia sua,

vtique voluntate sua, bonus pastor Christus, qui pro nobis animam suam posuit, de deserto errātem, hoc est de isto mundo in quo homo diuini præcepti desertor exulans est, & errat libero arbitrio in operibus diaboli, humeris suis superimpositum, in adiutorium scilicet fidei & charitatis suę reuocauerit: Hoc enim, vt dixi, ipse dominus probat, cum in parabola volēs hominem intelligi, ouem dicit errasse, quę nō spōte redierit, sed à pastore requisita ad ouile propriū eius sit humeris reportata. Vel cum vulneratū à latronibus, nō proprio gressu, sed iumento superimpositum ad stabulum dicit esse delatum, quod magister ille gentium gratia fidei illuminante videns, de se præsumptibus dicit, Igitur non volentis, neque currentis, sed misericordis est dei. Sed ais mihi, Si nō volentis neq; currentis est inuenire deum, quomodo scriptum est in Psalmis, Et ex voluntate mea confitebor illi: & iterum in Apostolo, cū in figura vasorum de peccatoribus dicit, Si quis ergo emūdauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatū & vtile domino ad omne opus bonum semper paratum? Accipe fidei rationem. Alia causa est adhuc non credentis in deo, alia iam credentis. De non credentē, id est adhuc deū ignorāte, vt cognoscat & credat in quo opera bona nulla sunt, dictum est, Non volentis neq; currentis, sed misericordis est dei: quia in vanitate sensus atq; in tenebris obscuratum habēs intellectum liberi arbitrii, lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, videre non potest, nisi deus propter suam misericordiā, qui dixit de tenebris lumē splendescere, illuxerit in corde eius, ad illuminationem sciētīę claritatis dei in facie Christi Iesu, vt ablato velamine, id est nebula peccati de corde eius, cōuerti possit ad dominum, qui spiritus est. Cum autem acceperit spiritum domini, erit in eo libertas ad capeſſenda domini præcepta, quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Habet autē thesaurum istum in vase fictili, in corpore videlicet sub terreno, vt sublimitas sit virtutis dei, & nō ex ipso, & ideo nō volentis, neq; currentis, sed misericordis est dei. Fit hoc etiam multisq; modis & in his qui iam deo seruiunt, cum gratia eius misericordie subito ad ea perueniunt bona quę non voluerunt, neque cucurrerunt. Iam vero credētis, id est illuminati atque reparati in libero arbitrio per gratuitam gratiā saluatoris vox est, Et ex voluntate mea confitebor illi. Sed vt possit eidem confiteri, nō in se, sed gloriatur in domino, cū dicit, Dominus adiutor meus & protector meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & restoruit caro mea propterea sequitur, Et ex voluntate mea confitebor illi. Sua est vtique omnis voluntas bona, cum in eo per Christum vt esset bona, de lapsu est reparata. Quapropter quicquid vult bonū, quicquid potest, à domino est: quia sine me, ait dominus in Euangelio discipulis suis, nihil potestis facere. Item in eodem Euangelio, id est secundum Ioannem, Nō potest homo à se facere quicquam, nisi datum fuerit illi de super. Item Apostolus Paulus ad Corinthios, Fiduciam autē talem, inquit, habemus per Christum ad deum, nō quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est: qui & idoneus nos fecit ministros noui testamenti, nō litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Ita ergo & illud est quod dicit Apostolus, Si quis ergo mūdauerit se ab istis, erit vas sanctificatum in honore & vtile domino ad omne opus bonum paratum. Cum enim deliquerit iam redemptus, per gratiā baptismi propria voluntate,

A iuntate, & in peccatis suis permanens, ex hoc migrabit mundo, efficitur vas lignum, quod facile deuorabitur ab igne gehennæ: aut certe fictile, quod comminui possit virga recta, virga regni Christi, id est iudicio æquitatis eius, quem, sicut dicit Apostolus, benignitas dei saluandum ad pœnitentiam adduxerit, secundum quod item ad Timotheum dicit, Ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, & cibauerit eum pane lachrymarum, potumque dederit ei in lachrymis & mensura, emundat se ab huiusmodi vasis, quia cum dei misericordia se præueniente, agit & ipse satis per liberū arbitrium vt emundetur. Solo autem voluntate sua si præsumat, mundari nō potest, immo nec ex corde pœnitere compellitur, quia Petrum nisi dominus respexisset, nunquā pœnitentia motus amarē fleuisset. Pœnitentia ergo res est optima & perfecta, quę defectos reuocat ad perfectū. Sed omne datum optimum, Iacobus inquit Apostolus, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. Oportet ergo ea orare pœnitentem, quę ad eius mūdationem expediunt. Quod vt faciat, vnde sit audi. Similiter autem ait Paulus Apostolus, Et spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescim, sed ipse spiritus postulat pro nobis: id est spiritus postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Est igitur liberum arbitriū, quod quisquis esse negauerit, catholicus non est: Et quisquis sic esse dixerit, quod sine deo bonum opus, id est quod ad eius sanctū propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, catholicus est. Quibus enim dicitur in Psalmis, nisi liberum arbitrium habentibus, Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos: Item à domino in Enagelio discipulis, Omnis qui audit verba mea hæc, & faciet ea: Et itē, Vos amici mei estis, si feceritis quę ego mando vobis. Et ab Apostolo Corinthiis, Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nunc vero & facto perficite, vt quę admodum prōptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi. Et multa alia quę tam in veteri quā in nouo testamento continentur, quę nimis propter fastidiū lectionis longum est enarrare. Quomodo autem vnicuique secundum sua opera redderetur in die iudicii, nisi liberum esset arbitrium: Et ideo nō est personarū acceptio apud deum. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. In omni itaq; opere sancto prior est voluntas dei, posterior liberi arbitrii: id est, operatur deus, cooperatur homo. Quod si dicas, vt dicere cōsueſtis, quia ego prior volui, deus voluit: iam meritum facis, vt gratia ex operibus iam nō sit gratia, sed merces. Hoc loco redarguit te Apostolus, dicens, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam nō est gratia. Gratia igitur donatur, non redditur: quia si redderetur quæ ex debito, non ab Apostolo ex gratia, sed ex operibus diceretur. Omnis ergo Christianus cui iam donatum est posse per gratiam vt dei faciat voluntatem, abundare debet in operibus bonis, quia labor eius non erit inanis in domino: sic tamen vt nō in se, sed semper in domino gloriatur, cuius vt dixi gratia eruditur abnegare impietatem & secularia desideria, vt sobrie, iuste & pie viuere possit in hoc seculo: sicut dicit Apostolus scribens ad Titum, Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudies nos, vt abne-

gantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorię dei magni, & saluatoris nostri domini Iesu Christi. Nemo sit segnīs & remissus ad seruiendum deo, nec sic de gratia cōfidat, tanquam deus liberi arbitrii eius, quod per mortem filij sui reparauit & sibi preparauit, opera nō requirat, immo declinet à malo & faciat bonum. Vigilet, quærat, petat, pulset, cōtendat vincere seculum, deo placere sic, vt dum per mūdi pelagus currit, quemadmodū sepe dictum est, ancoram gratię ceruicibus reuinctam fiducia liberi arbitrii non soluat: quia siue in prospero cursu ne extollatur, siue in tempestate tērationum ne mergatur, eius gubernaculo, quoadusque ad portum paradisi perueniat, poterit permanere securus: & cum impleuerit cursum, fidenter dicat cum Apostolo Paulo, Bonum certantē certare, cursum consummaui, fidem seruauī. Hęc enim ille cum diceret, nō in se, sed in domino gloriabatur. Ipse enim dixit, Vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Quomodo enim potuit bonum certantē certare, rursus consummare, fidem seruare, ante iam dixerat, Non ego autem, sed gratia dei mecum. Amputauit autē omnem humanam gloriam, & dedit soli deo, cum iterū dicit, Vt non simus fidētes in nobis, sed in deo qui suscitāt mortuos. Et iterum, Gratia autem dei sum id quod sum. Recte nanque arbitror comparari liberum arbitrium iumento: vnde & dictum est, Velut iumentum factus sum apud te, gratiam vero sessori: quia sicut iumentum animal viuacissimum vt dometur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domātis se ad eius proficere voluntatem ita & liberum arbitrium quod vulneratū viuūt in homine, gratia dei apprehēditur de armento luxurię seculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas voluntates. Pastorem diabolum dixi secundum Zachariā Prophetā, de eo dicentem, O pastor & idolum. Apprehēditur ergo gratia, vt dixi, ad domandum liberum arbitrium, vt & malę conuersationis deposita feritate humilietur, & vt ad obediendum in opus domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curā incipiat in dei proficere voluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, sessoris manū regitur, vt iter rectum siue leniter seu cursim, secundum sedentis in se voluntatem possit incedere quoadusque ad locum perueniat destinatum: ita & liberū arbitrium dum in via, id est, in Christo, quia ipse ait, Ego sum via, veritas & vita, cœperit esse, gratię regimine regitur, vt in semitis domini recto corde, siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, id est, secundum diuisiones gratiarum spiritus, qui per gratiam diuidit singulis prout vult, possit ambulare quoadusque ad promissum regnum celorū perueniat: ideo & in Psalmis ait, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et vt illud cum aliquoties sub sessorē pastum largioribus cibus incumbens freno, cursu extollitur, sessoris flagello caditur, vt secundū eius ambulet voluntatem: similiter & liberum arbitrium dum homo gratię dei immemor in prosperis efficitur, & tāquam de sui possibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in variis tribulationibus & afflictionibus paululum subiugatur, vt humiliatis homo in sua humilitate ad gratię recurrat auxiliū: Sicut ergo homo sedens in iumento, cum peregerit iter quod incessit, dicit, Feci hodie vt putā triginta miliaria, cum illo sedente iumentum cucurrerit triginta miliaria, sed nō ea cucurrisset nisi à sessorē tam directum in via

Quam gubernatū fuisse. Recte ergo sessor quem gratia figurat dicit, feci triginta miliaria. Ipse enim fecit qui iumentum facere fecit, & tamen vtriusque labor itineris imputatur. ita & gratia & liberum arbitrium peragitur sine dubio iter fidei liberum, dum dei Christianus facit præcepta, sed nō vt supra dixi, sine gratia dirigente vel gubernate: propter quod dicitur in Psalmis, Dirige in conspectu tuo viam meam: & a domino gressus hominis diriguntur. Itaque nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam: nec liberum arbitrium sine gratia: Et tamen paruulos sine vsu liberi arbitrij facit gratia habere beatam & perpetuam æternamque vitam. Eos autem qui iam rationis capaces sunt preuenit atque docet, vt bonum velint & possint. Scriptum est enim in Actibus Apostolorū, Et aperuit deus cor Lydiæ purpurariæ, vt audiret ea quæ dicebantur a Paulo. Item in Euangelio post resurrectionem de duobus euntibus in via, Tunc illis, inquit, aperuit sensum vt intelligerent scripturas: & in Psalmis, Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Et in Propheta Ezechiele dominus, Et faciam, ait, vt faciatis voluntatē meam, & in præceptis meis ambuletis. **H**is. **D**ono igitur gratiæ dei patris & Christi ei, sanctiq; spiritus, iustus qui fuerunt ante legem vel sub lege, tam electos quam gubernatos fuisse, ex multis testimoniis accipe pauca in libro Genesis, [Noë autem, ait, inuenit gratiam ante dominum deum: Statimque sequitur,] Noë homo iustus & consummatus erat in genere suo & placuit deo. Nota igitur post inuentam gratiam, deo donante iustum & consummatum dictum esse & placuisse deo, non ante gratiam. Saluandum ergo per electionem gratiæ assumpsit eum a cōsortio iniquorum, quibus iuste iratus inducturus erat diluuium deus, nō actu meritorum, cum in Adæ præuocatione natus sit reus: aqua enim diluuij baptisimus illi fuit, & arca Ecclesiastice. Non solum autem illi fuit, sed & vxori eius & filiis & mulieribus secum in reparationem hominum conseruatis: licet hanc illi salutis fuisse fidem per gratiam habenti præputium, quæ nunc est per Christum in præputio gentiū, quia & ille & nos gratia salui facti sumus, vt dicit Apostolus, non ex operibus, ne quis gloriatur. Item illic dominus ad Abraham, Noli timere Abraham, Ego protegā te, & merces tua magna erit nimis. **P**rotegam te, gratia vtique mea: quia priusquam me inuocares, vocaui te vt exires de terra & cognatione tua & inuocares me. Ideo & ipse Abraham ad dominum cum ei apparuisset ad illicem Mambra, Domine, ait, si inueni gratiam ante te, ne transeas puerum tuum: & c. Per gratiam ergo quæ nō est ex operibus, dictum est ei, Merces tua magna erit nimis: quia nemo prior dedit deo & retribuetur ei: quod cōfirmat Apostolus dicens, Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrū secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Item in Genesis de Ioseph cum venditus esset Phutiphar spadoni, Vidit autem dominus eius, inquit, quod esset dominus cum eo, & quia quæcunque faciebat, dominus prosperabat in manibus eius, & inuenit Ioseph gratiam ante dominum suum. Nō: ex se habuit, sed inuenit: domino vni donante, qui erat cum eo & prosperabat opera eius, & somniorum interpretatione ei donauerat. Item cum, nullus esset in carcerem, ait scriptura, Et erat dominus cum Ioseph, & perfudit eum misericordia, & dedit ei gratiā ante principem carceris. De qua gratia nō in se gloriabatur, sed in domino, cuius donum esse

sciebat, cum dicit Pharaoni de interpretando somnio K eius, Sine deo nō respōdebitur salutare Pharaoni. item *Gene. 41. in Exodo*, Dominus autem dedit gratiam populo cō- *Exodi 12.* ram Aegyptiis, & accommodauerunt illis, & prædati sunt Aegyptios. Quomodo enim eis dedissent quos odio habebant, vasa sua aurea & argentea vel vestē, nisi donum gratiæ fuisset? Item in eodem libro Moyses ad dominum, Ecce tu mihi dicis, inquit, Deduc populum meum hunc, tu autem non demonstrasti mihi quem simul dimittas mecum, & dixisti mihi, Scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. Nunc ergo si inueni gratiā in conspectu tuo: ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te, & sim inueniens gratiam apud te, vt sciam quia populus tuus & gens hæc habeat gratiam apud deum. sed ex deo, non ex se. denique cum dicit, Si inueni gratiam in conspectu tuo, inuenisse se non habuisse gloriatur. Et cum dicit, ostēde mihi temetipsum manifeste, vt videam te, vt sim inueniens gratiam ante te: quid aliud indicat, nisi vt dum te video manifeste, cognoscam nō mei fuisse meriti, sed dono gratiæ tuæ? ideo & ait, vt sim inueniens gratiam ante te. Item post pusillum ait ad dominum, Nisi & ipse excas nobiscum, ne me educas hinc: & quomodo scietur vere, quia inueni gratiam apud te ego & populus tuus, nisi tu pariter nobiscū fueris, & gloriabimur ego & populus tuus præ omnibus gentibus quæ sunt super terram? Quoniam non in nobis, sed in te, a quo accepimus gratiam gloriandi. Item dominus ad Moysen, Et hoc verbum tibi quod dixisti faciam, Inuenisti enim gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus: Sed ideo faciam, quia miserante me inuenisti gratiam meam, nō ex Adæ peccante natus habuisti uiam. Nam & cum dicit dominus ad Iesum filium Naue, Sicut eram cū Moysē, sic ero & tecum, & non derelinquam te, neque despiciam te: quid aliud dicit, nisi vt ait Moysi, Inuenisti gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus? Non enim Moysi locū accepisset, nisi vt ille ante deum gratiam inuenisset. Item in libro Iudicum, Dixit angelus domini ad Gedeon, Quoniam dominus erit tecum, & percutes Madian tanquam virum vnum. Et dixit ad eum Gedeon, Si inueni gratiam ante oculos tuos, vt facias secundum ea quæ loqueris mihi, & c. Id est, quoniam me idoneum non agnosco implere quæ promittis, & vidisse te, non fuit meritorum meorum, nisi esset donum dei: ideo & ait, Si inueni gratiam ante oculos tuos. **D**ono enim dei eum vidisse angelum vox diuina confirmat, cum pauentem & trementem cōsolatur dicens, Pax tibi sit, ne timeas, non morieris: id est, vt videres angelum, gratiæ meæ fuit, quapropter in pace viues, & facies quæ tibi annunciaui. Item in Regnorum libro, Et dixit rex David ad Sadoch sacerdotem, Circumage arcam domini in ciuitatē. Si inuenero gratiam ante dominum, reduces me & videbo eam, & decorem eius: id est, Non enim confido in virtute mea liberare me, sed in gratia dei, quæ donare in eius est potestate. ideo & ait, Si inuenero gratiam ante dominum, quod confirmat in Psalmis ipse dicens, Gratiam & gloriam dabit dominus. Quid enim euidentius de gratiæ operibus dici potuit, vel probari, quam quod dictū est Hieremix Propheta: Aut si nomen eius in eodem loco tacuit, nunquid non gratia sua gratuita hoc operatus est deus in illo, cum ei dicit, Priusquam te formarem in vtero, noui te, & priusquam exires de vulua, sanctificauī te, & prophetā in gentibus posui te: Planē manifestat gratiæ donum, & nō ex operibus. Quæ enim erant eius opera necdum

A necdum formati in vtero, necdum nati ex vtero: igitur non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulua sanctificauī te, & prophetam in gentibus posui te. Ecce vere nō volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Item in Hieremia, Et det, ait, dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in cōspectu eorum, quia in peccatis scilicet nostris, pro quibus traditi sumus in manus eorum, requiē inuenire nō meremur, donec inueniamus gratiam, per quā veniā possimus accipere. Ideo item subsequens dicit, Exaudi domine orationem nostram & deprecationē nostram, & eripe nos propter te, & da nobis gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt. Eripe nos, ait, propter te, & da nobis gratiā: id est, quia potestas & misericordia tibi est, & iuste humiliasti nos, ob hoc gratiam vt dones petimus propter te, nō propter nos, quos in captiuitate malis præcedētib; meritis tradidisti. Item in Salomone, Labia, inquit, iustorum distillant gratiam: hoc est dono gratiæ grata & iusta loquuntur. Non enim distillant gratiam, nisi fonte gratiæ rigarentur. Item illic, Qui diligit disciplinā, diligit sensum: * qui autē odit increpationes, insipiens est. Melior qui inuenit gratiam ante dominum: quia videlicet diligere disciplinam & obedire increpanti se propter dominum, per se solum non potest, nisi dono gratiæ fuerit eruditus. ideo item ipse dicit, Cor viri cogitat rectum, vt a deo corrigatur gressus eius. Cogitat enim iam recta, qui inuenit gratiam ante dominum: & corrigit gressus eius dominus, cum in eo & non in se confidens dicit, Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Item in libro sapientiæ, Quoniam gratia dei, ait, est in sanctis illius. Ecce generaliter dictum, neminem sanctorū sine gratia dei fuisse vel esse, sed vt in eis sit ad confirmandos eos, acceperunt gratis per fidem quæ a deo est, non habuerunt ante fidem: quia vt ait David, Pro nihilo saluos facies eos. Item in libro Tobix, Ego autem, ait, custodiui animam meam, ne manducarem de escis eorum. Et quoniam memor fui dei in toto corde meo, dedit mihi summus deus gratiam ante Salmanasar regem, & emebā illi omnia, iens in regionem Mediam, vsque dum mortuus est. Quod vero præposuit dicens, Quoniam memor eram dei in toto corde meo: ne proprium esse videretur & non donum, quod memor esset dei, cōtinuo subiungens ait, Dedit mihi summus deus gratiam: vt confirmaret eius dono, non merito suo, dei memorem fuisse, & locum dilectionis ante regē Salmanasar inuenisse. Preparatur enim voluntas a domino, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo: quia iustitia dei præuentu misericordix per fidem Iesu Christi apparuit super omnes qui crediderūt. Ideo & subiungens inquit idem Apostolus, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiationem per fidē in sanguine ipsi & c. Ecce audisti, iustificati gratis per gratiam dei. Noli ei præponere opera propria, nec ex eisde gloriari, quia vt iā superius dictū est, ex operibus nō iustificabitur omnis caro corā illo. Ergo, inquires, dānas opera liberi arbitrij bona, quia dicis iustitiā ex operib; nō deberi. Si ita est, cur nobis præcipit Apostolus, abū-

dare in operibus bonis, quia labor noster nō erit inanis D in domino? Audi hæretice stulte & inimice fidei veritatis, Opera liberi arbitrij bona, quæ vt fiant preparantur per gratiæ præuētū, nullo liberi arbitrij merito, & ipso faciente, gubernate & perficiente vt abundet in libero arbitrio, non damnamus, quia ex his vel huiusmodi homines dei iustificati sunt, iustificantur, iustificabuntur in Christo. Damnamus vero auctoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tāquam meritis in Christo iustificati extolluntur. Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi? Paulus hoc dicit non a se, sed in se Christo loquente. Pelagius non credit. Dic hæretice, cui est dicendum anathema? Imò dicat Paulus ore suo, præferete Christo sententiā, Sed licet nos, aut angelus, ait, de cœlo euāgelizet vobis præterquā quod euangelizauimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Ille in spiritu dei dicit extollentibus se de se, Quis prior dedit illi & retribuetur? Tu in sapientia carnis, quæ inimica est deo, respondes, ego prior dedi deo, & retribuet mihi. Quid deinde restat vt audias, nisi anathema? Sed clamas iterum & dicis, Si nullū est meritum operatōis, quomodo E scriptū est, Et tu reddes vnicuique secundū opera sua? Ausculta & intellige, si tamen aures habes audiendi, & cor nō sit induratum intelligendi. Propter liberum arbitrium quo bona & mala operantur homines, dictum est, Vnicuique reddes secundū opera sua: habet enim homo malum meritū, cum vitio suo iam baptizatus declinat a bono, & facit malum, id est, cum derelinquit deum, & diligit seculū, sicut fecisse Demam & Hermogensem testatur Apostolus. Vel cum etiam quis in toto ipem habet in vanis simulachris, deū verum agnoscere non vult, quem cognoscēdi in hoc seculo habet potestatem, si velit summus deus tam per indebitā gratiā qua iustificat impium, saluare, quam etiam cum se auertit, iudicio iusto traditum in reprobum sensum, futuro gehennæ supplicio referuare, vt reddat ei secundū opera sua. Habet nihilominus & bonum meritum, cum in omnibus gratiæ dei bona in se operanti nō resistit, sed cooperator existit, & omnem spem suā habet in illum, cum aurem suam & cor deo loquenti intus, hoc est in interiore homine præbet, & non foris in malis seculo perstrepenti. quod meritum non habet propter presentem vitam, tanquam in presenti seculo recepturus, sed propter futuram veram vitam, quæ erit in secula seculorum: quia si in hac vita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Spes enim quæ videtur, nō est spes: nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Quapropter de meritis Christianus extolli in hoc seculo non debet, quia nemo in hac vita positus, gloriabitur se habere purum cor, nec quisquam dicit se esse sine peccato. In presenti tanquæ labor indictus est, vt fiant merita per auxilium gratiæ, nō præmissorum redditio meritorum. ideo & Apostolus, Nō quod iam, inquit, accepērim, aut iam perfectus sim, sequor autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu: & cetera. Quicquid ergo homo in presenti fuerit consecutus, donum est, nō meritum. Cum autē corruptibile hoc induerit incorruptelam, & mortale hoc induerit immortalitatem, vbi iam nulla erit malorum cupiditas, sed perfecta iustitia, vt sit deus omnia in omnibus, tunc meritum reddet iustus secundum opera sua, quorum per totam seculi vitā me-

Psal. 102. **G**ritum omne fuit gratia, vt gaudentes iam, merito dicant animæ suæ, Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea dominum, & noli oblitisci omnes retributiones eius. Qui propitius sit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia. Audis Pelagianæ, in miseratione & misericordia, & cæcus extolleris pro meritis solarum virium tuarum te coronandum? Intellige miseratione & misericordia dei, non in factione meritorum animam coronari. Omnes igitur sancti dei quos superius memoravi, vel non memoravi, qui ante aduentum fuere incarnationis domini nostri Iesu Christi, fide non alia nisi quæ nunc est, salui facti sunt. Quod cum diceret Apostolus in Epistola ad Hebræos, Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent: Fide plurimam hostiâ Abel quàm Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia trāsulit illum deus: ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo: sine fide autem, ait, impossibile est placere deo: sic & de cæteris quos electionis ordo commemorat, sed non solum fide, imò & gratia quæ nunc per Christum donata est: quia nec fides sine gratia, nec gratia sine fide, dicente Apostolo ad Timotheum, Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Nam eandem, vt dixi, esse fidem quæ salutem contulit in cognoscendo deum, & illis & nobis, apertissime demonstrat Apostolus, scribens ad Galatas. Prius autem, ait, quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, cœclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. In eam vtique quæ semper temporibus tacitis erat in dei seruis per dei verbum, & reuelanda erat in gentibus per incarnatum idem verbum, quia vt ait iterum Apostolus ad Hebræos, Iesus Christus heri & hodie, & ipse in secula. Tempora itaque mutata sunt, non fides. Iustificatio ergo per fidem Iesu Christi data est, datur, dabitur credentibus: quæ fides donum est sicut & gratia, non merces: quia vt superius commemorati dixisse Apostolus, Superabundauit gratia domini nostri Iesu Christi cum fide. In quo enim nostrum fides priusquam veniret erat, quæ sicut dixit Apostolus, reuelanda erat? Nemo penitus gloriatur se fidem ex proprio sensu genuisse in se, per quam possit credere deo: sed agnoscat tam ante legem quàm sub lege & post legem, fidem quæ est in Christo Iesu, per illuminationem gratiæ quæ a deo patre est, vnicuique reuelata ad salutem, vt apertissime in Evangelio dominus noster & saluator ostendit, vbi dicit discipulis suis, Quem dicunt homines esse filium hominis: & cætera. Vos autem, inquit, quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait, Tu es Christus filius dei viui. Et dominus, Beatus es Simo. Bar Iona, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Ecce clarum fidei donum. An non est donum cum dicitur, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis? Item Apostolus Paulus ad Galatas, Cum autem placuit, ait, ei qui me segregauit de utero matris meæ, & vocauit per gratiâ suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem eu in gentibus. Cognouerat quippe in Evangelio quid Petro responderet dominus se consentiri: ideo & dixit, Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero ma-

tris meæ, & vocauit per gratiâ suam, vt reuelaret filium suum in me: tanquam diceret, Non caro & sanguis mihi filium dei reuelauit; sed pater qui in cœlis est: ideo non dixit, cum voluissem ego: sed, cum placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, & vocauit, non per meritum meum, sed per gratiam suam: vt & idem dicit in alia Epistola sua, Misericordiam consecutus sum; vt *1. Corin. 7. Ephes. 3.* essem fidelis. Item ad Ephesios vbi dicit, Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus: & inter cætera sequentia, Per Euangelium, ait, cuius factus sum minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi. Audi & crede Pelagianæ secundum donum gratiæ vnumquemque fidelem esse, non secundum meritum propriæ voluntatis. Sed ais mihi, quia oculis heretico dolore turbatis, intendere lumen veritatis non potes, & nullum est prorsus meritum propriæ voluntatis: Si discernas inter voluntatem & gratiam, est. Audi ergo breuiter, propriæ voluntatis tunc est meritum bonum, quando gratiæ donum præcedit inuisiuiusque voluntatem, & operatur vt meritum faciat homo per propriam voluntatē. Vt euidentius ergo cognoscas donum esse gratiam & fidem, quæ perditum hominē reuocant ad salutē, audi Apostolum Ephesiis prædicantem, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Omnes igitur qui fuere, vel sumus, & futuri sunt, per vnitatem fidei & gratiam quæ est in Christo Iesu, in deū credimus, & credituri sunt. Sine Christo enim nemo hominum poterit in deum credere vel adipisci salutē, sicut dicit in Actibus Apostolorum Petrus Apostolus de Christo, increpans infidelium insaniam Iudæorū, Hic est lapis qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec enim nomē aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quamobrem & Apostolus Paulus scribens Corinthiis, id est ostendens eandem fidem, hisdem sacramentis quibus & nos & patres nostros omnes fuisse redemptos dicit, Nolo enim vos ignorare fratres, ait, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trāsierunt, & omnes in Moyse, hoc est per Moysem baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem mādūcauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberunt autem de spiritali conseqente eos petra: petra autem erat Christus. Item ad Corinthios secunda, Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur. Omne vero amputauit imperitorum suspicionem ancipitē, & nostram defensionem nullo hereticorum ariete quassandam muro valauit, cum scribit Ephesiis, Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Item illic post pusillum, Donec occurramus, ait, omnes in vnitatē fidei & agnitionis filij dei in virum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nota dictū heretice, omnes, & in vnitatem fidei, sed fidei quæ est in Christo Iesu, quæ cum gratia, vt superius probauimus, gratis, non meritis a deo patre ad salutem omnibus credentibus est tributa. Hæc magisterio gratiæ quæ est in Christo Iesu domino nostro, de gratia & libero arbitrio dicta sufficiat, imò gratias deo qui quantum voluit donando, quod voluit dari permisit, & vbi voluit tacendum, linguæ terminum posuit.

A LIBER QVARTVS AD ARTI-
CVLVM QVARTVM.



LTEM aiunt libidinem naturale in homine esse bonum, nec in ea esse quod pudeat. Et respondemus, Libido non est naturale bonū in hominibus, sed per peccatū primorum hominum accidens malum, atque pudendum, cuius non deus author est, sed diabolus. Quod vos errantes, & alios in errorem mittentes ideo naturale bonū esse dicitis, quia deum pestis huius authorem creditis, non diabolum. Omne enim quod natura bonū est, deus summe bonus ex nihilo fecit, non diabolus: nos autem libidinem non naturale bonum, sed naturale esse malum dicimus credimusque. Naturale autem malum sic dicimus, non quia sit naturæ deo opifice congenitum, sed quod a peccate natura transierit in peccatricem naturam, id est quod sit natura peccantis vitium, non ipsa natura. Omne enim malum non est natura, sed actus accidens defectu boni. **B** Quamobrem quod natura non est, deus non fecit, quia natura est omne quod fecit. Hoc ergo malo in Adam, qui male bonum illicitum concepiuit, vt dixi, humana natura est vitata, quod omnis trahit ex semine natus: Sed forsitan quaris a me dicens, Quemadmodum potuit malum serpentis, hoc est diaboli, in bonum hominis transire naturæ? Ausculta, Serpentis nonnunquam venenato flatu hominem & mori nouimus statim, & vt mori possit grauius perurgeti: quapropter interrogo, responde, quomodo potest alienæ naturæ virus flatu humane sic prauualere nature, vt omnes artus eius flatu mortifero farciat, & vitalem flatum ex ea cogat exire? Sed noui quia nihil diciturus eris. Per peccatum enim protoplasti non credis miseram esse factam humanam naturam & mortalem, vnde potest qualibet accidente infirmitate facile deprimi vel occidi. Audi ergo, Sicut nunc in peccatore serpentis flatu pestifero venenum infligitur, & per illud mori compellitur, & a Marso id est incantatore inspectus afflatus dicitur, quia serpens illum, inquit, afflauit, & statim pro salute eius parat antidotum quo possit venenum superare: ita tūc in peccante Adam, cum serpenti, hoc est diabolo magis suadenti quàm deo præmonenti ne faceret, sese incautus præbuisset, auertente se ab illo irato deo, fraudifero flatu venenosa & mortifera libido inflata est, tanto eum deinceps opprimens dominatū, vt etiam peccare nolentem, sicut venenū trahit ad mortem, peccare, id est malum velle, incitaret inuitum. Hinc peccator, hinc vitatus vitiosusque factus & dictus est, hinc priuationē meruit vitæ. Contra hoc venenatum malum ne praualeat, misericordia inspiciente dei remedium, id est antidotum, per Iesum Christū donata est gratia, ne omnis homo penitus interiret. Quod si non credere vis, quæso vt dicas, quomodo potest molli sibilo serpens venenum vt perimat, homini propinare, quod cōtingere hominum nullus ignorat? Sed quātumlibet tergiuerferis, intercedete peccato sub diaboli serpentis malo natura humana potuit captiuari, sicut serpentis terreni potest flatu veneno exanimari: quia sic illud potuisse trāsire credimus, sicut istud posse fieri cognoscimus? & videmus, quod penitus nec illic potuisset, nec hic, si natura nostra inculpabilis permanisset. Quærendum est igitur, cur hoc malū de quo agitur, libido dicatur. Sine dubio a libendo, id est a libitu per derivationē libido est nuncupata.

sed ais mihi, Ergo omne quod libet, libido est? Respondeo, Non omne quod libet, libido est, sed omne quod male libet, libido est. In bono enim libitu libido dici non potest, sed volūtas de ratione scilicet mētis naturalis exoritur. In malo vero libitu non volūtas est, sed voluptas, quā fecit transgrediens protoplasti voluntas, cum scilicet illicitū male libuit sua dente serpente, cuius sibilo venenoso, vt supra iam dixi, hunc morbum quem non habuit antē culpam, eius delinquens natura cōcepit, & per coitū semen transfuit in posteros. Factos enim primos homines absque libidinis malo scriptura sancta testatur cum dicit, Et erant ambo nudi, Adam & mulier eius, & non confundebantur. Quid est, non confundebantur? Id est nullis ad peccandū, sicut cōtingit post peccatum, libidinis stimulis vrgebatur. In voluntate enim eorum creatus erat licitus genitalium vsus, ad gignendos videlicet filios, non in voluptate luxuriæ: post peccatum vero hanc eisdem accidisse ipsa iterum scriptura demonstrat, dicens, Et aperti sunt oculi eorū, & sciuerunt quia nudi erant, & consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi tegumēta. Sed nunquid clausis oculis erant creati, quia dictū est, & aperti sunt oculi eorū? Quod si clausi fuerunt oculi eorū, quomodo verum erit quod scriptum est, Et vidit mulier quia bonum est lignum ad escam, & quia optimum est videri oculis, & speciosum ad intuemdum? Aperti ergo erant oculi eorū ad intuedum opera domini, quæ valde bona creauit: clausi vero erant ignorantia mali, quod creator bonorum omnium non creauit. Et aperti sunt conscientia delicti pulsante, vel cum in se viderēt, id est sentirent iam nudati, animæ carnisque pace, motum quandam turpissimum atque præcipitem nouiter accidisse, vnde confusi ad fici folia cucurrerunt, & his libidinis pudore sollicitata membra texerunt. Quod si naturale bonum est secundum vos ista libido, & nihil est in ea quod pudeat, quæro qua ex causa post transgressionē naturalia membra texerunt, & non sicut ante peccatum fuerant permanferunt, quando utique nudi erant, & non confundebantur? Nihil enim deus vnde cōfunderetur homo eum plasmaret ad suam imaginem, in eius forma creauit. Quod si non secundum fidem nostram de accidentis malo libidinis post peccatum confusi sunt, secundum dogma vestrum deus in eis fecit vnde cōfundebantur: nec enim aliud dicitis, cum turpissimam libidinis deum esse authorem prædicatis. Sed respondes forsitan, Absit vt deus fecerit quempiam in protoplastis pudorē. Iterū ergo, iterūque percontor, Si nihil vnde pudeat, deus fecit, & plena fide dicitur, quia penitus non fecit, & malum libidinis ex diabolo non est, quod recta fide non dicitur, quia ex ipso est: dicite, cur texerunt genitalia membra post culpā, quæ a die institutionis suæ inuicem videbant & non tegebant? Si dixeris propter peccatum, ergo confitere & accusa malam libidinem, cuius impudentiã pudentes folijs fici texerunt. Quod si dicere negis, aperte deum pudoris huius authorem esse criminaris: quia cum ex malo libidinis a vobis negatur cōfusio cōtingisse, deus apertissime hominum opifex accusatur. Sed vtinā sic vos istam libidinem laudare erubesceritis, sicuti tunc illi cum se peccasse eius cōnuicente motū deprehenderent, erubuerunt. Quid vero indicant folia fici, quibus, vt dixi, non deo authore pudenda membra, sed per peccatum facta texerūt, nisi quendam pruricum libidinis turpē? Imò cur illas corporis partes texerunt, & non potius manus quibus prohibita atrectauerunt, aut ora quibus male desiderata ederunt? Sed illa membra

Greterunt, in quibus peccati cupiditas exardescens concupiscentiam incontinentis gutturis accusabat. Ista est vestra laudabilis atque dilecta cupido, per quam, ut ait Galat. 5. Apostolus, caro concupiscit aduersus spiritum. Contra quam spiritus spem habens in deo, nisi fortiter concupiscat, nec caro nec spiritus vitam possidebunt eternam. Sic stulti estis, ut istam discordiam carnis & spiritus, diabolus excusantes, deum accusantes, fecisse credatis? Sed absit hoc malum a catholicis sensibus, ut deum authorem libidinis esse audeant cogitare vel dicere. Contra hoc venenum de gratia antidoto confidentes, omnes sancti castigantes corpus suum, & in seruitutem redigentes, ne forte a fide Christi reprobi efficerentur, fortiter pugnaverunt & pugnant. De hac enim congressione loquebatur Apostolus Paulus, cum dixit, Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aere verberans. & tanquam econtrario responderetur ei, quis est, vel ubi est aduersarius tuus, contra quem pugnas? respondens ait, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: id est, in corpore meo est, non in aere contra quem pugno: libido est scilicet inimica vitae meae, quae me currentem & placere deo per ducatum gratiae eius volentem, diuersorum libitu malorum per momenta aculeis impugnat & prouocat, quo agonis mei cursum impediens, authorem suum diabolum faciat esse victorem. Ideo castigo corpus meum, ubi porto hostem meum in me, pugnantem contra me virtute gratiae confortatus repugno pro me. Sed tunc hostis potentiam destruo, cum castigas corpus meum infirmior in me. Cum enim infirmior, tunc fortior sum & potens. Gratias autem deo, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Quod si non propterea castigabat corpus suum, quo malarum concupiscentiarum appetitus vel stimulos superaret libidinum, cur hoc se facere dicebat, illo melius sapientes & docentes exponite. Non enim naturale esse bonum libidinem predicaretis, si castitatis virtutem intuentes, ut Paulus corpora vestra castigaretis: imo impudenter fronte lasciuientes, eius motum sic procaci lingua laudatis in publico, ut cunctis pateat quid a vobis geratur in secreto. Si tamen quae laudare publice non pudeat, eligant vel secretum: rogo erubescite vnde protoplasti, ut iam dictum est, post peccatum eruberunt, quorum & ipsi peccatores sumus filii, & credite malum ex diabolo, non bonum ex deo esse libidinem. Quam Apostolus legem, hoc est, malam consuetudinem nominat, & esse dicit in membris contrariam legi mentis, ne obediatur legi dei. Audite ergo quanta sit iniquitas huius mali, quidve hinc homo patiat infirmus, Apostolo dicente & disputante inter cetera, Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Non dixit, Concupiscentiam non habebam: sed, nesciebam, quid: vtrum malum esset. Habebam igitur, sed tanquam naturale bonum esse credebam. cum autem lex diceret: Non concupisces: cognoui non naturale bonum, sed per peccatum accedens esse malum concupiscentiam. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omne concupiscentiam. Cum ergo sperarem quod viribus propriis iubente lege possem concupiscentiam vincere, maioribus magis eius urgebar stimulis, & infirmate meae cupiditas augebatur. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Quod peccatum? Libido utique, quae & concupiscentia mala dicitur; Non dixit, non erat: sed, mortuum erat: id est, cum praeceptum legis, quod est ei contrarium, adhuc non esset, in peccatore latebat, quia legis imperio demonstratum est. Ego autem sine lege vive-

bam aliquando: priusquam scirem legis mandatum, in K operibus totius cupiditatis me vivere arbitrabar. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Vixit enim intentione mortifera prima lege, id est, quando in paradiso captiuauit Adam, & reuixit eadem fallacia secunda lege, & occidit me tanquam captiuum filium transgressoris: quia per legem cognitio peccati, non victoria de peccato. Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Optime dixit, inuentum est mihi, id est, non mandatum deus ad mortem dedit, sed visum est mihi tanquam mortiferum, eo quod illud virtute propria implere non possem: cum ego non mandati vitio, sed stimulo concupiscentiae mortis percussus moriar. Stimulus enim mortis peccatum. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Videtis peccatum, quod est, ut saepe dictum est, cupiditas, vnde libido exorta est, de legis auctoritate nihil me valere contra se: sicut Adae, interiecto mandato ad prauaricandum de quo vitium peccandi cotraxi, seduxit & me: tanquam denuo dicens, Non morietis, si de ligno manducaueris interdicto, imo aperientur oculi tui, & eris sicut dii, sciens bonum & malum. Ideo & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Non igitur imputo legi dei, quod vitio meo factus infirmus, praeceptum eius implere nequeo: quae etsi iubendo non iuuat, tamen sua sanctitate & iustitia malum esse concupiscentiam, quod nesciebam, ostendit: quia peccatum, ait, non cognoui nisi per legem: & docuit ad superandos eius illicitos appetitus, cum in me deficio, debere diuinum auxilium implorare. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit. Nunquid enim mandatum bonum, quod contra mortis opera datum est, in morte mihi est commutatum? Absit. Ego videlicet quod morior, non mandati boni vitio morior, sed mandato bono vitio meo transgresso. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est morte, ut fiat supra modum peccatum per mandatum. Ut ergo concupiscentiae malum quae radix est omnium malorum, cognoscatur malum, per mandatum bonum preualuit in me magis, non defecit, quia lex subintravit ut abundaret delictum. Mortem ergo mihi operatum est delictum, cum ex delicto, id est, ex concupiscentia mala, infirmate me virtute propria ad obediendum legi delicta creuerunt. Et factum est supra modum peccans peccatum per mandatum, cum per legem, ut dixi, non defecit, sed magis immoderatis cupiditatibus creuit: quia virtus peccati lex est, prohibendo, & non auxiliando. Scimus enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Spiritu igitur dei tantum docente qui iuuante, quo lex lata est, non solum voluntate carnalis legis possunt impleri praecepta, quia per legem vitia mea tantum agnosco, non aufero. Frustra de carnis infirmitate praesumo, hostem meum cui dei iudicio iustum traditus propter peccatum, cui me voluntas vendidit protoplasti, solus superare non valeo. Iabet deus, imo faciat ut fiat quod iubet. Venundatus sum sub peccato iuxta suam sententiam, qua me peccatus damnauit: me misericordia mutare dignetur. Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: ipse me compotem suae faciat legis, ut spiritus virtute praecipuus, perfecte legis tuba gratia praecedente, possim inimicum in corpore superare. Quod enim operor, non intelligo, quod mala videlicet concupisco, non ea ut veniant quero vel opto, quia natura non tali sum institutus: sed hoc malum quod est, per noxam vitiatam natura, authorem prebeo legi, caligi nobis subito ac prauis

A ac prauis desideris conturbor illectus. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Legis mandato de propria voluntatis conatu parere volo, & non valeo. Peccato vero dum resisto, consentire delector. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Cum ergo nolo, ut nullum concupiscentiae malum concipiam appetitu, & magis hoc facio: magnum vere malum esse concupiscentiam in membris meis agnosco, quae me peccare cum quadam delectatione sollicitat, legi consentio, id est credo, & per ipsam agnosco quia cum sua bonitate mihi indicit, Non concupisces: venenum mortis in concupiscentia esse designat. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Igitur hoc malum quod discordare facit corpus & spiritum, ut sit in me, non ego opto vel facio, qui illud demonstrante lege, ex qua malum esse cognoui, ne sit in me consentire legi contedo. Sed dum de meo velle & posse id superare non valeo, ideo peccatum quod in me inflictum est per peccatum, manes in me, ea quae nolo operatur aduersum me. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Certus sum ergo, quod haec concupiscentia quae est conatu meo aduersa in corpore meo, non est bonum. Cum enim resistitur ei & defecisse putatur, magis magisque sua malitia in variis appetitionibus innouatur. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Volo quidem tam hoc peccatum vincere quam legis praecepto parere. Quod utrumque bonum ut perficiam, posse mihi de me cum velle meo non sufficit, quia sufficientia nostra non ex nobis, sed a deo est. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Ad bonum igitur peragendum voluntas mea de se praesumens, & non de deo, nihil proficit, ad malum vero etiam quod non vult, aliquoties inclinatur ut velit. Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Cum utique nolle meum concupiscere prouocatur ut velit, non voluntas resistens id agit, sed peccati cupiditas, quae a sola mea voluntate superari non potest, quia sine me, ait dominus, nihil potestis facere. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorum hominem. Quia igitur malum concupiscentiae adiacet mihi, id est sponte & cum non desideratur occurrit, & ut perpetretur est voluntati deprauatae possibile, quia sine deo, ut iam dictum est, non potest eneruari, tamen videtur mihi de me praesumeti ad perficiendum bonum, legis videlicet mandatum, ut cepti, fore possibile, si secundum interiorum hominem, hoc est, animam rationem, contra mortales corporis mei motus tota voluntatis meae intentione totisque naturae meae viribus non destitero repugnare. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis: & ecce video in me, id est sentio contrariam legem, concupiscentiam scilicet malam, morbo libidinis sordidatam, obuiatam & resistentem & praualentem legi mentis meae, intentioni videlicet animi mei naturali: & captiuum me ducet in lege peccati, hoc est, in prauaricatione protoplasti, quae est in membris meis: quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ecce quanta mortifera bella, ecce quae pericula quantaque naufragia de malo laudabilis & dilecta vestra concupiscentiae diabolo seminante exorta sint. Ecce cuius pestis onus leue esse predicatis, & iugum suauis. Sed Paulus, cuius estis aper-

tissimi inimici, non cum illo malum libidine esse sentientes, legerat scriptum esse de isto malo iugo, Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium. Et ideo predicabat fidelibus contra vos de isto iugo, dicens, Nolite iugum ducere cum infidelibus: id est nolite aquales effici infidelibus, laudantes cum illis quod est execrabile, & dicentes quod malum est bonum, quia vae eis qui dicunt quod dulce est, amarum: & quod amarum est, dulce. Bella igitur ista doctor ille gerit in fide & veritate secundum datam sibi sapientiam, contra vos, in omni esse genere humano in se deprehendit, & contra ea fortiter dimicauit. cum enim in persona sua dicit, Peccatum non cognoui, nisi per legem: & Concupiscentiam nesciebam: & Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: &, Ego autem vivebam sine lege aliquando: &, Ego autem mortuus sum: &, Inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem: &, Peccatum per mandatum seduxit me, & per illud occidit: & Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit. & Peccatum per bonum mihi operatum est mortem: &, Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato: &, Quod operor non intelligo: & Non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: & Si autem quod nolo illud facio, consentio legi, quoniam bona est: & Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: & Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: & Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: & Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago: & Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: & Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: & Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago: & Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: & Inuenio legem volenti mihi facere bonum, quod non mihi malum adiacet: & Condelector legi dei: & Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Manifeste haec se contra concupiscentiam bella peregisse testatur, nec tamen gloriatur de propriis viribus se fuisse triumphum victoriae consecutum. Et ideo cum de se, pro se, in se, contra tantum malum in firmatum nullum victoriae adiutorium inuenisset, displicens sibi, oculos ad Christi propugnacula quibus defendi possit eleuauit, dicens, Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Gratia est heretica, qua liberamur de corpore mortis, id est de moribus concupiscentiae, quibus corpus nostrum percutitur, ut anima perimatur, non sola virtus propriae voluntatis. Pergite adhuc per campos loquacitatis vestrae, qua tanta turpitudinis squalorem laudare non erubescitis, & clamate secundum consuetudinem vestram, dicentes, Libido calor bonus est genitalis; nec est in ea quod pudeat: quia si malum esse dicatur, nuptiae iam danabuntur. Sine illa enim non poterit proles existere. Ex hoc aduertat dilecta vestrae castissimi expugnatores quantum libet, quod tantum laudare delectatur: aut si non libet, cur suadetis ut libeat, & castitas expugnatur a vobis: Cur bonum predicatis, quod in vobis aduersum esse sentitis? Rogo erubescite. Nemo unquam quod sibi est inimicum, bonum dicere delectatur, & laudum praconiis adornare. Fallimini profus, & fallitis, imo decepti estis & decipitis. Non est iste calor bonus, nec genitalis in bonis genitalibus membris, quae formauit deus, sed malus ut saepe dictum est, authore diabolo praecedente peccato. Isto calore si vigor metis vestrae ad illicita non dissolueretur, non a vobis tam licite laudaretur, quin po-

Gtius sicut à catholicis damnaretur. Sed iterū responde-
tis, vt superius dixi, tanquā clypeū vestro dogmati op-
ponentes, ne vobis valeant simplices quos decipitis res-
sistere, & dicitis. Nuptiæ damnabuntur, si libido dam-
nabitur, quia absq; illa soboles non gignitur. Quid pre-
stigiousissimis assertionibus vestris diem in noctem mu-
tare tentatis? Quid nebulis serena cōuoluitis? Quid in-
tuentibus lucem seruētes in calore turpi, quem optimā
prædicatis, vt cordis eorum oculos perturbetis, fumi a-
maritudinē eructatis? Nuptiæ auctore deo valde sunt
bonæ, nec damnantur prorsus, cum voluptuosa libido
damnatur. Nuptiæ, filiorum procreātorum causa sunt
institute, sicut scriptū est, Crescite & multiplicamini, &
replete terram; quarum licitus vsus, non in luxuria libi-
dinis institutus est, sed sine illa imperio honestissimæ
voluntatis, tātum, vt dixi, causa natorum: quia Adæ &
Eue ante peccatū, cum adhuc scilicet in eis morbus iste
non esset, dixit deus, Crescite & multiplicamini, & re-
plete terrā. Post peccatum vero, vt iam superius dispu-
tatum est, sibilo venenosū serpētis cuius callidis decepti
sunt blandimentis, hanc inquietam & mortiferam pes-
stem eorum corpora conceperunt: & per licitum vsum
H posteaquā de paradiso proiecti sunt, in posteros trans-
miserunt, tanquā peccati sui testimonium hæditarīo
iure dimittentes nobis, vt ex hoc præuaricatorum nos
esse filios cognoscentes, non gloriemur de nobis, id est
de natura nostra peccatrice in conspectu iudicis iusti
dei: sed eius misericordiæ, quæ non in meritis constat,
semper colla flectam, quo dignetur nos in paradysum
reuocare, vnde illos merito exules fecit. Et in coniuga-
tis igitur & in omni homine libido mala est: nonnun-
quam enim ad illicita trahit, quia voluntati peccatrici,
qua factum est vt esset in membris, contraria est intan-
tum, vt ipsorum cōiugatorum ad illicitum vsum arde-
re sui sic anhelantes præcipitet mentes, quo eadem li-
centia acti potius quā agentes agant. Fit enim volū-
tas incontinentes dum illecta vincitur voluptate, sed ven-
ialis est in coniugatis, malo bene vtentibus. Quod o-
stendit Apostolus cū causa continentie orationis tem-
pus indicit coniugatis, & ad ipsum iterum reuertēdum
propter incōtinentiam tentationis satanæ præcipit,
1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tem-
pus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idip-
sum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vest-
stram: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non
secundum imperium. Damnabilis est vero in adulteris
& fornicatoribus, malo male vtētibus. Iā ergo cogno-
scite vtrum Apostolus de malo veniam promiserit cō-
iugatis, an de bono: de malo ad tempus orationi va-
cādum abstinere præceperit, an de bono? Erratis pro-
sus, quia deº qui iussit fieri bonū, nusquam à bono pro-
hibuit, sed à malo, dicens per Dauid, Declina à malo &
fac bonum. Incunctor omnino dicitur bene vti hoc
malo veniali coniugatos filiorum gignēdorum vide-
licet causa, qui nascuntur deo opifice, non de acciden-
tis libidinis malo, sed de bono licentiæ nuptiarū. Nun-
quid enim cū vitis vndique deserente agricola fuerit
sentibus occupata, & tempore suo iacēs in dumis pro-
duxerit botros, de cōtrariis sibi spinis quibus premitur,
viam produxit? Absit. Sed de naturæ suæ bono, licet spi-
narum aculeis corruptos, bonos attulit fructus. Simili-
ter & triticum, si natum circumquaq; zizanīs operia-
tur, in quārum spicam produxerit, de naturæ suæ bono,
nō de zizaniorum malo quibus impeditur, bonum in-
tulit germen: sic filij de naturæ bono boni sunt fructus,

non de malo libidinis corruptentis & vitiantis, cum K
quo nascitur omnis homo. Vnaquæq; ergo res manens
in naturæ suæ bono, accidētibus sibi aduersitatibus mi-
serescit atque torpescit, cultoris semper indigens manu
vel diligentia, vt naturæ suæ, cui nihil est contrarium
ab auctore suo deo cōgenitum, valeat respondere. Hoc
agitur & in nostra peccatrice natura, semper indiget
auctore & cultore suo atque cōseruatore deo, vt spinis
& tribulis zizanīsque libidinis, vel omnium malarum
concupiscentiarum, quæ, vt sæpe diximus, non auctore
deo, sed peccādo contraxit, manu gratiæ suæ quamdiu
in terram de qua sumpta est redeat, expietur, de terra
iterum in nouum seculum purissima reditura, per eun-
dem dominum nostrum Iesum Christum suscitata. Ite-
rum ergo iterūque repeto: Libido mala nihil bonis
impedit nuptiis, quia nō ab initio in eius sordibus sunt,
sicut iam supra diximus, ordinata. Deus enim qui sine
conubitu apes fetare creauit, & agrorum cuncta se-
mina absque libidine seminare vel nasci decreuit: homi-
nem quoque ex homine si non peccasset, per concu-
bitum voluntarium, non per libidinis scortum exoriri
in paradiso permisisset. Cui qualiter id cōtingerit, in hu-
ius disputationis capitulo, quātum dominus reuelauit, L
iam me arbitror offendisse. Ideoque nuptiarum licen-
tiam bonam valde fatemur, & malam cōcupiscentiam
in coniugatis damnabilem & voluptuosam esse catho-
lico ore clamamus, vestrumq; dogma in eius turpitu-
dine horrendum, sanctorum scripturarum autoritate
damnamus. Paulus Apostolus Christi est, non Pelagius
discipulus Antichristi, qui dicit cōcupiscentiam in car-
ne sua nō bonum habitare, imò apertissimè malum di-
cit esse. Peccatum esse testatur, stimulum carnis suæ no-
minat, à quo colaphizari se clamat, ne magnitudine
reuelationum extollatur: cuius malum considerans in
corpore mortis suæ, in quo bellum intestinum cum in-
uisibili hoste gerebat, remedium salutis suæ nullum
penitus nisi solam gratiam dei in Christo Iesu liberatē
se inuenisse testatur. Ipse dicit scribens ad Colossenses,
Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, for-
nicationem, immunditiam, libidinē, concupiscentiam
malam &c. Respondete huic tātō doctōri: cur ea mor-
tificanda præcipit, si naturalia bona sunt? Sed melius in
vobis Pelagio & Cælestio loquētibus, quā in Christo in
Paulo, econtrario prædicatis cum laudabili plausu di-
centes, Viuificate membra vestra quæ sunt super terrā, M
fornicationem mundam, libidinem bonā, concupiscen-
tiam optimam. Demens & secūdum voluntatem tuam
in reprobū sensum dimisse hæretice: de istarum sordidū
malo item dicit idem Apostolus scribēs ad Romanos,
Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obedi-
atis cōcupiscentiis eius. Ille in veritate docendo pro-
hibet his immunditiis obedire, tu in errore Pelagiano
suades: ille concupiscentiā menti cōtrariam, peccatum
vocat, tu eā laudādo, vel in ea delectando, bonum asse-
ris naturale. Stulti, iam aliquando sapite, & nolite de
tanto malo gloriari, neq; mēdaces esse aduersus verita-
tem, quæ per os sanctorū suorum laudabilem dilectāq;
vestram concupiscentiam malam, & libidinem punit
immūdā. Ex his enim diuersa tentationes oriuntur,
quibus per momenta cū deo placere contēdimus, præ-
pedimur, vt ait Apostolus Iacobus, Nemo cum tenta-
tor, dicat quoniam à deo tentatur. deus enim intenta-
tor malorum est, ipse autē neminem tentat: vnusquis-
que vero tentatur à concupiscentia sua abstractus & ille-
ctus. Deinde concupiscentia cum cōceperit, parit pec-
catum:

A catum: peccatum vero cū cōsummatum fuerit, generat
mortem. Videte dilectam vestram simul & laudatam
vestram, cōcipientem dolorem, parturientē peccatum,
generantē mortem. Cuius auctorem cū deum esse præ-
dicatis, sine dubio arguitis tātum Apostolum, & deum
esse malorum dicitis tentatorē: quia ipse creauit secun-
dum vos, vnde tentatur homines, abstrahuntur & illi-
ciuntur: ac per hoc ipse vnde pereant, fecit. Quod si ita
non sentiretis, deum mortem fecisse minime diceretis.
Sed audite adhuc repercutientē virga sapiētie cœlestis,
vaniloqua ora vestra eundem Apostolū Iacobum: Vn-
de, inquit, bella & lites in vobis: Nōne ex cōcupiscen-
tiis vestris, quæ militant in mēbris vestris? Auditis qua-
le officium habeat nimium dilectā vestra cōcupiscen-
tia, id est bella & lites, quibus discordare facit corpus &
spiritum vestrum: & in eius castris hostilibus, atque sub
lege mortifera te hæretice militare delectat: Si pacē fi-
dei catholice sequeris, à turbine bellorum horum & li-
tium, quo in cordis tui pelago circūquaque iactaris, ne
ad portum peruenias veritatis, facile gratia gubernate
pōteris liberari, & cognoscere malū, quod in malo pos-
itus putas esse pulcherrimum. Audi & alium super Iesu
peccus recumbentem, & contestantē concupiscentiam
non esse ex patre deo, sed ex mundo, & eam cum mun-
do transiuram, Ioannem dico Apostolum, Nolite, ait;
diligere mūdum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis
diligit mundum, nō est charitas patris in eo: quoniam
omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &
concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ nō est
ex patre, sed ex mundo est: & mundus transit & concu-
piscentia eius. Qui autem facit voluntatem dei, manet
in æternū. Claudite adhuc, si placet, oculos cordis ves-
tri ad videndum, & obturate aures ad audiēdum tanti
Apostoli veritatē, & clamate dicentes, ne forte dile-
ctæ vestræ faciatis iniuriam: Ex deo est concupiscentia
carnis, nō ex mundo, & ideo calor bonus est genitalis.
Sed quid vltra in proferēdis testimoniis, quibus defen-
sio vestra probatur esse damnabilis, nitar promulgare
sermonē? Quia si omnia de legis diuina thesauris pro-
ferantur, tempus me deficiet enarrātem. Audite ergo
breuiter, non breuia, sed crimine ingētia calor vestri
amantissimi opera, quibus in illicitum coire præcipit
hebetata corda mortalium, & erubescite & cōticescite
tandem. Isto calore succensus & turpiter illectus non-
nunquam pater inclinat filiam, & operatur incestum:
filius etiā patris thorū maculat, quum matri vel no-
uercæ aliquando miscetur. In sororem frater cupidine
ductus incurrit: cognatam non erubescit opprimere.
Virgo licentiam non sustinet nuptiarum, sed stuprum
tempore concupiscit illicito. Maritus minime conten-
tus licitis vxoris amplexibus, toros contaminat alie-
nos. Similiter & vxor immemor proprii mariti cubilis,
adulterino amore vxoris thorū occupat alienæ. Nā &
masculi relicto naturali vsu femina, exarscūt in de-
sideriis suis in inuicē, masculi in masculos turpitudinē
operantes. Horret etiam plus iis quæ diximus, dicere,
quod dum homo immemor suæ naturæ, rationalis ir-
rationali naturæ, & alienæ à sua natura pecudi coire cō-
pellitur. Quid de ruina aliquantum seruorum dei &
sacrarum virginum dicam, quæ hac tempestate naufragia
patiuntur? Quid de diuersis immunditiis, in qui-
bus eorum auctorem ipsum sibi puto pro vobis diabo-
lum displicere? Ecce calor ille amantissimus vester in
quas ignominiarū sordes humanas ire illicit & præci-
pitat mētes: Ecce quā illuuiem etiam in sanctis Christi

membris fuisse dicere nō tremuistis: Ecce cuius obsec-
nitatis & turpitudinis estis acerrimi laudatores, impu-
dentissimi defensores, & si non fallor, cum adhuc non
displicet, forūtan & factores. Quis enim de vobis bene
sentiat, quos de tanto malo bene sentire cognoscit? Si
igitur i vobis vllus est pudor, si honestas aliqua, si casti-
tatis intentio, tantam mali necessitatem, id est concu-
piscentiā carnis sordibus libidinis mixtam, bonam di-
cere & laudare desinite: cuius auctorem non deum, sed
diabolum esse credite, præcedere protoplasti peccato:
& quod eam voluntas humana in turpissimis motibus
refrenare non valeat, nisi singularis gratia per Christū
dominum nostrum subuenierit saluatoris.

AD ARTICVLVM QVINTVM,

Liber quintus.



Tem inquit paruulos non trahere
originale peccatū, neq; perituros à vita
æterna, si sine sacramento baptismatis
ex hac vita migrauerint. Respondemus,
Mulum quidem iam de originali pec-
cato, quo & paruuli tenentur obstricti,
superius disputauim: à luce veritatis ostēdimus omne
humanū genus hoc vitio claudicare. Dei etiam filium
in similitudine carnis peccati ob hoc venisse, vt morte
sua per crucem vinceret mortē, & gratia sua gratuita,
nostra vulnera curaret. Verūtamen falsa esse de paru-
lis hæretice quæ prædicat, non solū nostro, sed & eorū,
saluatore Christo iuuante, scripturarū autoritate cō-
uincam. Quid igitur apertius, quod paruuli Adæ pecca-
to nascantur obnoxij, dici potuit, quā quod dictū est
per Dauid, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in
delictis peperit me mater mea: Ille enim cum adulteriū
deserret, & homicidiū quod Bersabee causa commisit,
hanc veritatem in suæ confessionis gemitu eructauit:
tanquam diceret, Non quod ex hoc solo facinore per-
petrato peccator sim, qui antequā id facerem sine pec-
cato non eram, imò iam peccator ab vtero matris meæ
eram: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in deli-
ctis peperit me mater mea. Vitium ergo peccati semi-
natus & cōceptus de parētibus sumptis, per quod adul-
terium & homicidium propria peccata peregi. Cum e-
nim subiungēs inquit, Ecce veritatem dilexisti: pecca-
ta propria voluntate commissa fatetur, quia veritatem
dicit deo penitens, quando nihil illi de commissis suis
sceleribus celat: nō quod si voluntatem celauerit, deus
ignoret, sed veritatē sibi ab eo dici vult, vt veniam cō-
sequatur. Si vero aliqua mēte exciderint, cōstiteatur ve-
ritatem deo, & cum generaliter dixerit, Deus qui nosti
occulta cordis, tu scis opera mea, & delicta mea à te nō
sunt abscondita: quibus veniam largiaris: & hæc vtique
est veritas confitentis, quam diligit deus. Eua ergo pec-
catam à diabolo mutuauit, Adā consensu cautionem
fecit, vsura posteritati creuit. Hinc est quod infans in
vtero matris hæditarīo iure constructus ante promit-
tat debitū quā cautionē patris agnoscat, vel debitorē
etiam genitorē. Huius chirographi vsuræ sunt illæ ma-
lignissimæ passiones, quibus tam maiorum atate quā
paruulorum animæ deprimentur, à quibus liberari ne-
minem posse nisi per Christum Dauid ipse, qui in ini-
quitatibus conceptum & in delictis natum se esse dicit,
ostēdit, cum in septuagesimo primo psalmo de persona
Christi loquitur, dices, Liberavit pauperem à potente,
& inopem cui non erat adiutor: id est humanū genus à
diaboli dominatu. Parcet pauperi & inopi, & animas

Gen. 1.

Iacobi. 4.

B

I. Ioan. 2.

Rom. 7.

2. Cor. 12.

Coloss. 3.

1. Cor. 7.

Psal. 36.

Roma. 6.

Roma. 1.

Iacobi. 1.

G pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate liberauit animas eorum. Christus utiq; Adā debitum, quod nos vsuris obligauerat, soluit, cū nullis suū corpus peccatis obnoxium in patibulo crucis suspendi permisit: ipsius enim in psalmo vox est, *Qua non rapui, tūc exolebā.* Quapropter ipse ex vsuris & iniquitate & paruulorum liberauit animas, quia ut dicit Apostolus, Vn^o pro omnibus mortuus est: Et iterū, Ergo omnes mortui sunt: & si omnes mortui sunt, stimulo utiq; mortis percussī, mortui sunt, quia stimulus mortis peccatum. Dic ergo quarēti mihi, Si peccatū paruulus nullū carnaliter natus attraxit, cur breuis dierū sorte mortis astringitur? Quia vbi peccatum non est, utiq; mors esse nō debet. Non enim me fingente, sed Apostolo prādicāte dictū est, Per peccatum mors: ac per hoc secundū errorem vestrum, iniquus deus, ut mori paruulū patiatur nō habentem peccatum per quod posset vita priuari. Sed ad illā fallaciā dogmatis vestri respiciens, cui iam superius responsum est, inquis mihi, Deus mortē fecit, quia mortalem hominem fecit: peccatum autē non fecit, quia in primordio hominē prohibuit ne peccaret. Imō quid aliud dicitis cum deum mortē fecisse creditis, nisi & peccatum deus fecit, ut per peccatum mors intrare possit in mūdum, quia ut quod item est repetendū dicēte magistro gētium, Per peccatū mors: respondetis, Absit, deus peccatum nō fecit: ergo occasionem peccandi homini tribuit, ut opus eius, sicut dicitis, mors homini possit contingere. Sine peccato enim mors esse non poterat, quia velitis nolitis, per peccatū mors. Nec occasionē, ut dicitis, peccandi deus homini dedit, quo mori posset, sed mortalem fecit. Iam responsum est scriptum esse, Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorū. Et item, Deus creauit hominē inexterminabilem. Si ergo peccatum non fecit, nec occasionem peccandi homini dedit, quod recte dicitur: bonum mortis secundū vos, quod recte nō dicitur, quomodo per malū peccati ad hominē potuit peruenire? Quid enim luci cū tenebris, aut quā pars iustitiā cū iniquitate? Videte infelices, si tamē videre potestis, quas amicitias inter deum & diabolum faciatis, quod absit a domino. Deum enim mortem fecisse dicitis: diabolum peccatum, si tamē vel hoc assignatis diabolo, miscuerūt opera sua, ex cōsensu tāquam sibi in auxilium venientes, ut hominē vita priuare possint, & ideo dictum est, Per peccatum mors. Iam hoc aduertite, imō qui sani sunt sensu aduertāt, quia soletis nos dicere Manichæos, quos nostrū sit Manichææ pestis assertor: nos, qui nihil commune luci ad tenebras dicimus: an vos, qui opus lucis, ut putatis, id est mortē opere tenebrarum diabolo, id est peccato confunditis? Nisi enim credideritis mortem & peccatum vtrāq; esse mala, & nullius horum auctōrē esse deum sed diabolum delinquentibus inflxisse protoplastis, prorsus Manichæos adiuuatis, imō estis similes Manichæis. Manichæus autē nō credit, sed catholicus dicēti Paulo, quod per vnum hominem peccatum intravit in mūdum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerūt. Hęc est fides nostra, fatemur incūctāter peccatum in paruulis, & per peccatū mortem pertransisse in omnes homines. Et paruuli natura homines sunt, quapropter quanti fuerint, omnes homines sunt: quibus dum contingerit mori propter peccatū quod in eos nō a tione, sed vterina cōceptione pertransiit, moriūtur. Nō enim morentur, nisi cōno peccati necarētur. Per peccatū enim, ut sepe est repetendū, mors: Nō sine peccato hac morte, ne in aeternū percant, mor-

te domini redimūtur. Hoc cōno peccati quo nascūtur K squalidi, ut in regnum cōlorum ingrediātur immaculati, immaculato per baptismū sanguine Christi mundantur. Audi & alterum, dei sapientiam inquirētem, & per illam veritatē mortalibus prādicātem. Audi aliter quidē quā David loquēte, sed non aliter prophetātem, in vno vnico spiritu vera dicentē, quod Adā peccato & paruuli nascendo premantur. David enim inquit, ut supra iam dictum est, Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. iste ait in libro Ecclesiastico, Graue iugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorū, vsq; in diem sepulture in matrē omnium. Quod est hoc graue iugū, nisi peccatum? Et quare dictum est iugum? nisi quia ex duobus Adam & Eva veniat, vel duorū premat & conterat colla, id est masculi & femina, maiorum videlicet atque minorum, quia in vtroque sexu iugum sunt. Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adam. Dicēdo ergo, super filios, atates nō discreuit vel sexus, & comparando iugum peccato, propter Christum: qui ut ceteri ex vsu coniugatorū natus non est, omnes ceteros esse peccatores æquauit. Hoc iugo, id est originali peccato reuincti maiores atq; minores, vicio ex ipso orti, tanquam aratrū trahimus quandiu sumus in mortis corpore, cuius cupiditatis vomere proscinditur, hoc est corrūpitur terra nostra. Propter quod in libro Sapientia dictum puto, Corpus autem quod corrumpitur, aggrauat animā. A cuius vita, labore & onere, vel aratri corruptione ut requiescat, nemo soluitur, ppria voluntate & potestate, nisi ab illo iuste iudicāte & indebite miserāte, qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meū leue. Quomodo vero ad eum vocati cant, ipse ostēdit, dicēs, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū: p iugo peccati asperō & graui, quo carnaliter nati premuntur, vocatis tollēdum super se iugū suauē, & onus leue præcipit. Superius iam diximus, cur peccato iugum sit comparatum: nūc spiritale Christi iugū & onus intelligere debem^{us}, charitatem dico, qua iubemur diligere deum & proximum, quia in his duobus præceptis tanquā in iugo, lex omnis pēdet & Propheta. Quid enim suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortem filij sui ex duobus populis Iudæis scilicet & gētibus vinculo gratiā in vnitāte fidei cōiugauit & fecit vtrāq; vnū? Christi itaque iugum ceruices quas presserat iugum peccati, suspendit, nō premit, ad cælū leuans: quia charitas sine qua nemo promeretur deū, nunquā cadit, & cooperit multitudinē peccatorū. Ipsa est etiā onus leue: quā qui habuerit, deū portat, quia charitas de^o est. Ideo & Apostolus, Glorificate, inquit, & portate deū in corpore vestro. In hac vocatione sunt & paruuli, qui assumūtur in fide credentiū, non obedientia voluntatis, sed dilectione nimia charitatis. Propter quod in Psalmis dictū est de ipsis, Etenim nō credentes inhabitare dominū deum. Super quos nisi fuerit dono gratiā charitatis iugū suauē & onus leue Christi, requiescere a labore & onere originalis iugū non possunt. Grauat enim in labore & onere diuersarum passionum, quas eos in lacte positos perpeti videmus & stupemus. Vexātur enim nonnunquā a dæmonibus, diuersis doloribus & vulnerib^{us} cruciātur, multūque, ut dixi, ærumnarum generibus affliguntur: & in his omnibus cum quid patiantur, hoc dicere non

A cere nō possint, tamē pœnis se cruciari variis quodammodo loquuntur, cum aculeo puncti dolorum, cōfusos vocū eiulatus emittunt. Qui si minime stimulo peccati protoplastorū percussī, ex quorū peccatrice carne peccati caro sunt, patiuntur secundum errorem vestrū, deus qui talē fecit naturā, ut pœnalibus anima passionibus, conuexetur, crudelis est, aut certe iniustus, ut innocentiam sanctā & nullius penitus erroris obnoxiam tantis permittat vgeri periculis, & in ipsis nōnunquam vita priuari. Quod nisi eos peccati originalis causa pati crederitis: sine dubio deum, qui valde bona omnia fecit, arguitis. Sed absit ut sit iniquus inferens iram, imō iustus iudicia faciēs. Pœna enim peccati est ut pœnis plectantur, non in actu sed ortu paruuli peccatores. Quia, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: & Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorū, vsque in diē sepulture in matrē omnium: non ego fingens, sed Prophete dei spiritu veritatis sancto acti dixerunt. Audi & alium athletam fortissimum per omnia diaboli flagella transeuntem, & patientia sua eius impatientiam superatē, beatum Iob dico, quid spiritu dei quo probatus & fortis est factus, de humana natura senserit labe, etiam paruulos dicens a peccati sordibus immunos esse non posse, hōsq; adducēdos in iudicium coram deo, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis vitæ & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit, decidit, fugitq; ut ymbra, & nō permanet. Nōne etiam huius curam habuisti, & hūc fecisti venire in iudicium coram te? Quis enim erit mundus a sordē? Ne vnus quidem, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terram. Estne aliquid dubitādum, tam clarissima autoritate, paruulos peccati illuue maculatos esse nascentes: Cum enim dicit, Nōne etiam huius curam habuisti, & hūc fecisti venire in iudicium coram te? statim propter iudicia iustissima dei cur in iudicium veniat, causam præcedentem ostēdit, Quis enim, inquit, mundus a sordē? Ne vnus quidem est, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terrā. Id autē est propter peccati sordem, quam trahit a peccante natura, qua nascitur immundus in mundo. Hac secundum Septuaginta interpretum editionem quę ex græco in Latinum sermonē versa est, posuimus. Audite apertius ad suggillationem vestram idipsum, qualiter ex Hebræo verbo sit in Latinum translatum. Quis, ait, potest facere mundum de immundo conceptū semine? Nōne tu qui solus es? Est ne deinceps contentio? Imō esse debet a vobis vlla cōtradictio: Audis de paruulo dici, Quis potest facere mundum de immundo cōceptum semine, nōne tu qui solus es? & adhuc dubitas baptismum Christi per gratiam habere quod mūdet in paruulo: Nisi enim esset immundus, non diceret, Quis potest facere mundum: sed cū addidit, de immundo conceptum semine: parentū sordidatum dicit esse peccato, quorū sunt immunda semina, non conditione naturæ, sed præuaricantis vitio protoplasti. Siue igitur Septuaginta ex Hebræo in Græco, siue alius similiter ex Hebræo in Latino sermone, vnum atq; idem, & si mutatis verbis, non tamen veritate, paruulos peccati sordē reos esse dixerunt. Quam enim iniustitiam, sicut sepe pro diuersitate propositarum a me causarum interrogauī, apud deum dicitis, ut nulla existente causa secundum errorem vestrum, sicut supra diximus dixisse Iob, paruulus breuis vitæ & plenus iracundia sit: cum quid sit irationis vsu omnino nesciat: vel quare ut flos decidit, fugitq; ut ymbra, & in vita multorum dierum siue an-

norum nō permanet, sicut nouimus multis contingere. D re paruulis: vel cur eum ad iudicium venire corā se facit, cum mandatum legis eius non cognouerit faciendum, nec contempserit voluntatem? Hoc utique secēdum vos, ut dixi, iniuste paruuli patiuntur a iusto iudice, si nulla peccati contagione tenentur obnoxij. Sed quantalibet latitudine mēdaciōrum vestrorum verbis muros hærēsi vestræ circūnquaq; cōstruat, veritas vincit: cuius aries impulsus gratiā manibus totū quatit & destruit, vnde repugnat atque confidit. Quia iustus dominus nihil facit iniustum, & verax non potest esse mendax. Paruuli utique, ut dicit Apostolus, natura filij iræ sunt, Adā scilicet parentis, sicut sepe diximus, offensibne connexi. Nō enim dicerentur filij iræ nisi iram, id est peccatum primi plasti, qui peccando deum ad iram primus in genere nostro prouocauit, traheret seminari. Ideo dictum est, Quis enim erit mūdus a sordē? Ne vnus quidem, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terram. Vel sicut dictū est alio modo, tamen idē, Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nōne tu qui solus es? Ob hanc igitur solā sordem peccati quam trahit, nō de coniugij bono, sed de libidinis malo, paruulus breuis vitæ & plenus iracundia est. Decidit etiam ut flos, fugitq; ut ymbra, nec permanet, atque in iudicium coram domino veniet iudicandus. Cui nisi baptismi gratia per Christum subuenierit, disperiet de populo Christiano. Sicut lex periturum dixit paruulum de populo Iudæorū, nisi die circuncisus fuisset octauo. Scriptum est enim, Infans qui octauo die circuncisus non fuerit, disperibit anima illa de populo suo. Dic igitur mihi, A quo facinore circuncisio paruulos liberat? Aut quare incircuncisus de populo dei anima peribat, si nihil vnde sanaretur vel disperiret, habebat: quin potius parentibus eius nisi circuncisus fuisset, debuit pratēdi perditio, qui vsum obedientiæ & liberi habebant arbitrij, & non paruulo ignorant bonum & malum? Sed esto quod parentes ob hanc negligentiam, quod scriptum non est, subeant perituri supplicia, nunquid damnatis illis si incircuncisus mortuus fuerit paruulus, anima poterit interitum abolere? Deus enim locutus est, non homo, dicens, Infans qui octauo die circuncisus nō fuerit, disperiet anima illa de populo suo. Narrate ergo si potestis, dei iustitiā in quantum vos posse iactatis, imō totum posse naturæ viribus, cur disperdat innocentiam incircuncisam, quidve circuncidi iubet, si nulla donantur circuncisione delicta? Respondetis planē, iustus deus in iudicando. Hęc enim soletis quasi diligentes deū dicere, sed ore vestro, corde autem mentientes ei. Si itaq; iustus deus in iudicando, rogo dic causam incircuncisus paruuli perituri: Actualia certe nulla sunt eius delicta. Quę enim esse poterunt octo dierum? Trahere eum originale peccatum, & propter hoc damnari, credere non vis. Vnde iniusta dei iudicia? Dic iam aperte, iniustus deus & impius, ut damnet paruulum, quem damnabilis nulla causa præcessit. Nec enim aliud in cordis tui tenebris sentire cognosceris, si tamen incircuncisum teste dei lege fideliter perire paruulū credis. Aut si de vobis aliud sentiendum est, iudicent orthodoxyi. Sed more illo vestro veritatis videlicet luce deserti atq; reueliti, Deus, inquit, præficius operū eius malorū quæ facturus erat ætate perfecta, periturū dixit de populo suo. Itane Pelagiane ifane, deus qui iustus est in omnib^{us} viis suis, & sanctus in omnib^{us} operibus suis, pro huiuscemodi credēdus est incircuncisum paruulum iudicare, ut tanq; factorem pro nō

Psal. 68.

2. Cor. 5.

2. Cor. 15.

Iob. 14.

Rom. 5.

H

Sap. 1.

Sap. 2.

2. Cor. 6.

I

Psal. 50.

Ecc. 49.

Gen. 1.

Psal. 50.

Ecc. 40.

2. Petri. 1.

B

Iob. 14.

Sap. 9.

aggrauat animā.

A cuius vita, labore & onere, vel aratri corruptione ut requiescat, nemo soluitur, ppria voluntate & potestate, nisi ab illo iuste iudicāte & indebite miserāte, qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Tollite iugū meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris.

Iugum enim meum suauē est, & onus meū leue.

Quomodo vero ad eum vocati cant, ipse ostēdit, dicēs, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū: p iugo peccati asperō & graui, quo carnaliter nati premuntur, vocatis tollēdum super se iugū suauē, & onus leue præcipit.

Superius iam diximus, cur peccato iugum sit comparatum: nūc spiritale Christi iugū & onus intelligere debem^{us}, charitatem dico, qua iubemur diligere deum & proximum, quia in his duobus præceptis tanquā in iugo, lex omnis pēdet & Propheta.

Quid enim suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortem filij sui ex duobus populis Iudæis scilicet & gētibus vinculo gratiā in vnitāte fidei cōiugauit & fecit vtrāq; vnū?

Christi itaque iugum ceruices quas presserat iugum peccati, suspendit, nō premit, ad cælū leuans: quia charitas sine qua nemo promeretur deū, nunquā cadit, & cooperit multitudinē peccatorū.

Ipsa est etiā onus leue: quā qui habuerit, deū portat, quia charitas de^o est. Ideo & Apostolus, Glorificate, inquit, & portate deū in corpore vestro.

In hac vocatione sunt & paruuli, qui assumūtur in fide credentiū, non obedientia voluntatis, sed dilectione nimia charitatis.

Propter quod in Psalmis dictū est de ipsis, Etenim nō credentes inhabitare dominū deum.

Super quos nisi fuerit dono gratiā charitatis iugū suauē & onus leue Christi, requiescere a labore & onere originalis iugū non possunt.

Grauat enim in labore & onere diuersarum passionum, quas eos in lacte positos perpeti videmus & stupemus.

Vexātur enim nonnunquā a dæmonibus, diuersis doloribus & vulnerib^{us} cruciātur, multūque, ut dixi, ærumnarum generibus affliguntur: & in his omnibus cum quid patiantur, hoc dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

dicere non

Gen. 17.

Psal. 144.

G factis sceleribus puniat, tempus imputet quoddam ubi vita non vixerit, ubi velle & nolle non fuit voluntatis? Absit hoc apud iudicem iustum, qui vnicuique vel obedienti vel cōtemnenti vñ liberā voluntatis reddit secundum opera sua. Si paruulo autem incircunciso solum pro delicto, est opus diaboli, quod ex Adam seminatus attraxit, & circuncisione fraudatus non caruit, hoc in paruulo deus odit & punit: ita nunc fit & in populo Christiano. Circūcisio enim illa octauū diei, figuram resurrectionis domini saluatoris, & gratiā baptismi gestabat. Vos autem, & si paruuli baptizati nō fuerint, vitā illā aeternam promittitis, quia scilicet Christi eis gratiam baptizatis nihil auferre, conferre creditis nihil. Si enim intelligeretis quare dixerit dominus, Non opus est sanis medicus, sed male habentibus: crederetis utiq; non eos sanos, sed vulneratos medico saluatori ad stationem baptismi sanandos offerri, nec habituros vitā, nisi ipsius qui est vita, manducauerint carnem, & sanguinem biberint. Ipse enim dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam aeternam in vobis: & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, habet vitam aeternam. Quomodo igitur vitam regni cœlorum promittitis paruulis, non renatis ex aqua & spiritu sancto, non cibatis carne, neque potatis sanguine Christi, qui susus est in remissionem peccatorum? Eius enim edictum est, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum. Intrare quippe in regnum cœlorum nō aliud est, quā vitam beatam viuere, quę permanet i secula seculorū. Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo poculoq; priuatus, diuiditur a regno cœlorum ubi fons viuētium permanet Christus. Da mihi præter hunc alterum locum, ubi vitę possit requies esse perennis. Primum enim locum fides catholicorum diuina auctoritate regnū credit esse cœlorum, vnde, vt dixi, nō baptizatus excipitur. Secundum, gehennam, ubi omnis apostata vel a Christi fide alienus aeterna supplicia experietur. Tertium penitus ignoramus, imō nec esse in scripturis sanctis inuenimus. Finge Pelagiane locū, ex officina peruersi dogmatis tui, ubi alieni a Christi gratia vitā requiei & glorię possidere paruuli possint. Dextera iusti iudicis sedentis & sinistra, regnum est & gehenna, vita est & mors, iusti & iniqui. In dextera igitur iusti sunt constituti: in sinistra operarij iniquitatis. In regno requies baptizatorum: in gehenna pœna incredulorū. Vita ad lætitiā glorię: mors ad fletum & stridorē dentium. Iusti in regno patris cum Christo: iniqui in igne aeterno parato diabolo, & angelis eius. Sed hoc dicens, non diuisiones locorum multorum dedi, nisi duorum tantum, quoniā ad duo, regnum videlicet & gehennam, hæc omnia referuntur, etiā si plura dicantur. Dextera enim vita iusti: vel, sicut dixi, addamus iustitia, sanctitas, beatitudo, & cætera bona ad regni cœlorum requiem referuntur. Sinistra vero, id est iij qui sinistra astabunt, iniqui, mors, iniustitia, dolositas, impietas & quātalibet mala ad gehennę tormenta, ubi mors quę secunda dicitur, nō finitima, sed cruciatu durabilis erit. Qui baptizatus ergo non est, in iis quę regni cœlorum sunt, nō potest reperiri. Et si non ibi, quia vere non ibi, putāne Pelagiane, iam sentis ubi, aut certe dic ubi? Rēspōde more illo solito: Dominus inquit, In domo patris mei mansiones multę sunt. In his mansionibus, mansiones habent vitę & refrigerij nō baptizati paruuli. Hicne est putas ille tertius locus, quē fingēdū ante paululum ex officina

dogmatis tui poposcerā? Percutiat hoc opus virga sua Psal. 1. feri ea Christus, quia gentes hereditatem suam & possessionem suam terminos terrę regit: quia probat vasa misericordię suę, & reprobat contumelię, vt si manserit in quassatū, permittat illic susceptos vestros, quibus sine illo vitam promittitis paruulos habituros. Dic age, ad esto assertioni tuę, refelle meam. Mansiones istas multas quas in medium protulisti de thesauris Euangeliorum, certum est veritate dicente esse apud deū patrem. Sed quæro abs te, vtrum sint in regno cœlorum, an foris? Pater enim deus in regno cœlorum est, & illic sunt hæc utique mansiones. Si vero in regno cœlorum non sunt, ergo pater alienus est a regno cœlorū: quia vt dixit, ubi pater est, ibi & multa sunt mansiones. Quid dicis heretice? Vnum elige ex duobus cuius partis defensor existere possis. In regno est pater & mansiones, an extra? Si dixeris, in regno: perdidisti locum quem multa fabricaueras arte paruulis. Non enim intrat in mansiones istas non baptizatus, quia qui dixit, In domo patris mei mansiones multe sunt: ipse dixit, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Ecce virga fortis Christi, quoniam cōminuit corpus tuum. Si autem dixeris, foris, atrede L quid respondeas Manichæo. Aliquo enim bello secundum te superatus, ab aliquo pater exceptus est de regno cœlorum, nec ad eum opus filij sui pertinet baptismus paruulorum, nec ad ipsum etiā mansiones patris, ac per hoc diuisum est regnum eorum. Christus enim recipit baptizatos in regnum cœlorum: pater non baptizatos in mansiones loci sui. Ecce quales sensus impręgnata a diabolo peperit hæresis vestra: ecce officina illa Pelagiana, siue Celestiana, de qua nimium docti & acutuli ad interitum processistis, qualem locū miseris paruulis fabricauit, vt & pater videatur regno exclusus, & Christus a mansionibus patris: Quid deinceps a vobis decepti facient paruuli, quos catholica ratio sine medico Christo in mansiones patris vobis docentibus non sinit introire? Quibus dum absq; Christo promittitis vitam, aufertis vitam, dum sanos pollicitatione ad mortē perducitis, dum spondetis requiem, præcipitatis in gehennam. Mansiones igitur istę apud patrem non sunt diuisę cellulis ad habitandum iustis, sed cōiuncta charitate bonorum præmia meritorum, quę sunt in regno cœlorum, quod est indiuisum in possessione vnica cōcordiã deitatis patris & filij & spiritus sancti: & non est vt quoddam grande palatiū vnde cōcludi aut excludi possit: nec terminum habet quomodo regnū terrę, vt vltra regnandi nō habeat potestatem. Ipse enim qui implet omnia & excedit omnia, pater & filius & spiritus sanctus, deus vnus est, omnia in omnibus, vnum potēs, atq; omnia potēs, cui⁹ regni finis nō est. Magnus enim dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis: & regnū eius regnū omnium seculorū, & dominatio eius in omni generatione & progenie. In parte vero glorię sanctorū & beatitudinis vitę aeternę diuisum a gehenna dici tantum potest, vnde impij & peccatores omnisq; nō baptizatus est separatus, & parti gehennę est mancipatus: dei autē potentia nō in parte est, & in parte non est, quia & sanctorū requiei & peccatorum damnationi ipse regnat in secula seculorū. Sinite itaq; paruulos venire ad Christum vitā, vt eis perditam per Adam medicina sua redonet vitā. Venit enim non inaniter querere & saluare quod perierat: vos videbat præscientia sua futuros hereticos, vosq; increpabat in Apostolis suis dicēs, Sinite infantes venire ad me, & nō lite eos

A lite eos prohibere: talium est enim regnum cœlorum. Talium, ad comparationē videlicet ad se venientium dixit, non omnium paruulorum generaliter, etiam & qui in eo renati non sunt. ideo inquit, Sinite paruulos venire ad me: id est, nō lite eos credere me non indigere. non enim possunt venire in regnum patris mei nisi per me. Denique ait, Ego sum via veritas & vita, nemo venit ad patrem, nisi per me. Quomodo eos ergo non baptizatos in domo mansionum patris mansuros creditis, cum nemo vadat ad patrem, nisi per Christum, qui via est: nemo aeternam habeat vitam, nec maneat in veritate, nisi per ipsum qui vita est & veritas? Sine me, inquit, nihil potestis facere. Nam sicut nemo venit ad patrem, nisi per Christum: sic nemo saluandus venit ad Christum, nisi attrahentē patre. Ipse enim dixit, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Et venire ad patrem & filium nemo potest, nisi operāte spiritu sancto patris & filij, qui vbi vult spirat, & gratiam diuidit singulis prout vult: quam gratiam non a se dissociatam, sed indiuisā manu atque potentia in homine tota vnus de⁹ & trinitas operatur. Quisquis ergo opus in se non habet trinitatis, id est baptismum salutarem, B aeternam vitam cum viuētibus sanctis in regno cœlorum nō potest adipisci. Baptismus enim Christi opus est trinitatis, quia ipse est, dicente Apostolo Paulo, plenitudo diuinitatis: & non est, sicut & Petrus dicit in Actibus Apostolorum, in aliquo alio salus. Nec enim nomē aliud datum est sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ecce princeps Apostolorum Petrus in veritate loquitur veritatem, i nullo alio nomine hominibus datam sub cœlo salutem, nisi in Christo. Tu in mendacio da nomen aliud quod saluare possit paruulos, minime in Christi nomine (qui est, vt dixi, plenitudo diuinitatis) baptizatis. Quisquis enim in Christo tigitur, in nomine patris & filij & spiritus sancti, quod est plenitudo diuinitatis, in remissionem peccatorum salutis gratia baptizatur. Et nos, inquit, sicut aliquoties a vobis audiuius, in remissionem peccatorum, tā maiores ætate quā paruulos baptizamus. Et cum vobis ita contradictum fuerit a nobis, ergo est peccatum in paruulis quod eis in sacro baptismate remittatur: respōdetis, Nullum: tantum in adoptione filiorum baptizantur. habet enim in eis gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. propter solam vero symboli formulam vt tradita cōsuetudo seruetur, tinguntur in remissionem peccatorum. Maiores autem propter quod vsu liberi arbitrij peccata cōtrahere potuerūt, in remissionem peccatorum baptizantur. O cæca vestrorum sensuum corda. O magisterium quod obuolutum mortali nebula vobis diabolus propinauit. Quis hæc catholicorum sapientissimus ferat? Quis vos non horreat potius nominare quā cernere, vt verbū dei fidei in parte veri & in parte mendacij esse prædicetis, id est in maioribus verax, quia vere in remissionem peccatorum baptizantur: in paruulis autem mendax, quia sic in remissionem peccatorum, vel non in remissionem peccatorum tingantur: quādo iam vel quid a vobis dicitur verum, aut dicitur, quod in illo loco vbi veritas Christus in spiritu sancto baptizans curat omnes ad se venientes peccati vulnere sauciatos, deo mendacium dicere non timetis? Verba nanque dei sunt symboli verba, non refellit deus tradentes per Apostolos suos Ecclesię suę sanctę catholicę, credentes in remissionem peccatorum baptizari. Vt quid enim iussit in remissionem peccatorum, si nō facit vere remissionem? Imō ideo iussit, quia

facit. Est enim deus verax, omnis autē homo mendax. D. Omnino in remissionem peccatorum baptizantur & paruuli, alioquin non habebunt in regno cœlorum vitam. Dimittitur enim eis regeneratione spiritali, quod traxerunt, vt sape dixi, ex Adam generatione carnali. Stulte hæretice, respice ad Iesum, qui propterea vocat⁹ est Iesus, id est saluator, quia sic dicit Euangelista, Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Attende edictū eius, Nō opus est sanis medicus, sed male habentibus. & aduersus eū falsum de paruulis dicere conticece, qui eis potum nō sanis, sed ægorantibus baptismum in suo sanguine procurauit, qui propterea catechizantur & exufflantur ac baptizantur, vt princeps huius mundi diabolus ex eis foras miratur. Aut si non in illis diabolus exufflatur, cuius opere, id est vitio peccati per Adam tenentur obnoxij, dicite cur imagini dei sit iniuria? Verum opinor, quod eis baptismus vestro baptizandis minime exuffletis, ne non imagini dei, sed diabolo faciatis iniuriam. Aut si exufflatis nullum, vt putatis, crimen habētibus, quem in eis vrgeatis dicite. Exufflatur ergo & increpatur in eis in catholica Ecclesia opus diaboli, nō quod ipsi sunt, sed quod in ipsis est. Ipsi enim quod homines, opus dei sunt: quod vero in ipsis est peccatum, opus diaboli est: hoc est, quod in illis odit deus, nō ipsos opus suū. Ob hoc si indebita gratia eius p baptismū mundati nō fuerint, penitus Christianorum vitam non habebūt, & in regnum cœlorum non ingredientur. Erunt autē illic vbi circūcisī paruuli Iudæorū. Duas sanę fides & duo baptismata vos habere, si ipsi in tenebris ambulātes nō cognoscitis, catholicorū nullus ignorat. Alia enim fide, vt superius ostēdit, vobis dicētibus, baptizatis ætate maiores: alia paruulos, cum scilicet verbū eos in remissione peccatorū baptizatos percipere corde nō credatis. Nos vero anathematizantes vos, Paulū in quo locutus est Christus, auscultam⁹ prædicantē & sequimur, qui vnum corpus & vnum spiritū esse dixit Ecclesię catholicę in Christo, vnam fidem, vnum baptismum, vnum deum & patrem omnium, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis.

LIBER SEXTVS RESPONDENS articulo sexto.



ICET latius de gratia & libero arbitrio superius disputatum sit, tamē addere etiā non nihil quāmaxime huic operi oportet, vt & vestra calumnia quam nobis obiter soletis, per illuminationē gratiæ saluatoris reuincatur, imō refutetur, & nostrę fidei integritas cōprobetur. Credere quippe nos vel prædicare suggillaris, quia cū lege dei & Prophetis, cū Euāgelio Christi eiusq; Apostolis prædestinationem dicimus, eo quod deus quosdam hominum sic prædestinet ad vitam regni cœlorum, vt si nō sint orare, aut ieiunare, aut in omni opere diuino vigilare esse, eos omnino perire nō posse, nec prorsus debere sui esse sollicitos, quos deus quia voluit, semel iā eligēdo prædestinauit ad vitā: quosdam vero sic prædestinauit in gehennę pœnam, vt etiā si credere velint, si ieiunent & orationibus omniq; se voluntati diuinę subiecerint, in his deum non delectari, & vitam illis aeternā in toto dari nō posse, sic electione prædestinatos esse vt pereāt: Deum nos taliter operātem personarum esse acceptorem dicere. Non miramur vos de nobis, id est homines

G de hominibus falsa posse cōfingere, cum videamus vos sic à diabolo esse fascinosos, vt scripturas sanctas & veridicas, ad voluntatis vestræ intellectū mutare nitamini, fidem Christi Apostolorum prædicatione fundatam euertere, falsum dogma vestrum antepone veritati. Hinc est vtiq; vt nō possitis agnoscere veritatem: imò hinc est vt corrupti & abominabiles facti sitis in voluntatibus vestris. Inclinate igitur aliquantulum patienter aurem cordis vestri, & qualiter mysterium prædestinationis credamus, qualiterve prædicemus, audite. Animositate etiã contradicendi diuinis eloquiis deponite. Potestis enim dono dei veritatem facile reperire vel agnoscere, si cōtentiōsi disciplinæ silētio esse destiteritis. Prius ergo ipsum nomē prædestinationis quid indicet, exponamus: deinde esse apud deum, qui sine acceptione personarum est, prædicatione, diuinarum scripturarū autoritate probabim⁹. Prædeterminatio quippe à præuidendo & præueniendo vel præordinando futurū aliquid dicitur: & ideo deus cui præscientia non accidēs est, sed essentia fuit semper & est, quicquid antequā sit præscit, prædeterminat: & propterea prædestinat, quia quale futurū sit præscit. Ideo & Apostolus, Nam quos præsciuit, inquit, & prædestinavit. Sed nō omne quod præscit, prædestinat. Mala enī tantū præscit, & nō prædestinat. Bona vero & præscit & prædestinat. Quod ergo bonū est, præscit prædestinat: id est priusquā sit in re, præordinat. Hoc cū ipso auctore esse cœperit, vocat, ordinat, & disponit. Vnde & sequitur, Nam quos prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit: quos autē iustificauit, illos & glorificauit. Iā igitur aperti⁹ disseramus quod loquimur, quomodo erga humanum genus præscientia sua & prædeterminatione deus generaliter, in quo iniquitas non est, vtatur. Masce itaq; humani generis, quæ in Adam & Eva præuaricatione damnabilis mortaliq; facta est, non conditione diuina generaliter, sed ex debito pœna cruciatuq; gehēnæ debetur: venia vero nō merito, sed dei iusti iudicis misericordia largitate confertur. Quia vero iustus & misericors dominus deus præsciūsq; futurorū, ex hac damnabili massa non personarum acceptione, sed iudicio aequitatis suæ irreprehensibili, quos præscit, misericordia gratuita præparat, id est prædestinat ad æternam vitam: ceteros autē pœna, vt prædixi, debita punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri præsciuit: non tamen ipse fecit puniendos vel prædestinavit, sed tantū, vt dixi, in damnabili massa præsciuit. Quod si à me queris scire, cur duos ita differentes fecit deus si personarum acceptor non est, quia generaliter aut punire debet iustitia, aut misericordia liberare: contende cum Paulo, imò si audes, argue Paulum, qui dixit Christo in se loquente, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, vt quid me sic fecisti? An nō habet potestatem sigulus luti ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ego autē hoc dico quod dixi, quia quicquid deus agit, misericorditer, iuste sancteq; facit, quia solus ipse præsciendo scit quod homo nesciendo nescit. Quis enim cognouit sensum domini? Quis instruxit eum? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Aut quis dicit ei quid fecisti? Nō potest tantū iustus dici deus aut solus misericors; sed iustus & misericors. Sic legimus, sic credim⁹. Propterea quādo illi cum Dauid misericordiam & iudicium cantamus, cātamus metuētes, nō interrogamus quæ sit voluntas eius, de iudicio & misericordia cōquirentes. Quod si adhuc

animositati tuæ, qua cōtentionis curru raptus per quæstionum campos inanis efferris, hæc minime responsa sufficiunt: audi & alia quæ de altitudine diuinarum sapientiæ & scientiæ dei, expāentes incomprehensibilia iudicia eius & inuestigabiles vias eius, sola tātum fidei consideratione proferimus: quia si scrutari voluerimus secretum dei, quod iustitiæ ipsius solius notum est, cōprehendere non valemus, & impletur in nobis quod scriptum est, Defecerunt scrutantes scrutatio. Quare? Quia accedet, inquit, homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Si forte cum sitis reprehensibiles, iudiciorum dei esse vos comprehensibiles iactatis, melius scilicet deo placentes q̄ Paulus Apostolus, qui esse incomprehensibilia per spiritum eius iudicia prædicauit. Perpēdite itaq; quo iudicio dictū est à Paulo & Barnaba prædicatibus verbum dei in Lystris, In præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas, vt in idololatria simulacrorum perirent: & vnā tantum gentem, id est Iacob elegit sibi domin⁹, & Israël in possessionem sibi cui soli vtiq; legem ad cognoscendum se, postpositis, vt dixi, ceteris generationibus dedit, vel cur iterū amissio facta est Iudæorum, vt mūdi fieret reconciliatio, id est omnium gentium, sicut dicit Apostolus, Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quasi impossibile erat deo omnipotētī in tempore vniuerso mundo legem dare, salutem gratiæ Christi conferre, vel, vt ita dicam, ab initio lapsus Adæ id agere, quod diuersitate temporū fieri eius arbitrio cecidit. Docete etiã quare misso à spiritu sancto Paulo & Barnaba portare nomen domini salutis causa in gentibus, cum transirent prædicantes Phrygiam & Galatiæ regionē, vetiti sunt à spiritu sancto loqui verbum dei in Asia: Et cū venissent in Mysiam volentes ire in Bithyniam, non permisit eos, inquit, spiritus Iesu. Sciebat, inquit, deus, quia credituri non essent, & ideo nō eos ire permisit ad loquendum verbum dei. Stulte, deus est qui iustificat impium, nō præuētus humana voluntate, sed ipse præueniens hominis voluntatem misericordia sua. Deus enim, inquit, meus, misericordia eius præueniet me. Audi & alium prophetam dicentem, Conuertere me domine, & cōuertar: sana me domine, & sanabor. Vnde Apostolus, Iustificati, inquit, gratis per gratiā ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Audi, gratis, & tace de meritis. Nonne prohibitio ista sancti spiritus aliud ostendit q̄ verbum domini Iesu dicentis in Euangelio, Spiritus vbi vult spirat: Hinc cogita, hinc pande aliquid, quare spirat vbi vult, & nō vbiq;? Dicite etiam, quare prædicantibus prædictis Paulo & Barnaba apud Antiochiam Pisdia ludæis ac gentibus salutem, nullus crediderit, nisi quos exinde dominus præordinauit vt crederent: Sic enim de ipsis pagina sancta testatur: Et crediderūt, inquit, quotquot erāt præordinati ad vitam æternam: hoc est, prædestinati. Ecce in omnibus quæ ex auctoritate diuina protulim⁹, habes misericordiam & iudicium: & certū est, quia personarum acceptor nō est deus, nec cuiusquā personam reueretur. Descende ergo si vales in profundū misericordiæ dei: Ascende si iusticiæ in altitudine iustitiæ iudicij eius: Descende in longitudinem & latitudinē inuestigabiliū viarū eius: & si liquidō pētraueris, hæc nobis tā metuēda & incomprehensibilia secreta, de quibus Paulus expauit, ipse intrepidus pande. Si autē, vt superius dixi, iactatos curru inanium quæstionū cadis in fluctus vanæ cōtentionis, & velut nauis deserta gubernaculo per diuersa & incognita littora volueris, nec prorsus ibi spēre nauigare potes,

A potes, reuertere & sede in portu fidei catholica, vbi te nulla possit fluctuosa curiositatis tempestas turbare vel mergere. Quantumlibet enim scire coneris, iudicia dei cōprehendere nō vales, nec valebis: quia sicut nemo scit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est: ita quæ dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Si qua ergo attingere valuerimus, nō nostra solertia, sed dono spiritus sancti reuelata esse debemus agnoscere. Si autē scire non datur quod supra nos est, nec à nostra pusillanimitate quaratur. Præceptū est enim à scriptura sancta: Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris in vanitate: Et, Altum sapere noli, sed time. Timendum est prorsus & venerādum profundū dei, quod nos rite fatemur inuestigare nō posse. Omnia, inquit, in mēsurā & numero & pondere cōstituit domine. Quis igitur hæc mensurā, hunc numerū, & hoc pōdus dei sufficit comprehendere, vt cōstitutione eius vniuersas in his tribus definitionibus valeat enarrare? In mēsurā puto q̄ cōstet qualitas, in numero quātitas, in pondere ratio peræquata. Sed hæc tria, id est, qualitas & quantitas & ratio peræquata, in iudicio & misericordia dei constant: quia in his duobus terminis sanctis conclusa sunt, in quibus per hæc mundum constituit, gubernat & iudicaturus est. In his deus iudex iustus cōprehendi nō potest, non potest reprehēdi. Omnia ergo quæ superius diximus, vel dicemus, in claustro horū trium nobis abscondita nunc latent: quæ solis clauibus iudicij & misericordiæ dei tunc referabūt vt sciantur, quando in aduētū domini illuminabūtur abscondita tenebrarū, & reuelabuntur consilia cordium, vt sit laus vniūq; à deo vel pœna. Oportet igitur vt ad ea quæ superius disputare copimus, reuertamur. Diximus nanq; de dānabili humani generis massa deum præscisse misericordia, non meritis, quos & electione gratiæ prædestinavit ad vitam: Ceteros vero qui iudicio iustitiæ eius hac gratia efficiuntur expertes, præscisse tantū vicio proprio perituros, non vt perirent prædestinasse. Sed, vt dixi, quos in operibus impietatis & mortis præsciuit, non præordinavit, nec impulit, in quibus deū prouocantes ad iracundiā, salutis fidem aut prædicatā sibi accipere nolunt, aut deo iudice non possunt, vel accepta male vitur, & ob hoc traduntur in reprobū sensum, vt faciāt ea quæ non cōueniunt: his pœnam prædestinatam esse rite fatemur. Quod vt probare valeamus, sojū reor ad exemplum sufficere Iudæ: Hunc enim deus cū præscisset in viciis propriæ volūtatis pessimū fore, id est, electione discipulatus sui bene à Christo conferenda male vsurū, & auaricia ardētem precio Iudæis dominū traditurum, pœnā ei prædestinavit ex merito, dicente per Dauid spiritu sancto: Deus, laudē meā ne tacueris, quia os peccatoris & dolosū super me apertū est: id est, Iudæ vel Iudæorū in Christum. Iudæ cū dicit: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradā? Et post pecuniæ sponsonē dans signū traditionis: Quem cumq; inquit, osculatus fuero, ipse est, tenete eū: deo super me, ait, apertū est. Cum enim signū dedit, ore doloso aperuit quem tenebant. Iudæi quoque cum eum volentes dolo perdere, vt Euangelij pādīt, clamauerunt dicētes: Crucifige, crucifige eū. Et post pusillū sequitur: Constitue super eum peccatorē, id est, super Iudā, & diabolus stetit dextris eius. Cum iudicatur, exeat condēnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiat dies eius pauci, & Episcopatū eius fiat in peccatum. Fiat dies eius pauci, & Episcopatū eius accipiat alter. Et post cetera quæ de eo sequuntur: Pro eo, inquit, q̄ nō sit recordatus facere misericordiā: & persecutus est hominē pauperē & egenū, & compunctum corde morti tradidit: & sequentia reliqua quæ in Tomos septimus.

eius prædicta sunt persona. Nā sicut narrat liber Actū D Apostolorū, de eo prædicta & in ipso cōpleta esse, sanctus probat Apostolus Petrus, cum loco eius vnū ex his qui cū Apostolis cōgregati erāt, propter testimoniū resurrectionis Iesu Christi subrogari oportere denunciat, dicens: Viri fratres, oportet impleri scripturā quam spiritus sanctus prædixit per os Dauid de Iudæ, qui fuit dux eorū qui cōprehēderūt Iesum, qui cōnumeratus erat in nobis, & sortitus est sortē ministerij huius. Et hic quidē possedit agrū de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Notū autem factū est omnib⁹ habitatibus Hierusalē, ita vt appellaretur ager ille lingua eorū, Acheldemac: hoc est, ager sanguinis. Scriptū est enim in libro Psalmorū, Fiat cōmoratio eius deserta, & nō sit qui inhabitet in ea, & Episcopatum eius accipiat alter. Et post pauca sequētia: Statuerūt, inquit, duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominabatur iustus, & Matthiā & orantes dixerūt: Tu domine qui corda hominū nosti, ostende quē elegeris ex his duobus vnū, accipere locū ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudæ vt abiret in locū suum: & cetera. Vbi ergo cōmemoratio operū eius malorū à sancto fit spiritu in Psalmis, priusquā esset, præscitus est, non factus, q̄ talis aduersus filiū dei futurus esset: Si enim factus esset, inculpabilis esset, & dei opificio reputaretur, nō Iudæ: Iniuste etiã in eū prolata damnatio esset. Sed absit hoc à summo bono iudice, auctore omnium honorū deo, damnatore vero cunctorū malorum: quia mala Iudæ, vt prædixi, præsciuit, non fecit: Et tamen in quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobū sensum, vt impleret permisit. Et ideo permisit, quia per spiritum sanctū cum periturum ante prædixit: Quia sicut Christum oportebat pati per Iudā, præcipientē per Prophetas sancto spiritu: ita oportebat Iudā perire eodē sancto spiritu prædicente: de eo enim dictum est: Nemo perit, nisi filius perditionis. Nam pœnā illi prædestinatā pro malis suis, in quibus vt sape dixi præscitus est: tantum, non prædestinatus, illic planē agnoscerimus, vbi de eo dicitur ab Apostolo Petro: Vt iret in locū suum, translato scilicet in alterum honore Episcopatus eius: Vel certe vbi legitur, q̄ damnatus sit antequā natus, secundum id quod disputatione prædiximus. Talis ergo periturorū omnium causa est, licet culpa sit à culpa dissimilis. Verū autem esse quod diximus, licet plene sit disputatū, id est, perituris pœnā esse prædestinatam, audi, Petrū Apostolum, cum futuros esse pseudopphetas & magistros mēdaces & apostatas in Ecclesia dicit, sicut fuerūt in populo veteri: Quib⁹ iudiciū, inquit, iam olim non cessat, & perditio eorū nō dormitat. Itē Iudæ Apostolus: Subintroierūt, ait, quidā homines, qui olim præscripti sunt in hoc iudiciū impij, domini nostri gratiā transferētes in luxuriā, & solum dominatorē & dominū Iesum negātes Christū. Et dominus in Euāgelio peccatoribus: Ite in ignē æternū, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Prædestinatis autē: Venite benedicti patris mei, percipite regnū paratū vobis ab origine mundi: id est, prædestinatū. Tenenda est igitur inconcusse huius disputationis regula, quæ diuinis testimoniis claruit, peccatores in malis propriis antequā essent in mundo, præscitos esse tantū, non prædestinatos: pœnā autē eis esse prædestinatā secundum quod præsciti sunt. Paruos quoq; nō renatos ex aqua & spiritu sancto, prædestinatā pœnā esse obnoxios, qui præsciti sunt non propriis voluntatibus, quorū nulla vel bona vel mala sunt, nisi tantū in Adā pecca-

Psal. 13.

Prædestinatio & præscientia.

Roma. 8.

Roma. 9.

Roma. 11.

Psal. 100.

Roma. 11.

Psal. 63.

Acto. 14.

Roma. 11.

Acto. 16.

Roma. 4.

Psal. 58.

Hiere. 17.

Roma. 3.

M. Ioh. 3.

Acto. 13.

Ibidem.

Roma. 2.

1. Cor. 2.

Ecclesi. 3.

Roma. 11.

Sapient. 11.

1. Cor. 4.

Roma. 7.

Psal. 108.

Matt. 26.

Ioh. 19.

Psal. 108.

Acto. 1.

Psal. 68.

Psal. 108.

Acto. 1.

Ioh. 17.

Acto. 1.

1. Petr. 2.

Iudæ. 1.

Matt. 25.

Q

Gto, quod traxerunt nascentes, & in hoc manentes soluerunt tepus vite presentis. Quid enim de his iudicium iustitia faciat, quibus misericordia non subuenit, qui pura fide credit dicenti domino: Qui non manducat carne mea & bibit meum sanguinem, non habebit in se vitam: intelligit, & a contentione recedit. Qui vero secundum propositum dei viuunt, praesentis esse & praedestinos electio gratia eius, & regnum eis colorum esse praedestinatam sine dubitatione dicendum est. Hoc enim Apostolus Paulus probat, cum ante eos praedestinos & electos esse testatur, quam mundus constitueretur. Scribens enim Ephesiis dicit: Sicut elegit nos in ipso, id est, in Christo, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui praedestinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum in ipsum. Taceat humana lingua, nec prorsus in praedestinatione de meritis extollatur. Attendat dictum, ante mundi constitutionem: Diuina voluntatis est hoc donum, non humana fragilitatis meritum. Denique attende quid sequatur: In quo habemus, ait, redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, **H** ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quae in caelis, & quae in terra sunt in ipso. In quo etiam sumus praedestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suae, ut sumus in laudem gloriae eius, qui sperauimus in Christo. Audi, secundum diuitias, inquit, gratiae eius quae superabundauit in nobis, id est, quae praetulerit nos, inquit, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae. Audi, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suae: Nunquid mea vel tua aut alterius, ut meritis constet? Absit, sed suae. Quae etiam in his quos praedestinavit opera bonae praeparat voluntatis, ut in his ambulent, secundum quod idem in eadem Epistola dicit, Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus ut in illis ambulemus. Audi, in operibus bonis quae praeparauit deus. Et si quid te boni posse vides, age gratias praeparanti quod potes, non propriae voluntati: quia omnino sine illo nihil potes, qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Nolite itaque putare quod haec & huiusmodi dicentes, liberum voluntatis amputemus arbitrium: cum tamen constet ea quae loquimur ex autoritate diuina pendere, vel ut nobis calumniam obiicitis, quod operari bona, & oportere esse in dei proposito sollicitos prohibeamus. Quin potius, qui se dono gratiae ad dei misericordiam sentiunt peruenire, hortamur oportere incumbere orationibus, obsecrationibus, ieiuniis, vigiliis, omnique operi voluntatis diuinae: Praedestinati enim dicit Apostolus, cum tamen generale sit quod illis dicitur a Christo praedestinato secundum potentiam dei patris cum patre & spiritu sancto: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Item: Vigilate in omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt & stare ante filium hominis. Item, Contendite intrare per angustam portam. Item, Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis. Et multa alia quae longum est enarrare. Sed ut superius nominauit, qui eis dixit, Sine me nihil potestis facere: per ipsum quae iubentur facere possunt. Huiusmodi in Christo esse electos dei, ait Apostolus, in quo praedesti-

nati sunt secundum propositum eius qui omnia operatur. Intellige dictum, qui omnia operatur, & crede opus esse dei, opera eorum qui ambulant secundum propositum dei. Qui ergo absque praedestinationis gratia sunt: id est, alieni a proposito dei & perdurant in operibus malis, si etiam ex hac vita migraverint, non eos dicimus ut vos putatis, ita a deo omnium officio ordinatos ut perirent, tanquam ipse illis mores mala vita creauerit, ipse ad omne opus mortis inuitos praecipitauerit. Absit hoc a diuino proposito, non enim volens est iniquitate deus, nec mandauit cuiquam impie agere, nec alicui dedit laxamentum peccandi. Fecit enim ut essent omnia, & sanabiles nationes orbis terrarum. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitatur ergo illum qui sunt ex parte illius. Nec dicimus, ut fingitis, & si credere velint vel bonis operibus dei vacare, deum hac illis nosse prestare, cum huiusmodi velle dei sit donum. Si ergo ex deo est quod volunt, vult deus perfectum fieri quod donauit. Si autem ex deo non est, sed est de iactantia propriae voluntatis, qua se meritis dei aestimant promereri, manifeste quod vult capere non possunt, quia non volentis, inquit, Apostolus, neque curretis, sed miseris est dei. Et quia non potest homo a se facere quicquam nisi datum illi fuerit desuper, non hoc agit deus summe bonus malicia, sed iustitia, nec personarum acceptione, sed causarum secretarum discretionem. Nouimus nonnunquam quosdam volentes aeterna vitae fide accipere, & ea adipisci: quosdam autem non. Aliquos etiam nolentes consequi, cum in eis diuina gratia, aut dederit, vel immutauerit voluntatem: aliquos non. Nouimus aliquos etiam perfectos ex labore multorum annorum, pro lapsos in ultimo vitae suae & perierunt. Aliquos vero ab ineunte aetate sua in omni scelere & damnabilitate usque ad decrepita aetatem perdurasse, & repente caelitus inspirata salute, raptos esse ad requiem regni caelorum, Nouimus etiam paruulos, quibus vultus liberi arbitrij non est, ut de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam sacri baptismatis deportatos, & cum in vno eorum per manus sacerdotis mysterium fidei adimpleretur, aliquoties alterum in parentum manibus factum exanimem, fraudatum gratia saluatoris. Quis sapiens & intelligens haec? Aut quis idoneus erit horum reddere rationem? Dicamus cum Dauid, Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et: Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Dicamus etiam cum Apostolo Paulo: O altitudo diuinitiarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Sed si adhuc hac reddita ratione vultis esse contentiosi, nec acquiescere veritati, nobis tamen eo quod male de deo iusto ac misericordissimo sentiamus, calumniari desinite: sed ipsum potius dominum Iesum Christum, cuius Euangelium sequimur, si audetis arguite: cum illo iurgium sumite litigandi: illi quod absit, male sensisse de deo patre suo calumniarum: qui ait, Multi quidem vocati, pauci vero electi. Et, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et, Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit a patre meo. Et, Non omnes capiunt verbum hoc, nisi quibus datum est. Cetera etiam quam plurima. Falsum est ergo, inquit, quod ait Apostolus de deo, Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis suae venire? Omnino non est falsum, quia omne quod vult deus facere potest, nec prorsus humana voluntate quod vult praepeditur. Sed quare a vobis ut dicatis, quare deus qui vult omnes homines saluos fieri, quod

A quorundam, vt dicit Esaias Propheta, excacat oculos ne videant, & obdurat corda ne intelligant, ne couertantur & sanentur: Quod verum esse Ioanes Euangelista confirmat dicens de Iudeis: Propterea non poterat credere, quia dixit Esaias: Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum ut non videant oculis & intelligant corde, & couertantur & sanentur. Item in Euangelio secundum Marcum, cum Iesum interrogaret discipuli sui de parabola seminis: Vobis, inquit, datum est nosse mysterium regni dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia sunt, ut videntes videant, & non videant, & audientes audiunt & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. Dicite igitur, quare deus qui personarum acceptor non est, & vult oes homines saluos fieri, aliquorum corda reserat ad credendum, oculos illuminat ad videndum, & ad sciendum mysterium regni caelorum, quo scilicet salui fieri possunt: aliorum vero, ut lectionis textus dixit, inuoluens in parabolis veritatem obtudit cor, excacat oculos, claudit aures, ne Euangelium salutis agnoscant, ne remissionem accipiant peccatorum: Dicite quare, qualiter haec loca Euangelij accipitis: docete quid hic de deo, qui vult oes homines saluos fieri, sentitis. Ecce iam oes generaliter salui non sunt, cum aliis datur, ut nosse salutis, aliis non datur. Haec itaque cum facit deus, non personarum acceptione facit, non iniustitia, sed iustitia inenarrabili, & misericordia indebita. Quoniam vero hinc liquido utraque pars dicere nihil valemus, credamus tantum reum mortis ex iudicis voluntate perdere. Ne quisquam autem putaret diuino iudicio fieri, non oes homines saluari, dixit Apostolus, qui vult oes homines saluos fieri. Quapropter oes homines qui saluantur, dei voluntate saluantur. Deus enim noster, deus saluos facienti, & domini domini exitus mortis. Et, Quia ira in furore eius, & vita in voluntate ipsius. Intelligite itaque in furore iustitiae, in voluntate misericordiae. Praedestinationem igitur negare quam apud deum esse breuiter probauimus, immanis blasphemia est: quam non tantum sicut soleis dicere, in Apostolis debemus accipere, sed in Patriarchis & Prophetis, & martyribus & confessoribus, in omnibus sanctis & digne seruientibus deo. Hinc nemo gloriatur, nemo desperet. Solum enim dominus scit qui sunt eius. In quantum autem possumus, oes homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationem demus, pro inuicem oremus, in conspectu dei nos humiliter dicentes: Fiat voluntas tua. Ipsius erit potestatis, iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam praedestinationis indebitam praerogare.

AD LECTOREM.

Huius operis Augustinus non meminit in Catalogo suarum lucubrationum, sed omnia se referunt ingenium illius, ut de auctore nihil sit dubitandum.

DIVI AVRELI
AVGVSTINI HIPONENSIS
Episcopi, ad Eutropium & Paulum Episcopos, liber
de perfectione iustitiae contra Celestium.

Sanctis fratribus & coepiscopis, Eutropio & Paulo Augustinus Charitas vestra, quae in vobis tanta est, & tam sancta ut etiam iuberi seruire delectet, petiuit ut definitionibus quae dicuntur Celestij esse, respondeat. Sic enim praenotata est eadem Tomus septimus.

chartula quam dedistis: Definitiones ut dicit Celestij. Quae praenotatio credo quod non illi, sed eorum sit qui hoc attulerunt de Sicilia, ubi Celestius non esse perhibetur. Sunt enim multi talia garricetes, & sicut ait Apostolus, ipsi errantes & alios in errorem mittentes, ex illius tamen haec esse doctrina vel etiam quorundam sectatorum eius, & nos possumus arbitrari. Nam neque istae breues definitiones, vel potius rationationes ab illius abhorret ingenio, quod in opere alio eius inspexi, cuius esse constat auctoritate: & non frustra istos fratres qui haec attulerunt, in Sicilia existimo audisse quod ipse docuerit ista vel scripserit. Vellem autem si possem, ita obtemperare vestrae fraternae beneuolentiae, ut etiam ego tam breuiter responderem. Sed nisi & illa commemorarem quibus respondeo, quis poterit quemadmodum responderim iudicare? Conabor tamen quantum valero, adiuuante me apud domini misericordiam etiam orationibus vestris, ut non ultra quae necesse est meus sermo procurrat. Ante omnia, inquit, interrogandus est qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcumque peccatum: quod vitari potest, an quod vitari non potest. Si quod vitari non potest, peccatum non est. Si quod vitari potest, potest homo sine peccato esse, quod vitari potest. Nulla enim ratio vel iustitia patitur saltem dici peccatum, quod vitari nullo modo potest. Respondemus, vitari posse peccatum, si natura vitata sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Intantum enim sana non est, in quantum id quod faciendum est, aut cecitate non videt, aut infirmitate non implet. Dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut ea quae non vult homo faciat. Iterum ait, quarendus est, peccatum voluntatis an necessitatis est? Si necessitatis est, peccatum non est: si voluntatis est, vitari potest. Respondemus quod supra, & ut sanemur inuocamus eum, cui dicitur in Psalmo, De necessitatibus meis educe me. Iterum, inquit, quarendum est, quid sit peccatum? Naturale, an accides? Si naturale, peccatum non est. Si autem accides est, & recedere potest: & quod recedere potest, vitari potest: & quod vitari potest, potest homo sine eo esse quod vitari potest. Respondetur naturale non esse peccatum, sed naturae praesertim vitatae: unde facti sumus natura filij irae: parumque esse ad non peccandum voluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Iterum ait, quarendus est, quid est peccatum, actus, an res? Si res est, necesse est ut auctoritate habeat: & si auctoritate habere dicitur, iam alter praeter deum rei alicuius auctor induci videbitur: at si hoc dici impium est, & cofiteri necesse est peccatum omne actum esse, non rem. Si igitur actus est, immo quia vere actus est, vitari potest. Respondemus peccatum quidem actum dici & esse, non rem. Sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est, non res: quoniam res, pes ipse vel corpus vel homo est, qui peccati vitatio claudicat, nec tamen vitare potest homo claudicationem, nisi habeat sanatum pedem. Quod etiam in interiore homine fieri potest, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Ipsum sane vitium quo claudicat homo, nec pes est, nec corpus, nec homo, nec ipsa claudicatio, quae vitio non est quando non ambulat, cum tamen in vitium quo fit claudicatio quando ambulat. Quare ergo quod eidem vitio nomen imponat: vitium rem vel vitium, an actum, an rei potius qualitate mala, qua deformis actus existit. Sic & in homine interiore animus res est, rapina actus est, auaritia vitium est: id est, qualitas secundum quam malus est animus, etiam quando nihil agit unde auaritia vel rapina seruiat, etiam quando audit, Non concupiscis, sed vituperat, & tamen auarus manet, sed

G per fidē renouatur: id est, sanatur de die in diem, nec tamen nisi gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū. *2. Cor. 4.*
Ratiocina- tio. 5. Iterū, inquit, querendū est: vtrū ne debeat homo sine peccato esse. Proculdubio debet. Si debet, potest: si non potest, ergo nec debet. Et si nō debet hō esse sine peccato, debet ergo cū peccato esse, & iā peccatū nō erit, si illud deberi cōstitit. Aut si hoc etiā dici absurdū est, cōstiti necesse est, debere hominē sine peccato esse, & cōstat eū nō aliud debere q̄ potest. *Responsio.* Respondetur eadē similitudine qua superius iā respōdimus. Cū enī videm⁹ claudū qui sanari potest, rectē vtiq; dicimus, debet homo iste esse sine claudicatione: & si debet, potest: nec tamen cū vult cōtinuo potest, sed cū fuerit adhibita curatione sanatus, & medicina adiuerit voluntatē. Hoc fit in interiore homine, quod ad peccatū attinet tāquā ad eius claudicationē, per eius gratiā qui venit nō vocare iustos, sed peccatores: quia nō est opus sanis medic⁹, sed male habētibus. Iterū ait, querendū est: vtrū præceptū sit homini sine peccato esse. Aut enim nō potest, & præceptū non est: aut quia præceptū est, potest. Nā cur præcipere, quod fieri omnino nō posset? *Responsio.* Respondetur, consultius hōmīnī præcipi, vt rectis passibus ambulet, vt cum se non posse persexerit, medicinā requirat, quæ interioris hominis ad sanandā peccati claudicationem, gratia dei est per Iesum Christū dominū nostrū. *Math. 9.*
Ratiocina- tio. 6. Iterū ait, querendū est: an velit deus hominē sine peccato esse. Proculdubio vult, & peuldubio potest. Quis enim tā demens est, vt vel dubitet fieri posse quod deū velle nō dubitat? *Responsio.* Respondet. Si nollet deus hominē sine peccato esse, nō mitteret filium suum sine peccato, qui sanaret homines à peccatis. Hoc fit in credētibus & proficientibus nauigatione interioris hominis de die in diē, donec fiat perfecta iustitia tanquā sanitas plena. *Ratiocina- tio. 7.* Iterum ait, querendū est: quomodo vult deus hominē esse, cū peccato, an sine peccato? Proculdubio nō vult esse cū peccato. Quanta hæc impietatis blasphemia sit cogitandū est, vt dicatur hominē posse esse cū peccato, quod deus non vult: & negetur posse esse sine peccato, quod deus vult: quasi aliquē ad hoc deus creauerit vt possit esse quod nolit, & nō possit esse quod velit, & vt contra suam magis q̄ vt secundum suam existeret voluntatē. Iā superius respōsum est, sed addendū video, q̄ spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autē quod nō videmus speramus, per patientiā expectamus. Tunc ergo erit plena iustitia, quādo plena sanitas: tūc, plena sanitas, quādo plena charitas. Plenitudo enī legis charitas. Tunc autē plena charitas, quādo videbimus eum sicuti est. Neq; enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad visionē. Iterum querendū est, inquit, per quid efficitur homo cum peccato, per naturā necessitatē, an per arbitrij libertatē? Si per naturā necessitatē, culpa caret: si per arbitrij libertatē, querendū est: quomodo ipsam arbitrij libertatē acceperit. Proculdubio à deo. Deus autem quod dedit, certē bonum est, negari enim non potest. Quia igitur ratione bonū probatur, si magis ad malum quā ad bonum pronum est? Magis enim ad malum quā ad bonum pronum est, si homo per illud potest esse cum peccato, & nō potest esse sine peccato. *Responsio.* Respondetur: Per arbitrij libertatē factum vt esset homo cum peccato, sed iam pœnalis vitiositas subsecuta ex libertate fecit necessitatē. Vnde ad deū fides clamat, De necessitatib⁹ meis educ me. Sub quibus positi, vel non possumus quod volumus intelligere: vel quod intellexerimus, volumus, nec valem⁹ implere. Nā

& ipsa libertas credētib⁹ à liberatore pmittitur. Si vos, K inquit, fili⁹ liberauerit, tūc vere liberi eritis. Vicit enim vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. Hinc alia scriptura dicit, A quo enim quis de uictus est, 2. Petri. 2. huic & seruus addictus est. Sicut ergo nō est opus sanis medic⁹, sed male habētibus: ita nō est opus liberis liberator, sed seruis, vt ei dicat gratulatio libertatis, Saluasti de necessitatib⁹ animā meā. Ipsa enī sanitas est vera libertas, quæ non perisset, si bona permansisset voluntas. Quia vero peccauit voluntas, secuta est peccatē peccatū habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas: & accipiatur tāta libertas, i qua sicut necesse est permaneat beate viuendi voluntas, ita vt sit etiā bene viuēdi & nunq̄ peccādī voluntaria foelixq; necessitas. Proinde, inquit, Deus bonū hominē fecit, & præterquā illū bonū fecit, bonū ei insuper vt faceret impetauit. Quam impiū, vt cōfiteamur hominē malū esse, quod nec fact⁹ est, nec ei præceptū est, si negamus eū bonū posse esse, quod factus est, & quod ei vt faceret imperatū est. *Ratiocina- tio. 10.* Respondem⁹. Quia ergo nō se ipse homo, sed de⁹ bonū hominē fecit: de⁹ eū, nō se ipse vt si bonus reficit, dum volētem, credentē, inuocantē liberat à malo quod sibi ipse fecit. Hoc autē fit, dum gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum renouatur homo interior de die in diē, vt ad sempiternā nō pœnā, sed vitā resurgat homo exterior in nouissimo die. Iterū, ait, querendū est quot modis cōstat omne peccatū? Duobus nisi fallor, si aut illa fiant quæ prohibētur, aut illa nō fiat quæ iubētur. Tam certe omnia illa quæ prohibita sunt vitari p̄sunt, q̄ quæ præcepta sunt perfici. Nā frustra aut prohiberetur aut iuberetur quod vel caueri vel impleri nō possit. Et quomodo negabim⁹ posse esse hominē sine peccato, cū cōfiteri necesse sit, eū tā omnia illa quæ vetātur posse cauere, q̄ quæ imperātur efficere? Respondetur, multa esse in scripturis sanctis diuina præcepta, quæ omnia cōmemorare nimis operosum est. Sed domin⁹ qui verbū cōsum mās & breuiās fecit super terrā, i duob⁹ præceptis dixit legē Prophetasq; p̄dere: vt intelligeremus quicquid aliud diuinitus præceptū est, in his duob⁹ habere finē, & ad hæc duo esse referendū: Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua: M & diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. In his, inquit, duob⁹ præceptis tota lex p̄det & prophete. Quicquid ergo dei lege phibemur, & quicquid iubemur facere, ad hoc prohibemur & iubemur, vt duo ista cōpleam⁹. Et forte generalis prohibitio est, Nō cōcupiscēs: & generalis iustitio: Diliges. Vnde breuiter & Apostol⁹ Paul⁹ quodā loco vtrūq; cōplex⁹ est. Prohibitio enim est, Nolite cōformari huic seculo. Iustitio autē, Sed renouamini in nouitate mētis vestre. Illud pertinet ad nō cōcupiscere, hoc ad diligere. Illud ad cōtinētā, hoc ad iustitiā. Illud ad declinādū à malo, hoc ad faciēdū bonū. Nō cōcupiscēdo enim vetustate expoliamur, & nouitate induimur diligēdo. Sed nec quisquā potest cōtinēs esse nisi de⁹ det, & charitas dei diffundatur in cordib⁹ nostris, nō p̄ nos ipsos, sed per spiritū sanctū qui dat⁹ est nobis. Hoc autē fit de die in diē in iis qui volēdo & credēdo & inuocando pficiūt, & præterita obliuiscētēs, in ea quæ ante sūt extēdūt. Ad hoc enim lex ista præcepit, vt cum in his implēdis homo defecerit, nō se extollat superbia tumid⁹, sed ad gratiā cōfugiat fatigat⁹, ac sic eū lex terrēdo, ad Christū diligēdū pedagogi perducatur officio. Iterum querendū est, inquit, Quomodo nō potest homo sine peccato esse, voluntate, an natura? Si natura, peccatū nō est: si voluntate, p̄facile potest voluntas voluntate mutari. *Responsio.*

Responsio. Respondemus admonentes esse cogitandum quāta sit ista præsumptio, qua dicitur non solum posse, quod quidem adiuuante gratia dei negādum nō est, sed etiā p̄facile posse voluntate voluntatē mutari, cum dicat Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritū, & spirit⁹ aduersus carnē. Hæc enī sibi inuicē aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis. Nō enī ait, Hæc inuicē aduersantur, vt quæ potestis facere, nolitis: sed, vt nō ea quæ vultis faciatis. Cur ergo cōcupiscētia carnis quæ vtiq; culpabilis atq; vitiosa est, nihilq; est aliud q̄ desiderij peccati, quod idē Apostolus præcipit ne regnet in nostro mortali corpore, vbi satis ostendit esse tamē in nostro mortali corpore, quod pmittēdū nō sit vt regnet. Cur ergo ista cōcupiscētia nō mutata est ea voluntate, quā voluntatē satis euidenter expressit Apostolus dicēs, vt nō ea quæ vultis faciatis: si facile potest voluntas voluntate mutari? Nec sanē isto modo naturā siue animę, siue corporis, quā deus creauit & quæ tota bona est, accusamus, sed eā dicimus propria voluntate vitiatā, sine dei gratia nō posse sanari. Iterum autē querendū est, Si nō potest homo sine peccato esse, cuius culpa est, ipius ne hominis, an cuiuslibet alteri? Si ipius hominis, quomodo culpa hominis est, si hoc nō est quod esse nō potest? *Responsio.* Respondetur ideo esse culpā hominis, quod non est sine peccato: quia sola hominis voluntate factum est, vt ad istā necessitatē veniret, quā sola hominis voluntas superare nō possit. Iterū ait querendū est, Si natura hominis bona est, quod nullus negare nisi Marcion aut Manichē⁹ audebit, quomodo igitur bona est, si malo ei carere nō est possibile? Omne enim peccatū malū esse quis dubitet? Respondemus, Et naturam hominis bonā esse, & eā malo carere posse. Nā ideo clamamus, Libera nos à malo, quod nō perficitur, quandiu corpus quod corrūpitur, aggrauat aiam. Sed hoc agitur gratia per fidē, vt aliquādo dicatur: Vbi est mors cōtētio tua? vbi est mors acule⁹ tuus? Aculeus autē mortis peccatū, virtus vero peccati lex: quoniā lex phibēdo auget peccati cupiditatē, nisi diffundat spiritus charitatē, quæ plena & perfecta tūc erit, cum videbimus facie ad faciem. Et hoc, inquit, dicendū est. Certe iustus est deus, negari enim nō potest. Imputat autē deus homini omne peccatū. Et hoc quoq; cōstendū puto, quia neq; peccatum est quicquid nō imputabitur in peccatū. Et si est aliquid peccatū quod vitari nō possit, quomodo iustus deus dicitur, si imputare cuiquam creditur, quod vitari nō possit? Respondemus, iam olim cōtra superbos esse clamatū: Beatus cui nō imputauit domin⁹ peccatū. Nō enim imputat, his qui fideliter ei dicunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Et iuste nō imputat, quia iustū est quod ait: In qua mensura mēsi fueritis, in eadē remetietur vobis. Peccatū est autē, cum vel nō est charitas quæ esse debet, vel minor est q̄ debet, siue hoc voluntate vitari possit siue nō possit quia si potest, præles voluntas hoc facit: si autē nō potest, præterita voluntas hoc fecit, & tamen vitari potest, non quādo voluntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur. Post hoc ille qui ista cōscripsit, introducit personam suā quasi cum altero disputantem, & facit se interrogari, & quasi ab interrogante sibi dici: Da mihi hominē sine peccato? Et respōdet: Do tibi qui esse possit. Et rursus ab interrogante dicitur ei: Quis est? Et respōdet: Ipse tu. Quod si dixeris, inquit, ego esse nō possum: respōdendū est cui⁹ culpa est? Quod si dixeris mea, dicēdū est: Et quomodo tua est, si ipse sine peccato esse nō potes? Iterū facit se interrogari & dici sibi: Tu ipse Tomus septimus.

sine peccato es, qui dicis hominē sine peccato esse posse? Et respōdet q̄ nō sum sine peccato. Cuius culpa est? Quod si dixerit, iquit, tua est: respōdēdū est: Quomodo mea, si esse nō possum? Nos respōdemus nullū cū eis de his verbis esse debere cōfictū, quia nō est ausus dicere hominē esse sine peccato, vel aliq̄, vel seipsum, sed tantūmodo esse posse respōdit, quod neq; nos negam⁹. Quādo autē possit & per quē possit, hoc querit. Si enim modo est, nō omni animæ fideli possit in corpore mortis huius orandū est, & dicendū, Dimittē nobis debita nostra: cū iam in sancto baptismo vniuersa fuerint dimissa præterita. Quisquis autē mēbris fidelibus Christi hoc non esse orandū persuadere conatur, nihil aliud q̄ seipsum Christianū nō esse profitetur. Porrō si per seipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christ⁹ gratis mortuus est. Nō autē gratis Christus mortuus est. non igitur potest homo esse sine peccato, etiam si velit, nisi adiuuet gratia dei per Iesum Christū dominum nostrū. Quod vt perficiatur, & nūc in proficiētibus agitur, omnimodo implebitur cōtētionē mortis assumpta, & charitate, quæ credendo & sperādo nutritur, vidēdo & obtinēdo perfecta. Deinde instituit diuini testimonij agere quod intēdit. Quod quale sit, diligētius aduertamus. Testimonia, inquit, quibus probatur præceptū esse homini vt abq; peccato sit. Ad hoc respōdemus: Nō vtrum præceptū sit queritur, quod valde manifestū est, sed hoc ipsum quod præceptū esse cōstat, vtrū i corpore mortis hui⁹ possit impleri, vbi caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē, vt non ea quæ volumus faciamus. De quo corpore mortis huius non omnis liberatur qui finit hanc vitā, sed qui in hac vita susceperit gratiā, & ne i vanū suscipiat bonis operibus egerit. Aliud est enī exire de hoc corpore, quod omnes homines dies vitæ huius vltimus cogit: aliud est autē liberari de corpore mortis hui⁹, quod sola dei gratia per Iesum Christū dominū nostrū sanctis & fidelibus eius impertit. Post hanc autē vitā merces perficiēs redditur, sed eis tantū à quibus in hac vita eiusdē mercedis meritum comparatur. Non enim ad saturitatē iustitiæ, cum hinc exierit quisq; perueniet, nisi ad eā cum hic est, esuriendo & sitiendo cucurrerit. Beati quippe qui esuriūt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Quādiu ergo peregrinātes à domino, per fidē ambulamus, nō per speciem, vnde dictū est, Iustus ex fide viuūt: hæc est nostra in ipsa peregrinatiōe iustitia, vt ad illā perfectionē plenitudinemq; iustitiæ vbi in specie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, nūc ipsi⁹ cursus rectitudinē & perfectionē tēdamus, castigādō corp⁹ nostrū & seruituti subiiciendo, & elemosynas in dandis beneficiis & dimittendis quæ in nos sunt commissa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indefinēter insistenti, & hoc faciendo in doctrina sana quæ edificatur fides recta, spes firma, charitas pura. Hæc est nunc nostra iustitia qua currimus, esuriētes & sitiētes ad perfectionē plenitudinemq; iustitiæ, vt ea postea saturemur. Vnde domin⁹ in Euāgelio cū dixisset, Nolite facere iustitiā vestrā corā hominibus vt videamini ab eis: ne istū nostrum cursum sine humana gloria metiremur, nō est in expositione iustitiæ ipius executus, nisi tria ista, ieiuniū, elemosynas, orationes: ieiunio scilicet vniuersā corporis castigationē significans: elemosynis omnē beneuolentiam & beneficētiam vel dādi vel ignoscendi: & oratione insinuas omnes regulas sancti desiderij: vt quoniā in castigatione corporis frenatur concupiscētia, quæ nō frenari, sed omnino esse nō de-

Gbet, nec erit in illa perfectione iustitiae, ubi nullum erit omnino peccatum, & saepe in vsu rerum etiam concessarum atque benedictarum exierit immoderationem suam: in ipsa vero beneficentia qua iustus consulit proximo, quaedam sunt quae obfunt cum prodesse putata sint, & aliquando per infirmitatem, vel cum minus sufficitur necessitatibus aliorum, vel parum in eis proficit quod benignitatis ac laboris impenditur, surrepit tadium, quo fulsetur hilaritas, in qua dator diliget deus. Surrepit autem tanto magis, quanto minus quisque, & tanto minus, quanto magis profecerit. His atque huiusmodi consideratis merito in oratione dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si tamen quod dicimus, faciamus, ut vel ipsi etiam diligantur inimici, vel si quisquam adhuc in Christo parvulus hoc nondum faciat, penitenti tamen, quod in eum quisque peccavit, & veniam petenti ex intimo cordis ignoscat, si vult ut eius orationem pater celestis exaudiat. In qua oratione si contentiosus esse nolimus, satis nobis propositum speculum est, ubi inspicitur vita iustorum qui ex fide viuunt, & perfecte currunt, quantum sine peccato non sint: unde dicunt, Dimitte nobis: quia nondum quod curritur perueniunt. Hinc dicit Apostolus: Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum, fratres ego non me arbitror apprehendisse: vnum autem, quae retro sunt oblitus, in ea quae ante sunt extensus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus: id est, quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus quod nondum perfecti sumus, ut illuc perficiamus quod perfecte adhuc currimus: ut cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruat: id est, non iam ex parte sit, sed ex toto: quia fidei & spei iam res ipsa non qua credatur & speretur, sed quae videatur teneaturque succedet. Caritas autem quae in his tribus maior est, non auferatur, sed augetur & impleatur, contemplata quod credebat, & quod sperabat in deo. In qua plenitudine charitatis praecipuum illud implebitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiae, quod vel continentia frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quavis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tunc erit iustus sine vilo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius: repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diligit deum, quod est primum summumque praecipuum. Cur ergo non praecipere homini ista perfectio, quavis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quod currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur si nullis praecipuis ostenderetur? Sic ergo curramus, ut comprehedamus. Omnes enim qui recte currunt, comprehendunt. Non sicut in agone theatro, omnes quidem currunt, sed vnus accipit palmam. Curramus credendo, sperando, desiderando, curramus corpus castigando & elemosinas in dandis bonis malisque ignoscendo hilariter & ex corde faciendo, & currentium vires ut adiuentur oratio, & sic audiamus praecipua perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis. His praemissis ea testimonia quae posuit ille cui respondemus, tanquam nos ea protulerimus diligenter audiamus. In Deuteronomio, Tu autem perfectus eris coram domino deo tuo. Item illic, Et non erit incosum manus in filiis Israel. Item saluator in Euangelio: Estote perfecti, quia pater vester qui in caelis est, perfectus est. Item Apostolus ad Corinthios se-

cunda: Decetero fratres gaudete, perfecti estote. Item 2. Cor. 13 ad Colossenses: Corripientes omnem hominem & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Item ad Philippenses: Omnia facite sine murmuratione & hesitatione, ut sitis irreprehensibiles & simplices, sicut filii dei immaculati. Item ad 8 Ephesios: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Item ad Colossenses: Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem eius, exhibete vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles. Item ad Ephesios: Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut liquid huiusmodi, ut sit sancta & immaculata. Item ad 11 Corinthios prima: Sobrii estote, & iusti, & nolite peccare. Item in Epistola sancti Petri: Propter quod sancti lumbos vestrae, sobrii, perfecti sperate in ea quae offertur vobis gratia, quasi filii obedientiae, non con- figurati prioribus ignorantiae vestrae concupiscentiis, sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi sancti in omni conuersatione sitis, quia scriptum est: Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Unde & beatus David dicit: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Et alibi: Et ero immaculatus cum eo. Et alibi: Beati immaculati in via, qui ambulat in lege domini. Item apud Salomonem: Diligit dominus sancta corda, accepti sunt autem illi omnes immaculati. Horum testimoniorum aliqua currentes exhortantur, ut perfecte currant, aliqua ipsam finem commemorant quod currendo pertendant. Ingressi autem sine macula non absurde etiam ille dicitur, non qui iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currit, carere criminibus danabilibus, atque ipsa peccata venialia non negligens mudare elemosynis. Ingressum quippe hoc iter nostrum quo tendimus ad perfectionem, munda mandata oratio. Munda est autem oratio ubi veraciter dicitur, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus: ut dum reprehenditur quod non imputatur, sine reprehensione, hoc est, sine macula noster ad perfectionem cursus habeatur. In qua perfectione cum ad eam peruenimus, iam non sit omnino quod ignoscendo mundetur. Deinde iste adhibet testimonia quibus ostendat, non esse grauium diuina praecipua. Quis autem nesciat, cum praecipuum sit generale charitas, quia finis praecipui est charitas, & plenitudo legis est charitas, non esse graue quod diligendo fit, non timendo? Laborant autem in dei praecipuis, qui ca timendo conantur implere: sed perfecta charitas foras mittit timorem, & facit praecipui sarcinam leuem, non solum non prementem onere ponderum, verum etiam subleuantem vice pennarum. Quae tamen charitas ut habeatur, etiam tanta quanta in corpore mortis huius haberi potest, parum est nostrae voluntatis arbitrium, nisi adiuuet gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Diffunditur quippe in cordibus nostris, quod saepe dicendum est, non per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nec aliam ob causam scriptura commemorat non esse grauium diuina praecipua, nisi ut anima quae illa grauium sentit, intelligat se nondum accepisse vires, quibus talia sint praecipua domini qualia commendantur, leuia scilicet atque suauia, & oret gemitu voluntatis ut impetret donum facilitatis. Qui enim dicit, Fiat cor meum

A meum immaculatum: Et, Itinera mea dirige secundum verbum tuum: Et, Ne domineur mihi omnis iniquitas: Et, Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra: & ne nos inferas in temptationem: & cetera huiusmodi quae commemorare longum est: hoc utique orat, ut praecipua dei faciat: quae ut fieret nec iuberetur, si nihil sibi nostra voluntas ageret: nec oraretur, si sola sufficeret. Commendant ergo non esse grauium, ut cui grauium sunt, intelligat nondum se accepisse donum quo grauium non sint, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, ut grauium sint. Hilarem enim datorem diligit deus. Nec tamen cum ea grauium sentit, desperando frangatur, sed ad quaerendum, petendum, pulsandumque cogatur. Audiamus ergo & in his testimoniis quae deinde posuit, deum sua praecipua non grauium commendante, quod dei mandata, inquit, non modo impossibilia non sunt, verum ne grauium quidem. In Deuteronomio, Et conuertetur dominus deus tuus epulari in te super bonis, sicut epulatus est super patres tuos, si audieritis vocem domini dei vestri, cui odire & facere omnia mandata eius, & iustitias & iudicia quae scripta sunt in libro legis huius. Si conuersus fueris ad dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, quia mandatum hoc, quod ego in modo tibi hodie, non est graue, neque longe a te est. Non est in caelo, ut dicas, quis ascendet in caelum, & accipiet illud nobis, & audientes faciamus: Non est trans mare, ut dicas, quis transfretabit mare & accipiet illud nobis, & audientes faciamus: luxta te est enim verbum in ore tuo, in corde & in manibus tuis facere illud. Item dominus in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Item in Epistola sancti Ioannis: Haec est charitas dei, ut mandata eius obseruemus, & mandata eius grauium non sunt. His auditis legitimis & Euangelicis & Apostolicis testimoniis edificemur ad gratiam, quam non intelligunt, qui ignorantes dei iustitiam & suam volentes constituerent, iustitiae dei non sunt subiecti. Si enim non intelligunt illud in Deuteronomio, quae admodum Apostolus Paulus commemorauerit, ut corde credatur ad iustitiam, ore fiat confessio ad salutem, quia non est opus sanis medicis, sed male habentibus: isto certe Ioannis Apostoli testimonio quod ad ista sententiam posuit vltimum, ubi ait: Haec est charitas dei, ut mandata eius seruemus, & mandata eius grauium non sunt: debet utique commoneri, charitati dei non esse graue mandatum dei, quae non nisi per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris: non per arbitrium humanae voluntatis, cui plus dando quam oportet, ignorant iustitiam dei: Quae tamen charitas tunc perfecta erit, cum penalis timor omnis abscesserit. Post haec proposuit testimonia quae contra eos dici solent, nec ea soluit, sed commemorando quasi contraria, quaestiones arctius illigauit. Ait enim, testimonia scripturarum quae ediuersoponenda sunt his qui arbitrii libertatem vel non peccandi possibilitatem imperite existimant se scripturarum auctoritate posse destruere. Obiicere enim solent, inquit, quod sanctus Iob dixerit, Quis mundus est a peccato? Nec infans, cuius est vnus dies vita super terram. Deinde quasi responderet huic testimonio alij testimoniis, quod ipse Iob dixerit: Iustus enim vir & sine querela, factus sum in derisum: non intelligens, posse dici hominem iustum, qui perfectioni iustitiae plurimum accessit, ita ut ei proximus fieret, quod multos etiam in hac vita potuisse, in qua ex fide viuunt, non negamus. Hoc & illo testimonio confirmat, quod iste consequenter adiunxit ab eodem Iob dictum: Ecce ipse proximus

sum iudicio meo, & scio quia iustus inueniar. Hoc enim dicitur iudicium, de quo alibi dicitur: Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum velut meridiem. Denique non dixit, ubi sum, sed proximus sum. Quod si iudicium suum illud intelligi voluit, non quod ipse iudicauit, sed quod in fine est iudicandus, iusti in illo iudicio inuenient omnes qui non fallaciter dicunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Per hac enim dimissionem iusti inuenientur, eo quod ea quae hic habebant peccata elemosynis deleuerunt. Unde dominus dicit, Date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Denique hoc dicitur iustis in regnum promissum iuris: Esuriui enim & dedistis mihi manducare: & cetera huiusmodi. Sed aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnguento dicitur: aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiam in hac vita dici potuit: quoniam est quidam modus bonae vitae, de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querela esse non possit. Quis enim iuste queritur de homine qui nemini male vult, & quibus potest fideliter consulit, nec contra cuiusque iniurias tenet libidine vindicandi, ut veraciter dicat, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et tamen eo ipso quod verum dicit, Dimitte, sicut & nos dimittimus: sine peccato se non esse declarat. Inde est quod dicit: Nihil iniquum erat in manibus meis, sed munda oratio mea. Hinc enim, erat munda oratio, quia veniam non iniuste petebat, qui veraciter dabat. & quod dicit de domino, Multas enim conuersiones meas fecit sine causa: non ait: Nullas fecit cum causa: sed, multas sine causa. Non enim propter multa peccata eius facta sunt ei multae conuersiones, sed propter probationem patientiae. Nam propter peccata sine quibus, ut alibi dicitur, non fuit, pauciora se pati debuisset iudicari. Itaque quod dicit: Vias enim eius custodiui, & non declinaui a mandatis eius, neque discedam: Custodit vias dei, qui non sic exorbitat, ut eas relinquat, sed in eis currendo proficit, & si aliquando ut infirmus offendit aut titubat, proficit autem minuendo peccata donec perueniat ubi sine peccato sit. Non enim aliter potest eo modo proficere, nisi custodiendo vias eius. Declinat autem a mandatis domini atque discedit apostata, non ille qui etiam si habeat peccatum, conuincendi tamen cum eo perseverantiam non relinquit, donec eo perueniat, ubi nulla cum morte contentio remanebit. In isto ergo conflictu induimur ea iustitia qua hic ex fide viuunt, & ea quodammodo loriamur. Assumimus quoque iudicium, quod etiam contra nos pro nobis facimus, quando peccata nostra accusando danamus: unde scriptum est, Iustus ipse sui accusator est in primordio sermonis. Hinc item dicit, Iustitia vestri erit, & circumdedit mihi iudicium sicut chlamydem. Nam & ista vestis, belli magis solet esse quam pacis, ubi adhuc expugnatur concupiscentia, non ubi erit plena sine aliquo prorsus hoste iustitia, nonissima inimica morte destructa. Quod autem iterum ait idem sanctus Iob: Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: tunc nos in ista vita in qua ex fide viuimus, non reprehendit cor nostrum, si eadem fides in qua corde creditur ad iustitiam, non negligit reprehendere peccatum nostrum. Unde dicit Apostolus: Non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Bonum est enim non concupiscere, & hoc bonum vult iustus, qui ex fide vidit, & tamen facit quod odit, quia concupiscit, quavis post concupiscentias suas non eat. Quod si fecerit, tunc vere ipse fecit ut cedat & consentiat, ut desiderio peccati obediat. Tunc enim cor eius reprehendit, quia ipsum reprehendit, non illud peccatum eius quod habitat in membris eius. Cum vero non sint regnare peccatum in suo mortali corpore ad obediendum desideris eius.

Lter se litigare videatur, quarum concordiam nos debemus ostendere. Ait enim, quibus respondendum est quod de sancto Zacharia Euangelista testatur, dicens: Erat autem Zacharias & Helizabech vxor eius iusti ambo in conspectu domini, & in omnibus mandatis incedentes & iustificationibus domini sine querela. Qui iusti ambo utique legerant inter ipsa mandata, quae ad modum sua peccata mandarent: Nam Zacharias, quod de omni sacerdote ex hominibus accepto in Epistola ad Hebraeos dicitur, etiam pro suis peccatis utique hostias offerebat. Quomodo ergo intelligendum sit quod dicitur sine querela, iam supra satis, quantum opinor, ostendimus. Et beatus, inquit, Apostolus ait: Ut simus sancti & immaculati in conspectu eius. Hoc agit, ut hoc simus, si immaculati intelligendi sunt qui omnino sine peccato sunt. Sicut autem immaculati sunt qui sunt sine crimine, etiam in hac vita fuisse atque esse negare non possumus, quia non ideo sine villo peccato est aliquis quoniam non habet maculam criminis. Unde & Apostolus cum ministros eligeret ordinandos, non ait, si quis sine peccato: quod inuenire non posset: sed ait, Si quis crimine: quod utique posset. Nec tamen ipse ostendit quae admodum secundum suam causam debeamus accipere quod scriptum est, Quoniam non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Aperi-
Hta quippe sententia est de superiore versu illustrata declarata. Non intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Iudicium timet, quia misericordiam desiderat, quae superexultat iudicio. Hoc est enim ne intres in iudicium cum seruo tuo, noli me iudicare secundum te qui es sine peccato, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens: quod de hac vita dictum sine difficili questione intelligitur. Et quod ait, non iustificabit: ad illam perfectionem non iustitiae retulit quae in hac vita non est. Item dicit, inquit: Si dixerim quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et huic euidentissimo testimonio quasi contrariis testimoniis respondere conatus est, quod idem sanctus Ioannes in eadem epistola dicit: Hoc autem dico fratres, ut non peccetis. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quia semetipsum in eo manet, & non potest peccare. Item illic: Qui natus est ex deo, non peccat, quia generatio dei cooperat eum, & malignum non tangit eum. Item illic, inquit, ubi de saluatore ait: Quoniam ille apparuit, ut peccata tollerent. Omnis qui in eo manet, non peccat. Omnis qui peccat, non vidit eum nec cognouit eum. Item illic: Charissimi, nunc filii dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: & omnis qui habet spiritum hunc in se, sanctificat se, sicuti & ipse sanctus est. Et tamen cum hac omnia testimonia vera sunt, verum est & illud quod proposuit & non soluit: Quod si dixerim quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ac pro hoc secundum id quod ex deo nati sumus, in eo qui apparuit ut peccata tollerent, id est in Christo manemus, & non peccamus. hoc est autem, quod interior renouatur de die in diem. Secundum autem quod de homine illo nati sumus propter quod peccatum intravit in mundum, & propter peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, sine peccato non sumus: quia sine illius infirmitate non sumus, donec illa renouatione quae fit de die in diem, quoniam secundum ipsam ex deo nati sumus, & in qua sine peccato non sumus, cuius reliquias in homine manentibus interiore, quibus de die in diem minuatur in proficiendis, si dixerim quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quomodo enim verum est: Omnis qui peccat non vidit eum, neque cognouit eum: cum secundum visionem & cognitionem quae erit in specie, nemo eum in hac vita videat atque cognoscat: secundum autem visionem atque cognitionem quae est in fide, multi

sunt qui peccent, certe ipsi apostate, qui tamen eum aliquando crediderunt, ut de nullo eorum dici possit secundum visionem & cognitionem quae adhuc in fide est, non vidit eum neque cognouit eum: Sed intelligendum est, quod arbitror, quia renouatio proficienda videt eum & cognoscit: infirmitas vero absumenda non videt neque cognoscit eum. In cuius quantumvis quae reliquias constituit interius, si dixerim quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Cum ergo pro gratia renouationis filii dei sumus, tamen propter reliquias infirmitatis non dum apparuit quod erimus, scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc peccatum nullum erit, quia infirmitas nec interior nec exterior vlla remanebit, & omnis qui habet hanc spiritum in eum, sanctificat seipsum sicut & ipse sanctus est. Sanctificat enim se non pro seipso, sed credendo in illum & inuocando illum qui sanctificat sanctos suos: Cuius sanctificationis perfectio, quae nunc proficit & crescit de die in diem, omnes infirmitatis reliquias ablatura est. Item dicit, inquit, Non volentis neque currentis, sed miseris est dei. Quibus respondendum esse dicit, quod idem Apostolus alibi de quodam ait, Quod vult faciat. Item, inquit, ad Philemonem de Onesimo: Quae ego volueram apud me detinere, ut pro te mihi ministrarem, sed sine consilio tuo nihil volui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Item in Deuteronomio, Vita & morte dedit ante faciem tuam, bonum & malum, elige vitam ut viuas. Item apud Salomonem, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit ei praecepta & mandata, si voles, praecepta serua-bunt te, & posterum fidei placitum facere. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod vis porrigere manum tuam. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, pauca & honestas a domino deo sunt. Item apud Esaiam, Et si volueritis & audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis. Si autem nolueritis, nec audieritis me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum est haec. Hic vero quilibet isti se obtegat, aperit. Declarat enim se contra dei gratiam vel misericordiam disputare, quam volumus impetrare cum dicimus, Fiat voluntas tua sicuti in caelo ita & in terra: Et, ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Ut quid enim ista oratio tanto gemitu petimus, si volentis hominis & currentis, & non miseris est dei? Non quia hoc sine voluntate nostra agit, sed quia voluntas non implet quod agit, nisi diuinitus adiuetur. Haec est fidei san-titas quae nos facit orare, quarere ut inueniamus, petere ut accipiamus, pulsare ut aperiat nobis. Contra ista quae disputat, contra seipsum claudit ostium misericordiae dei. Non lo plura dicere de re tanta, quia melius ea committo fidelium gemitibus quam sermonibus meis. Videte tamen obsecro quale sit volenti & currenti misericordiam dei non necessariam, quae illum etiam preuenit ut curreret, quia de quodam ait Apostolus: Quod vult faciat. Ibi ut arbitror ubi sequitur & dicit: Non peccat, si nubat, quasi pro magno habendum sit velle nubere, ubi de adiutorio diuinae misericordiae operosius disputat. Aut vero etiam ibi potest aliquid velle, nisi deus prouideret, qua gubernat omnia, mare & feminam coniugat: Aut quoniam ad Philemonem scripsit Apostolus, ut non quasi ex necessitate bonum eius esset, sed voluntarium: quasi aliter sit voluntarium bonum, non cum deus operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: Aut quia in Deuteronomio scriptum est: Vita & morte dedit ante faciem hominis, bonum & malum, & admonuit ut eligeret vitam: quasi & ipsa admonitio non de misericordia veniat: vel aliquid potest eligeri vitam, nisi deus eligendi charitate inspiraret, & electam habere praestaret. De quo dictum est, Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius, aut quia dictum est, Si voles praecepta serua-bunt te: quasi non debeat deo agere gratias, quia praecepta

accepta voluit, qui desertus omni lumine veritatis, haec velle non posset. Positis ante hominem igne & aqua, quo vult quidem porrigat manum, sed altior est qui vocat altius quam omnis humana cogitatio: Quae quidem in initium corrigendi cor fides est, sicut scriptum est: Venies & pertransibis ab initio fidei, & quisquis ita elegerit bonum sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. Et nemo potest ad me venire, ait princeps fidei, nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Quod de fide dictum esse quia in eum creditur, satis euidenter postea explanat, ubi dicit: Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, sed quidam sunt ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis eum traditurus esset, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest ad me venire, nisi fuerit ei datum a patre meo. Magni aliquid pro sua causa se inuenisse arbitratus est apud Esaiam prophetam, quia deus dixit: Si volueritis & audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis. Si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum est haec. Quasi non lex tota huiusmodi conditionibus plena sit: aut ob aliud superbis praecepta ista data sunt, nisi quia lex prauaricationis gratia posita est, donec veniret semetipsum cui promissum est. Unde subintravit, ut abudaret delictum, & ubi abundauit delictum, superabundauit gratia: id est ut acciperet homo praecepta superbe de suis viribus confidens, in quibus deficiens & factus etiam prauaricator, liberator saluatorque: requiret, atque ita cum timor legis humiliter factum tanquam paedagogus ad fidem gratiamque: perduceret. Ita multiplicatis infirmitatibus postea accelerauerunt, quibus sanandis opportune Christus aduenit. In cuius gratia etiam iusti antiqui crediderunt, eadem ipsa gratia eius adiunt, ut gaudentes eum praefererent, & quidam etiam praenunciarent esse venturum: vel in illo populo Israele sicut Moyses, & Iesus Nave, & Samuel, & David, & ceteri tales, vel extra ipsum populum, sicut Iob: vel ante ipsum populum, sicut Abraham, sicut Noe & quicumque alij sunt quos vel commemorat vel tacet diuina scriptura. Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, sine cuius gratia nemo a condemnatione liberatur, siue quam contraxit ex illo, in quo omnes peccauerunt, siue quam postea suis iniquitatibus addidit. Quale est autem quod iste posuit in extremo: Si quis dixerit, potest fieri, ut homo vel verbo non peccet. Respondendum est, inquit, Si vult deus, potest: vult enim deus, ergo potest, item ait: Si quis dixerit, fieri potest, ut homo in cogitatione non delinquat: Respondendum est, Si vult deus potest: vult enim deus, ergo potest. Videte quemadmodum noluerit dicere, si deus adiuuet, potest: qui dicitur, Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Non utique ad corporalia bona capessenda & mala cauenda, sed ad gerendam perfectiendamque iustitiam: propter quod dicimus, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Nec adiuuatur, nisi qui & ipse aliquid agit: Adiuuatur autem si inuocat, si credit, si secundum propositum vocatus est, quoniam quos ante praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Currimus ergo cum proficimus, dum sanitas nostra in proficientibus currit: sicut etiam cicatrix currere dicitur, quando bene vulnus diligenterque curatur: ut ex omni parte perfecti sine vlla simus omnino infirmitate peccati, quod non solum vult deus, verum etiam ut impleatur facit atque adiuuat. Et hoc nobiscum agit gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non solum praecipitis, sacra-

mentis, exemplis, sed & spiritu sancto, per quem latenter diffunditur charitas in cordibus nostris, qui interpellat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis perficiatur sanitas, & deus sicut videndus est in aeterna veritate inoffretur. Quisquis ergo fuisse vel esse in hac vita aliquem hominem, vel aliquos homines putat, excepto vno mediatore dei & hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuinae scripturae, ubi apostolus ait: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: Et necesse est, ut impia contentione asserat, esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberante atque saluante sint liberi saluique a peccato, cum ille dixerit, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quisquis autem dicit, post acceptam remissionem peccatorum ita quenquam hominem iuste vixisse in hac carne, vel viuere, ut nullum habeat omnino peccatum, contradicit Apostolo Ioanni qui ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Non enim ait, habuimus: sed habemus. Quod si quis asserit de illo peccato esse dictum, quod habitat in carne mortali nostra secundum vicium quod peccatis primi hominis voluntate contractum est, cuius peccati desiderium ne obediamus, Paulus Apostolus praecipit: non autem peccare, qui eidem peccato quantumvis in carne habitanti, ad nullum opus malum omnino consentit vel facti vel dicti vel cogitati, quantumvis ipsa concupiscentia moueatur, quae alio modo peccati nomen accepit, quod ei consentire peccare sit, nobisque moueatur inuitis, subtiliter quidem ista discernit, sed videat quid agatur de dominica oratione, ubi dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Quod nisi fallor, non opus esset dicere, si nunquam, vel in lapsu linguae, vel in oblectanda cogitatione eiusdem peccati desiderium, aliquantulum consentimus, sed tantummodo dicendum esset: ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Nec Iacobus Apostolus diceret, in multis offendimus omnes. Non enim offendit, nisi cui mala concupiscentia contra iustitiam rationem appetendo seu vitando, faciendum vel dicendum vel cogitandum, aliquid, quod non debuit, siue fallentis, siue praualens persuadet. Postremo si excepto illo capite nostro sui corporis saluatore, asseruntur vel fuisse, vel esse in hac vita aliqui homines iusti sine aliquo peccato, siue nunquam consentiendo desiderium eius, siue quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est, ut hoc pietati non imputet deus, quantumvis aliter sit beatus sine peccato, aliter autem beatus, cui non imputat dominus peccatum, non nimis existimo reluctandum. Scio enim quibusdam esse visum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quantum nec defendere valeam. Sed plane quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem: negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratia dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem, ab auribus omnium remouendum, & ore omnium anathematizandum non dubito.

LUC. 1.
 HEB. 5.
 EPHE. 1.
 AD TH. 1.
 PSAL. 142.
 IACO. 3.
 1. IOAN. 1.
 1. IOAN. 3.
 1. IOAN. 5.
 1. IOAN. 3.
 2. COR. 4.
 ROM. 5.
 1. IOAN. 3.

1. IOAN. 1.
 1. IOAN. 3.
 ROMAN. 9.
 1. COR. 7.
 AD PHILEMONEM. b.
 DEUT. 30.
 ECCLES. 15.
 ESAI. 1.
 RESPONSIO.
 MAT. 6.
 1. COR. 9.
 AD PHILEMONEM. b.
 PHILIP. 2.
 DEUT. 30.
 PSAL. 29.
 ESAI. 1.

Rom. 7.
 Ibidem.
 Mat. 9.
 1. IOAN. 7.
 Mat. 6.
 Iacobus.

**G 23 DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
EPISCOPI, CONTRA GAV-
DENTIVM TAMVGA-
DENSEM EPISCO-
PVM, LIBER
TERTIVS.**



CEPIT Gaudenti respon-
sionem tuam: si ta-
men ista responsio di-
cenda est, quam mihi
propterea referre volui-
sti, ne si tacuisses, dice-
remus te esse cōiūctum.
Sed non hoc est respō-
dere, quod est non ta-
cere. Nam si hoc est, respō-
disti planē. Sed ideo,

H ut etiam hi, qui de te aliquid possent sperare, nouerint te non inuenisse quid respondere deberes: & tamen respondisse ne taceres. Itaque cum caueris ne victus dicereris, fecisti ut ostendereris. Ad quod ostendendum tua ipsa scripta sufficiunt, si ab intelligentibus legantur, & meis diligenti examine comparentur. Ut autem scriptis aliis hoc doceam, quo etiam ingeniis tardioribus satisfiat, aliquanto prolixior disputatio necessaria est: quam quidem ingrediar, si opus fuerit, dominūque voluerit. Nunc interim, quoniam potius esse catholicos testimonio beati Cypriani affirmare conat^o es: attende paululum quam Ecclesiam dixerit ille catholicam, cum eius defenderet unitatem: Ecclesia, inquit, domini Luce perfusa, per totum orbē radios suos porrigit. Vnum tamen lumen est, quod ubique diffunditur: nec unitas corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit profuentes largiter riuos largius expandit. Vnum tamen caput est, & origo vna: & vna mater fecunditatis successibus copiosa. Quid igitur & volūptas fallitis, & alios fallere mendaciis impudentibus vultis? Si huius martyris testimonio vestra est Ecclesia catholica, ostendite illam per orbem totum radios suos porrigit, ostendite illam per vniuersam terrā ramos suos copia vbertatis extendere. Hinc enim & Græco vocabulo catholica nominatur. Quod enim Græcè *ἁλὸν* dicitur, Latine totum vel vniuersum interpretatur. Per totum ergo siue secundum totam est *καθολικόν*, unde catholica nuncupatur. Si hoc nosti, quare te nosse dissimulas? Si autem ignoras, quare nō prius quam loqueris, quod nescis, eos qui nouerint, interrogas: quod si displicet tibi, non Græcam, sed aliquā linguam inueni, qua doceas *καθολικόν*, non per totum siue secundum totum, vel secundum vniuersum significare: & recede à testimonio Cypriani. Ille namque contra te loquitur, qui vides quid dicat. Per orbem totum dicit & per vniuersam terram porrigit extenditque catholicam. Græco eius nomini ac diffinitioni consenties. Tu aliud tenere, sentire, dicere repereris: & dum Cypriano teste inuiteris, Cypriano teste mentiris. Ab hac ergo vera germanaque catholica, quæ domini Luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, ramos suos per vniuersam terram copia vbertatis extendit, quæ causa fuerit excundi, cum interrogamini, nihil iustū inuenitis: prorsus

ab hac ecclesia exitum vestrum nulla purgatione probabilis executionis abluitis. Quid enim dicitis nisi necessitas compulit, ut iusti relinqueremus iniustos? Respondet vobis scriptura diuina: filius malus ipse se iustū dicit, exitum verò suum non abluuit. Exitum, inquit, suū, utique illum, de quo dicit apostolus Ioannes: Ex nobis exierunt, omnino non abluuit, non defendit, non excusat non purgat. Ad iustos enim non pertinet in Ecclesia catholica nisi malos, quos corrigere vel damnare non possunt patientissime tolerare: nec propter zizania, de dominico agro, nec propter paleam, de dominica area, nec propter vasa inhonorata, de dominica domo, nec propter pisces malos, de dominicis retibus, ante tempus exire, ne frustra exitū suum conentur saluere. Has euangelicas sententias si volueris in alium sensum qualibet argumentatione couertere, eidem beato Cypriano, cuius testimonium adhibes, contradicis: sicut in nostra collatione fecistis. Nam hac de ista quaestione supra dicti martyris verba sunt, in epistola quam scripsit ad Maximinum & socios confessionis eius: Et si videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborandum est, ut frumentum esse possimus: ut cum cæperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit: In domo autem magna nō solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quadam quidē honorata, quadam verò inhonorata. Nos operā demus, & quantum possumus laboremus, ut vas aureum vel agenteum simus. Ceterum fictilia vasa cōstringere soli domino cōcessum est, cui & virga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo seruus. Nec quisquam sibi, quod soli filio pater tribuit, vendicari: ut se putet, aut ad aream ventilandam, & purgandā paleam, vel ventilabrum iam ferre posse, aut à frumento vniuersa zizania humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega presumptio, quam tibi furor prauus adsumit: & dum sibi semper aliquid amplius, quā iustitia deprecatur, adsumunt, de ecclesia pereunt. Et dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore cæcati veritatis lumen amittunt. Nempe nunc saltem vides aduersus sanctum Cyprianum vos in nostra collatione clamasse, eique contentionibus resistisse, quibus asserebatis agrum Christi, de quo ait: Ager est mundus: non esse Ecclesiam, sed mundum præter Ecclesiam ut ea quæ cernerentur, posset habere zizania: Nam in Ecclesia dicebatis manifesta zizania esse non posse. Quoties hic testimonium Cypriani posuimus, & nec aperte illi resistere ausi estis, nec tamen cōsentire voluistis: nepe nunc saltem expergisceris, audis, aduertis: quia etsi videntur esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Quare ergo vos ab unitate huius Ecclesie nefario schismate disceditis, & hæretica presumptione, in eadem discessione persistitis? Ecce tibi est Cyprianus, consenti illi, aut responde illi. Vides quemadmodum his verbis quibus dicit, esse in Ecclesia cernique zizania, nec tamen ab illa debere discedere, delet omnes tuorum scriptorum calumnias? Quibus etiam in tanta abrupta progressus es, & tumore vestro precipitasti, ut diceres, etiam nescientes qui peccauerunt de vniuerso mundo, peccatis alienis potuisse perire Christianos: quia scilicet legitur in sanctis scripturis, vnum de anathemate fuisse furatum, & pro isto peccato

A peccato alienum populum nescientem fuisse punitum: Ignorans illas mortalium corporum pœnas, hoc est, moriturorū mortes ad vtilem terrorem populo valuisset: non tamen eisdem mortuis ad aliquod detrimentum futuræ vitæ, aliena peccata, præsertim quæ nescierunt, aliquid obfuisse. Itane ut hoc diceres, itane ut peccatis alienis etiam incognitis perire deo, quenquam credere & dicere auderes, nec ipsos timuisti collegas tuos, qui te in nostra collatione reticēte, & fortasse cum hoc iam sentires non audente, tantis disceptationum lateribus pugnaerunt: pisces malos in dominicis retibus à piscatoribus ignorari, ne videlicet perirent eorum cotagione, si scirent: Nōne tibi venit in mentem, de palea dominicæ areæ, id est, Ecclesie, vsque ad tempus ventilationis in vna permixtione toleranda, disputantibus, cum Emeritus virgeretur, negasse illum atque dixisse, Non legis aream. Qui cum & à suis secretius admoneretur, & à nobis apertius commemorantibus ex Euangelio, dominū esse venturum ferentem ventilabrum in manu sua, qui mundabit aream suam, & frumentum recondet in horreo, paleam verò comburet igni inextinguibili, continuo correxisset obliuionem errorem, quo negauerat scriptum: nec tamen hæreticam vel schismaticam conuertisse peruersitatem, qua negabat malos à bonis debere pro unitate Ecclesie sustineri: continuoque dixisse, quod nomine paleæ, mali significarentur occulti, ut hic causæ vestre præcipua diligentia seruarietis, quod ignorati mali commaculare bonorum neminem possent. Ecce partis vestre patronus egregius perdidit te aduersante labores suos. Ille quippe ut custodiat bonorum salutem, prorsus in ecclesia malos permanentes à bonis perhibet ignorari, ne perdant eos, si fuerint cogniti & tolerati: tu autem etiam ignoratorum malorum contagio bonos perire dixisti. Neque timuisti tam multos ab initio vestros latentis flagitiosos, facinorosos atque impios, qui postea secundum tuam sententiam, te atque omnes tuos, vobis nescientibus perdidissent. Sed nunc quoque nullo pauore renuisti, ne forte quispiam vestrum te nesciente peccaret, & te dum ista loqueris perderet. An forte dū cognitis tuis factis, perisse te intelligis, propter hoc alienis incognitis perire non metuis? Quid tibi optem, nisi ut te nobis liceat inuenire, ne libeat te perire? Quid enim spei remanebit non solum nobis, qui domino Christo prophetis, apostolis, sanctoque Cypriano consentimus, etiam cognitos malos, si eos nec corrigere possumus, nec punire, pro unitatis vinculo sustinendos: verum etiam vobis quibus ante tempus mensis ventilationis, & littoris placet à malis separatio corporalis: si opinio tua vera est, qua putas & suis peccatis quenque perire qui facit, & alienis, qui vtrum facta sunt nescit? Si enim hoc ita est, profecto & maiores vestri, qui se sicut putatis à cognitis malis separauerunt, de incognitis perierunt. Non solum autem tibi, qui cum dicis alienis criminibus perire hominē, siue illa sciētem siue nescientem, nullam proculdubio remanere pateris innocentem: sed etiam emerito, qui longe tolerabilius sentiens, in communione sacramentorum, alienis peccatis tā tumodo cognitis homines innectit, ab incognitis soluit: multo veriore venerabilis Cyprianus voce respondit: Simul crescentia non perire frumenta, zizaniis non extra ecclesiam, sed in ecclesia constitutis: nec occultis atque incognitis, sed planē notis ac perspicuis. Puto enim quod nō in carne, sed in ipsa mente cæcatur, qui contendit latere quod cernitur. Cum autē mouet beatissimus ille, ne propter zizania quæ in ea sunt, ab Ecclesia Tomus septimus.

si recedatur: non mouet propter illa quæ occultantur, sed propter illa potius quæ cernuntur. Ipsa enim sunt, quæ possunt perturbare cernentes, nisi eos faciat sapientia patientes. Nam quomodo propter occulta nos non debere recedere disceremus, quæ omnino esse nescimus? Et si videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania. Videntur, ait, non suspitione creduntur. Et ne quisquā putaret ita dictum, videntur esse tanquam non essent, sed esse videretur: verbis consequentibus, quid dixerit, aperit. Nō tamē impediri, inquit, debet aut fides aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nō ait suspicamur, putamus, credimus, opinamur: sed cernimus. Ea quippe etiam illi non operata credebant, sed aperta cernebant qui dixerūt patri familiās: Vis impus, & colligimus eadē quibus dictum erat: Cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerūt & zizania. Quibus respondit: Non, ne forte, dum vultis colligere zizania, simul eradicetis & triticum. Et finite vtraque crescere vsque ad messem. Et tamē tu dicis (ubi quid aliud quam domino contradicis) sola per mundum creuisse zizania, & toto penē mundo diminuta perisse frumenta, cum ad aliquas gentes nondū Ecclesia crescendo peruenerit. Necessesse est autem vt perueniat & prædicetur Euangelium in vniuerso mundo, & tunc veniat finis. Quod futurum esse dominus sine vlla ambiguitate prædixit. Vides ecclesiam testimonio Cypriani, & à toto catholicam dictam, & non esse sine manifestis malis, propter quos tamen non admodum relinquendam? In ea sunt boni, per seipsos multi: in comparatione autem zizaniorum vel paleæ, profecto pauci. Non enim præter illam, sed in ea agit, quod ipse dominus dicit: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed ibi est & populus ubique diffusus, cui dicitur: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Qui autem habeant fidem tanquam granum sinapis, qua montes etiam transferantur, rarissimi omnino sunt. De tali enim fide dominus dicebat: Putas, veniet filius hominis, & inueniet fidē in terra non de apostolica totius orbis: sicut tu peruersissime intelligis. Porro de baptismo quem non putas esse nisi in Ecclesia, & ideo nos arguis, quod ex hæresibus venientes, si iam baptizati sunt, iterum non esse baptizandos censemus: sufficit, quod respondere minimē potuisti quomodo damnatus baptizare potuerit Felicianus, foris à vestra Ecclesia constitutus: quem frustra ponere voluisti, inter eos quibus dilationē dedistis. Lege Bagaitanam vestri concilij sententiam, in qua scilicet post multa acerbissima quæ illic dicta sunt, & longè grauiora quæ in Cæcilianum, quando eum maiores vestri absentem innocentemque damnarunt: ita subiecta est eorum manifesta & indubitata damnatio. Famosi ergo criminis reos Victorianum Carcabianensem, Martianum Sullestinum, Beianum Beianensem, Saluium Ausafensem, Theodorum Vulsensem, Donatum Sabraensem, Miggenem Elefantariensem, Prætextatum Asluranum, Saluium Membresitanum, Valerium Melzitanū, Felicianū Mustitanum, & Martialem Pertusensem: qui funesto opere perditionis vas sordidum, collecta fæculētia glutinauerunt: sed & clericos aliquando Ecclesia Cathaginis, dum favori intersunt, illicito incestu lenocinium præbuerunt: dei præfidentis arbitrio, vniuersalis concilij ore veredico damnatos esse cognoscite. Et deinde incipit ceteris dilatio prærogari his verbis: Eos autem quos sacrilegi surculi nō polluerent plantaria, hoc est, qui à Maximiani capite proprias manus veredō fidei pu-

Mat. 13.

Mat. 24.

Lucæ 18.

Mat. 13.

Ioſue. 7.

Gdore retraxerunt, ad matrem ecclesiam redire permisi-
mus. Iam de iis quid dicendum fuit & in prioribus ad te
dati literis meis satis dictum est. Cui loco te profus respō-
dere nō potuisse, quisquis legerit, & parumper adverte-
rit, dubitare nō poterit. Frustra itaq; tibi videtur Agrip-
pini & Cypriani consilia in hac questione esse sectāda:
cum vos ea neglexeritis, quādo extra vestram cōmunio-
nem baptizatos a dānatis: cōtra quos de basilicis exclu-
dēdos litigabatis, sine vlla repetitione baptismatis susce-
pistis. De sentētia verō Cypriani vel collegarū eius qui-
bus tūc placuit, veniētes ab hæreticis baptizare oportere,
longū est, vt pro merito disputē. Sed istam tu mihi si
potes brevē solue quæstionē. Quando rebaptizabat Cy-
prianus ab hæreticis venientes, Ecclesie Carthagenensis
episcopus, tūc Ecclesie Romanæ Stephanus episcopus in
eodē baptismo, quē foris acceperāt, suscipiebat hæreti-
cos: & ambo hæc diuersa faciētes, in vnitāte Catholica
pmanebāt. Dic mihi, vtrū illo tēpore Ecclesia quādo se-
cūdū vos omnīū criminū reos sine baptismo recipiebat
per Stephanū & ei⁹ innumerabiles toto orbe collegas,
qui eiusdē sentētiæ participes erāt malorū cōtagione pe-
rierat, an nō perierat? Neq; enī istos malos poteris occul-
tos dicere quāuis tu asseras nocere ac mortificare & ocul-
tos. Quisquis igitur homicida, vel etiā parricida, adulter,
scēstor, idololatra, codicū deniq; sanctorū nō timid⁹
traditor, sed vt traderetur, tortor crudelis, & violentus
extortor, & iussu vel manu extremus incēsor, apud hæ-
reticos baptizat⁹ ad Stephanū & eius socios venit: secūdū
vos sine baptismo except⁹ est. Cernis igitur oīa hominū
crimina, si verū est quod de baptismo sentitis, tūc in Ec-
clesia sine baptismo cōgregata: Responde vtrū his crimi-
nibus in eadē vnitāte maculatus fuerit Cyprianus: respō-
de vtrū ecclesia perierit, an nō perierit? Elige quod puta-
ueris. Si iam tunc perierat, donatum quæ peperit? Si au-
tem tot in eā sine baptismo aggregatis, perire nō potuit,
respōde quæso, vt ab ea se, tanquā malorū communionē
deuitās pars donati separaret, quæ demētia p̄uasit? Abs-
sit autē vt quoniā beatissimus Cyprianus de baptismo
aliter sentit q̄ veritas & antea cōsuetudine & postea per-
fecta diligētius ratione monstrauit, propterea, quisquā
Ia sententiis, placatissimus māsit, & in vnitāte Ecclesie
pasio gloriosa, satis ostenderūt eum fuisse samentū in
Christi radice fructuosum: quod pater etiā ab ista repre-
hensione purgaret, vt fructū posset adferre maiore. Sic enī
Ioh. 15. ait ipse Iesus: Samentum quod in me dat fructum,
purgat illud pater me⁹, vt maiore fructū adferat. Ostēdēs
etiā in ipso fructuosus, agricolā qui est in cœlis, aliquid
inuenire quod purget. Quis enim nostrūm Petro apo-
stolo cōparari potest quāuis nunq̄ gētes iudaizare cō-
gerimus: quod ille faciebat, quādo nō rectē ingrediebāt
Galat. 2. ad veritatem Euangelij? Vnde à suo posteriore apostolo
Paulo, salubri admonitione correctus vtilius posteris hu-
militatis prębuit exemplū, q̄ si nihil in illo existeret cor-
rigendū. In hac ergo Ecclesia cōstituti, quæ malorū siue
ocultorū, siue etiā manifestorū, nec potuit, nec poterit
perire cōtagio, nullas de quibuslibet hominibus calum-
nias formidamus. Si enim mali sunt, penulubid⁹ eos aut
ignorāt boni, aut suis iudiciis manifestatos ecclesiasticis
legibus dānant: aut etiā si nouerint eos, & nō apud se ac-
culatos, neq; conuictos dānare nō possunt, pro Ecclesie
pace nō solum irreprehensibiliter, verum etiā laudabili-
ter tolerāt: nec se propter pisces malos ruptis dominicis

retibus, ante tēpus littoris dānabiliter separāt. Si enim K
hoc facere velint, exceptis diuinarum scripturarum in-
numerabilibus testimoniis, quibus ne faciant prohibē-
tur: retinet eos certe quem testem adhibuisti beatissi-
mus Cyprianus, clamans atque contestans: quia etsi vi-
deatur in ecclesia esse zizania non tamē impediri debet
aut fides aut charitas nostra: vt quoniam zizania esse in
ecclesia cernimus ipsi de ecclesia recedamus. Non solū
lūm verbo, verum etiam exemplo suo nos admonens,
qui collegas suos, fundos inuidiosos fraudibus rapien-
tes vīras multiplicantes, fœnus augentes (quorum aua-
ritiam, non leue aliquod vitium, sed esse idololatriam,
secundum apostolū intellexit) pro vnitatis vinculo per-
tulit. Talis nec eorum cōtagio factus est, talis discesse-
rit ab eis dissimilitudine morū, non diuisione sacramē-
torum. Et immundum non tetigit: sed à factis eorū ab-
horrendo, non seorsum populos colligēdo. Vos autem
Esai. 52. dum carnaliter sapitis, quod dictum est per Esaiam
prophetam: discedite & exite de medio eorum separa-
mini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis: & ta-
lia quæ in scripturis similiter dicta sunt: dum hæc, in-
quam, non spiritaliter, sed carnaliter sapitis, tales omni-
no apparetis, quales eorum, ipso propheta prædicante
dominantur dicentes: Nolite me tangere, quoniam inū-
dus sum. Denique quando aliena peccata vos peruersē
deuitanda esse censuistis, alia vestra fecistis, sacrilegum
schisma, populos deuitando, & sacrilegum hæresim, cō-
tra dei manifestata promissa & impleta, de ecclesia to-
to orbe diffusa, nefario spiritu sentiēdo. Nam si vt pu-
tas, & nos in verbo reprehendis, vna eademq; societas
perditorum simul, & schisma & hæresis esset, non dixit
set beatissimus Cyprianus in hac ipsa epistola, vnde hoc
de zizaniis in ecclesia constitutis posuit testimonium,
eis cōfessorib⁹ quos gratulabāt à Nouatianorū diuisione
fuisse liberatos: dolebā vehementer, & grauiter angebar,
q̄ eis cōmunicare non possem, quos semel diligere cœ-
pisssem, posteaquam vos de carcere prodeuntes schisma-
ticus error excepit. Noli ergo contra apertissimam veri-
tatem, aut vtrūq; fallaciter declinare: aut vnum horum
tibi, quod tibi min⁹ videtur eligere: cum & schismaticus
sis sacrilega discessione, & hæreticus sacrilego dogmate.
Nec vobis blandiamini, quod baptismum non rescindit
vestrum. Non est hoc vestrum, sed catholice Eccle-
sie quam tenemus: vnde illum quando discessistis, non M
quidem ad salutem, sed ad perniciem vestram vobiscum
tulistis. Nam vasa dominica, etiam apud alienigenas san-
cta permanerant. Vnde rex qui eis cōtumeliose vti au-
sus est, deo irascēte punitus est. Et arca testamētī ab ho-
stibus capta nequaquam virtutem suæ sanctificationis
amisit. Si ergo illa sancta, quæ sic tunc apud alienos fue-
runt, vt apud suos esse desisterent, vim tamen sanctitatis
nullo modo perdere potuerunt, quanto magis eam chri-
stiana sacramenta non perdunt, quando ita vt apud nos
etiam maneat, ad hæreticos transeunt? Hoc est quod
dixi ad te scribens, quod etiam in collatione vobis dixi
Rom. 1. idēq; potius eludendum putastis, quia dissoluere ne-
quiuistis. Quoniam sicut apostolus ait de quibusdā: Ver-
ritatem in iniquitate detinent: ita & vos veritatem bap-
tismi diuini in iniquitate detinetis erroris humani.
Quam veritatem non vestram, propter iniquitatem ve-
stram rescindere vtiq; non debemus. Et quia ipse apo-
stolus de idololatriis gētib⁹ dixisse intelligitur: Qui ver-
ritatem in iniquitate detinent: tu mihi quasi respondēs
flagitasti vt probarem, quid de gentium sacrilegio Apo-
stolus non rescindat, quid de eorum prophano ritu nō
damnet.

Acto. 17.

A damnet. Quasi posset quod sacrilegum est & prophanū
non rescindere atq; damnare: sicut nos schisma vestrum
& hæresin vestram. Sententias tamen quasdam verita-
tis, quas de incognito deo quidam gētilium philosophi
tenent, non solū nō destruxit apostolus, sed etiā inde
testimoniū cum opus esset, adhibuit. Loquens quippe
de Atheniēsis ait de deo: In illo enim viuimus & mo-
uemur & sumus: sicut & quidam secūdū vos dixerunt.
Hanc illi veritatem sapientie, quam beatissimus Paulus
non solū non destruebat, verum etiam ad illos instrū-
dos adhibebat, in iniquitate detinebant suæ idololatriæ,
quam doctrina apostolica machinamentis apostolicis
euertebat. Ita & nos, quæ in ecclesia catholica vera ma-
iores vestri acceperunt, vobisq; tradiderunt, non rescin-
dimus sed agnoscimus. Vestrum verō sacrilegium, aut
in vestra cōuersatione rescindimus, aut in vestra perti-
nacia detestamur. Quanquam totam quæstionē, & totū
quod inter nos agitur, vno verbo tribuni satis diligēter
exposito, omnino soluisti. Cū enī ego dixisse, neq; hoc
in tribuni literis legitur, à te in veritate inuocatum no-
men dei, quia ipsum profus verbum ibi nō legeram: tu
B respondisti falleris, vel potius fallis. Nam verba tribuni
sunt: Nēue tantum opus domus domini, vbi à te sapius
dei & Christi eius inuocatum nomē est, per religionem
tuā ibidē cōstitutam, concrematū esse dicatur. Intellige
quia in veritate religio dicitur in fallacia superstitio no-
minatur. Quando ergo id aduēterē: Quando ita ratio-
cinaret: Quando aliud ex alio sic probarem? Fateor, fu-
git hoc aciem quantulicunq; ingenij mei: & ideo crede
mihi, falli me ibi potuisse, nō vt dixisti, fallere voluisse in
verbo. Itaq; tribunus tāquā homomilitaris errauit, vt ei
quē scit vel credit hæreticū diceret, per religionem tuā:
cum hæresis non religio sed superstitio, religio autem
non in falsitate sed in veritate, propria locutione dica-
tur. Proinde secūdū hanc expositionē tuam, verus dei
cultus religio, falsus autē superstitio nuncupatur. Audi
ergo te ipsum, obaudi tibi ipsi & nos sequi: minime
recusabis. Scribens namq; ad eundem tribunū in primæ
epistolę tuæ ipso exordio posuisti atq; dixisti: Honora-
bili ac nimīū nobis si sic vuleris, desiderādo Dulcitio
tribuno & notario, Gaudentis episcopus. Et continuo
subiecisti: Religio tua scripta percepi. Quid igitur ad
nos venire adhuc dubitas? Ecce tribunus Dulcitius cum
C sit homo communionis nostræ tamen secundum testi-
monium tuum, non superstitiosus, sed religiosus est: ac
per hoc secundum expositionem tuam non falsum, sed
verū dei cultum tenet. Ipse ergo est in catholica potius
quā tu: quoniam in hoc verbo vsque adeo non er-
rasti, vt etiam exponeres, tantum religionem à supersti-
tione distare, quantum à falsitate veritas distat. Ille au-
tem homo, vt iam dixi militaris, & in istis verborū pro-
prietatibus minus eruditus, quid esset religio nesciebat.
Absit enim, vt dicam, te adulando fallebar. Tu verō qui
eos contra quos disputas, arguis ex propheta & clamas:
Vt his qui dicunt amarū dulce, & dulce amarum: qui di-
cunt lucē tenebras, & tenebras lucē: si superstitio est quā
tenet Dulcitius, cur eam religionē esse dixisti? Si autem
verū dixisti, cur hæreticam tenendo superstitioem, res-
pōdis catholicā religionem? Sequere igitur testimoniū
tuū in maximē. Quia & ipsi vestri cum cognouerint, nō
tibi fortasse cōmunicabunt: quoniam tribuno Dulcitio
per hoc verbum cōmunicasti. Eia frater Gaudenti, noli
perdere occasionē, quā tibi etiā per tuam linguā Do-
minus dedit. An forte, ad hoc irascēris, q̄ fratrem voco?
Hoc enim nomē à nobis etiā in nostrā collatione re-

Esai. 9.

spuistis. Vbi ostendistis nos esse, quibus dominus præce-
pit per prophetam: Dicite, fratres nostri estis, eis qui vos
oderūt, & qui vos detestantur: vos verō in numero eo-
rum esse, qui istos quibus hoc Dominus dicit, oderūt &
detestantur. Negare certē non potes te religionē dixisse,
in qua est tribun⁹ Dulcitius. Propterea illā tibi epistolā
misi, vtiq; vt te non occideres, & illi ecclesie, in qua est
ipse cōmunicares. Si ergo ipsius religio est, tua supersti-
tio est. Quauis enim ambo vobis hoc inuicem dixerit-
is, eligis tamen ipsum potius falsum dixisse, quā te.
Quamobrem secūdum verissimum hoc tuum testimo-
nium, & tuam verissimā expositionem, quoniam reli-
gio est quā Dulcitius tribunus tenet: profectō religio
est, quā te ad nostram cōmunioem præceptum Imper-
atoris impellit. Vnde fit consequens, vt religio sit etiā,
quā Christianus imperator ad curam suam iudicat per-
tinere, ne in res diuinas impunē peccetur: à quo tu non
vix curari, nisi ea quæ terrena republica cōtinentur. Vn-
de & regem Niniuitarum, oblitus quid legeris, populo
de agenda pœnitentia non mandasse dixisti. Hæc enim
verba tua sunt ad me: Quid, inquis, miserōs decipis? Io-
E nae deus præcepit, prophetam dominus ad populum
misi: nihil tale regi mādauit. Aduerte ergo quid scriptū
sit, & noli irasci tibi ipsi, qui vel diuina scripta non reco-
lis: vel tu potius miserōs decipis. Surrexit Ionas & abiit
Iona. 3. in Niniue, sicut locutus est dominus. Niniue autē ciui-
tas magna erat, quasi viae tridui. Et cœpit Ionas ingredi
ciuitatem, quasi vnus diei iter, & prædicauit & ait: Ad-
huc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et credide-
rūt viri Niniuitæ domino, & indixerūt ieiuniū, & sacco
induerūt, à maiore vsq; ad minore. Cūq; peruenisset ser-
mo ad regē ciuitatis Niniue, surrexit de se de sua, & de-
traxit sibi vestimenta, & se circumdedit sacco, & cōsedit
in cinere. Prædicaturq; à regē & à potentibus dices: Ho-
mines & iumēta, & oues & boues non gustent quicquā,
nec pascatur, & aquam non bibant. Et induit sacco ho-
mines, & inuenta proclamauerunt ad dominū impesci:
& auersus est vnusquisq; à via nequitie suæ & iniquita-
tis quā in manibus habebat. Audisne tādē regē curasse,
quod ad regū curā tibi displiceat pertinere? Certē vt
impenē ageretur, quod minus q̄ oportuerat, agebatur.
Ideo ergo Niniuitæ non sunt, expoliationibus, prosc̄ri-
ptionibusq; vel terrore militum ad pœnitentiam imper-
io regis magis artati: quia obediēter iussa fecerunt. Nō
itaque ostendimus populum ista p̄pessum: quia nec tu
ostendas regem fuisse contemptum. Proinde cum regi-
bus ea quæ secundum deum sunt, religioso timore iube-
ribus quisquis obtemperat, timore incipiens & ad dile-
ctionem proficiens à domino accepit pacem: non sicut
pacem dat seculum, quoniam seculum dat pacem pro-
pter temporalem vtilitatem: dominus autē propter æ-
ternam salutem. Ergo quia ista religio est, in qua est tri-
bunus Dulcitius (neq; enim verba tua negatur⁹ es) super-
stitio est quod erga ista curam imperatoris reprehē-
dis, quā suscepit exequendā huius religio. Itaq; quia ver-
bo tuo causa finita est, obsecro per deum religionis, deū
veritatis, vt etiam tuus error aliquando finiatur. Ipsa est
frater ecclesia Christi, quæ hoc tempore, toto terrarum
orbe crescēdo dilatatur, cōtinēns & malos & bonos, vtili-
tatione vltima separandos. Atque vt te ad extremū il-
lius potius verbis alloquar, quem testē catholici nomi-
nis adhibere voluisti: Ipsa est quæ domini luce p̄fusa,
per orbem totū radios suos porrigit: ipsa est quæ ramos
suos per vniuersam terrā copia vbertatis extēdit. Proin-

de & si videtur in illa esse zizania, non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborandum est, ut frumentum esse possimus: ut cum frumentum ceperit Dominicus horreis condidi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. **Apostolus in epistola sua dicit:** In domo autem magna, non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Et quaedam quidem honorata, quaedam vero inhonorata. Nos operamur demus, & quantum possumus laboremus, ut vas aureum vel argenteum simus. Caterum fictilia vasa confringere, Domino soli concessum est, cui & virga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo servus. Nec quicumque sibi, quod soli filio pater tribuit, vendicaret: ut se putet, aut ad aream ventilandam, & purgandam paleam vel ventilabrum iam ferre posse, aut a frumento uniuersa zizania humano iudicio seperare. Superba est ista obstinatio & sacrilega presumptio, quam sibi furor prauus adsumit. Et dum sibi semper aliquid amplius quam mitis iustitia deposcit adsumit, de ecclesia pereunt. Et dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore caecati veritatis lumen amittunt. **Beatus Cyprianus** sunt verba ista, non mea: eius videlicet verba sunt, quem tu nobis lectissimum **H** testem catholici nominis in tuorum scriptorum exordio posuisti, & per multa copiosissime commendasti. Immo per ipsum, quoniam vera atque diuina sunt verba, sunt dei. Ecce quod audi, ecce quod caue: ut adiuuante misericordia Saluatoris, simul charitatem catholicam teneamus, simul pacem catholicam diligamus, simul cum eius frumentis usquequaque crescamus, simul usque ad finem zizania toleremus, simul in horreo sine fine viuamus. Vides nepe sine ulla defensione Caeiliani, vel quorumlibet hominum quos accusandos putatis, catholicam suo robore ac firmitate consistere. Quamuis & Caeiliani causam collatio nostra purgauerit, & aliorum de quibus calumniamini, aut dubia sit criminatio, aut iniusta damnatio. Sed valde stultum est, ut ecclesiam causam, diuinis testimoniis fultam atque munitam in hominum causis ratione exorbitate ponamus: cum etiam si illos malos manifestissime videremus, nec iam separare a sacramentis ecclesiae valeremus, non tamen impediri, deberet aut fides aut charitas nostra: ut quoniam & istos inter zizania esse in ecclesia cerneremus, ipsi de ecclesia recedere deberemus. Si respondere cogitas, noli causam relinquere, & in superuacaneis euagari. Ea quae dicta sunt intueri ad ea quae dicta sunt, non fallaciter eludendo, sed rationabiliter disputando responde. Nam illa proluxa responsione quid egeris, vel potius quam nihil egeris, si necessarium fuerit Dominusque donauerit, opere alio diligentius demonstrabo.

FINIS LIBRI TERTII
contra Gaudentium.

Tomi septimi Finis.

INDEX QUATERNIONVM.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. ABCDEFGHIKLMNOPQR.
Omnes sunt quaterniones, praeter R. vnionem.

EPISTOLA DIVI AVGVSTINI
ad Lampadium de questione fati responsio determinans
quae incouenientia sequatur Mathematicos asserentes fa-
tum, eosque ex operibus propriis confutat & conuincit.

AVGVSTINVS LAMPADIO.

DE quaestione fati ac fortuna, qua tuum animum non leuiter moueri & cum praesens essem aduerti, & nunc literis tuis gratius certiusque cognoui, rescriptum tibi non parui uoluminis debeo, quod Dominus praestabit, ut ita explicem quemadmodum noui tibi ac saluti fidei tuae congruere. Non enim paruum malum est peruersis opinionibus non ad solum committendum blandimento voluptatis, adduci: sed etiam ad defendendum peccatum a medicamento confessionis auerti. Illud sane quanto citius ac breuiter noueris omnes leges atque instituta omnia disciplinae, laudes, vituperationes, exhortationes, terrores, praemia, supplicia ceteraque omnia quibus humanum genus administratur & regitur, penitus labefactari atque subuerti, nihilque in eis omnino iustitiae remanere nisi uoluntas sit causa peccandi: quanto ergo licetius & aequius Mathematicorum improbamus errores, quoniam diuinas leges vel etiam domorum nostrarum curam damnare atque abiicere cogimur, quod nec ipsi Mathematici faciunt. Nam cum aliquis eorum hominibus numeratis fatua fata uiderit, mox ut oculum a tabellis eburneis ad domus suae moderamen ac sollicitudinem reuocauerit, non solum uocibus, sed etiam plagis emendat uxorem, non ideo si petulantius iocantem, sed immoderatus per fenestram aspicientem animaduertentem: quid tamen si ei dicat, quid me caedis? Venerem caede si potes, a qua cogor hoc facere, cum uero ille non curat quoniam uana uerba componat fallendis extraneis, sed quae iusta uerba imponat corrigendis suis. Quando ergo quisque cum reprehendi ceperit, causam conuertit in fatum & ideo se culpam non uult, quia fato se dicit coactum fecisse id quod arguitur, redeat ad seipsum, seruet hoc in suis, non castiget seruum furum, non de contumelioso filio conuerat, vicino improbo non minetur. Quid enim horum facies iuste facit, si omnes a quibus iniurias patitur, non culpa sua sed fato impelluntur ut faciant? Si autem in re propria & patrisfamilias diligentia quoscunque homines pro tempore in potestate habet, hortatur ad bonum, deterret a malo, imperat suae uoluntati, ut obtemperet, honorat eos qui sibi ad nutum obediunt, vindicat in eos qui se continent, repedit gratiam beneficiis, odit ingratos. Ego ne expectabo ut contra fata disputem, cum tanta eum non uerbis sed factis eloqui deprehendam, ut propere manibus suis omnes Mathematicorum capillos super capita eorum frangere uideatur? His itaque paucis si auaritia tua contenta non est, & librum aliquid de hac re quae diuini legis desiderat, patienter tibi sunt expectandae uacationes nostrae & rogandus, deus qui & otium & facultatem sociando de hac re animo tuo tribuere dignetur. Ero tamen alacrior, si & saepe commemorare elegeris tuam non piguerit charitati, si tamen uidetur aliquid deesse & quid de hac epistola sentias, rescribendo edocueris.

